Del Collegio dela Conp.ª de Sts de Granada R- 5496

D. DIONYSII

CARTHVSIANI ENARRATIONES PIAE AC ERVDITAE IN QVINQVE LIBROS SAPIENTIALES, HOC EST,

Prouerbia, Ecclesiasten, Cãticum Canticorum, Sapiẽtiam, Ecclesiasticũ, à mendis propè innumeris, quibus scatuerunt antehàc, nunc sedulò vindicatæ: id quod diligenti Editionum huius secundæ & prioris Collatori, res ipsa facilè, dum nisi conferre non pigeat, ostendet.

Cum INDICE Rerum ac Verborum locupletissimo, in gratiam eorum qui neque legere, neque lecta meminisse per occupationes omnia possunt, nunc primùm opera Bart. Laurentis studiosè aggesto.

ECCI 51.
Comparate vobis sine argento sapientiam, & collum vestrum subijcite iugo eius.

Coloniæ ex Officina Hæredum Ioannis Quentel, anno CHRISTI nati M. D. LV. mense Februario.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali in quinquennium.

Ad rictum iſtius ſpectatorem Elegidion breue, commendatorium Carthuſiæ Agrippinenſis, & D. Dionyſij à Rikel Carthuſiæ Ruremondenſi alumni, authore Bartholomæo (Laurentij Laurentis, vulgo Poin dicti, filio) Nouimagenſi.

Nè tibi ſit mirum, Spectator imaginis huius,
Hic depictorum quid ſibi ſingula velint,
Neu ridere queas non intellecta, parumpèr
Expecta: breuis hic rem tibi ſermo dabit.
Qui geniclatur humi, Doctor Dionyſius ille eſt,
Carthuſum amplexus nomine req; ſtatum:
Doctor, ab ecſtaſibus quas pertulit ipſe frequentes,
Haud ſanè immeritò dictus & Ecſtaticus.
Hunc prope quæ cernis congeſta volumina multa,
Multa & magna eius ſunt monimenta viri,
Immenſis Cræſi tanto præſtantia gazis,
Excellit quanto ſtaua moneta cuprum.
Nam Virgo, cuius ſinui tener inſidet infans,
Qui librum oblatum captat vtraque manu.
Notior atque magis clara eſt, Spectator acute,
Quàm tibi, quæ fiet hæc, dicier vt ſit opus.
Sed quę virgo ſuis monachum complectitur vlnis,
A dextris & cui myſtica turris adeſt,
Quæq; volumen, vtì medians, obtendit IESV,
Eſt Carthuſiacę magna patrona domûs,
Agrippinatûm celebri notiſſimæ in vrbe:
Cui domui, modò quòd Riclus in ora hominũ
Prodijt, acceptum ſoli referatur oportet.
Hæc niſi enim egiſſet, fortè lateret adhuc.
Fortè lateret adhuc? immò hæc certiſſima res eſt,
Nunquàm emerſurum tóve tuósve libros
Ricle fuiſſe, Agrippinâs Carthuſia ni illud
Principiò obnixè ſuſtinuiſſet onus.
Hoc igitur voluit confictor imaginis huius,
Vt ſcires quorum ſedulitate virûm
Prodiſſet clarus Doctor Dionyſius, vtq;
Ingratus nè tu Spector amice fores.

REVEREN-

DISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET

CLEMENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI eius nominis quinto ARCHIPRAESVLI TREVIREN. SACRI ROMANI IMPERII PER GALLIAS ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI &c. DOMINO SVO LONGE COLENDISSIMO.

VAECVNQVE ſcripta ſunt, ait tuba illa Eccleſię, vas electionis, Paulus Apoſtolus IESV CHRISTI, ad noſtrã eruditionẽ ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarũ ſpem habeamus. Sumus enim multis cincti piculis, miſerijs, calamitatibus, tentatiõibus, laboribꝰ, difficultatibus, quibus non poſſemus ſanè non obrui ac prorſùs opprimi, niſi adeſſet nobis gratia & conſolatio Spiritûs ſancti, qua inter tot mũdi diſcrimina, anguſtias & afflictiões in ſpem meliorem idẽtidèm erigamur. Atq; hæc conſolatio vt eſt multiplex, ità mirificè ſeſe offert in ſcripturis illis Diuinis, quas canonicas recepto more appellamus: quæ vt ſunt abſque vllo dubio ſummi Spiritûs adſpiratione cõfectæ, ità non ſolùm maiorem cæteris quibuſcunq; quantunuìs illuſtrium Authorum ſcriptis obtinẽt dignitatem & authoritatem, ſed etiam vberiorem ac efficaciorem habent vim & energiam ad conſolandos animos noſtros, dum in hoc exilio conſtituti, à Domino peregrinamur, & carnis, diaboli, mũdi infeſtiſſimis ac importuniſſimis perſecutionibus impetimur ac exercemur. Verùm nè quid in ipſis diuinitùs inſpiratis ſcripturis ea ex parte diſplicere minusq; ſatisfacere nobis poſſit, q; pleriſq; in locis obſcuriùs editę ac elaboratæ ſint, & propterea vt benè intelligantur, Oedipo quodam opùs habere videantur, atq; eo ipſo nomine nihil aut parùm bonæ frugis, lectori necdum ſatìs exercitato allaturæ exiſtimentur, alios quoſdam nec paucos ſanè viros vndiquaquè eruditiſſimos atque ſanctiſſimos Diuina nobis prouidẽtia excitauit, ſuaque impleuit gratia, qui

ſcripturarum inuolucra & dubias ſententias nobis omninò perſpicuas ſuo labore & induſtria reddiderunt. Quorũ ſtudio, CHRISTI gratia efficiente, factum eſt, vt inter abſtruſos ac auios myſticorum ſenſuum receſſus plano & inoffenſo pede ambulemus, capiamus quæ non intelligebamus, ſuſpiremus ac inhiemus veris illis bonis, quæ nobis ſimplex ſcripturæ litera proponit quidem, ſed minimè exponit: immò verò multis ac impenetrabilibus humanæ mentis imbecillitati tegminibus inuoluit, non temerè quidem, ſed vt ipſa literę planities quoſlibet ad legendum inuitet, porrò interior latens ſententia ſuperbos fugiat ac repellat, tanquàm indignos qui percipiant ea quæ nõ niſi paruulis, id eſt, humilibus reuelantur: deniq; pios exerceat ac illiciat, vt cupiant intelligere ac inueſtigare non vana ac reprehendenda curioſitate, ſed religioſa animi pietate, quæ ſub cortice literæ intùs manẽt recondita & occultata. Ità nimirùm omnibus conſulit ſcriptura diuina: paſcit manifeſtis, exercet abſtruſis: nec ſemper perſpicua eſt, nec ſemper obſcura, nè vel facilitate vileſcat, vel nimia obſcuritate tædium pariat. Et licèt altiſſimo Sanctiſpiritûs conſilio factum ſit, vt omnis ſermonis faſtus & humanæ vanitatis tumida ſapientia abſit à toto ſacræ ſcripturæ corpore, non tamen abeſt indè ſtupenda quędam & ſuſpicienda ſapientia, oñibus non planè cęcis quandam ſui venerationẽ incutiens, & mirè intùs animos penetrans longè profectò efficaciùs, quàm ſolent ea quę hominis cuiuſcunq; ingenio excogitantur. Voluit enim Spiritusſanctus in illa ſplẽdidiſſima diuinorum voluminũ menſa omnibus eſſe ſua fercula propoſita, vndè caperent ſinguli, quod eſſet è ſalute & vſu ſingulorum. Quod illi difficile non fuit, vtpotè omnium corda & cõditiones optimè perſpicienti. Quo fit vt ex illo inſtructiſſimo cęleſtium eloquiorũ cõuiuio abundè oẽs reficiantur, & vbertìm ſuppeditet omnibus quicquid illis ad benè beateq; viuendum poſſit eſſe adminiculo, ſi tamen non ſint animo ſurdi prorſùs & cæci, vt nec audiant nec videant voces & incitamenta Spiritûsſancti. Poſſunt hęc dilucidè vel ex ſeipſis intelligere, qui intùs per CHRISTI gratiã reſuſcitati, viuunt in DEO, quibus multa ſæpè in ſcripturis ſacris perſpicuè aperiuntur, vndè illarum virtutem & incomprehenſibilem vim ac maieſtatem ſuſpicere & admirari coguntur. Qui verò ſeculi vanitatibus dediti ſunt, & viuunt multis ſceleribus obligati, legere illi quidem & audire poſſunt voces Spiritûsſancti & verbum DEI, & paſsìm multa illis occurrunt, quibus meritò emolliri deberent ad vitæ emendationem inſtituendam, ſed ſurda aure pertrãſeunt, nec internis animi obtutibus adſpicere ſyncerè poſſunt, quid in ipſo DEI verbo intùs deliteſcat plenum admirationis ac reuerentiæ. Itaque tales fatentur quidem ſe nôſſe DEVM, & CHRISTI EVangelium buccis crepitantibus prædicant, ſed factis & moribus negant. Quibus ſanè vtilius fuerat non nôſſe DEI voluntatem in ipſius verbo abundè nobis declaratam & expoſitam,

ſitam, quàm cognitam vſqueadeò contemnere & neglectui habere. Verùm ijs prætermiſſis, vt ad inſtitutum reuertamur, dubium non eſt, magnam illis viris nos debere gratiam, qui ſcripta Diuina pleriſque locis omninò tecta & impenetrabilia infirmis ac parùm illuminatis mentibus, pro ipſis diuinitùs collata gratia ſuis Commentarijs illuſtrârunt. In quorum numero non poſtremum ſibi locum vendicat Dionyſius noſter Carthuſianus, vir ſine vlla ambiguitate, multiplici eruditione ac eximia vitæ ſanctitate prædítus, qui immenſo labore ex veterum monumentis, immò etiam ex ipſo Sanctiſpiritûs ſyncero lumine ac DIuina irradiatione confecit totius ſacræ ſcripturę Cõmentaria nec contemnenda, nec vulgaria quidem. Speciatìm verò libros illos quinque, quos Sapientiales vocant, doctè ac piè explicauit, adeò vt nemo ſit qui illius lectione ſe non ſentiat in ijs intelligendis haud mediocriter adiutum. Poteſt quidem lector curioſus ſtyli elegãtiam in eo deſiderare, ſed eam minimè requiret, qui non tam aurium oblectamentis, quàm rerum cognitione delectatur. Eſto, vim ſuam habeat ſermo ornatus: ſed ſatiùs eſt ad pietatem & rerum notitiam inſtitui verbis licèt ſimplicibus, quàm laſciua verborum petulantia & dictionis phaleris ſine aliquo fructu inaniſſimè detineri. Noſter ergò Dionyſius cùm totiꝰ ſcripturę DIuinæ explanandę ſibi negocium ſumpſiſſet, etiam hos quinq; partìm Salomonis, partìm aliorum libros expoſuit diligenter, copioſè & eruditè, qui cùm iam rurſùs nouis eſſent typis excuſi, dignumque videretur, vt nouo ſtudio, pulchrioribusq; characteribus impreſſi, nouum ſibi patronum adſciſcerent, inter multos pręcipuè ſe nobis obtulit Veſtra Celſitudo Pontifex celeberrime, ruq; adeò inprimìs idoneꝰ nobis occurriſti, cuius nomine Opus hoc Dionyſiacum inſigniretur. Quanuìs enim iam olìm ſuum habuerit patronum: at noua nunc diligentia, magnaq; animi induſtria caſtigatum & emendatum, meritò debuit pręcellentioris viri auſpicijs emitti. Eſt enim reuerà ab innumeris vindicatum mendis opera & vigilantia ſtudioſi viri Bartholomæi Laurentis, in ædibus Quentelianis Typographici caſtigatoris, qui ſic in eo ad amuſſim corrigendo laborauit, vt quiſquis hanc editionem cum alijs contulerit, manifeſtò & ipſius vigilantiam, & aliorum incuriam ac oſcitantiam ſit deprehenſurus. Deindè quandò Opus ipſum Sapientię peculiari prænotatur titulo, (dicuntur enim libri iſti quinque Sapientiales) etiam eo nomine TUę potiſſimùm AMplitudini idem oportuit nuncupatum, cùm ſis Princeps ipſe multa prudentia inſignitè ornatus, qua TU ſapientiſſimè creditum tibi diuinitùs Pontificale munus adminiſtras, conſtantiſſimus in fide Catholica, hoſtis acerrimus vitiorum. Paſtor pientiſſimus ouiũ CHRISTI TUę curę commiſſarum, deniquè ſic omnigenis præditus virtutibꝰ, vt Pontificia dignitate omninò dignus habearis. Quę etſi nos pluribus proſequi iuuaret, ijs tamen ſuperſedemus, nè non tam veras prędicâſſe

virtutes tuas,quàm adulationis deteſtabili vitio ſeruijſſe videamur. Vt ergò iam dicere cœpimus, T.C.hoc Dionyſij opus grande & eruditum dedicamus,hoc obnixè rogantes,vt pro ſolita benignitate & clementia tua placidus accipias ſapientiſſime Pontifex,quod nos candidè exhibemus.Alij alia, eaque longè præſtätiora fortaſsè munera offerunt:at nos pro noſtra vili portione offerimus quod habemus:nec formidamus nè deſpiciat Tua Celſitudo munuſculum hoc, quanuis exiguum, ſi precium ſpectes: immò verò hoc ipſo illi gratiſſimum fore confidimus, quòd ſit literarium,nec qualecũque ſanè,ſed ex medio diuinarum ſcripturarum corpore extractum.Sic enim perſuaſum habemus,T.Celſitudinem inter diuerſas ſecularium ac ſpiritualium negociorum occupationes,inter medios curarum tumultus,inter tot occurrentium rerum diuerſitates,libenter ſubindè ad legendas DIVINORUM ſcriptorum paginas,tanquàm ad gratiſſima ANIMARUM paſcua recurrere, atque indè veram & ſalutarem haurire ſapientiam,qua poſſis tum propriæ, tum aliorum ſaluti rectiſſimè conſulere.Sed nè fortaſsis dum longior ſum,etiam tædio ſim, hîc finem faciens, Tuam Celſitudinem CHRISTO Opt.Max.medullitùs cupio eſſe commendatam in annos plurimos,vt per TE Eccleſia Treuirenſis non ſolùm ab hæreticorum monſtroſis dogmatibus ſeruetur immunis,ſed etiam in dies à corruptis moribꝰ, ſi qui adhuc vſpiàm reſident,prorſùs repurgetur, & ad priſtinum veteris Eccleſiæ decorem pulcherrimè reformetur,vt iampridèm ſummo ſtudio conatus es,nec etiamnùm conari deſinis, CHRISTI fretus gratia & ope,qui T.Celſitudini & animum ſuggerit & vires ad aggredienda perficiendaque ea,quæ ſint ad ipſius honorem & populi tui ſalutem. Vale Pontifex celeberrime,ex Carthuſia Colonienſi,pridiè S.Matthiæ Apoſtoli,anno CHRISTI nati 1555.

Reuerentiæ Veſtræ
Archiepiſcop.

DEDITISSIMVS
Seruitor

F.Bruno Loher à Stratis,
Carthuſiæ Colonieſi
PROCURATOR.

INDEX

INDEX RERVM AC VER=

BORVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED MAXIMÈ INSIGNIVM, IN COMMENtaria D.Dionyſij Carthuſiani ſuper quinq; libros Sapientiales, in piorum ac ſtudioſorum vtilitatem opera Bartholomęi Laurentis ſedulò cõgeſtus, iuxtaq; literarum ſeu Caſuum ordinem ſolicitè digeſtus.

AD LECTOREM.

¶Memineris Lector ſtudioſe,Literarum iſtarum trium, a, b, c, numero ſeu numeris in hoc ſequenti Indice adiectarum,eum hîc eſſe vſum,vt paginis ſiue columnis(ità vocantur foliorum chartaceorum ſuperficies aut latera) ſequentium D. Dionyſij Riculij Commentariorum intellectu imaginationéve tripartitis,primam iſtarum partium imaginatarum ſignificet a: mediam, b: poſtremam verò, c: ſic, vt ſingulæ quæque literæ, nouendecim tantùm verſus aut lineas compræhendant.Sicubi porrò nullus iſtorum trium characterũ numero ſeu numeris ſubijcitur,ibi per totam columnã ſiue paginam quæri debere & inueniri poſſe,quod quærere & inuenire deſideras,nõris.

A facie Dñi recedere, & feſtinare recedere, qui differãt 179 b
Aaron qui incendio reſiterit 383 a
aaronis corona quid aut qualis 574 a
aaronis & Moſis inimici quõ plexi 575 a
aaronis laus & deſcriptio 573 a b 574
aaronis veſtiũ deſcriptio 383 c 573 a b 574
Ab inferis qui quomodò liberati, aut liberati dicti 353 c
ab initio & ante ſecula creari 484 b
abbatum aliquot apophthegmata 396 c 404 b 458 c
abelis oblatio qualis 16 c
abeſſe longè à DEO,qui quõ dicantur 71 b
abire poſt greges aut gregum veſtigia, quid 211 a 215 b 225 a
abitus dilecti & quæſitio,quid 283 a
abominandi iuſtis qui 125 b
abominationi quibus ſit humilitas 441 b
abominationum filij qui aut quales 558 b
abortiuus quis quo diuite felicior 168 b
abortiuorum, abſq; baptiſmo defunctorum ſtatus quis 161 b c
abrahã qualis quorũ populorũ pater 570 b
abrahæ eremitæ facinus inſigne 222 c
abrahæ tentationes 570 c
abſcondẽda aut non abſcondenda q̃ qñ 46 b
abſcondere ignem in ſinu, quale quid 32 c
abſcõdere mandata quæ qui debeamus 11 b
abſcondere manum ſub aſcella,quid 90 a
abſcondere ſapientiam ſtultitiámve, quale 469 a b 559 a b
abſcondere ſcelera ſua,quale 116 c
abſcondi DEO nil poſſe 314 a b
abſcondi hoſtes ſurgẽtibus impijs,quid 122 b
abſcõditus panis,aut munus,qd 43 a b 97 a
abſcondita quę qui reuelanda 114 b
abſconſio quæ qua melior 469 b
abſq; eo quod intrinſecùs latet,quid 251 b 259 b 263 b
abſtinentia maximè laudabilis quæ 25 b
abundans iuſtitia quid 67 b
abyſſus quid 562 b
abyſſi profundum penetrare 483 b
abyſſo quem DEVS terminũ poſuerit 567 b
abyſſum qui DEVS plãcet & placãrit 567 a
abyſſi qd, aut quomodò erũpant 19 b 39 a
abyſſos ſapientia DEI erupiſſe,quid 20 a
Accingere lumbos fortitudine 137 c
accipere perſonam,quale quid 84 a
accipere pro galea iudicium,quid 332 b
accubitu in ſuo regem eſſe,quid 220 b
accuſandum qui ſit 85 c
accuſatio licita aut illicita quæ 129 c
aceruo tritici ventrem aſſimilari,qd 295 c
acetum in nitro,quid 110 c
aceto cur piger conferatur 47 c
acies caſtrorum ordinata 280 a
acies quæ qualis 287 a
acuere iram in lanceam,quid 332 b
acqrere perditionẽ in operibus, qd ſit 315 b
acqri vndecũque oportere q exiſtimẽt 372 b
acquiſita facilè,facilè & perdi 59 b
acquiſitio ſapientiæ,qui futura 11 c
actio Chriſti qualis 252 c
actiuorũ & contemplatiuorũ diſcrimẽ 210 c
actui cui quæ & quot neceſſaria 316 b
actus humani propriè qui 160 a
actus qui cur non indifferentes 121 a
Ad dextrã vel ſiniſtram declinare, qui quomodò dicantur 25 b
adã quale humani generis principiũ 350 c
adam quid ſit aut ſignet 535 a
addere ſcientiã,qui ſit addere dolorẽ 151 c
additio ad verbũ DEI licita aut illicita q̃ 128 c
adijcere peccata ſup peccata,quale qd 411 a
adiurare 230 a
adiurare quĩ DEO competat 229 c
adiuratio per capreas &c. quò plata 243 a
adoleſcens iuxta viam ſuã, qualis poſteà ſenex futurus 99 c
adoleſcentum quid ſit 521 b
adoleſcentia qualis 196 c
adoleſcẽtulę 206 c 217 a 223 c 281 c 285 a
adſpectus quàm ſit cuſtodiendus 560 a
aduerſa qui ſuſtinenda 64 a
adulatio quàm quibus cauenda 6 c 172 a
adultera quę quas pœnas viro datura 498 b
adulteræ & latronis collatio 104 a
adulteram tenens,qualis cenſendus 86 c
adulteræ ſeu adulteri qui 325 a b
adulterarum deſcriptio 131 b
adulterantium pœnitentia qualis 13 c
adulterina oblectatio quàm ſit abſurda 28 a
adulterium & fornicatio q̃ ſint vitanda 33 c
adulterium grauiſſ.quod 480 c
adulterium myſticè quid 42 c
adulterium quod quale 480
adulterij culpa quãta,ac pœna olim q̃ 13 c 33 a
Aedificatio quæ quos nobilitet 556 b
ægroti medicina curati ſanatio, cui acceptũ ferenda 545 b
ęgyptus quĩ,qñ, & cur afflicta 356 b c & deiñ
ægyptum iuſtè, quanuis callidè,ab Iſraelitis ſpoliatam 353 b c
ægyptij cur tenebris afflicti 380 c
ægyptij qui cur indurati 385 a b
ægyptiorum anguſtia 378 b
æmulandum qui ſit aut non ſit 21 c
æmulandi qui viri non ſint 105 a
æmulari quid ſignet 300 a
æmulatio quæ quàm dura 300 a b
ęneꝰ à Moſe in palũ leuatꝰ ſerpẽs,qd 374 a b
ænigmata quid 5 a
æqualis qui aliquandò capiatur 538 b
æquitas quid 4 a 13 a
æſtate ſtertere, quid 45 a
ætatis ſemitæ quid aut quæ 23 b
ætatem floridam quid faciat 82 a
æther quid ſit 39 b
Affectio quæ quĩ vitanda 306 b
affectũ offerẽtis potiùs, quàm muneris quãtitatem DEVM reſpicere 17 b
affectus hominum quàm ſint varij 66 c
affectus qui quibus vtantur vocibus 237 b
afflictio hominis ex ignorãtiõe,qualis 180 b
affluere delicijs, quid 152 a 299 a
Agathon quis cur lapidẽ in ore geſtãrit 98 b
agenda,quæ agi oporteat,qui ſint 518 a b
ager hominis pigri,quid 108 b
ager quid 141 b 291 c
agrum conſiderare & emere,quid 137 c
aggrauari animam corpore,quid 349 c
agi quæ debent,quomodò ſint agenda 59 a
agilitas laudabilis quæ 87 c
agitare boues ſtimulo,quid 548 c
agnetis & Benedicti adoleſcentiorum laus 326 c 327 a
agnus & ouis,vbi in malã partẽ ſumanť 35 a
agni myſticè ad veſtimentum qui ſint 118 c
aliena ſeu extranea mulier ſpũaliter qd 14 a
aliena menſa vti,quale 557 b
alienis nõ dandũ honorẽ tuũ,qd ſignet 27 a
aliena rapiẽtes,qui & cur pauperes fiãt 51 b
alienigenæ quomodò tractandi 437 a
alligare duplicia peccata, quid 419 a
alligatura quæ qualis aut quid 416 c
allocutionẽ in agnitiõis die nõ hſe,qd 324 c
aloë quid 34 c 258 b
altam facere domum,quid 81 a
altaris hoſtia qui DEO placeat 17 c
alteratiõis ĩ clemẽtis ac mixtis cauſa q̃ 148 a
altiora nobis qui q̃rẽda,aut nõ q̃rẽda 403 c
altitudo ſeu altũ,quomodò ſubindè in ſcriptura capiatur 354 a
altum ſapere quàm ſit periculoſum 16 b
amabilem qui ſe quis faciat 467 b
amana quid 254 c 261 c
amantium loquutiones quales 205 b
amare,quid ſit 61 a
amator ſeu amicus quis quõ ſemper amare dicatur 81 b
amator vxoris etiam ꝑriæ quis quomodò ſit adulter 478 a
ambitio quibus periculis obnoxia 418 a b
ambulare in fluctibus maris 483 b
ambulare in tenebris,quid 154 a
ambulare ſimpliciter,quid 45 b

ambulare ſuper prunas,quale quid 32 c
amentē eſſe,q ſeſe iudicet ſapientem 72b
amica,columba,immaculata 268 b
amicitia inter quos ꝓpriè ſit aut nō ſit 414 c
amacitia iucundiſſima quæ 556 c
amicitia vera q̄ & quorum ſit 83 b 467 b
amicitiæ veræ quid ſit 87 a 413 a
amicitiam ſalſare, num leuius ſit quàm corrumpere monetam 83 b
amicitiam quid præcipuè conciliet 87 a
amictus quis quid indicet 465 a
amicus myſticè quis 86 a
amicus quis cui ꝓponendus 426 a
amicus quī probandus 414 a
amicꝰ verus quī tractandus 414 b
amici fidelis vſus quis, ac momentum quantum 162 c 414 c 415 a
amici ſecreta prodere,quale quid 504 a b
amici vocula,quid quaſi latinè ſonet 415 b
amicū vndè & q̄ potiſſimū probes 81 b
amici aut inimici quī quō curandi 414 c
amici qui quales 414 b c 541 a b
amilij & Amici amicitia vndè & quāta 87 a
aminadab quid 282 b c
amor abſconditus quid 115 c
amor DEI erga nos, quantus 40 a
amor in Cāticis Salomōis deſcriptꝰ,qs 242 a
amor pecuniæ qualis 429 b
amor prædominans,quis vocetur 229 a
amor ſui,quos quò perducat 113 c
amoris ebrietas qualis 216 b c
amoris languor qualis 276 a 278 c
amoris ratio quæ 56 b
amore coniugali quomodò vtendum 28 a
amore languere 270 b
amoré ne an odio dignus ſit, hominem neſcire 183 b
amoroſæ locutiones quales 231 a
amplexus alioqui liciti, q̄n pijs vitandi 156 b
amygdalum ſeni florere,quid 198 c
Ancilla dñæ ſuę hæres effecta,quale qd 131 c
ancillæ quid 41 a 137 b 141 b
ancillæ quot Mariæ cohabitārint 143 b
andreæ apoſtoli apophthegma 241 a
angelus 165 c
angelus crudelis quid 80 a
angeli in loco quī ſint 382 b
angeli q̄ qualésve primogenita Aegypti occiderint 384 c
angelicæ directiōi quàm nobis innitēdū 15 c
angulus domatis quid 96 c
anguſtijs amicos probari 81 b
anima hoſs qui tantū & quō occidāt 375 a b
anima q̄ cur aliq̄n ſibijpſi relinquatur 246 b
anima quæ quàm DEO chara 236 b
anima quæ quid non vincat 284 c
anima quę quī ſit mons myrrhę 261 a
anima quæ vndè aut quī potiſſimùm dęmonibus adeò terribilis 284 b c
anima qui corpori afficiatur 350 a
anima quī liquefiat 275 c 278 c
anima quī ſua cuiq; tentanda 544 a
anima quomodò tentationi prepārāda 396 c
anima quomodò vel ornet ineffabiliter, vel deturpetur 220 c
aīa quot qbūs ve modis à DEO viſitet 274 b c
anima ſeparata an & quī ad corpus ſuum redire queat 375 b
anima vndè quàm ineffabiliter ornetur 262 c
animæ creatio an cōprehenſibilis 195 b
animæ delicię fumoſæ quæ 294 b c
aīæ famelicæ & faturę differētia quāta 116 a
animę ꝓprię quī miſerendū 514 b
animæ ſalus in quo conſiſtat 513 b
aīam cōturbari,ꝓpter q̄drigas amīadab 286 a
animam omnem aut ſponſam CHRISTI,aut diaboli adulteram eſſe 215 c
aīam q̄s ſuā ab anguſtijs facilè cuſtodiat 98 a
animæ q̄ cur eſurituræ 84 b
animę quæ quō in cuius ſint manu 321 a
aīarū de cura adepta,an adepto lętādū 81 c
aīarū ſeparatarū receptacula q̄ 375 b 443 c
animabus pijs proprium quid 285 b
animas,immortales eſſe 159 c 160 a
animal immundum myſticē quis 58 a
animalia benè gradiētia,q̄ & quot 131 c
aīalia q̄ q̄n & quō naturā ſuā mutārint 387 a
animalia q̄ qui & vndè generentur 441 a
aīalculis vilibus cur infeſtati Aegyptij 358 b
animatáne cęleſtia corpora,an inaiata 148 b
animus gaudens, quid commodi ferat 82 a
animus quis quibus habendus 419 a
animū inordinatū,ſibi ipſi pœnalē eſſe 20 b
animū ſuū præparare homo qui valeat 73 a
aīo quis ſuo cōtra DEVM ſeruiat 87 c 88 a
anni partes quæ & quot 340 b
anni non placentes,qui 197 b
anni quorum cur breuiandi 47 c
anni vitæ,quid 15a 41 c
annorū à captiuitate Babylōic.nūerꝰqs 387 a
annorū curſus quō à q̄buſdā cōputent 565 a
annorum differentia quæ 525 a
annoſiſſimus omnium hominū quis 168 c
annuere oculis,quid 30 c 45 c
ante iudicium paranda iuſtitia 460 b
antichriſtus an & quī feliciter inceſſurꝰ 133 a
antichriſti miracula quæ 528 c
antigōi libertas erga Alexādrū Magnū 192 b
antiochus orans cur non exauditus 9 c
antonij apophthegmata 217 b 260 b 521 b
Aperiendum quī muto os tuum 135 a
aperire 274 a
aperire dilecto,quid 268 c
apertio oris quid 139 b
apis quid animalculi ſit 433 a
apollinaris confutatio 199 b
apophthegmata 21 a 217 b 260 b 506 c 521 b
apoſtata quid 30 c
apparitio DEI qd aut qbus maximè fiat 311 c
appręhędere ſpōſum & ducere in domū &c. quid 304 c 308 a b
apud inferos nō inueniri cibū,quid ſit 444 b
Aqua & ignis quàm neceſſaria 552 b
aq̄ & ignis q̄ iter ſe minimè diſcordes 375 c
aqua & panis homini quid 511 a
aquæ myſticè quid 111 a
aqua ſapientiæ ſalutaris quid 446 c
aqua ſeu Aquæ 80 b 355 b
aquæ paniſve noſce quid intelligendū 500 a
aquæ profundę & conſilij collatio 92 a
aquæ profundæ quæ verba ſimilia 85 c
aquam dimittere,quid 80 b
aquæ furtiuæ quid 43 a
aquę marinę quomodò per terram quaſi cōlationem dulceſcant 148 c
aquæ omnes vndè & quò 555 a
aquę quid 193 c 197 c 300 c 355 b
aquæ viuæ 258 c
aquarum meatus quales 148 c
aquarum pericula quanta 567 a b
aquarum riui 574 b
aquarum ſcaturigines, quale ſit ſapiētię Diuinę opus 19 c
aquas colligare quaſi in veſte,quid 127 c
aquas diuidere,cuius ſit 952 b
aquas in plateis diuidere,quid 17 c
aquas multas extinguere charitatem nequire,quid 500 c
aquas tranſire,quid 195 b
aquas virtute verbi DEI ſtare & fluere 551 b
aquilæ filij qui 130 c
aquilę in cælo via quid 131 a
aquilo cur & quī diſſipet pluuias 111 b
aquilo 148 c 194 b c 258 c 259 a 266 a
aquilōis & facici triſtis lepida collatio 171 c
aquilonis vehementia quæ 566 b c
Arare 92 a
aratrum myſticè tenere,quid 548 c
arbitrij liberi aſſertio 449 a
arbitrio quī ſe qs libero ad gſam aptet 72 c
arbor qualis quō ſit CHRISTVS 235 a
arbori ſeu ligno cur homo cōferatur 194 c
arbores myſticè quid 241 a
arboribꝰ qlꝰ cur ſapiētia ſcreata cōparet 486
arcana prodere,quale quid 504 a b
archirecti myſticè qui 549 a
arcꝰ cęleſtis ſeu iris qd ſit aut ſignet 565 b c
areola aromatum 279 a b 283 c 286 c
areolæ 272 a
argētū qd,aut quī eſtimādū 109 b 193 a 213 a
argentum quō probetur 78 b 397 c
argento electo q̄ lingua cōferenda 46 c
argentea propugnacula 301 c
arguens quis cui diligendus 42 b
arguere induratum,quale quid 42 c 42 a
argui qui quomodò debeant 414 c
aries quid 132 c 133 a
ariſtoteles quantoperè & an verè ab Hieronymo laudatus 1 a
arma DEI quæ 332 a
arma ſacerdotalia quæ 383 a
armis & gladijs q̄ cur potiſſimū vtanē 99 c
armare creaturā adviditā inimicorū,qd 332 b
armatura Eccleſiæ quid aut quæ 153 b
aromata 262 a b
aromatum montes,quid 303 c 304 a
aromata fluere,quid 259 a
aromatici pulueres 243 b
arrij confutatio 38 c
arrij dogma 43 a
arrianorum ſæuitia 209 a
arrogante cur patiens melior 172 c
arrogantia quàm DEO odibilis 74 a
arſenio ꝗle cælitꝰ factū apophthegma 462 a
artifex ſummus quis 417 b
artificis manu fabricari 289 b
artifices vndè laudandi 417 b
artifices qui quò quàm neceſſarij, quò etiam inutiles 548 b c
arundineum quid 321 c
Aſinus coronatus quis 4 c
aſini officium quod 517 c
aſino quid deheatur 124 b
aſpidi cur fœnus conferatur 120 a
aſſcendere in cælū atq; deſcēdere,quid 117 a
aſſcēdere de deſerto 299 a 305 a b 308 c
aſſcēdere in palmā,quid 290 a 294 c 296 c
aſſcendere in ſycomorum,quid 105 c
aſſcēdere p deſertum 243 b 247 b 249 b c
aſſcēſus purpureꝰ 244 c 245 a 248 a b 250 a

aſſe

aſſimilari capreę aut hinnulo,quid 303 c
aſſueſactio q̄ cuius ſit momenti 99 c
aſſueſactiōis huiꝰ aut illiꝰ momētū q̄ntū 134 b
aſſumptā eſſe cū corpore & aīa Mariā 226 b
aſtra num aīata, an inanimata 148 b
aſtutia bona quæ 36 a
aſtutia quæ quibus neceſſaria 4 b
aſtutiæ vocabulo quid capiendum 4 a
Attēdere ad ſāctiores, qbꝰ quò cōducat 221 a
attingere à fine vſq; ad finē fortiter 342 c
attoniti oculi qui 77 b
Auaritia oculū quī habeat, non viſum 81 a
auaritia ſeſe qui puniat 443 a
auaritię peccatū quantum 429 a b
auarus hærede carēs, quantæ vanitati obnoxius 161 c 162 a
auarus quandò ſolùm quid recti faciat 8 a
auarus quomodò ſeſe affligat 70 c
auari irriſio 442 c
auarum non impleri pecunia 166 c
auaro an quid ſceleſtius 429 b
auceps 29 a
audax qua in re vitandus 424 c
audiendum qui ſit 63 c 521 a
audientem dicere, veni, quid ſit 11 b
audire quæ qui nolint aut velint 9 a
audire ſanguinem,quid 503 c
audita quæ quomodò reticenda 463 b
auditor beatus quis 40 a
auditū ſne ex viſus vtilior 4 b
auerſio quę quos interficiat 10 a b
auerti oculos ſponſi à ſe quomodò ſpōſa exoptet 287 b
auerti ſpōſę oculos vñ cur velit ſpōſus 280 a
aues cęli,myſticè quid 193 b
aues volantes ſequi,quid 44 c
auium maxima quæ 374 b
auguſti laus à patientia 506 c
auolare 280 b 285 a
auolare quem qui oculi faciant 280 b 287 b
auris audiens, quid 92 c 496 b
auris in medio ſapientū cōmoratura, q̄ 71 c
auris quæ quid facilè percipiat 405 b
auris quæ qui audiat omnia 314 b
aurem audiendo non impleri 149 b
aures cur filiæ carminis dicantur 198 b
auribus canem tenere,quid 114 a
auribus cur potiùs ac ſæpius, quàm lingua vtendum 85 a
auroræ inſtàr conſurgere 281 c
auroræ tępus quò maximè conducat 549 c
auroræ quæ anima cur conferatur 285 c
aurum 193 a 212 b 213 a
aurum qui examinetur 322 b 78 b 397 c
aurum quos & quot perdat 423 b
auri & ligni ī paradiſo vetiti cōparatio 516 b
auri excellentia quæ 271 a
auri precium quid 57 b
aurū Chſo oblatū, quō maria expēderit 143 a
aureæ baſes quid 272 b
auriſia (aliàs acriſia, rectiùs aoraſia) qd 386 c
auſcultare per oſtia aliena, quale 472 b
auſter 194 b c 258 c 259 a 266 a
auſter ſeu nothus qualis 566 b
auxilio cuius aut cui quomodò nobis innitendum 15 c 25 c

Balſamus aut balſamū quid 486 c 493 c
balteus Aaronis qualis 573 b
baſes aureæ 272 c
baſiliſci & ſerpētis vtilitas quæ 552 a
beatiſſimam prædicari 281 c 288 a
beatitudo hic quī habeatur 12 b
beatitudines octo quid 12 b
beatitudines quot 193 c
bellum quī gerendum 205 c
bello ſapientia neceſſaria quæ 346 a
bella hominis myſticè quanta 181 a
bellorum doctiſſimi myſticè qui 244 a
bella magis arte & prudentia, quàm viribus conſtare 93 b c
bellator depauperatus quale quid 500 c
beluæ quæ quantę 567 b
benedici, quid 392 a
benedici habitacula iuſtorum, quid 22 a
benedici inter benedictos 482 b
benedicti abb.de vagis monachis elogiū 511 b
bndictio DEI qd, & quò maximè feſtinet 435 c
benedictio Dñi quid ſit aut faciat 47 a 45 a
benedictio iuſtorum quid 49 c
benedictio q̄ quanti ſit momenti 401 c
benedictio quid 108 a 377 a
benedictiones quæ quales 571 b c
benedictum lignum quod 367 b
benefacere an & cur aliquandò vetet Spirituſſanctus 341 a b
benefacere nemo vetandus 21 b
beneficium quī exhibendum 21 b
beneficia cui præſtanda 437 b
berengarianum dogma 43 a
beſtia q̄n & quī myſticè tāgat mōtem 203 c
beſtiæ 430 a
beſtiæ noxiæ cur creatę 553 a
bethel 233 c
bethſabee quot è qbꝰ filios genuerit 22 c 23 a
Bibere iniquitatem quis dicatur 113 b
bibere vinum 267 a
bibere vinum cum lacte 277 a
bilingue os quid 37 a
bilinguis qua nota dignus 412 b c
bilinguem eſſe maledictum 507 a
bilingues ſua qui verba adornent 84 b
bilinguitas quid vitij ſit 413 a
binos ac binos cur ſuos diſcipulos emiſerit CHRISTVS 86 b
Blāditię hęreticorū q̄ & quorſùm ſerpāt 14 a
blanditiæ quæ quàm cauendæ 6 c
blanditiæ quæ quàm ſint noxiæ 122 c
ble-(aut Blę-)ſillę à mūdi cōtēptu laus 145 c
Bonus homo quis 142 c
bonum omne cui aſſcribendum 37 b
bonum ſummum in quo conſiſtat 146 b
boni omnis author quis 12 c
bona media ſeu indifferentia quæ 183 c
bona ſpūalia quàm facilè perdantur 24 c
bona parētū furari, quātum peccati ſit 122 a
bonis in die bona quī fruendum 175 a
bonis iuſtorum exaltari ſeu exultare ciuitates,quid 49 c
botrus cypri quis cui quō ſit 220 c 225 c
botrus Cypri aut cypri, immò cyperi, quid 213 c 214 a b
botris vbera ſimilia,quid 294 c
borro cur ſponſus aſſimiletur 214 a
bouis & vaccę pinguis lepida collatio ſeu fabella 469 a
boues myſticè qui 62 a
houm ſtercus quid 473 b
Brachium DEI quid 536 b
brachium ſuum roborare,quid 137 c
brigidæ reuelationes quales 241 b
bruchus quid 198 c
bruti ſeu brutales homines quī 159 a b
brutorum maximus quis 374 b
Buccella panis,quid 121 c
buccella q̄ quibus victimis præſtet 78 a
butyrum pro lacte elicere,quid 133 b c
Byſſus quid 138 b 141 c 383 c

Cacabi & ollæ cōiunctio qualis 439 b
caedes,quid oppidi ſit 486 a
cæcitate qui cur percuſſi 386 c
cæcus myſticè quis 4 c
cæcutientis & mediocriter videntis differētia 275 b
cædi ſtultum labijs,quid 45 b
cæli myſticè quid aut qui 20 a
cæli ſancti quid 348 c
calceamenta 289 a
caleph & Ioſue quid prę omnibus Iſraelitis priuilegij habuerint 577 b
caleph iā tum ſenex,quàm adhuc fortis extiterit 577 c
caliditas quomodò ſoli aſſcribatur 90 c
caligātes oculos ſuos quō cerui curēt 230 b
caliginem qui maximè obſeruent 34 b
calix 332 c
calleſiuſtorum quid 14 a
callidus quid ſeu quis 55 b 62 b
callidus quis qui ſe abſcondat 99 b
calūniator cui imbri cur aſſimiletur 119 b
calumnia quid 172 b
calūnię mēdacis peccatum quantum 499 b
calumniatores multos eſſe, defenſorem aut conſolatorem rarum 160 b
campus 226 c
campo quid quomodò ſimile 234 a
camporum cur capreæ ceruiq; dicanē 230 c
canales myſticè quid 290 b 294 b
canalibus purpuram iungi,quid 296 b
cancellarius Pariſienſis hoc in ope qs 203 c
cancelli quid 231 b
candor cur attribuatur CHRISTO 276 b
candor ſeu rubor dilecti,quid 270 c 271 a
cani qui quales aut quid 326 c
cani qui quomodò honorandi 318 a
canicies quæ quos ornet 95 a
canis myſticè quid 184 a c 441 a
canes ad vomitū ſuū reuerti,quid 113 b
canonizādi, qua de virtute potiſſimùm examinentur 502 b
canticum Moſis quod quī à quibus in deſerto cantatum 354 a
cantica Canticorum cur ſic dicta, & de quibus exponenda 201 c
cātica Salomōis,cui Philoſophiæ parti aut ſtatui fidelium applicanda 2 b c
cantica q̄ qbꝰ trīm legēda aut nō legēda 203
cāticorū liber de quo aut qbus tractet 202
cātui maiores q cur & q̄ ſtuduerint 569 a b
capere vulpes paruulas,quid 232 c 237 b
capilli qui quales aut qd 251 c 259 c 263 b
capparis quid ſit 198 c 199 a
capreæ quid aut quales 229 c 231 a
capreæ quis cur ſimilis 231 a 236 a 241 c
capreæ hinnuloq; ſimilem eſſe,qd 233 c
caprearum deſcriptio 230 a
capreis qui viri ſimiles 230 b
caput animæ quid 294 a
caput quod quale aut quid 268 c 271 a 296 b
caput rore plenum eſſe,quid 277 c
caput ſerpentis contrīſſe MARIAM 143 c

carbo-

carbones peccatorum qui 424 a
carbũculus quid,& vndè sic dictus 520 c
cardinales virtutes q̃ & quales 344 c
cardines orbis terræ,quid 39 a
carina quid 330 c
caro aut carnalia vitia 312 a b
caro q̃ & quot injiciat spũi ipedimẽta 349 c
carnis vitia qualia 33 b c
carnalis amplexationis inter coniuges tempus quantillum 156 b
carnalis libidinis incommoda q̃ 35 c
carneum cor quid 15 b
carmelus 294 b
castigationes q̃ cur expetendæ 18 a
castè viuendi pceptum quale 72 b
castitas MARIÆ quanta 143 c
castitatis encomium 325 b c
castra DEI quid 287 a
castrorum acies quæ quales 288 b
castrorum chori 283 a
casæ 356 a
casia 258 a
casula mysticè quid 445 c
casũs tẽpore inuenire firmamẽtũ,quid 405 c
casu inimici gaudendũ non esse 107 a
cauda cur in sacrificium immolari iussa 172 c
cauerna maceriæ 232 b 237 a 241 a
caupones quibus vitijs obnoxij 501 a
causam pauperũ nósle iustũ,quid sit 123 a
Cedar quis aut qualis 208 b
cedrus & cypressus quales 244 b c
cedrus 215 b 272 c 486 a 493 b
cedrina quæ tigna cur dicantur 221 b
cedrinæ tabulæ quid 302 a 309 a
celanda quæ quibus cur sint 109 a
cella vinaria 228 a 235 a 238 c
cellaria quid 105 b
cellarijs introduci,quid 217 c
centuplum iustis, iniustis autẽ septuplũ reddi,quid 418 a
certamen quod quibuscum Iacob habuerit 352 c 353 a
certamina mystica q̃ qbus cõtra quos 354 c
certandum quibus qui sit 409 c
cerua charissima quid 28 c
cerui 229 c
ceruorum naturalis industria quę 230 b
ceruis qui viri cur similes 230 b
ceruicatus 450 c
Chamus seu camus cui conueniat 112 c
chananęi cur nõ simùl,sed sensim ablati 361 a
chananæi quomodò & cur maledicti 361 b
chananæo tradere cingulum,quid 141 c
charitas maxima quæ 306 a
charitas quanta sit virtus 146 c
charitas qui operiat delicta 46 a
charitatis agilitas quanta 300 c
charitatis laus & excellentia 398 b 245 a
charitatis ordo quis 228 b c 301 a b
charitatis & timoris collatio 502 a
charitatis vinculum quod 31 c
charitate p̃diti q̃ quõ charitatẽ spernãt 301 a
cholerici ad quid summè propensi 79 c
cholericis quid potissimè cauendum 85 b
choretica seditio quì tandèm sedata 575 a
chori castrorum 283 a
christus qui nobis audiendus 11 a
christus qui lignum sit vitæ 19 a
chr̃s quõ qua in p̃sona cõsidere dicat 140 b
christus quomodò quærendus 14 b
chr̃s quoto à sui cõceptiõe mẽse nat⁹ 337 c
christus quotupliciter flos vocetur 226 c
christi aduentus vndenàm liqdò Iudæis constare potuerit 539 b
christi & Mosis doctrinæ collatio 255 c
chr̃i quales victimę & thesaurus 412 288 c
chr̃o & duplicé naturã,& duplex os eé 204 c
chr̃o quî tria Salomõis noĩa cõgruãt 2 a
christum in altari offerri,quomodò Psalmista prædixerit 214 a
christum, qui aliquãdò clamauit, quomodò quis ꝓpheta neget clamãsse 8 b
christiani cur ab impijs affligantur 66 b
Cibandus à DEO quis quomodò 446 b
cibaria ancillis dare,quid 141 b
cibus CHRISTI qualis 41 c
cibi qui cur non desiderandi 102 c
cibis quem suis confundi,quid 439 c
cinamomus(aliàs n geminato profertur)aut cinamomum,quid 34 c 258 a 486 c 493 c
cincinni quid 268 c
cingulum tradere Chananęo, quid 139 a
cinis quî nostrum corpus futurum 317 b
circuire ciuitatem 242 a
circuitus bonus aut prauus quis 347 a
circulatio solis,q̃ quotidiè alia atq; alia 148 a
circulꝰ aureus in narib⁹ suis,mysticè q̃d 51 a
circulus zodiacus qualis 148 a
circuli solares qui aut quot 148 a
circulos in suos qui dicat sol reuerti 148 a
circumpedes aut circumpediles quid 573 b
circũcisio quî spũalis regnatio fuerit 22 c 23 a
circunspectio DEI quid 445 a
circunuenire iustum, quid 320 c
circũuenire iustũ qui quõ dicantur 318 c
cisterna spiritualiter quid 27 b
ciuitas fortiũ qd,& q̃ eã facilè obtineãt 98 a
ciuitas mysticè quid 41 b 191 c 246 c
ciuitas paruà à paupere defensa, quid 387 a
ciuitates vndè ferè subuertantur 50 a
Clauum quí clauo pellere liceat 113 a
clauorum & verborum collatio 199 c 200 a
clementia quid 94 c
clementiæ laus 50 c
clypeus qualis quale sit verbum 118 b
clypei mysticè quid 253 b
Coæquæua quatuor quæ 317 a
coccus 383 c
coẽundi licitè tempora quantilla 156 b
cogitatio impiorum apud se, qualis 317 a
cogitatio q̃ qd quibus negocij faceſſat 328 c
cogitatio quæ quorum vbi sit 331 c
cogitatiões cuiusq; qui p quẽ dirigẽdę 73 b
cogitationes humanæ cui notæ 340 b
cogitationes q̃ cur à DEO segregent 311 c
cogitationes quæ quales 36 c 67 b 70 b 313 a 314 b 349 b c 515 a
cogitationes q̃,qualia sint iudicia 53 b
cogitationũ traductio qui Chr̃s factus 319 a
cogitationum varietas vndè 89 c
cogitationes etiã scrutandas esse 333 c
cognitio DEI perfectissima,q̃ 218 b
cognitio DEI vera,q̃ 177 b
cognitio q̃ cui præponenda 170 a
cognitio q̃ quomodò non sufficiat 11 c
cohabitare mulieri nequã,quale quid 497 b
coheleth Hebraicè quid 3 b
coitus quid 33 c
collis thuris 254 a
collis thuris qui sit MARIA 264 b
colloqui quibus non liceat 163 e
collum ecclesiæ quid 253 a
collum mentis quid 6 b 264 a
collum mysticè quid 212 a c 296 a
colli crinis vnus quid 262 a 265 a
collum esse sicut monilia 225 b
coluber quid 190 b
colubri caput quale 497 b
colubri instàr peccata vitanda 469 b
colubri via quid 131 a
colubro & regulo cur vinũ assimilet 104 b
columba 237 a
columbæ proprietas q̃ 231 c 285 b
columbæ lacte lotæ,quid 271 c
columbæ qualibus gaudeãt aquis ibidẽ
columbini oculi 214 c 263 a
columna nubis 483 a
colũnæ cui q̃ mulier comparãda 500 b
columnæ argenteæ 244 c 248 a 250 b
columnę septem,quid 40 c
columnæ quæ quibus quõ noctũ & interdiũ vsui fuerint 353 c 380 c
coma sponsi quid 271 a b
comę q̃ quales aut quid 271 a 290 b 294 b
comedendũ cum quibus non sit 103 a
cõcedere, bibere, & iebriari chariſſ. qd 277 b
comedere fructum pomorum 273 b
comedere populi peccata 402 c
cõedite amici & bibite,quid 267 b
comessationes qualẽ ferè habeãt exitũ 103 c
cõmorari in villis 291 c 295 a 297 a
commorari inter vbera,quid 213 b
commoueri à fundamentis,quid 328 b
cõpassiõi seu cõpatiẽtię q̃ potiſſ. dediti 90 a
contumelia quale quid 91 c
contumelia quî superbiæ vicina 48 b
contumelia vndè dicta 48 c
cõtumeliæ & detractionis discrimen 26 b
cõtumeliam esse peccatum mortale 48 c
cõtũelia & torméto qs qui iterrogat⁹ 320 a
conuallis 226 c
conuallium poma quid 282 a 286
cõuentꝰ q̃ vndè quã habeãt firmitatẽ 86 b
conuersio q̃ cur non tardanda 411 b
conuiuę habendi qui 427 a
cõuiuia q̃ cur vetita aut vitanda 103 c 171 a
copres quo apophthegmate curiositatẽ fratrum suorum retuderit 404 b
cor gaudens quid commodi ferat 68 b
cor nequam quid,& quibus potiſſimùm onerib⁹ obnoxium 404 c
cor nullũ aut nullius oĩnò mundũ esse 92 b
cor quantopè custodiẽdum 24 b c
cor quàm diuersè accipiatur 65 c
cor quid aut quale 317 b
cor quî faciem hominis mutet 442 a
cor quì mundandum 545 c
cor,quorum quatuor origo 543 a
cor sapiens & intelligibile,quid 405 b
cor stulti aut stultorum quale 67 c
cor vbinàm quisq; suum habeat 24 c
cordis affectio an & qui dephẽsibilis 442 a
cor hominis disponere viam eius,quid 74 c
cordis sui possessor,quis sit 72 a
corda hominum, alioquì inscrutabilia, DEO cognita 68 b
corda hominum quibus manifesta 117 c
corona q̃ quibus vndè obtingat 23 b
corona senum,filij qui 79 a
corona viro suo mulier q̃ 53 b
coronare se rosis 318 a
coronari de capite Amana &c. quid sibi velit 254 c 255 a
corpus hominis mortuum quos ditet 430 a
corpus peccatis sùbditum,quid 312 a
corpora cęlestia sintne aĩata, an saĩata 148 b
correctio q̃ quàm sit vtilis 123 c
correctio q̃ quo amore melior 115 c
correctio seu correptio q̃ quibus abundè sat sit,aut non sit 79 c
correptio q̃ qualis,aut qui ferenda 121 c 465 b c 466 a
correptionem contemnentes, interitui obnoxios esse 122 b
correptione aliena quomodò alij nõ correpti instruantur 90 a
correptionum DEI vtilitas quotuplex 17 c
correptores DEO accepti qui 108 a
corripere delinquentẽ nõ audens, qui se gerere debeat 171 c
corripere Dominum sibi dilectos 18 a
corripi à supueniente iniqtate,quid 313 a
corripiendum aut corrigendum quî sit 86 a 89 c 172 a b 463 c
corripiẽdi ꝓximi mãdatũ q̃ pauci spleãt 72 b
corrupta mater &c. quid 299 c 305 b
corrupta,an & quî eadẽ numero redeãt 149 c
corruptio q̃ quanta 45 b
cortex quis qualis 280 c
corui mysticè qui 130 c
costæ cuius domùs custodes 198 a
coturnicũ copia tanta Israelitis vndè 386 b
Crapula multos perire 544 b c
cras quid signet 115 a 429 c
crastini certum esse neminem 115 a
crater tornatilis 293 a
creare 325 a 358 a 453 c 457 b
creari ab initio,quid 484 b
creari quî aliquandò sumatur 389 c
creari quõ sapiẽtię ęternę conueniat 484 a
creata qui dicat sapientia 38 c 389 c 390 a
creata à DEO cur omnia 315 c 316 a
creata omnia quotipliciter dicantur vana, & qui bona 146 c 147 a
creata quî omnia 457 b c 553 c
creatis quibus quõ DEVS insit 40 a
creatoris meminisse quî debeamus 197 a
creatoris opera q̃ 39 a b
creaturę q̃ qb⁹ ꝓ creatore suo irascant 376 b
creaturæ quî omnes æquales 533 c
creaturis vti tanquã i iumẽtis,qd sit 318 a
credendũ quî sit 63 b 72 a 398 a 462 c
credenda minimè q̃ 177 a
creditor mysticè quis 113 c
creditores qui cur nõ facilè debitoribus credant 509 b
credulitas securissima q̃ 63 c
cribro ex cribratione puluerẽ adhærere, qd præ se ferat 502 a
crinis vnus colli quid 255 b
crines Ecclesiæ quid 255 b
crocus 257 c
crura & tibiæ quî & cur dicantur viri fortissimi 198 a b
crura q̃ quibus columnis assimilata 272 b
crura sponsi quid 272 b c
crux CHRISTI qualis 291 a 299 b
crux IESV,quõ sit gloriationis occasio 213 c
crucem sepulcris apponi,qd sibi velit 547 a
crystallus quid, & qui fiat 566 c
Cubare in meridie,quid 210 a
cubationẽ sponsi cur Ecclesia indicatã sibi velit 210 a b
cubiculum seu cubicula,quid 243 a 247 b
cubiculum genitricis 298 b
cubiculo genitricis introduci,quid 249 b
cubilia leonum 261 c
culpa q̃ quorum sit 118 b
culpas qui suas DEO asscribant 87 c 88 a
culter in gutture quõ mysticè ponẽd⁹ 102 b c
culter mysticè quid 102 b
cultus diuinus cui execrabilis 395 b
cũcta sub sole quî Salomõ vidisse putãd⁹ 150 c
cunctæ res cur difficiles 149 a
cur,p̃ q̃ qs peccet, per eadem & puniat 357 c
cura in DEO q̃ quî sit 334 c
cura q̃ quomodo sit dilectio 336 a
curãda aut cogitãda nobis potiſſimũ q̃ 403 c
curatio peccatum cessare faciens,q̃ 189 c
curiositas pessima q̃, & q̃ cur potissimùm vitanda 150 c 404 a
curiositatis vitium quale 51 c
currendũ quib⁹ quò aut quî sit 84 c 217 b c
currere ad malum,quale quid 7 b
currere in odore vnguẽtorũ,qd 207 b 223 b
currus Pharaonis 219 b
cursus velocium,quid 185 c 186 b
custodẽ i vineis poni, qd 209 a b 218 c 224 c
custodes q̃ quales aut quid 198 a 270 b 275 c 278 c 302 c
custodia q̃ quàm necessaria 57 c
custodia q̃ quid emolumenti ferat 98 a
custodia quanta quibus necessaria 24 c
custodire legẽ,quid boni ferat 124 b
custodire Dñm rectorum salutem,quid 12 b
custodiri iusto subſtãtiã peccatoris,quid 61 a
custoditio q̃,qualis sit consummatio 316 a
Cydaris 383 c
cyperus aut syncopaticè cyprus, quid 257 c
cypressus quid 215 b 486 a 493 b
cypressina laquearia q̃ cur appellentur 221 b
cyprus quid sit 214 a
cypri botrus quid 213 c

DAemonum seu malorũ spirituum descriptio 552 c
dæmones ex idolis loq; solitos 366 c

damascus quid 290 a 294 a
damnati q̃ quomodò rõnabiliter dicere queant aut nequeant 331 a b
dãnatis i inferno q̃ adhuc cõsiderabilia 185 c
damnatis quis potus quî dandus 134 c
damnum an cuiquam inferendum 82 c
damula quid 29 a c
dandum quî sit 410 b 533 c
danda q̃ quibus aut retinenda 526 c
dare dolorem,quid 45 c
dare odorem in gratiam,quid 551 a
dare p̃dã dõesticis,& ancillis cibaria,qd 137 b
dare,quàm accipere,melius esse 509 b
dare substãtiã dom⁹ suę ꝓ dilectiõe,qd 301 a b
dare vbera, mysticè quid 291 c
dare vocem in plateis,quid 8 b
data seu munera q̃ qualia 466 c 476 b
datorem ei quem donauit, sua dona imporare non debere 560 a
datum pauperi, DEO in fœnus dari 89 b
dauid & Ioseph, vndenàm Domino præcipuè cordi fuerint 22 b
dauidis encomia 579
dauidis pctã vndè seu quî purgata 579 c 580 a
Debita q̃ qui condonanda 509 b

debi-

consilij vir,quis aut qualis 522 c
consilio sine faciendum nil esse 523 a
consilia multa,qualia 50 b
consiliarius DEI quis quomodò fiat 23 b
consiliarius quis esse debeat 116 c
consiliarij quales habendi 414 a
consortia q̃ qualia 439 b
consubstãtialitatis in trinitate assertio 38 c
consuetudo q̃ qualis 13 b 437 b
consuetudo venialium q̃ cur mortalis 173 a
consuetudinis pessimæ vis q̃ 24 a
consummatio q̃ qualis 324 c
consummatũ in breui,explẽsse tempora multa,quid 327 b
consurgere vt aurora,quid 288 a
contemplãdi exercitiũ quib⁹ studijs postponendum 236 a
cõtẽplari,iucũdúmne sit an amarũ 346 b c
contemplatio q̃ qualis 18 b
cõtẽplatiõi vacãtes iqetare,quale 235 c 236 a
cõremplatiuus in sua deuotione cur nõ turbandus 236 a
contendere an & qui liceat 21 c
contentio q̃ cum quibus vitanda 506 c
cõtentio quid,quantúmve peccati sit 21 c
contentiones hominem dedecere 91 b
contignatio quid 192 b
continens iustitię quis 446 b
cõtinẽs oĩa,quî scientiã habeat vocis 314 a
cõtinentia quî aut vndè obtinẽda 347 b
continentiæ laus quanta 500 b
cõtra,quid aliqñ scorsùm significet 414 c
cõtritio vera q̃ vel spãda,vel obtinẽda 411 a
contumelia quale quid 91 c
contumelia quî superbiæ vicina 48 b
contumelia vndè dicta 48 c
cõtumeliæ & detractionis discrimen 26 b
cõtumeliam esse peccatum mortale 48 c
cõtũelia & torméto qs qui iterrogat⁹ 320 a
conuallis 226 c
conuallium poma quid 282 a 286
cõuentꝰ q̃ vndè quã habeãt firmitatẽ 86 b
conuersio q̃ cur non tardanda 411 b
conuiuę habendi qui 427 a
cõuiuia q̃ cur vetita aut vitanda 103 c 171 a
copres quo apophthegmate curiositatẽ fratrum suorum retuderit 404 b
cor gaudens quid commodi ferat 68 b
cor nequam quid,& quibus potiſſimùm onerib⁹ obnoxium 404 c
cor nullũ aut nullius oĩnò mundũ esse 92 b
cor quantopè custodiẽdum 24 b c
cor quàm diuersè accipiatur 65 c
cor quid aut quale 317 b
cor quî faciem hominis mutet 442 a
cor quì mundandum 545 c
cor,quorum quatuor origo 543 a
cor sapiens & intelligibile,quid 405 b
cor stulti aut stultorum quale 67 c
cor vbinàm quisq; suum habeat 24 c
cordis affectio an & qui dephẽsibilis 442 a
cor hominis disponere viam eius,quid 74 c
cordis sui possessor,quis sit 72 a
corda hominum, alioquì inscrutabilia, DEO cognita 68 b
corda hominum quibus manifesta 117 c
corona q̃ quibus vndè obtingat 23 b
corona senum,filij qui 79 a
corona viro suo mulier q̃ 53 b
coronare se rosis 318 a
coronari de capite Amana &c. quid sibi velit 254 c 255 a
corpus hominis mortuum quos ditet 430 a
corpus peccatis sùbditum,quid 312 a
corpora cęlestia sintne aĩata, an saĩata 148 b
correctio q̃ quàm sit vtilis 123 c
correctio q̃ quo amore melior 115 c
correctio seu correptio q̃ quibus abundè sat sit,aut non sit 79 c
correptio q̃ qualis,aut qui ferenda 121 c 465 b c 466 a
correptionem contemnentes, interitui obnoxios esse 122 b
correptione aliena quomodò alij nõ corripi instruantur 90 a
correptionum DEI vtilitas quotuplex 17 c
correptores DEO accepti qui 108 a
corripere delinquentẽ nõ audens, qui se gerere debeat 171 c
corripere Dominum sibi dilectos 18 a
corripi à supueniente iniqtate,quid 313 a
corripiendum aut corrigendum quî sit 86 a 89 c 172 a b 463 c
corripiẽdi ꝓximi mãdatũ q̃ pauci spleãt 72 b
corrupta mater &c. quid 299 c 305 b
corrupta,an & quî eadẽ numero redeãt 149 c
corruptio q̃ quanta 45 b
cortex quis qualis 280 c
corui mysticè qui 130 c
costæ cuius domùs custodes 198 a
coturnicũ copia tanta Israelitis vndè 386 b
Crapula multos perire 544 b c
cras quid signet 115 a 429 c
crastini certum esse neminem 115 a
crater tornatilis 293 a
creare 325 a 358 a 453 c 457 b
creari ab initio,quid 484 b
creari quî aliquandò sumatur 389 c
creari quõ sapiẽtię ęternę conueniat 484 a
creata qui dicat sapientia 38 c 389 c 390 a
creata à DEO cur omnia 315 c 316 a
creata omnia quotipliciter dicantur vana, & qui bona 146 c 147 a
creata quî omnia 457 b c 553 c
creatis quibus quõ DEVS insit 40 a
creatoris meminisse quî debeamus 197 a
creatoris opera q̃ 39 a b
creaturę q̃ qb⁹ ꝓ creatore suo irascant 376 b
creaturæ quî omnes æquales 533 c
creaturis vti tanquã i iumẽtis,qd sit 318 a
credendũ quî sit 63 b 72 a 398 a 462 c
credenda minimè q̃ 177 a
creditor mysticè quis 113 c
creditores qui cur nõ facilè debitoribus credant 509 b
credulitas securissima q̃ 63 c
cribro ex cribratione puluerẽ adhærere, qd præ se ferat 502 a
crinis vnus colli quid 255 b
crines Ecclesiæ quid 255 b
crocus 257 c
crura & tibiæ quî & cur dicantur viri fortissimi 198 a b
crura q̃ quibus columnis assimilata 272 b
crura sponsi quid 272 b c
crux CHRISTI qualis 291 a 299 b
crux IESV,quõ sit gloriationis occasio 213 c
crucem sepulcris apponi,qd sibi velit 547 a
crystallus quid, & qui fiat 566 c
Cubare in meridie,quid 210 a
cubationẽ sponsi cur Ecclesia indicatã sibi velit 210 a b
cubiculum seu cubicula,quid 243 a 247 b
cubiculum genitricis 298 b
cubiculo genitricis introduci,quid 249 b
cubilia leonum 261 c
culpa q̃ quorum sit 118 b
culpas qui suas DEO asscribant 87 c 88 a
culter in gutture quõ mysticè ponẽd⁹ 102 b c
culter mysticè quid 102 b
cultus diuinus cui execrabilis 395 b
cũcta sub sole quî Salomõ vidisse putãd⁹ 150 c
cunctæ res cur difficiles 149 a
cur,p̃ q̃ qs peccet, per eadem & puniat 357 c
cura in DEO q̃ quî sit 334 c
cura q̃ quomodo sit dilectio 336 a
curãda aut cogitãda nobis potiſſimũ q̃ 403 c
curatio peccatum cessare faciens,q̃ 189 c
curiositas pessima q̃, & q̃ cur potissimùm vitanda 150 c 404 a
curiositatis vitium quale 51 c
currendũ quib⁹ quò aut quî sit 84 c 217 b c
currere ad malum,quale quid 7 b
currere in odore vnguẽtorũ,qd 207 b 223 b
currus Pharaonis 219 b
cursus velocium,quid 185 c 186 b
custodẽ i vineis poni, qd 209 a b 218 c 224 c
custodes q̃ quales aut quid 198 a 270 b 275 c 278 c 302 c
custodia q̃ quàm necessaria 57 c
custodia q̃ quid emolumenti ferat 98 a
custodia quanta quibus necessaria 24 c
custodire legẽ,quid boni ferat 124 b
custodire Dñm rectorum salutem,quid 12 b
custodiri iusto subſtãtiã peccatoris,quid 61 a
custoditio q̃,qualis sit consummatio 316 a
Cydaris 383 c
cyperus aut syncopaticè cyprus, quid 257 c
cypressus quid 215 b 486 a 493 b
cypressina laquearia q̃ cur appellentur 221 b
cyprus quid sit 214 a
cypri botrus quid 213 c

DAemonum seu malorũ spirituum descriptio 552 c
dæmones ex idolis loq; solitos 366 c

damascus quid 290 a 294 a
damnati q̃ quomodò rõnabiliter dicere queant aut nequeant 331 a b
dãnatis i inferno q̃ adhuc cõsiderabilia 185 c
damnatis quis potus quî dandus 134 c
damnum an cuiquam inferendum 82 c
damula quid 29 a c
dandum quî sit 410 b 533 c
danda q̃ quibus aut retinenda 526 c
dare dolorem,quid 45 c
dare odorem in gratiam,quid 551 a
dare p̃dã dõesticis,& ancillis cibaria,qd 137 b
dare,quàm accipere,melius esse 509 b
dare substãtiã dom⁹ suę ꝓ dilectiõe,qd 301 a b
dare vbera, mysticè quid 291 c
dare vocem in plateis,quid 8 b
data seu munera q̃ qualia 466 c 476 b
datorem ei quem donauit, sua dona imporare non debere 560 a
datum pauperi, DEO in fœnus dari 89 b
dauid & Ioseph, vndenàm Domino præcipuè cordi fuerint 22 b
dauidis encomia 579
dauidis pctã vndè seu quî purgata 579 c 580 a
Debita q̃ qui condonanda 509 b

debi-

debitor quid creditori debeat 508 c
debitorẽ & creditorẽ sibi obuiare,quid 123 c
debitores qui quales 508 c 509 a
decem mensium fœtus quales 337 b
decimæ quî soluendæ 17 a
decimarũ solutio q̃ quã obtineat mercedẽ 17 b
declinare ad dexterã aut sinistrã, quid 25 b
declinare seu transire spõsum,quid 275 b
decoloratum esse à Sole,quid 208 c
decor mysticè quid 139 a
decorũ esse vti Ierusalem,quid 284 b
defectib⁹ & culpis quantis obnoxij etiã optimi quique 18 b
defluere quid sit 316 c
deierare quid aliquandò signet 183 c
delectari præsidentia aut dominio, quale qd 333 b c 336 b
delectatio quæ quanta 28 a
delectatio quid 481 b
delectatiões operũ quorũ bonæ q̃ 97 b
deliciæ q̃ quales 39 c 488 c 513 b
delicias omnes vanitatibus pmixtas 153 b
delicijs qualibus qui affluant 299 a
delictũ quod qui celãdũ aut nõ celãdũ 79 b
delictũ cũ delinquẽte cõteri,quid 501 c
delicta an & quî denudanda 463 b
delictis alienis gaudere, quid p̃ se ferat 505 a
denarij mysticatio & significatio 243 c 280 c
dens putridus mysticè quid 110 c
dentes aĩę,quib⁹ ouib⁹ cur cõparent 260 a
dẽtes q̃ quales aut qd 252 a 263 c 291 b 469 c
deosculari 298 b 304 c
derelinquere iter rectum,quid 13 b
derisor cur eijciendus 100 a
derisorem erudire,quale quid 41 c
descendere in hortum 279 a 281 c 282 a 286 a b 288 b
desertum 247 c
deserta israelitis pãbulata & ihabitata q̃ 356 a
desiderabilis qui totus sit sponsus 273 a
desiderium suum iustis dari,quid 47 b
desiderijs pigrum occidi 98 b
desidia aut pigritia vndè 30 c
despectio ,proximi bona malâve, q̃ 64 b
despectũ à DEO, nemini corrigibilẽ esse 174 c
despici peccatorẽ à DEO bifariàm ibidẽ
despatio q̃ sit nimio timori ,ppinqua 15 c
despatione quos satanas fallat 411 b
desponsationis dies mysticè quid 245 c
detentio in plenitudine sanctorũ,qd 487 c
detrahenti quid factu oportunum 59 c
detrahentem increpare,seu deferre nõ audenti quid agendum 111 b
detrahere,& detractionem audire, an & quõ differant 107 c
detrahere quem cui,quotupliciter aut quomodò contingat 26 b
detractio quale quantúmve sit vitium 25 a 26 b 315 a
detractor cur serpenti conferatur 191 a
detractor quàm sit odibilis 26 b 106 a
detractor qui facilè confundatur, aut tacit⁹ reddatur 111 b
deuorare sanctos,& retractare posthmodùm, quale 94 b
deuotio quib⁹ potissimũ arceatur 96 c
deus an & qui vel mortem fecerit, vel perditione viuorum lætetur 315 b c
deus cur omnia creârit 158 c
deus q̃ efficaciter ac mirè quosdã præueniat 72 c
deus quanto misericordior carnalibus hominibus 406 c 407 a
deus quî cuncta fecerit bona 158 a
deus quos potissimùm diligat 407 b
dei cõsilia an & qui homines sciant 349 a b
dei erga nos beneficia 522 a
dei gratia & auxilio quàm assiduè nobis sit opùs 16 a
dei nomen quale 369 a
dei operũ paucissima hoĩbus cognita 568 b
dei potentia quanta 180 a 567 c 568 c
dei pscientiæ intuitus,quã vim habeat 164 c
deo facilia esse etiam difficilima 567 a
deo mali quid asscribi quõ cõtingat 448 b c
deo nunciari aliquid quî dicatur 271 c
deo placere volentibus quid agendũ 36 c
deo quid debeamus 197 b
deo resistì non posse 361 b c
deo,seu de DEO,loquendum quî sit 164 b
deũ agnoscere seu inuenire,quale qd 363 c
deum hic qui viderint 572 b c
deum omnia scire 562 b c
deum tentari ab hominibus, quale qd 311 b
deo neminem decipi 448 b
dij in scriptura appellati qui 369 b
dextera q̃ quos tectura 332 a
dextera quid 18 c 25 b c 189 a 229 b 345 a
dextra amplexari,quid 298 c
Diabolus quõ homines seducat 411 b
diaboli filius meritò quis 81 c
diaboli in nos iuuidia quanta 320 b
diabolum qui quõ imitentur 320 c
diaboli qua subindè in forma visi 241 b
diabolos peccatorẽ à se persuasum, vbi peccârit,irridere 477 b
diadema speciei quid 331 c
diademate quo quis Salomon vndè coronatus 245 b c 251 a
dictami vis q̃ 230 a b
dies quis qualis aut quid 42 c 103 b 170 c 171 b 175 a 245 c 246 a 444 a
diei aut tẽpori nũ asscribenda malitia 173 a
dies qui quales sint aut dicantur 42 c 68 c 121 b 173 c 389 a 543 c 544 a
dierum oratio quid aut quotuplex 401 a
dissamare peccatum disciplinę,quid 319 a
difficilia cur sint omnia 149 a b
digestionis quadruplicis descriptio 199 b
digitus aut manus DEI,quid 321 a b
digitum extendere,quid 31 a
digito loqui,quid 30 c
digiti 269 b
digitos myrrha plenos esse,quid 275 a
digitis aut manibus qd mysticè designeẽt 342 a
dilatatio cordis quid 96 a
dilatione beneficium minui 21 b
dilatione vindictæ qui quõ abutantur 181 c
dilectio CHRISTI erga nos quanta 136 a
dilectio nostra ad DEVM,vndè 37 c
dilectio q̃ qualis legum custodia 336 a
dilectio quàm sit fortis 300 a
dilectio quid quasi sonet 31 c 323 b
dilectio quotuplex 188 a
dilectio summa q̃ 306 a
dilectio vera quî sese indicet 323 b
dilectionis ordo quis 228 b c
dilectus ex dilecto,qualis 270 c
dilectus meus mihi & ego illi,qd 233 a b 284 a
dilectus vteri & votorum,quid 133 c
dilecti candor seu rubor, quid 270 c
dilectũ nostrũ in lectulo q̃rere qd sit 242 a
dilectum venire in hortum suũ,quid 273 a b
dilecti aut diligibiles DEO tãtùmodò, q̃ 342 b
diligere,quid sit 415 b
diligere qui DEVS quæque dicatur 37 c
diligere semper, quis quomodò dicatur aut intelligatur 81 b
diligẽdus quõ vel amic⁹ vel inimicus 412 c
diligentes DEVM quõ diligat DEVS 37 b
diligẽtib⁹ Deũ sua quî pctã dimittant 400 c
diligẽtia quâta vbi maximè adhibẽda 14 b
diluculum ad quid præcipuè aptum 37 c
diluculum quid,& quò maximè aptum 549 c
diluculo consurgere,quid 51 c
diluuium cur factum 555 a
diminutiuè quotiãriã dicî q̃ppiã possit 221 a
dimittẽtes aquã,caput iurgiorũ qui fiãt 80 b
dimittendum qui sit 505 b c
dionysij tyranni lepidũ facinus & apothtegma 426 c
directio q̃ qualis & vndè 16 a 397 c 398 a
discenda q̃ cuiq; & quî sint 333 b 415 b
discere nolẽtes,quib⁹ periculis obnoxij 81 a
disciplina q̃ cur tenenda 23 c
disciplina quid 28 b 53 a 72 a 89 c 90 c 103 b 395 b 550 a
disciplina quî conseruanda 559 a
disciplinę tolerãtia quid præferat 395 a
disciplinę vocabulo qd itelligẽdũ 3 c 6 a 10 a
disciplinam abijcere,quid sit 323 b
disciplinam pomini cur æquo animo & quot de causis ferre debeamus 17 c
disciplinaris correptio quàm sit vtilis aut necessaria 32 b
discipulos quî suos Chr̃s excipe solit⁹ 205 a
discordia bona q̃ 31 b c
discordia q̃ quàm mala 31 b c
discordiæ pernicies q̃ 280 a
discordiam inter fratres seminare,quantum vitij sit 31 b
discordias meditari,quale quid 81 c
discretio q̃ quibus habenda 118 b
discretio quantũ momenti habeat 235 b
discretio quid sit 13 a
discretio vbi & qb⁹ q̃ necessaria 632 a 1100 1132 a
discretionis laus 260 b 434 a
discurrere tãq; scitillas ĩ arũdineto, qd 322 c
discursores qui quales 511 b
dispensatio CHRISTI in terra,quàm fuerit cita aut velox 568 c
displicentia DEI quid 107 a
disponere omnia suauiter,quid 343 a
disponi benè,quid sit 322 a
dispositio q̃ quanti sit momenti 465 a
disputationi hominum quî mundum DEVS tradiderit 158 a
dissimulare petã ,ppter pœnitẽtiã, qd 359 b
dissolut⁹ ac mollis ĩ ope suo,cui⁹ sit fr̃ 84 c
distingui sapphiris 272 b
ditari festinãs,qb⁹ inuoluat periculis 121 c
ditari non curandum 102 c
ditari volentium pericula 501 b
ditissimi qui, quomodò & cur tãdèm depauperentur 516 a
dies infelix aut beatus quis 168 a 516 c 517 a
dies q̃ sit difficulter à delicto ĩmunis 434 b
dies vndè quis exiltimandus 546 c
diuidentes ,ppria,quõ ditiores fiant 51 b
diuinatio quid 74 c 75 a
diuini aut diuinatores quâ 170 b

diui-

diuisio maris rubri,qualis 387 c
diuisiones aquarum, penès Dũm esse 95 a b
diuitię cur amatori suo inutiles aut noxiæ 166 c 167 a
diuitiæ cur non optandæ 129 a
diuitiæ DEI quantæ 37 b
diuitiæ durabiliores quæ 59 b
diuitię in malũ Dñi sui quõ cõseruent 167 b
diuitiæ maximę q̃ 58 c
diuitiæ per se quales 174 a
diuitiæ q̃ cur diù non durent 59 b
diuitiæ q̃ quibus inutiles 81 a 330 b
diuitiæ q̃ quibus noxiæ 410 b
diuitiæ q̃ quibus quorum occasio 44 b
diuitię q̃ quõ & vndè obtineantur 344 b
diuitiæ q̃ quomodò pereuntes 557 b
diuitiæ quantis curis obnoxiæ 434 b
diuitiæ quid pariant 120 b
diuitiæ quî amandæ 167 a
diuitiæ quos minimè deceant 88 b
diuitiæ terrenæ quales 193 a
diuitiæ vbi nil prosint 49 a
diuitijs annexa pericula q̃ 69 a
diuitias amicos parere 88 a
diuitias auarè coacernare, q̃le quid 435 a
diuitias dari ad delendos reges,quid 134 a
diuitijs quomodò vtendum 516 b
diuitis & pauperis an differentia vlla habenda 99 b
diuitem mendacem esse,quale quid 495 b
diuites qui quibus malis obnoxij 8 a
diuitum cibus mysticè quis 441 b
diuitum quanta varietas 441 c
Docẽtium seu eorũ q̃ docẽt, pmia q̃ 489 a
docilitas quota prudentiæ pars 335 c
docti qui quo priuilegio potituri 412 b
doctrina alioquî bona,quib⁹ cur mala 68 a
doctrina q̃ quî haurienda 415 b
doctrina q̃ quî internoscatur 88 c
doctrinæ Ecclesiasticę finis quis 393 b
doctrinę vocabulum,quid sibi iuxta quos velit 3 c 4 a
doctrina quenq; sua nosci 53 c
dolosa flatera qui quomodò vtantur 48 b
dolorũ aut dolosorũ aliquot descriptio 439 a
domesticis suis dare prædam,quid 137 b
dõiciliorũ mutãdorũ suppstitio qbusdã q̃ 35 a
dominium malum quod 181 b
dominium seruos nõ decere 88 c
dominus qui corda probet 78 b
domus animæ qui perstillet 192 c
domus DEI qui intranda 163 b
domũsne cõiuiij an luctus potiũ adeũda 171 a
domus q̃ qualis aut quid 13 c 40 b c 53 c 67 b 139 b 144 a 221 a 298 b
domus quõ ædificanda & roboranda 105 a
domũs propriæ vsus quis 511 b
domui suę nõ timere à frigore niuali, qd 138 b
domum qui suam ædificet mulier sapiẽs 61 c
dona cur sua Dei inæqualiter diuiserit 444 b
dona q̃ qualia 13 a 14 b 339 b 513 b 531 a
donorum communicatiõe, maiora alia dona mereri 15 b
donorum vis aut gratia q̃ 85 c 97 a
donèc adspiret dies,quid 233 b 253 c
dorix quid fluuij sit 491 a
dormire 268 a b
dormire corde vigilante, quid 274 a 277 b
dormire in medio mari,quid 104 b
dormitio noxia aut periculosa q̃ 80 a b
Draco quid serpentis sit 374 b
Duæ species difficiles q̃ 500 c
ducenti aut ducentenarius,quid 303 b 307 a
ducere in domum matris &c. quid 308 b
ductiad mortem, quomodò eruendi 106 b
duo q̃dã cur à DEO Salomõ deprecat⁹ 129 a
duo vbera 205 b c 253 b 261 a 264 a
duodecim vatum laus 586 a
duplex cor aut corde,quid 399 a
duplex stola quid 136 c
duplicis linguæ merces q̃ 82 a
duplicibus vestiri,quid 138 b
duplicitas q̃ qualis 395 c 411 c
dura sicut iser⁹ æmulatio, q̃ intelligat 300 a b
duritia q̃, quę demùm finem habitura 404 c
duritia q̃ quid mali conferat 66 b c
dux aut rector quibus quã sit necessari⁹ 50 b
dux pubertatis quid 13 c
dux qs quos quó p calũniã opprimat 121 b
dux sapientiæ quis 339 b

Ebrietas quàm & cur vitanda 90 c 91 a
Ebrietas quos maximè dedeceat 519 c
ebrietas spiritualis q̃ 216 b c
ebrietatis incommoda q̃ 104 b c 134 b
ebriosi quibus malis obnoxij 104 a b c
ebrius an corripiendus 519 b
ebur 272 b 289 c
eburnea turris 289 c
eburneus venter quid 272 b
Ecclesia cur aliquandò affligatur 259 a
ecclesia cur se nigram vocet 208 b
ecclesia per quos qui oppugnata 209 a
ecclesia qui & virgo & meretrix dicat 281 b
ecclesia qui macula aut ruga careat 281 a b
ecclesia quî vniuersas supgrediat filias 140 a
ecclesia quibus roborata 280 a
ecclesię cuius mater aut genitrix, q̃ 281 b
ecclesiæ & mulieris collatio 135 b c
ecclesiæ humilitas 214 c
ecclesiæ malignantium filij quî 400 b
ecclesiæ militantis sponsus quis 201 b
ecclesiæ lucernam non extingui 138 a
ecclesiæ oculi aut caput mysticè quid 290 a
ecclesiæ veritas quanta 279 c
ecclesiæ precium quis 136 a
ecclesiæ primitiuæ laus 281 b
ecclesiæ seu animæ pulchritudo aut decor mysticè quis 259 a b 568 b
ecclesiã nũquàm destituì filijs aliquot perfectis 138 b
ecclesiam qui quomodò prædicent 139 c
ecclesiam suam CHRISTVS quanti fecerit 136 a
ecclesiastes quid sonet 2 a 145 a c 388 a
ecclesiastes Salomonis,cui philosophię parti applicabilis 2 b
ecclesiastæ officium 145 a
ecclesiasticus quid sonet 388 a
ecclesiasticî liber qualis 388 a b
echo q̃ qui maximè terreat 380 a
Edendum in qua mensa quî sit 102 b 517 b
educi ab altitudine inferorũ, quid 355 b
Effœminatio Salomonis, cuius nos rei potissimùm moneat 35 b c
effundere flumina,quid 491 a
Egenì aut pauperis num in iudicio ratio habenda 406 a
egentem calumniari,quid 66 a
egestas q̃ qualis 557 a b
egestas q̃ quibus debeatur 60 b
egestas vndè & quibus obtingat 22 a
egestatem q̃ manus quî operentur 44 c
ego dilecto meo,& dilect⁹ me⁹ mihi, qd 279 c
egredi 211 a 245 b 291 c 295 a 297 b
Electa vt sol,quid 281 c 285 c
electã esse genitrici suæ,quid 281 b
electi ex millibus,quid 271 a
electi quibus à DEO donis donentur & hic & posthàc 323 b
eleemosyna q̃ ęlis 402 b 437 b 459 c 460 a
eleemosynæ laus ac vsus 58 c 510 a
eleemosynæ vis q̃ aut quanta 97 a 193 c 402 c 405 b 419 b 455 c 456 a 510 a
eleemosynę pstãdę obnoxij potissimũ q̃ 405 c
eleemosyna magis ,pdesse dãti q̃ accipiẽti 15 b
elementa q̃ quî suæ naturę & ,pprietatis obliita 387 b
elephantus quanta sit bestia 374 b
eloquentia an summè appetenda 76 c
eloquium quod quàm dulce 252 b
eloquio dulcis quis 76 b
eloquia DEI qualia 128 a
Emendáne veritas,& quomodò 103 c
ementes quibus vitijs obnoxij 501 c
emissiões q̃ ęles aut quid 265 c 332 b 257 b
emptores ferè quales 93 a
empyreum cælũ quod aut quale 564 a
emunctio nimia quid 133 b
emungere sanguinẽ p̃ phlegmatic, quid 133 b
Engaddi quid 213 c 214 a b
enoch q̃ & quò & cur sit trãslat⁹ 327 b c 570 a
Eorundem numero reuersio seu renouatio, quî censenda 150 a
Epicurus quî omia renouari putârit 150 a
epicuri erroneum dogma 146 b
episcopi quarum ecclesiarũ sint sponsi 201 b
epulas diligere,quid secum vehat 97 b 516 b
Equitatus DEI quid 211 b 219 b
Eremita Philosopho qualis 127 a
errorũ & hæresiũ cõpluriũ causę q̃ 404 b
erubescendum nobis qui sit 12 a
erubescentia q̃ coram quibus potissimùm habenda 559 b c 560 a
erubescentia q̃ qualis 408 c
erudiendus quõ patri filius 124 a
erudito cui qualia bona obuentura 76 b
eruditi q̃, quò maximè conducant 4 c
eruditio diuitijs quanto præstet 174 b
Esau cur nè plorãdo q̃dè orans exaudit⁹ 9 c
esse, cui soli competat 146 c
esurienti quõ opitulandum 406 a
esus ac potus differẽtia mysticè q̃ 267 b
Eua qua sub arbore corrupta 300 b c
euangelij subsannator mysticè quis 70 c
eucharis lingua q̃ 413 c
eunuchi qui quales 325 a
euphrates 490 b
Exaltatio terrena q̃ qualis 433 c
examinatio q̃ quõ fiat 322 b
exauditio quib⁹ cur etiã petẽtib⁹ negẽt 9 c
excelsus vrbis locus,quid 43 a
excelso excelsiorẽ aliũ atq; aliũ esse, qd 166 c
excisæ columnæ septem,quid 40 c
excogitata q̃ qualia 457 a
excusatio peccatorum q̃ qualis 46 a
exemplo discere disciplinam,quid 108 c
exerrare 360 b
experientia,quanti sit momenti 529 b
expoliari tunica 269 a 274 b
expositio literalis q̃ quomodò in tropologicam & allegoricam mutetur 7 a

extendere palmas ad pauperē,quid 138 a
exterminator seu exterminās,qd aut qs 384a
exterminij iter quale 321 c
extollentia q̄ qualis 477 c
extranei qua in re vitandi 424 c
Ezechiæ & Ezechielis laus 583 c 584 a 585 c

FAbri ferrarij descriptio 548 a
fabri mysticè qui 599 a
fabrorū varietas q̄ 548 a
fabulosa Iudęorū de Phinees narratio 576 a
facere panem & vinum in risu, quid 192 c
facies decora 232 c
facies seu vultꝰ qs,qd quō p̄ se ferat 82b 465a
facies tristis qui facilè dissipet aut impediat detractionem 111 b
faciem hominis corde mutari 442 a
faciem in iudicio respicere,quid 121 c
faciem principis requirere,quid 125 b
factionum seditiosarū increpatio 413 a
facta omnia, qualiacunq; sint, DEI iudicium subitura 200 b
facta,qui sint facienda 149 c
factorem qui suum homo sequatur 153 c
facūdi q̄ quā apud quos habeāt gratiā 76 b
facundia quō sua quibusdam cedat 191 b
falsarius quis quo falsario peior 83 b
fama q̄ qualis 71 c 99 a 569 b c 570 a
famæ bonæ laus q̄ 71 c
famæ bonæ q̄ ratio habenda 170 b
fames & mors eur creata 533 a
fames mystica q̄ 44 c
fame iusti anima num affligatur 44 b c
fame quoqdā etiā martyres enecatos 44 c
familia quī gubernanda 61 c
familiaritas q̄ quibus periculosa 101 c
fasciculus myrrhę 220 b c 225 b
fasciculus myrrhæ,quis cui sit 213 a b
fascinatio quid 327 a
fatuus quī deflendus 474 a
fatuo non esse amicum,quid 467 b
fatui qua in re vitandi 424 c
fatuorum os quid quō ebulliat 66 c 414 a
fauus quis qualis aut quid 76 c 106 b 256 a 262 b 265 b 267 a
fauum calcare,mysticè quid 116 a
fauum comedere 266 c 267 a
fauo dulcior hæreditas quæ 488 b
Felicitas assidua num vtilis 95 a
felicitas quid,& vbi consistat 239 c 149 b
femen quid sit 289 b
femina mysticè quid 289 b 295 b
femina seu femora quid 292 c
feminalia linea 383 c
femur spirituale quid 244 a
fenestræ 231 b 445 b
fenestras p̄aliēas introspicere,q̄le quid 472b
ferculum de lignis Libani,quid 250 a
ferculum quid 244 b 248 a
ferrum mysticè quid 190 c
ferri vsus quis 551 c
ferrum ferro acui, mysticè quid 117 b
festinandum quī sit 87 b c 102 a
Fictionem quam odiat Spiritus. 312 c
ficus quid 232 a 236 c
ficum protulisse grossos suos 232 a 240 c
ficum seruare,mysticè quid 117 b
fideiubendum quī sit 93 b 101 c 511 a
fideiussor qualis e periculo exponat 93 b
fideiussores quali se curæ obligent 29 a
fideiussores q̄ à qbꝰ miserè circūuēti 510 b c
fideiussorum pericula q̄ 50 b
fideiussio qua cautione futura 29 a
fides q̄ qualis 398 a 555 b
fide & misericordia q purgent peccata 70 c
fideles qui quàm sint rari 92 a
fideliter agere,quid 56 b
fidutiæ maioris qui sint 379 b
figulus mysticè quis 549 a
figuli descriptio 548 b
figuli ius & ars 371 b c
figulū figulo inuidere,an sit naturale 441 a
figulum idolo fictili præstare 371 c 372 a
figuli qui quibus delictis obnoxij 372 b
filia principis quid 292 b c 295 b
filiæ quæ quales aut quid 130 b 209 a 218 c 227 a b 235 c 245 b 270 b 276 a 280 b 499 c 554 a 561 b
filiabus matris suæ quomodò impugnatā se dicat Ecclesia 208 c
filialis timor quid aut quis 5 c
filiꝰ aut filia suū q̄ patrē cōfundant 473 b c
filius dilectus qui educandus 61 b
filius Ecclesiæ aut synagogæ quis 23 a
filius quis quomodò tractandus 511 c 513 a
filius sapiēs qd,& quō lętificet patrē 43c 44a
filij gloria & dedecus vndè 402 a
filium DEI esse aut nominari 310 c
filiū DEI quō aut q̄lē se Chr̄s asseruerit 319 a
filij adulterorum qui quales futuri 324 b
filij aut filiæ quomodò tractandæ 421 c
filij matris synagogæ qui 224 b
filij qui quales, & quomodò de suis parentibus questuri 326 b 558 b c
filij qui quid parentibus conferāt 512 b
filij qui quorum senum corona 79 a
filij quomodò erudiendi 89 b
filios habere,quale quid 450 a b
finis loquēdi aut scribēdi potissimꝰ,qs 200 b
finis quid sit 536 c
finis quibus in rebus statuendus 13 a
finem an suum quis sciat 186 b
finem operi denominationem dare 105 a
finem principio præferri 172 c
firmamentum mysticè quid 568 b
firmamētū quod quātæ sit altitudinis 564 a
firmari in Sion,quid 485 a 491 b
fistula 258 a
Flagellum quibus conueniat 112 c
flagelli & linguę cuius collatio q̄ 507 b
flagella quī sua nc̄ exurat aut flagellet 535 b
flendi tempus,mysticè quid 157 b
flos campi 216 c 233 c 237 c
flos campi CHRISTVS qui sit 238 a
flos cur CHRISTVS dicatur 217 a
flores 235 b 240 b 262 b
flores apparére 231 c
flores parturire fructus,quid 291 c
floribus fulciri,quid 229 a
florentes vineas odorē suū dedisse,qd 240 c
florere mála Punica,quid 291 c
florere quasi lilium 551 a
florere vineas 282 a 286 a
fluenta plenissima quid 271 c
fluere impetu de Libano,quid 258 c
flumina 301 a 197 c 198 a
flumina oīa qui mysticè intrent mare 149 a
fluminum omniū origo & finis quis 148 c
flumina duriter concurrere, quid 332 c
fluuios omnes, vndè efluxerint, eodem refluere 348 c
Fodere malum,quid 97 a
fœmellæ recēns natę vox prima q̄ 337 c
fœminā pulchrā q̄ potissimū deceāt 289 a b
fœminæ cur miseriores quàm mares 554 a
fœminarum erga mares affectus qs 540 b c
fœminis assidere aut colloqui,quibus cur vitandum 426 a
fœna de montibus colligi,mysticè quid 118 c
fœnerandum an & quī sit 424 b 508 b
fœnerator bonus mysticè quis 89 b
folia palmæ qualia 271 a
fons hœdi quid 213 c
fons hortorum 258 b
fons pede turbatus,quid 111 c
fons sapientiæ quid 390 b
fons seu fontes mysticè qui q̄les 84 a
fons signatus 257 a
fons vitæ quid 65 b
fontes aquarum,quantum sapientiæ Diuinę sint opus 19 c
fontes quomodò cuiqs sui deriuandi 27 c
fontium mysticorum varietas 257 a
foramen mysticè quid 274 b c
foramina petrę 232 b 237 a 240 c
fores portarū vrbis mysticę, qd sibi velint 85
forīs inueniri,quid 298 a b 304 b 307 c
forīs sapientiam prædicare, quid,aut quī intelligendum 8 a b
formicæ industria quāta,& quibus imitanda 19 c 132 a b
formidine canescere,quale quid 21 b
formidolosi qui quomodò sint 119 a
formidolosorum increpatio & animatio 21 b
formosa quī sit Ecclesia 218 b
formosos nō oēs pulchros dici posse 264 c
fornaci cur mens CHRISTI cōferatur 568 b
fornacē ardentem qui sancti quomodò impunè tulerint 590 b
fornicē quē q reges quandò erigant 94 b
fornicandi voluptas qualis 32 b
fornicariæ & latronis comparatio 104 a
fornicatio spiritualis quid 368 b
fornicationis vitium quale 480 a
fortis armatus quis 536 c
fortes sexaginta quid 243 c
fortitudo q̄ qui degeneret 345 a
fortitudo q̄ quibus pro iure sit 318 b
fortitudo quid virtutis sit 248 a
fortitudo quotuplex & quid 339 a
fortitudo simplicis,q̄ 47 c
fortitudine qua qui quō exultēt 94 c 95 a
fouea profunda quid 104 a
foueæ cui quid fœminæ comparetur 100 b
fouea quéque sua capiendum 190 b
fouea qui sua quomodò pereant 114 b
Fragmen máli Punici 252 c
francisci Seraphici laus, raptus, ac dictum insigne 91 c 200 a 458 c
frater à fratre adiutus, mysticè quid 86 b
fratris corripiendi præceptum, quàm à nemine impleatur 72 b
fratrem à fratre iuuari, quale quid sit 86 a b
fratrem fugere matris vbera, quid 298 a
fremere 439 c
fremitus leonis quantus 89 a
frigida aqua sitienti quid 111 b
frigus in messe, quale quid 110 a
frigoris & scandalorum collatio 209 c
frigora quid 138 b
frondere in gratiam, quid 551 a
fructificādum quibus qui sit 550 c
fructus iusti quid aut quis 52 b
fructus pomorum quid 266 b
fructus quis cui gutturi dulcis 234 c
fructus quotꝰ aut quis cui statui futurꝰ 324 a
fructus salutis quid 393 c
fructus summus Ecclesię quis 302 c
fructus impij quid aut qui 67 b c
fructus qui quales 18 b 38 a 326 a
frui bonis præsentibꝰ qui cur malè optārint 317 c 318 a
frui & vti, quid & quī differant 152 a 167 c
frumenta absconder, quale quid 51 b c
frutex peccati quid 405 a
Fuga dilecti quid 303 c 307 b 309 c
fuisse, non esse, regem quomodò se Salomon asserat 150 b
fulciri floribus 231 b
fulgor iustorum quis tandèm futurus 322 c
fulgurum author quis 565 c
fumus narium nostrarum quis 317 b
fumi ex aromatibus virgula 243 b
fumo cur piger assimiletur 47 c
fundamentum quod quale 326 a
fundamenta æterna q̄ 500 b
fundisse dominum sapientia terrā, quid 20 a
funiculus triplex, quis aut qualis 162 c
funiculus argenteus quid 199 a
funibus instructus lectulus, qualis 34 c
funibus qualibus qui quō constringanē 28 b
furem futurroni præstare 412 b
furum pœnæ q̄ 32 c 33 a
furor DEI quid 536 b
furorem qui quomodò auertant 123 b
furiosus cur vitandus aut fugiendus 101 c
furti crimē aut suppliciū q̄le quātúmve 32 c
furti participem esse, quale quid 125 a
furti & mendacij collatio 468 b
furti & rapinæ comparatio 96 b
furti pœnā cur & qui Salomō auxerit 33 a
furtiuus panis & potus cur dulcior 43 b
fusca qui fuerit MARIA 224 b
futura post nos, non cuiuis cognitu facilia 160 a b
futura post nos, qui nobis scibilia aut nō scibilia 170 b
futura q̄ quī sciri non possint 180 b c
futura, qui sint præterita 149 c
futurorum nomina DEVM nōsse 169 b

GAlaad quid sonet 251 c
galbanum quid 487 a
gallus quid 132 c 133 a
gaudendum de malo alterius quī sit aut non sit 438 a b
gaudium quod cur fallax 152 b
gaudij extrema luctu occupari 63 b
Gelū seu gelūs author quis 566 c
gelū seu gelui cur exēpla mala cōferanē 209 c
gemelli fœtus 252 a 260 b
gemellis quibus q̄ vbera cur assimilenē 253 c
gemmæ q̄ quid 212 b 383 c
genæ quid 211 c 212 a 219 b 260 c 252 c 263 c 264 a 272 a
genas esse pulchras sicut turturis, quid 225 a
gēalia cōcilia vndè regi credantur 36 b
generatio casta q̄ & qualis 325 b 326 b
generatio mysticè q̄ ptereat & aduenial 147 c
generatio q̄ qualis aut qd 130 a 156 a 484 c
generationē pterire & aduenire, quid 147 b
generationibꝰ diuinis impleri, quid 488 b
germinasse mála Punica, quid 282 a
gersonis encomium 203 c
Gigantes mysticè quid 43 b
gigantum in cœtu commorari, quid 97 b
gion quid fluuij sit 490 b
Glacies quid 376 b
glacici q̄ spes cur similetur 377 b
gladius quid 553 a
gladio quis testis cur similis 110 c
gladios tenere, quid 243 c
gladium super semur habere, quid 244 a
gloria q̄ cur fugienda 426 b
gloria filiorum, patres qui 79 a
gloria qui obtineatur, & q̄ qualis aut quid sit 72 b 431 b 565 a
gloria stultum qui deceat 112 b
gloriam DEI esse celare verbum, quid 109 a
gloriam qui potissimùm possessuri 22 b
gloriādū quō aut in qbꝰ 213 c 335 b 427 a
gloriatio q̄ qualis aut quid 78 c 514 b 548 c
Goliæ arrogantia vndè & qui retusa 579 a
Gradi via infami, quid 61 c
gradus ingratitudinis qui & quot 80 b
gradus virtutis cuiuslibet quot 262 b
grana mysticè quid 252 c
grando & ignis cur creata 553 a
grando quid sit 209 c 376 b 566 a
gratia q̄ q̄lis aut quid 6 b 99 a 140 a 488 a
gratiæ & paradisi collatio 556 a
gratiæ DEI quō nobis cooperandum 25 c
gratiosæ mulieris laus 50 c
greges sodalium quid 210 b 224 c
greges tonsarum quid 252 a
gressus qui quales 13 c 289 a 292 b c 465 a
gressus qui quomodò dirigendi 16 a
gressus hominis Dominum dirigere 94 b
grossi quid 232 a 236 c
grossos suos ficum protulisse 240 c
gryphem inter aues magnitudine longè prestare 374 b
Gubernare, quid sit 4 c
gubernatori sopito cur ebrię cōpareē 104 b
gubernatio linguę, quantū DEI sit donū 73 a
gula seu luxus hominum qualis 61 b
gulam multos perdere 544 b c
gulosus quis cur dicendus 105 a
gutta q̄ tria signet 487 a
guttæ noctium 268 c
guttur 272 c 273 a 297 b
gutturi circundare misericordiam & veritatem, quid 15 b
gutturi cui quis fructus dulcis 234 c 238 b
gutturi culter qñ & cur & vñ infigendꝰ 102 b
guttur optimo vino similari 291 b
Gyrare per meridiem, quid 147 c
gyrum cæli circuire, quid 483 b

HAbere parùm cum iustitia, quibus copijs præstet 74 c
habere sciētiā vocis, quid 314 a
habitare in altissimis, quid 483 a
habitare in hortis, quid 303 b 307 b 309 c
habitare in Iacob 464 b
habitare in meridie, quid 148 c
habitare terram, mysticè quid 14 a
habitūs descriptio ac signum 13 b
habitūs vis quanta 13 b 69 c 138 a
habitꝰ q quō facilè aut difficilè noscāt 405 b
heredes habere iā, aut habuisse olim, qd 60 c
hæreditari nomine æterno, quid 447 c
hæreditas q̄ qualis 93 c 569 c
hæresis & lasciuæ fœminæ comparatio 178 a
hæresi qui quō inficiantur 404 b
hæretica cōgregatio qualia ferè pollicentur, & quàm sit contagiosa 14 a
hæretica prauitas cur meretrici cōparetur, & quomodò cuius similam agat 28 c 43 a
hæreticę doctrinę cur sint aut videantur dulciores 432 a
hęreticorū discrepātia inter se quāta 326 b
hæreticis labor suus quō cedat 191 c
hami & mortis collatio 186 c
hastiludijs an letari qs licitè debeat 23 c
Hebdomades q̄ qui computandæ 389 b
hebręorū aliquot Expositio cōsutata 126 c
hebręorū in legendis scripturis obseruatio quædam pia 203 b
heliæ præconia 582 a 583 b
herbę virētes quī mysticè appareant 318 c
hermon 254 c 255 a 261 c
hesebon 289 c
Hieroboæ peccata quanta 581 b
hieronymus, contra Lyranū defensus 206 a
hieronymi de nominibꝰ ac libris Salomonis assertio 3 b
hieronymi de syncera bibliæ translatiōe laudes 35 a
hierusalem mysticè quid 135 c 485 a
hierusalem nomine qui intelligantur 145 b
hinnulus quid aut qualis 28 a c 231 a
hinnulo CHRISTVM conferri 231 a
hinnulo cur sponsus similis 236 a
Hoc quod continet omnia, quid 314 a
hœdus quid animalis sit 213 c
hœdi quid 218 c 211 a
hœdos pascere 225 a
homo bestia peior quis 161 a
homo homini quī dñetur in malū 181 b
homo lege iustitiaq; destitutꝰ, qd 80 a
homo omnis cur conditus 200 b
homo quid arboris sit 194 c
homo quis quī facilè probandus 118 a
homo quī & cur tentationi expositus 396 c
homo quī primùm creatus 320 b
homo solitarius, Philosopho quid 161 b
hominis ætas quantilla 459 a
hominis dignitas ac honor quantus 27 a
hominis fragilitas quanta 458 c 459 a
hominis quid sit 72 c
homini q̄renda aut sapienda, q̄ 169 c
homini quātilla sit superbiendi causa 429 b
hoīem, cū cōsummauerit, tūc īcipe, qd 458 b
hominem nullū nō aliquandò peccare 176 c
hominem quī DEVS condiderit 178 b
homine & Sole, quī homo generetur 148 b
homines qui quomodò probandi 397 c
hominū calamitates seu afflictiōes q̄ 554 a b
hominum sapientiā cur sibi neget deesse Salomon 126 a
hominum semen honorabile quod 431 a
hominum species quot quàm odibiles 495 b
hominum vanitas quanta 147 c
homines qui bestijs similes putent 159 a
homicidij genera tria q̄ 26 b 191 a
homicidij peccatum quantum 7 b 31 b
honestum, quid sit aut sonet 515 c
honor quid 324 c 432 b
honor qs qbus potissimū debeat 22 b 432 b
honore digni qui 124 c
honore parēres assiciētiū merces q̄ 401 a b
honorandi qui quomodò 422 a b

germinasse mála Punica, quid 282 a
gersonis encomium 203 c
Gigantes mysticè quid 43 b
gigantum in cœtu commorari, quid 97 b
gion quid fluuij sit 490 b
Glacies quid 376 b
glacici q̄ spes cur similetur 377 b
gladius quid 553 a
gladio quis testis cur similis 110 c
gladios tenere, quid 243 c
gladium super semur habere, quid 244 a
gloria q̄ cur fugienda 426 b
gloria filiorum, patres qui 79 a
gloria qui obtineatur, & q̄ qualis aut quid sit 72 b 431 b 565 a
gloria stultum qui deceat 112 b
gloriam DEI esse celare verbum, quid 109 a
gloriam qui potissimùm possessuri 22 b
gloriādū quō aut in qbꝰ 213 c 335 b 427 a
gloriatio q̄ qualis aut quid 78 c 514 b 548 c
Goliæ arrogantia vndè & qui retusa 579 a
Gradi via infami, quid 61 c
gradus ingratitudinis qui & quot 80 b
gradus virtutis cuiuslibet quot 262 b
grana mysticè quid 252 c
grando & ignis cur creata 553 a
grando quid sit 209 c 376 b 566 a
gratia q̄ q̄lis aut quid 6 b 99 a 140 a 488 a
gratiæ & paradisi collatio 556 a
gratiæ DEI quō nobis cooperandum 25 c
gratiosæ mulieris laus 50 c
greges sodalium quid 210 b 224 c
greges tonsarum quid 252 a
gressus qui quales 13 c 289 a 292 b c 465 a
gressus qui quomodò dirigendi 16 a
gressus hominis Dominum dirigere 94 b
grossi quid 232 a 236 c
grossos suos ficum protulisse 240 c
gryphem inter aues magnitudine longè prestare 374 b
Gubernare, quid sit 4 c
gubernatori sopito cur ebrię cōpareē 104 b
gubernatio linguę, quantū DEI sit donū 73 a
gula seu luxus hominum qualis 61 b
gulam multos perdere 544 b c
gulosus quis cur dicendus 105 a
gutta q̄ tria signet 487 a
guttæ noctium 268 c
guttur 272 c 273 a 297 b
gutturi circundare misericordiam & veritatem, quid 15 b
gutturi cui quis fructus dulcis 234 c 238 b
gutturi culter qñ & cur & vñ infigendꝰ 102 b
guttur optimo vino similari 291 b
Gyrare per meridiem, quid 147 c
gyrum cæli circuire, quid 483 b

HAbere parùm cum iustitia, quibus copijs præstet 74 c
habere sciētiā vocis, quid 314 a
habitare in altissimis, quid 483 a
habitare in hortis, quid 303 b 307 b 309 c
habitare in Iacob 464 b
habitare in meridie, quid 148 c
habitare terram, mysticè quid 14 a
habitūs descriptio ac signum 13 b
habitūs vis quanta 13 b 69 c 138 a
habitꝰ q quō facilè aut difficilè noscāt 405 b
heredes habere iā, aut habuisse olim, qd 60 c
hæreditari nomine æterno, quid 447 c
hæreditas q̄ qualis 93 c 569 c
hæresis & lasciuæ fœminæ comparatio 178 a
hæresi qui quō inficiantur 404 b
hæretica cōgregatio qualia ferè pollicentur, & quàm sit contagiosa 14 a
hæretica prauitas cur meretrici cōparetur, & quomodò cuius similam agat 28 c 43 a
hęreticę doctrinę cur sint aut videantur dulciores 432 a
hęreticorū discrepātia inter se quāta 326 b
hæreticis labor suus quō cedat 191 c
hami & mortis collatio 186 c
hastiludijs an letari qs licitè debeat 23 c
Hebdomades q̄ qui computandæ 389 b
hebręorū aliquot Expositio cōsutata 126 c
hebręorū in legendis scripturis obseruatio quædam pia 203 b
heliæ præconia 582 a 583 b
herbę virētes quī mysticè appareant 318 c
hermon 254 c 255 a 261 c
hesebon 289 c
Hieroboæ peccata quanta 581 b
hieronymus, contra Lyranū defensus 206 a
hieronymi de nominibꝰ ac libris Salomonis assertio 3 b
hieronymi de syncera bibliæ translatiōe laudes 35 a
hierusalem mysticè quid 135 c 485 a
hierusalem nomine qui intelligantur 145 b
hinnulus quid aut qualis 28 a c 231 a
hinnulo CHRISTVM conferri 231 a
hinnulo cur sponsus similis 236 a
Hoc quod continet omnia, quid 314 a
hœdus quid animalis sit 213 c
hœdi quid 218 c 211 a
hœdos pascere 225 a
homo bestia peior quis 161 a
homo homini quī dñetur in malū 181 b
homo lege iustitiaq; destitutꝰ, qd 80 a
homo omnis cur conditus 200 b
homo quid arboris sit 194 c
homo quis quī facilè probandus 118 a
homo quī & cur tentationi expositus 396 c
homo quī primùm creatus 320 b
homo solitarius, Philosopho quid 161 b
hominis ætas quantilla 459 a
hominis dignitas ac honor quantus 27 a
hominis fragilitas quanta 458 c 459 a
hominis quid sit 72 c
homini q̄renda aut sapienda, q̄ 169 c
homini quātilla sit superbiendi causa 429 b
hoīem, cū cōsummauerit, tūc īcipe, qd 458 b
hominem nullū nō aliquandò peccare 176 c
hominem quī DEVS condiderit 178 b
homine & Sole, quī homo generetur 148 b
homines qui quomodò probandi 397 c
hominū calamitates seu afflictiōes q̄ 554 a b
hominum sapientiā cur sibi neget deesse Salomon 126 a
hominum semen honorabile quod 431 a
hominum species quot quàm odibiles 495 b
hominum vanitas quanta 147 c
homines qui bestijs similes putent 159 a
homicidij genera tria q̄ 26 b 191 a
homicidij peccatum quantum 7 b 31 b
honestum, quid sit aut sonet 515 c
honor quid 324 c 432 b
honor qs qbus potissimū debeat 22 b 432 b
honore digni qui 124 c
honore parēres assiciētiū merces q̄ 401 a b
honorandi qui quomodò 422 a b

honorandorũ parẽtũ ratio ac pmia q̃ 401b
honorantes Dominum valere, quid 34a
honorificatus populus 485a
horrea q̃ quibus quomodò replenda 17a
horripilatio quid 503c
hortus qs q̃lis aut quid 256c 259a 262c 265c 266b 276b c 283b 286b 491b
hortos inhabitare, quid 303b 307b 309c
hospitalitatis commendatio 386c
hospitibꝰ quibus qd vndè petendum 511c
hostli famelico aut sitibundo quid vndè cur dandum 111a
hostiũ, aliq̃ peccati nomẽ obtinere 402b c
hostiæ q̃ quales aut quid 41a 74b 98b
Hugonis Linconien̄ apophthegma 459a
humana mens cur molæ comparetur 69c
humana natura qñ & vñ sic exaltata 304a
humana sapientia aut scientia q̃ 127a 149a b
humanę miserię vndè & quantæ 554a b
hũanꝰ ſtellectꝰ quò secũdũ quos prigat 149b
humanus quì dicatur Spiritussanctus 341b
humanum sanguinem bibere 360a
hũana corpora in q̃ quó resolui dicant 555a
humana q̃ quibus subiecta 95c
hũanatio Chri q̃ toperè olī desiderata 204b
humanitas qd diadematis Chro fuerit 245b
humilis quó bonā famā licitè desideret 170b
humiles ad quid magis apti 41b
humiles exaltatum iri 124c
humiliandi ratię quotuplex 420c
humilitas q̃ qualis 76a 463b c
humilitas cuius donũs fundamentum 221b
humilitas & sapientia q̃ inter se vicinę 48c
humilitas homini quàm necessaria 396c
humilitas nimia seu noxia q̃ 440a
humilitatis & superbiæ fundamenta q̃ 413b
humilitatis energia quanta 403ab
humilitate gloriam acquiri 72b
Hyacinthus 272b 383c
hyacinthina tunica 383c
hydria super fontẽ conteri, quid 199a
hyems 30a 231c 236b 240a b
hyperiphanus quid 38a
hypocrisis quale quid 312c 395c 396a

I Acob seu Israel vndè qui tractatus aut benedictus 351c 371c
iactantiæ exitus quis 122a
ianua q̃ quo custode munienda 24c
ianua vitiorum omnium q̃ 55b 124c
ianuæ mysticè quid aut quales 445b c
Idida quid sonet 2a 3b
idololatria cur meretrici conferatur 28c
idololatria vbi adhuc vigeat 368b
idololatriæ exordia 368c
idololatriæ an obnoxij Iudæi 371a
idololatriã quibꝰ noſbꝰ scriptura vocet 14a
idololatrica sacrificia qualia 360b c
idolum & idolisex quale quid 367b
idolorũ cultura, qui sit mali oĩs causa 369c
idolorum formatio 366a b
idumæi cur Iudæis inuisi 589a
Iciunium quod quò nil conducat 531c
ieremiæ seu Hieremiæ laus 585b
ierusalem seu Hierusalem quid 279c
ierusalem cælesti quid cur simile 284b
iesu nomen quid aut quale 206b c
Ignis & aqua qua in re tibi concordes 375c
ignis vbi & quãdò virtutis suę oblītus 376b
ignis quanta vis 301a
ignitũ esse dei sermonẽ, quid 128a
ignorãtia q̃ q̃lis 26a 81b 191c 330b 477b 529c
ignorantiam qui cur affectent 9a
ignoscendum quì sit 152 505b c
Illiteratus preses quid 336c
illusor quis sit 22a 57c
illusores qui quales 21c 22a 419c
Imago dei q̃ qualis 342a
imbecillitas quì sua cuiq; sustentetur 85ab
imber 231c 236b 240b
imitatores diaboli qui 320c
immemoria quid 374c
immisericordiæ vituperium 122b
immissiones q̃ quid signẽt 384c
immortalitatis animarum assertio 159c
immũdꝰ an & quõ mũdare quid possit 528b
impius & iniqꝰ an & quõ distinguanť 97c
impij scientia q̃ 123a
impiorũ consilia & verba qualia 53b
impiorũ merces aut exitꝰ q̃lis 523b 329b c
imprecatio q̃ quantæ sit efficacię 401c 402a
improperare peccata, quid 318c
improperium quid 475c
In Iacob inhabitare, quid 492b c
inauris aurea mysticè quid 110a
inaures quid 212c
incarnatio Chri q̃ variè olim nũciata 204a
incerta, cuius iudicio relinquenda 73b
incessus quis quid præferat 465a
incidere in fornicationẽ aut adulterium qui cur finantur 100b
incipientibus cur & quomodò coaptentur Prouerbia Salomonis 2b
incomphensibilitas aut innominabilitas cui soli asscribatur 128a
incorrigibiles quõ tractandi 42a
Icorruptio q̃ nti sit apud Deũ momẽti 336a
increata sapientia q̃ 35c
increpationes diuinæ quì negligantur 9b
increpationes q̃ quì sustinendæ 72a
increpationũ nomini vtilitas quotuplex 17c
indeficiens lumen quid 482c
indifferentia q̃ qualia 349b
indigentia q̃ cur fugienda 557ab
indignatio q̃ qualis aut quid 75b 124c 152a
induere pro thorace iustitiam, quid 332b
inebrians quis quõ inebriandus 51b
inebriari charissimos, quid 267b 273c
inexterminabilis qui homo creatus 320b
infantia 8c 10c 41c
infantis recẽs nati prima oĩm vox q̃ 337c
infernus quotupliciter accipiatur 70ab
inferni loca præcipua quot 354a
inferni nomen quid compræhendat 311a
inferni status qualis 558ab
inferorũ regnũ in terra nõ esse, quid 316a
inferorum nomine quid accipiatur 185b
infinitum quid 339a
infirmis quò opis gratia confugiendum 545b
infirmitas q̃ quò conducat 515c
influentijs quibus q̃ corpora subiecta 95c
ingenij dos q̃ 347a
ingratitudo quale quid vitij sit, & quot eius gradus 80b
inhabitabilia opera q̃ 323c
inhabitationis terrenæ vis q̃ 350a
inhospitalitatis vituperatio 386b c
inimicus an iuxta legẽ Mosaicã odiẽdꝰ 111ab
inimico carere, miserum esse 61c
inimici quomodò diligẽdi 412c
inimicis quomodò credendum 438b c
iniqui cur aliquãdò feliciter ac diù viuere sinantur 556a
iniqui quomodò semetipsos affligant 7c
iniquorum vtilitas quotuplex 325c
iniquitatem vorare impios, quid 90b
initium viarum DEI, quod 38b
initium peccati omnis, quod 430a
initia sapientiæ q̃ 5c
initialis timor quis 5c
initialis & filialis timoris distinctio q̃ 5b
iniuria quì ferenda 91c 172b 428c
iniuriã patiẽti vñ potissimũ succurrẽdũ 406c
iniurias vindicare, cuius sit 108b
ininstitia qd, & qui sit mortis acquisitio 316b
iniustorum quale de iustis iudiciũ 329c 330a
inniti super dilectum, quid 299ab 305b
innocentem dãnis affligi, mysticè quid 99b
innocentem omni verbo credere 63b
innominabilis pater aut filius quis 127c
innominabiles q̃ cur sint, & si multa habeant nomina 128a
inopi quomodò auxiliandum 406a
inordinata omnia, quõ reordinanda 159a
inquinare lotos pedes 274b 278a
inquisitio dilecti qui intelligenda 249a
insatiabilia q̃ & quot 130b
inscitia pessima q̃ 26a 431c
insidiæ q̃ quì cauendæ 436b
insidiæ q̃ quì subuertantur 44c
insidijs proprijs capiendi qui 7c 49a
insidiantem insidijs periturum 114b
insipientes mysticè qui 41b
inspicere vineas 282a
instinctui diuino quì cooperandum 25c
institoris nauis qui sit Ecclesia 137b 140b
intellectus prudentiæ quid 390a
intellectꝰ qs cur vespertilioni assimilis 350b
intellectus qui sit hortus 283c
intellectꝰ, quorũ sensuũ noĩbꝰ noĩctur 219c
intellectũs & visus collatio 293c
intellectũs & voluntatis officium mutuum quod 293a
intellectũs ornamenta q̃ 283c
intellectũs pfectio vbi aut i qbꝰ cõsistat 335b
intellectũs verba, quid 397a
intellectui humano impossibilia q̃ 391a
intelligere iustitiam, quid 13a
intelligere timorem Domini, quid 12a
intelligens quis 4c
intelligentiæ spiritus quis 340c
intelligentię quid, & quandò creatę 390a
intelligi difficilium differentia seu diuisio q̃ 111c 112a
inter spem ac timorem qua nobis solicitudine euadendum 15c
interiora q̃ quì aghoscantur 465a
interitus quomodò vnus omnium 154ab
interrogatio q̃ de qbus quõ futura 333c
introducere in cellaria, quid 207c
introducere in domum matris, quid 242c
introduci in cellaria, quid 217c 221b
inuenire dilectum 270b
inuenire, & non inuenire 242a
inueniri sapientiã in labijs sapientis, qd 462a
inuenta q̃ quì licitè retineas 508c
inuestigare mala, quale quid 51c 52a
inuestigatio q̃ quam impediat 170a
inuidia quantum peccati sit 413a
inuidia quid sit 161a
inuidiæ pernicies quanta 65c

inuidiæ quid maximè pateat 161a
inuidia quid solùm careat 161a
inuido cum hoſe cur non edendum 102c
inuidum inuidioso minorem esse 65c
inuitatio ad conuiuiũ q̃ cui q̃ pstet 69a
inuitum à DEO neminem seruari 72c
inuocaturi neũ qui quì & cur nõ exaudiẽdi 9c
inutile quid signet 366a
Ioseph MARIAE quì confisus 142c
Ioseph aut Iosephilaus 353a 585c
Iosephica tribꝰ cur in duas diuisa 571c
Iosiæ regis laus 584c 585
Iosue & Caleb an soli ex trãsfugitibꝰ rubrum mare, in terrã pmissam venerint 577b
Iosuę laudes & nomina alia q̃ 576b c
Ira bona seu laudabilis q̃ 171b
ira DEI quid 536c
ira dolorq; parentum, filius quis 82c
irã ne peior an odium 46c
ira q̃ cur adeo vitanda 172c 173a
ira q̃ qualis 55a 115b c 465b c 497b
ira quàm noceat etiam corpori, nõ solũ animæ 515a
ira quid peccati sit 85b
ira saxo grauior q̃ 115b
iræ DEI indicia certa q̃ 18a
irę & odij discrimen 497b
iræ natura quæ 55c
iram diù retinere, quale 505b
iras abscondi muneribus 97a
iracundia qualis sit hostis 55b
iracundiam quid maximè pariat 124c
iracundus qua in re vitandus 424c
iracundum non facilè perferri 85b
iracundi & patiẽtes, q̃ inter se differãt 69b
iridis descriptio 565b c
irreuerẽtiã nõ oĩem obseruari debere 559b
Isaac à Dño qui benedictus 571b
isaac vbi immolatus 348b
israelis noĩe qui exprimantur 145b
israelitæ quomodò honorati 485ab
israelitici populi oppressio & liberatio 353bc
Iter Israelitarum per desertum 353c
iter quod cur spinarũ sepi cõferat 69b
iter quod quale aut quid 13b 321c
itinera in pace produci, quid 25c
iterandæ qui verba non sint 420a
Iucunditatis cuius vsus quis 514b
iudæi Chrm qui tentârint 319bc
iudæi cur ità relicti 10c 11a
iudæorum fidelium ab Antichristo occidendorum numerus quis 283a
iudęos auaritię ac furto summè deditos 33a
iudex quid sonet 427c
iudicis cuius horror quis 329a
iudicis quid sit 13a 94a 418c 427c
iudices qui quales 80c
iudicibꝰ in corrigendo q̃ tria sequẽda 176a
iudiciũ quod q̃le aut qd 13a 95c 328c 334ab
iudicij diuini rigor quãtus 33bc 333a
iudicij extremi assertio 200b
iudicia q̃ qualia 90b 84a 182bc 377b 433b
iudicandum qui sit 311a 411c
iudicãdi officium an cuiquam adeò affectandum 418c
iudicandi qui quomodò 335a
iudicare gentes, quid sit 407b
iugum quod quale 507b
iumenta sua iustum nõsse, quid 54a
iuniorum quid sit 521b
iuraměti comites q̃ 55c 165b 424b 479a
iurandum quì sit 370a
iurantis assiduè abominatio q̃ 503c
iurare, quale quid sit 479a
iurare qui DEO competat 229c
iuratio quæ qualis 424b 478b
iurgium q̃ sit detestabile 78a
iurgia qui facilè quiescant 114a
iurgijs maxiè dediti qui 79c 80a
iurgia seminare, quale quid 31a
iurgijs in ipsis q̃ potissimè cauenda 109c
iurisperitorum cõsilia q̃ qualia 412a
iurisperitus qui quõ fiant pdones ibidẽ
iustẽ ne Aegyptũ spoliârint Israelitæ 353bc
iustẽ viuere, cui sit proprium 96c
iustificare impiũ, & damnare iustum, an differant 80c
iustificatiõis ꝓpriæ picula quanta 418b
iustitia & misericordia quì miscendę 135a
iustitia nostra qualis 125c
iustitia quantoperè defendanda 409c
iustitia quid, qualis, & qui acquirenda 67b 311a 316b 405b
iustitia qui sit omnis virtus 57b
iustitia quibus potissimùm necessaria 310c
iustitię DEI quomodò misericordia contẽperata 362a
iustitię laus ac definitio 66a 67b 81b 248a
iustitiæ noĩe quid cõphendat 344c 513b
iustitiæ semita seruare, quid 12c
iustitiam diligere, quid 344c
iustitiam hostijs pstare 74b
iustitiam misericordi nõ amittendã 15a
iustitiam subuerti, an mirandũ 166b
iustus cur aliqñ poccupeť morte 327ac 328a
iustꝰ & rectꝰ an & qui distinguanť 97c
iustũ deduci per vias rectas 354b
iustũm ne res vlla contristet 56a
iusti ab iniustis quõ habiti 321bc 329c
iusti cur aliq̃ pcãt, iniusti suaviter agãt 175b
iusti cur malis aliqñ afficiant 182b
iusti qui 218a
iusti quos tandẽ iudicaturi 313a
iustorum animæ vbi 321a
iustorum labores auferre, quid 329a
iustorũ q̃ tandẽm futura statio 328c
iustorum vita & mors qualis 331b
iustis an suæ iustitiæ rememorãdę 418b
iustos cõmotũ nõ iri, quõ intelligẽdũ 48a
iuuẽtus aut iuuẽtutis quid sit 415b
iuuẽtus & adolescẽtia an & q̃ differãt 197a
iuuẽtus q̃ quod seniũ cõdemnet 328a
iuuenum gloria q̃ 94c
iuxta pastorũ tabernacula pascere, qd 211a

Labia q̃ qualia aut quid 56b 67c 93a 191b 252b 260b 291b 396a
labijs suis qs quõ dephendat 114b
labia cõprimere, quibꝰ q̃ sit difficile 83a
labia dilatare, quid 93c
labia osculari 108a
laborandum quì sit 420a
labor quis qualis aut quid 14b 329a
labore de suo comedere & bibere, quale qd sit 158b
labore qui quõ se frustrà macerent 434b
labores q̃ quales 155ab 323c 556b
laborũ quorum quis fructus 324b
labores quos q̃ quõ auferãt 328c 329a
laboriosę quæsita, ocioso aut ingrato relinquere, quale quid 154c
lac 62b 256a 262b 277b
lac & sal quàm necessaria 552b
lactis expressio nimia, quid 133b
lactare 77b
lætandum quì sit 196b
lętari sententia oris sui, quale quid 70a
lætificãs patrẽ suũ filius, quis 44a
lętitia q̃ qualis 158b 160a 172a 515a
læua q̃ qualis aut qd 229b 235c 298c 305a
lamina aurea 383c
lamuel quid sonet 133c
lana mysticè quid 137a
lanam quærere, quid 137a 140b 143a
lãguor qs qualis aut qd 429c 460bc
languo 331b
lapides transferre, quid 190b
laquearia q̃ qualia aut qd 215b 221b 226a
laquei & mortis collatio 186c
laquei & mulieris collatio 178a
laquei qui quales 7bc 50b
latére quibus impossibile 314a
latria quid, actus q̃s eius qui 396bc
lauare pedes 274b 278a
laudabilẽ esse, quãto pstet, q̃ laudari 115b
laudari à concubinis, quid 288a
laudãdũne quis suam ante mortem 436b
laus ꝓpria qualis 115b 199c
laus quotuplex, & q̃ q̃ laude laudandi 436b
laus vndè ġrenda 18a
laude qui quõ tententur 118a
leccatoribꝰ an quid dandum 467c
lectorem seu auditorem Canticorum Salomonis, qui affectum oporteat 203c
lectulus quis qualis aut quid 215a 226a 242a 243c 246a 247c 250a
lectulꝰ spõsi, cur lectulꝰ, nõ lectꝰ dicat 221a
lecti antiquus vsurpati qui 110a
legati fidelis laus 60b 110a
leo mortuus mysticè quid 184bc
leo quid 132c 133a
leonis & regis collatio 89a 91b
leones 255a 261c
leonibꝰ & vrsis qs quõ collusisse dicat 579a
lepusculi industria & mysticatio 132ab
lex q̃ q̃lis aut qd 6b 14c 34a 139b 334a
legis varia diuisio 14c
Libanꝰ qd sit aut sonet 254c 258ac 272c
libanus non incisus, quid 487b
libatio quid, aut qualis 514a
libellus repudij qualis 421b
liber sapientiæ cuius sit 310b
liber vitæ quid aut quis 489b
liberandi qui sint, ducti ad mortem 106b
liberalitatis encomium 518b
liberos qui plurimos genuerint 168b
libertatem quis suam qui vendat 100a
libidinantium immundities q̃ 32c
libidinis furentis rabies q̃ 33c
libidinosorũ expeditio 27b 134b
librare quid sit 39b
libri Salomõis q̃ quibꝰ Statibꝰ coaptãdi 2bc
librorum plurium faciendorum finẽ esse nullum 200a
lignũ benedictũ aut maledictũ quod 367b
lignum in aquas Marath iniectũ, quale 545a
lignum vitæ, quam habuerit efficaciam 19a
ligno quali CHRISTVS sese cõparet 234b
lignũ ad aquilonẽ seu austrũ cadere, qd 194b
ligna libani quid 244b 248a
ligna scindere, quid 190c

lilium conuallium 226c 227a 234a 238a
lilium inter spinas 234a
lilij descriptio 238a
lilia 241c 286c
lilia colligere 279b 283c
lilijs vallari,quid 293b 295c
lingua q̃ qualis 48a 66c 67a 507a 508a
linguæ custodia quid habeat moneri 86c
linguę non bonę depictio 67a
linguæ pacificæ laus quanta 67a
linguę refrenatio,quale quid 476c
linguâ refrenare, quib⁹ quàm nõ facile 83a
linguam gubernare, cuius sit 73a
lingua lapsum nõ esse,quale quid 442b
lingua qui quomodò ꝓdantur 409b
linguæ inſantiũ quî factæ disertæ 354b 355c
linum mysticè quid 137a
liquescere seu liquefieri animã,qd 269c 275c
lites q̃ quàm fugiendæ 506b
lites quæ qui tollendæ 412c
lites quis quomodò suscitet 77b
litigandum an & quî sit 423a b
litigiosa mulier qd aut qualis 89a 117a
litigiosæ mulieri cohabitare,quale 96c
luor quis quî auferat peccata 95a
Locus cuiq; suus quis sit 435b
locus quis vbi captandus 109c
locum cuiq; suum tutandum 189c
locum vndè exierint, flumina repetere, mysticè quid 149a
loco in suo quî cuiq; manendum 435b
locusta quid 198c
locustã impinguari,quid 198c
locustarũ in Aegyptios sæuitia 374b
locustarũ industria & mysticatio 132b c
locustarum vis quæ 566b c
locutiones q̃ quales 297b
longa malorum vita,qualis 324c
longitudo dierum quid 15a 18c
loquacitas cur odienda 463a
loquacitas quid p̃ se ferat 396a 466a
loquacitas quos potissimũ dedeceat 521b
loquacitas sua quò quibus cuadat 191b
loquax quib⁹ piculis obnoxius 58a 112a
loquacium depictio 124b
loquendi modo qui quali vtanꝫ 87a
loquẽdum quî sit aut nõ sit 58a 85a 164a 191b 410a 412a 503c 521a b
loquutio CHRISTI q̃ qualis 204c
loramentum quid 474c
loricæ instàr quî fiat aqua 566c
lothis vxor quò nos saliat 351c
Lucerna q̃ qualis aut quid 59a 94b c 96a b 107b 138a
lucernę cur mandatũ,luci lex cõpareꝫ 32a
luctus quis qualis 558c
luctus quis quousquè duret 474b 546a b
luctûs dom⁹ cur potiꝰ q̃ cõuiuij adeũda 171a
ludere quid sit 482a
lumen mysticè quid 196a
luminis seu visûs dulcedo q̃ 195c
luminaria seu sidera cæli, cur aut qñ obtenebrari dicantur 197b c
lumbos fortitudine accingere 141b
luna mysticè quid 568c
luna quanto minùs pulchra q̃ MARIA 288a
lunæ officium seu opus quod 564b c
lunæ quò anima comparetur 285c
lusus DEI in orbe terrarum,quis 39c
luteus lapis quid 473b
luteo lapide pigrum lapidari,quid 473a
lux q̃ qualis aut quid 59a 71b c 93c
luxuriosus quis cur vocandus 105a
luxuriosus suis coloribꝰ depictꝰ 134b
Lyrani ob temerariũ in Catholicos iudiciũ correptio 202a b

Macarij lenitas quanta 66c
macarij pia miraq; audacia 21b
maceria quid 108c
macula carere qui dicat Ecclesia 254a
magi qui quò pudefacti 378b
magnæ res quò ferè gerantur 116c
magnanimitas qui ex virtute in vitium euadat 345a
magnatib⁹ quid honoris cur ꝑ dẽdũ 406b
magnatis qui potissimùm placeant 468c
maiestatis scrutatori importuno quid obuenturum 111c
malagma quod quibus nõ ꝓfuerit 374c
maledicẽtis precatio q̃ cur timẽda 406b
maledicere quid sit 111c
malédici qui quib⁹ supplicijs digni 93c
maledicta creatura,quid 323c
maledictũ an vllũ absq; noxa ꝓferat 112b
maledictum non liberatum iri à labijs suis, quid 313b
maledictio q̃ quâ vim habeat 361b 402a
malũ quod cui opponatur 526a
malũ quodq; suo nocere authori potiſſ.114c
mala q̃ qualia aut vñ 166c 417c 434c 448c
mala scire,an sit malum 549c
maleuola anima q̃ 312a
malitia q̃ quam superet 497c
malitia qui sua quò cæcati 320b
mallei qui quibus parati 90c
malus aut málus quid 227b 238c 299b
málo qui Chr̃s & cur cõferat 234b 238c
mála quæ qualia aut quid 110a 235b 258b 282a 383c
mãmæ q̃ quales aut quid 255c 262a 265a
mandata q̃ cur dicant æterna 390b
mandata q̃ quò abscondenda 11b
mandragoræ quid 292a 297c
manè aliqd facere,qd 9c 37c 291c 297c
manè,mysticè quid 549c
mãna quid & quale, vndéve factũ 376a
manna ad ignem durari, ad Solem liquefieri solitum 376c 377a
mansuetudinis laus & vis quãta 22ab 403a
manûs aut manuum DEI acceptio seu significatio quotuplex 321a
manum per foramen mittere 269a 274b
manum suâ mittere ad fortia,& aperire inopi,quale quid 138a
manus multæ quid periculi aut suſpicionis adferant 561a
manus quæ quales aut quid 44c 51a 141b 272a 315b 536b
manuum consilio opari,quid 137a
manuũ contactus aut contractus quis quàm sit periculosus 416a
manuum DEI alleuatio,quid 536a
manus distillâſſe myrrham,quid 275a 278b
manꝰ inter mẽbra principatũ habere 399b
mare cur ex influxu tot fluuiorum non redundet 148c
mare quò mysticè non redundet 149a
maris terminus quis 39b
marcionitæ & Manichæi quomodò maledicant DEO 130a
margarita seu margaritũ,mysticè qd 110a
maria qua in re cur nõ exaudita 249b
maria quanto fragrárit odore 223a
maria quantoperè illuminata 222a
maria qui facta nauis inſtitoris 143a
maria iter gaudiũ & dolorẽ q fe gesserit 250c
maria qui pedes suos lauerit 278a
maria quî victum q̃siêrit 143a
maria quib⁹ quatuor excellẽtijs dotata 295b
maria quomodò & Baptistam & Hieremiam transcendat 221c
mariæ adhuc viuæ reuerentia q̃ 239b
mariæ dentes & genæ quid 263c
mariæ encomia 492c
mariæ & Solis collatio 288a
mariæ erga CHRISTVM affectio qualis 239a
mariæ excellentia q̃ 144b c
mariæ exercitia 143b
mariæ laus &c 142b & deinceps
mariæ lucerna quî non extincta 144a
mariæ mens quàm fuerit illũinata 263b
mariæ odor qualis 263b
mariæ ornatus quis 144a
mariæ pulchritudo quanta 263a
mariæ spes & gratia quanta 494b
mariæ vbera duo quid 264a
mariæ quid debeat Ecclesia 265bc
mariã cur dæmones ità formident 287a b
mariã cur sibi IESVS voluerit cõpati 225c
mariã & matrẽ & filiã principis esse 295b
mariã quid DEO maximè vnierit 250b
marinæ belluæ quantæ 567b
masculi recèns nati vox prima q̃ 337c
maternitas DEI quid 222b
mater mysticè quid 6b
mater nostra quid 247b
matrẽ pulchrę dilectionis cur se DEI vnige nitus vocet 487c
matrẽ quis potissimùm filius reficiat seu obiecter 401b
matrem sub arbore corruptam esse quid signet 300b c
matres felices aut infelices q̃ 323c
matutina studia qualia 549c
matutinus aut serotinus imber quis 75c
Medium Paradisi quid 257b
medium aut media quid 245a 248b
medium silentium quid 384b
media q̃ qui charitate constrata 245a 248b
medietatem nimietati præstare 175c
medicamentum exterminij quid 316a
medicamĩa an cuiquã ſirmo despiciẽda 545b
medicinę laus & honor 544c
medicinalia quò hominib⁹ inuotuerint 545a
medicus quis quantoperè exaltandus 544c
medici qui quò fiant homicidæ 412a
medici quo languore grauentur 429c
medicorum consilia q̃ qualia 412a
meditari in iuſtitia, quid 445a
meditatio q̃ quàm sit laboriosa 200ab
melancholici quò maximè procliues 80a
melchisedech qualis 570b
melior quis quo 464b
mel 106b 256a b 262b 266c 267a
mel & lac sub lingua,quid 256a 262b
mellis multùm edere,quale quid 111c
mel inuenisse,quid 110b
melle dulcior spiritus quis 488b
melodia q̃ qualis,& cui præstet 556c
melodiæ in conuiuijs vſus quis 520c 521a
memi-

SVPER QVINQVE LIBROS SAPIENTIALES, INDEX.

meminisse quorũ potissimè debeam⁹ 506a b
memoria q̃ qualis aut quid 45b 53c 150a b 154b 241a 317c 328b 546c 547a 569c
memoriã quî qui quò affleuant 550b
mendacium cur ità DEO inuisum 31b
mendaciũ quod quale 419c 528a
mendacij & falsi testimonij vicinia q̃ 55c
mẽdacij & vanitatis depictio 129a
mendacij iocosi ratio q̃ 315b
mendacij panis quibus dulcis 93b
mẽdacij suppliciũ ac vitiũ quãtũ 88a 468a b
mendacio animam occídi 315a
mendax princeps quale quid 79b
mẽdax quò & vera dicẽdo mentiaſ 528c
mendicare ætate 92a
mendicitas cur deprecanda 129b
mendicitas & opulentia,quales 129a
mensa CHRISTI mystica q̃ 41a
mensæ quæ quales 78a
mensibus quot fœtus humanus in vtero maturo gestetur 337b
mensura q̃ qualis aut quid 92b 358b
mentis securæ ſtatus quis 68c
mercatores qui quib⁹ vitijs dediti 560c
mercatores quò ferè affecti 93a
mercatorum auidorum sedulitas cuius nos moneat aut pudefaciat 14b
mercenarij quis qui tractandus 421b
mercenarium suo fraudare præmio, quantũ sit peccatum 531bc
merces quæ qualis 184b 320b 331bc
mercedẽ nemini suã euacuandam 398a
mercedes quas & quot quî ꝓmereris 17b
mercurius quid 113b
meredi aut demerẽdi ſtat⁹ quousq; 194b
meretrix mysticè quid 28c
meretricis & idololatriæ collatio 28c
meretrici⁹ fuc⁹ qualis aut qui vitandus 26c
meridies mysticè quid 210a
meridiem habitare,quid 148c
meridianum CHRISTI quod 568b
merita ex meritis crescere 275a
merita nr̃a omnia, DEI dona esse 448b
metere myrrham 266c 267a 277a
metere septuplum,quid 418a
metus quis quid habeat commodi 415a
metu senescere,quale quid 21b
Mille argentei quid 302c 309b
mille clypei 253a 261a
mille tui pacifici 303a 307a
millenarius quid p̃ se ferat 302c 303b
minimam creaturam ab homine perfectè sciri non posse 149ab
minimum quod cui magno ꝓstet 511b
minima terræ quot & q̃ 132a
ministrari aut ministrare 484c
minorari ob gloriam,quid 467a
mirabile cur DEO nihil 551c
mirabilia DEI ofa an sint enarrabilia 562ab
miracula Antichr̃i qualia 528c
mirationis causa quæ 551c
misericordia cui potissimũ cõcedatur 334b
misericordia DEI qualis aut quanta 385a 400a 407a 411b 459b 535bc
misericordia DEI simplex & vna,cur numerum pluralem habeat 535c
misericordia & veritas regi quid 94c
misericordia qui DEO adscribaſ 398c 399a
misericordia qui exercenda 15a
misericordia qui impendenda 508b
misericordię dominus quid 347c
misericordiæ laus 50c 122a b
misericordiæ opera quot 193c
misericordiæ viri qui 569c 571c
misericordiæ vis quanta 402c
misericordiæ DEI quò fidendum 16b
misericordiæ qui cur magis dediti 89c 90a
misericordiâ & iudicium DEO magis, quàm victimas placere 96a
misericordiâ ĩmisericordib⁹ nõ futurã 97a
misericordia qui nemo penit⁹ priuet 184c
misericors quid sonet 398c
misericordes plures esse q̃ verè fideles 92a
mistóne aquæ vino CHRISTVS in cœna vltima sit vſus 41a
mititate qui patriarchæ DEO potissimùm placuerint 22b
mittere manum per foramen 278a
Mobilis quî dicat Spũsanctus 341a
moderari labia sua,qd p̃ferat 46c
moderari sermões suos,quid 82c
modestia quid 99c
modestiæ finis quis 99bc
modi scripturæ exponẽdę qui & quot 101a
modicum quod qua copia, quibúsve thesauris melius 78a 464b
mœnia 41b
mœroris cuius remedia q̃ 547b
mœroris incommoda q̃ 68b
mœstitia matris suæ filius quis 44a
molæ cur mens hũana conteratur 69c
molis duabus qui quò molendi 15c
molẽdũ qui nobis iter spem & timorẽ 15c
molentes 198a
molestijs quãtis qui quò facilè careant 152a
mometo ſtaterę cur mũdus assimileꝫ 359a
monachi q̃ quales S. Bẽdicto habiti 511b
monarchię q̃ vñ ad quos transſlatæ 429a
monile quid & vndè dictum 212a
monstrum,Latinè quid sonet 386a
monstra in aquis quanta 567b
monstra placâſſe verbis,quid 572b
monstrosi effectus quò referendi 183a
mons Galaad quid 251c
mons myrrhæ 254a 261a
mons myrrhæ quî sit MARIA 264b
montem myrrhæ inuisere,quid 253c
mõtes q̃ quales aut qd 233c 261c 303c 304a
morari in hæreditate Dñi, quid 484a
mordere labia,quid 77b
morianẽ quî omnes æqualiter 154b
moriendum cuiq; semel esse 184a 558a
morientes, aut iamiam morituri, quibus angustijs premantur 9c
mors à DEO q̃ qui sit aut nõ sit 315bc 434c
mors,cùm facta non sit,quò & cur tamẽ creata dicatur 553a
mors quæ qualis aut quid 40b 86c 171b 315b 320ab 328b 385c 397a 513bc 550c 557bc 591a
mors qui omnibus obtingat similis 338a
mors secunda q̃ aut qualis 321b
mortis ac vitę potestas penès quem 375a
mortis cur semper reminiscendum 196b
mortis hũanę & ruinæ collatio 194b
mortis iudicium quale 558a
mortis inſtàr fortem esse 300a
mortem non tardare 443b
mortem qui quò sibi accersant 316c
morte digni qui 316c
morte num vllius gaudendum 423a
morte qui cur ꝓcupentur 327a
mortale peccatum quid mortis sit 10a
mortuum mare quale 352a
mortuꝰ quis quos viuos condemnet 327c
mortui an & quò nil sciant 184b
mortui qui quibus vitijs feliciores 160c
mortui quò deplorandi 474a 546ab
mortuis qui misericordia ſpẽdẽda 422c
moses qua potissimũ virtute Dño gratꝰ 22b
mosis cõtra Pharaonẽ ꝓ Israelitis facinꝰ 353b
mosis encomia 572 573a
mosis lex quò & à gẽtib⁹ qbusdã accept. 381a
mosiaca seu mosaica lex qualis 573a 574c
motꝰ primi an nr̃æ sint potestatis 20c
motꝰ qui qñ potissimùm vehemẽtiores 4c
motuũ primorũ quosdã cõpotes esse 21a
Mulctatio q̃ quos cautiores reddat 96c
mulierbres affectiões quantæ 497ab
mulier quæ qualis aut quid 17c 28c 32b 42c 53b 61c 132a 135b 140ac 177c 425c 495a 498a
mulieris bonę laus quãta 33b 86c 498c
mulieris fortis quanta raritas 140b
mulieris lasciuę lepida descriptio 34bc 178a
mulieri nũ primatꝰ sua in domo habẽdꝰ 498a
mulierem alienam seu extraneam qui quàm ridiculè mysticent 14a
mulierẽ ex omnibus non inueniri,quid 178b
muliere bona qui melior sit vir nõ bonꝰ 561c
mulieres q̃ les aut quid 34b 323c 325a 425a 462c 497c 540bc 556b
mulierum inter viros, aut virorũ inter viros conuersatio qualis 425c
mulierũ pœnæ ac miseriæ 554ab
mulieribꝰ fortissimũ quenq; circũuẽtũ 35b
mulieribꝰ nõ dãda esse subſtãtia,qd 134a
multę sapiẽtię q̃ indignatio qui adiũcta 151c
multę filię q̃ cõgregẽt diuitias,qd 139c 140a
multũ ſpiẽ agẽdũ nõ esse,qui ſtelligat 176b
multa qui modico redimas precio 467a
multi cur multa aut pauca habeant 405c
multiloquiũ ꝓpriè quale quid 46c
multiplicatio q̃ qd tãdem mali afferat 124a
mũdatio cordis vndè aut quî fiat 545c
mũditiã cordis diligere,quale quid 100b
mundꝰ quotupliciter quis dicat 92b
mundũ esse vnum,nõ plures 358c
munus quod cur delendum 555a
munera non offerenda q̃ 534a
munera q̃ cui & cur nõ ꝓtrahenda 406a
munera q̃ qualia 555ab
munerum vis q̃ 97a 100a 469a
muræna & murẽnulę 212c 213a 220a 225b
murmurandũ non esse 193b
murmurationis vitium quantum 314c
murus 301c 309a
muscæ morientes,quid 187c 188c
muscarum morsibus qui in Aegypto enecati 374b
musica mysticè bona q̃ 520c
musica qui in conuiuijs licita 521a
mustum málorum granatorum 298c
musti & noui amici collatio 426b
mutus seu calamitum, quid 469a
muto quî aperiendum os tuum 135a
mutorũ os apertum, quid 355c
mutuũ accipiẽs, cui sit obligẽt 99c
Myrrha 253c 258ab 275a 487a 493c
myrrha amara 243b

myrrę

myrrha prima 272 a
myrrha ꝑbata & ꝑbabilior & ꝑbatiſſi. 269 b
myrrhæ vis quæ 213 a
myrrham cum aromatibus metere 273 c
myrrham diſtillare manus 269 b
myſteria reuelare, quale quid 93 c

NArdus quid 213 a 225 b 257 c 258 a
nardũ odoré ſuum dare, quid 220 b
narratio de filijs tauror. qd 547 c 548 c
narratio quæ qualis 503 c 549 b
naſcẽdi aut moriẽdi tẽp⁹, myſticè quod 157 a
naſci nõ aliter regẽ, ȧc ſeruum 337 c
naſus 290 a 296 a
naſi officium quod 294 a
nata ſeu creata quí ex nihilo omia 317 a
natali qui ſuo cur maledixerint 170 c
nathan ꝓpheta quantus 578 c 579 a
natio mulierũ quid aut qualis 431 a
nationes q̃ vndè iudicandæ 322 c 323 a
nationes quantæ ex Abraha, prẽter Iſmaẽlitas, ortæ 570 b
nationibus quibus quid futurum 324 c
natiuitas hoím omnium qualis 554 b
natiuitatis hũanæ ſitiũ cõmune, quale 337 c
naturalis malitia q̃ 361 a
nauis qualis qui ſit Eccleſia 137 b
nauis in mari via, quid 131 a
nauem inſtitoris fieri, quid 141 a b
nautas è nauib⁹ idola inuocare, q̃le qd, 366 c
Nebula 483 a
nebularũ ſeu nubium author quis 566 a
neceſſaria vitæ humanæ q̃ 552 b
negligentia quàm cuiuis cauenda 12 c
negociatio q̃ qualis 138 a 141 b 501 a
negociatores qui qbus dolis obnoxij 560 c
negocio cuiq; ſuũ tẽp⁹ & locũ cẽ 180 b 434 a
nehemiæ præconium 586 c
neminem non aliqñ peccare 176 c
nepotes qui cur interituri 555 c
nequitia cur dicatur timida 379 a
nequitia quæ quanta 497 a
nequitiæ diſciplinã, ſapientiã nõ eſſe 464 a
neſcire 282 b
neſciſſe quid quõ MARIA dicatur 288 b
Nidum ſuum relinquere, quid 116 a
nigra, ſed formoſa, quí ſit MARIA 224 a
nigram, ſed formoſam, cur ſe vocet Eccleſia 208 b 218 a b
nigras eſſe comas vt coruus, quid 271 a
nihil tam modicum aut vile eſſe, quin ad aliquid conducat 552 a
nihili vocabulo q̃ cõpræhendenda 46 c
nihilo quí nata omnia 317 a
nil impunitum aut irremuneratum à DEO relinquendum 159 a
nil noui ſub Sole eſſe, quí piè ſtelligẽdũ 150 a
nil quí ſub Sole permaneat 153 b
nilus quid fluuij ſit 356 c
nimietatem rerum etiam bonarum minùs q̃rendam 102 c
nimiũ iuſt⁹ an qs, & cur nõ eſſe debeat 175 c
nimium omne vitioſum 195 a
nitrum quale aut quí fiat 110 c 111 a
niti mendacijs, quale quid 44 c
niuis author quis 565 c 566 b
nix cur æſtati non conueniat 112 b
nix & glacies quid 376 b
Nobilitas quid 192 a
nocentis aut innocentis cõmoda aut incommoda quæ 379 b
noctes 242 a 268 c
nocturni temporis aptitudo q̃ 248 c
noe quõ per lignum ſaluatus 351 b
noe (ſeu Noes) encomia 570 a
nolle facere iudicium, quid 96 b
nomen IESV quantum 206 b c
nomen quod quibus diuitijs melius 99 a
noís boni vtilitas & cura q̃ 170 b 559 a
nomina Salomonis quæ, quibus eius libris correſpondeant 2 a b
non peccare an quis poſſit 489 a
non eſſe ſapientiam, prudentiam, aut conſilium contra Dominum 98 c
nõſſe quod, qualis iuſtitia 370 c
noſtre q̃ eſſe debeant deliciæ 40 a
nota, reſpectu ignotorum, quantilla 568 b
notitia q̃ qualis 11 c 26 a 87 b
notitiam DEI habentes, quotuplices 364
noualia myſticè quid 61 a
nouem ſuſpicabilia 495 c
noui amici & muſti collatio 426 b
noui ſub Sole nil eſſe 149 c
nouiſſima iuſtorum, quid 319 b
nouiſſima q̃ cur memoranda 423 a 546 c
nouiſſimus infernus quid 70 a
nox 138 a 384 b 474 a
nox q̃ cur dicatur potens 379 c
Nubis aut nebulæ veſtigio quis ſpiritus conferatur 317 b
nubes vndè aut quid 19 c 20 a 194 a 197 c 198 a 483 a b
nubiũ aut nebularũ quarũ vires q̃ 567 a
nucum deſcriptio 282 a
nucum in hortum deſcendere 281 c 282 a
nugaces 319 b
numerus quis cur nobis infinitus 151 a b
numerum omnem, finitum eſſe 151 a
nuncius quis qualis 111 b 113 a
nuncijs quibus quid mali obuenturum 60 a
nutrienti ſcortum q̃ obuentura 122 c
omia prima vnguenta, quid 258 b
oſa de manu Dñi æquanimiter ferẽda 397 b
oſa ſ mẽſura, nũero & põdere cõſtitui 358 b c
oſa nõ expedire oĩb⁹, quí intelligendũ 544 b
omia ſcire velle, quale quid 150 b
omnia ſuum tempus habere 155 c
oſpotẽs q̃ incõphẽſibilis & terribilis 567 c
Onager leoni quid 441 a
oniæ ſacerdotis deſcriptio 587 b
onycha aut onychini quid 383 c 487 a
Op⁹ quod quale, & quo opãt̃ ꝓuehat 444 c
opera DEI q̃ aut qualia 458 a
opera DEI q̃ quí conſideranda 174 b c
opera & verba q̃ quí ſuos facilè prodant authores 405 b
opera quæ qualia 17 b 158 b 360 b 333 c 403 a 417 b
operum bonorum vis & laus 140 a
operibus bonis quãdò inſiſtendum 194 b
opa oſa, tãdẽ aliqñ à DEO iudicanda 200 b
operandum quí ſit 410 a
operantis ſeu operoſi laus 121 b
opanti terrã ſuã, quid obuenturum 54 b
opari⁹ quis cur nõ locupletetur 462 b
operarij felicis deſcriptio 556 b
opatiões DEI ſ diuerſis q̃ ſint diuerſæ 327 b
opes quæ cur vitandæ 426 b
opes ſuperbæ quid 382
opibus quibus non inhiandum 102 c
opiniões de mũdi creatiõe, q̃ & quot 457 c

oppreſſores qui, quomodò tãdèm opprimẽdi 101 b 535 a
opportuni verbi vis q̃ 465 b
opulentia mũdana quibus quatuor malis aſſiduè obnoxia 8 a
Orandum qui ſit 15 c 71 b 461 a 532 c
oratio q̃ qualis aut quid 6 c 401 a 531 c 534 c 547 c
orationis & eleemoſynæ vis q̃ 419 b
orationes exaudibiles q̃ 71 b
orationum Eccleſiæ per miniſtros malos obſtarum efficacia q̃ 68 a
orator ſibi verè quis ſit 13 a
oraturus, quomodò ſe ad orationem debeat parare 73 a
orbẽ terræ myſticè repleri, quid 313 c
ordinare charitatem in aliquẽ, quid 228 a
ordinata caſtrorum acies qualis 287
ordinatam eſſe charitatem, quid 235 a
ordinati animi iucunditas q̃ 20 b
odioſa mulier in cõiugem aſſumpta, qd 131 c
odiſſe fratrem, myſticè quid 13 b
odorari quaſi tibanus, quid ſit 550 c
odor oris Eccleſiæ, quid 291 a
odor q̃s qualis aut qd 265 b 291 a 295 a 297 a
odor ſanctorũ quo rũdã adhuc viuẽtium, itẽ veſtimentorũ & vngũtorum, quis qualis aut quid 223 a 255 c 256 b c 262 a b
odorum bonorum vſus quis 116 c
Offenſori cur ſemper pauendum 7 c
offerendum DEO vndenàm 16 c
offerenda DEO qualia 443 b
officioſum aut iocoſum mẽdaciũ, q̃le 315 b
Olera q̃ quibus faginis præſtent 69 a
oleum effuſum quid aut quale 217 a 223 a
oleo cuius nomen cõſeratur 206 b c
oliua 486 b 493 c
Omne cor, quid ſignet 388 c
omis labor hoís, in ore eius, quid 168 c
omnis peccator quid aut quis 413 a
omis ſapientia, quid aut q̃ 388 c
omia prima vnguenta, quid 258 b
oſa de manu Dñi æquanimiter ferẽda 397 b
oſa ſ mẽſura, nũero & põdere cõſtitui 358 b c
oſa nõ expedire oĩb⁹, quí intelligendũ 544 b
omia ſcire velle, quale quid 150 b
omnia ſuum tempus habere 155 c
oſpotẽs q̃ incõphẽſibilis & terribilis 567 c
Onager leoni quid 441 a
oniæ ſacerdotis deſcriptio 587 b
onycha aut onychini quid 383 c 487 a
Op⁹ quod quale, & quo opãt̃ ꝓuehat 444 c
opera DEI q̃ aut qualia 458 a
opera DEI q̃ quí conſideranda 174 b c
opera & verba q̃ quí ſuos facilè prodant authores 405 b
opera quæ qualia 17 b 158 b 360 b 333 c 403 a 417 b
operum bonorum vis & laus 140 a
operibus bonis quãdò inſiſtendum 194 b
opa oſa, tãdẽ aliqñ à DEO iudicanda 200 b
operandum quí ſit 410 a
operantis ſeu operoſi laus 121 b
opanti terrã ſuã, quid obuenturum 54 b
opari⁹ quis cur nõ locupletetur 462 b
operarij felicis deſcriptio 556 b
opatiões DEI ſ diuerſis q̃ ſint diuerſæ 327 b
opes quæ cur vitandæ 426 b
opes ſuperbæ quid 382
opibus quibus non inhiandum 102 c
opiniões de mũdi creatiõe, q̃ & quot 457 c

pambi apophthegma 442 b
palus myſticè quid 445 c
panis quis qualis quotuplex aut quid 41 c 93 b 446 b
panem ocioſè nõ comedere, qd 139 b c 142 a
panem pauperis edere aut rapere, quale quid 531 b
parabola quid & vndè 3 b
parabolæ ac prouerbia, an & quí differãt 3 c
parabolæ q̃ qles aut quot 109 a 199 c 467 c
parabolę vndè quis Salomonis liber dict⁹ 3 b
parabolarum vſus quis 3 c
parabolicè loqui quos minimè deceat 113 b
parabolico ſermone vbi & cur vtendum 5 a
paradiſus mãlorum Punicorum 257 b
parafitari quale quid 557 b
pardi 255 a 508 a
parentes qui quales 44 a 61 b 103 c 154 c 155 a 323 c 324 a 401 402 b 412 a 512 a 558 b c
parentum honor quis 400 b
parentum quorum filij qui 326 b
parentibus moleſti ſeu immorigeri q̃les 90 b
parentes honorantium merces q̃ 401 a
parẽtes relinquere, quantæ ſit infamię 402 c
paries aut parietes, quid 231 b 445 c
pars & ſors q̃ quorum ſit 318 a
partes DEI mei, quid 485 b
particula boni doni aut diei, quid 444 a
parũm cum timore Dñi, quale quid 69 a
paruulæ vulpes quid 241 b
paruuli aut paruul⁹ myſticè qd 4 a 8 c 41 b
paruulis cur dæmones cõparentur 241 b
paſcere hœdos, quid 211 a
paſci in lilijs aut hortis 253 c 279 b
paſci inter lilia 233 b 237 c 241 c 279 b 286 c
paſcua diuitum q̃ 441 b
paſſio CHRISTI cur & quibus ratiõibus tam ſedulò reuoluenda 305 c
paſſiones q̃ quàm vehementes 358 a
paſſiones q̃ quí DEO aſcribantur 362 c
paſtio aut cubatio CHRISTI vbi 210 c
paſtor bonus quid habeat momenti 116 b
paſtor vnus, quis 200 a
paſtoris ſermo quí firmandus 212 b c
pater aut mater myſticè quid 31 c
pater quí eſt in cælis, quid 6 a b
patri cui qua ſedulitate obediendum 6 b
patrum familiãs officium 410 a
patiendum quí ſit 91 c
patientis gloria q̃ 88 c
patientẽ ſorti præſtare 77 b c
patientia q̃ qualis 78 a b 171 b 397 a
patientiæ definitio Tulliana 78 a
patientiæ laus 502 b
patientię virtus ſeu vis quanta 77 c 110 b
patientia doctrinam internoſci 88 c
pauca q̃ quibus multis meliora 69 a
paucis qui quõ vexati aut diſponendi 322 a
pauendum repentino terrore nõ eſſe, quí intelligendum 20 c
pauere quos ſemper oporteat 48 a
pauimentum domũs ſpirituale 221 b
pauor quibus ferè proprius 97 b
pauorem aliquibus pœnæ loco eſſe 119 a
pauper quis qualis aut quid 46 b 69 a 87 b 129 c 163 a 513 a
pauperis dies quales 68 c
pauperis facilè quenq; obliuiſci 186 c
pauperis victus qualis 531 b
pauperi quomodò ſuccurrendum 405
pauperem calumniãs ſeu ſpolians, quam aliquãdò pœnam daturus 100 c
pauperes qui quales aut quid 59 a 64 b 406 b c 441 b
pauperum aduerſitas quanta 441 c
pauperum patronus ſeu protector ſingularis quis 101 b
pauperibus cur ſpeciatim ſubueniẽdũ 406 c
pauperibus data, Domino in vſurã dari 89 b
pauperes amicis omnibus deſtitui 88 a
pauptas cui ſapiẽtię acqrẽdę cõducat 547 b
paupertas q̃ qualis 69 a 441 b c 501 b 546 c
paupertatis quí reminiſcendum 461 a b
paupertatem mendacio præſtare 90 a
paxemas aut paxemadion quid 43 b
pax q̃ qualis 302 b
Peccanti pœnitentia quí agenda 469 b
peccãtem, quibus peccauit, eiſdem & pœnas dare 357 c
peccantes incurabiles qui 14 a
peccator quis quí tractandus 423 c 437 c
peccatoris ore Deũ laudari, q̃le qd 448 a
peccatores qui quomodò & hic affligi cœperint 505 a
peccatorũ ꝓcipua genera q̃ & quot 479 c
peccatores ad certũ aliquod tempus, non vltrà, ſuſtineri 176 b
peccatores q̃ pœna etiam nondùm punitos ſequatur 60 c
peccatores quos quàm certò ſuum maneat ꝓmium ſeu vindicta 52 c
peccatum quod quale aut quantum 40 b 62 b c 189 c 191 a 405 a
peccati nomine aliquí hoſtiã vocari 402 b c
peccati pœnitudine nõ deleti, contages aut lues q̃ 405 a
peccato neminẽ nõ aliquãdò obnoxiũ 176 c
peccatum, miſeriam adducere 66 a
peccatum, peccati pœnã eſſe 313 a 370 a
peccatum peccata trudere 275 a
peccato aliquẽ purgari, peccati reliquijs nõ purgatum 5 c
peccato vno quanta bona perdantur 187 b
peccata q̃ q̃lia aut qd 28 b 70 c 71 a 166 a 179 b c 311 c 312 a 313 b 402 c 417 c 432 b 462 c
peccata in ſuos authores recidere 504 c
peccata ob nr̃a qd quotidiè ꝑpetiamur 119 b
peccata quis ſua quandiù ignoret 139 c
peccata quẽ ſua ſ iudicio celare, q̃le qd 409 c
peccata ſtatim diuinitùs vindicari, quid ꝓferat 32 b
peccatis vlciſcendis quæ mala ſeu pœnę cur creatæ 553 a b 554 c
peccatis quẽq; ſuis, ni pœniteat, dãnari 400 a
peccatis remiſſis, metũ eorũ nõ tollẽdũ 411 a
pecuniæ quí vtenda 44 b
pecuniæ amor qualis 429 b
pecuniæ & Sapientiæ collatio 174 b
pecuniæ obedire omnia 193 a
pecuniã poti⁹ q̃ miſericordiã deſerẽdã 509 c
pedes 269 a
pedes num ad ſaltandum dati 156 b
pedes lauare 274 b
pennati myſticè qui 7 b
pentapolis q̃ quí & cur ſubmerſa 351 b c
pelles Salomonis quid 208 b
percutere & vulnerare 270 a
perdicis natura ſeu deſcriptio 436 c
perditione viuorum an DEVS lętetur 315 b c

peregrinari vtile an inutile sit 116 b
perflare hortum 259 a
perfectorum quid sit 2 c
pergere ad vnum locum omnia 159 b
pergere in vrbem, quid 191 c
pericomenos quid sonet 128 a
pericula q̃ qb⁹ doctis pegrè obtigerint 530 a
periculis quot qui obnoxij 426 c
periodum cuiꝰ suam esse 340 a
per q̃ quis peccet, eisdem & torqueri 357 c
personam non accipiendam 560 b
personæ q̃ cur faciliùs exaudiantur 406 b
personarũ acceptio q̃le peccatũ 107 c 468 a
personarum acceptio quomodò & quandò committatur 84 b
personas DEVM nõ respicere 334 c 534 a
personas quas q DE⁹ maximè respiciat 534 b
peruersæ q̃ aut quorum sint viæ 13 c
peruersi quomodò corrigendi 41 c 42 a
pes lassus mysticè quid 110 c
pessulum 269 b 275 a b
pessulum ostij aperire dilecto 278 b
pestilens mysticè quis aut quid 68 b 123 a
petere aliquid nomine CHRISTI, quid 440 c
Phãtasmaris q̃lib⁹ q potissimũ obnoxij 20 b
pharaonis equiratus quid 211 b
pharisæorum descriptio 318 b
philauria quid pariat mali 113 c
philisthæi cur in suis natibus plagati 46 b
philistæi cur Iudæis inuisi 589 b
philonis esse librum Sapientiæ 310 b c 368 c
philosophia num in verbis, an rebus sita 6 a
philosophiæ delectationes quantæ 18 c
philosophiæ diuisio primaria q̃ 2 b
philosophi veri quid sit 171 b
philosophi q̃ quales 14 b 169 b
phinees qualem DEVM zelum habuerit 575 b c
phison fluuius qualis 490 a b
photini dogma 43 a
Picem tangere 439 a
pietas quid 568 b
piger quid quõ velit ac nolit 58 a
pignorata qui tenenda aut restituenda 117 a
pignoratis qui vtendum 93 b
pigritiei infectatio 521 c
pigri depictio 113 c 114 a
pigrum timore deijci 84 b
pigri qualibus pigritiæ excusationibus vtantur 100 b 161 b
pigrorum damna q̃ 30 c
pigrorum extimulatio 69 b
pila & pilum quid 118 a
piscinæ q̃ quid 290 a
placor quid sit 407 a
plagæ q̃ quàm sint vtiles 95 a
plantandi tempus, mysticè quid 137 a
plantare vineam, quid 137 c 140 b
plantationes q̃ quales 325 c
platanus 486 c 493 c
plateæ 242 b 246 c
plato qui omnia renouari sit ratus 150 a
platon græcè quid 486 c
plenilunij superstitio etiam hodiè quibusdã quæ 34 c 35 a
plenitudo sanctorum quid 485 c
plorandum pro quibus quomodò 474 a
plumbo quid grauius 474 c
pluuia aut pluuię 194 a 198 a
pluuia matutina aut serotina q̃ 75 c
pluuiæ author quis 566 a
pluuiam quis ventus potissimũ dissipet 111 b
Poculum ex vino conditum 298 c 307 b
poderis quid 383 c 503 a
pœna infernali quomodò dãnati siue homines siue angeli plectendi 553 a
pœnæ q̃ quales 15 a 358 b 373 b
pœnarum aut refrigeriorum post hanc mortem assertio 159 c
pœnitentia q̃ qualis 329 b c
pœnitentiæ vis quanta 404 a
pœnitentiam differre, quale quid 191 a
pœnitere, quid sit 401 a
pœnitere quibus difficile 31 a
pœnituerit ne Salomon, an nõ 126 c 150 b
pollicitationes q̃ quales 468 a
pomi nomine quid signetur 282 a
poma q̃ qualia 266 b 282 a 286 a 292 a 297 c 352 a
pomorũ fructus 257 b
pondus quod quale 92 b
pondus quod quàm DEO placeat 48 b
pondere quo cuiq; vtendum 560 b c
pondera q̃ qualia 75 a 94 a
ponderator spirituum quis 73 b
poni vt signaculum, quid 299 c 300 a
põtificẽ summũ, Ecclesiæ sponsum esse 201 b
populus quid signet 132 a
populo seditioso non applaudẽdum 419 a
portę q̃ q̃les aut quò vſe 8 c 138 c 141 c 375 a
possessiones q̃ cur iniq̃ dicantur 410 b
possessor mentis quis 88 b
posteri qui quales 569 c
potatio q̃ quam vim habeat 134 c
potentes q̃ qualja tormenta passuri 334 b c
potẽtiũ familiaritas quã obseruanda 440 a b
potentium vita cur breuis 429 c
potestas DEI in Hierusalem, quid 485 a
potestas q̃ cuius in manu 428 b
potestas q̃ quibus vndè sit 333 c
Præcepta duo, quorum transgressione quasi totus perit mundus, q̃ 72 b
præcepta impletu impossibilia q̃ 47 a
præcepta q̃ qualia 97 b 408 c 417 b 489 b 532 c 533 a
præcepta DEI, impossibilia non esse 165 c
prædicandum quibus & vbi 210 b
prædicatores qui cur mammis, oculis aut dẽtibus comparentur 255 c
præesse alijs, an cuiquam expetendũ 418 c
præesse, quorum sit 52 b
præiudicium quid 137 a
prædam domesticis dare, quid 140 b 141 b
prælatus bonus quis 86 a
prælati qui qbus periculis obnoxij 29 b 558 c
prælati seu præsules qui vndè plurimi fuerint 37 b
prælatorum nomine indigni q̃ 212 b
prælium qui ineundum 105 c
præmia vel supplicia quenq; sua quàm certò maneant 52 c
præmiorum aut pœnarum post hanc vitam assertio 159 c
præoccupari morte, quale quid 326 c
præsentem sibi virum aliquem bonum imaginari, quorsùm conducat 26 a
præsentia DEI aut alicuius boni viri imaginata, quò conducat 26 a 164 c
præsentia quanto præsent præteritis 436 a
præsepe vacuum esse, quid 62 a
præsides mali quomodò præesse sinant 37 b
præsidentium vitia maxima q̃ 409 a
præsidum quid sit 333 b
præsidibus quid maximè necessariũ 310 c
præsumptio quàm sit nimiæ spei vicina 15 c
præsumptio quid seu vndè 541 b
præsumptione qui quõ fallantur 411 b
præterita, qui sint futura 149 c
prata mysticè qui aperta 118 c
precium quid 136 a
precium Ecclesiæ quis 140 b
precum aut veniæ locus quãdò nõ sit 9 c
presbyteri 417 a 424 a
primitiæ q̃ quàm DEO sint gratæ 164
primitiæ qui offerendæ 533 c
primitiarum solutio q̃ quibus mercedibus dignanda 17 b
primogenita Aegypti malóne ab angelo, an bono occisa 384 c
primogenitus dei quis, & quomodò ei creatura coæquetur 538 a
princeps an vllus percutiendus 82 c
princeps qs cur quibus bestijs cõparãd⁹ 121 a
principis filia quid 292 b c
principi an in subditorum multitudine gaudendum 462 a
principẽ qd maximè deceat aut dedeceat 79 b
principes mali vndè 190 a
principes omnes, DEI quomodò vicarij aut ministri 334 a
principes quibus terribiles 428 a
principum seperatores qui 77 b
principibus non detrahendum 193 a
principes manè comedere, quid 192 a
principatus quem deceat 97 a
principatus quis qualis 122 c 428 a
principium sapientiæ quid 23 a
principio finem præstare 172 c
probatio hoím per deũ, quí aut cur fiat 159 a
procella quid 452 a
procul & de vltimis finib⁹ fuisse precium Ecclesię, quid 136 a
prodere quale sit peccatum 499 a
prodire ex ore altissimi, quid 482 c
proficiendi modus quis 336 a
proficientibus cur quis liber Salomonis applicabilis 2 b c
progenies q̃ cur diù non durent 555 c
progredi quasi auroram 285 b c
promissiones q̃ quales 468 a
pronus ad misericordiam, quid boni consecuturus 100 a
properare 231 c
propheram deficere, quid 124 a
propriam iniquitatem celare, quãdò quid & quantum peccati sit 121 a
propugnacula q̃ qualia aut qd 253 a 301 c
prosperitas q̃ quorum perditio 10 b
prouerbia Salomonis ad quam philosophiæ partem reducenda 2 b
puerbia Salomõis qb⁹ potissimũ cõgruãt 3 b
puerbiorũ liber quõ Salomõi asseribat 2 c 3 a
prouidẽtię diuinę assertio 52 c 66 c 67 a 452 a
proximi causa qd agendũ aut patiẽdũ 509 c
proximo qui subueniendum 508 b c
proximum in casu suo reuerendum non esse, quid 409 a
proximi qui 228 b 447 a
prudentẽ qui prudẽtia seruet aut tueat 13 a
prudẽtia abſq; virtutib⁹ nũ obtinẽda, q̃ 6 a
prudentia quid 18 a 69 c 151 c
prudentia vera quibus solis insit 42 b

prudentia vndè aut quõ obtineatur 2 a c
prudentiæ encomium 248 a
prudentię veræ descriptio 64 a
prudentiæ vocabulo qd cõpræhendaẽ 11 b c
prunę quid 32 c 111 a
Pseudographus cur Philo dictus 310 c
Ptisana quid sit 118 a
Pubertatis ducem relinquere 13 c
pudicitia qua potissimùm in re sita 325 a b
pudor sapientialis quis 12 a
pudoris fœminei laus 421 b
puellarum lasciuarum depictio 71 a
puer pauper ac sapiens, quis 163 b
puer sue volũtati permissus, quò tãdèm euadat 124 a
pueri qui quales 92 c
pueris cur disciplina impendenda, non subtrahenda 103 b
pueris qui cur etiam senes cõferendi 6 a
pugill⁹ qs qua plena manu sit melior 161 b
pulchra vndè potissimùm sit sponsa, alioquì nigra 284 a
pulchram esse vt lunam, quid 281 c 285 c
pulchrum quotifariàm aliquid dicaẽ 264 b c
pulchri propriè qui 264 c
pulchritudo & eloquẽtia quibus potissimùm conferantur 76 c
pulchritudo q̃ qualis aut quid 140 a 214 b 215 a 221 a 251 b 264 c 287 a 561 c
punica mála quid 262 c 286 a 291 a b
punici mãli descriptio 252 c 260 c
pupilla oculi, quid 34 a
pupillorum patronus singularis quis 103 a
pupillorum q̃ ratio habenda 406 c
purgatorij assertio 157 a 321 b 326 c 354 a 375 b 443 c 507 c
purgatorij locus vbi 455 c
purgatorio deputati, an & quomodò viuis seliciores 170 c
purgatorio detentos, proximorum nomine comprẽhendi 228 b
purpura regis quid 138 c 296 b
purpura quid 141 c 383 c
pusillanimitas q̃ qualis 419 a b
putationis tempus 236 b 240 b
putationis tempus aduenisse, quid 231 c
putẽ⁹ qs q̃lis aut quid 27 104 a 256 b c
Quadrige aminadab 282 b c 286 a 288 b
quę qb⁹ tẽporibus maxìè grata 535 b
q̃rendus qui Dominus 312 b
q̃renda quanto feruore sapientia 11 c
q̃rendum qui sit 246 b
q̃renda homini quæ 169 c
q̃renda q̃ nobis, aut minimè quęrenda 403 c
q̃rere DEVM, quid sit 522 a
q̃rere dilectum per noctes. 246 a b
q̃rere, & non inuenire 246 c 270 a 275 c
q̃rere lanam & linum, quid 137 a 141 a
q̃rere noctu, quid 242 a
q̃rere per vicos & plateas 242 b
q̃ri in lectulo p noctes dilectũ, quid 248 b c
q̃sisse, & non inuenisse, quid 248 c
q̃stiones quę cui terminãdę 524 b
q̃stiones q̃ quales 404 a
q̃stionibus intinitis occupari, q̃le qd 110 c
q̃stiõibus se qualibus homo miscuerit 176 c
qualis sit dilectus sponsus 273 a
qualẽ sibi q̃sq; sinẽ statuẽdum existimet 13 b
quàm pulchra sit sponsa 251 b
quantillùm homo contra DEVM possit 169 b
quarè ità facis, an DEO qs dicere queat 180 a
quasi pacẽ repire, quid 302 a b 306 c 309 a
quatuor lædentia vineas, q̃ 209 c
quatuor mala grauissima q̃ 499 a b
quatuor ordies gẽmarũ ſ Ratiõali, q̃les 384 a
Querela iniustorũ q̃lis aliq̃ futura 330 a b
Qui quibus vitandi 426 b
quibuscum qua de re tractandum 542 a b
quibus potissimùm nobis innitendum 15 c
quibus vltra habit⁹ acq̃sitos & infusos quotidiè indigeamus 16 a
quidditas (alibì quiditas) substantiarum materialiũ an homini nosci bilis 149 b
Quodcũq; possum⁹, cur instãter opãdũ 185 b
quoto mẽse fœtus q̃sq; human⁹ nascaẽ 337 b
quotuplex aut veritas aut mẽdacium 528 a
quotuplex hominis custodia 307 a
quò versùs orandum, oraríve solitum 377 a
Radij qui quales aut quid 568 c
radix sapientiæ quid 390 c 394 a
radices in electis mittere 484 b
rami qui quales 326 a
rami sapientiæ 394 b
ranæ q̃ quales 469 a
rapinam furto grauiorem esse 96 b
rationale 383 c
rationem omnium inuestigare, curiosum & vanum esse 182 c 183 a
Rebelles qui quõ corrigendi 41 c 42 a
receptacula hominis mysticè q̃ 393 c
reclinatorium aureum 244 c 248 a 250 b
recordari dierum vitæ suæ, quid 167 c
recti qui quõ sponsum diligãt 208 b
rector illiteratus quid afinì sit 4 c
rectoris boni vis q̃ 428 a
rectoris quid sit 519 c 520
reddere bonum, & non malum, quid 141 a
reddere bona, & non mala, quomodò Ecclesia dicatur 136 c
reddẽtes mala pro bonis, quid certò certiùs maneat 80 b
redditor quis qualis 411 a
refrigerium in fine hominis quod 317 a
regimen quod cui præstet 455 b 119 b
regimine quo qui potissimũ digni 4 c 5 a
regina cæli qd olim veteribus putatũ 564 c
regina misericordię cur vocet MARIA 493 a
reginæ 280 c 281 c 285 a 287 c
regis aut regum quid sit 163 a 336 b
regis cor in Domini manu esse 95 b
regis cuius vtilitas q̃ 428 b
regis & tyranni discrimen 318 b
regis iusti, & auari viri differentia 122 c
regis thronus vndè potissimũ roboret 94 c
regis vocabulo dign⁹ aut indignus quis 75 b
reges cur ità metuendi 89 a 91 b
reges qui aut quid 75 b 134 b
regum gloria q̃ aut quid 109 a b
regibus audienda q̃ 333 b
regnum seu regimen CHRISTI, quale 489 c
regnum sine iustitia, quid 75 b
regnum decoris qui vndè accepturi 331 c
regna q̃, quibus quatuor animalib⁹ designata 133 a b
regnorum transferendorum causa q̃ 429 a
rei cuiq; suum tempus & locum esse 180 b
religio quid & vndè 393 a
religiosis quid vitij potissimè vitandũ 91 b c
religiosorum seu Ecclesiasticorum pia monitio 203 c 204 a
religiosorum instabilitas quæ quomodò reprehendatur 116 b
remedia sordinati mœroris de mortuis qualia & quot 547 b
remissio q̃ qui vel simùl omninò, vel simùl & succesliuè fiat 400 c
remuneratio seu merces quanta sit, virtuti operam dare 60 c
renouatiõem qualem Plato & Epicurus fallsò docuerint 150 a
repetitio q̃ quàm sit perniciosa 79 c
repetitio q̃ quid sibi velit 214 b
reprobationis finalis indicium certum quod 174 c 175 a
reprobos cur nasci DEVS sinat 170 c
repudium cur olim permissum 498 b
requies æterna quid 513 c
requiem in omnibus quærere 483 c
requiescere in ciuitate sanctificata 485 a
requiescere qui DEVS ab omni opere suo, intelligatur 149 c
resignatio MARIAE quanta 264 a
resistere quod, quì licitũ aut illicitũ 409 c
resisti DEO nulla nec vi nec arte posse 98 c
respectio q̃ quę fructum habitura 324 a
respectus quorum quì demum suo tempore futurus 322 c
respicere per fenestras 231 b
respondendum quì sit 112 c 113 a 180 b
respondere priùs quàm audire, quid 85 a
respondere qui quomodò facilè possint 335 a
responsio quæ quam habeat gratiam 66 b
respublica beata q̃ 337 a
rete mysticè quid 7 b
retia diaboli mysticè q̃ 34 b
retributio sua cuique siue bona siue mala, quàm certa 52 c
retrò maledicere, quid 406 a b
reuelare secreta quę, quanti sit flagitij 50 a
reuelare sua vnũquenque opera DEO debere 73 b
reuersio finis nostri qualis 317 c
reuersio sponsi quid 237 c 241 c
reuerti ab inferis an quis possit 317 a
reuerti Sunamitem, quid 282 c 286 a 288 c
reum peccata sua in iudicio celantem, mortaliter peccare 409 c
rex mysticè quis 95 b
rex omne malum intuitu suo qui dissipet 92 b
rex puer, quid 192 a
rex, quale quid 132 c
rex senex ac fatuus, quis 163 b
Ridendo scelus operari, quid 47 a
ridere in die nouissimo, quid 139 a 141 c
rigor quis cuius iudicij futurus 333 a
risurum de quorundã interitu DEVM, quomodò intelligatur 9 b
risus quis quid præferat 172 b 465 a
risus q̃ ratio habenda 472 a
risum dolore misceri, quid 63 a b
risum, errorem esse 152 b
risu q̃ ira melior 171 b
rixæ cui quàm gratæ 81 c
rixæ quomodò sedandæ 114
rixis qui se potissimùm misceant 84 b
rixosæ mulieri quàm nõ sit facilè cohabitare 97 c 98 a
Roboam rex stultitiæ notatus 581 b
romphæa seu rhomphea quid 576 c
ros quid 19 c 277 c

roris vtilitas q̃ 567 a
rore caput plenum esse, quid 268 c
rore nubes concrescere, quid 20 a
rosa quid 486 b 493 b
rosis qui cur se coronent 318 a
rotam conteri super cisternam, quid 199 b
Rubicúdus aut candidus cur dicatur CHRISTVS 276 b
rubigo mysticè quid 109 b
rubor dilecti quid 270 c 271 a
rubri maris mysticatio 355 a b
rubri maris trãsitio, directáne an obliqua fuerit 354 a
rubri maris vocabulum vndè 353 c
ruinam propriam quis quõ quærat 81 c
rusticationis laus 420 a

SAcerdotes quomodò honorãdi 422 a b
sacramenta DEI quid 336 c
sacramenta Dei q̃ quomodò Iudæi nescierint 320 b
sacramentorũ omniũ dignissimũ quod 245 a
sacramentariorum dogma 43 a
sacrificium DEO gratiss. quod 68 a
sacrificium DEO placitum, quod 533 a
sacrificium quì mysticè Deo offeras 532 c
sacrificia q̃ qualia 360 b c 532 c 533 a
sacrificia q̃ quomodò aut cur Deo placeant seu placuerint 67 c 96 a 333 b
sacrificia qualibus de bonis offerenda 17 a
sacrificiorum partes q̃ quibus cesserint 575 b
sadducæorum confutatio 199 b
sadducæorum opinio 159 a
sagenæ cur Ecclesia conferatur 208 b
sagitta 352
sagittę quali teste quis similis 110 c
saliens in montibus, quid 230 c
saliens quis quì venerit 231 a
salis & lactis necessitas q̃ 552 b
salis instãr pruinam & grandinem & niuem à Deo effundi 566 c
salomon à patre quì suo instructus 23 a
salomon an omnia, & quid nõ, sciuerit 131 b
salomon cur à matre increpitus 134 a
salomon cur alibi aliorum atq; aliorum rex dicatur 143 b
salomon num Abraha, Mose, aut Dauide sapientior 1 b c
salomon q̃ duo à DEO singulatim deprecatus 129 a
salomon qua sapiẽtia cunctos mortales excesserit 1 c
salomoni quanta, & quotuplex sapientia quì obtigerit 1 a b
salomon quid sonet 2 a
salomõ quis quo diademate vndè coronatus 245 b 251 a
salomõ quõ sit aut fuerit CHRISTI figura 2 c
salomõ quõ se matris suæ vnigenitũ vocet, cũ tñ fratres vterinos habuerit 22 c 23 a
salomonis libri qui, ad quã philosophię partem reducantur 2 b
salomonis laus & vituperium 580
salomonis nomina quot 2 a
salomonis opera quàm magnifica & deliciosa 152 c & deindè
salomonis sapientia quanta 151 b 338 a
salomõi quãta fuerit rerũ oĩm notitia 340
salomonem in Ecclesiaste suo varias personas agere 146 a
salomone qui quomodò sapientiores 151 b
saltatio vbi qualis licita 156 b
saluare quì CHRISTO competat 206 b
salutare quos quì debeas 476 b
salus in hac vita quì habeatur 12 b
salutis tẽpore nõ retinẽdũ verbũ, qd 409 a b
salutis via quò arcta & non arcta sit 23 c
saluti necessaria vel vtilia q̃ 170 a
samuelis præconia 578 a b
sanabiles quì sactę nationes omnes 316 a
sanatio infirmi vtrùm medico, an medicinalibus asscribenda 545 b
sanctorũ meritis ac precib⁹ quõ innitẽdũ 15 c
sanguinum viri qui 123 b
sanguisuga quid 130 b
sanir quid 154 c 261 c
sanum esse, diuitijs præstare 513 b
sapiendum quì sit 176 a 404 b
sapiens & prudens an & quì differant 76 b
sapiens quì sortis sit 105 b
sapientem adeò neminem esse, quin adhuc sapiẽtior, etiã per ſteriores, fieri possit 4 b c
sapiẽtem eos q̃ ipsum arguũt, diligere 42 b
sapiẽté quõ se quis reputare verè queat 16 b
sapiẽtem sibi quenq; futurum, quomodò intelligendum 42 c
sapientum quid sit 154 a 171 c
sapientibus gloriam deberi 22 b
sapiẽtia an & quõ in facie sapiẽtis luceat 82 b
sapientia donũ seu habitus gratiæ gratis datæ, qui obtineatur 1 b
sapiẽtia ſ decore suo nõ abscõdẽda, qd 409 b
sapientia naturalis aut philosophica quì obtineatur 1 c
sapientia omnis vndè 388 b
sapientia primò creata, quid 390 a
sapientia propriè quid 377 b
sapientia q̃ qualis 126 a 336 a b 416 a 543 b c
sapientia q̃ quam animam nõ intret 312 a b
sapientia q̃ quam vitam inspiret 407 a
sapientia q̃ quem exaltet 423 c
sapientia q̃ quì creata 389 c 390 a
sapientia q̃ quì quęrenda 14 b
sapientia q̃ quibus adipiſcibilis aut non adipiſcibilis 312 b
sapientia q̃ quibus insit vel adsit 36 c
sapientia q̃ quibus non sapiat 415 c
sapientia q̃ quomodò habeatur aut non habeatur 336 c 337 a
sapientia q̃ quomodò facilè videatur & inueniatur 335 a b
sapientia q̃ quomodò insit 151 c
sapientia q̃ quos quomodò eduxerit 352 b c
sapientia q̃ vndè aut quì detur 112 a
sapientia q̃ vndè quærenda 12 b
sapientia quantoperè optanda 310 a
sapientia quid 323 b 395 b 415 c
sapientia quì DEO attribuatur, seu in eo dicatur 19 b
sapientia quì diligenda 34 b
sapientia quì laudet animam suam 481 c
sapientia vndè discenda 417 a
sapientiæ commoda bonáve q̃ 75 c 76 a 338 c
sapientiæ & ſcientiæ discrimen 96 c
sapientiæ & ſtultitiæ discrimen 153 c
sapientiæ increatæ generatio 38 b
sapientiæ informis, & infusæ discrimen quãtum 153 a
sapientiæ precium seu dignitas quanta 12 b
sapientiæ q̃ donum est Spiritussancti, descriptio, & energia 1 a b
sapientiæ veræ ſignum quod 395 a
sapientię vſus quis 105 c
sapientiæ an quid anteferendum 338 b
sapientiã & doctrinã qualẽ qui despiciãt 5 c
sapientiam quam quis quõ exquirat 549 a
sapientiã quã q̃ vel appetant, vel abijciant 6 a
sapientiam salutarem sine virtutibus nõ haberi 6 a
sapientiam viribus præstare 332 a
sapientia inflatos, fortes non esse 105 b
sapientia quì omnia creata 19 b
sapphirus 272 b
saraceni cur infestent Christianos 66 b
saturitas q̃ cur noxia 167 a
Scandala q̃ quẽ lędant aut non lædant 478 a
scandalorum pericula quanta 418 a
scandalis qui præcipuè obnoxij 404 c
sceleræ q̃ quibus supplicijs expiata 373 b
scelerũ qui confitenda aut celanda 409 b c
scientiæ absque virtutibus haud adipiſcẽdæ, quæ 6 a
scientiæ falsitati obnoxia aut non obnoxiæ quæ 340 a
scientia q̃ qualis 393 a
scientia q̃ quàm necessaria 12 a 87 b
scientia q̃ quì inflet 151 c
scientia quid qualísve sit 36 b 41 b
scientia quotuplex 188 a
scientia sanctorum quid 126 b
scientiæ vocata quid intelligendum 12 b
scientiam qui cur oderint 9 a
scinsillæ fermo quid 317 b
sciolorum præsumptuosorũ increpatio 4 c
sciréne quis eat homo, vtrùm odio an amore sit dignus 187 b c
scire q̃ quisq; teneatur 333 b
scire, quid sit 177 c
scitu difficilia q̃ 350 a
scitu necessaria q̃ 47 a
scorti precium quale 32 b
scribẽdo aut scriptis posteros instruere, q̃le quid 553 b
scriptura cur parabolis tã frequẽter vtaẽ 4 b
scripturæ diuinæ vtilitas 128 b
scripturæ synceritas q̃ 36 b
scrutari quomodò quid dicatur 323
scrutatio diuinorum licita aut illicita quæ 111 c 112 a
scrutatio q̃ quì licita aut illicita 403 c
scrutinijs quò suis Iudæi decepti 320 a
Secretarius Dei quis quomodò fiat 23 b
secreta alterius secretò sub fide silentij accipere, periculosum esse 50 a
secreta non prodenda 560 a
secreta q̃ quì celanda 110 a
secreta quem sua reuelare, quàm sit periculosum 414 a b
secreta sua celata volẽtes, ridiculè alijs pandere 50 a b
secretorũ reuelatio q̃ quãtũ sit peccatũ 50 a
secundùm quid cuiq; reddendum 55 a
securitas mala q̃ 69 a
sedendum ad mensam quì sit 517 a
sedenti ad mensam principis quid solicitè attendendum 102 b
sedere, DEO quid sit 391 b
sedere in foribus domûs, quid 43 a
sedere in portis, quid 138 c
sedere sub vmbra desiderati 238 b
sedes DEI quid 348 a
sedi-

seditionem facere, quale quid 499 a
seduci ab aliena, quid 18 c
segetes plurimæ, mysticè quid 62 a
semèl concidere, quid 121 b
semen quod qui perdatur 11 b
seminis virilis & muliebris discrimen 337 b
seminandum mysticè qui sit 195 c
seminare discordiam, quale quid sit & quàm diuersum 31 b c
seminare iustitiam, quid 50 c
seminator quis quid messurus 100 a
semita bona quid 13 a
semita iustitiæ quid 57 b
semita iustorum quid aut q̃ 242 76 a
semita mysticè quid 13 a
semitæ domûs Ecclesiæ, quid 139 b
semitæ impiorũ quid aut q̃ 23 c
semitę iudicij quid 38 a
semitæ quæ quales 18 c 19 a
semitę vitæ q̃ 13 c
senectꝰ honore digna aut ĩdigna q̃ 324 c
senectus q̃ qualis 326 c 327 a
senectus q̃ qualis sit corona 77 b
senectutis molestæ descriptio 198 b c
senectutẽ optare, quid 197 b
senes quomodò tractandi 423 c
seniores quì quõ honorandi 424 a
sensum Dñi quis quõ sciat 350 b
sensus hũani qui quõ dæmõib⁹ obnoxij 95 c
sententia vniuersalissima q̃ 93 a
sentire de Dño in bonitate, quid 311 a
sepẽ dissipátes, à colubro morderi, qd 190 b
septenarius quid signet aut innuat 33 a 40 c 114 b 193 c 418 a 534 a
septiés in die cadere iustos, quid 106 c
septuplum fures restituere, quomodò intelligatur 32 c 33 a
sermo DEI quis aut qualis 179 c
sermo DEO placens, quis 70 b c
sermo durus quid concitet 66 b c
sermo quis quem deceat 164 a
sermo scintillæ quid 317 b
sermonis diuini vis & vsus 128 b c
sermone cor hominis agnosci 502 c
sermõe qui suo facilè dęphendant 405 b
sermone quo qui quõ pascant 376 c
sermones qui quib⁹ vndè habẽdi 427 b
sermões qui quõ suscipiendi 11 b
sermõibus cunctis nõ credendũ 177 a
serpens à Mose in palo suspensus, quib⁹ quale fuerit signum 374 a
serpens tacitè mordens, quid 191 a
serpentis ac decractoris collatio ibidẽm
serpentes mysticè quid 430 a
serpentiũ maximus quis 374 b
seruire DEO qui delectabile fiat 23 b c
seruitus q̃ qualis 496 a b
seruꝰ ad regnũ promorꝰ, qualis 131 c
seruus quis qui habendus 421 b
seruꝰ qs quib⁹ liberis imparatus 78 b
seruus quis quõ erudiendus 124 b
seruꝰ quis quõ tractãdus 517 b c 560 c 561 a
seruus quõ nutriendus 124 b
seruus regnans, quid 132 a
seruo quid debeatur 124 b
serui ad dominiũ promoti, quales 88 c
seruorum quid sit 527 a
seruos equitare, quale quid 190 a
seth & Sem, quam apud homines gloriam adepti 587 a
seueritas quale qd sit, & quì vitanda 176 a
sex Dño maximè odibilia, q̃ 31 a
sexagenarij nũeri mysticatio 243 c 280 c
sexaginta fortes 247 c
sexaginta fortes seu fortissimi, spiritualiter quid 244 b
sexaginta fortes ambire lectulum Salomonis, quid 250 a
sexaginta reginæ quid 280 c
Si 210 c 379 c
sicera quid, & quibus danda 134 c
sichimitarũ aut Samaritarũ descriptio 589 b
signaculũ sup cor & brachiũ poni, qd 305 c
silendum quibus qñ quì sit 412 a
silentij discreti laus & vtilitas 45 b
silentiũ stulto indicere, quid afferat 113 b
simię & stulti qua potissimũ in re lepidè comparentur 22 b
similago quid 533 a
similes qui cur alios sibi putẽt oñes 189 a b
similitudo & dissimilitudo quid quõ concilier 319 b
similium inter se amor quis 441 a
simplices cur DEO accepti 22 a
simplices quibus odibiles 123 b
simplicib⁹ illusores cur facilè imponãt 22 a
simplicitas q̃ cur & q̃ DEO grata 12 c 395 c
simplicitas noxia q̃ 12 c
simplicitas quid sit 64 a
simplicitatis laus 47 c 48 c
simonides cuius erroris author 153 c
simonis sacerdotis laus 587 b c 588
simulatio q̃ quàm DEO inuisa 395 c
simulator quis aut qualis 49 c
sinai & Oreb an differant 582 c
sindonẽ facere & vendere, quid 141 c
sindonẽ quì faciat & vendat Ecclesia 139 a
sinistra quid 18 c 189 a
sion quid 492 b 538 c
sisois aut Sisoẽntis insigne dictũ 458 c
sitire DEVM qui quõ dicanẽ 489 a
sitis q̃ duo notet aut signet 488 c 489 a
Smaragdi descriptio 521 a
Sobrietas quos maximè deceat 134 b
sobrietatis laus & vtilitas 104 c 119 a
socialis & solitariæ vitæ collatio 162 a b
socialíne vitæ pſtet solitaria, an solitariæ sociais 162 b
societas q̃ qualis 427 a
societas quæ quid virium habeat aut periculi 439 a b
socij fidi vsus quis 162 c
sodales 210 b 219 a
sol cur modò huc, modò illuc magìs deueniat 148 a
sol & luna mysticè quid 197 c
sol iustitiæ quis, & quì quibús ve oriatur aut occidat 148 b c
sol mysticè quid 208 c
sol num aiatus an inanimatus 148 b
sol quid sonet 457 a
sol quì oriat & occidat quotidiè 147 c
solis pulchritudo & vis quanta 564 a b
soli & lunæ quõ cõseratur MARIA 288 a
soli subesse, aut sub Sole esse, quæ propriè dicantur 153 b
solem cur Salomon spiritum vocet 148 a
solem iustitiæ videre, quale quid 196 a
solarium primum aut secundum domûs spiritualis, quid 221 b
solicitudo q̃ qualis 49 b
solitariæ vitæ socialem præstare 162 a
solitario cur Væ minetur ibidẽm
soliũ regis, iustitia firmari 75 b
soluendum quì sit 508 c
somniãdo quosdam etiam orare & psallere, facereq; aliás q̃ nequeant 20 c
somnia diuersorũ quàm sint diuersa 20 b c
somnia non omnia vana 166 b
somnia q̃ qualia 529 a
somnia q̃ quì prouenient 264 c
somnia q̃ quos fallant 528 b
somnia quibus vanitatib⁹ obnoxia 166 a
somniorum modi seu rationes quotuplices 532 a b 554 b c
somnus cui dulcis ac licitus 167 a
somnus cur non diligendus 93 a
somnus noxius quis 30 a
somnum multiplicem esse 30 a
somnum oculis non dandum, quid 29 c
sonare vocẽ in auribus, quid 232 c 237 a
sophismatum aut sophistarum merces ac finis quis 404 a
sophistarum exibilatio 150 c
sophisticè loqui, quale quid 543 b
sopor in rebus sacris vndè 89 b
soror alloquenda, quid 301 c
soror paruula, vbera non habens, mysticè quid 301 b 308 c
sors in templo DEI acceptissima, q̃ 324 b
sors q̃ quibus optata 318 a
sortem cuiq; suam placere debere 558 a
sortium vsus quis 86 a
sortes in sinum missas, à Domino temperari, quid 77 c
Spado quid, aut qualis 324 a b 325 a 465 c 514 a
specie externa num quis aut laudandus, aut vituperandus 432 c 433 a
spectacula q̃ qualia 23 c
spes animam affligens, q̃ 59 b c
spes in CHRISTO q̃ sit aut non sit 136 b
spes quid nobis molæ futurum 15 c
spes quid sit 46 b 398 b 487 c
spes quorũ seu q̃, qualis 47 c 79 b 321 c
spei cur timor miscendus 398 b
sperandum in DEO quì sit 15 c
sperandum in quibus 128 b
sperandum quì sit 398 b
sperare quì aliquandò capiatur 124 b
spina quõ quis alteri sit 238 a
spinam in manu nasci, quid 113 b
spinis cur diuitiæ comparentur 70 c
spiraculum hominis quid 94 b
spiritus noster quì diffundendus 317 b
spiritus potestatẽ habentis, quid 189 b
spiritꝰ sapiẽtiæ & intellectũs, quid 447 a
spũs sapiẽtię qd, quis aut qualis 313 a 338 b
spiritus quis qualis 340 c 341 a
spũssanctus quì pro quibus oret 484 c
spiritussanctus quomodò scrutari seu audire quid dicatur 313 c
spũs virturis qs & cõtra quos ſtaturꝰ 332 c
spiritũs nomen cur Soli tribuatur 148 a
spiritũs noſe quid denotetur 338 a
spiritũssancti epitheta 340 c 341 a b
spiritũs viam ignorari, quid 195 b
spiritũs vocabulum q̃ signet 9 a
spiritusancto offerenda aut ingrata potissimùm quæ 404 a

ſpiritū in manib⁹ quis tm̄ cōtineat 127 b c
ſpiritū phibere,an hoc poſſibile 181 a
ſpūm redire ad eum qui dedit illū,qd 199 b
ſpiritu Dñi repleri omnia 313 c
ſpiritus qui quò aſcendant 159 b
ſpiritus qui quò creati 552 c
ſpolijs Eccleſia cur non indigeat 336 c
ſpolijs non indigere,quid 141 a
ſpondendū pro alijs an & quī ſit 29 a 101 c
ſpondere pro alio,myſticè quid 89 b
ſpondere pro alijs quale quid 81 c
ſponſiones ponere,quid 316 c
ſpōſa CHRISTI,quò & qualis ſit MARIA 221 b
ſponſa CHRISTI quotuplex 201 b 215 b
ſponſārum cæleſtium ac mundanarum differentia quæ 283 a b
ſponſores q̄ quali ſe curæ implicent 29 a
ſponſus Eccleſiæ quis 201 a b
ſponſus quis quàm ſit pulcher 221 a
ſpōſus ſponſāve,,quis q̄ve qualis 343 c
ſponſi CHRISTI maieſtas q̄ 216 a
ſponſi dextra aut ſiniſtra,quid 229 b
Stabiliſſe Dūm cælos prudentia,qd 202 a
ſtare in iuſtitia,quid 396 c
ſtare in oñi terra,quid 483 b
ſtarē poſt parietē,quid 231 b 236 a
ſtatera doloſa quid qualiſve, aut quomodò quis ea vtatur 48 b 94 a
ſtatera qua cuiq; vtendum 560 b
ſtatus fidelium quotuplex 2 b
ſtatui fidelium cui,qui Salomonis libri appliandi 2 b c
ſtaturam palmæ aſſimilari, quid 290 c 294 c
ſtellarum gloria q̄ 565 a
ſtellio quale quid beſtiæ ſit 132 b c
ſterilis q̄ cur felix 323 c 324 a 325 a
ſterilē nō eſſe inter aues,quid 252 a
ſtertentib⁹ ætate,quid obuenturū 45 a
ſtimulus quid 547 c
ſtipari mālis,quid 229 a
ſtola gloriæ quid 447 a
ſtorax quid ſit 487 a
ſtragulata veſtis quid 138 b 141 c
ſtudendū quando quī ſit 415 b
ſtudium quod quàm laborioſum 151 c
ſtudia Hieroſolymis ſub Salomone vigentia, quæ 146 b
ſtudioſis quō ſtudijs inſiſtendum 549 b
ſtultus quid,& quī mutetur 503 b
ſtultus quī ſapiens credi poſſit 83 a
ſtult⁹ ſaturatus,quid aut qualis 131 c 132 a
ſtultum in dignitate poni,quid 190 a
ſtulti myſticè qui 5 c 151 a
ſtulti qui cur à ſtultis falsò putentē 189 b
ſtultorum depictio 67 c
ſtultorū exultatio ſeu exaltatio q̄lis 22 b
ſtultorū noſce qui intelligendi 105 c 106 a
ſtultorum numer⁹ quantus 151 a
ſtultiſſimū cur ſe dicat Salomon 115 c 126 a
ſtultiſſimi qq; vndè potiſſimū gaudeāt 171 c
ſtultitiæ & verboſitatis cōparatio 124 b
Subditi qui quō inſtruendi 41 c
ſubeſſe DEO,cùm velit, poſſe 363 a
ſubſtantia bona q̄ 441 c
ſubſtantia hominis myſticè quid 57 b
ſub vmbra deſiderati ſedere 234 c
ſudem in terram mittere,quid 542 a
ſufficere ſe ſibi neminem 410 c
ſulci quid 417 c 547 c
ſulcos verſare,myſticè quid 549 a
ſuna 283 a
ſunamitis 283 a 288 c
ſuper hanc petram,quid 232 b
ſuperbia bona q̄ 38 a
ſuperbia num homini ſit concreata 430 c
ſuperbia q̄ quid perdat 470 a
ſuperbia quàm ſit odibilis 428 c
ſuperbiæ peccatum quantum 430 a b
ſuperbiā, peccati oñis fontē eſſe 413 a
ſuperbia virtutē quāuis facilimè perdi 413 b
ſuperbus & arrogans quis 98
ſuperbi cur contumelioſi 48 b
ſuperbi quàm DEO inuiſi 74 a
ſuperborum iurgia inter ſe qualia 59 a
ſuperbos eſſe humiliandos 124 c
ſuperhumerale 383 c
ſuperioribus nō detrahendum 193 a
ſupplantationē ſupplantantibus meritò deberi 48 c 49 a
ſupplicia q̄ qui inferantur 358 b
ſurgēdi tempus qui obſeruandum 521 c
ſurge aquilo, & veni auſter,quid 262 c
ſurgere aquilonē,quid 266 a
ſurgere de nocte,quid 137 b 141 b
ſurgere & aperire dilecto 269 a 274 c 278 b
ſurgere,quid 231 b 242 a 298 a
ſuſcitare oñes terminos terræ,quid 127 c
ſuſcitari ſub mālo,quid 299 b 308 c
ſuſtentationes DEI quid 397 b
ſuſtinentiæ laus 590 c
ſuſurrare in populo,quale quid 412 b
ſuſurro q̄ mala deſignet 473 a
ſuſurro quis & qualis 507 a
ſuſurronis & furis collatio 412 c
ſuſurronis verba qualia 114 a
ſuum quomodò quiſque & diuidere, & priuatim habere debeat 27 c
Sycomorum aſcendere,quid 105 c
ſymbola dare,quid 103 c

TAbernaculum æternæ Sapiētiæ,quid 484 b
tabernacula Cedar quid 208 c
tabernacula germinantia,quid 63 a
tabulæ cordis quid aut quales 15 b
tabulæ q̄ quales aut quid 302 a
tacendum vbi ſit 520 c
tacere qui quàm ægrè queant 463 b c
tacitum aut taciturnum eſſe, quid vel in ſtulto præ ſe ferat 83 a
taciturnitas quos ornet 521 b
tædia vitæ humanæ quanta 154 b
talenta q̄ quī vſurpanda 252 b
tantalo quis diues conferendus 167 a
tartari cur affligant Chriſtianos 66 b
tauros alloqui, quid 548 c
Tecta perſtillantia,quid 89 a
temperantia quid virtutis ſit 248 a
templi Salomonici & Zorobabelici collatio qualis 539 a
tempus quomodò ſuum cuique longum aut breue 167 c 168 a
tempus quod quo melius 173 b c
tempus rei q̄ñ ſit aut eſſe dicatur 159 a
tempus vindictæ quod 411 b
tempus vitæ preſentis quale 317 a
tempus vndè & cur dicaī malum 68 c
temporis diuiſio q̄ 173 b
tempus cuiq; rei ſuum eſſe 155 c & deiñ
tempus noſtrum vmbram eſſe 317 c
tēpus qui ſuū myſticè ſingula habeant 157
tenebræ q̄ quantæ 377 c 378
tenebroſæ viæ quid 13 b
tenebroſum tempus myſticè quid 196 b
tenere,nec dimittere,qd 241 c 247 a b
tentanda qui omnia 549 c
tentanda quō ſua cuiq; anima 544 a 3912 a 415 a 481 a 496 c 522 c
timoris Diuini laus,vſus,& vtilitas 16 b 65 a 395 c 522 a b
timori Diuino qui inſiſtendum 501 c
timorē Dñi apponere dies,quid 47 c
timore quo peccata qui impediant 71 a
timore quo qui q̄ñ turbandi 329 a
timores nocturni,quid 244 a
timores qui vndè quos mundēt 5 a
timores qui quales 392 c 394 b c
timorū diuerſitas & vtilitas q̄ 5 a b
tintinabula 383 c
Tobiæ laus 327 a
tollere pallium 270 a
tonitrūs ſeu tonitrui author quis 566 b
torcularia q̄ quibus cur redundatura 17 a
tori cuiꝰ ſemē quod cur exterminādū 324 c
tormento mortis nō tangi,quid 321 b
torneamēta an cuiquā licitè placitura 23 c
torquendos alibi,hic non tortos 536 c
torques quid ornamenti ſit 6 b
torrens redundans myſticè quid 84 a
torum in delicto neſcire,quid 324 a
tota quī pulchra ſit amica 261 b
tota quī pulchra Eccleſia 254 a b
tota quī pulchra MARIA 264 b c
Trahe me poſt te,quid 207 a b 117 a 223 b
tranſiliens colles,quid 230 c
tranſire ad aquilonē, quid 148 c
tranſitoria quę cur vmbræ & quibus alijs ſimilia 330 b c
tranſmigrantium in Babylonem reductio, qui demùm facta 581 c 582 a
tria Diuino ſpiritui placentia,q̄ 494 c
tria quibus inquietetur Mundus,q̄ 131 c
tria ſcitu difficilia q̄ 130 c
tribulatio ſalubris q̄ 407 c
tribulationes q̄ quantæ 68 c
tributis obnoxij qui 56 c
trinitatis conſubſtantialitas 38 c
triplex funiculus quid 163 a
triplicatio q̄ quid ſibi velit 254 c
triſtitia bona quæ 515 b
triſtitia q̄ cur vitanda 56 a 546 b
triſtitia q̄ qualis 82 b 171 c 496 c 514 a c
tryphoni qui cur ſimiles 114 a
Tunicam qui ſuam MARIA exuerit & iterùm induerit 277 c 278 a
tunica ſpoliari & indui 269 a
turbæ q̄ quales 462 a
turcæ cur opprimant Chriſtianos 66 b
turris fortiſſima quid 84 c
turri Dauidis quod collū cur aſſimileē 260 c
turturis vox 240 b
turturis vocem auditam eſſe 231 c
turturi cur Eccleſia ſimilis 212 a
turturum natura q̄ 211 c 219 c
Tyranni deſcriptio 75 b
tyrannis peculiare quid 318 b

VAccæ myſticè quid 549 a
vades q̄ quali ſe periculo exponāt 101 c
væ quod quibus minatum 104 a
vagari poſt greges 210 a 219 a 224 c
vagatio q̄ qualis 511 b
vallari lilijs 289 c
vallium & humilium pulchra collatio 11 c
vanitas rerum omniū quæ 146 b & deiñ
vanitas vanitatum,quid 146 c
vanus ſeu vanitas quid 53 c
vas quib⁹ quid ſit 548 a b 564 a 573 b
vaſa q̄ quī probentur 502 b
Vbera(alibi hubera)quid 218 a 262 a
vbera meliora aut pulchriora vino,quid 216 c 222 b c 255 c 262 a
vbera q̄ qualia 28 a 224 a 265 a 293 b
vbera ſponſi qd,quóve ei cōpetāt 205 b 206 a
vbera botris aut turri aſſimilari,quid 290 c 291 a 302 a 309 b
vbera dare aut premere,quid 133 b 297 c
vberum quorū nobis reminiſcendū 224 a
vberibus coniugis inebriari,myſticè qd 28 c
Velocitas laudabilis q̄ 102 a
vena vitæ quid 45 c
venā cuiq; ſuam,benedictā eſſe debere 27 c
venalē quis potiſſimū habeat aīam ſuā 419 b
vendētes quibus vitijs dediti 501 b c
venditores beati qui 51 b c
venenoſa q̄, quō ſeu cui vtilia 552 a
venioli ſine culpa ad tempus aliquos eſſe, an credibile 254 a b
venialia an & quī maculent animam 261 b
venialia qui paulatim obruāt animā 40 b
venire auſtrum,quid 266 a
venire de Libano 261 b 266 a
venire dilectum in hortum ſuum 276 b
venire in hortum 273 b c 277 a
venire in profundum peccatorum 83 c
venter quis qualis aut quid 61 b 100 c 269 a 272 b 274 c 289 c 293 b 295 c
ventrem intremiſcere 278 a
ventilari in omnem ventum,quid 411 c
ventorum varietas 340 b
ventos paſcere,quid 44 c
ventos poſſidere,quid 52 a b
verbum qui pro re aliq̄ capiaē 178 c
verbi DEI vis quanta 374 c 375 a
verbi dulcis aut acerbi vis q̄ 413 c
verba cuius aut quales ſint notæ 5 a
verba DEI cur tam ſedulò rememoranda 32 a
verba q̄ qualia aut quid 76 c 83 b 199 c 405 b 427 b 459 c 472 c
verba tantùm ſectari,quale quid 88 b
verbis aliq̄ opera ſignari 377 c
verbis quotupliciter quis alteri noceat 26 b
verbis vti multis qui quomodò dicantur, & quale quid ſit 466 b c
verboſum eſſe,quale quid 420 a
verboſi quibus piculis obnoxij 466 c
verbera vbi magis,quàm verba,neceſſa.124 a
verecundatio q̄ qualis 409 c
verecundia mala q̄ 478 a
verecundia quid 409 a
verecundiæ laus 421 b
veritas an & quī emenda 103 c
veritas quotuplex nobis habenda 15 a
veritati agnitæ nō cōtradicendū 409 b
veritatem qui facilè intelligant 323 a
vermes in inferno quales 420 c 421 a
verſipellis aut verſut⁹ quid ſeu quis 56 b 652
vertere impios,quid 53 c
vertices excelſi myſticè quid 36 a
veſpæ quid 361 a
veſpas Iſraelitis in Chananęos ſpmiſſas 361 a
veſpaſianus imperator quid in mari mortuo tentārit 352 a
veſtimenta quæ quid aut aut qualia 184 c 185 a 256 b 262 b
veſtiri duplicibus,quid 138 b
veſtitu gloriari,quale quid 413 a
veſtitu quàm hodiē peccetur 433 b
vexatio q̄ quī redimenda 438 a
Via colubri,aquilæ,nauis,myſticè qd 131 a
via q̄ quid aut qualis 13 a b 47 c
viæ bonæ initium quod 74 b
viam cuiq; ſuam bonam videri 95 c
viæ q̄ quales aut quid 12 c 13 c 16 a 18 c 19 a 25 c 35 b 45 c 73 a 74 b 330 b 354 b
vijs ſuis ſtultum repleri,quid 63 b
viatici noſce quod Sacrm cur noſcetur 245 a
vici 242 b 246 c
vicini boni vſus quis 116 c
victimæ q̄ quales 45 a 67 c 533 a
victimis quib⁹ q̄ buccella melior 78 a
victoriam omnē à DEO eſſe 99 a
victorias loqui,quid 98 c
victus quis cui præſtet 511 b
victus viliſſimus quis 97 c 119 a
victūs ſimplicioris laus 78 a
videre DEVM an cuiquam obtigerit 568 a
videre aut videri in Sunamite nil niſi choros caſtrorum 286 b 288 c
videre quid aliq̄ ſignet 158 b
videre ſi floruerit vinea,quid 291 c
videri à filiabus, beatiſſimamque prædicari, quid 285 b
viduarum & pauperum quæ ratio habenda 318 a 406 c
viduarum fines ſeu termini qui 70 b
vigilandum cur & quī ſit 30 b
vigilare 268 a b
vigilatio MARIAE qualis 277 b c
vigiles qui quales aut qd 40 a 241 b 246 c
vigilia honeſta q̄ 515 b
vindicta DEI qualis 410 c 411 a
vindicandum quī ſit 94 a 505 b
vinea 137 c 140 c 233 a 236 c 241 c 302 b 241 c
vinea mea coram me,quid 305 a 307 a 309 b
vinea q̄ qualis aut quid 108 b 218 c
vineam non cuſtodiri,quid 218 c
vineam quī ſuam ſponſa reliquerit 209 b
vineæ q̄ quales 209 c 237 a 282 a
vineas florētes dediſſe odorē ſuū, qd 232 a
vinitores mali qui 209 c
vinum quod quale aut quid 412 c 90 c 267 a 277 b 462 c
vinū quibus dandū aut negandū 134 b c 152 b
vinum quod colubro & regulo cur cōparetur 104 b
vinum quò creatum 519 a
vini modicè ſumpti vtilitas q̄ 517 c 518 c
vini guloſè ſigurgitati afflictiōes q̄ 517 c 519 b
vini & ignis collatio 518 c
vino & vnguentis qui quam obrem ſe impleant 318 a
vino meliora eſſe vbera,quid 205 c
vino quali CHRISTVS ī nouiſſ. cœna vſus 41 a
vino quī vtendum 91 a
vinolentia quib⁹ potiſſimū vitanda 519 c
violata genitrix quid 299 c
violētia cur paupi potiſſ. nō faciēda 101 b
vir Eccleſiæ quis 138 c
vir iniquus quomodò ſit muliere etiam bona melior 561 c

timor illaudabilis aut laudabilis qs 125 a
timor maximè noxius quis 379 c
timor miſerrimus quis 21 b
timor nimius qualis 195 a
timor qualis mala nobis futura 15 c
timor quis cuius ſapientiæ initium 5 a
timor qs qualis aut quid 36 c 36 a 379 a 3912 a 415 a 481 a 496 c 522 c
timoris Diuini laus,vſus,& vtilitas 16 b 65 a 395 c 522 a b
timori Diuino qui inſiſtendum 501 c
timorē Dñi apponere dies,quid 47 c
timore quo peccata qui impediant 71 a
timore quo qui q̄ñ turbandi 329 a
timores nocturni,quid 244 a
timores qui vndè quos mundēt 5 a
timores qui quales 392 c 394 b c
timorū diuerſitas & vtilitas q̄ 5 a b
tintinabula 383 c
Tobiæ laus 327 a
tollere pallium 270 a
tonitrūs ſeu tonitrui author quis 566 b
torcularia q̄ quibus cur redundatura 17 a
tori cuiꝰ ſemē quod cur exterminādū 324 c
tormento mortis nō tangi,quid 321 b
torneamēta an cuiquā licitè placitura 23 c
torquendos alibi,hic non tortos 536 c
torques quid ornamenti ſit 6 b
torrens redundans myſticè quid 84 a
torum in delicto neſcire,quid 324 a
tota quī pulchra ſit amica 261 b
tota quī pulchra Eccleſia 254 a b
tota quī pulchra MARIA 264 b c
Trahe me poſt te,quid 207 a b 117 a 223 b
tranſiliens colles,quid 230 c
tranſire ad aquilonē, quid 148 c
tranſitoria quę cur vmbræ & quibus alijs ſimilia 330 b c
tranſmigrantium in Babylonem reductio, qui demùm facta 581 c 582 a
tria Diuino ſpiritui placentia,q̄ 494 c
tria quibus inquietetur Mundus,q̄ 131 c
tria ſcitu difficilia q̄ 130 c
tribulatio ſalubris q̄ 407 c
tribulationes q̄ quantæ 68 c
tributis obnoxij qui 56 c
trinitatis conſubſtantialitas 38 c
triplex funiculus quid 163 a
triplicatio q̄ quid ſibi velit 254 c
triſtitia bona quæ 515 b
triſtitia q̄ cur vitanda 56 a 546 b
triſtitia q̄ qualis 82 b 171 c 496 c 514 a c
tryphoni qui cur ſimiles 114 a
Tunicam qui ſuam MARIA exuerit & iterùm induerit 277 c 278 a
tunica ſpoliari & indui 269 a
turbæ q̄ quales 462 a
turcæ cur opprimant Chriſtianos 66 b
turris fortiſſima quid 84 c
turri Dauidis quod collū cur aſſimileē 260 c
turturis vox 240 b
turturis vocem auditam eſſe 231 c
turturi cur Eccleſia ſimilis 212 a
turturum natura q̄ 211 c 219 c
Tyranni deſcriptio 75 b
tyrannis peculiare quid 318 b

VAccæ myſticè quid 549 a
vades q̄ quali ſe periculo exponāt 101 c
væ quod quibus minatum 104 a
vagari poſt greges 210 a 219 a 224 c
vagatio q̄ qualis 511 b
vallari lilijs 289 c
vallium & humilium pulchra collatio 11 c
vanitas rerum omniū quæ 146 b & deiñ
vanitas vanitatum,quid 146 c
vanus ſeu vanitas quid 53 c
vas quib⁹ quid ſit 548 a b 564 a 573 b
vaſa q̄ quī probentur 502 b
Vbera(alibi hubera)quid 218 a 262 a
vbera meliora aut pulchriora vino,quid 216 c 222 b c 255 c 262 a
vbera q̄ qualia 28 a 224 a 265 a 293 b
vbera ſponſi qd,quóve ei cōpetāt 205 b 206 a
vbera botris aut turri aſſimilari,quid 290 c 291 a 302 a 309 b
vbera dare aut premere,quid 133 b 297 c
vberum quorū nobis reminiſcendū 224 a
vberibus coniugis inebriari,myſticè qd 28 c
Velocitas laudabilis q̄ 102 a
vena vitæ quid 45 c
venā cuiq; ſuam,benedictā eſſe debere 27 c
venalē quis potiſſimū habeat aīam ſuā 419 b
vendētes quibus vitijs dediti 501 b c
venditores beati qui 51 b c
venenoſa q̄, quō ſeu cui vtilia 552 a
venioli ſine culpa ad tempus aliquos eſſe, an credibile 254 a b
venialia an & quī maculent animam 261 b
venialia qui paulatim obruāt animā 40 b
venire auſtrum,quid 266 a
venire de Libano 261 b 266 a
venire dilectum in hortum ſuum 276 b
venire in hortum 273 b c 277 a
venire in profundum peccatorum 83 c
venter quis qualis aut quid 61 b 100 c 269 a 272 b 274 c 289 c 293 b 295 c
ventrem intremiſcere 278 a
ventilari in omnem ventum,quid 411 c
ventorum varietas 340 b
ventos paſcere,quid 44 c
ventos poſſidere,quid 52 a b
verbum qui pro re aliq̄ capiaē 178 c
verbi DEI vis quanta 374 c 375 a
verbi dulcis aut acerbi vis q̄ 413 c
verba cuius aut quales ſint notæ 5 a
verba DEI cur tam ſedulò rememoranda 32 a
verba q̄ qualia aut quid 76 c 83 b 199 c 405 b 427 b 459 c 472 c
verba tantùm ſectari,quale quid 88 b
verbis aliq̄ opera ſignari 377 c
verbis quotupliciter quis alteri noceat 26 b
verbis vti multis qui quomodò dicantur, & quale quid ſit 466 b c
verboſum eſſe,quale quid 420 a
verboſi quibus piculis obnoxij 466 c
verbera vbi magis,quàm verba,neceſſa.124 a
verecundatio q̄ qualis 409 c
verecundia mala q̄ 478 a
verecundia quid 409 a
verecundiæ laus 421 b
veritas an & quī emenda 103 c
veritas quotuplex nobis habenda 15 a
veritati agnitæ nō cōtradicendū 409 b
veritatem qui facilè intelligant 323 a
vermes in inferno quales 420 c 421 a
verſipellis aut verſut⁹ quid ſeu quis 56 b 652
vertere impios,quid 53 c
vertices excelſi myſticè quid 36 a
veſpæ quid 361 a
veſpas Iſraelitis in Chananęos ſpmiſſas 361 a
veſpaſianus imperator quid in mari mortuo tentārit 352 a
veſtimenta quæ quid aut aut qualia 184 c 185 a 256 b 262 b
veſtiri duplicibus,quid 138 b
veſtitu gloriari,quale quid 413 a
veſtitu quàm hodiē peccetur 433 b
vexatio q̄ quī redimenda 438 a
Via colubri,aquilæ,nauis,myſticè qd 131 a
via q̄ quid aut qualis 13 a b 47 c
viæ bonæ initium quod 74 b
viam cuiq; ſuam bonam videri 95 c
viæ q̄ quales aut quid 12 c 13 c 16 a 18 c 19 a 25 c 35 b 45 c 73 a 74 b 330 b 354 b
vijs ſuis ſtultum repleri,quid 63 b
viatici noſce quod Sacrm cur noſcetur 245 a
vici 242 b 246 c
vicini boni vſus quis 116 c
victimæ q̄ quales 45 a 67 c 533 a
victimis quib⁹ q̄ buccella melior 78 a
victoriam omnē à DEO eſſe 99 a
victorias loqui,quid 98 c
victus quis cui præſtet 511 b
victus viliſſimus quis 97 c 119 a
victūs ſimplicioris laus 78 a
videre DEVM an cuiquam obtigerit 568 a
videre aut videri in Sunamite nil niſi choros caſtrorum 286 b 288 c
videre quid aliq̄ ſignet 158 b
videre ſi floruerit vinea,quid 291 c
videri à filiabus, beatiſſimamque prædicari, quid 285 b
viduarum & pauperum quæ ratio habenda 318 a 406 c
viduarum fines ſeu termini qui 70 b
vigilandum cur & quī ſit 30 b
vigilare 268 a b
vigilatio MARIAE qualis 277 b c
vigiles qui quales aut qd 40 a 241 b 246 c
vigilia honeſta q̄ 515 b
vindicta DEI qualis 410 c 411 a
vindicandum quī ſit 94 a 505 b
vinea 137 c 140 c 233 a 236 c 241 c 302 b 241 c
vinea mea coram me,quid 305 a 307 a 309 b
vinea q̄ qualis aut quid 108 b 218 c
vineam non cuſtodiri,quid 218 c
vineam quī ſuam ſponſa reliquerit 209 b
vineæ q̄ quales 209 c 237 a 282 a
vineas florētes dediſſe odorē ſuū, qd 232 a
vinitores mali qui 209 c
vinum quod quale aut quid 412 c 90 c 267 a 277 b 462 c
vinū quibus dandū aut negandū 134 b c 152 b
vinum quod colubro & regulo cur cōparetur 104 b
vinum quò creatum 519 a
vini modicè ſumpti vtilitas q̄ 517 c 518 c
vini guloſè ſigurgitati afflictiōes q̄ 517 c 519 b
vini & ignis collatio 518 c
vino & vnguentis qui quam obrem ſe impleant 318 a
vino meliora eſſe vbera,quid 205 c
vino quali CHRISTVS ī nouiſſ. cœna vſus 41 a
vino quī vtendum 91 a
vinolentia quib⁹ potiſſimū vitanda 519 c
violata genitrix quid 299 c
violētia cur paupi potiſſ. nō faciēda 101 b
vir Eccleſiæ quis 138 c
vir iniquus quomodò ſit muliere etiam bona melior 561 c

vir quis q̃lis aut quid 56 b 140 c 187 a 495 a
viri animã quî mulier rapiat 32 b
viri fidelis laus 121 c
viri nomen quî DEO attribuatur 33 b
viri nomen vndè 94 a
virum ex mille vnum reperiri,quid 178 b
virí pauci myſticè qui 187 a
viri qui cur laudandi 568 c 569 a
virga quę qualis aut quid 46 a 100 c 112 c 123 c 575 a
virgæ parcere,quid 61 a
virga irę fuæ quis quó cõſummandus 100 a
virgula fumi quid 243 b
virginis matris & virginum aliarum ſanctarum collatio & diſcrimen 238 a b
virgines q̃ quales 238 a 425 b
viribus noſtris quî nobis vtendum 25 c
virtus quæ qualis aut quid 25 b 96 c 235 b 311 c 361 b 431 a
virtutis ſignum vllũ qui cur nequeant oſtendere 331 a
virtutes q̃ quales 99 c 344 c 398 a b 538 c
virtutum omium maxima q̃ 146 c
virtutibꝰ an quis malè vtatur 339 b
viſitandi proximi aut amici modus ſeu regula qualis 110 c
viſus interior qñ potiſſimùm acuaẽ 4 c
viſus quis quî virum ꝑdat 465 a
vita hominum quàm ſit breuis 543 c
vita in manibus linguæ quî ſit 86 c
vita q̃ qualis 68 a b 327 a 372 a 419 c
vitã quã quis facilè inueniat 98 a
vitia q̃ qualia 63 a 66 b 68 a 312 a 318 a
vitiorum omnium ianua q̃ 124 c
vitis 494 a
vitis fructus qualis 487 b
vitta aurea 199 a
vittæ coccineæ quid, & eis qui aut q̃ cur aſſimilentur 252 b 260 b
vitupandus an quis & quî ſit 433 c
viuendum qui ſit 558 a
Vlciſcendum quî ſit 108 b
vltio qui exercenda 94 a
vltionĩiniquorum q̃ mala cur DEVS creárit 553 a b 554 c
Vmbilicus 16 c 289 b 293 a 295 c
vmbra q̃ cui quàm vtilis 227 b c
vmbræ q̃ cur ſimilia 317 c 330 b
vmbras inclinari,quid 233 b 253 c
Vnã eſſe columbam &c.quid 281 a 285 a b
vnam eſſe matri ſuæ &c. 281 b 285 b
vnguẽta bona,meliora,optima q̃ 217 b c
vnguẽta q̃ qualia,& quî obtinẽda 205 c 207 b
vngula aromatica quid 487 a
vniuerſa cur DEVS operatus 73 c
vnus colli crinis quid 255 b
Vocare,& nõ reſpõdere 270 a 275 c
vocatio q̃ quàm multipliciter fiat 9 a
vocem eſſe dulcem,quid 232 c
vocẽ turturis auditã eſſe,quid 236 c
volucres q̃ quod ſemen deuorent 11 b
volũtas quantũ vbiquè momẽti habeat 23 a
voluptas q̃ qualis 462 a 513 b
voluptuoſæ vitæ depictio 153 a
vomere,ſi neceſsũ fuerit,quî liceat 518 a
vomitũ ſuum reſorbere,quale quid 113 b
vorago 60 a
votúmne plùs obliget,an iuramentũ 165 b
votum iuramento maius eſſe 94 b
vota q̃ qualia 68 a 165 a b
vouere & non implere,quale quid 94 b
vox dilecti quid 236 a
vox quid ſit aut ſignet 566 b
vox tua in auribus meis,quid aut q̃lis 241 a
Vrbs myſticè quid 8 b
vrbi cui quis cur ſimilis 112 a
vriæ filios Dauidẽ adoptáſſe 23 a
vrſæ faciliùs occurri quàm fatuo ſuperbo, myſticè quid 80 a
Vſq; ad futurũ ſeculum nõ definere 484 c
vſura quæ qualis 119 c 120 a
vſurarius pius quis 89 b
vſurarij pecunia cur aſpidis morſui aſſimiletur 120 a
Vt 385 c
vterus Mariæ quid fuerit horti 276 b c
Vua præcoqua 591 b
vulgus ferè cuiuſmodi ſit 122 c
vulnera q̃ quibus oſculis meliora 115 c
vulnerare cor ſponſi,quid 265 a
vulnerari cor in vno oculorũ,qd 255 b
vulneratum eſſe cor in vno oculorum tuorum,quid 261 c
vulpes paruulæ quid 237 b
vulpes q̃ quî à MARIA captæ 241 b
vulpibus qui hypocritæ ſimiles 233 a
vulpes paruulas capere 232 c
vultus hoſis quid quõ præſerat 179 a
vultũ ſuum quis quó obfirmet 98 c
vulua 393 a
Vxor myſticè quid 185 a
vxor prudẽs qd,& vndè detur 89 a b
vxor quî ſua cuiq; adamanda 27 c
vxoris bonæ laus 421 a
vxoris quid ſit 28 a
vxore quî fruendum 185 a
vxores q̃ quî amandæ 425 a
Xenia quãtam vim habeant 469 a
Zelari mortẽ in errore vitæ,qd 315 b
zelatores DEO grati,qui 108 a
zelotes cur DEVS vocetur 314 b
zelotypia q̃ qualis 499 b
zelus & ira quî vitam breuient 515 a
zelus Heliæ & Phinees erga Deũ quis 575 c
zelus quis quantus 300 b
zelus quis quî temperandus 235 b
zeli auris quid 314 b
zelo ſuccendi,quorum ſit 119 c
Zodiaci zona qualis 148 a
zorobabelis encomium 586 b

ERRATORVM, OBITER INTER COLLIGENDVM INDICEM ANIMADVERSORVM, CATALOGVS.

Eum vt facilè intelligas,indicari noueris priori numero paginam,poſteriori verſum ſeu lineam,póſt ſequi aut breuiſſimè innui lectiõem veram.Hoc gnauiter animaduerſo,& reſtitutis ſuo loco numeris his,125,126,155,415,534,haud obſcurus erit ſequentiũ intellectus. Quorum ſiqua leuiuſcula cuipiã videant,quàm quorũ hîc ratio haberi debuerit,is meminerit ea nõ ſibi aut erudito alicui,ſed curioſis tãtùm MOMIS corraſa,eorumq; gratia multo curioſiùs corradenda fuiſſe,ſi tempus aut locus tuliſſet.Nam abſque vllis omninò mendis inſigne aliquod opus editum velle,id verò eſt è pumice aquam poſtulare:adeoq́ue haud facile,vt propè citiùs vita hæc ſine vllo penitùs tranſigi queat vitio,quàm vllum omninò maiuſculum Opus ſic edi.

8.3.ues quũ dor- 8.15.foris 15.25.gutture tuo ſit 17.3.eodẽ 20.29.nõ timebis:qeſ 32.20.tio diſc 39.22.aëris 40.40.in domo 45.6.fortiter 54.50.Jq̃ 57.5.lmi 57.35.ꝑ mortali p 62.19.ẽſal 62.57.ẽm 65.13.ſeu filijs 69.21.cẽſus 77.27.lit[78.56.iudice 81.7.eſſi 81.34.deferat eũ, 81.36.tẽpore 81.44.[quũ 82.3.ſubij 82.10.& ſatuitatẽ 92.20.[diſſ 93.12.Trin 94.29.nſ] 97.8.guit iras 97.36.gigantũ 105.17.ntię 105.18.ntiã 122.47.auarꝰ 124.47.& qui 124.55.uJid 125.13.rſum 125.25.ro & 126.15.què & 127.22.ipes ſu 129.9.ad me. 129.10.ver- 129.36.um,ipſe 129.37.ſti:nec 134.2.rò ſec 134.55.ndi:mul 136.1.nter 138.3.ldè fruct 139.45.rè ill 152.4.co.3.)q̃ 152.14.ùs cernit,q 186.56.Jab illis ingratis[188.21.di,quod 189.10.neat ea: 191.30.Os ſa 194.3.pietas 199.4.nẽ ſu 202.1.exponen 312.49.inæ[318.30.Pha 333.22.diſcite 343.37.hîc,ſed ſub 358.5.opinen 363.28.daret 368.45.enim 370.52.Jid 381.16.in 386.28.Petiẽ 396.57.mus,atq; 399.5.clamaui 407.1.carnales 407.10.viuendũ 426.1.cõtactus 426.40.Cõm 427.1.JSoc 428.4.iniquis 428.39.net hon 431.14.In medio 433.4.ctiſſ 448.24.ill 450.29.eſt. 453.1.q̃ ho 460.43.Simil 467.21.Jquia 469.14.eſt per 476.27.ner:la 477.48.Extollen 483.30.liae 498.39.vir] 501.14.rarò 507.3.ctus:] 507.28.guam 510.29.fideiub 512.55.iuuen 516.7.in va 524.6.Cùm 525.26.Jquoſd 531.24.[Pa 534.12.[Non 436.25.ſſiuè 543.21.Jqa 543.36.Siquidẽ 545.5.p̃miſiſſ 547.51.Ji.b 547.57.thauen 555.52.dabũt 556.47.gua 561.32.luxur 562.39.cũcta 567.55.Icui

ALPHABETICVS Commentariorum ſequentium ORDO.

A, B, C, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, v, x, y, z, aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg, hh, ii, kk, ll, mm, nn, oo, pp, qq, rr, ſſ, tt, vv, xx, yy, zz, aaa, bbb, ccc, ddd. Singulaq; trifolia ſunt,exceptis bifolijs tribus,videlicet B,C,& ddd.

D. DIO-

D. DIONYSII CAR- I

THVSIANI IN PROVERBIA SALOMONIS regis Iſraël, præfatio.

DIxit Dominus Salomoni:Quoniam poſtulâſti ſapientiam, eccè dedi tibi cor ſapiens atque intelligens, intantũ, vt nullus ante te ſimilis tibi fuerit,nec poſt te ſurrecturus ſit. 3. Reg.3. In his verbis tria tangũtur,nẽpe excellẽtia ſapiẽtię Salomoni cõceſſa: & qualiter, ſeu à quo eam acceperit, ſcilicet per infuſionem à Deo:& item cauſa meritoria infuſionis tam liberalis, videlicet, quoniam data ſibi optione ad poſtulãdum quod vellet,ſapientiam petijt magìs quàm diuitias, quàm longitudinẽ vitæ, quàm famam,vel triumphum. Deniq; data eſt Salomoni,ſupernaturaliterq́ue infuſa ſapientia multiplex: primò videlicet ſapiẽtia illa,quæ eſt vnum & primum inter ſeptem dona Spiritus ſancti:& hæc ſapiẽtia eſt habitus ſupernaturalis infuſus,per quam mens creata agnoſcit & contemplatur DIuina cum guſtu interno,& benè iudicat de ſummo & incommutabili bono, per cõnaturalitatem ad illud, & per cõformitatem affectûs ad ipſam notitiam. Sicq́ue per ſapientiam iſtam agnoſcit homo,non iam nuda & informi notitia,ſed formata & affectiua cognitione, quòd ſoli Deo fruendum ſit & ſummè vacandum,atque finaliter inhærendum: & cum ſapore interno ſic ſentit & iudicat.Hæc ſapiẽtia non poteſt eſſe informis, immò charitati inſeparabiliter eſt connexa,ità quòd quicunque exiſtit in ſtatu ſalutis,hoc eſt,in charitate & gratia,habet ſapientiam iſtam ſecundùm aliquẽ gradum:& quanto quis ampliùs creſcit in charitate,tanto ampliùs creſcit in ſapientia iſta.Ideò ſicut non eſt credendum, Salomonem fuiſſe maiorem Moſe,Abraham,Dauid,& conſimilibus ſanctis in charitate & ſanctitate, quibus nec in charitate & ſanctitate æqualis fuiſſe cenſetur:ſic in ſapientia iſta nec maior, nec æqualis illis creditur extitiſſe. Alia eſt ſapientia ſupernaturalis, donum ac habitus gratiæ gratìs datæ exiſtens,per quã homo ſcit & poteſt ea,quæ fidei ſunt,declarare,probare,defendere, de qua loquitur Auguſt. Habes ipſam fidem, non habes ipſam facultatem ac copiam defendendi fidem.Hinc ſapiẽtia iſta poteſt eſſe informis, id eſt,ſine charitate & gratia gratum faciente:eſtq́; communis virtuoſis ac vitioſis hominibus, ſicut & cætera gratiæ gratìs datę dona:de qua ait Apoſtolus 1.Corint.12. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſciẽtiæ.Hæc ſapientia quanuis glorioſis APOSTOLIS,multisq́; alijs ſanctis per infuſionem ſit data,nihilominùs per lectionem, auditionem,ac ſtudium ſacrę ſcripturę & theologicorum voluminum poteſt addiſci:immò à ſtudentibus ac ſtudioſis quotidiè diſcitur. Hæc quoq; ſapientia in magna abundantia infuſa eſt Salomoni, non tamen maior fuit in eo,quàm in Moſe legiſlatore Hebræorum: quoniam Moſes magìs fuit illuminatus à Deo ad intelligendum rationes & argumenta legis per ipſum datæ,hoc eſt, rationes credendorum,& literales ac ſpirituales & myſticas rationes præceptorum moralium, cęremonialium,ac iudicialium legis deſupèr datæ per ſe,quàm aliquis alius in veteri teſtamento. Nam in omni ordine primum,eſt maximum. Tertia eſt ſapientia naturalis & philoſophica, quæ lumine naturali ac ſtudio inueniri poteſt & obtineri:& tamẽ per infuſionem aliquibus eſt conceſſa.Hæc autem ſapientia quandoquè extensè accipitur pro omni notitia vera, quæ naturali ratione poteſt acquiri ac inueniri,ſicq́; ſcientiam & prudentiam compræhendit. Quandoq; ſtrictiùs ſumitur,pro cognitione DIuinarum & immaterialium rerum. Hæc autẽ ſapientia extensè accepta,prout ſcientiam prudentiamq́; includit,videtur Salomoni infuſa in excellentia quadam præcipua,ità quòd in ea non fuerit aliquis maior eo,nec antè nec poſteà,Chriſto & protoplaſto parente exceptis: quanquàm de Ariſtotele dicat Hieronymus,quòd proculdubiò fuit grande miraculum in toto genere hominum,quoniam quicquid naturaliter ſciri poteſt,videtur ei infuſum. Quod dictũ,eſt piè intelligẽdum. Porrò ꝙ Salomon in ſapientia illa ꝑfata,ſeu in ſcientia naturali,morali ac rõnali ſimùl ſumptis prę- ſtiterit,videtur inſinuare ſcriptura. Legitur enim 3.Regum: Dedit Deus ſapientiam Salomoni,& prudentiam multam nimìs,& latitudinem cordis quaſi arenam,quæ eſt in littore maris. Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium & Aegyptiorum,& erat ſapientior cunctis hominibus. Locutusq́; eſt Salomon tria millia parabolas,& Hieronym. 3.Reg.4.

a fuerunt

fuerunt carmina eius quinq; millia. Et disputauit super lignis, à cedro quæ est in Libano, vsq; ad Hyssopū, quę egredit de pariete: & disseruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus
Sapi.7. & piscibus. Insuper, in persona Salomonis dictū videtur illud: Deus dedit mihi horum quę, sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium, consummationem & medietatem temporum, vicissitudinū permutationes, morum mutationes, & stellarum dispositionem, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorū, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum. Quum itaq; tāta fuerit sapientia Salomonis, certū est in verbis ipsius sapientiam contineri præcipuam: idcircò cum ingenti diligentia sunt pensanda, quorum declaratio, prout fons sapientiæ Deus gloriosus & excelsus, cuius incircunscripta essentia est sapientia infinita, concesserit, præsenti opere prosequenda est.

CAPVT PRIMVM.

1.Para. 22. Eccés 1.

ALOMON tria nomina est sortitus: quoniam dictus est Salomon, quod interpretatur pacificus: dictus est etiā Ecclesiastes, quod interpretatur concionator, & iterū appellatus est Idida, quod interpretatur amabilis Deo: Fecit quoquè tria volumina, prædictorum nominum interpretationibus correspondentia. Etenim liber Prouerbiorū correspondet nomini eius, quod est Salomon siue pacificus: quia in libro Prouerbiorū de exercendis virtutibus, de vitijs euitādis, de spiritali profectu, de sapientiæ studio specialiter atq; p̄cipuè tractat, per quæ pax vera acquiritur & seruatur, & homo Deo pacificatur. Liber aūt Ecclesiastes, correspondet nomini eius, quod est concionator: qa in libro illo ad vtrāq; partē argumentatur, & instar concionatoris in personis loquitur diuersorū. Porrò liber Cantici Canticorum, nomini eius, quod est Idida, correspondet: quia in libro illo, de mutuo illo intersponsum & sponsam ardentissimo purissimoq; tractatur amore, per quem rationalis creatura fit Deo amabilis. ¶Præterea cū philosophia sit triplex, scilicet Ethica, Logica & Physica, liber Prouerbiorū ad Ethicam, id est, moralem reducitur: quoniā de virtutibus, præsertim moralibus, tractat. Liber verò Ecclesiastes, ad Logicam, quia scholasticè & disputatiuè procedit. Liber aūt Cantici Canticorum, ad Physicam seu naturalem, quia ad creatoris amorem, cælestisq; sponsi internum amplexum, atq; ad summæ & incomparabilis veritatis contemplationem vniuersa natura, totusq; ordo creaturæ dirigunt, excitant ac deducunt. Propter quod ait Apostolus: Inuisibilia Dei, per ea quę facta sunt, cognoscuntur, sempiterna quoquè virtus eius & diuinitas. Et Isaias exhortans, Leuate, inquit, in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. ¶Ampliùs, cùm triplex sit status fidelium, putà incipientium, proficientium, & perfectorū: liber Prouerbiorum magis coaptatur statui incipientium, quoniam liber hic tractat de vitiorū extirpatione, de timore Dei, de correptione & correctione æquanimiter suscipiendis, de linguę custodia, & consimilibus multis. Liber verò Ecclesiastes, magis conuenire videtur statui proficientium, quoniam tractat de rerum transitoriarum vanitate, de instabilitate seculi huius, de accessu mentis ad vnū inuariabile bonum, de supergressione rerum inanium, & profectu virtutum, ac exercitatione in rebus diuinis. Porrò liber Cantici Canticorū, euidenter congruit statui perfectorū, quorum est per amorem ecstaticum, per viam vnitiuam, per lympidissimam contemplationem vacare & inhærere triumphantis ac militantis Ecclesię sponso. Hæc aūt per quandam coaptationem, non per præcisionem sunt intelligenda. Non enim in libro Prouerbiorū præcisè agitur de pertinentibus ad incipientes, immò & de filiali & sancto timore, de sapiētiali cōtemplatione, de generatione verbi æterni, de virtutibus purgati animi aliqua interseruntur, quemadmodùm & in Ecclesiaste quædam de pertinentibus ad incipientes, dicuntur.

Vt tres Philosophiæ partes, ità tria Salomonis opera ijsdem consonantia.

Roma.1.

Tria Salomonis nōia Christo cōueniunt.

¶Præterea quum Salomon fuerit Christi figura, præfata tria nomina Salomonis, potissimè congruunt Christo. Ipse nanq; est verus ille pacificus Salomon, qui per sanguinem crucis suæ reconciliauit nos Deo. Estq; pax nostra, qui fecit vtraq; vnū. Ipse quoquè est Ecclesiastes seu concionator, disceptans contra reprobos & proelectis. Ipse est Idida, de quo pater æternus: Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi benè cōplacuit. Et sicut deuotissimus ait Bernardus: Christus in hoc mūdo fuit noster pacificus, in iudicio erit Ecclesiastes, in patria verò Idida erit, vbi sponsa perfruetur eius amplexu plenissimè in fruētissima charitate. ¶Deniq; liber iste Prouerbiorū Salomoni asscribitur, non qp ipse immediatè edidit aut conscripserit librū, sed quoniam verba ab eo prolata, ministri eius notauerunt & conscripserūt hincindè in schedulis & membranis, quæ postea ab aliquo Sapiente in vnum colle-

Roma.5. Ephe.2.

Matth.3.17. Librū prouerbior.nō ab authore Salomone, sed ab alijs sapiētib⁹ fu-

collecta sunt, non tamen ab vno solo. Et istud conijcitur ex eo potissimè, quod infrà præmittit prologus iste atq; præfatio: Hæ quoq; parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Et ité ex eo, quod infrà habetur: Parabolæ Salomonis, &c. Sicq; ab exordio huius libri, vsq; ad illud capitulū exclusiuè, credūtur ab vno sapiēte collectę: atq; ab illo loco, vsq; ad capitulū 25. exclusiuè, ab alio: & ab illo capitulo, vsq; ad finē libri, à tertio. Verùm his obijci potest, quod ipsemet Salomon de seipso protestatur: Quū esset sapiētissimus Ecclesiastes, docuit populū, & inuestigans composuit parabolas multas, quæ fuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Si ergò qs vellet tenere istū librū, sicut & alios duos sequētes, esse à Salomone editos & conscriptos, potest adijcere, qp idcircò decimo capitulo prologus ille prę̄mittitur, qm̄ Salomon lóga mora & occupatiōe illa interueniente, ibì quasi de nouo incepit: prologū verò, qui 25. prę̄mittitur cap. non esse à Salomone, sed ab alio quodā insertū, ad insinuandū, qp parabolę ab illo loco sequētes, fuerunt à sapiētibus Ezechiæ regis cōmunicatæ aliqbus alijs gentibus, id cupientibus in alia lingua, sicq; ab illis verè dicūtur translatæ. Nam si eas solūmodò (sicut prętactū est) ex memoria Ezechiæ regis redegissent in vnū, aptiùs diceretur: Hæ quoq; parabolę Salomonis, quas collegerunt, quàm, quas transtulerūt viri Ezechiæ. Verūtamen de hoc assertiuè nil dico. Ampliùs, qui affirmant librum istū ab alijs esse collectū, asserunt prologū primi huius capituli non à Salomone, sed à collectore horum primorū decem capitulorū esse prę̄missum. Attamen ea quę tetigi, videntur confirmari verbis Hieronymi, protestātis: Tribus nominibus fuisse vocatū Salomonē, scripturę manifestissimè docent: Pacificū, i. Salomonē, & Idida, hoc est, dilectum Dñi, & Coheleth, i. Ecclesiasten. Itaq; iuxta numerū vocabulorū, tria volumina edidit: In Prouerbijs paruulū docens, vndè ad filiū crebrò dirigitur ac repetitur sermo: In Ecclesiaste verò virū maturę ætatis instruens, vt nequaq̄ in rebus mūdi se putet esse perpetuū, sed caduca & breuia esse vniuersa quę cernimus: Ad extremū verò, iam cōsummatū virum, & calcato seculo præparatū, sponsi iungit amplexibus. Hæc Hieronymus. Itaq; in exordio prologi huius innuitur, de qua materia in libro isto tractetur. ¶Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israel:] Porrò parabola vocatur similitudo, quoniā in sermone parabolico intellectus verborū accipitur nó immediatè iuxta verborū seriem, significantiā ac tenorem, sed iuxta rem significatā per verba. Dicitur nanq; parabola, à παρὰ, quod est iuxta, & βολὴ, sententia, quia directè non sumitur sensus parabolæ iuxta verba, sed iuxta significata per ea: Sicut infrà per arborem seu per lignū vitę designatur sapientia, per ventrem intellectus, per rete deceptio. Sicq; liber iste vocatur liber Parabolarū seu Parabolæ, non qp oēs eius sententiæ & doctrinæ, seu verborū complexiones sint tales, immò in multis est simplex & planus, non parabolicus sensus, sed qa frequenter parabolico vtitur modo loquēdi. Et quātùm ad hoc, verū est quod asserit Glossa libri Prouerbiorū: Non (vt simplices arbitrantur) habet patentia, i. manifesta præcepta ac documēta, sed quasi aurū in terra absc̄ditum, nucleum in nuce conclusum, & sicut in hirsutis castanearū operculis ingritur fructus intùs contētus, sic in Prouerbijs altiùs inquirēdus est sensus diuinus. Deniquè (sicut ait Hieronymus) Hebræi hunc librū appellant Parabolas, editio aūt vulgata vocat eū Prouerbia, sicq; cōmuniter nominatur & allegatur. Et concordat ac cōuenit vtraq; appellatio ista. Quæ em̄ parabolę nuncupantur, quia obscuræ sunt: Prouerbia quoquè rectè dicūtur, qa in ore loquentiū sępè versantur, memoriterq; tenenda sunt. Demū Prouerbia interdùm ità obscura sunt, vt aptè dicantur Parabolæ. Vndè Saluator: Hęc in Prouerbijs locutus sum vobis. Est aūt consuetudo sapientium, suis sermonibus admiscere parabolica verba, iuxta illud Iob: Addidit Iob assumens parabolā suam. Et secūdùm illud Numerorū: Assumpta Balaam parabola sua, ait. At verò, ad quid tendant Parabolæ istæ, & quis sit finis & fructus earum, subiungitur: [ad scientiam sapientiā] quasi dicat, Parabolæ hæ ordinātur ad obtinendā notitiā diuinorū, & veram illuminationē in fide, ad cognoscendū rationes credendorū, quatenùs (iuxta exhortationē principis Apostolorū) parati semper simus omni poscenti nos rationē, de ea, quæ in nobis est, fide & spe. [& disciplinā] i. ad cognoscendū documēta ac prę̄cepta moralia, per quæ dirigenda & gubernāda est vita humana. Vel disciplinā, i. morū compositionē, seu debitam peccati correctionē. [ad intelligenda verba prudentiæ] i. verba prudentialia, quæ procedunt ex vera interiori prudētia, quatenùs ea audiēdo addiscāt atq; proficiāt, atq; discernere queāt, quid ex vera, & qd ex ficta ac falsa prudētia proferatur, vt nō credamus omni spiritui, sed simus prudētes sicut serpētes, & simplices sicut colūbæ. Nā quod verę discretioni contrariatur, nō est verū prudētię. [Et] ad [suscipiendā eruditionē doctrinę] i. ad complendū & exequendū informationē scripturę & eorū qui eā docēt ac sermocinātur, quate-

Eccés 12.

Ecclc. 3.

Prouer. 3.

Ioan. 16. Iob 27. Nūe. 24.

1.Pet.3.

1.Iohan. 4 Mat. 10.

4 nùs dociles simus,& diligenter intenti ad verba doctrinalia sapientũ, iuxta illud Iob: Qui
Iob 29. me audiebãt,expectabant sententiã,& intenti tacebãt ad consiliũ meũ:expectabãt me sicut pluuiã,& os suũ aperiebãt quasi ad imbrem serotinũ. quidã p doctrinã intelligit doctrinales scientias,vt grammaticã,logicã &c.Sed non videtur q̃ istæ parabolæ ad illarũ eruditionẽ susciendã ordinentur, sed eas tanquã adminiculatorias atq; præambulas potiùs præsupponunt.[iustitiã,& iudiciũ,& æquitatẽ] i.ad susciendũ ac obtinendũ virtutẽ iustitiæ, per quã Deo exhibeamus quod ei tenemur,& iudiciũ discretionis seruemus,æquitatẽ quoquè ad proximos custodiamus,habendo nos congruenter ad eos,tẽperando rigorẽ iustitiæ per dulcorẽ clementiæ ex circunspecta discretione. Aequitas q̃ppe est propriè quædã relaxata ac tẽperata iustitia,quatenùs sicut Deus in omni opere suo circa intellectuales creaturas,iustitiã misericordiamq; contẽperat, iuxta quod scriptũ est: Vniuersæ viæ Dñi,misericordia & veritas: ità & nos vestigia creatoris sequentes, iustitiã & misericordiã cõmiscere
Psal. 24. discretè discamus & enitamur.Hinc orauit vir sanctus ad Dñm:Bonitatẽ & disciplinam &
Psal.118. scientiam doce me.[vt detur paruulis] i.pusillis & imperfectis. Vel paruulis,i. humilibus. [astutia] i.circũspectio sagax,nõ vulpina calliditas:vt sint oculati & solertes ad vitãdũ fraudes, picula & ruinã:nè sub specie boni fallãtur,nec excidãt à simplicitate,q̃ est in Chro,nec in via Dei remissiùs agãt.&[adolescenti scientia & intellectus]addatur,i.in donis Spiritussancti,quæ scientia & intellectus vocant,proficiet,de rebus creatis assiduè meliùs ac meliùs sentiendo,& ea quę fidei sunt,perspicaciùs intelligẽdo. Denique,sicut diuinus Dionysius loqtur,idcircò scriptura frequẽter parabolicè fatur, quatenùs ipsa loquẽdi obscuritas fiat studiosis fructuosæ exercitationis materia atq; occasio,per quã vtiquè mens ipsa in sua consideratiõe acuitur,& proficit inquirendo, subtiliusq; intelligit quod quærebat. Itaq; bona ista astutia est paruulis necessaria,vt sciant sophismatũ vitare versutiã, cũ & Apostolus exCol.3. hortetur:Videte nè qs vos decipiat per philosophiã & inanem fallaciã:sicq; euitatis erroriEzech.1. bus,in veritatis notitia crescãt.Hinc sancta animalia Ezechieli in visione monstrata,erant vndiquè oculata. ¶Hucusquè prologus,quẽ tñ aliqui dicunt paulò pòst finiri,quũ dicitur: Timor Dñi principiũ sapientię.Sed potiùs hîc finiri videt,quũ dicitur:[Audiens sapiens,sapientior erit:]Quę verba præmittunt,ad insinuãdum, quàm salubre & fructuosum existat, verba sapiẽtũ audire:& nè qs tã eruditũ ac sapiẽtẽ se arbitret, vt verba sapiẽtialia auscultare & perpendere dedignetur.Porrò q̃ tractatus hîc inchoetur,glossa quoquè interlinearis fa-
3.Reg.2. tetur:& rursus in glossa habetur:Pulchrè Salomon à Sapientia incipit,quoniã optione sibi data,sapientiã petijt & accepit.Itaq; sapiẽs homo,audiens verba sapientię ac doctrinę,crescit in sapientia,vel addiscẽdo quod ignorauit,vel id quod sciuit,clariùs cognoscendo,vel ex eius notitia ad alia cõsiderãda tendẽdo.Hinc & philosoph⁹ ait, q̃ audit⁹ est sensus disciplinæ,qa audiẽdo instruimur.Visus tñ plurium rerũ differentias ostendit.Dupliciter equidem acquimus scientiã secũdùm philosophũ: Primò, audiendo ab alijs:& quãtùm ad hoc, magis deseruit auditus.Vndè &Apost.dicit Ro.10.Fides est ex auditu.Secũdò,personaliter inquirendò,& quo ad hoc,magis confert visus.Circa hęc asserit glossa:Sapiens ostendit,ne minem esse tam sapientẽ in hac vita,q̃ non possit sapientior esse etiã è dictis minorũ:Audi-
3.Reg.10. uit regina Saba Salomonẽ,minor maiorẽ,& sapientior redijt.Audiuit Moses socerũ multo
Exo.18. inferiorẽ,& sapientior factus est. Hinc in suis Prouerbijs ait Cyrillus: Oportet semper addiscere,& in extremis horis fundũ sapientię desiderabilius indagare.Sapientia nanq; est finis prudẽtis:& ob hoc,quãto huic fini sumus viciniores,tãto maiori impetu ad eius amplexum curramus.Motus erũ virtutis,sicut & motus naturalis,in fine est fortior:sed & dum visus exterior senio ingrossatur,interioris oculi visus acuitur.Dignũ quippe est,vt dũ plùs viget mentis iudiciũ, disciplinę plùs operã impẽdamus. Ex his innotescit, q̃ repræhendendi sunt quidã superbi & scioli,q idcircò prędicatorũ aut superiorũ suorũ documenta aut monita audire contemnũt aut renuũt,qa se ea scire pręsumũt.[& intelligẽs gubernacula possidebit] Eruditi nanq; in scripturis,in lege,in iuribus,& q̃ seipsos inprimis benè intelligũt, emendãt ac regunt,digni sunt alios gubernare, quũ gubernare nõ sit,nisi ad finẽ dirigere. Qui aũt scit regulas iuris diuini,prędicta, canones Ecclesiæ,viarũ pericula,vitiorũ & tentationũ remedia,atq; veraciter prudens est,alios regere est idoneus.Propter quod Seneca dixit:Multos regere potes,si tu te rexeris ipse.Et denuò:Plurimos poteris gubernare,si te gubernet ratio recta.Hinc rector illiteratus ritè vocatur asinus coronatus.Quis est intelligẽs,
Matth. 15. nisi cuius mentẽ passiones & vitia nõ excæcant?Cæcus aũt homo,hoc est, homo passionatus,quãuis sit informi scientia plenus,nisi ducatũ præbeat, ambo in foueã cadunt. Ideò ait glossa.Nemo de sua se iactet scientia.Qui sapientũ verba audire negligit & implere,vitã suam

am gubernare non nouit,multoq; minùs alienã.Hinc ait Philosophus:Homines ratione & intellectu vigentes, naturaliter aliorũ domini sunt & rectores. [animaduertet parabolã & interpretationem] i.parabolicã locutionem diligenter attendet,eius q; expositionẽ & sensum exquiret,vel ab alijs audiẽdo,aut in libris legẽdo, aut propria inuestigatione scrutãdo. [verba sapiẽtum.] Quoniã verba sunt signa & notæ interioris sapiẽtiæ, q̃ per verborũ audientiam ab audiẽte acqritur.Hinc in Ecclesiastico legitur:In medio presbyterorũ sapientium sta,& ex corde verbis illorũ coniungere.[& ænigmata] i.obscura dicta eorũ. Tales fuerunt gloriosi Apostoli, quorũ primus dixit ad Saluatorem: Edissere nobis parabolã istam. Matth.13. Porrò sapiẽtes interdùm parabolicis ænigmaticisq; vtunt sermonibus,quatenùs veritas veletur indignis, & studiosi exercitenẽ vtiliter.Hinc Christus ab Apostolis interrogatus,Cur in parabolis loqueris eis:respõdit,Vt audiẽtes non intelligãt.Vndè in Ecclesiastico habẽt: Ecclī 8. In Prouerbijs sapiẽtum cõuersare,ab ipsis enim disces sapiẽtiam & doctrinã. [Timor Dñi] est [principium sapientiæ.] Hoc idem in Psalmo iam dictũ fuit à pre Salomonis, dicente: Sanctũ & terribile nomẽ eius, initiũ sapientię timor domini. Quod potissimè verùm est de sapiẽtia salutari infusa,quę est donũ Spiritussancti, quę sine charitate & gratia non habẽt. Itaq; quum sapiẽtia ista in maleuolã non introẽat animã, rectè asserit, q̃ timor Dei sit princi Isa.11. pium eius, quoniã timor retrahit à peccatis, sicq; ad infusionẽ sapiẽtiæ præparat mẽtem:& Eccī.1. istud de timore purè seruili est accipiẽdum.Nam timor filialis,immò & initialis,simul cum charitate & sapiẽtia ista habẽt. Timor verò purè seruilis,à charitate & sapiẽtia segregat,qa non amat iustitiã,sed prauitatem,quã non amore Dei, sed ex respectu supplicij vitat,& tamen ex ea parte,qua retrahit à peccato, disponit ad bona;& bonus est,quãuis non meritorius.Ideò ait glossa:Duo sunt timores Dei,vnus seruilis,q̃ initiũ sapiẽtiæ est, alius amicitialis seu filialis,q̃ pfectionẽ sapiẽtię comitat.Seruilis,principiũ est sapiẽtię,q̃ post errata sapere incipit,& facit timere nè puniat,sed hunc perfecta charitas foràs mittit. Succedit huic ti- 1.Iohã.4. mor Dñi sanctus,permanẽs in seculũ seculi,quẽ charitas nõ excludit,sed auget, quo timet filius,nè vel in modico oculos amãtissimi patris offendat.His verbis addit glossa, Vterq; in futuro cessabit. Contra quod obijci potest, quòd & anima Christi fuit & est plena timore hoc filiali, Isaia dicente: Replebit eum spiritus timoris Dñi. Atq; vt alibi legit,Exercitus cæli cum tremore assistit ei.Propter quod cantat in Canone,Tremũt potestates. Et respondẽdum,q̃ timor filialis cessat & euacuat in patria,quãtùm ad actum eius,q̃ est solicitari,nè peccãdo Deum offendat, qa beati in gratia cõfirmati, sciunt se non posse peccare: & quãtùm ad hunc actum,nunq̃ fuit in Christo timor filialis. Veruntũ timor iste manet in futuro,quãtùm ad actum suũ,q̃ est reuerẽtialiter affici circa altissimũ,& ex intuitu infinitę maiestatis ipsius in paruitatẽ propriã resilire. Deniquè ad intelligẽdum ea quę in frà de timore copiosè introducunt,aduertẽda sunt,quę in tertia parte Summę suæ scribit Dominus Antisiodorensis:Timor,inqt,initialis & filialis,sunt eiusdem speciei,quãuis differãt accidente. Sicut enim homo albus,& homo niger,sunt eiusdem speciei, tñ nullus homo albus est homo niger,ità timor filialis & timor initialis sunt speciei eiusdẽ.Tamẽ nullus timor initialis est filialis.Timor autẽ filialis quãdoquè dicit possessiuè,vt dicat timor filialis timor filiorũ Dei,& sic nõ distinguit timor filialis ab initiali.Quãdoquè aũt dicit timor filialis per similitudinem,timor quo timet Deus timore illo,quo filij timent pres,quãdò timent separari à prib⁹,solo timore vel amore,etiã si nulla ex hoc eis immineat pœna.Et sic diuersificant isti timores.At verò timor initialis est,quo timemus Deũ,partìm intuitu pœnæ, partìm amore gloriæ,& vocat initialis,qa est primò incipiẽtium.Perfecta quoquè charitas dicit foràs mittere timorẽ initialẽ,quãtùm ad hoc,q̃ respicit pœnã.His verbis addit hic doctor:Potest etiã dici timor initialis,qa est initium sapiẽtiæ.Fides nanq; & timor propriè dicunt sapiẽtiæ initia,qm̃ mundãt cordis palatũ à culpa.De fide etem in actibus habẽt:Fide purificãs corda eo Acto.15. rum.Et de timore in Ecclesiastico legit:Timor nõi expellit peccatũ.Timor etem seruilis,& fides,mundãt ab essentia culpæ:timor verò initialis,à reliquijs vitiorum:qa & si qs sit à peccato purgatus,adhuc manent in eo reliquiæ peccatorum, scilicet difficultas benè agendi, obscuritas intelligẽdi,obligatio satisfaciendi,quas expellit timor initialis,sic q̃;corde purgato per fidem atq; timorem,sentit dulcedinem Dei:quemadmodùm causa febris cum reliquijs suis expulsa,sentit sanatus dulcedinem cibi. Insupèr,teste Philosopho:Timor parit diligentiam,& facit hominem benè cõsiliatiuum,sicq; disponit ad sapientiã.[Sapientiam] per quam contemplamur diuina,[& doctrinam] i.moralem scientiam [stulti despiciunt.] In scripturis stulti dicunt omes homines vitiosi,carnales & imperiti,qui summo & inuariabili bono præferunt transitoria,carnalia & caduca,in quibus regnat vitiũ puerilitatis,do-

no ſapiẽtiæ directè cõtrarium. Nam ſicut pueri poma & pira præferunt auro ac gemmis, ſic ipſi terrena & vana ſpũalibus & æternis, vt ſcribit Guilhelmus Pariſiẽſis. Hi ergò ſapiẽtiã ſa
Tit. 1. luturẽ & doctrinã ſalubrẽ contemnũt: qa etſi verbis dicãt ſe eas diligere, opere tñ negant: & dato, q̃ pro adipiſcẽda informi ſapiẽtia ac doctrina ſcholaſtica ſtudeãt, ac laborent ad cõſequendum cõmoda & honores vitæ præſentis, ſapientiã tñ formatã, & ſcientiã actualem, boni approbatiuã, deſpiciunt: Hoc eſt, non curãt, nec appræhendere moliunt: Immò q̃dam eorum ſunt ità carnales & vani, q̃ eas irrident nec appetunt. Tales fuerunt ſcribæ & phariſæi,
Ioan. 10. qui Chſm contra auaritiã prædicãtem deriſerũt, dicentes: Inſanit, q̃d eum auditis? Ideò proteſtat Apoſtolus 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpũs Dei: ſtultitia enim eſt illi. Prætereà Sapientia, Scientia, Prudentia, de q̃bus in his ſapientialibus libris, tractatur, ſine virtutibus non habent, nec nuda notitia efficit ſapientem: Immò ſciens & non faciens, peior atq; ſtolidior eſt ignaro. Ideò oñis ſtultus verã hanc ſapientiã & doctrinam hanc practicã, cuius finis eſt benè conuerſari, contẽnit. Et iuxta hũc ſenſum Seneca in epiſtola loquit: Illud ante omnia vide, vtrùm in Philoſophia, an in ipſa vita, profeceris. Philoſophia non eſt artificiũ populare, nec oſtentatione paratũ: non in verbis, ſed in rebus eſt: animũ format & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat: ſedet ad gubernacula, & per ancipitia fluctuãtiũ dirigit curſum. [Audi fili mi] auribus cordis ac corporis [diſciplinam] i. informationem & correptionem [patris tui:] primò & ma
Mat. 6. ximè pr̃is cæleſtis, cui quotidiè in oꝛone dicimus: Pater noſter qui es in cælis, vbi per pr̃em tota ſuperbeatiſſima Trinitas vnus Deus intelligit. Deindè etiã patri carnali, cui in his, q̃ ad eius authoritatem ac præſidentiam ſpectãt, eſt obediendum, dicente Apoſtolo Ephe. 6. Filij, obedite parentibus carnalibus per omnia. Spũali quoq; patri, i. prælato parẽre oportet, maximè aũt patri æterno, q̃ẽadmodùm ad Hebræos dicit Apoſtolus: Patres q̃dem carnis nr̃æ habuimus eruditores, & reuerebamur eos. Nõnè multo magis obtemperabimus patri ſpirituũ, & viuemus? Et rurſùs ibidèm: In diſciplina perſeuerate, tanquàm filijs offert vobis ſe Deus. [& nè dimittas legem matris tuæ] i. militãtis Eccleſiæ, atq; ad literã per matrem videt ſynagogã intellexiſſe, quæ mater tunc extitit Iudæorũ, ſicut modò Eccleſia Chriſtianorũ. His verbis iubent fideles omnem hæreticã atq; ſchiſmaticã prauitatem abijcere, gene
Heb. 12. ralium quoq; Conciliorũ canonibus obedire, & Apoſtolicę ſedi eſſe ſubiecti, vt ſoliciti ſint ſeruare vnitatem ſpũs in vinculo pacis. [vt addat gratia capiti tuo] i. dona Spũſſancti, gratia gratum faciens, & virtutes infuſæ augeant in mente tua, quæ in cordibus obedientiũ ſolent perfici & augeri. Vel gr̃a conſummata, i. gloria ſempiterna addat, ac detur cordi tuo in cælo. Nam (vt ait Apoſt. Paulus ad Ro. 6.) Gratia Dei vita æterna. Ioannis quoq; 1. habet: De plenitudine eius, videlicet verbi æterni, omnes accepimus, gr̃am pro gratia. qa ex gratia oritur ac procedit gr̃æ incrementũ, de habitu actus, de virtute merita, & tãdèm pro gr̃a meritoriæ actionis datur gr̃a, i. gloria beatificæ fruitionis. [& torques collo tuo.] Torques eſt circulare & aureum ornamentũ colli, quod capiti continuat. Sicq; per torquem poteſt cõtẽplatio intellectûs inſiuuari, quæ ex Deo concedit, & in ipſum redit ac terminat, & collum mentis pulcherrimè ornat. Porrò collũ mentis, eſt vis prolatiua verbi interioris. Quòd aũt contẽplatio iſta Dei rectè per torquem notet, cõſtat ex eo, q̃ diuinus Dionyſi. 4. ca. de diuinis noibus cõtemplationẽ, quę vniformis ac ſimplex eſt, cõparat motui circulari. ¶ Conſequenter docemur adulatiõe nõ vinci nec allici, nec aliorũ inſtigatiõe ad vitia trahi, nec innocẽtibus aduerſari, ſed prauã iugiter ſocietatẽ vitare. [Fili mi, ſi te lactauerint] i. blãdis ſermonibus mulſerint [peccatores, nè acqeſcas eis] in rebus illicitis, nec eorũ adulatiõe delecteris, aut extollaris. Vndè in p̃ſal. 140. Oleum peccatoris nõ impinguet caput meũ. Seneca quoq; in ſuis Prouerbijs loqtur: Habet ſuum venenũ blanda oꝛo. Quæ quàm nociua ſit ac repellenda, Dñs pandit, Iſa. 3. dicens: Populę meus, q̃ te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorũ diſſipant. [Si dixerint: Veni nobiſcum] mentis conſenſu, aut corporis greſſu. [in ſidiemur ſanguini] i. hoibus, ad effundendũ eorum ſanguinem, quatenùs bona eorum diripiamus. [abſcondamus] i. occultè ponamus [tendiculas] i. nocendi laqueos, [contra inſontem fruſtrà] i. ad perſequendum innocentem ac iuſtum ſine rationabili cauſa, quod faciendo iniq imitant caput ſuum diabolũ, iuxta illud B. Iob 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius circa ſemitã. [deglutiamus eum ſicut infernus viuentẽ] i.
Nũc. 16. eum totaliter extinguamus, & bona ipſius deuoremus, ſicut infernus deglutiuit Dathan & Abiron viuentes. [& integrum, quaſi deſcendẽtem in lacum] i. nihil relinquamus de eo reſiduum, ſicut de eo, q̃ in profundam labit foueam, nil appãret. Vndè Ieremiæ 51. populus Iſrael loqtur de rege Babylonis: Abſorbuit me quaſi draco, repleuit teneritudine mea ventrem

trem ſuum, poſuit in lacum vitam meam. [omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus] id eſt, copiã diuitiarum acquiremus ab his, quos ità oppreſſerimus. [Implebimus domos noſtras ſpolijs] occiſorum. [ſortem mitte nobiſcum] quis q̃d, & quantùm de præda accipiat. [marſupium vnum ſit omnium noſtrûm] i. omnia ſpolia ponamus in vno communi repoſitorio, vt poſteà ea inter nos diuidamus. Iſtud ad literã de latronibus ac furibus, atq; raptoribus generaliter poteſt intelligi, q̃ vitã naturæ & exteriora auferunt bona: de q̃bus Iob 24. multa dicunt. Atq; Miche. 3. Dominus ait: Comedunt carnem populi mei, & pellem eorum deſupèr excoriauerunt. ¶ Porrò tropologicè accipi poteſt de hæreticis & ſeductoribus cæteris, q̃ verè Catholicos ac deuotos conant ſubuertere, & ſuis implicare erroribus, per argumentationes ac ſuggeſtiones peſtiferas: ſicq; ſpũales eorum diuitias, virtutes ac merita, & innocentiæ gratiã ipſis nitunt auferre. De quibus Dominus in Euangelio Iohan. 10. ait: Quotquot venerunt, fures ſunt & latrones. Iſti ſtudent conuenticula ſua augere, & domos ſuas implere perſonis catholicorum, & animabus fidelium, quas potuerint fallere: ad quod agendum etiã ab inuiſibilibus hoſtibus inſtigantur. ¶ Allegoricè verò exponuntur iſta dè Chriſto, quem ſacerdotes, ſcribæ, ac phariſæi innocentem ſunt perſecuti, cui varias poſuerunt inſidias, & non ſolùm eius perſonã crudeliſſimè occiderunt, ſed memoriã quoq; ipſius tollere tentauerunt, iuxta illud Hierem. 11. Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoret vltrà: nec ſolùm Chriſtum, ſed & eius diſcipulos pariformiter tractauerunt. Hortat itaque Salomon omnem ſynagogæ filium, nè impijſſimis illis conſentiat. Hinc Dominus in Pſal. 87. ait de illis: Poſuerunt me in lacu inferiori, æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Et ad Hebræos conuerſos ſcribit Apoſtolus: Rapinã bonorũ veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. [Fili mi, nè ambules cum eis] id eſt, nec corporaliter gradiaris cum talibus ad malè agendum, nec ſpũaliter per conſenſum, aut alio modo eis communicando in vitijs. [prohibe pedem tuum à ſemitis eorũ:] vt nec corporeo progreſſu, nec aliquo inordinato affectu eis aſſocieris in crimine. [pedes enim eorum ad malum currunt.] Quia ex malignitatis ſuæ affectu non ſolùm vadunt, ſed etiã currunt ad ſcelera perpetrãda, quod faciendo, currunt quoquè ad æterna ſupplicia, q̃bus tam grauiter excedendo propinquant. [& feſtinãt vt effundãt ſanguinem,] non penſantes, nec formidãtes quod Dñs ait Gene. 9. Quicunq; effuderit ſanguinem humanũ, effundet ſanguis illiũs. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Et quod ait iudex cæleſtis Mat. 26. Oĩs q̃ acceperit gladiũ, gladio peribit. Propria etenim iniqtate, quam gladio malè vtens committit, perit in anima & condemnari meret, magisq; nocet ſibi quàm alteri. Propter quod ſubdit: [Fruſtrà autem iacitur rete] i. laqueus circũuentionis, praua doctrina, peſtifera ſuggeſtio, perſecutiõis moleſtia inaniter extendit [ante oculos pennatorũ] i. corã ſapientibus & virtuoſis hominibus, q̃ interioris viſionis acumine talia machinamenta faciliter depræhendunt, euadunt & vincunt. Aduerſa quoquè, amore Dei ac futuræ felicitatis intuitu, æquanimiter patiunt. Quorum corda virtutibus ſunt alata, q̃bus volant in cælum, deſiderãdo æterna, quorũ appreciatione paruipendunt trãſitoria cuncta, tam proſpera q̃ aduerſa, cum Apoſtolo proteſtãtes: Id quod in præſenti eſt momẽtaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimirate æternum gloriæ pondus operat in nobis: non contemplantibus nobis ea quæ vident, ſed quæ non videntur. De quibus loqtur Iſa. 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aqlæ, volabunt, & non deficient. Hinc erepti ac triumphãtes, grata ac hilari voce concinunt: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. [Ipſi quoquè contra ſanguinem ſuum inſidiant] i. inſidiæ quas alijs parãt, frequenter redundãt in ipſos, & pro ſuis ſcelebus temporali morte plectunt, iuxta illud Thren. 3. Reddes eis vicẽ Dñe iuxta opera manuum ſuarũ. [& moliunt fraudes] i. alios ſtudẽt decipere [cõtra animas ſuas] i. cõtra, ppriarum animarum ſalutem, quoniam ſuis fraudulentijs dãnationem merent æternam. Ideò ait Saluator: Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Vndè per Malachiam loquitur Dominus, Maledictus doloſus. Et Iſa. 32. Fraudulenti, ingt, vaſa peſſima ſunt. Denique tales affligunt ſeipſos, & pace interna ac vera ſecuritate ſe priuant, quia quod alijs machinantur aut intulerunt, ſibi quoq; parari & inferri verentur. Sicq; iniquus varijs ſuſpicionibus, anguſtijs, atq; terroribus intra ſe premitur ac mordetur, iuxta illud Iob decimoquinto: Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & quum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Hinc Seneca in ſuis teſtatur prouerbijs: Res vera eſt: qui à multis timetur, multos timet. Itemq́ue: Nequitia ipſa, pœna ſui eſt. Nam mala conſcientia nunquàm eſt ſecura. Cyrillus quoquè in libro ſuorum fatetur Prouerbiorum: Si quenquam offenderis, pauęſce ſemper huiuſmodi. Nam vbi offenſæ memoria, ibi ira. Ira autem cupit vindictam, vindicta parit fraudulentiam,

Pſal. 123. 2. Co. 4. Sap. 3. Heb. 10. Mat. 7. Malac. 1.

quæ ſerpit ad pœnã. [ſic ſemitæ omnis auari] i. excogitationes, & practicæ hominũ auaro rum, [animas poſſidentium rapiunt] id eſt, ipſas animas cupidorũ poſſidentiũ aliena ſiue ſuperflua, pertrahũt ad gehennalia tormenta. Ideò ſcriptũ eſt Iob 27. Diues quũ quũ dormierit, nihil ſecũm aufert, appræhendet eũ quaſi aqua inopia. Ideò Seneca aſſerit: Auarus nil rectũ facit, niſi dum moritur. Quia videlicet tunc relinquit quę iniuſtè detinuit, & debitam recipit pœnã. De his damnabilibus ſemitis cupidorũ profert Cyrillus: Totũ officium opulentiæ mundialis, in tribus aſſiduis vitijs, & in vno continuo tormento conſiſtit, videlicèt in inſatiabili cupiditate, in inquieta rapacitate, in neceſſabili illiberalitate, & in
Iſa. 5. timiditate perpetua. Rectè ergò locutus eſt Iſaias: Væ qui coniũgitis domũ ad domum, &
1. Tim. 6. agrum agro copulatis. Atq; Apoſtolus: Qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem & laqueũ diaboli, & in deſideria multa inutilia, quæ mergunt hominem in interitũ & perditionem. Prætereà verbum hoc præinductum aliqui ſic exponũt: Semitæ omnis auari animam poſſidentium rapiunt, id eſt, eos qui rebus terrenis abundant, ſpoliare conantur.
¶ Conſequenter oſtẽditur, neminem de ſuę infidelitatis poſſe ignorãtia excuſari. [Sapien-
1. Cor. 1. tia foràs prędicat] Hoc de increata ſapientia, quę eſt Chriſtus dominus, dei patris verbum æternũ, accipi poteſt, qui foris, id eſt, inter gentiles ac perfidos prædicauit. De qbus Apo-
1. Cor. 5. ſtolus: Quid mihi, inqt, de his q foris ſunt, iudicare? Hoc qppe Saluator in primo ſuo aduen-
Mat. 15. tu per ſe aliqualiter adimpleuit, in Decapoli, & Tyrijs ac Sidonijs euangelizãdo, vt patet
Marc. 7. ex Euãgelio. Deniquè ab exordio, per quoſdã patriarchas & prophetas, annũciauit multis gentibus viã ſalutis. Atq; poſt ſuã reſurrectionẽ per Apoſtolos, alioſq; diſcipulos toti mun-
Marc. 16. do legem euangelicã patefecit, qbus ꝓcepit, Euntes in mũdum vniuerſum, prædicate Euan-
Acto. 1. geliũ omni creaturæ. Et item, Eritis mihi teſtes in oñi Iudæa & Galilæa, & vſq; ad vltimum terræ. Prædicauit etiã foris, i. manifeſtè in populo, quemadmodùm Iohã. 18. teſtat, Ego palàm locutus ſum mũdo: ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo, quò omnes Iudæi conueniũt, & in occulto locutus ſum nihil. Hinc ſubdit: [in plateis dat vocem ſuã] quia in lati-
Mat. 10. tudinibus viarũ ac gentiũ prędicauit per ſuos miniſtros, qbus cõmiſit: Quę auditis in aure, prędicate ſuper tecta: nempe, vt Iohã. 3. faſſus eſt, Qui facit veritatem, venit ad lucẽ. Nec his obſtat, quod Iſa. 42. de Chriſto prędictũ eſt, Non clamabit, nec audiet foris vox eius: qa per
Ephe. 4. hoc, non niſi irrationabilis & indecens clamor de ipſo negaꝛ. Vñ iubet Apoſtolus: Omis amaritudo, & indignatio, & ira & clamor tollaꝛ à vobis. [In capite] in ſuperiori parte, ſeu loco, vel principe, [turbarũ clamitat.] prędicatores nãquè ſtare ſolent in loco primo ac eminẽti, ſed & principibus populorũ ſermocinari dignatus eſt Dñs. [In foribus portarũ vrbis pro-
Pſal. 86. fert verba ſua, dicens.] Vrbs iſta, eſt Eccleſia, de qua in Pſal. Glorioſa dicta ſunt de te ciui-
Apo. 21. tas Dei. Et in Apocalypſi: Vidi ciuitatem ſanctã Ieruſalem à Deo paratã, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. Fores portarũ vrbis iſtius, ſunt virtutes, qbus intratur in regnũ ipſius, vel fides atq; baptiſmus, vel paſtores ac prędati, q alios in eccleſiã ducũt. In his foribus profert ſapientia verba ſua, qbus & dixit: Non vos eſtis qui loqmini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loqtur in vobis. Vndè & vnus taliũ ſcripſit, An experimentũ quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Ad literã quoq; ſapientes & iudices conſueuerunt antiqtùs reſidere in vrbium portis,
Deute. 16. ad conſulendum ac iudicãdum de cauſis ſibi propoſitis, quatenùs oñibus pateret ad ipſos acceſſus, & celeriter expedirentur, qui acceſſiſſent. Vndè in Deuteronomio iuſſum eſt, Iudices conſtitues in portis vrbium tuarũ. Et ſanctus Iob 29. libri ſui cap. Procedebã, inqt, ad portã ciuitatis, & in platea parabãt cathedrã mihi. [Vſquequò paruuli diligitis infantiam?]
Pſal. 18. Per paruulos deſignãtur quãdoquè humiles in ſcripturis, iuxta illud Pſalmiſtę: Teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtãs paruulis. Et alibi: Abſcondiſti hæc à ſapientibus &
Mat. 11. prudẽtibus, & reuelãſti ea paruulis. Quãdoquè qui corpore parui ſunt, ſicut de Chriſto fertur in Iſaia: Paruulus natus eſt nobis. Atq; in Euãgelio: Sumens Ieſus paruulum, ſtatuit eum
1. Cor. 13. in medio. Interdùm imperfecti, iuxta illud Apoſtoli: Quum factus ſum vir, euacuaui quæ
1. Cor. 14. erant paruuli. Aliquandò qui culpæ expertes ſunt, prout Paulus hortatur: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Nonnunq; q modicum habẽt de intellectu, prout
Iſaię ſexageſimo nto aſſeritur: Puer centum annorũ morietꝛ: & ità hîc ſumunt. Infantia quo
1. Pet. 2. què primò accipitur pro infantia corporali: Secundò, pro ſimplicitate & innocentia, vt cùm ſacratiſſimus princeps Apoſtolorũ in prima ſua monet Canonica: Sicut modò geniti infantes rationabiles, ſine dolo, Iac concupiſcite. Tertiò, pro carnalitatis mollitie, & inſolentia ac imperitia puerili: ſicque accipitur hîc, vt ſit ſenſus: Quàm diù ô puſilli ac paruuli ſenſu, amatis carnalia & puerilia mala? Tales nanque deſupèr illuminari non valent, ſicut Iſa. 29. inducitur: Quem docebit dominus ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum?

abla-

ctatos à lacte, auulſos ab vbere. Vndè & Iob 28. ſcriptũ eſt: Non inuenitur ſapientia in terra ſuauiter viuentiũ. [& ſtulti ea quę ſibi ſunt noxia] videlicet delectabilia, vana, illicita, [cupiunt, & imprudẽtes] qbus deeſt diſcretio vera, ac virtus prudentiæ, [odibunt ſcientiã] ſalutarem, euãgelicamq; doctrinam, & informationẽ ſalubrem. Tales ſunt, qui ignorãtiam craſſam habent, q nolunt doceri, vt ſine remorſu liberiùs peccẽt. Qui (vt ait ſcriptura) quaſi 1. Cor. 15.
de induſtria recedũt à Deo. De qbus loqtur Iob 21. Dixerũt Deo, recede à nobis, ſcientiam Iob 34.
viarum tuarũ nolumus. O quàm multi ſunt tales, qui verã expoſitionẽ arctæ viæ ſalutis audire exhorrẽt: eoſq; diligũt, à qbus complacẽtia ſuę carnalitati vanitatiq; audiunt. De qbus habetur Iſaiæ 30. Dicũt adſpicientibus, nolite adſpicere nobis ea quę recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Hinc Seneca in quarta ad Luciliũ ſcribit epiſtola: Authoritatẽ habemus ſenum, ſed vitia puerorũ, immò & infantũ. [Conuertimini ad correptionem meã] i. verbis correptionis & caſtigationis meæ obtẽperate, & dociles ac dirigibiles vos ꝓbete. [Eu proferã vobis ſpũ meũ] i. animi mei conceptũ, ſpiritalemq; intellectũ, ſeu ſpiritũ ſanctũ vobis infundere ſum paratus, dummodò quod in vobis eſt faciatis. Alia litera habet: Proferã vobis vindictã meã, i. æternã damnationẽ prænunciabo, vt vel ex timore ceſſetis peccare. Solet etenim ſpiritus pro indignatione, ira, ſeu vltione accipi in ſcripturis, iuxta illud Iob 4. Vidi iniquos Domino ſtante periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. [& oſtendam vobis verba mea] ad veſtrã ſalutem ſpectãtia. [quia vocaui] i. varijs modis ad emendationem & pœnitentiam vos inuitaui ac monui, per inſtinctum diuinum, per angelicas inſpiratiões, per Apoſtolos & ꝓphetas, per ꝓlatos & ꝓdicatores, ac ꝓximos virtuoſos, [& renuiſtis] cõuerti, [extẽdi manũ meam] beneficia largiẽdo, & per aduerſa paternè caſtigãdo. Hoc eſt, poteſtatem meã demõſtraui in vobis per proſpera & aduerſa: quatenùs per proſpera vos ad obſequium meũ allicerẽ, & mea charitate accẽderem: aut per aduerſa terrerem & illuſtrarẽ, ità q vexatio vobis intellectũ cõferret, iuxta illud Iere. 30. Caſtigabo te in iudicio, vt nõ tibi videaris innoxius. Et Oſe. 2. Sepiã viam tuam ſpinis. [& nõ fuit q adſpiceret] i. mẽtem ſuam ad me dirigeret, & viſitationes ꝓſatas attenderet, quẽadmodùm Ieremię 5. habetur: Induratierunt faciẽ ſuam ſupra petram, & noluerunt reuerti. [Deſpexiſtis omne cõſilium meũ: i. exhortatiões q in diuinis fiunt ſcripturis, & cõſilia q dedi de vitandis occaſiõibus tranſgreſſiõum, ac de operibus ſupererogatiõis, Euãgelica quoquè cõſilia Chriſti. Vndè Act. 20. Paulus differuit: Nõ ſubterfugi, quo minùs annunciarem vobis oñe cõſilium Dei. [& increpatiões meas] qbus per verba aut verbera redargui vitia veſtra. [neglexiſtis:] nõ attendẽdo aut velociter obliuiſcẽdo. De talibus incorrigibilibus & induratis diffuſè loquitur Dñs Amos 4. Dedi, inqens, vobis ſtuporẽ dentiũ, & indigẽtiam panũ, & ꝓhibui à vobis imbrẽ, & percuſſi vos vẽto vrẽte & aurugine, & nõ rediſtis ad me. [Ego quoquè in interitu veſtro ridebo, i. per modum ridẽtis ac cõſolati, habebo me in morte veſtra, & in veſtro particulari iudicio ac cõdemnatione, exercẽdo in vobis cum gaudio effectũ iuſtitię meę, iuxta illud Iſaię 1. Cõſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. [& ſubſannabo] iuxta ſenſum prętactum, [cùm vobis id quod timebatis, aduenerit,] ſi licet debita pœna, ꝓ culpis veſtris. Hinc Ezec. 4. Dominus cõteſtatur: Complebo furorem meũ, & requieſcere faciã indignationem meã, & conſolabor. Hoc iam ante Salomonẽ pater eius dixit in Pſalmo: Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos: Pſal. 2.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. [Quum irruerit repentina calamitas,] id eſt, improuiſum periculum ac tormentum: [& interitus quaſi tempeſtas ingruerit] iuxta illud in Pſalmo: Quõ facti ſunt in deſolatiõnem? ſubitò defecerunt: perie- Pſal. 72.
runt propter iniqtatẽ ſuã. [quãdò venerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia] cordis & corporis, quod pręcipuè ſit in morte, quæ miris & ineffabilibus modis moleſtat, premit, ac tribulat morientem. Poteſt quoquè iſtud referri ad horã extremi ac generalis iudicij. [tunc inuocabunt me, & non exaudiã.] Multi enim in tempore mortis veniam petunt, nec obtinent: confitentur, nec exaudiuntur: quia ſolo ſeruili timore hæc faciunt, non zelo iuſtitiæ. Poſt mortem quoquè in particulari aut generali iudicio, non patet precũ aut veniæ locus, quãdò ſtatus viæ & tempus merendi, ſumpſerint finẽ. Hinc de Antiocho fertur, q orabat ſcele- 2. Mac. 9.
ſtus Dñm à quo nõ eſſet miſericordiã conſecuturus. Atq; de Eſau ad Heb. 12. Apoſtolus ait: Non inuenit pœnitentiæ locũ, quanq; cum lachrymis inquiſiſſet eã. Vndè Iſaiæ 1. Dominus loquitur: Quum extenderitis manus veſtras, auertã oculos meos: & quum multiplicaueritis orationes, non exaudiã. [manè conſurgent] i. acerbitate pœnarũ inducti, feſtinabũt me inuocare, non amore virtutis. Vel manè conſurgent, i. in die nouiſſimo, quãdò reſurgent alij in vitã, alij in opprobrium ſempiternũ. [& non inuenient me] ſibi propicium, id eſt, miſeri-

cordiam

Thre.3. cordiam ſaluãtem non impetrabunt,iuxta illud: Oppoſuiſti nubem tibi, nè trãſeat oratio: [eo q̃ exoſam habuerint diſciplinã] i. charitatiuã increpationé,iuſtamq; correctionẽ.[& timorem Dñi] initialẽ aut filialẽ [non ſuſceperint] immò nec ſeruilẽ,[nec acquieuerint conſilio meo,] ſicut expoſitũ eſt,[& detraxerint vniuerſæ correptioni meæ] ſentiẽdo peruerſè de iudicijs meis,aut corripiẽtibus indignãdo ac obloquẽdo,vt ſcriptũ eſt: Odio habuerũt in porta corripientẽ. De talibus Dñs ait per Zachariã: Noluerunt attendere,& auerterunt ſcapulas recedentes,& cor ſuũ poſuerũt vt adamãtem,nè audirent legẽ. De tã peruerſis hominibus conquerit Deus in Numeris: Vſquequò detrahet mihi populus iſte?[Comedẽt igitur fructus viæ ſuæ] i. iuſta retributiõe ſuę peruerſitatis implebũtur,& quaſi reficiẽtur vt cibo,quẽadmodũ ait Pſalmiſta: Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos.[ſuiſq; conſilijs ſaturabũtur] i. effectu ac prẽmiatiõe miſerrima & pœnoſa ſuorũ peruerſorũ replebuntur conſiliorũ.[Auerſio paruulorũ] ſenſu,de q̃bus iam dictũ eſt: Vſquequò paruuli diligitis infantiã?[interficiet eos] Tales etenim à Deo auerſi ſunt corde,præponẽdo charitati ipſius affectionẽ ad trãſitoria atq; carnalia. Et hęc ipſa auerſio,occidit eorũ animas ſpiritali interitu: immò eſt mors culpæ,& mortale peccatũ, quo ſpiritaliter corã Deo ſunt mortui.

Amos 5. Zachar.7. Nume.14. Pſal.48. Mat. 8. Apoc.3. Apoc.21. De qua morte ait Saluator: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et in Apoc. Nomẽ habes q̃ viuas,ſed mortuus es. Hæc quoquè auerſio poſt hãc vitã occidet eos morte dãnationis ęternæ,ſecundũ illud: Pars illorũ erit in ſtagno ardẽte igni & ſulfure, q̃d eſt mors ſecũda.[& pſperitas ſtultorũ perdet illos] i. terrena,pſperatio impiorũ,qua in pſenti ſeculo cõſequũtur diuitias, delicias & honores,erit cauſa ſiue occaſio perditiõis eorũ perpetuæ in futuro: q̃m abutũtur beneficijs Dei,& extollũtur ex proſperitate pſenti. De q̃bus ait Pſalmographus: Velut ſomniũ ſurgentiũ Dñe in ciuitate tua, imaginẽ ipſorũ ad nihilũ rediges. De quibus Iob: Impij ſubleuati ſunt,cõfortatiq; diuitijs,& nõ eſt virga Dei ſuper eos. Ducũt in bonis dies ſuos,& in puncto ad infernũ deſcendunt, ¶Inſuper poteſt & ità exponi: Auerſio paruulorũ interficiet eos,ſcilicet impios,de q̃bus prædictũ eſt,q̃ ex auerſione paruulorum & proſperitate ſtultorũ,q̃ in vita hac vidẽtur impunè peccare,immò peccãdo etiã proſperari,ſcandalizãtur,& ſumunt peccãdi occaſionẽ atq; audaciã, deſerẽtes viam iuſtitiæ: quocontrà ait Propheta: Noli æmulari in malignãtibus,neq; zelaueris facientes iniquitatẽ,quoniam tanquã fœnũ velociter arefcent. In Iob quoquè ait vir iſtud perpendens: Ego vidi impium firma radice,& maledixi pulchritudini eius. Et de viro iuſtò fertur in Pſalmo: Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius malignus. Sapiẽtes nanq; & iuſti,intuẽtes impiorũ proſperitatem,pro nihilo reputãt eos vt tales,& compatiuntur eiſdẽ,certi hoc periculoſiſſimũ eſſe, peccare,& nihilominùs proſperari,nec in pręſenti ſeculo caſtigari. [Qui aũt me audiẽrit] auribus mentis,i. obtẽperauerit iuſſionibus meis,[abſq; terrore quieſcet] i. pacem pectoris poſſidebit,& conſtãs & ſecurus erit in Deo,omni inordinata excluſa formidine: nec turbabitur,ſed gloriabitur in aduerſis,& demùm poſt vitã hanc pace æternitatis feliciter erit plenus. [& abundãtia perfruẽ] quia nunc in donis gratiæ,deindè in bonis glorię abundabit, & poſſidebit bona Domini in regione viuorum, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſſcenderunt. [malorũ terrore ſublato,] ità q̃ mala vltrà non formidabit. Nempe in vita pręſenti erit paratus ad mala pœnæ propter Deum & ſuã ſalutem æquanimiter toleranda, ſicut & infrà habetur: Iuſtus quaſi leo confidens,abſq; terrore erit. In patria aũt,nec mala pœnæ,nec mala culpę poſſunt accidere. Hinc Iſaiæ 32. loqtur Dominus: Erit opus iuſtitię,pax: & cultus iuſtitiæ,ſilentium,& ſecuritas vſq; in ſempiternum: & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. ¶Poſtremò quicquid hîc dictum eſt de iuſto & impijs, referri poteſt ad Chriſtum & Iudæos perſequutores ipſius, diſcipulorumq; eius, quibus impij perfidiq; Iudæi inaniter poſuerunt inſidias,rete atq; decipulas. Immò hoc faciendo,ſibimetipſis mercati ſunt finalẽ iſtam captiuitatẽ,& condẽnationem ęternã, quos Chriſtus & eius Apoſtoli multipliciter docuerunt, piè corripuerunt, & de ęterna eorũ calamitate prẽmonuerunt: extenderunt etiã manus ſuas ad ipſos,faciendo multa & pręclara miracula. Immò & in cruce extendit Saluator manus pro eis,ſicut per Iſaiã teſtatur: Tota die extendi manum meã ad populum non credentem. Ipſi verò paruuli ſenſu,dilexerunt infantiã, id eſt, rudimenta & ſuperficiem legis, quę fuit pędagogus noſter in Chriſto: ſibiq; noxia cupiẽrunt, ſcilicet perpetuam cęremonialium obſeruantiam pręceptorum,& oderunt ſummam euangelicę legis ſcientiam. Idcò Chriſtus tandèm fecit Apoſtolos ab eis induratis recedere,ac gentibus prędicare, & in eorum riſit interitu,eosq; ex zelo iuſtitię ſubſannauit,ac hoſtibus tradidit,ſicut per Iſaiã Dñs prędixerat: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Quumq; irruiſſet ſuper

Pſal.48. Pſal.72. Iob 21. Pſal.36. Iob 5. Pſal.14. Pſal.26. Iſa.64. 1.Cor.2. Prou.28. Iſa.65. 2.Cor.4. Acto.13. Acto.16. Iſa.63.

per eas repentina obſidio à Romanis, vaſtitasq; grauiſſima, fames, peſtis, venditio, interfectio millium plurimorum, reliquit eos omninò, nec eorum ſacrificia, orationes, fletus ac gemitus exaudiuit altiſſimus, eo q̃ exoſam habuerũt Chriſti diſciplinã ac legem: tuncq; perſidiarum & impietatum ſuarum, ac prauiſſimorũ conſiliorum fructus & demerita inuenerũt ac perceperunt. ¶De hac expoſitione tranſeo, quia facilimũ eſt literam applicare ad eam. Nos itaq; Chriſtum in omnibus audiamus, quatenùs omni noſtra affectione & intentione, ſimplificatis ac fixis in Deo, omniq; noſtra occupatione ſecundùm diuinã legem directa, atq; in Deũ frequenter relata, quieſcamus in creatore abſq; omni vitioſo & infructuoſo timore, ac per hoc in diuinorũ opulentia chariſmatũ proficiamus & abundemus aſſiduè.

Amos 3.

¶Expoſitio cap. 2. Fili mi, ſi ſuſceperis ſermonis meos. Art. 2.

Dicunt nõnulli, quòd poſtquàm Salomon prędecedenti capitulo docuit vitare auaritiã, hîc nunc docet vitare idololatriam: quod non videtur idoneè dictũ, quia nec in iſto capitulo videtur ad literam de idololatria mentio fieri, (vt patebit) nec in prędecedenti capitulo ſolùm aut principaliter contra auaritiã eſt tractatũ: ſed oſtenſum eſt ibi, q̃d ad ſapientẽ intelligẽtemq; pertineat. Deindè fit ibi monitio, nè q̃s peccatorũ blãditijs ſeducaẽ ad committendũ homicidiũ aut rapinã: & qualiter trãſgreſſores plùs nocent ſibi ipſis, quàm alijs. Deinceps introducitur ibi, qualiter ſumma & increata ſapientia increpet & prẽmoneat inſipientes atq; iniuſtos, & quàm fructuoſum ſit Deo in omnibus obedire. ¶His igitur ibi peractis, hîc rurſus hortatur ad ſapientiã amplectendam, & quanto affectu ſit exquirenda, quãta etiã bona homo ex eius acquiſitione ac poſſeſſione conſequatur. Quum etenim nemo ſit ſapientię huius capax, niſi purgatus à vitijs, rectè in prædecedenti capitulo ad cordis expurgationẽ hortatus eſt, & admonitionẽ de ſapientia obtinenda ibi inchoatã, hoc loco proſequitur. [Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos] diligenter eos audiendo, conſiderando, ac recolendo, [& mandata mea abſconderis penès te] i. in fundo cordis tui ſolicitè repoſueris, nè p obliuionẽ, aut negligentiã violes ea: iuxta quẽ ſenſum ait Propheta: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Econtrà de quibuſdã ait in Euangelio Dominus, q̃ quum receperint ſemen verbi cæleſtis, volucres cæli, i. aereæ poteſtates, deuorant illud, i. infructuoſum efficiunt. Verũtamen non ſic abſcondẽda ſunt mãdata ac verba Dei in corde, vt publicè non impleãtur & alijs cõmunicentur, quum dicat Saluator Mat. 5. Luceat lux veſtra corã hominibus. Princeps quoquè Apoſto. Vnuſq;ſq;, inqt, ſicut accepit gratiã, in alterutrum illã adminiſtrantes. Et item Iohan. 22. Apocal. Qui audit, dicat, veni: hoc eſt, qui mãdata Dei audiẽrit, proximũ ſuum inuitet ad eadẽ peragenda. [vt audiat ſapientiã] i. ſapientialia verba. [auris tua] corporalis ac ſpiritualis, putà auditus & intellectus. [Inclina cor tuũ] i. intellectũ tuum cum humilitate ac diligentia applica [ad cognoſcendã prudentiam] i. ſapientiã, ſumendo prudentiæ nomen extenſè. Vel ad cognoſcẽdã prudentiã, quę eſt virtus moralis ac cardinalis, rectaq; ratio agibilium, i. virtus & habit⁹, per quẽ homo cognoſcit, q̃d agere, q̃d omittere debeat in reb⁹ q̃ ei occurrũt, prout Ethicorum 6. habetur. Itaq; ait, Inclina cor tuum ad cognoſcendũ prudentiam, quia non ſufficit cognitio diuinorum, ſed humanorũ quoquè actuum & negociorum notitia vera ac diſcreta requiritur: & nè quis ex diuinorũ agnitione ſe erigens, aſpernetur etiam inferiora addiſcere. Deniquè ad acquirendũ tam ſapientiam quàm prudentiã, cum humilitate & diligentia oportet accedere. Nam ſicut in vallibus colliguntur aquarũ fluenta, ità in cordibus humilium ſuperna chariſmata, aqua ſapientiæ, virtus prudẽtiæ, lumen ſcientiæ. Atq; vt Eccleſiaſtici 3. ſcriptum eſt: Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. ¶Hinc conſequenter oſtenditur, quàm inſtanter ac feruidè ſapiẽtia ſit quęrenda. [Si enim ſapientiã inuocaueris] i. orando vocaueris eam in te, & increatam ſapientiam ſuppliciter fueris deprecatus, vt animam tuam radio ſapiẽtiæ ſalutaris perfundat ac impleat: & pro infuſione & incremento, ac conſeruatione ſapientiæ rogaueris Dominũ inceſſanter. [& inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſiêris eam quaſi pecuniam] i. tam indefinenter & inſatiabiliter, tam laborioſè ac feruidè, ſicut cupidus quærit argentum & aurum: de quibus quanto plùs obtinet, tanto plùs cupit ac quærit, diligentiusque cuſtodit hæc acquiſita. [& ſicut theſauros effoderis illam,] id eſt, ex fonte ſapientiæ ſtuduerís eam haurire tali inſtantia & ardore, ſicut quis theſaurum in terra abſconditum nititur inuenire terram effodiendo. Circa hoc ait Gloſſa: Qui theſauros effodit, terram reijcit, & foueam facit profundam, ſedulò inſiſtens, donèc quod quærit, inueniat: ſic qui theſauros ſapiẽtię deſiderat inuenire, omne pondus terrenum à ſe reijciat, & foueam humilitatis faciat in ſe, nec quieſcat, donèc inueniat. Deniquè huic ſimile eſt quod Seneca in ſuis ait Prouerbijs: Vt auri

Pſal.118. Matth.13.

ali-

aliquid extrahamus, terram euertimus: vt ſummũ bonum occupemus, & vt Sapientiam reperiamus, pectus ſcrutari piget? [tunc intelliges timorem Domini,] id eſt, verè experimentaliterq; cognoſces, atq; in te inuenies filialem Dei timorem. Quanto nanq; intentiùs ſtudueris deſupèr illuſtrari & dono ſapientię perfici, tanto ampliùs formidabis ſummi Dei patris adſpectũ offendere, & coram eo intimoratè te gerere, ipſaq; infuſa ſapientia te docebit iſtũ timorem caſtum & ſanctũ, oſtendendo tibi, quàm infinitè & incomparabiliter Deus altiſſimus ſit ſyncerè timendus, honorandus, ac diligendus: ſicq; ingeret tibi ſapientialem pudorem, vt vbiquè erubeſcas coram diuini vultũs præſentia inhoneſtè, negligenter, aut turpiter te habere. Ad quod etiã Seneca admonens, ait: Non aliter te habeas in ſecreto, aliter in publico. [& ſcientiã Dei inuenies] id eſt, ſapientiã eiusq; profectũ & perfectionem
Pſal.33. obtinebis à Domino. De quo Pſalm. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non
Oſeę 6. confundentur. De qua ſcientia dicit Dominus in Oſee: Scientiã Dei volo plùs quàm holocauſta. Apoſtolus quoquè ad Philip. 3. Exiſtimo, inquit, omnia detrimentũ eſſe propter emi nentem ſcientiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Per hanc demũ infuſam ſeu acquiſitam Dei ſcientiam, aliqualiter inuenimus, cognoſcimus & contemplamur increatã Dei ſcientiam,
Iſa.11. de qua in libro de mirabili ſcientia Dei ſublimiter tractat Alber. Mag. [quia Dominus dat ſapientiam] his, qui modo prætacto eã exquirunt. Sapientia aũt quę eſt donum Spirituſſancti, à ſolo Deo immediatè datur, & per creationẽ infunditur: ſapientia verò, quę eſt donum gratiæ gratis datæ, & ſapientia naturalis, quãdoquè etiam infunduntur immediatè à Deo, quãdoquè dantur à Deo mediatè, videlicet per ſtudiũ & laborem, per informationem angelicam vel humanã. Nam omne bonũ à Deo eſt, procedit, cõſertur. [& ex ore eius prudentia] de qua dictũ eſt, [& ſcientia] deriuantur ac profluunt, ſiue ſciẽtia accipiatur pro dono
1. Cor. 12. gratię gratis datæ, de qua Paulus: Alij, inquit, datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientię: ſiue vt eſt vnus de quinq; habitibus intellectualibus, putà habitus naturalis & acquiſitus, qui tñ poteſt à Deo ſupernaturaliter dari, de qua ſciẽtia 6. Ethicorũ tractatur: Eſtq; notitia eorum, quæ aliter nequeunt ſe habere, videlicet, recta ratio ſpeculandorũ. Porrò os Dei eſt increata ſapientia & æternus intellectus ipſius, quo intra ſe profert verbũ æternũ. Quandoquè tamen os Domini appellantur ſcripturæ ſanctæ ſeu ipſi prophetæ, quoniã ex ſcripturis datur nobis inſtructio atq; reſponſio. Vndè Iob 33. ſcriptũ eſt: Semèl loqtur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit. Per prophetas quoquè & ſanctos ſuos reſpondet quęrentibus, pro
Iſa. 30. pter quod ipſe per prophetã ait: Væ filij deſertores, vt faceretis conſiliũ, & non ex me, & os
Iere. 5. meũ non interrogâſtis. Hinc alibi proteſtatur: Si ſeparaueris preciosum à vili, quaſi os meum eris. Poſtulanda eſt ergò ſemper diuina directio, & ſapientia deſupèr eſt quęrenda, quę nihilominùs ex ore doctorũ, & libris (quãtùm fieri poteſt) eſt accipienda. Ideò ſcriptũ eſt:
Iaco. 1. Si qs veſtrũm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. [Cuſtodiet] Dñs [rectorũ ſalutem] id eſt, iuſtos in eorũ ſalute conſeruabit. Habetur enim in hac vita ſalus ſeu beatitudo in quadam inchoatione, prælibatione, merito & ſpe. Vndè Matth. 5. ponuntur octo beatitudines, quę ſunt virtutũ excellentiũ actiones & merita, per quæ peruenitur ad ſalutem regni cæleſtis completam. Nam dicitur ibi:
Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu &c. Dum ergò omnipotens iuſtos conſeruat in actibus virtuoſis, cuſtodit rectorum ſalutem. Nempè à Deo eſt inceptio, continuatio & conſummatio, proſecutio & cuſtoditio omnis boni. Aliqui tamen recti interdũ ex propria negligentia dilabuntur in culpam, fiuntq; miſeri calamitate peccati, de qua Apoca. 3. dicitur: Neſcis qa tu es miſer & miſerabilis, pauper, cęcus & nudus? [& proteget gradientes ſimpliciter] i. eos qui in columbina ſimplicitate ſeruiunt ei, excluſa omni duplicitate, ſimulatione, hypocriſi. Ta
Iob 1. & 2. les etenim præcipuè placent Deo, qui eſt ſimpliciſſimus in natura, vniformis, inuariabilis,
Matth. 10. & vnicus in operatione, vt in fine tangitur ſeptimi Ethicorum. Hinc Iob vir ſimplex & rectus placuit valdè Deo. Ideò Chriſtus: Eſtote, inqt, ſimplices ſicut colũbę. Et 1. Paral. 29. fatetur Dauid: Scio Domine qꝝ ſimplicitatem diligas. Simplices ergò, quorũ intentio eſt recta, & cor ſyncerum coram altiſſimo, ita qꝝ ei ſoli, & alijs non niſi in ipſo cupiunt complacere, protegũtur à creatore, nè tentationibus ſeducantur, aut aduerſitatibus opprimantur. Sine hac ſimplicitate nullus eſt iuſtus: nec iuſtus eſt qui hac ſimplicitate caret. Ideò teſte Gloſſa, ſimplicitas & rectitudo inſeparabiliter ſunt connexæ. Propter quod aſſerit Beda: Simplicitas ſine rectitudine, eſt diſſoluta, laxa & ſtulta. Rectitudo verò ſine ſimplicitate, dura eſt & auſtera. Eſt aũt & alia ſimplicitas aſinina, quę per excluſionẽ prudẽtiæ ſic vocatur, & diſplicet Deo. [ſeruans ſemitã iuſtitiæ] i. in eſſe conſeruans opera iuſta. [& vias] i. actiones ac merita perfectorum, [ſanctorum cuſtodiẽs] nè à regia via diſcedant. Poſſunt quoquè

per

per ſemitam conſilia deſignari, per viam mãdata: quæ omnia Dñs tunc cuſtodit, dum homini gratiam perſeuerãtię ac circunſpectionis tribuit, per quam Deo auxiliãte cuſtodit ſeipſum in actibus bonis. [Tunc intelliges iuſtitiam] i. quid ſit virtus iuſtitiæ ſcies, nõ nuda & informi notitia, ſed cognitiõe formata: ità qꝝ iuſtus eris, & per cõnaturalitatem guſtumq; mentis, benè de ipſa iuſtitia iudicabis, penſando & adimplendo, quod ſpectat ad eã: quẽadmodùm habens nõ ſolùm notitiã Ethicæ, ſed etiã ipſas virtutes morales, multo meliùs iudicat de virtutibus illis, q̃ qui ſolã nudã ſcholaſticamq; notitiã habet de ipſis. Simili modo intelliges & iudiciũ diſcretiõis, quod eſt actus prudẽtię, quo inter bonũ & malũ diſcernit. [& item [iudicium] i. prolationem iuſtę ſententię, quod eſt actus iuſtitiæ, ſpectãs ad iudicem, cuius eſt iuſtã in omni cauſa proferre determinationẽ. [& æquitatem] i. iuſtitiã cõtemperatam clemẽtię ex vera diſcretiõe. [& omnem ſemitã bonã] i. virtuoſam actionẽ, quæ ad vltimũ finem rectè deducit. [Si intrauerit ſapiẽtia cor tuũ] ità qꝝ intellectũ tuum inhabitet ac informet. [& ſcientia] quę eſt donũ vnum de ſeptẽ donis Spirituſſancti, [animę tuę placuerit] efficaciter per effectũ, ità qꝝ non quieueris niſi iſtã ſcientiã poſſederis. [conſilium cuſtodiet te:] qa ſapiẽtia & ſcientia inſtruẽt te ad cõſulendum tibi ipſi, qualiter debeas te habere, & pericula præcauere. Faciẽt quoquè te docilẽ atq; benevolum ad obtẽperandũ ſanis aliorũ conſilijs. Hæc etenim dona Spirituſſancti inſtigãt hominẽ, vt nequaq̃ cõſtituat ſibi finem in rebus creatis, caducis, ſed in deo dũtaxãt. Hinc & Seneca in ſuis Prouerb. Oratorẽ, inqt, te putes, ſi tibi ipſi quod oportet perſuaſeris. Cyrillus quoquè in Prouerbiorũ ſuorum aſſerit libro: Prudẽtia nõ calliditate, ſed cõſilio vero tuetur prudẽtem. [Et prudẽtia ſeruabit te] i. à periculis præſeruabit. Ideò ſubdit: [vt eruaris à via mala] i. actione iniqua, quę ad perditionem deducit, & virtuti contrariãt, quã prudentia facit cognoſci ac euitari. [& ab homine, qui peruerſa loquit] i. à ſeductoribus & mendoſis. [Qui derelinquũt iter rectum] i. viam iuſtitiæ, legem diuinã, præceptum Dei, [& ambulãt per vias tenebroſas] i. per habitus vitioſos, per cõſuetudines prauas, per hęreſes & errores. [Qui lętanẽ cũ maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis:] peccãt enim ex habitu vitioſo. Habitus aũt eſt quaſi altera natura, & facit hominẽ delectari in his, ad quę inclinat. Tales quoquè apprehendũt mala ac peſſima ſub ratione apparenti bonorũ ac optimorũ. Ideò delectanẽ in malis ac peſſimis, quemadmodùm virtuoſi in bonis & optimis. Tales etiã ſunt adeò excęcati, qꝝ nõ aduertunt ſua pericula, peccãtq; ſine remorſu ac freno, immò de vitijs ſuis ſe iactãt. De qbus dicit Iſaiæ 3. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerunt, nec abſconderũt. Hinc demũ 1. Iohan. 2. aſſeritur: Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quoniam tenebræ occæcauerunt oculos eius. Deniquè ait Philoſophus, Qualis vnuſquiſq; eſt, talis ſibi finis videt. Ideò vitioſi in rebus fœdis & voluptuoſis, vanis ac peſſimis conſtituunt ſibi finem, & delectanẽ in talibus. Atq; vt rurſùs docet Ariſtoteles: Signum habitũs eſt delectatio cõiuncta operationi ex habitu procedenti. Qui ergò in peccatis eſt habituatus, delectatur quum malè egerit, & exultat in peſſimis. Proptereà Seneca proteſtat, Grauiſſimũ eſſe imperium conſuetudinis, qa videlicet ſic ſubijcit hominẽ ſibi, vt ſibi, non rationi obediat. [Quorũ viæ peruerſæ ſunt] qa actiones eorũ ſunt ſaluti contrariæ. [& infames] i. mali ſunt [greſſus] i. proceſſus conuerſationis [eorum.] Nam publicè peccãt, & alios ſcandalizãt: idcircò à ſapientibus contemnunẽ vt tales, ac meritò diffamanẽ. [vt eruaris à muliere aliena & ab extranea] i. adultera ac fornicaria, [quę mollit ſermones ſuos] i. verba blãda, procatoria, libidinoſaq; profert, vt alliciat ad peccãdum, [& relinquit ducẽ pubertatis ſuæ] i. priorem maritum, quem ſumpſit, ductoremq; habuit in adoleſcentia ſua, dum annos habuit pubertatis. [& pacti Dei ſui oblita eſt.] i. legis diuinæ ac præcepti, quo adulterium & fornicatio prohibenẽ. Vel etiã violat pactum, quod tẽpore connubij inijt cũ marito, cui fidelitatẽ promiſit, quod & Deus ab initio ordinauit, dicẽdo per Adã: Relinquet homo patrẽ ſuũ & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Vndè & per Prophetã dicit: Hęc participeps tua, & vxor fœderis tui. [Inclinata eſt enim ad mortem domus eius.] id eſt, cor in quo per prauitatis ſuæ cõſenſum morat, vel caro in qua turpiter delectat, ſeu cõuerſatio prava, qua regit, vel domus, i. domeſtici eius, qui ei in peccatis cõmunicant, qui ad mortem culpæ inclinant ſe, & ſecundùm legem Moſis corporali morti addicebãtur aclapidabanẽ. [& ad inferos ſemitæ ipſius] i. actiones nefariæ appropinquant inferno, & illuc ducunt. [Omnes qui ingrediunẽ ad eam,] adulterãdo cum ipſa, [non reuertenẽ] ad Deum per pœnitentiam veram, quoniã tales vel rarò, aut nunquàm veraciter pœnitent. Vel tam pauci ex eis conuertuntur, qꝝ comparatione non redeuntium, quaſi nulli videnẽ. [nec appræhendẽt ſemitas vitæ] i. actus virtutũ, ſeu habitũ gratiæ, quæ eſt vita animę. Hinc ſecũdùm Philoſophum:

Exo. 20. Gene. 2. Malach. 2.

Leui. 20.

Qui peccant ex habitu vitioſo,ſunt incurabiles: qa difficulter valdè curantur: quanuis ab
Luc.1. omnipotenti animarũ medico queant curari,apud quem non eſt impoſſibile, immò neq; difficile,omne verbũ.Porrò quod ſequtur,[vt ambules in via bona] i.cõuerſatione iuſta tendas ad gloriã,[& calles] i.præcepta,documenta,exempla [iuſtorum cuſtodias] referẽ ad illud quod dictũ eſt:Conſiliũ cuſtodiet te &c. Quidã per mulierem alienã atq; extraneã, ad
Oſe.1.2.4 Iſam intelligunt idololatriã, quæ alienat à Deo.Sed expoſitio iſta ſpũalis potiùs eſſe cenſetur. Quãuis enim idololatria in ſcripturis fornicatio & adulteriũ aliquãdò appelleẽ, non tamen ad literam ſolet mulier aliena aut extranea nuncupari,nec idololatriæ competit relinquere ducem pubertatis ſuę,id eſt,Deũ,vt ipſi exponunt,qm̃ Deus nunquã fuit ſponſus aut dux idololatriæ. ¶Spũaliter verò poteſt per mulierem hanc congregatio hæreticorũ intelligi,quæ mollit verba eloquentiæ ſuæ,& vana promittit,atq; carnalia pollicẽtur:ad quam
Tit.3. qui introiẽrit,vix redibit,quum dicat Apoſtolus:Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita,ſciẽs qa ſubuerſus eſt.[Qui enim recti ſunt] corde, videlicet iuſti,quorũ corda ſunt linealiter ac directè ad Deum erecta,& vitiorum obliqtatem deuitãt. [habitabunt in terra,] qm̃ iam per gr̃am,fidem & charitatem requieſcunt in militãti Eccleſia,quæ peregrinat̃ in terra:deindè per gloriam & beatificã fruitionem æternaliter commorabunt̃ in Eccleſia triumphãti,in terra & regione viuorũ ac beatorũ. Nunc quoquè in terra
1.Cor.9. ſui corporis habitãt benè,qa illud habent rationi ſubiectum, atq; in ſpũs ſeruitutem redactum:iuxta quem ſenſum ait Saluator Mat.5.Beati mites,qm̃ ipſi hæreditabunt terram.Ad literã quoq; populus Iſrael,quãdò Deo fideliter deſeruiuit,habitauit in terra promiſſionis: ſed qm̃ ad idololatriã corruit, expellebat̃ de ea, vel in ſeruitutem redigebat̃ in ea: quod erat quaſi ea priuari.[& ſimplices] columbina ſimplicitate,[permanebunt in ea:]ſicut de rectis iam dictum eſt.[Impij verò de terra perdent̃:] qa deſinunt eſſe membra Chriſti,filijq; Eccleſiæ per inobedientiã, & incorporant̃ diabolo, atq; de terra huius exilij ad inferos pertrahunt̃:& interdùm propter ſua interficiunt̃ facinora, terraq; hæreditatis cæleſtis priuantur. [& q iniquè agunt,auferent̃ ex ea.] ſicut de impijs expoſitũ eſt. ¶Itaq; ex iſto docemur capitulo,q̃ feruenter & indeſinenter debeamus quærere,deſiderare,ampleẽti,& cuſtodire increatam ſapientiã Dei patris,vnigenitũ Dei,& dona ipſius. Nemo enim (vt ait Ambroſius) cum deſidia quẽrit Chr̃m,& precioſiſſima Dei dona:cùm affectu condigno ſunt exqrenda ac poſtulanda:immò cum tepore & negligentia pro eis rogare,eſt datorem illum altiſſimũ in ſuis donis tam charis inhonorare,ac paruipendere munera eius. Ipſe certè in ſuo obſequio reſpuit indeuotum,euomit tepidum, negligentem frigidumq; abhorret, ſicut de hoc Euſebius Emiſſenus pulchrè in ſuis loqtur Homilijs.Et vtiquè ſi perpendamus,q̃ infatigabiliter multi Philoſophi pro naturali ſapientia ac ſcientia laborauerũt,q̃ laborioſè quoquè & inceſſanter multi mercatores,& alij pro terrena opulẽtia enituntˀ,meritò intra nos de noſtra confunderemur ignauia,qa pro ſpũalibus,ſupernaturalibus,ac præſtantiſſimis Dei donis,pro ſapientia infuſa,pro ſalute æterna adipiſcendis,tam modicè laboramus, tam frigidè deprecamur, tam parùm accendimur.

¶Expoſitio cap.3.Fili mi,nè obliuiſcaris legis meæ. Art. 3.

AD diuerſas virtutes, actionesq; virtuoſas in iſto admonemur capitulo: & nè accedioſi ſimus ad obtemperandum, adijciunt̃ fructus præclari & præmia glorioſa. ¶Fili mi,nè obliuiſcaris legis meę] i.legis diuinæ.Deniquè minus dicit,& maius prętendit:qa non ſolùm debemus legis diuinę non obliuiſci,ſed & iugiter recordari,immò & opere adimplere, quẽadmodũ habeẽ Pſal.1. de homine iuſto: In lege Domini voluntas eius,& in lege eius meditabit̃ die ac nocte.Dupliciter quoquè dicit̃ homo obliuiſci legis Dei:Primò, eam obliuioni omninò tradendo:ſecundò,eã non adimplendo in factis:ſicq; multi obliuiſcunt̃ eius,q tamẽ docent aut prędicant eam.Inſuper multiplex eſt lex Dei,quam recordari ac adimplere debemus.Eſt etam̃ lex diuina,lex naturalis,lex poſitiua. Et lex diuina,in legem Moſaicam Euangelicamq; diuidit. Similiter lex poſitiua,in Ius Canonicum, & Ius ciuile.Lex aũt ſeu Ius naturale,variã habet diuiſionem, prout de iſta materia in prima parte Decreti,ex verbis Iſidori ac aliorum diffuſè tractat̃.Hinc Dñs ait Oſeæ 8. Scribam ei multiplices leges meas,quæ quaſi alienæ computatæ ſunt.Vndè & Iob 11.dicit: Vtinàm Deus oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ ſuæ,& intelligeres q̃ multiplex eſt lex eius. Eſt etiam lex æterna & increata,quæ eſt exemplar, fons, cauſa, & regula omnis legis creatæ & rectæ.[& præcepta mea cor tuum cuſtodiat] tenaci memoria,& executione idonea: &q̃ opere adimplere nõ vales,deuota voluntate adimple,ac citiùs quo poteris, adimplere propone:ſicut de bonis ferẽ in Pſalm.103. Memores ſunt mandatorũ ipſius ad faciendũ ea.

¶Conſe-

¶Conſequenter pollicitatione mercedis ad iſtud inducit: [Longitudinem enim dierũ, & annos vitę,& pacẽ apponent tibi:] i.pro obſeruãtia pręceptorũ conſequẽris hęc bona pro pręmio, quod primò intelligi poteſt de lõga,proſpera,atq; pacifica vita in ſeculo iſto,quę in veteri lege promittebaẽ ſępiſſimè obſeruatoribus legis Moſaicę. Veruntñ bona illa terrena ac trãſitoria,non erãt principale aut ſufficiens pręmiũ obediẽtię Deo exhibitę ex charitate in actibus virtuoſis,q ſunt ſpũalia bona. Multi quoq; prophetę & ſancti ac iuſti fuerunt in veteri teſtamẽto,q prędicta bona conſecuti non ſunt in hac vita,immò aduerſa multa & mortẽ pro lege ac iuſtitia ſunt perpeſſi,ſicut in lib.Machab. oſtendit̃. Et per Ezechielem Dñs ad Hieruſalem dixit:Occidã in te iuſtũ & impiũ. Ideò per longitudinẽ dierũ,æterna duratio felicitatis in cælo,& per annos vitę,diuturnitas gloriæ,& per pacẽ,pax ęternitatis,omnẽ ſenſum exuperãs,principaliter deſignant̃. Vndè in Pſal.90. Dñs pollicẽtur:Longitudine dierũ implebo eũ,& oſtendã illi ſalutare meũ. Et Iſa.66.habeẽ: Erit menſis ex menſe, & ſabbatũ ex ſabbato,p quę verba æternitas deſignat̃.Et rurſùs ibidẽ:Eccè ego×declino in eos vt flumẽ pacis. [Miſericordia & veritas] i.iuſtitia [nõ te deſerãt] i.indeſinẽter habe in te miſericordiã atq; iuſtitiã,ità vt opera miſericordię,tam ſpiritualia,quàm corporalia pro poſſe exerceas,& iuſtitiã non omittas:qa & ſic interdùm ignoſcendũ eſt animę peccatoris, vt nihilominùs iuxta cenſurã iuſtitię puniat̃, aut etiã occidat̃ in corpore.Immò hoc ipſum miſericordię eſt,q in pręſenti punit̃, nè æternaliter condemneẽ.Nam & pœnæ pręſentis vitę ſunt medicinales. Prętereà,triplicem veritatem habere & conſeruare debemus, videlicet, veritatem vitæ,veritatem doctrinæ,veritatem iuſtitiæ, & eſſe veraces in verbis, fideleſque proximis. Hinc Oſee 12.ſcriptũ eſt, Miſericordiã & iudiciũ cuſtodi.Et Zach.7. Veritatem tãtùm & pacẽ diligite.Clariùs quoq; Zacha.8.Iudiciũ verum iudicate,& miſericordiam & miſerationes facite,vnuſq;q; cum fratre ſuo. [Circunda eas gutturi tuo] id eſt, alijs quoquè prędica eas, vt & ipſi nequaquàm miſericordiã & veritatem relinquãt, & quãtùm ad hoc,quaſi tuba exalta vocem tuã: & ſicut Oſee 8.habeẽ, In gutture non ſit tuba, vt cum S. Iob dicere queas, Non dedi ad peccãdum guttur meũ. [& deſcribes eas in tabulis cordis tui] i.in capacitate & latitudine mentis atq; memorię tuę. De his tabulis ait Apoſto.2.Corinth.3.Epiſtola eſtis Chriſti, ſcripta non atramento,ſed ſpiritu Dei viui:non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus.Vndè per Ezechielem 11.Dñs dixit:Dabo vobis cor carneũ,id eſt,molle, flexibile, & faciliter receptiuũ gr̃æ ac virtutũ.Ideò tabulę cordis ſunt eſſentialiter ſpũales, quãuis per proprietatem & ſimilitudinẽ carnales vocenẽ, ſicut & cor nominat̃ carnale.Nã & iuxta Philoſophũ,intellectus ſeu anima in principio ſui,eſt velut tabula raſa.[& inuenies gr̃am & diſciplinã bonã corã Deo & hominibus] i.per hæc acceptus & placens eris Deo ac proximis:incrementumq; gr̃æ & profectum virtutũ conſequẽris diuinitùs & proximis diſciplinatus videberis.Immò & bona inſtructio efficaciaq; docendi ac diſciplinãdi alios,conferenẽ tibi à Dño. Qui enim dona deſupèr ſibi conceſſa cõmunicat alijs,mereẽ maiora,& ſpũalem opulentiã à Deo ſortiẽ. Vñ& Seneca in ſuis Prouerbijs:Eleemoſyna,inqt, plùs prodeſt danti,quàm accipienti.[Habe fidutiã in Domino ex toto corde tuo,quoniã ipſe eſt infinitæ pietatis ad ſuccurrendũ,inuariabilis veritatis ad faciendum quod ſperãtibus in ſe promiſit, atq; omnipotens ad exequendũ. Qui ait per Iſaiã 49.Ego Dominus,ſuper quo non confundenẽ omnes qui expectãt me.Cui ait Pſalmiſta:Sperent in te,qui nouerũt nomen tuũ:quoniã non dereliquiſti quærentes te Domine.Deniquè quanuis ſpes iſta in Deo habeat firmitatem ac certitudinem,quãtùm eſt ex parte Dei,ex qua parte nequaq̃ erit defectus optatę ſalutis & gr̃æ:tñ ex parte noſtri, hoc eſt, ex proprię fragilitatis,defectuoſitatis ac culpæ conſideratione debet timor eſſe admixtus:nè fortè indigni ſimus exaudiri,adiuuari atq; ſaluari à Domino propter noſtra demerita,prout in tractatu de ſpe Thomas declarat,immò nec certi ſumus de hoc, q habeamus ſpem formatã & efficacẽ in Deo,quũ ignoremus an ſimus in charitate. Hinc inter ſpem & timorẽ ſemper ſpũaliter moli debemus,vt ſpes ſit mola ſuperior,ſubleuãs in ſublime, & deſperationẽ ac puſillanimitatẽ excludẽs:timor verò ſit mola inferior, pręſumptionẽ & immoderatã ſecuritatẽ repellens,ſicut in tertia parte Sũmę ſuę Antiſiodorenſis inducit.[& nè innitaris prudẽtię tuę] i.proprię prudẽtiæ aut naturali induſtrię nõ inhęreas,tanq; tibi ſufficiãt pro tuę cõuerſationis directione,atq; ad euadendũ tuę ſalutis pericula,dęmonũ,carnis ac mũdi tentamẽta:nè impleat in te illud Iſa.47.Sapiẽtia tua & ſcientia tua decepit te.Innitẽdũ eſt ergò diuino auxilio atq; angelicę directioni,& meritis precibusq; ſanctorũ. Pro qbus impetrãdis, deuotè ac iugiter eſt orãdum.Etenim q habitat in adiutorio altiſſimi,in protectione Dei cæli commorabit̃.Ideò Iſa.50.ſcriptũ eſt:Quis ambulat in tenebris,& non eſt lumẽ eiˀSperet in no-

a declinabo ſuper eã qua ſi torrẽtem inundãtem.

mine Domini, & innitaꝛ ſuper Deũ ſuũ. Oſee quoq; 13. pteſtaꝛ Dñs: Perditio tua ex te, in mẽ tantũmodò auxiliũ tuũ. Nẽpè ad benè agẽdum, indigemus in omni actu meritorio, actuali motióe Spũſſanctiꝰ & vt ait Apoſtolus 1. Corin. 3. Nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliqd ex nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt, qui operaꝛ in nobis velle atq; perficere. Itaq; habitus acquiſiti & infuſi non nobis ſufficiũt, ſed actualibus motionibus, influxionibus, directiõibus, auxilijs Dei iugiter indigemꝰ, ſicut de hoc Thomas in Súma cõtra gẽtiles, catholicè atq; ſubtiliter ſcribit: [In oĩbus vijs] i. actiõibus tuis interioribus & exterioribus, [cogita illum] i. diuinę maieſtatis preſentiã penſa, & ad Deũ intentionẽ tuã refer ac dirige, eiuſq; directionẽ & opem implora: quod in omni actiõe faciẽdum eſt actualiter aut habitualiter, ſæpeq; actualiter: immò quo ſæpiùs, tãto & meliùs. Tales fuerũt magni illi illumina
3. Reg. 17. tiſſimi viri Helias & Heliſæus, dicẽtes: Viuit dñs ante cuius vultũ ſto hodiè. Iſta aſſidua con
4. Reg. 3. ſideratio diuinę preſentiæ, maximè confert ad ſtabiliẽdum mẽtem in Deo. Talis fuit Pſalmiſta qui loquiꝰ Pſal. 15. Prouidebã Dominũ in cõſpectu meo ſemper. Et S. Iob, dicẽs: Non
Iob 31. nè Deus conſiderat viam meam, & omnes greſſus meos dinumerat? [& ipſe diriget greſſus tuos] i. affectiones tuas & actus ad finẽ beatum, dando tibi lumẽ veræ diſcretionis, & gr̃am ſpũalis profectûs, ac ſuper ſemitas iuſtitiæ te ducendo. Pro qua directione pijſſima orauit Propheta Pſalm. 118. Greſſus meos dirige ſecũdùm eloquiũ tuum. Quẽ Deus ſic dirigit, niſi cuius mẽtem illuſtrat & mouet in omnibus ad intuẽdum & exequẽdum quicqd ſibi cõplacitũ eſt? Hanc certè directionẽ meꝛeꝛ percipere, q tam reuereꝛter in cunctis attẽdit Dei præſentiã. [Nè ſis ſapiẽs apud temetipſum] i. ppria reputatióe. Sed quõ intelligẽdum eſt iſtud,
1. Cor. 3. quum dicat Apoſtolus: Vt ſapiens architectus fundamentum poſui? Itemq;: Spũs non huius
2. Cor. 2. mundi accepimus, ſed ſpũ qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Ergò qui ſapiẽtiam à Deo accepit, & in ſcripturis eſt eruditus, poteſt ſapiẽtem ſe reputare. Et reſpondẽdum, q nõ debet ſe in ſe ſapiẽtem putare, ſed ſolùm in Deo: nec ſibi, ſed Deo ſapientiam ſuã aſſcribere. Magìs quoquè inſiſtere conſiderationi inſipiẽtię ſuæ, & defectuoſitatis ac culpæ, q̃ magnificationi ſapiẽtiæ ſuæ, potiſſimè quũ ignoret, an habeat ſapiẽtiam, quæ eſt donũ, ſine qua vitio puerilitatis impleꝛ homo, & potiùs ſtultus quàm ſapiẽs eſt cenſendus. Et iuxta hunc ſenſum, Iſa. 5. induciꝰ: Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Vndè & Paulus Rom. 12. Nolite, inquit, eſſe prudentes apud voſmetipſos. [Time Deum] caſto & filiali timore. Eccè q paulò antè locutus eſt, Habe fidutiam in Dño: hìc ſubiungit, Time Deum. quaſi dicat: Non ità cõfidas in miſericordia Dei, quin expaueſcas eius iuſtitiã, quoniã hæc eſt ſapiẽtia vera. [& recede à malo] i. malũ culpæ ex corde abhorre & fuge: qa ex hoc apparet q timeas Deũ, & ſapiẽs ſis in eo, iuxta quod Iob 28. dicitur: Eccè timor Domini, ipſa eſt ſapiẽtia: & recedere à malo, intelligẽtia. Hoc eſt quod vas electionis Roma. 11. hortaꝛ: Noli altũ ſapere, i. magna de te ex elatione ſentire, ſed time. Vndè & ſanctus ait Bernardus: In veritate didici, nihil corã Deo ità prodeſſe ad gr̃am obtinendam, ad culpam vitãdam, ad proficiẽdum in bonis, quàm vt ſemper inueniaris non altum ſapere, ſed timere. [Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorũ.] Poſſet hoc ſuperficialiter ſic exponi, iuxta veteris legis, pmiſſa: Quòd ſi prehabita feceris bona, corpo
Pſal. 33. raliter eris ſanus & benè diſpoſitus intùs in vmbilico & oſſibus. Sed quoniam multæ ſunt tribulationes, egritudines q; iuſtorum in vita hac, ſpiritualiter interpretandum eſt iſtud, intelligendo per vmbilicũ, qui mollis & tener eſt, bona opera adhuc imperfecta: per oſſa verò, quę ſolida ſunt, opera virtuoſa perfecta. Sicq; ſanitas erit vmbilico tuo, id eſt, opera tua imperfecta, à culpis venialibus ac reliquijs vitiorũ purgabunt̃ per confidentiã Dei, humiliationem, cæteras q; virtutes & actiones earũ pretactas, atq; in melius omni die proficient, & opera tua perfecta, erunt pura, inuiolata, illæſa. Poſſunt quoquè per vmbilicum intelligi affectiones, motus & actus partis ſenſitiuę, videlicet appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis, in qbus ſunt animę paſſiones, in qbus eſt ſanitas, dum per virtutes reformant̃ morales: per oſſa autem, actus partis intellectiuæ. ¶ Conſequẽter fit admonitio ad ſacrificia Deo placentia. [Honora Dominum de tua ſubſtãtia] id eſt, de rebus & opibus tibi conceſſis offer Deo ſacrificia in lege præcepta, hoſtiasq; ſpontaneas ex deuotione, pro pace, pro gr̃arum actione, pro ſpiritalibus chariſmatibus obtinendis, & eorũ profectibus: de qbus oblationibus in
Numer. 7. Leuitico, in libro Numerorũ, ac Deuteronomio copioſa eſt mẽtio: quę omnia offerebãtur Deo in recognitionem vniuerſalis dominij ſui, & q ipſe ſit omnis bonis collator. [& de primitijs omniũ frugũ tuarũ] i. de melioribus fructibus terꝛę tuę potiora, nõ viliora, offerendo creatori dignitatis ac excellẽtię infinitę. Vñ & Abel obtulit Deo de primogenitis gregis ſui, & adipibus eorũ, & placuit Deo: Cain verò de fructibꝰ terꝛę, vtiq; de deterioribꝰ, vt legit

Ge-

Gene. 4. Hinc ſcriptum eſt Malach. 1. Si offeratis claudũ aut languidum, nonnè malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit: Hoc eſt, ſi talia viliora offerretis ſeu exhiberetis principi veſtro terreno, non ei placeret, ſed indignaꝛeꝛ q talia vilia ſibi darenẽ. Hinc rurſùs in eodẽ ferẽ Propheta: Maledictus doloſus, q habet in grege ſuo maſculũ, & votum faciens, immolat debile Dño. Spũaliter aũt de omnibus bonis nobis conceſſis, debemus Deo ſacrificium laudis, gr̃arum actionẽ, reuerẽtiamq; offerre: immò noſipſos totaliter, & quicqd habemus in eius cultũ obſequiumq; cõuertere. Oblatiões quoquè & decimas corporales ab Eccleſia inſtitutas, fideliter & libẽter perſoluere & offerre, nec in Dei cõſpectu vacui apparere, & qcquid p̃cipuè bonũ habemus aut agimus, debemus ſpecialiter Deo aſſcribere: nec aliqd nobiſipſis, niſi peccata noſtra & vitia, deputare. [da pauperibus] i. non ſolũ prefato modo de bonis tuis Deũ honora, ſed & pauperibus, q ſunt frẽs & proximi tui, mẽbraq; Dei, cõmunica & ſuccurre. [& implebunt̃ horrea tua ſaturitate] i. fructibus terræ copioſis, q tibi & tuis domeſticis ad refectionẽ plenè ſufficiẽt. [& vino torcularia] tua [redundabũt] i. vineę tuæ tor proferẽt vuas, q in torcularibus exprimeꝛ de eis vinũ abundãs, quod in Deutero. quoq; promittiꝰ. Spũaliter aũt q opera pietatis exercet, & verbo cæleſtis doctrinæ reficit audientes, ac poculo ſpũalis cõſolationis recreat eos, mereꝛ vt horrea ſua impleanꝰ ſaturitate, i. potentiæ aĩæ ſuę, quę ſunt ſubiecta gr̃ę ac virtutũ, p̃ſertìm intellectus atq; voluntas, impleãtur à Deo interna refectione, & torcularia eius vino redundẽt, i. vires prefatæ, in qbus ex litera trahiꝰ ſpũalis intelligẽtia, ſicut ex vua per preſſurã educiꝰ vinum, repleanꝰ ſpũali ac ſobria ebrietate, ex diuinorũ cõtemplatiõe & charitatis feruore. ¶ Inſuper iuxta Gloſſam, quẽadmodùm electi habent theſauros in cælo, (ſecũdùm quod ait Saluator Mat. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cælo) ſic & horrea ac torcularia habẽt ibidẽm: in qbus taliter reficienꝰ ac potabunꝰ, q vltrà nõ eſurient nec ſitiẽt. De qbus filius Dei diſſeruit: Facite vobis amicos de mãmona iniqtatis, vt cũ defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Itẽq;: In domo p̃ris mei mãſiones multę ſunt. Hoc eſt, diuerſi gradus præmiorũ, ſecũdùm varietatẽ ac differentiam meritorũ. ¶ Ampliùs, ſicut ex verbis ſanctorũ patrũ Hieronymi & Auguſtini, immò ex ſcripturis colligiꝰ, fidelis perſolutio decimarũ, primitiarũ & oblationũ ab Eccleſia ſtatutarum, cõſtructio eccleſiarũ, fundatio monaſteriorũ, exhibitio operũ miſericordiæ, quatuor mercedes à Domino ſortiunt̃. Prima eſt, abundantia opum, ex copioſa fertilitate agrorũ & vinearũ. Hinc loquiꝰ Deus Malach. 3. Inferte omnẽ decimã in horreũ meũ, vt ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, ſi non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionẽ meã vſq; ad abundãtiam, & non erit ſterilis vinea. Et Haggęi 1. Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinâſtis vnuſquiſq; in domum ſuã, propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli, nè darent rorem, & terra prohibita eſt, nè daret germẽ ſuũ. Et de hoc pleniùs alibi. Secunda merces, eſt prolongatio ac ſanitas vitæ. Tertia verò, affluentia gr̃æ in præſenti. Quarta autem, copia glorię in futuro. Deniquè in oblationibus quæ Deo fiunt, ipſe q cordium eſt inſpector, magìs reſpicit ad mentis ſynceritatem, charitatẽ ac deuotionem, quàm ad munerum quãtitatem. Ideò ſcriptũ eſt Geneſis 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Primò enim attẽdit & approbauit ipſius ſancti & innocentis Abel ſynceriſſimam deuotionẽ, & ità deincèps acceptauit ſacrificia eius. Hinc etiã Seneca in ſuis hortatur Prouerbijs: Non adſpicias, quàm plenas, ſed quàm puras manus quiſq; Deo admoueat. Nihilominùs Hoſtia Altaris, videlicet ſacrificiũ nouæ legis, per ſe cõplacet Deo. Sed quia nõnulli in proſperis Deo obſequunt̃, adhærent ac gratias agunt, in aduerſis aũt deficiunt & labuntur, de qbus diſſeruit Chriſtus, q ad tempus credunt, & tẽpore tentationis recedunt. Vndè & Pſal. 48. diciꝰ: Confitebiꝰ tibi cùm benè feceris ei. Ideò nunc hortaꝛ ſapientia, nè aduerſis frãgamur. [Diſciplinã Domini fili mi nè abijcias, neq; deficias quum ab eo corriperis.] Diſciplina Dei eſt omnis aduerſitas, tribulatio, caſtigatio, increpatio, quæ ex diuina prouidentia accidit nobis à quocunq; infligaꝰ. Et ſicut Iob 33. legiꝰ, Deus increpat quandoquè per doloꝛẽ in lectulo, & oĩa oſſa hoĩs marceſcere facit. Per ſplatos quoq; vicarios ſuos, & per principes ac iudices corripit & caſtigat, qui teſte Apoſtolo ad Romanos, miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum conſtituti. Omnia igitur iſta æqualiter ferre debemus, tanquàm virgam fideliſſimi patris: Primò, quia per iſta purgamur à vitijs: Secundò, quia per hæc creſcimus in virtutibus: Tertiò, quoniã per hæc à futuris grauiſſimis eripimur pœnis: Quarto, qa per iſta capiti noſtro propter nos paſſo, aliqualiter conformamur: Quintò, qa per hæc corona æternæ felicitatis nobis augetur: Sextò, qa per hæc efficimur in ſpũali conuerſatione exercitati. qui enim nõ eſt tẽtatus, qd ſcit? Septimò, qa ex horũ euẽtu cognoſcimus charitatẽ pa
Eccl. 34. tris cæleſtis ad nos, q ob tã multiplicẽ fructũ & commodũ noſtrũ, per p̃fata nos diſciplinat.

Hinc ſubdit:[Quem em̃ diligit Dñs, corripit, & quaſi pater in filio complacetſibi]i.beneplacitum eſt ei in his, ſicut pater complacentiã habet in filio ſuo dilecto & bono. Ideò ait gloſſa: Tanto minùs de flagello quo caſtigamur, murmurare debemus, quãto certiùs in eo pignus paternę dilectionis tenemus. Vndè & ipſe Apoc.3. fatet: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Hinc de reprobis Oſee 4. ait: Non viſitabo ſuper filias veſtras quũ fuerint fornicatæ.

Ezech.16. Per Ezechielẽ quoquè ait de reprobo indurato: Auferet zelus meus à te, non iraſcar tibi amplius. Et in Pſal.80. de impijs: Dimiſi eos ſecũdùm deſideria cordis eorũ. Hęc eſt metuẽdiſſima & grauiſſima Dei plaga ac ira, dum iuſto iudicio hominẽ ſic relinqt. ¶ Deſideremus ergò in vita pręſenti paternè caſtigari à Dño, & ſuperiorũ noſtrorũ correptiões atq; correctiones hilariter amplectamur, quũ & Apoſt. Heb.12. iubeat: In diſciplina perſeuerate: tanq̃ filijs vobis ſe offert Deus. Quis em̃ filius quẽ non corrigit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ergò adulteri, & non filij eſtis. Hinc etiã Iob 5. habet: Beatus homo q̃ corripit à Dño. Increpationẽ ergò Dñi nè reprobes: quoniã ipſe vulnerat, & medet: percutit, & manus eius ſanabunt. [Beatus homo q̃ inuenit ſapientiã]i.q̃ à Deo ſuſcipit ac retinet eã, præſertìm illam, quæ eſt donũ Spũſancti, in qua potiſſimè creſcit, diſciplinã Dñi modo prætacto gratanter ferendo, & in omni aduerſitate patientiã conſeruãdo. [& q̃ affluit prudentia]quę eſt virtus moralis digniſſima, virtutũ auriga, docẽs modũ in cunctis tenere, ac ordinatè ad finẽ intẽtum procedere, in qua q̃ affluit ſeu abundat, aptus eſt & alios gubernare. [Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri & argenti,]q̃a incomparabiliter eſt præſtantior corporalibus ac trãſitorijs opibus. [Primi & puriſſimi fructus eius:]Fructus ſapiẽtię huius, ſunt actiones, delectationes & cętera bona quæ oriunt̃ ex ea, q̃ fructus ſunt primi, i.principales atque pręcipui, ſicut & ipſa ſapientia inter virtutes & dona tenet primatum. Et item puriſſimi ex ſua natura, q̃a verſant̃ circa ſupermundiſſimũ illud obiectũ, quod Deus eſt, & circa ſpũalia ac diuina. Contemplatio quoquè, quæ eſt actus & fructus ſapientiæ huius, eſt affectuoſa ac lympida Dei cognitio. Circa hoc ſcribit quidã: Puriſſimi ſunt fructus ſapientiæ, quia ſpiritualia bona non habent aliquod malum admixtũ, ſicut frequenter habent corporalia, vt aurum, argentum, & conſimilia habent annexam ſolicitudinem, impedientem mentis eleIſa.64. uationem in Deum. Quod non videt congruè dictum, præſertìm cùm Iſaias affirmet: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitię noſtræ. Gregorius quoquè in Moralibus ſuper Iob, frequenter effatur, q̃ mens noſtra in diuinorũ contemplatione diù non figitur: quoniã carnis infirmitas & inſtabilitas cordis, trahunt deorſùm. Nonnè indefinenter ac miſerabiliter experimur, quãtę diſtractiones, venialeſq̃, culpę orationibus ac meditationibus noſtris aſſiduè miſceant̃, & in diuino obſequio negligentiæ, pigritiæ, ac ſomnolentiæ multæ contingant? [Precioſior eſt ſapientia cunctis opibus]tranſitorijs ac terrenis. [& omnia quæ deſiderantur,]ex vniuerſitate corporalium rerum, [huic non valent comparari.] Si autẽ prędicta exponant̃ de ſapiẽtia increata, quę in hac vita per fidem, charitatem & cõtemplationem aliquo modo inuenit & habet̃, certum eſt, q̃ illa incomparabiliter cunctis præmineat rebus creatis. De hac precioſitate & dignitate ſapientiæ, in libro Sapientiæ multa dicunt̃. De qua & Iob 28. aſſerit: Neſcit homo precium eius. Non dabit aurum obrizum pro ea, nec conferetur lapidi ſardonycho precioſiſſimo vel ſapphiro. [Longitudo dierũ in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.]Dextera & ſiniſtra metaphoricè aſcribit ſapientiæ, intelligendo per dexterã eius, potiora & pręclariora ſapiẽtię bona: per ſiniſtram verò, ſecundaria eius bona. Itaq; in dextera ſapientiæ, eſt longitudo dierũ, id eſt, dies æternitatis, & beatifica viſio increatæ & incommutabilis veritatis, ad quæ ſapientia habet primum ac principalem reſpectum. In ſiniſtra verò ipſius, ſunt diuitiæ exteriores, & gloria, id eſt, claritas famæ: q̃a ad ſapientiã duo hæc conſequi ſolent, ſicut in Salomone. Vel per diuitias & gloriam deſignant̃ accidẽtalia pręmia beatorũ, ad quę ſapiẽtia iſta perducit. [Viæ eius, viç pulchrę]Viæ ſapiẽtię, ſunt actiones & proceſſus ſeu doctrinę ac merita eius: quę omnia benè dicuntur viæ, quoniam ſicut via eſt medium inter duo extrema, & inter terminos duos: ſic actiones & merita vitę pręſentis, ſunt media quædam inter iſtud exilium ſeculumq̃; futurum: ſeu inter manſionem iſtam terrenã & patriã beatorũ. Itaq; viæ, i.actiones, contemplationes, delectationes, & merita ſapiẽtiæ, ſunt viæ pulchræ: q̃a in ipſis eſt ſplendor veritatis, lux gratiæ ac virtutis ſyncęritas, immunditiã etiam peccati depellunt. Et ſicut in corporalibus dicitur pulchrum, quod oblectat corporeũ viſum: ſic ſpũaliter pulchrum cenſet̃, quod interiorem viſum, ſcilicet intellectum, delectat: quod actibus ſapientiæ competit valdè: quũ & Philoſophus dicat, q̃ philoſophia, i.naturalis ſapientia, admirabiles delectatiões habet admixtas.

Sap.7.8.9 De qua re in libro Sapiẽtię plurima continent̃. [& omnes ſemitę eius pacificę.]Nam cõtem-

pla-

plationes & actiones, guſtus & profectus ſapientię huius, in ſemetipſis tranquillæ ſunt, & mentem q̃tant, perturbationem excludunt, atque ad pacem æternitatis perducunt.

¶ Inſuper viæ increatę ſapientiæ, vtpotè Chriſti pręcepta, documenta & exempla ſeu opera, prorſùs pulcherrima ſunt, omnẽ turpitudinẽ culpæ, deformitatem q̃; falſitatis excludentia ex ſe & prohibentia alijs: & ſemitæ eius pacificæ, i. euãgelica eius conſilia ad pacem pectoris ac trãquilliſſimam vitã diſponentia ac perducentia. Docent em̃ inquietudinem paſſionum, ſolicitudinẽ temporaliũ, occupationẽ terrenorũ, concupiſcẽtias carnis omninò vitare, atque in ſolo Deo recolligere ac figere mẽtem. Rurſùs ſemitæ Chriſti pacificæ, quia per eius myſteria ac opera reconciliati exiſtimus Deo. [Lignũ vitæ eſt his qui apprehenderunt eam]i.ſapiẽtia inſtàr ligni vitę, quod eſt in paradiſo, ſpũaliter reficit, & in vita gr̃æ conſeruat, ac roborat ſapiẽtem. Quemadmodùm lignũ illud vitę ſitum in medio paradiſi, conſer Gen.1.2.3
uatiuum fuit & eſt vitę corporalis in ſuo vigore: ſic Chriſtus quoquè, qui etiam, dum iret vt
crucifigereꝰ, nuncupauit ſe viride lignum, rectè dicitur lignum vitę credentibus in ſe: quia Luc. 23.
multiplici alimonia reficit ac ſuſtentat fideles, quouſquè de vita gratię ad vitam gloriæ eleuent̃, videlicet pane lachrymarum, vigore operationum bonarum, donis gr̃æ ac virtutum, Pſal.76.
conſolatione & ſpe futurorum, immò ſeipſo, ſuiq̃; corporis ac ſanguinis ſacramento. Nam
ait: Ego ſum panis vitæ. Et, Hic eſt panis viuus de cælo deſcendens, vt ſi quis manducauerit Ioan.6.
ex ipſo, non moriat̃ in æternum. [& qui tenuerit eam,]id eſt, qui vitauerit omne peccatum
mortale, quo donum ſapientiæ perdit̃, & gratioſa CHRISTI præſentia tollitur. [Beatus
eſt]iam in ſpe & merito, ac prælibatione & diſpoſitione propinqua. [Dominus ſapientia
fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia.]Sapientia quãdoquè dicit̃ in Deo abſolutè,
& eſt ipſa diuina eſſentia, & toti ſuperbeatiſſimæ Trinitati communis eſt, & vna in tribus
ſuperſanctis perſonis: Attamen filio appropriatur, ſicut & bonitas Spiritui ſancto. Filius
enim eſt verbum & emanatio intellectũs Dei patris, ſapientia verò ad intellectum pertinẽs.
Quãdoquè autem ſapientia dicit̃ in diuinis notionaliter, perſonaliter ſeu relatiuè de filio,
qui(vt ait Apoſtolus)eſt virtus & ſapientia patris, & vtroque modo poteſt hic accipi. Nam 1.Co.1.
Deus Trinitas ſapientia ſua(id eſt, per ſapientiã ſuam, tanquàm per exemplar & artem operis ſui)vniuerſa creauit, iuxta illud Pſal.103. Omnia in ſapiẽtia feciſti. Pater quoquè per vnigenitum filium ſuum condidit cuncta, ſecundùm quod ait ſcriptura: Omnia per ipſum fa- Ioan.1.
cta ſunt. Dominus ergò ſapientia ſua fundauit, id eſt, in medio mundi firmiter & immobiliter fecit ac poſuit terrã, ſicut cantat̃: Etenim firmauit orbem, qui non commouebit̃. Con- Pſal.92.
ſtituit enim eam in medio vniuerſi pro centro. Et de hoc loquitur Deus Iob 38. ſubtiliter:
Vbì, inquiens, eras quãdò ponebam fundamenta terræ? Quis poſuit mẽſuras eius? vel quis
tetendit ſuper eam lineã? ſuper quo baſes eius ſolidatæ ſunt? Prætereà, in Deo idem ſunt ſapientia & prudentia: ſed inquantùm ſapientia Dei, reſpectu creaturarum, eſt practica, vocatur prudentia: ſicq̃; per ſuam prudentiã ſtabiliuit orbes cæleſtes, quoniã eſſe incorruptibile atq; perpetuum tribuit illis, quãuis alibi ſcriptum ſit, Ipſi peribunt: quod non eſt de corruptione ſubſtãtialis eſſe, ſed de variatione cuiuſdã accidentalis eſſe intelligendum. [Sapientia illius eruperunt abyſſi]id eſt, venæ ventriculiq̃; aquarum exiſtentes ſub terra, vel particularia maria, ſeu congregationes aquarum oceani. Hoc nanque eſt opus infinitæ ſapientiæ omnipotentis opificis, quòd in ventriculis terræ aqua ſic continet̃, & erumpit in fontes
ac puteos, atque in flumina magna per terram fluentia, & omnes hæ aquæ ex Oceano originaliter deriuant̃ ac manant, ex quo etiam fons paradiſi habet originem, qui in quatuor
magna flumina erumpit, partitur, ac funditur, vt Geneſis 2. habetur. Tempore quoquè diluuij rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, vt ſcriptum eſt Geneſis 7. Hinc ait altiſſimus:
Quis concluſit oſtijs mare, quandò erumpebat quaſi de vulua procedens? [& nubes rore Iob 38.
concreſcunt,]id eſt, denſantur: quia ſapientia Dei ſic ordinante, pro terræ irrigatione, &
fructificatione, ex ſolis calore vapores & exhalationes ex aquis eleuantur, ac inſpiſſantur
in aere, fiuntq̃ue nubes, ex quorum reſolutione deſcendunt imber & ros: quanuis diuerſimodè. Ros nanque, ſecundùm Philoſophum, eſt effectus temperati caloris, & ex ſubtiliori
nube deſcendens, & frequentiùs generatur in Vere. In his ergò ſapientia Dei relucet. Propter quod in ſcripturis hęc multotiès continent̃, vt omnipotentiam ac prouidentiã creato
ris in ſuis contemplemur, miremur, ac veneremur effectibus. Hinc ſcriptum eſt: Si voluerit Iob 36.
extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoquè
maris operiet. Per hęc enim iudicat populos, & dat eſcam multis mortalibus. Et rurſùs ait
ſcriptura: Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum, quę luſtrant cuncta Iob 37.
per circuitum, quocunquè eas voluntas gubernantis duxerit.

¶Spiritualiter Dñs ſapientia fundauit terrã, id eſt, Pater per vnicũ filium ſuum inſtituit & firmauit militantem Eccleſiã in terra peregrinãtem, quã in fidei ſoliditate, ſpe & charitate fundauit. Stabiliuit quoquè cęlos, i. ſanctos Apoſtolos & prędicatores ac contemplatiuos, quorũ conuerſatio eſt in cælis, prudẽtia, in qua & ipſos perficit ad regimen aliorum. Vel cælos, id eſt, triumphãtem Eccleſiã, cuius perpetua & ſecura manſio eſt in cælo Empyreo. Sapiẽtia illius eruperunt abyſſi, i. fluenta gr̃æ & doctrinę, ex fontibus ſacramẽtorũ & ſacrorum voluminũ profluxerũt. Et nubes, i. aliorũ prælati & doctores, q̃ inſtàr nubiũ eleuãtur de terra, & ſtillicidia influunt doctrinarũ: rore concreſcunt, i. ſuperna irrigatione ſapientię
Iſa. 26. irrigant, ac torrente voluptatis diuinę inundantur. Vndè Iſaias loquit̃ Deo: Ros tuus, ros dulcis. [Fili mi, nè effluant hæc ab oculis tuis] i. præfatę ſaluberrimę inſtructiones & exhortationes, nequaquàm recedãt ab intuitu & memoria interiorũ oculorũ tuorũ. [Cuſtodi legem,] eam recolendo ac implendo. [& conſilium, Jacqeſcendo bonis conſilijs, [& erit vita animę tuę.] i. hęc faciendo, habebis vitã gratię in preſenti, & vitã glorię in futuro. Vndè Saluator Mat. 19. Si vis, inq̃t, intrare ad vitam, ſerua mãdata. Ideò ſcriptũ eſt Baruch 4. Hic liber mandatorũ Dei, & lex quę eſt in æternũ: omnes qui tenent eã, peruenient ad vitã: qui autem derelinquunt eã, ad mortẽ. [& gratia faucibus tuis:] id eſt, gr̃a diſcretionis ad loquẽdum, inſtruẽdum, & corripiẽdum opportunè & fructuoſè præſtabit̃ tibi: eruntq́; verba legis diuinę interiori tuo palato ſuauia, iuxta illud Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Vel gr̃a erit faucibus tuis, id eſt, temperãtiæ virtus donabit̃ guſtui tuo, ad reficiendum te moderatè. De quibus faucibus fertur Iob 12. Nonnè auris verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem? Hanc enim temperãtiam ſapientia confert, quoniã facit in ſpũalibus delectari, & carnalia aſpernari oblectamenta. Prudentia quoquè prę̃figit menſurã in cibo & potu. [Tunc ambulabis fidutialiter in via tua,] i. bona cõuerſatione proficies confidenter, & proficiendo confides in Dño, conſcientiã quoquè bonã habendo, eris vir bonę ſpei. Nam & Philoſophus proteſtat̃, q̃ hi q̃ in diuinis benè ſe habent, melioris ſunt ſpei. [& pes tuus non impinget] i. affectus tuus ſeu operatio, qua tendis ad finẽ, non ceſpitabit recedẽdo à via virtutũ ac medio rationis. Prudẽtia etenim diriget te, vt cum Propheta dicere queas illud Pſal. 25. Pes me' ſtetit in directo. Et cũ S. Iob cap. 23. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. [Si dormiẽris, non q̃eſces, & ſuauis erit ſomnus tuus.] Hoc ad literã ità eſt, q̃ virtuoſus & ſapiens, prudẽs & innocẽs, iuſtus & perfectus, ſecurior atq; tranquillior eſt in cunctis, nec in ſomno terreẽ, ſed dulciter dormit. Nam ſicut animus inordinatus ſibijpſi pœnalis ac grauis eſt, ſic animus ordinatus eſt iucundus, quietus & dulcis, & per ſapiẽtiam conſolari ſe poteſt, per patientiã quoquè completã manet in aduerſitatibus etiã magnis imperturbatus. Propter quod dicit̃ in Ethicis, q̃ ſtudioſi habẽt phãtaſmata meliora, dum à vigilia ad ſomnum pertrãſeũt. Nã q̃d homo in vigilia tractat, hoc ſibi in ſomno ſolet occurrere. Ideò ſicut iniqui in vigilia frequenter de inſidijs & terribilibus eis imminentibus cogitãt, ſic in ſomno terribilia & moleſta ſæpè ſomnia habẽt. Nihilomin⁹ ex tẽtatiõe diaboli & corporali indiſpoſitiõe, poteſt & iuſtis in ſomno terror occurrere, & inquietudo abſq; malitia generari, prout B. Iob de ſeipſo teſtat̃: Si dormiẽro, dicam, quãdò conſurgam? & terrebis me per ſomnia.
Iob 7. Loquit̃ aũt Salomon cõformãdo ſe legi, quę obſeruatoribus ſuis ſecurũ & quietũ ſomnum in Deuter. libro promiſit, trãſgreſſoribus verò prędixit contrariũ. Vndè ibidẽm inducit̃ de
Deut. 28. iniquo: Erit vita tua quaſi pendens ante te: Timebis die ac nocte, & non credes vitę tuę. Manè dices, q̃s mihi det veſperam? & veſperè, q̃s mihi det manè? propter cordis tui formidinẽ, qua terreberis. Inſuper iuſtus & innocẽs, quũ dormiẽrit ſomno mortis, aut non timebit, aut à ſuo timore citò eripiet̃, & erit ſecurus. Quidã vero ità diuini ſunt, q̃ etiã in ſomno orant, pſallunt, meditant̃, & multa intelligunt, quæ vigilando intelligẽre non valebant, quibus di
Cant. 5. cere licet: Ego dormio, & cor meum vigilat. [Nè paueas repẽtino errore] id eſt, non concutiaris timore, qui inopinatè ac ſubitò ſolet oriri ex aliquo ſenſibili ſtrepitu, clamore, phãtaſia, aut ſimili quod ſolet timeri. Veruntũ primi motus naturaliũ paſſionũ non benè ſunt in noſtra poteſtate, ſed quo magis in virtutib⁹ creſcimus, eo faciliùs eos refrenamus ac moderamur. Idcircò quod ait, Nè paueas repentino terrore: ſic accipi poteſt, vt non immoremur tali formidini, ſed ex conſideratione diuinę preſentiæ, & confidẽtia protectionis ſupernę eã abijciamus, ac animemur in Deo. Ideò ſubdit: [& irruẽtes tibi potẽtias impiorum] non metuas, quod tam de inuiſibilibus, quàm viſibilibus hoſtibus poteſt exponi. Nam de viſibilibus ait Saluator Mat. 10. Nolite timere eos qui corpus occidũt. Non em̃ timẽdi ſunt immoderato ſeu carnali aut mũdano timore, q̃uis naturalis timor non exteat illicitus. Perfectius verò & meliùs eſt, vt ſit homo paratus pati, quicquid aduerſi voluerit aut permiſerit Deus

Deus ei accidere: & hoc amore Dei, & pro ſuis peccatis, & pro exercitatiõe virtutis, ac incremento ſalutis. Inuiſibiles quoquè hoſtes non ſunt timendi timore inordinato & immoderato, qui rationem & actum virtutum impediat & conturbet: ſed ex conſideratione diuinę preſentiæ, & confidẽtia protectionis ſupernæ, atq; ſubuentionis angelicę ſunt vilipẽdendi. Ideò ſubdit: [Dominus em̃ erit in latere tuo] i. gratioſè aſſiſtet, ſi cõfidas in eo, & ad ipſum ſyncerè confugias. [& cuſtodiet pedẽ tuum, nè capiaris] ab hoſtibus, i. nè vel corporaliter vel ſpũaliter noceãt tibi. Quòd ſi Dominus permiſerit te corporaliter lædi ab eis, hoc erit pro tuo meliori, dummodò patiẽter ſuſtineas, ſicut permiſit S. Antonium à dęmonibus flagellari, ſanctoſq́; martyres à tyrannis occídi. Quotidiè quoquè permittit iuſtos à prauis infeſtari hominibus. Ideò viri perfecti excludunt omnẽ carnalem, mũdanum & inordinatum timorem. Vndè ſanctus Iob: Si expaui, inquit, ad multitudinẽ nimiã. Et Pſalmiſta: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quẽ timebo? Dominus protector vitę meæ: à quo trepidabo? &c. Item q̃: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniã à dextris eſt mihi, nè commouear. ¶Prętereà, aliqui ſunt ità perfecti, q̃ nec primos motus repentinæ formidinis ſentiãt. Vndè (vt in Vitis patrum habeẽ) quum quidã interrogâſſet abbatem Theodorum, Si fiat ſtrepitus improuiſè, aut ſonitus magnus, timés ne? Qui reſpondit: Si cælum terræ adhæreat, Theodorus non formidat. Sanctus quoquè Abbas Macarius, quum in templo quodam idolorum ſe poſuiſſet ad dormiendum, & caluariã ſuo capiti quaſi pro puluinari ſuppoſuiſſet, cœpit diabolus clamare ex illa caluaria. Macarius verò nil metuens, cum capite ſuo tundebat ſuper caluariam, dicens diabolo: Si aliquid potes, fac. Econtrà, quidam ſunt tam imperfecti, q̃ faciliter immoderãterq́; timeãt, præſertim nocturno tempore, dum fuerint ſoli, non penſantes omnipotentis & ſanctorum angelorum preſentiam: nec attendentes pulcherrimum ſenſum præclariſſimi Pſalmi, qui incipit: Qui habitat in adiutorio altiſſimi. Eſt autem timor immoderatus valdè pœnalis, miſer, & deteſtãdus. Propter quod etiam Seneca dixit: Heu quàm miſerum eſt, metuendo fieri ſenem. [Noli prohibere benefacere eum qui poteſt.] id eſt, neminem à bono actu impedias, aut retardes, quin ſcilicet tempore opportuno faciat illum: Alioquì omiſſio boni illius imputabit̃ tibi. [ſi vales, & ipſe fac bonum] alteri ſuccurrendo, ſeu opus virtutum quodcunque exercendo. [Nè dicas amico] id eſt, proximo tuo, aliquid à te rationabiliter poſtulanti: [Vade & reuertere, & cras dabo tibi, quum ſtatim poſſis dare.] Niſi rationabile impedimentum mox dandi occurrat. In tali etenim caſu, dilatio nec liberalitati, nec miſericordię, nec charitati concordat. Immò ſicut (teſte Apoſtolo) hilarem, ſic & celerem, datorem diligit Deus. nec nobilis animi eſt, vt faciat vel permittat proximum ſuum à ſe triſtem recedere: ſed ſicut volumus exaudiri à Deo, exaudiamus & proximos. Etenim iuxta verſiculum, Qui citò dat, bis dat: nec ſcit dare, qui dare tardat. Hinc Seneca in ſuis ſcribit Prouerbijs: Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. Et rurſùs notabiliter proteſtat̃: Beneficijs humana vita conſtat, & concordia: non terrore, ſed mutuo amore in fœdus auxilium q̃ cõmune conſtringit̃. [Nè moliaris amico tuo malum] i. dãnum, aut infeſtationem nõ excogites, nec inferre conaris proximo tuo. [quum ille in te habeat fidutiam.] Hoc nanq; impijſſimum eſſet, & contra legem naturalem, diuinam, ac poſitiuam. Immò econtrario opta & procura ei bonum, ſicut confidit de te. Grauiſſimus certè eſt inimicus occultus & familiaris, qui putat̃ amicus. Hinc Seneca Tulliuſq́; teſtantur: Peiora ſunt tecta odia, quàm aperta. Et iterùm Seneca faſſus eſt: Grauior eſt inimicus qui latet ſub pectore. De hoc Cyrillus in ſuis prouerbijs pleniùs docet, prout ſuis locis tangeẽ. [Nè contendas aduerſùs hominẽ fruſtrà] id eſt, inaniter & ſine cauſa idonea. [quum ipſe tibi nihil mali fecerit.] Veruntamen iudex, qui eſt publica perſona, arguere debet non ſolùm eos qui peccant in ipſum, ſed & iniurioſos in alios. Contentio autem propriè ſumpta, ab Apoſt. Gal. 5. inter mortalia computat̃ peccata: q̃ (vt ait Ambroſius) eſt impugnatio agnitę veritatis, cum confidẽtia clamoris. Vndè rurſùs ait Apoſtolus: Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Hinc Seneca in prouerbijs ſuis diſſeruit: Cum pari contẽdere, anceps eſt: cum ſuperiore, furioſum: cũ inferiori, ſordidum. [Nè æmuleris hominẽ iniuſtum] i. eum non ames, inquãtùm talis eſt, ſed inquãtùm homo viator: nec eum ſequaris in vitijs, nec inuidentiã contra eum concipias, de eius proſperitate dolendo, ſed cõmitte hoc occulto iudicio Dei, niſi forſan periculoſum ſit bono cõmuni. Ideò ſcriptũ eſt: Noli æmulari in malignãtibus. [nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini eſt omnis illuſor] id eſt, iniuſtus, qui ipſo facto illuſor eſt, & Dei præcepta irridet, ac ſpernit in opere. Ideò eſt abominabilis deo, q̃ iuſt⁹ eſt, & iuſtitias dilexit, oditq́; oẽs qui operantur iniquitatẽ. [& cum ſimplicibus ſermocinatio eius.] Hoc dupliciter poteſt exponi.

Primò,

Pro. 14. Primò, q̃ ſermocinatio illuſoris eſt cum ſimplicibus, qñ tales faciliùs poteſt decipere. Innocens enim credit omni verbo, quum ſit humanarũ aſtutiarũ fraudumq; ignarus. Secundò, q̃ ſermocinatio Dei ſit cum ſimplicibus, q̃ quum ſint ſynceri ac innocẽtes, ſpecialiter ſunt
Pſal. 50. capaces illuminationis diuinæ. Ideò in ipſis loqtur Deus, & ſecreta ſapiẽtiæ ſuę eis reuelat. [Egeſtas à Domino in domo impij.] Certũ eſt, q̃ ſpũalium diuitiarum ſeu virtutum inopia ſit in corde iniqui & in domeſticis eius, q̃ ei in vitijs ſunt conformes, quãdoquè etiã temporalibus rebus propter ſuos exceſſus priuãtur. [habitacula autem iuſtorũ benedicentur,] id eſt, congregationes ſeu perſonę virtuoſæ abundabunt bonis gr̃æ in hac vita, & bonis gloriæ æternalis in pr̃ia. Benedicunt quoquè, id eſt, laudãtur à multis, & frequenter etiã in temporalib⁹ ſatis abundãt. [Ipſe] Deus [deludet illuſores:] in quorũ interitu ridet: & quũ debi
Pſal. 7. tas incurrerint pœnas, eos ſubſannat, vt dictũ eſt. Permittet quoquè eos à dæmonibus decipi, laqueosq; incidere, quos alijs parãt: & in die iudicij eorundẽ, oſtendet eos deluſos. Ideò
Iſa. 28. Iſa. 28. pr̃cipit: Nolite illudere, vt non conſtringãtur vincula veſtra. Deniquè Iudæos incredulos, qui Chr̃m illuſerunt, p̃mittet ab Antichr̃o illudi: atq; (vt aſſerit gloſſa) illuſor eſt, qui
Iudith 9. verba Dei, quæ nouit, implere contemnit: vel ea peruerſè intelligẽdo, ac malè docẽdo corrumpit. [mãſuetis dabit gr̃am.] i. virtutũ & gr̃æ incrementa. Quemadmodùm enim ira, ſua
inquietudine mentem à gr̃a impedit, ſic mãſuetudo ſua quiete efficit eam ſpũalium chariſmarum ſuſceptiuã, eiusq; precem Deo acceptã, ſicut in libro Iudith habẽt: Manſuetorum
& humilium ſemper tibi placuit oratio. Hinc diuinus Dionyſius in epiſtola ad Demophi-
Nume. 12. lum monachum proteſtat̃, q̃ Moſes, Dauid, & Ioſeph præcipuã apud Dñm gr̃am inuene-
Pſal. 13. runt, quoniã mites erãt. At verò pro eo quod hic habẽt, Ipſe deludet illuſores, manſuetis au-
Gene. 43. tem dabit gr̃am. Septuaginta tranſtulerunt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gra-
Iaco. 4. tiam. Et iuxta hãc literã beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Iacobus in ſuis epiſtolis iſtã introducunt ſcripturam, vt tangit Gloſſa. [Gloriã ſapientes poſſidebunt:] Quia ſempiternã in cæ-
1. Pet. 5. lis gloriam conſequentur, & ſpirituali iucunditate contemplando diuina replentur, ſicut in Ethicis ait Philoſophus: Homo contemplatiuus plenus eſt iucundis theorematibus, in quorum conſideratione lætatur. Sapientes etiã in vita ſua, & poſt obitum habent famam laudabilem. Nam & ſapientiæ honor debetur. Vndè Eccleſiaſtici 39. ſertur: Collaudabunt multi ſapientiam eius, non recedet memoria eius. Et Daniel. 12. legitur: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. [Stultorum exultatio, ignominia:] id eſt, deteſtanda
& fatua, quia eorum lætitia eſt inanis, & lætantur in rebus vanis, ſtultis, illicitis, ſicut præha-
Prouer. 1. bitum eſt, Lætantur quum malè fecerint. Porrò in Hebræo (vt ſertur) habetur: Stultorũ exaltatio, ignominia. Sunt enim exaltatione, honore, prælatione indigni: & quanto plùs promouentur ac ſublimantur, tanto eorum ſtoliditas magìs oſtenditur. Sicut & nuditas ſimiæ retrò tanto plùs ridenda monſtratur, quanto ampliùs aſcendendo leuatur. Ideò Seneca dixit: Superbi gloria citò fit ignominia.

¶Elucidatio cap. 4. Audite filij diſciplinam patris. Art. 4.

RVrſùs hortatur Salomon ad ſapiẽtię deſiderium ac amorem, & in hoc ponit ſe in exemplum. [Audite filij diſciplinã patris] cæleſtis, Dei omnipotentis: vel mei, q̃ ſum pater veſter per ſapientię excellentiã. Atq; ad literã, authoritate regię dignitatis potuit ſe pr̃em appellare, pr̃ſertim ſubditorum ſuorum. [& attendite] i. diligenter aduertite verba mea, [vt ſciatis prudentiã.] q̃a primò oportet ſcire, deindè operari. Et quãuis prudẽtia, quę eſt virtus infuſa, ſit immediatè & tota à Deo, tamen ad eius infuſionem ac profectũ poteſt ſe homo diſponere, & per ſtudiũ ac experiẽtiã proficit in eadem. [Donũ bonum tribuã vobis] vtpotè ſapientiã, ad quã homo hominem poteſt diſponere, excitare, inducere. [Nam & ego] Salomon [filius patris mei.] Dauid regis [fui tenellus] id eſt, valdè tener & delicatus. Vndè Dauid dixit ad populum Iſrael: Salomonem filium
meum elegit Dominus adhuc puerum & tenellum. [& vnigenitus coram matre mea] Beth-
ſabee. ¶Contra hoc eſt duplex obiectio: Prima, quia vt ſecundo Regum narratur, Dauid
2. Reg. 11. genuit ex Bethſabee filium vnum ante Salomonis natiuitatem. Secunda, quoniam pri-
1. Par. 3. mo Paralipomenon ſcriptum eſt: In Hieruſalem nati ſunt ei, ſcilicet Dauid regi, filij Samaa & Sobab, Nathan & Salomon, quatuor de Bethſabee. ¶Ad horum primum reſpondet Hieronymus, quòd primus ille filius ex Dauid & Bethſabee genitus, ſine nomine, id eſt, ante circunciſionẽ, in qua nomẽ imponebat̃, diſceſſit quaſi nunquàm fuiſſet. Et etiam quia in
circũciſione fiebat ab originali peccato purgatio, quę fuit ſpiritualis regeneratio, ſicut mo-
Luc. 2. dò baptiſmus: ſicq; puer ille ante huiuſcemodi natiuitatem videtur obijſſe. Vndè de ſacratiſſimo Ioanne Baptiſta legitur angelus patri illius prenunciâſſe: Pro eo quòd non credidi-

ſti verbis meis, non poteris loqui vſq; in diem natiuitatis eius. Nam vſq; in octauum diem, quo S. Ioannes fuit circũciſus, pater ipſius permãſit mutus, vt patet Luc. 1. Ad ſecũdum cõmuniter reſpondet̃, q̃ tres alij iam pr̃fati, fuerũt carnales filij Vrię ex Bethſabee, & adopti
ui filij Dauid, q̃ ipſam Bethſabee ducẽdo vxorem, filios eius adoptauit in ſuos. [& docebat me] pater meus, videlicet Dauid, [atq; dicebat, Suſcipiat verba mea cor tuũ, cuſtodi p̃cepta mea] quę tibi propono de obſeruãda iuſtitia, de diuino obſequio, de tẽplo ędificãdo. Qualiter em̃ de his Dauid Salomonem inſtruxerit, 1. Paralip. 28. partim habẽt. Vel Salomon per
p̃em ſuum intelligit Deum, q̃ per Nathan dixit de ipſo: Ego ero illi in p̃em: & per matrem 2. Reg. 7.
Synagogã, cuius extitit filius, & quaſi vnigenitus ab ea dilectus, ſicut nunc vnuſq; ſq; fidelis
vocat̃ eccleſię filius. Vel Salomon in perſona Chriſti hęc loquit̃, qui fuit vnicus naturalis ſq;
filius p̃is æterni, & vnigenitus filius virginis, quem ſecũdùm naturã aſſumptã pater ab incarnationis inſtãti inſtruxit pleniſſimè in momento, & fuit tenerrimus corpore, tanquàm
ex puriſſimis ſanctæ virginis natus ſanguinibus, & nobiliſſimę prorſùs complexionis, atq;
in omni charitate ac pietate in viſceribus miſericordiæ omninò tenellus, & tenerrimus
mẽte. [Poſſide ſapientiã. Poſſide prudentiã. Nè obliuiſcaris, neq; declines à verbis oris mei.
Nè dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eam, & conſeruabit te. Principiũ ſapientiæ, poſſide
ſapientiã:] id eſt, admonitio iſta, qua te exhortor, dicens: Poſſide, id eſt, acqre, conſerua, cuſtodi ſapientiã, eſt principiũ ſapientię tibi, q̃a hãc exhortationem ſuſcipiendo, incipis ad ſapientiã aſſcendere ſeu diſponi, iuxta quem modũ Seneca aſſerit: Magna pars boni eſt, velle
fieri bonum. [& in omni poſſeſſione tua acqre prudentiã,] i. de nulla opulentia acqſita ſeu
tibi donata ſis contentus, niſi prudentiã quoquè poſſideas, ſine qua cęterę virtutes mox degenerarẽt in vitia. [Arripe illã] putà prudentiã ſeu ſapientiã, [& exaltabit te] i. ſpũaliter magnũ efficiet, atq; idoneũ alios gubernare. [& glorificaberis ab ea, quũ eã fueris amplexat⁹]
in corde, vt ſponſam chariſſimã. Nępe in dono ſapientię proficiẽdo, fit homo tãdèm quaſi
cõſiliarius ac ſecretarius Dei, & in regno cæleſti glorificari mereẽt. In pr̃ſenti quoquè multipliciter honorat̃, ſicut de hoc in Sap. libro multa habẽt. Hinc ait Philoſophus, q̃ ſapiẽtia
eſt diuina poſſeſſio. [Dabit capiti tuo augmenta gr̃arum,] i. per ſapientiã cor tuũ proficiet
in omni gr̃a, virtute, dono & fructu Spũſſancti. [& corona inclyta proteget te] i. aurea illa,
quæ eſt præmiũ eſſentiale in p̃ſia, faciet te ſecurũ in ſempiternũ. De qua in Pſal. 20. dicitur
Deo: Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. Et Sap. 5. Accipient regnũ decoris,
& diadema ſpeciei de manu Dñi. Et Iſa. 61. ait: Vt darem lugentibus Sion coronã pro cinere. [Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicent̃ tibi anni vitæ] i. quatenùs in pr̃ſenti
viuas, q̃ diù hic fueris per gr̃am, atq; in die æternitatis per gloriã. [Viam ſapientię demonſtrabo tibi] i. docebo te qualiter ad ſapientiã veram queas pertingere, & in ea proficere, &
qui ſint actus ipſius. [ducam te per ſemitas æqtatis] i. per pr̃cepta iuſtitię. [quas cùm ingreſſus fueris] exequendo diuina mandata, [non arctabunt greſſus tui] i. liberè & iucundè
ſeruies Deo, & actiones tuę atq; affectiones erunt in latitudine charitatis. Et quãto plenius
via Dei profeceris, tanto facilius ac delectabilius erit tibi Deo ſeruire, q̃a charitas feruens
inſtigabit te ad agendũ omne bonũ alacriter, vt grata mente Dño pſallas, iuxta illud: Viam Pſal. 118.
mandatorũ tuorum cucurri, cùm dilatãſti, i. per charitatem extendiſti cor meũ, ad diligendum te feruenter ac proximos, & ad conſiderandũ pertinentia ad ſalutẽ. Hinc ait Saluator
Mat. 11. Iugum meum ſuaue eſt. Apoſtolus quoquè 2. Corinth. 2. Dilatatũ eſt, inquit, cor noſtrũ. Nihilominùs arcta eſt via ſalutis, habendo reſpectũ ad humanę fragilitatis cõditionem,
attñ per charitatẽ dulceſcit. [& currens] i. ea quę Dei ſunt, feruidè exequẽs. [nó habebis offendiculũ] i. nó impinges cadẽdo per culpam, ſed recto perges itinere ad beatitudinẽ æternalem. [Tene diſciplinam] i. correptionẽ, correctionẽ & ſalutarẽ doctrinam. [q̃a ipſa eſt vita tua] i. per eam viues in gr̃a, & deincèps beatus eris in gloria. [Nè delecteris in ſemitis impiorum] id eſt, in actibus vitioſis nullatenùs glorieris, nec aliorum impietati aut vanitati
conſentias. In ſpectaculis, torneamẽtis, haſtiludijs, choreis & conſimilibus vanitatibus non
habeas complacentiam, nec alienis peccatis communices, q̃bus planè communicas, ſi eorum impietatiaut vanitati conſentias autlæteris. Condolendum igitur alijs, dum eos talibus occupari & delectari videmus aut ſcimus. Nec corrideam⁹ eis in vanitatibus & inſanijs
falſis. Ideò quippe hortatur Apoſtolus Ephe. 5. Nolite communicare infructuoſis operibus
tenebrarum, magìs autem redarguite. Hinc ſubditur: [nec tibi placeat via malorũ] i. actio
iniquorũ. [Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina & deſere eam] id eſt, vt etiam vites occaſionẽ omnem peccandi, incautũ adſpectum, cõtactum, amplexum & oſcula, cõfabulationes furtiuas, munuſcula. Qui em̃ nó vitat occaſiões peccandi, citò incidit in laqueũ inimici,

& Dei offensam.[Non enim dormiunt nisi malefecerint] i.iniqui in vitijs assueti, nō quiescunt, nisi procedāt in actus illicitos, ad quos habitus prauus, cōsuetudoq; pessima, (quę est altera quædā natura maligni) eos inclinat. Nam & Philosophus protestat: Qualis quisq; est, talia cupit, loqtur, operatur. Hinc Christus talibus ait: Hypocritæ, quō potestis bona loqui cùm sitis mali? Et Hiere. 13. dicit vitiosis: Si mutare potest Aethiops pellem suā, & pardus varietates suas, & vos poteritis bñfacere, cū didiceritis malū. Hinc disseruit Aug. Moles imposita mōumēto, ipsa est dura vis cōsuetudinis, qua premit aīa, vt nec resurgere nec respirare permittat. Veruntñ sicut ad cōsuetudinem paulatìm pertingit, sic ipsa paulatìm Deo auxiliāte eradicat, quāuis difficulter id fiat. Attamen qbusdā repentè tāta infunditur gratię copia, vt celeriter atq; faciliter vincāt, abhorreāt, vitent quicqd pauloantè ex praua cōsuetudine placuit, prout Augustinus sibi cōtigisse fatetur. [nec capitur somnus ab eis] i. somnū non capiunt, [nisi supplantauerint] infirmiores ac simplices. [Comedunt panē impietatis, & vinū iniquitatis bibunt] i. cibis ac potibus iniustè acqsitis reficiūtur, in prauisq; actibus & affectibus, quasi in esculento & poculento, delectātur. [Iustorū aūt semita quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectā diem.] Semita iustorū est cōuersatio bonorum & cōtemplatio virtuosorū, in qua lux gratię, splendor sapientiæ, puritas cordis relucent. Hæc crescit spirituali profectu vsq; ad perfectū diem, i. ad summū gradū dono sapientię ac virtutum, & vsq; ad diem ęternitatis, de quo cātamus: Quia melior est dies vna in atrijs tuis super
Psal.83. millia, hoc est, de fide trāsit ad spem, de spe ad cōprehensionē, de charitate ad beatificā fruitionem. De qua via loqtur Isa. 30. Hęc est via, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram, neq; ad sinistrā. Et iterū 26. Semita iusti recta est. Et Psal. 34. Psallā & intelligā in via immaculata. [via aūt impiorū tenebrosa,] qa eorū vita tenebris ignorātiæ & errorū, caligine vitiorū, enormitate culparū, & immoderātijs passionum est plena, iuxta illud in Psal. 34. Fiat via illorum tenebræ & lubricū. Hinc de iniqs loquitur Paulus Ephe. 5. Fuistis aliquādò tenebræ. Et Iohan. 1. Tenebræ eā non comprehenderūt. Item q̄;: Lux venit in mūdum, & dilexerunt homines tenebras magìs q̄ lucem, [nesciunt vbi corruunt] i. propriū lapsum nō aduertunt, nec qualiter inferno appropinquent, attendunt, nec pensant sua pericula. Et dato
Iohā.3. q̄ informi & nuda notitia hoc aliqualiter pensent, nō tamen formata & efficaci notitia: qa excæcati sunt corde, & quasi insensibiles ad ea quæ Dei suntac suæ salutis. [Fili mi, ausculta sermones meos & eloquia mea, inclina aurem tuā.] qui enim ex Deo est, verba Dei audit. [Nè recedāt ab oculis tuis] interioribus. [custodi ea in medio cordis tui.] Huic simile est illud Deutero. 6. Erunt verba Dñi in corde tuo, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; consurgens: eruntq; & mouebūtur inter oculos tuos. [Vita enim sunt inuenientibus] i. recolentibus, ac opere exercentibus [ea] Ideò ait Saluator Ioh. 6. Verba quæ ego locutus sum vobis, spūs & vita sunt, [& vniuersæ carni sanitas] i. salus omnium hominum consistit in audientia & effectu verborum Dei. [Omni custodia custodi cor tuum] i. cum summa & iugi diligentia præserua mētem tuā ab omni cogitatiōe immunda, ab omni affectiōe iniqua, ab omni omissione culpabili: & insupèr exerce eā assiduè in meditationibus & affectiōibus sanctis, & verbis actibusq; virtutū. [quia ex ipso vita procedit] i. ex cordis puritate vita gratię deriuatur in actu omni exteriori: & nisi cor custodiat, reliqua bona fiunt inaniter. Immò quēadmodùm ex corporeo corde dependet & orit vita naturæ,
Mat.5. ità à corde spūali, quod est mens, pendet ac pullulat vita gratiæ, ac profectus in ea. Ideò ait Saluator: Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbunt. Et Deute. 4. Custodi temetipsum & animā tuam solicitè. Inuisibiles nāq; hostes ipsum cor tanquàm preciosissimū obsident castrum. Idcircò intensissima custodia est necessaria homini euadere cupienti. Hinc ait Eusebius Emissenus: Quid est q̄ nos vigilijs laboribusq; conficimus, & ea quæ Deus maximè in nobis esse desiderat ac requirit, (hoc est, cor mūdum à quotidianis culpis ac negligētijs istis, quas qui non vitat, paulatìm deficit, & ad grauiora prolabit) non habemus? Itemq;: Hęc est (inqt) spūalium bonorum ratio, vt cùm ea summo labore cōstet acquiri, tam facilè pereant, vt vix possit intelligi. Et indè est, q̄ interdùm nos sanctos putamus, quòniā lucra de laboribus æstimamus, & detrimenta subsequētia nō pensamus. Itaq; (iuxta doctrinā Clima chi) ponam⁹ in ianua cordis portarium & custodē, ipsum Dei timorē, q nihil illicitum permittat intrare, aut intùs manere, & sit cor nostrum semper in Dño. Nam quod amat, in eo se figere solet. Propter quod S. testat Hieronymus: Gulosus cor habet in ventre, lasciuus in lumbis, superbus in eminentia, auarus in pecunia. Hinc loquit Isa. 21. Super custodiā meam ego sum stās totis noctibus. Abacuc quoquè 2. Super custodiā meā stabo, & cōtēplabor qd respondeam ad arguentem me. [Remoue à te os prauum,] ità vt tu nec praua loquaris, nec

ora

ora loquentium mala consentiendo aduertas, sed fugias. Sic Saluator docet manū, pedem, oculū scādalizātem abscindere. Atq; Apostolus Col. 3. Mortificate, ait, membra vestra quæ sunt super terrā. Simili modo [detrahentia labia sint procùl à te:] vt nec detrahas, nec detrahenti cōmunices. Detractio nāq; enorme est vitiū, & grauius rapina ac furto: qm̄ aufert nomen bonū, quod diuitijs antefert. de hoc vitio infrà magìs dicet. Vñ & Iacobus ait apo- Mat.6.
sto. Nolite alterutrū detrahere frēs mei. Qui eñ detrahit fratri, detrahit legi. [Oculi tui] interiores [recta videāt] i. iusta ac salubria pensent ac approbent, inter vera & falsa, inter bona Iaco.4.
& mala discernāt, & qualiter sit agendū, voluntati ostendāt. [Et palpebræ tuæ] intellectuales, i. scientiæ & notitiæ tibi concessæ. [præcedāt gressus tuos] i. opera tua præueniāt, quatenùs sicut per exteriorē visum consideras, quò & qualiter sit eūdum, ità per scientiā & scripturam quā scis, perpēdas qualiter sit tibi viuendū: licq; consideratio præueniat actū, & vitiorū obliquitatē, ac viarū pericula fugiat ac deuitet, prout in libro de Consideratione plenìs docet Bernardus. Hinc Aggęus propheta ait: Ponite corda vestra super vias vestras. Et Agg.1.
Apost. Ephe. 5. monet: Videte quomodò cautè ambuletis. [Dirige semitas pedibus tuis] i. actiōes tuas ordina bonis affectibus, vt procedāt ex charitate & desiderio cōplacendi Deo, sicut hortat Apostolus 1. Cor. 14. Omnia aūt decenter & secūdùm ordinē fiant in vobis. [Et omnes viæ tuæ stabilient] i. opera tua sient stabiliter bona. Ordinatio nāq; prudētiæ & charitas, valdè stabiliūt mētem in Deo, & opera ex se procedentia faciunt firma: sicut econtrariò passiones, vitia a cimprudentia agitāt hominem, & per diuersa instàr venti effundūt, iuxta illud Psal. 82. Deus meus, pone illos vt rotā, & sicut stipulā ante faciem venti. Propterea Hier. 3. loquit Dñs: Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non cōmoueberis. Hinc Seneca libro de quatuor virtutibus, ait: Si prudentiā amplecteris, vbiqùe idem eris, & prout rerum ac temporis varietas exiget, ità te accōmodabis & applicabis rebus atq; temporibus, nec te in eis mutabis, sed potiùs coaptabis, sicut manus est eadē cùm in palmā extenditur, & dum in pugnū restringit. [Nè declines ad dextrā neq; ad sinistrā] i. regia via incede, nec ad aliquod vitiosum extremū diuertas, sed perseuera in medio virtutis, prout recta determinat ratio. Virtus nāq;, secundùm Philosophū, est quædā medietas inter duo extrema culpabilia, quorū vnum est manifestè malū, ideò per sinistrā significat: aliud bonum, immò valdè bonū esse putat, ideò per dextrā designat: Quēadmodùm in virtute abstinentiæ, mediū est abstinere, prout vires queunt sufferre: manifestq; malū est, omninò abstinere, & ieiunare non velle. Sed vltra vires abstinere & ieiunare, appāret quādoquè valdè laudabile, quanuis ex indiscreto feruore procedat. Porrò secūdùm Glossam, declinat ad dextrā, qui de iustitia sua præsumit: ad sinistrā, qui palàm peccat. Declinat quoquè ad dextrā, qui prosperis vel promissis ab itinere recto allicit: ad sinistrā verò, qui per aduersitates aut comminationes deijcit. Hinc scriptū est Isa. 30. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dextrā, neq; ad sinistrā. [Auerte pedem tuū à malo] i. affectū tuū cōpesce ab actu illicito, & omne quod agis, refrena à vitio. Totū aūt quod subditur in isto capitulo, (vt refert Lyra) non est in Hebræo, neq; de textu, sed per modū Glossæ ab aliquo creditur fuisse adiunctū, ac posteà ex Scriptorū imperitia textui mixtū. [Viasenim quę à dextris sunt, nouit Dñs.] Ea quę virtuosa & bona sunt, Deus nosci per approbationē, sicut Exo. 33. Dñs ad Mosen: Te ipsum, inqt, noui ex nomine. Vitiosa aūt & reproba, scit nuda & simplici intelligētia, iuxta illud Amos 5. Cognoui multa scelera vestra. Si ergò per vias quæ à dextris sunt, intelligant viæ veraciter bonæ, seu actus iustitiæ, illas scit Dñs per approbationem: si verò per eas intelligātur viæ quę multùm bonę videnī, & tamen ex indiscretione procedūt, illas nouit per intelligentiā simplicem & reprobationē. Sed primo modo videnī hìc accipi, quum subdat: [Peruersæ verò sunt quę à sinistris sunt:] i. ad extremū apertè malū declināt. [Ipse autem] Deus [rectos faciet gressus tuos] dando tibi gr̄am conuersandi, iuxta suorū rectitudinē prę- Psal.118.
ceptorum, de qbus dicit Osee 14. Rectę viæ Dñi, & iusti ambulabūt in eis. Non ergò præsumamus de viribus nostris, sed auxilio gr̄æ iugiter innitamur, quoniā sine ipso nihil meritoriū possumus facere. Ideò cum Psal. precemur, Deduc me Dñe in via tua, & gressus meos dirige secundùm eloquiū tuum. Nihilominùs Hebræ. 12. Apostolus monet, Rectos gressus facite pedibus vestris. Oportet enim nos cooperari gr̄æ Dei, atq; per liberū arbitriū acceptare diuinum instinctū, & consentire directioni diuinę. [Itinera aūt tua in pace producent] i. opera tua erunt pacifica, & actus tui paci pectoris erunt coniuncti, & ad pacem æternitatis perducent. Etenim pax multa diligētibus legē Dei. Et Iob 22. ait: Acquiesce Deo, & habeto pacē, & per hoc habebis fructus optimos. ¶ Eccè in isto capitulo multipliciter, & per verba sępiùs repetita, ad desiderium & amorē, ad studiū & amplexum sapientię admonemur. Nec mirum,

quoniam tãta eſt dignitas eius, q̃ in actu ipſius, vnigenitus Dei beatitudinem noſtrã conſtituit: Hęc eſt, inquiens, vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ verũ Deũ. Deniquè ſicut in ſuis prouerbijs ait Cyrillus: Nihil eſt homo, ſi ſit ſapiẽtia deſtitutus: q̃ ſe ignorat, nihil eſt ſibi. Et prę ſertim miſer & pauper eſt, qui ſuũ non nouit creatorẽ. Propter quod dixit Apoſtolus: Qui ignorat, ignorabit. Atq; Oſe. 4. aſſerit Dñs: Conticuit populus meus, eo q̃ non habuerit ſcientiam Dei. Quid prodeſt rutilantia cæco, eloquentia ſurdo, prudentia fatuo? ¶Prætereà ad vigilantiſſimã cordis cuſtodiã hîc monemur, quã exercere poterimus, ſi omnipotentis præſentiã iudicis ſagaciter ponderemus. Si eñ reuerendo aliquo homine preſente ac intuente, erubeſceremus nos turpiter, negligẽter & inhoneſtè habere: cur ſuper hoc in Dei vultu non verecundamur? Hinc ſanctus Bernardus in epiſtola ad frẽs de monte Dei, edocuit, q̃ ad habendũ ſe honeſtè ac virtuoſè in ſolitudine & ſeorſùm, plurimùm valet vt homo imaginet ſibi quaſi preſentẽ aliquẽ venerabilẽ virũ, ſub cuius adſpectu agat omne quod agit: & quod illo intuẽte agere vereret, corã Deo agere vereat. Idcircò in epiſtolis ſuis ait & Seneca: Sic viue cũ hominibus, tanquàm Deus videat: ſic loquere cũ Deo, tanquàm homines audiant. Accipe admonitionẽ ſalubrem, quãte affigere animo tuo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, & ante oculos ſemper habendus, vt ſic ſemper tanquàm ſpectãte eo viuamus, & omnia tãquàm illo vidente faciamus. Magna pars tolliẽ vitiorũ, ſi peccãti teſtis venerandus aſſiſtat. ¶Prętereà, in iſto capitulo, ad euitãdum ſolicitè omnem detractionem inſtruimur: quocirca penſandũ, quia vt ait Thomas in Secunda Secundæ, quęſtione ſeptuageſimatertia: Sicut q̃s nocet alteri facto dupliciter, ſ. manifeſtè, vt in violentia & rapina: & ſecretè, ſicut in furto, ſic vnus nocet alteri verbis duobus modis: Primo occultè, vt in detractione: ſecundò apertè, ſicut in cõtumelia. Dicit aũt homo detrahere, non q̃a ſemper aliq̃d minuat de veritate, ſed q̃m quãtùm in ſe eſt, intendit bonitatẽ famę alterius minorare directè aut indirectè. Directè, quatuor modis: Primo, dum alteri falſum imponit: Secundo, dum culpã eius exaggerat ſeu adauget. Tertio, dũ reuelat occulta. Quarto, dũ ea quę bona ſunt, affirmat praua intentione peracta. Indirectè quoq; dupliciter: Primò, dum negat bonũ alterius. Secundò, dum malitioſè reticet illud. At verò quàm graue ſit crimen detractio, conſtat ex hoc, q̃ Apoſt. Roñ. 1. detractores vocat odibiles Deo. Et item ex hoc, quod (vt refert S. Clemens) beatiſſimus princeps Apoſtolorũ aſſeruit eſſe tria homicidij genera. Primũ eſt homicidium corporale: ſecũdum eſt odiũ. Nam in prima canonica ſua ait Ioannes: Omnis qui odit frẽm ſuum, homicida eſt: tertiũ detractio, de qua teſtat Bernardus, q̃ ſit gladius ex vtraq; parte acutus, interficiens tam animã detrahentis, quàm mẽtem audiẽtis. Hinc de ſancto Pacomio legit, q̃ quum audiret aliquẽ detrahentem, protinùs fugit ab illo tanquàm à baſiliſco. ¶Poſtremò hortat nos ſcriptura huius capituli, vt in omnibus ſimus conſiderati & circũſpecti, & ex prudenti deliberatione procedamus in actũ. Nempe (vt ait Bernardus) Conſideratio mentem purificat, regit affectus, dirigit actus, corrigitq; exceſſus: mores componit, vitam ordinat & honeſtat.

Ioan. 17.

1. Cor. 14.

1. Ioan. 3.

¶Explanatio cap. 5. Fili mi, attende ſapientiam. Art. 5.

HIc rurſùs in exordio ad ſapientiam amplectendam breuiter exhortat: & q̃a hanc potiſſimè impedit venereorũ voluptas, docet diffuſè hãc eſſe vitãdam. [Fili mi, attende ſapientiã meã, & prudentię meæ inclina aurẽ tuã, vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinã labia tua conſeruẽt.] Iſtud iam frequẽter expoſitũ eſt. [Nè inten deris fallaciæ mulieris.] Iſtud dicit in Hebręo non haberi: atramẽ ſenſus eſt, q̃ verſutijs mulierum non ſit inſiſtẽdum ad imitãdum, ſed potiùs ad p̃cauẽdum. [Fauus eñ diſtillans labia meretricis] i. inſtàr faui guttãtis delectãt. [& nitidius oleo guttur eius:] quod ſic polit & ornat, vt magis ametur. [nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium:] quoniã multa mala pœnæ & culpæ, in corpore & in anima, etiam in hac vita comitanẽ luxuriam, deindè ęterna damnatio, iuxta illud Apocalyp. 18. Quãtùm glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantũ date illi tormẽtum & luctũ. [& lingua eius acuta quaſi gladius biceps.] Quoniam corpus animamq; affligunt, & pœnam damni ac pœnã ſenſûs infligunt. [Pedes eius deſcendũt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrãt.] Quia affectiones eius ſunt libidinoſæ, & opera eius mortaliter vitioſa. [& per ſemitam vitæ] gratiæ, id eſt, per obſeruantiam legis diuinæ [non ambulat.] nec curat prolificare, ſed deliciari: vitam quoquè naturæ abbreuiat. [Vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles.] Quoniam motibus paſſionum vndiquè circunferẽ, & concupiſcentiarum inquietudine agitatur plùs, quàm in particulari queat effari. [Nunc autem fili mi audi me, & nè recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam tuam.] Quia ad vitãdum vitia carnis, maximè cõfert occaſiões eorũ vitare, colloqa & adſpectũ, immò & imaginem venereorum ſtatìm repellere, ſeq; ad meditãdum ſalubria, & quæ compunctionem inducunt conuertere, videlicet ad intentã nominicę paſſionis memoriã, ad conſiderationem rigoris diuini iudicij, atq; æterni ſupplicij, & in qualem putredinẽ & fœtorem caro hęc ſordida citò ſit reſoluẽda. [Et nè appropinques foribus domûs eius:] nè contra propoſitũ tuum alliciaris. [Nè des alienis honorem tuũ,] i. ingenitã tuam libertatẽ ac honorabilem mẽtem atq; imaginẽ, qua creatori tuo aſſimilaris, non ſubdas iugo vitiorũ, ſeruituti diaboli, turpitudini carnalitatis, nè impleat in te illud Pſalm. 48. Homo quũ in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus. Deniquè admirabilis eſt honor hominis, q̃ per Chriſti incarnationẽ, paſſionem, adoptionẽ, & grãm factus eſt filius Dei, membrũ, miles ac frater Chriſti, hęres vitę æternæ, proles Eccleſiæ. Non igiẽ vilificet homo ſeipſum intãtùm, vt vitijs ſeruiẽdo fiat ſeruus diaboli, aduerſarius Chriſti, mãcipium iniqtatis, filius perditionis. Anima quoquè per fidem & charitatẽ ſponſa eſt Saluatoris, ſed per immunditiã culpæ fit adultera dęmonis. [& annos tuos crudeli] i. actus vitæ temporis, quo hîc viuis, non exhibeas iuxta inſtigationẽ diaboli, q̃ adeò ferox eſt, vt nihil minùs ei de nobis ſufficiat, quàm vt ęterna felicitate nos priuet, ac ſecũ infernali damnationi inuoluat. Tam crudeliſſimo igitur hoſti nequaquàm te ſubdas, nec vnquàm conſentias. [nè fortè impleañ extranei viribus tuis,] i. nè vires naturę roburq; gr̃æ auferant tibi inuiſibiles hoſtes, perſonæq; lubricæ, & meretricũ lenones. [& labores tui ſint in domo aliena] i. facultates & opes tuæ à meretricibus conſumañ, & opera meritoria, q̃bus aliquãdò Deo ſeruiſti, ab hoſtibus tuę ſalutis annihilenẽ, id eſt, mercede priuenẽ. [& gemas in nouiſſimis] ſerò pœnitendo, [quãdò conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum] per luxuriã eneruãdo & exhauriendo. Hinc in Prouerbijs ſuis ait Cyrillus libidinoſo: Quid eſt quod coëundo effundis? Nonnè digeſtiſſima medulla? nonnè vitę admirabiliter ſemẽtiua humanę naturę radicalis carnis ſubſtãtia, & diuitiarum generatiuę virtutis theſauraria vena? quid ingratus in nihilum proijcis? [& dicas: Cur deteſtatus ſum diſciplinam,] per quã carnales concupiſcentię refrenañ, [& increpationibus non acquieuit cor meũ, nec audiui vocem docentiũ me, & magiſtris non inclinaui aurem meã, ad caſtè viuendum? [Penè fui in omni malo] id eſt, ferè pollutus ſum omni peccato. [in medio Eccleſię] id eſt, Eccleſiaſticorũ [& Synagogæ] cæterorũ ſecularium q̃; credentiũ: & hoc damnabilius eſt, q̃ peccaui non ex ignorãtia, ſed ex certa ſcientia, & inter fideles & ſpirituales perſonas, quarum nec documentis nec exemplis correctus ſum. [Bibe aquam] ſapientię & doctrinę [de ciſterna tua] id eſt, de ſacra ſcriptura, & voluminibus verè catholicis: vel de gr̃a habituali & ſapientia infuſa vel acquiſita exiſtente in te, vt ex habitu procedas in actum, & de ſapientię dono in contemplationis exercitiũ. [& fluenta putei tui] id eſt, meritis gr̃æ tibi collatę reficiaris. Hinc Iſaiæ 12. dictum eſt: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Et alio loco in eodem Propheta: Omnes ſitientes venite ad aquas. Apoca. quoquè 22. Qui ſitit, veniat: & q̃ vult, accipiat aquã vitę gratis. Chriſtus quoquè in Euãgelio Ioan. 4. Aquã, inqt, quam ego dabo, fiet in eo fons aquę ſaliẽtis in vitã æternam. Puteus etiã dici poteſt cor profundũ, deſupèr illuſtratũ, diuinis chariſmatibus adimpletum. Deriuenẽ fontes tui foràs] i. ſapientiã, ſcientiã & doctrinã tibi conceſſas, q̃bus intùs redundas, communica alijs p̃dicãdo, conſulendo, docendo, corripiendo, ſicut princeps Apoſtolorũ hortat: Vnuſquiſq; ſicut accepit grãm, in alterutrũ illam adminiſtrãtes. Et ſicut Daniel. 12. legit: Qui multos erudiunt ad iuſtitiã, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. [& in plateis] i. in latitudine populi, & in locis patentibus [aquas tuas diuide] & chariſmata tibi conceſſa alijs impartire, ſpũalia miſericordię opera exercendo, ac proximos ædificãdo. [Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui.] Hoc prima facie videtur iam dictis contrariari. Sic ergò eſt exponendũ, Habeto eas ſolus, id eſt, in tua ſint poteſtate, & in corde tuo, tanquàm in ſubiecto, originaliter ac habitualiter ſolæ remaneãt, nec in hoc ſint alij participes tui, vt à tam ſalubri vſu gr̃arum iſtarum poſſint te impedire. Vel, alieni, id eſt, infideles atq; hęretici tecũ ſocietatẽ non habeãt, nec ſuas doctrinas cõmiſceant tuis. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? [Sit vena tua] id eſt, ſapientia & doctrina, ex qua alijs potum animę refectiuum, & concupiſcentiarũ vitiorumq; refrigeratiuum tribuis, [benedicta] à Domino, q̃ tanto plùs eã in ſeipſa augeat atq; perficiat, quãto liberaliùs communicaẽ & alijs. Qui eñ ſpũalia ſua chariſmata proximis impartiẽ, nequaquàm ex hoc minorationẽ, ſed ſpiritalem locupletationem ſortiẽ. Fitq; particeps omnium bonorum, quæ ex ſua communicatione fiunt ab alijs. [& lætare] legitimè [cum muliere adoleſcentię tuæ] id eſt, vxore, quã in adoleſcentia accepiſti. [Cerua chariſſima, & gratiſſimus binnulus] id eſt, hæc ſit tibi dilecta ac ſocia, tanq̃ cerua gratiſſima & fœcunda. Et quoniã vir ea put eſt mulieris, &

Iſa. 55.

1. Petr. 4.

vxor ſub poteſtate mariti eſt, ſit tibi vxor tua ſubiecta & acquieſcens vt hinnulus, q̃ ceruæ eſt pullus. [vbera eius inebrient te omni tempore] opportuno. Magna enim eſt delectatio copulæ coniugali admixta. [& in amore eius delectare iugiter] ſ. ſuo loco & tẽpore, inquãtùm delectatio illa eſt licita, nec limites matrimonij trãſcendens. Quẽadmodùm enim ille actus mr̃imonialis fieri poteſt ſine peccato, dum ſit deſiderio prolis ad Dei obſequiũ educãdę, vel ad perſoluendum debitum carnis, ſiue ad vitãdum incontinentiæ malum in compare: ſic & delectatio actui illi annexa, poteſt eſſe ſine culpa & licita, prout ſuper 4. Sententiarum doctores declarãt. Loquit aũt Salomon tã extenſè, non vt ad libidinem carnalita temq̃, puocet, ſed vt puſillos ad vitia pronos, ab omni cõcubitu adulterino & illicito reuocet. Ideò ſubdit: [Quare ſeduceris fili mi] id eſt, ſeduci te finis, vel teipſum ſeducis [ab aliena] vxore aut fornicatrice, [& foueris in ſinu alterius?] quaſi dicat: Quum poſſis ſine peccato cum propria vxore deliciari, cur cum tãto facinore delectaris cum alijs fœminis? [Reſpicit Dominus viã hominis] id eſt, omne quod agit, ſiue in die, ſiue in nocte, [& omnes greſſus illius conſiderat.] Ideò Hiere. 23 habet: Si occultabit̃ vir in abſconditis, & ego nõ videbo eum? Et S. Iob loquit Deo: Obſeruâſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedũ meorũ conſiderâſti. Ideò ſaltèm timore altiſſimi ac metuẽdiſſimi iudicis, omnia intuẽtis, debes à tanto ſcelere reuocari, & verecundari deomni turpitudine vitiorũ, in p̃ſentia ſuperſanctiſſimi Dei: nec corã facie eius tã fœdè & viliter te habere. Ad quod te quoquè debent inducere mala, quę ex peccato ſequunt̃. De q̃bus ſubiungit: [Iniquitates ſuę capiunt impium] i. faciunt eum diabolo ſubditum, & in captiuitatem infelicem redactum, ità q̃ perdit gr̃æ libertatem. [& funibus peccatorũ ſuorũ q̃ſq; cõſtringit] i. arctat̃ atq; ligat̃, ità vt nequeat ſe extẽdere ad Dei obſequiũ, nec egredi ad meritorię operãdum, quũ ſit ſpũaliter mortuus, & quaſi diaboli equus. Peccata etem̃ rõnem exęcãt, vires debilitãt, & bonũ naturæ lædunt. Hinc glorioſiſſim⁹ princeps Apoſtolorũ in 2. ſua ait canonica: Iniq̃ ſunt ſeruí corruptiõis. A quo eñ q̃s ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Vas quoquè electiõis, loquens de impijs: Reſipiſcãt, inq̃t, à laqueis diaboli, à quo captiui tenẽt̃ ad ipſius voluntatem. Hoc ſenſit Propheta, qui pœnitens, dixit Pſal. 37. Iniq̃tates meę ſupergreſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Hinc Iſa. 5. aſſerit: Væ q̃ trahitis iniq̃tatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculũ plauſtri peccãtũ. [Ipſe] iniquus [morietur] morte æternę dãnationis, [q̃a non habuit diſciplinã] i. morum modeſtiã, & ſuę trãſgreſſionis caſtigationem, neq; ſalubrem doctrinã per operis executionem, immò abiecit hęc omnia, iuxta illud Pſal. 49. Tu verò odiſti diſciplinã, & proieciſti ſermones meos retrorſùm. Quocontrà hortatur Pſalmiſta: Apręhẽdite diſciplinã, nè quãdò iraſcatur dñs, & pereatis de via iuſta. [& in multitudine ſtultitiæ ſuę decipietur] i. proprijs erroribus, ignorãtijs, concupiſcentijs, vitijsq̃ falletur, non attendendo quę ſuã concernunt ſaluté, ſed vana ſecuritate torpendo, & ſine timore peccãdo. Ideò cadẽt in rete diaboli & lacũ inferni. De talibus Baruch ait: Viã diſciplinæ non inuenerunt, ideò periẽrũt: & q̃a non habuerũt ſapientiã, interiẽrũt propter ſuã inſipientiam. Vndè dicitur Iob 36. Si non audiẽrint, trãſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia.

¶ Prętereà, per meretricem quidã intelligunt idololatriã, cuius labia ſunt ſauus diſtillãs, q̃a carnalia oblectamenta admittit: & nitidius oleo guttur eius, quoniã eius inſtructio placet idololatris, & pulchra videt̃ vanis & imperitis hominibus. Iſta expoſitio non videtur literalis. Catholici autẽ, per meretricem ſpũaliter intelligũt hęreticã prauitatem, ſeu hęreticorum collectionem, quę & ipſa promittit carnalia, & nitore eloquentię ſuę decipit multos, quos finaliter ęterñ acerbitati inuoluit. Idcircò ab ea cauendũ. Atq; ad hũc ſenſum poteſt litera facilimè applicari, quod breuitati ſtudẽs non proſequor, q̃a difficultatem non habet.

¶ Porrò per mulierem adoleſcẽtię, myſticè deſignatur eccleſia, quę eſt cerua chariſſima, doctrinã conterens ſerpentinã, & ad bonum agendum celerrima, atq; feſtinãs fluenta ſapientię & doctrinæ ſanctę potare, cornibus diuinę authoritatis ac prælaticę poteſtatis, eminentiaq̃; virtutum armata, ad reſiſtẽdum rebellibus. Cuius populus eſt gratiſſimus hinnulus ſpũaliter renouatus, ſua varietate delectabilis & amœnus, agiliſq̃; ad bona, & m̃ris ſuę ſequens vestigia, ad fontem ſapientię properãdo. Huius ceruę ac coniugis huberibus debemus inebriari, id eſt, vtriuſque teſtamenti ſcripturis ac conſolationibus refici & impleri, ità vt replea mur (iuxta ſcripturæ doctrinam) omni gaudio, & ſpe in credendo: ſicq̃; abundemus in virtute & gratia Spiritusſancti. Quæ quum ità ſint, cur ô fili ſeduceris ab aliena, id eſt, hæreticorum collectione, & vaniſſimis adinuentionibus ac nouitatibus credis magis, quàm ſolidiſſimis Eccleſiæ documentis.

¶ Elucidatio cap. 7. Fili mi, ſi ſponderis pro amico tuo. Art. 6.

Iob 13.

2. Pet. 2.
2. Tim. 2.

Pſal. 2.

Baruch. 3.

Tra-

TRactat hic Salomon de diligentia circa fideiuſſionẽ, & de negligẽtia ei contraria, atq; de alijs q̃buſdã vitijs increatæ ſapientiæ odibilibus. Deindè rurſùs ad ſapientiam obedientiamq̃; hortat̃, vt ſic vitia carnis viteñ. [Fili mi, ſi ſponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneũ manum tuã] i. manũ protendendo promiſiſti alieno ſatisfacere ei, p amico tuo, ſi ipſemet amicus tuus non ſatisfecerit illi. [Illaqueatus es verbis oris tui] i. propria ſponſione velut laqueo es cõſtrictus, ad obſeruãdũ quod promiſiſti. [& captus] i. obligatus ac tentus [proprijs ſermonibus] ſicq̃; inciditi periculũ. Idcircò ſubinferẽ conſiliũ: [Fac ergò quod dico tibi, fili mi: diſcurre] i. ratiocinãdo inquire, qualiter agere debeas, & ad loca congrua curre, [feſtina,] q̃a dilatio in iſto caſu eſt periculoſa: [ſuſcita amicũ tuum] vel à ſomno corporali, aut à cordis ignauia, facq̃; eum ſolicitum, vt perſonaliter ſatisfaciat. [Nè dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ] eo tempore, quo expedit pro cauſa hac vigilare. [Eruere quaſi damula de manu] i. ſicut caprea ſyluęſtris ſeu agreſtis, quæ eſt animal imbecille ac timidũ, conat̃ manum tenentis eam, euadere: ſic tu ſtude periculũ tuæ ſponſionis effugere: [& quaſi auis de inſidijs aucupis] i. ſicut auis feſtinat euolare de laqueo ſeu retiaculo, quo captor auium eã iam capit, aut capere cupit. Eccè iſtud ad literã eſt ſanum conſilium, nè quis incautè pro proximo ſpondeat: aut ſi ſponderit, indeſinẽter curet ac ſtudeat proximũ ſuũ inducere ad ſatisfaciendũ, alioquì ipſemet ſatisfacere nõ omittat. Verũ quidã ſunt adeò negligẽtes, q̃ improuidè ſpondẽt, p alijs: quo facto, nec illos ſolicit̃, nec ipſimet ſatisfacere curãt: ſicq̃; fidei violationẽ, iuramenti ſeu promiſſi trãſgreſſionem, & grãde incurrunt damnum. Hi igitur iſtud Salomonis penſent impleãtq̃; conſiliũ. Is verò pro quo q̃s ſpopondit, omnibus modis ſatagere debet, vt fideiuſſorem ſuũ ſeruet à dãno immunem, ſicut Eccl̃ 29. legit: Grãm fideiuſſoris tui non obliuiſcaris. ¶ Spũaliter verò pro amico ſpondet, q̃ prælationẽ aſſumendo, alios accipit gubernãdos, ſicq̃; adſtringit ſe ad reddendum rõnem pro ipſis. Ad quod etiã ſpecialiter epiſcopi in ſua conſecratione ſolenni voto ſe obligãt, prout Thomas in Secunda Secundæ, & in libro de perfectione ſtatũs ſpũalis, declarat. Prælatus ergò curã aſſumens animarum, incidit grande periculum, & proprijs verbis ſe obligauit implere debitum ſui officij, & præſertim vt ſe exhibeat exemplarem ſubditis ſuis, ac primò impleat quod alios docet, nè ei dicatur: Luc. 4.
Medice, cura teipſum. Et illud Apoſtoli: Qui aliũ doces, teipſum non doces? Nempe cuius Rom. 2.
conuerſatio eſt ſcãdaloſa, eius prędicatio irridenda magìs quàm reuerenda cenſeẽ. Et ſicut ait Gregorius: Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnat̃. Hinc & Seneca in ſuis fatet̃ Prouerbijs: Perturpe eſt, quod obijcit̃, in obijciente cognoſci. In epiſtola quoq; viceſima: Verba, inq̃t, rebus ſint proba. Facere docet Philoſophia, non dicere tãtùm. Et hoc ad ſuã exigit legem, vt quiſq; legitimè viuat, nè ſermo à vita diſſentiat. Officium nanq; & iudicium ſapientiæ eſt, vt opera verbis concordent. Fac ergò quod dico tibi, q̃a incidiſti in manum proximi tui, id eſt, ſubditi tibi commiſſi, cuius negligentia eſſet tua dãnatio, niſi circa illum diligens eſſes. Idcircò diſcurre, ex charitatis feruore: feſtina, q̃a periculũ eſt in mora: ſuſcita amicũ tuum, exhortãdo, inſtruendo, corripiendoq̃; ſubditũ, vt cum metu, timore & tremore ſuã operet̃ ſalutem. Nè dederis ſomnum oculis tuis, id eſt, nequaquàm ſis negligens, ſomnolẽtus, aut feſſus in tui executiõe officij, ſicut de q̃buſdã Iſa. 56. habet̃: Speculatores cæci omnes, neſciẽrunt vniuerſi, canes muti nõ valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amãtes ſomnia. Eruere quaſi damula de manu, i. præfato modo te à dãnationis periculo erue. Damula quoquè, quanuis ſit imbecillis ac timida, nihilominùs velox eſt curſu atq; acerrima viſu: ſic & tu agilitate actuũ virtuoſorũ, & perſpicaciſſima conſideratione à prętacto periculo te p̃ſerua. Et quaſi auis de inſidijs aucupis fugit volãdo in altũ, ſic tu conſideratiõe diuini iudicij, & cõtemplatiõe perpetui ac beatiſſimi præmij, ſtude euadere tentamenta diaboli paſtoribus prępараta, & oẽm pigritiã ſupera. Vndè ſubiungit: [Vade ad formicam ô piger] vt qui ſcripturis non obedis, nec maiorũ exhortationi obtẽperas, ſaltẽ irrationabiliũ exemplo animalium inſtruaris, & de tua inſipientia atq; ignauia erubeſcas. [& conſidera vias eius] i. ſolicitudinẽ, agilitatem, prouidẽtiamq̃; formicę, [& diſce ſapientiam, quę quũ nõ habeat ducẽ] à quo dirigat̃, [nec pręceptorẽ] à quo impellat̃, [nec principem] cuius iuſſione inducat̃, [parat in æſtate cibũ ſibi.] Quia tunc latibulũ ſuũ egredit̃, ad quærendũ victualia pro ſe. [& cõgregat in meſſe quod comedat.] Quia in meſſe colligit grana, & alia quædã quę in foueã ſuã deportat, quatenùs indè ſuſtentet̃ in hyeme, q̃n non exit præ frigore, nec tunc taliter inueniret neceſſaria ſibi: & totũ hoc agit naturali inſtinctu ex impreſſione authoris naturæ, q̃ eſt omniũ vniuerſalis & ſummus dux, p̃ceptor & princeps, extra & ſupra omne genus ac ordinẽ. Nam vt cõmentator poſt Ariſtotelẽ ait: Opus naturę, eſt

opus intelligentiæ, maximè aũt primæ cauſæ, cuius opus, eſt etiam intelligentiæ opus. Hinc (vt aſſerit Damaſcenus) bruta & inanimata animalia in talibus magis agunt, q̃ agant. Sic ergò & nos, & præſertim q̃ præſunt, debemus in æſtate, in iuuẽtute, in ſanitate & vigore durãte exercere opera bona, & ſpũaliũ alimentorũ copiã nobiſipſis ac proximis congregare: & in æſtate, i. tẽpore iſto quo mereri & creſcere, ſpũaliterq̃; ditari valemus, & in quo feruor tentationis, immò & ardor charitatis ac ſtudij currunt, colligere neceſſaria noſtrę ſaluti, q̃-
Gala.6. bus in hyeme, hoc eſt, in hora mortis & in die iudicij valeamus refici, adiuuari atq; ſaluari,
2.Cor.6. ſicut hortaſ Apoſtolus: Dum tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs. Et rurſùs: Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Contra iſtud etiã in corporalibus agunt impro uidi, q̃ in iuuẽtute ſua conſumũt & vendũt patrimonia ſua, & poſteà, dum magis indigent, & minùs acqrere poſſunt, patiunt inopiã. [Vſque quò piger dormies] ſomno corporali, ad
Ephe.5. quem pigri ſunt inclinati, & item ſomno negligẽtiæ & peccatiſde quo ait Apoſtolus: Surge
Ioan.11. qui dormis, & exurge à mortuis. Eſt etiã ſomnus mortis, de quo dixit Saluator: Lazarus amicus noſter dormit. Et ſomnus contẽplationis, de quo accipi ſolet illud Geneſeos 2. Immiſit Dñs ſoporem in Adã. Porrò ſomnus corporalis immoderatus, non ſolùm animæ, ſed corpori quoquè eſt valdè nociuus, & grauat naturã, hebetat ſenſum, malos parit humores, & damna rerum inducit. Inſupèr obruit intellectũ, tempus infructuoſe expẽdit, & multorum fomentum eſt vitiorum. Ideò Cato dixit: Plùs vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto: Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat. Hinc ſancti viri maximè deplanxerunt iacturã temporis, quod dormiendo expendebãt. Veruntñ neceſſitati naturę cum diſcretione eſt, puidendũ. [Qñ cõſurges de ſomno tuo?] Ironia eſt, & increpatio iuſta, quaſi d. Diutiùs q̃ tibi expediat, dormies. [Paululùm dormies, paululũ dormitabis] manendo in vitijs: quia modicum tibi videt tempus illud, quod ità conſumis, & dicere ſoles: Poſt aliquãtulum tempus pœnitentiã agã. [paululùm conſeres:] id eſt, cõplicabis [manus tuas, vt dormias.] Quia conſertio manuũ, ſolet eſſe indicium affectionis magnę ad aliquid. [& veniet tibi quaſi viator egeſtas] id eſt, defectus temporalium & ſpũalium bonorum, vel ad minùs ſpũalium. [& pauperies quaſi vir armatus] id eſt, tã fortiter, q̃ nequibis euadere: quod fit, dum q̃s in ſuo
Luc.21. perdurãs torpore, ante verã pœnitentiã tollit de hac vita. Propter quod monuit Dñs: Vigi-
Marc.13. late, quia neſcitis qua hora Dñs veſter venturus ſit. Et rurſùs: Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia quæ ventura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Quod autem ſubiungit: [Si verò impiger] id eſt, ſeruens & agilis [fueris] in actibus bonis, [veniet vt fons meſſis tua] i. copioſus fructus indè prouenient tibi, & retributio glorioſa, ſicut Sap.3. ſcriptũ eſt: Bonorũ laborũ glorioſus eſt fructus. Vndè legit 2.Para.15. Nõ diſſoluant manus veſtræ, erit em̃ merces operi veſtro. Hinc dixit Apoſtolus 2.Cor.9. Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Et q̃ ſeminat in bñdictiõibus, de bñdictionibus & metet vitã æternã. [& egeſtas longè fugiet à te.] Iſtud in Hebræo (vt dicit) nõ habet. Ex his docemur, in Dei obſeqo oẽm pigritiã, ſomnolentiã, acediam q̃; vitare, atq; viriliter aggredi opa bona. Et certè pigris valdè eſt ponderãdũ ac formidãdum, quod Apoc.3. ait altiſſimus: Vtinàm calidus eſſes aut frigidus: ſed nunc q̃a tepidus es, incipiã te euomere ex ore meo. ¶ Deniquè pigri in diuinis, in
præſenti & in futuro ſuſtinent detrimentũ, q̃a idipſum boni quod agunt, faciũt cũ labore & tædio, ſine conſolatione & guſtu, propter quod aut parùm, aut nihil merent. Feruentes verò & agiles, ſeruiũt Deo cũ gaudio, & delectabile eſt eis exercere diuina. Ideoq̃; in præmio creſcunt p̃cipuè, & ſunt Deo chari & cõplacentes. Pigritia ex charitatis defectu, & inconſideratione diuinę maieſtatis ac nouiſſimorũ, p̃cedit. Ideò ait Bernard⁹: Pigri ſi diù in ſuo tore permãſerint, aut opprimunt ſub onere & ſuccũbũt, aut quodãmodo in inferno ſunt, vt nunquàm ad plenũ reſpirent in lucem miſerationũ Dñi, nec in libertatem ſpiritũs, quę ſolùm facit iugum ſuaue & onus leue. Indè aũt tam pernicioſa emanat tepiditas, quia volũtas eorũ nondũ purgata eſt, nec ſic volunt ac diligunt bonum, ſicut nouerunt, à propria concupiſcentia abſtracti & illecti. Amant enim in carne ſua terrenas conſolatiunculas, ſiue in verbo, ſiue in ſigno, ſiue in facto. Et ſi hæc aliquãdò interrumpunt, non tñ penitùs rumpũt. Indè eſt q̃ rarò dirigunt affectiones ſuas in deum, & compunctio eorum non continua, ſed horaria eſt. [Homo apoſtata] id eſt, recedens à fide, vel à religione, ſiue à Deo per mentis auerſionem: [vir inutilis] ſibi & alijs, immò nociuus & ſcandalizãs, vt refuga legis: [graditur ore perverſo] id eſt, vitioſa proferens verba, vt alios ſuis inuoluat erroribus: [annuit oculis] id eſt, vanos nutus per viſum oſtendit: [terit pede] i. laſciuè, ſeu compoſito greſſu ex elatione procedit: [digito loquit] i. loquendo digitũ petulãter extendit & agitat: quod malum eſſe, patet ex eo, quod ſcriptũ eſt Iſa.58. Si deſiẽris digitũ extendere, & loq̃ quod tibi nõ expedit.

Ali-

Aliquãdò tamen ſapientes loquendo digitum extendunt & manum, ad excitãdam audienti
Ioan.1. um attentionem. Nã & ſacratiſſimus Ioannes digitum extendendo Chriſtum monſtrauit: Eccè, inquiens, agnus Dei. Et Acto. 26. fertur: Paulus extenta manu cœpit rõnem reddere. [prauo corde machinatur malum] id eſt, ex propoſito cogitat qualiter alijs poſſit nocere. [& omni tẽpore iurgia ſeminat] id eſt, lites atq; diſcordias inter proximos, quod eſt peccatũ grauiſſimũ, charitati & paci omninò contrariũ. [Huic extemplò] i. ſtatim ac ſubitò [veniet perditio ſua] i. dãnatio: immò hęc faciendo, perdit continuò ſemetipſum. [& ſubitò conteret] morte improuiſa, [nec habebit vltrà medicinã,] id eſt, pœnitentiã ſalutarem, præſertim poſt mortem. Tales quoquè rarò ac difficulter pœnitent in hac vita, quum ſint vehementer malitioſi. Veruntamen auxiliãte pietate infinita ac omnipotente medici ſupercæleſtis, poſſunt conuerti. Idcircò quàm diù hîc viuũt, non eſt deſperãdum de eis. His demùm verbis conſonat quod legit Iſa.3. Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorũ ibãt, & compoſito gradu incedebãt, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. [Sex ſunt quæ odit Dominus] tanquàm enormia crimina, [& ſeptimum] tanquàm grauiſſimum [deteſtat anima eius:] id eſt, mens eius, non q̃ Deus in ſua natura habeat animã, ſed ſcriptura more humano loquit de Deo, ſicut Amos 6. ait: Iurauit Dominus Deus in anima ſua, &c. deteſtor ego ſuperbiam. Et Iſa.1. Solennitates veſtras odiuit anima mea. [Oculos ſublimes] id eſt, corda ſuperba, quæ animoſè efferunt ſemetipſa. Vndè ſcriptum eſt Iſa.1. Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt. [Linguã mendacem] i. mẽdacia periculoſa loquẽtem, quẽadmodùm ſcriptũ eſt, Perdes oẽs qui loquũtur
Pſal.7. mendaciũ. Quum em̃ deus adorãdus & benedictus, ſit eſſentialiter veritas ipſa, valdè diſplicet illi tale mendaciũ, quod eſt directè receſſus à ſumma veritate. [manus effundentes innoxium ſanguinẽ] lædendo, mutilando aut occidendo [cor machinãs cogitationes peſſimas] i. intra ſe excogitans, qualiter mala intenta impleat. Ideò Iere.4. loquit Dñs: Vſquequò morabunt in te cogitationes noxiæ? Et Miche.2. ait: Væ qui cogitatis inutile. [pedes veloces ad currendũ in malũ.] Qui ſ. ex feruenti deſiderio & habitu vitioſo feſtinant in opera mala procedere. [Proferentem mendacia teſtem fallacem.] Qui fraudulenter & mendaciter teſtimonium contra proximum profert, præſertim in foro iudicij, propter quod tenetur ei reſtituere famam, & damnum recompẽſare. [& eum qui ſeminat inter fratres] id eſt, proximos, cuiuſcunque ſint ſexũs, [diſcordias] veræ & virtuoſæ paci contrarias. Circa hæc ait gloſſa: Enumerauit ſex capitalia crimina, quæ tamen comparatione ſeminationis diſcordiæ, quaſi minora deprompſit: quoniam maius eſt facinus illud, quo diſſipatur vnitas atque fraternitas, quæ per Spiritumſancti gratiam eſt connexa. Attamen, ſicut Thomas in Secunda Secundæ, & in Summa contra Gentiles declarat, inter omnia peccata quæ fiunt in proximum, homicidium extat grauiſſimum. Tamen quantùm ad aliquid, poteſt ſeminatio diſcordiæ grauior reputari, quia directè aufert vitam, charitatem & pacem: Homicidium verò vitam naturæ. Hinc conſtat, quàm vehementiſſimè debeamus ſeminationem diſcordiæ abhorrere ac euitare. Veruntamen quidam inter ſe habent prauam concordiam, pacem carnalem, vitioſum amorem, quorum concordiam diſſipare eſt bonum, quemadmodùm inter Phariſęos & Saducęos in perſecutione beati Pauli concordes, ipſe glorioſus Apoſtolus ſeminauit diſcordiam, vt patet in Actibus. Deniquè congregatio fidelium
Act.23. eſt exercitus dei, ad quem pertinet contra inuiſibiles hoſtes, contra aciem vitiorum, contra aduerſarios Dei ſalutisque propriæ, vnanimiter præliari. In exercitu autem optimũ eſt concordia, qua ſe inuicèm iuuant: Peſſimũ autem diſcordia, qua ſibi inuicèm aduerſantur. Qui igitur inter fideles diſcordiam ſeminat, eſt omninò inimicus Dei, cooperator & adiutor diaboli, proditor proximorum, traditor exercitus Spirituſſancti, demolitor caſtri diuini. Idcircò eſt ſummè nociuus, & penitùs deteſtandus. [Conſerua fili mi præcepta patris tui]
Mat.6. cæleſtis, cui iugiter dicimus, Pater noſter qui es in cæls, qui iure creationis, conſeruationis, gubernationis, prouiſionis, liberationis & glorificationis, meritò dicitur pater noſter. Cui etiam Iſa.64. dicit: Tu Domine pater noſter, redemptor noſter. [Et nè dimittas legem matris tuæ] ſanctæ Eccleſiæ. [liga eam in corde tuo iugiter] vinculo charitatis, & aſſiduitate recordatiõis. Vinculum autem charitatis eſt actualis dilectio, quę dicit quaſi duorum ligatio, id eſt, connexio, & neceſſarium eſt ad ſalutem, ex charitate legem dei cordetenùs conſeruare. [& circunda gutturi tuo] i. paratus ſis loqui de ea. Iſtud ſuperiùs habitũ, plenius q̃ expoſitum eſt capite 3. [quum ambulaueris, gradiantur tecum:] id eſt, cordi tuo per actualem conſiderationem inhæreant: [quum dormiẽris] in lecto vel in morte, [cuſtodiant te,] ve in eorũ meditatione obdormias, & merito adimpletionis eorũ deſupèr cuſtodiaris à culpa

& illusionibus somniorum,& à condemnatione æterna:[& euigilans] post somnũ corporalem vel in resurrectione futura [loquere cum eis] i.ea mox ad memoriã reuoces,ac mercedem pro eorũ custodia præstoleris.Iuxta hunc modũ Deute.6.scriptum est:Erunt verba Dñi in corde tuo,& narrabis ea filijs tuis,& meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere,& dormiens atq; consurgens:& ligabis quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebunt inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & in ostijs domũs tuæ. Ex qbus elicit, cum quàm summa diligentia & frequẽtia recolenda sint & implenda diuina præcepta,tum precipientis intuitu & amore,tum propter enormitatem transgressionis eorum vitãdam, tum
Psal.118. propter ineffabile præmium obseruationis ipsorum, tum propter intolerabilia supplicia
Psal.139. præuaricãtium ea. Etenim maledicti qui declinãt à mãdatis Dei,qui & in ignem deijcient tartareum,& in miserijs non subsistent. De qbus satis terribiliter atq; verissimè ait Psalmista ad Dominũ:Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultũs tui.Dominus in ira sua conturbabit eos,& deuorabit eos ignis.[Quia mãdatum lucerna est,& lex lux.] Lucerna per testam,& minùs clarè illuminat:Lux per semetipsam,& clariùs. Mandatum ergo dicit lucerna imperfectioribus,qui nondùm clarè diuina intelligũt:Lex verò dicit lux perfectioribus, quibus lex Dei clariùs fulget,& q lympidè contemplãtur quę Dei sunt:sic cõmuniter exponitur istud. Nihilominùs vtrũq; ad eosdem potest referri, presertim quum dicat Propheta
for.*luci, Psal.118.Lucerna pedibus meis verbũ tuũ Dñe,& lumen semitis meis. Mandatũ ergò lucernæ comparat,quia illustrat ac dirigit ad benè viuendũ.Et *lux,quoniã intùs illuminat mentem,similiter lex.[& via vitæ, increpatio oisciplinæ] i.correptio disciplinaris & ex interiori disciplina procedens, est viapertingẽdi ad vitã gr̃æ in isto exilio, deindè ad gloriæ vitã in regno:qa per increpationem hanc peccãs reducit,quemadmodùm Iob 33.legit:Deus instruit disciplina,vt auertat hominem ab his quæ fecit,& líberet eum de superbia.Et 2.Machabæo.6.dicit:Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere,sed stãtim vltiones adhibere,magni beneficij est indiciũ.[Vt custodiat te à muliere mala,& blanda lingua extraneæ:] id est,ab omni fornicaria atq; adultera:à qbus se custodit,qui mandata Dei prętacto modo attendit: [non concupiscat pulchritudinem cor tuum] ad vsum illicitum, [nè capiaris nutibus illius] id est, nè per signa lasciuiæ oculorum ipsius alliciaris ad
Prouer. 3. culpã,sed ora cum Propheta Psalmũ.118.Auerte oculos meos, nè videãt vanitatem,in via tua viuifica me. Vndè & Ecclesiast.9. legit: Auerte oculos tuos à muliere compta,& virginem nè inspicias,ne scãdalizeris in pulchritudine eius. ¶Prætereà qualiter per mulierem blandam atq; extraneã, spiritualiter intelligat idololatria prauitasq; hæretica, tactũ est præcedenti capite.[Precium enim scorti] i. quod meretrici datur pro eius amplexu,vix est vnius panis:]quia modici est valoris,pertùm quod datur scorto cũctis se exponẽti.Atq; vt asserit Glossa,breuis est voluptas fornicationis,& perpetua pœna ipsius.Et sicut vnus panis solùm fugat vnius diei esuriem,& paulò pòst famescit, q fuerat saturatus: sic q intrat ad scortum, ad horã quidem euaporat libidinem,sed post paululùm redit ardẽtior.[mulier aũt viri preciosam animãrapit] i.nobilem viri animã & personã ęternę felicitatis capacem,Christi san
Gene.1. guine liberatã, ad summæ Trinitatis similitudinẽ factam, donis gr̃æ decoratam decipit,& damnationi exponit.Quum ergò tam vile sit precium scorti, tantumq; damnũ fornicationis,patet quãtùm sit contemnenda.[Nunquid potest homo abscondere ignẽ in sinu suo,vt vestimẽta illius non ardeant] dum ignis immediatè tangit pannũ?[aut ambulare super prunas] i. carbones ardẽtes nudis plantis,[vt nõ cõburant] plantæ eius?] quasi dicat,hoc per naturam impossibile,quod tñ miraculosè gestũ est sæpè in euangelica lege.[Sic q ingreditur ad mulierem proximi sui] ad cognoscendũ eam, [non erit mundus] mente, [quũ tetigerit eã] immò immũdissim⁹ fit ità peccãdo,q̃uis corporalis natura à sua superfluitate purgetur, quẽadmodùm 2. Reg.11. ferẽ de Bethsabee: Dormiuit Dauid cũ ea,statimq; sanctificata est ab immũditia sua.[Non grandis est culpa] respectu adulterij,[quũ qs furatus fuerit:]potissimè ex quadam necessitate,& nõ res ecclesiasticas, quia hoc sacrilegiũ esset, nec ab egeno. Ideò subdit: [Furat enim vt esuriẽtem impleat animam] i.vitam suam aliundè non habentem sustentaculũ vitæ reficiat.Nihilominùs iura ciuilia nunc acriter puniunt furtũ suspendio:qm̃ bonũ Reipublicæ,securam & pacificam hominũ conuersationem adinuicèm prę-
cipuè impedit.Sed in lege Mosis ità non fuit,ideò subiungitur:[Deprehensus quoquè,reddet septuplùm,] si habuerit: [& omnem substantiam domũs suę tradet,] ei à quo furtim aliqd subtraxit,quousquè satisfaciat illi:[& liberabit se] à pœna furti. Si em̃ non habuisset vndè satisfaceret,iussit lex vt venderet in seruum, & de precio illo satisfieret damnum passo. Porrò de diuersa ac differenti restitutione facienda pro furto, diffusè habetur Exod.22.

Nullibi

Nullibi tñ habetur in lege,vt pro ablato septuplum restituat: sed pro vno bouẽ furato, & apud furem nõ inuento,redderent quinq; boues, atq; pro vna oue quatuor. Propter quod Dauid,audita parabola Nathan, dixit: Quem reddat in quadruplum. Pro inanimatis verò 2.Reg. 12.
rebus iussit lex duplum restitui.Cur ergò Salomon ait, Deprehẽsus reddet septuplum?Ad hoc Thomas in Prima Secũdę respondet, q̃ preceptis legis iudicialibus poterat à regibus additio fieri secundùm exigentiã tẽporis.Vndè appáret, q̃ furto apud Iudęos inualescente, vt magìs reprimeret, pœna prefata fuerit aucta tẽpore Salomonis.Iudęi em̃ semper fuerunt, sicut adhuc sunt,auari & fraudulenti, sicut & Petrus de Aliaco in libro contra superstitiões astronomorũ,enarrat.Vel quum dicit septulum,sumit numerus determinatus pro indeterminato,vt sit sensus,Septuplum restituet,i.plenariè satisfaciet, sicut in Psal.78.dicit:Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.Etem̃ septenario totalitas ac perfectio designãtur: quoniã septem dierum circulo totum tempus euoluitur & computat. Vndè & Raphael Tobiæ 12.Ego sum vnus,inqt,de septem,qui adstamus añ Deũ. Itaq; quãùs furtum sit mortale peccatum,tñ comparatiuè paruum vocat, quẽadmodùm Ezech.16. ad Hierusalem dicit: Iustificata est Sodoma ex te.[Qui autem adulter est propter cordis inopiã,] Nã ex defectu sapientiæ & virtutum contingit, q̃ à tãto scelere non reuocat, nec anima sensualitatem refrenat.[perdet animã suã.] Quia peccãdo æternã meret dãnationem, & ità non solùm perdit sua,sed & seipsum. Adulterium quoquè in lege puniebat corporea morte,sicq; adulter Deute.22.
perdidit vitã suã animalem ac corporalem.At verò,de literalibus rõnibus diuersimodę restitutionis pro furto, dictum est plenè super Exodum, ex dictis Thomę Alexãdri de Halis,& Vuilhelmi Parisiensis. [Turpitudinem & ignominiã congregat sibi] adulter,qa vitia carnis potissimè turpia sunt,diffamatiua & probrosa.[& opprobriũ illius non delebit:]qa in inferno æterna erit eius confusio. In præsenti quoquè malã post se famã relinquit,[quia zelus] iustitiæ,amor iustę vindictæ [& furor] i.rigor iustitiæ [viri] i. Dei omnipotentis,iudicis summi,q fuit sponsus & vir Synagogę,sicut ait Isa.50. Quis est iste liber repudij,quẽ dedi matri vestræ?De qua re per prophetas Hieremiã, Ezechielem,& Osee multa dicunt. Deus quoq; incarnatus,q verè est vir,iudicabit in forma humana,& Deus frequenter in forma viri apparuit,sicq; vir appellat.Nam & Exo.15.vbi habemus,Dñs quasi vir pugnator:in Hebræo habet,Dñs vir pugnator.Itaq; vir iste [non parcet] adultero [in die vindictæ] i. particularis ac vniuersalis iudicij.De quo Iob 12.etiã dicit: Impius ad diem furoris ducetur. Et Exo.32.Ego autẽ in die vltionis vindicabo &hoc peccatũ eorũ.[nec acquiescet cuiusquam precibus] ad ignoscendũ iniquis:qa tunc est hora retributionis atq; iustitiæ,non venięnt misericordię. [nec suscipiet pro redemptione,] iniqui [dona plurima] sicut in lege per dona & sacrificia placabatur. Vndè in Psal. 48. Non dabit Deo placationem suã,& preciũ redemptiõis animę suæ. Hinc ait sanctus doctor Hieronymus:Iudex ille nec gr̃a præuenitur, nec misericordia flectitur,nec pecunia corrumpit,nec pœnitentia mitigat.Immò iudicaturo Dño,lugubre mũdus immugiet, & tribus ad tribũ pectora ferient,potentissimi quondã reges nudo latere palpitabũt,adducetur cũ suis Plato discipulis.Tunc Aristotelis argumẽta non proderunt,quãdò veniet ille filius pauperculæ quæstuarię iudicaturus orbem terræ.Prętereà,vt apparet,posset forsan hoc loco per virum intelligi proprius maritus adulteræ, qui indignans adultero, ei non pepercit à pœna secundùm legem infligenda:in die vindictæ,i.lapidationis,seu legalis punitiõis adulteri,nec precibus neq; muneribus flectebatur.Ecce rursùs hìc innotescit,quãtùm adulteria &cętera carnis vitia sint vitãda.Propter quod in suis prouerbijs ait Cyrillus:Scio q furibunda luxuria oculos nõ habet,ideò nequit intueri quò ruit.Nimirùm ad occasum amantissimę vitę tendit,ad amariissimę mortis profi
cisci tur barathrũ,ad morsum cruentæ libidinis,duce furore,cæca minatur. Quid nanq; est coitus,nisi deliciosa pernicies mortis,latens venenositas,blandiens dulcis effusio, vitã perdens:amplexus, destructionem emolliens, atq; suauitas dirè fallens?

¶Explanatio cap.7.Fili mi,custodi sermones meos. Art. 7.

SCiens Salomon animã hominis incomparabiliter esse corpore præstãtiorem,& ad spũalia bona obtinenda creatã, assiduè nos hortatur ad vitandũ carnalitatẽ, atq; vt spirituales efficiamur per sapientiam & virtutes.[Fili mi,custodi sermones meos,& præcepta mea reconde tibi] in corde,ad tuam vtilitatem,vt impleas ea.Scienti enim Iaco.4.
bonum,& non facienti,peccatũ est illi.[Fili,honora Dñm] cultu latriæ adorãdo, sacrificia offerendo,laudando,contẽplando,& cũ super omia diligẽdo.[& valebis:]pter eũ verò nè ti- Psal.149.
mueris alienum.]i.nullum alium q̃ Deũ formides,ità vt Deũ summè & principaliter verea- Mat.22.
ris,& eius vicarios ac cęteros nó nisi in Deo,& pter Deũ, seu propter rónabilem causam.

Nam

Nam qui aliter timet hominem, citò corruet. Propter quod Seneca, Tutissima, ait, res est, nil timere præter Deũ. Hinc Isa. 8. monet: Dominũ exercituũ sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester. Et iterùm loquit Isa. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnũ arescit? Denique, quũ Deus sit maiestatis immensæ, à quo finaliter separari, est incomparabile malum, & cui placere est via salutis æternæ, idcircò incomparabiliter est timẽdus etiã filiali timore. Propter quod dixit Apo. Heb. 10. Horrẽdũ est incidere in manus Dei viuentis. Et sanctus Iob fassus est: Semper quasi tumentes super me fluctus,
Iob 31.23. timui Deũ, & pondus eius ferre non potui. Itemq;: Deus solus est, & cogitationẽ eius nemo auertere potest. Idcircò à facie eius turbatus sum, & considerãs eum, timore solicitor. Veruntamen versus iste in Hebræo dicit nõ contineri. Itaq; honora Dominũ, & valebis, id est, per grãm confortaberis, ac hostibus animarũ fortior eris. Siqdem Dñs 1. Reg. 2. contestat: Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eũ: qui aũt contemnũt me, erunt ignobiles. Vndè 2. Machab. 15. scriptũ est: Honora eum q vniuersa conspicit. Nempe ad hoc conditi sumus, vt creatorem nostrũ toto affectu, totisq; viribus honoremus. [Serua mãdata mea, & viues] per grãm, [& legem meã quasi pupillã oculi tui,] id est, cũ diligentia summa, sicut pupilla, id est, mediũ oculi, in quo medio vis visiua consistit, à læsione diligentissimè custoditur. [Liga eã in digitis tuis,] id est, operibus eã cum discretione associa. Quemadmodùm enim in manibus vis operatiua, ità in digitis vis discretiua mysticè designat. Vndè Psalmista fatetur Psalm. 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad præliũ, & digitos meos ad bellum. [Scribe illã in tabulis cordis tui.] hoc suprà scriptũ est atq; expositum. [Dic sapientiæ, soror mea es:] id est, cordialiter dilige & amplectere eã. [& prudentiã voca amicam tuam:] ità vt nil charitati eius contrariũ agas, quemadmodùm Sapientiæ 8. asserit: Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eã mihi assumere, & amator factus sum formę illius. [vt custodiant te à muliere extranea.] Iudæi autem ad adulteria erãt proni, sicut Hierem. 5. testat: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. [De fenestra enim domũs meæ per cãcellos prospexi iuuenem, & video paruulos.] Potest hoc accipi de corporali fenestra, corporeoq; prospectu, & item spũali fenestra & eius cãcellis, id est, de lumine rationis & industrijs eius ac spũali intuitu. [Considero vecordẽ iuuenem] id est, insensatũ, & concupiscentijs subditũ, quasi sine corde existentem. Fornicatio enim & ebrietas & vinum auferunt cor. [qui transit per plateas,] quia arctã viam salutis abiecit, & latã perditionis viam incedit. [iuxta angulũ] de quo hincindè respiciat. [& prope viam domũs illius] s. extraneæ, [gradit in obscuro aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine.] Oculus enim adulteri, teste Iob, obseruat caliginem. Talis quoquè in obscuritate est rationis, in excęcatione & nubilo passionis. [& eccè occurrit illi mulier ornatu meretricio, prępărata ad capiendas] id est, decipiendas [animas:] Talis nãq; mulier rectè vocat rete diaboli. [Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis: nunc foris, nũc in plateis, nũc iuxta angulos insidiãs] i. versutè exquirens, qualiter sibi amatores alliciat. Sic & Apostolus de incontinentibus viduis loquit 1. Timo. 5. Ociosæ discunt circuire domos, non solùm ociosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quę non oportet. [Apprehensumq; deosculat iuuenem, & procaci] i. impudẽti, lasciuo [vultu blandit, dicés:
* deuoui Victimas pro salute * debui] i. hostias pacificas ac salutares pro obtinẽda salute Deo offerre tenebar. [Hodiè reddidi vota mea] i. desideria & promissa sacrificia Deo exolui: quasi dicat: Benè mihi conuenit cũ Deo, ideò non est periculũ mihi coniungi. [Idcircò egressa sum in occursum tuũ, desiderãs te videre, & reperi. Intexui funibus] i. chordis composui [lectulum meũ: Iqa lectus sic prępărat us, est mollior: [straui tapetibus pictis ex Aegypto] i. peri tapeta curiosè in Aegypto depicta lectũ meũ ornaui. [Adsperси cubile meũ myrrha & aloe & cinnamomo] i. speciebus seu herbis istis aromaticis, vt earũ delectati odore, delectabiliùs misceamur. Porrò aloe est suauissima arbor, cuius lignũ vice seu loco thymiamatis altaribus adolet. Est quoquè herba amarissimi succi, q succus instàr picis constringit, & valdè est medicinalis. Cinnamomũ etiã est aromatica arbor, cuius cortex instàr cãnæ protendit. [Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donèc illucescat dies: non est enim vir in domo sua, via abijt longissima, sacculũ pecunię secũ tulit. In die plenę lunę reuersurus est in domũ suam.] Circa hoc scribit Lyra: In Hebræo habet, in termino constituto. Et addit: Nescio cur trãslator noster posuit, in die plenę lunæ, nisi qa antiquitùs gentiles & alij eos in hoc sequentes, q credebãt omnia ista inferiora prouenire ad corporũ cælestiũ dispositionem, redeuntes à mercationibus suis, libentiùs intrauerunt domos suas in plenilunio, vt sic plenitudo lucri sequerẽt. Vndè adhuc in aliqbus terris Chriani volẽtes encęniare domum

mum nouam, aut mutare domiciliũ, non libẽter faciũt hoc in defectu lunæ, nè sequaẽ tẽporaliũ bonorũ defectus: sed faciũt hoc in augmẽto aut plenitudine lunæ, vt sequaẽ bonorũ temporaliũ plenitudo. Et hoc est de gẽtilitatis reliquijs, ideò potiùs est cauendũ. Hęc Lyra. Ego aũt magìs credo, sermonẽ hebraicũ esse æquiuocũ ad vtrunq; istorũ, & ità Translator noster trãstulit, sicut in Hebræo habet. Sæpissimè etem ait Lyra, aliter in Hebræo, quàm in nostra trãslatiõe haberi. Et tũ ex verbis B. Hieronymi, fratris Raymundi & Pauli, certissimè constat quòd verba illa hebraica sunt æquiuoca, & Hieronymus ea iuxta suã aptiorem significãtiam transtulit, q̃uis interdùm sensum è sensu magis, quàm verbum è verbo transtulerit. Nihil tamen de veritate mutauit hebraica. Estq; credendum, quòd propter cõmune bonũ Ecclesiæ, Spũssanctus Hieronymũ in transferendo direxerit. [Irretiuit eũ multis sermonibus] i. illaqueauit iuuenẽ libidinosum amatorijs verbis. [& blanditijs labiorũ protraxit illum. Statìm eũ sequit, quasi bos ductus ad * victimãdum,] i. ad occidendũ, vt immoleẽ. * victimã
[& quasi agnus lasciuiens] i. discurrens ac ludens, quũ ducit ad macellũ. Hìc itaq; agnus in malo accipit pro adolescente indomito, sicut & ouis in Psalmo: Sicut oues in inferno posiPsal. 48.
ti sunt. [& ignorans,] i. iuuenis est non aduertens, [& nescit q̃ ad vincula] vitiorũ æternaliumq; pœnarũ & ad diuersa incõmoda atq; pericula in hac vita. [stultus] vtpotè spũali & infusa sapientia carens, [trahat, donèc transfigat sagitta iecur eius] i. iaculum carnalis amoris ac voluptas venerea interiora eius spũaliter lædat ac perimat. Vel sagitta est diuinę vltionis acerbitas, ei iam imminens. Vndè Dñs cõminat Deute. 32. Sagittas meas cõplebo in eis. [velut si auis festinet ad laqueum] desiderio cibi, nescius laquei fraudẽ: sic ipse desiderio voluptatis ad mortẽ prælatã accelerat. [& nescit qa de periculo animę illius agit] i. iuuenis non considerat q̃ in omnibus his inuisibilis hostis non aliud machinet, nisi vt eum trahat ad tã enormia scelera, deindè ad inferni tormenta. [Nunc ergò fili mi audi me, & attẽde verba oris mei. Ne abstrahat in vijs illius mẽs tua, neq; decipiaris semitis eius] i. cor tuũ nequaq̃ à Deo recedat, acquiescendo, seq; immiscendo concupiscentijs ac operibus talis adulterę. [Multos em vulneratos] vulnere iniqui consensûs & concupiscẽtiæ. [deiecit] trahendo in opus nefariũ. [& fortissimi quiq;] q̃ fortissimi erãt corpore & anima, hoc est, sancti & sapientes, ac validi corpore, vt primus parens & filij Dei, de qbus in Gene. Samson quoquè & Da Gene. 3.
uid, ac Salomon iste. [interfecti] i. spũaliter occisi [sunt ab ea] i. ad venerea tracti, aut à re- & 6.
ctitudine iustitię emolliti ab ea, i. à mulieribus, sumendo singulare pro plurali. [Viæ inferi Iudic. 16.
domus eius] i. ea quę ipsa agit in domo sua ac sui domestici, sunt viæ inferni, i. scelera ad in- 2. Reg. 11.
fernum trahentia. De qbus Christus in Euãgelio Mat. 16. Portæ, inqt, inferi non pręualebũt 3. Reg. 11.
aduersus eã. Vitia nãq; contra Ecclesiã electorũ nequeũt finaliter pręualere. [Penetrãtes in interiora mortis.] id est, ad obscurissima ac profundissima infernalis calamitatis supplicia.

¶ Eccè ex his docemur & auisamur, nè qs in pulchritudine & abundãtia sermocinationum suarũ ac doctrinarũ incautè confidat: Qm̃ Salomon iste, q tot & tãta tam sapiẽter & pulchrè contra vitia carnis, cõtra scorta & adulteria ac idololatrias prędicauit ac docuit, ab eisdẽ prę cũctis hominibus stolidissimè ac immoderatissimè est deiectus. Cum grãdi igit timore & cautela ac humilitate euãgelizãdum est ac instruendũ, hortãdum & increpãdum, ità vt prędicator ac doctor sic instruat, increpet, exhorteturq; proximos, quatenùs iugiter memor sit proprię fragilitatis, ac Dñm deprecet, nè relinquat ab eo: & quę loquit alijs, applicet sibi, & potissimè à vitijs abstineat carnis, quum & Innocentius dicat: O extrema libidinis turpitudo, quę non solùm mẽtem effœminat, sed & corpus eneruat: non solùm maculat animam, sed etiã fœdat personã. Omne em peccatũ quodcũq; fecerit homo, extra corpus est: qui aũt 1. Cor. 6.
fornicat, peccat in corpus suũ. Semper illã precedit cõcupiscẽtię ardor, petulãtia comitat, fœtor & immunditia semper sequunt. Hoc vitium efficit hominem ad ea quę Dei sunt, insensibilem, acediosum, frontosum, inquietum, inuerecundum.

¶ Declaratio cap. 8. Nunquìd non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? Art. 8.

Hic Salomon sapientiã multipliciter laudat, actus & fructus eius explanat, & tãdèm ad increatæ sapientiæ (quæ est verbum patris) æternã generationem ac contemplationem assendit. [Nunquìd non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam?] Hoc est quod scriptum est & expositum suprà vbi dicit: Sapientia foris Prouer. 1.
prædicat, & in plateis dat vocem suam. Sic quoquè quod subditur, [In summis excelsisque verticibus supra viam in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens:] concordat cum eo quod scriptum est suprà, In capite turbarum clamitat, In foribus Ibid.
portarũ vbris profert verba sua. Ibi igit horum expositio requirat, tñ paululùm tangã eam.

Nam-

Nempè excelſi vertices, ſunt Patriarchæ, Vates, Apoſtoli ac cæteri ſancti prędicatores ac doctores, per quos ſapientia ab exordio clamitauit ac docuit alios. [O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominũ] vt conuertamini & ſaluemini. [Intelligite paruuli] i. imperfecti [aſtutiam] id eſt, prudentiã. Sicq; aſtutia ſumit hîc in bono. [& inſipientes animaduertite: Audite, quoniã de rebus magnis] id eſt, de ſublimi materia & generatione æternę ſapiẽtiæ increatę ac genitæ, de proprietatibus ſapientię creatę infuſæ. [locutura ſum, & aperient labia mea, vt recta] id eſt, iuſta documenta, prędicptaq; [prędicent. Veritatem meditabit͂ gutt͂ur meum] internum, ſcilicet cor quo verbũ intellectuale proferẽ, guttur quoquè corporale, inquãtùm verba per illud enunciant͂. [& labia mea deteſtabunt͂ impium. Iuſti ſunt oĩes ſermones mei, & non eſt in eis prauũ quid, neq; peruerſum.] Pertinent enim verba hęc Salomonis ad ſcripturã Canonicã, in qua nunquàm à veritate & æquitate recedit͂, quantùm ad ea quę ipſa ſcriptura aſſerit vera eſſe & æqua. [Recti ſunt intelligentibus] eos, per fidem
2.Cor.10. & illuminationem diuinã aut informationem catholicã, qui in captiuitatem redigũt propriũ intellectũ, & diuinę authoritati humiliter ſe ſubdũt. [& æqui inuenientibus ſcientiã,] quę eſt donum Dei, per quã veritas noſcit͂ ſcripturarũ. Immò etiã per ſcientiã, q̃ eſt donum gr̃æ gratis datæ, per quã ea quę fidei ſunt & ſcripturę, agnoſcunt͂ diffuſè ac lympidè, & contra perfidos defendunt͂. Porrò non intelligentibus & peruerſi ſenſũs hominibus, q̃ ea quæ fidei ſunt, volunt ſuo intellectu metiri ac penetrare, atq; tãtundem credere quãtùm ipſis appáret credẽdum, non videnť ſermones hi eſſe veri & iuſti. [Accipite diſciplinã meam] i. correctionem, informationem, modeſtiã meam, [& nõ pecuniã] meam. Quaſi d. Spũalia, non corporalia, bona præbeo vobis. [Doctrinã magìs quàm aurũ eligite:] id eſt, theſaurum exteriorem, q̃a quo anima eſt præſtãtior corpore, eo doctrina theſauro eſt incõparabiliter plùs optãda. Hinc ſubditur: [Melior eſt enim ſapientia cunctis precioſiſſimis opibus] videlicet
Mat.12. Luc.11. auro, gemmis, & conſimilibus rebus ac corporalibus ſpeciebus in ſuo genere valdè precioſis, vt ea quę regina Saba legitur 3.Re.10. detuliſſe ad Salomonẽ. [& omne deſiderabile, ei non poteſt comparari] i. nullũ bonũ ſeu appetibile ſenſitiuũ, quum diuerſorũ ſit generum, quẽadmodùm dona naturę comparari, i. in dignitate æquari, nequeunt donis gr̃æ, nec ſenſitiuum intellectiuo. Quòd ſi iſta de *increata ſapientia exponãtur*, cõſtat q̃ illa infinitè emineat cunctis creatis. Poſſunt tamen de ſapientia creata, ea prędictim, quę donum eſt, accipi:
Iaco.3. de qua ſcriptũ eſt: Quę deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deindè pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiẽs, plena miſericordia & fructibus bonis. [Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.] Increata ſapientia per gr̃am adeſt & commorat͂ in conſilio, i. inter eos qui ad inquirendũ vel dãdum ſalubria conſilia ac decreta, ſunt cõgregati. Sic ſpecialiter eſt in Synodo Generali, quã credendũ eſt à Spũſancto gubernari ac dirigi ad diffiniẽdum ac benè ſentiẽdum de his, quę neceſſaria ſunt ſaluti,
Mat.18. & propter quę ipſa Synodus principaliter eſt collecta, quũ in Euãgelio dicat Saluator: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorũ ſum. Habitat quoquè in conſilio, i. in ſalubri & pia inquiſitione de agẽdis, in qua libẽter dirigit conſulentẽ, q̃m placet ei talis conſultio. Sapientia quoquè creata habitat in conſilio, q̃a formaliter dirigit in
*concilio eodẽ: & ſapiẽtia illa quę eſt donũ gr̃æ gratis datæ, eſt vtiq; in Generali * conſilio. Similiter ſapiẽtia quę eſt donum, eſt in eis qui in charitate exiſtunt. ¶Deniquè de vtraq; hac ſapientia accipi poteſt quod ait Apoſtolus 1.Cor.2. Sapientiã loqmur inter perfectos. Sapiẽtiam aũt non huius mũdi, nec principum ſeculi huius, ſed loqmur Dei ſapientiã in myſterio quæ abſcondita eſt. Inſupèr ſapientia tam increata quàm creata, eruditis, i. prudentibus & ſenſatis, atq; ſalubribus cogitationibus adeſt & intereſt, q̃a procedũt ex ſapiẽtia, & placẽt ſuperſapientiſſimo Deo: cogitationibus verò ſtultis, vanis, phãtaſticis & malignis, & imaginationibus friuolis ac inſenſatis non adeſt, nec placent ei, ſed deſpicit eas, quẽadmodùm ſcriptum
2.Cor.3. eſt Sap.1. Spũſanctus diſciplinę effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibus quę ſunt ſine intellectu. Ideò dixit Apoſtolus: Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis: q̃m ad cogitãdum ſalubriter ac meritoriè, requiritur gr̃a Dei, immò & actualis motio Spũſancti. Itaq; cogitatiões eruditę ſunt, q̃ ſecundũ ſacrę ſcripturę doctrinã regulantur ac diriguntur, & ex ſapientia ſalutari naſcuntur. Qui igitur cupit Deo placere, immò & ipſum ſuo cordi gratioſè prędictem habere, ſatagat omni excluſa cogitatione inutili, inani, phantaſtica, perturbatiua, peruerſa, eruditas intra ſe cogitationes habere, reuoluere, poſſidere, quibus cor corã Deo honeſtè occupatur, pulchrè depingitur, prędicpuè decoratur. [Timor dñi odit malum.] Nam timor filialis odit & vitat malum culpæ, eo q̃ inhonoratiuũ & offenſiuũ ſit Dei, ficq; ad cogitatiões eruditas inducit, & cogitationes abijcit inſenſatas. Timor verò

verò ſeruilis odit malũ pœnæ, q̃m pœnã abhorret, nec amat iuſtitiã. Idcircò, inquãtùm ſeruilis, dicit͂ vulnerare. [arrogantiã] cordis, [& ſuperbiam] in verbis & factis, [& viam prauã] id eſt, falſam doctrinã, actionem iniquã, & quicquid publicè alios ſcãdalizat, [& os bilingue deteſtor:] q̃m veræ ſapientiæ atq; iuſtitiæ contrariant͂. Dicit͂ autẽ os bilingue, quaſi duabus vtens linguis, i. duplici modo loquẽdi ſibi ipſi nuicèm repugnãti, quoniã in præſentia loquit͂ blandè ac placitè: aliter verò in abſentia, immò vbiquè vult loquẽdo placere. Propter quod iuxta audientiũ libitũ variat verba. Non enim ſtabilit ſe in vero, nec iuſti eſt tenax.
Hinc Dñs ait Sophoñ. 1. Viſitabo ſuper omnem qui arrogãter ingredit͂. Et alibì legit͂: Si aſ- Iob 20.
cenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium
in fine perdetur. Vitemus itaquo vniuerſa hęc vitia, nec deteſtabiles ſimus Deo: ſimus quoquè in verbis conſtãtes, veri ac iuſti, nec quæramus loqui placentia, ſed magìs expedientia. [Meum eſt conſiliũ] i. conſiliũ rectũ, de quo dixi, Ego ſapientia habito in conſilio, eſt donum meũ. Porrò conſiliũ propriè ſumptũ, non eſt in Deo, quum in eo non ſit inquiſitio de agendis, ſed æterna & incommutabilis certitudo: Propter quod aſſerit Damaſcenus, q̃ conſilium eſt ignorãtis naturæ. Scriptura tñ frequenter attribuit Deo conſilium, quãtùma d id quod perfectionis eſt in rõne conſilij, q̃m omnia prouidè agit. Hinc Dñs Iſa.46. ait, Conſilium meũ ſtabit. Et in Pſal.32. aſſerit: Conſiliũ Dñi in æternũ manet. Et Apoſto. ait Ephe.1. Deus operat͂ omnia ſecũdùm conſiliũ voluntatis ſuæ. [& æquitas: mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo.] i. iſta omnia plenè & cũ infinita perfectione conſiſtunt in me, & quicqd veritatis & perfectionis inuenit͂ de his in creaturis, à me ſontaliter fluxit. Hinc habet apud Danie- Dan.2.
lẽ: Sapientia & fortitudo eius ſunt. Nemo ergò ſuperbiat, aut inaniter glorieť: ſed quicquid boni in ſe aut in toto fuerit vniuerſo, Deo cũ omni humilitate & gr̃arum actione aſſcribat. [Per me] i. ex dono ac prouidentia mea [reges regnãt.] Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, cui cura eſt de omnibus, potiſſimè de hominibus. Idcircò ex eius prouidentia dependet regimen vniuerſi, & palàm q̃ virtuoſi præſidentes ex Deo regnent ac præſint: vitioſi autem
ſuperiores ſaltẽ permiſſiuè regnãt ex Deo, q regnare facit hominem hypocritã propter pec- Iob 34.
cata populi. Qui & Oſe.13. ait: Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indignatione mea. Hinc etiã Daniel.2. dicit: Ipſe transfert regna, atq; conſtituit. & rurſum Daniel.4. Dominat͂ excelſus in regno hominum, & cuicũq; voluerit, dat illud. ¶Iterùm, reges regnãt per ſapientiã increatã, quia vt benè & ſalubriter regnent, ex directione illius procedit, q etiam per angelos ſanctos dirigit prædictes. Inſuper, ſancti Apoſtoli & omnes virtuoſi prælati ac prędules, ſuper fideles ſibi commiſſos regnauerunt ex Deo & per Deũ, cui ait Propheta: Pſal.44.
Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. [& legũ conditores iuſta decernũt.] i. ex mea illuſtratione originaliter manat q̃ legiſlatores inſtituũt iuſta decreta, & vera dictãt iudicia. Sicut enim non eſt poteſtas niſi à Deo, ſic non eſt ſapientia nec iuſtitia, niſi à Deo. [Ego diligentes me diligo.] Vniuerſos electos & prædeſtinatos diligit Deus ab æterno in lumine prouidentię ſuæ: eos aũt q̃ diligũt Deum per charitatem, ipſe etiã diligit ſecũdùm præſentem iuſtitiã, non aũt ſecũdùm ęternã prædeſtinationẽ, niſi ſint electi. Vndè ait Ioan.14. Qui diligit me, diliget͂ à patre meo, & ego diligã eum. Et rurſùm Ioan.16. Sapientia increata aſſerit: Pater amat vos, q̃a vos me amatis. Veruntñ dilectio noſtra, non eſt cauſa aut ratio prima, q̃ Deus nos diligit, immò econtrà, q̃m ipſe dilexit nos, & nos diligimus eũ, q̃a dilectio noſtra ad eum, eſt donũ ex ſua dilectione ad nos habẽs ortũ. Ideò ſcriptum eſt 1.Ioan.4. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deũ, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos. Eos verò qui diligunt Deũ ſolùm naturali dilectione, & cæteros, immò & cũcta creata diligit Deus, quãtùm ad id quod ſunt & quod habent ab ipſo, prout Sapi.11. legit͂: Diligis omnia quæ ſunt. [& qui manè vigilauerint ad me] i. celeriter & ſtatìm, cùm gr̃a eis infundit͂, ſeu diuinitùs inſpiranť, mẽtem ſuã direxerint ad me diligenter, [inuenient me] i. exaudienť à me, & incrementum gr̃æ ſortienť, ac contẽplari me poterũt. Hora quoquè diluculi ſpecialiter apta eſt
ad vacãdum altiſſimo, ſicut Eccleſiaſticus ait: Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandũ diluculo Eccl 39.
ad Dñm Qui ergò manè, i. protinùs in aurora, antequàm ad alia agẽda proceſſerit, vigilanter ad Deũ ſuam eleuauerit mẽtem, ſicut docuit Chriſtus, Primùm, inquiens, quærite regnũ Mat.6.
Dei & iuſtitiam eius, citò inueniet eũ. Ideò loquit͂ Iſaias: De manè vigilabo ad te. [Mecum ſunt diuitiæ & gloria.] Omnes nanq; diuitiæ corporales ac ſpũales profluxerunt à Deo. Et Iſa.26.
ipſe quos vult glorificat & honorat, & in ſeipſo dies eſt diuitijs infinitis, quę ſunt abſoluta & infinita perfectio eius. Atq; vt aſſerit Auguſtinus in libro de ciuitate Dei, Deus dies non pecunia, ſed omnipotentia. Apoſtolus verò ait Ephe.2. Deus dies eſt in miſericordia, ficq; de attributis alijs dici poteſt. [opes *ſuperbæ] i. opulentiæ eminentes, ſ. ſupernaturalia do- *ſupernæ

na ac bona cæleſtia. Ideò Gloſſa ait: Opes ſuperbas vocat opes excelſas, vt cæleſtia dona ſignificet. Græcè eñ ſuperbus, hyperɨphanus (i. ſuperapparẽs) dicit̃. Sic ergò ſuperbia accipit̃ hîc in bono, ſicut & Iſa. 60. legit: Ponã in te ſuperbiã ſeculorũ. [& iuſtitia.] qa eſſentialiter iuſtus eſt, cauſa, fons ac regula totius creatę iuſtitiæ. [Melior eſt fructus meus auro & lapide precioſo:] Fructus ſapientiæ, ſunt actus & cõtemplatio ac delectatio cõtemplationi annexa, meritũ quoquè & prẽmiũ actibus ſapientię correſpondẽs: de qbus certũ eſt, qꝫ incomparabiliter rebus corporalibus eminẽtiora exiſtãt. [& genimina mea argento electo.] id eſt, opera exteriora ex me, ꝓcedẽtia, meliora ſunt auro obrizo. [In vijs iuſtitię ambulo,]i. cum eis ſum & procedo, qui iuſtè viuunt, & grãm ambulãdi in vijs iuſtitiæ tribuo. Vndè Exod. 33. Moſes ait: In quo ſcire poterimus, inueniſſe nos grãm in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcum? Apoſtolus quoquè allegat quod in Deuteronomio legit̃, Ambulabo in eis: non qꝫ incircunſcriptibilis & inuariabilis Deus mutet locũ, ſed rõne ſuorũ effectuũ, hæc & conſimilia de ipſo dicunt̃. *Nam ſubdit̃:* [*In medio ſemitarũ iudicij.*] Semitæ iudicij, ſunt prẽcepta & inſtituta, iura ac regulæ, ex qbus proferunt̃ iuſta iudicia, vel actus iudiciorum, in quibus Deo complacitum eſt: Ideò in eis ſe eſſe, ambulareq́; perhibet modo prætacto. [vt ditem diligentes me] per abundãtiam gratiæ ac virtutũ in vita hac, & per copiam gloriæ in paradiſo cæleſti. [& theſauros eorũ repleam] id eſt, merita eorũ augeam in hoc mundo, & ea pleniſſimè remunerem in futuro. Quãuis autem in veteri lege temporaliũ abũdantia promittebat̃ iuſtis ac diligentibus Deum, qꝫ tamen illa non fuerit plena principaliſq́ue merces illorum, & quòd de illa non loquat̃ hîc Salomon, conſtat ex eo quod modò præmi ſit: Accipite diſciplinã, & non pecuniã. Quaſi dicat: Temporalia principaliter non promitto, ſicut expoſitum eſt. Prætereà, de iſtis theſauris loquitur Matth. 6. filius Dei: Theſaurizate vobis theſauros in cælo. Apoſtolus quoque 1. Timoth. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe theſaurizare ſibi theſaurum bonum in futurũ, vt appręhendãt veram vitam, id eſt, vitam gloriæ in qua nulla eſt corruptio. ¶Conſequenter agit Salomon de generatione increatę ſapientiæ, id eſt, verbi æterni à Deo patre, & tam euidenter ſuper hoc loquitur, vt mirãda, immò miſerãda ac deplorãda ſit cæcitas atq; peruerſitas negantiũ veram deitatem eſſe in filio vnico Dei pris æterni. [Dominus poſſedit me] id eſt, pater æternus in corde & intellectu ſuo ſtabiliter & immobiliter habuit me, iuxta illud Ioan. 1. *Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris.* [in initio viarum ſuarũ:] id eſt, ab exordio & in principio creaturarũ operumq́; & mandatorũ ſuorum, iuxta illud: In principio erat verbum. Porrò creaturæ & mandata ac opera Dei, ſunt viæ, quia ſunt media pertingendi ad creatoris notitiã, ſicut Roma. 1. ſcribit Apoſtolus: Inuiſibilia Dei, id eſt, incompręhenſibiles proprietates Dei, eius videlicet omnipotentia, ſapientia, benignitas, per ea quę facta ſunt, conſpiciunt̃. Vndè & Iob 40. legitur: Ipſe eſt principium viarũ Dei, quod tamen ad literam, dicit̃ ibi de primo illo apoſtata angelo. Sicut enim effectus inducit ad ſuæ cauſæ cognitionem, ſic creatura ad creatoris notitiam. Similiter illuminationes ac iuſſiones, quas Deus ab initio impreſſit angelicis mentibus ac primis parentibus, fuerunt viæ ad creatoris cõtemplationem, amorem & cultum. Nè autem dicere quis auderet, filium Dei fuiſſe quidem ab exordio mundi, ſed nõ antè, immò cum alijs & inter alia eſſe creatũ, ſubiungit̃: [antequàm quicquã faceret à principio.] Veruntamen antiqua tranſlatio habet: Dominus creauit me initio viarum ſuarum, & ità allegat Ambroſius ſuper Pſalmũ, Beati immaculati. Dicunt̃q́; aliqui, qꝫ creatio ſumitur ibi extenſè, prout generationem includit. Alij dicunt, qꝫ ſapiẽtia dicit̃ ab initio eſſe creata, propter futurum tunc incarnationis myſterium, in qua verbum æternum factum eſt caro & homo, & quãtùm ad humanitatem, creatũ. Vndè & Eccleſiaſtici 24. teſtat̃: Ab initio & ante ſecula creata ſum. Inſuper, nè impijſſimus Arrius & eius ſequaces affirmare ere blaſphemo præſumãt, filiũ Dei eſſe creaturam, & tamen ante angelos ac mundum ſenſibilem eſſe creatum, non autem ab æterno, nec eum eſſe patri coæternũ, ſubiungit̃: [& ab ęterno ordinata ſum:] id eſt, æternaliter producta ac generata à patre, ad producendũ cum eo Spiritum ſanctũ, manente ordine inter patrem & me, ordine inquã naturæ & perſonalis diſtinctionis, non dignitatis aut temporis. Pater enim natura, id eſt, naturali origine prior eſt filio, perſonaliterq́; diſtinctus ab eo: non autem dignitate aut tempore. Immò tres ſuperbenedictę & ſuperglorioſæ ac adorãdę perſonę, ſunt conſubſtãtiales, coæquales & coæternæ. [& ex antiquis] ſcilicet exordijs temporũ, immò & ante ea, & à diebus æternitatis. Vndè *Daniel. 7.* Pater æternus vocat̃ antiquus dierum. Apoſtolus quoq; ad Titũ 1. Vitã, inqt, ęternam promiſit Deus ante tempora ſecularia. Hinc ſubdit: [antequàm terra fieret] de qua legitur Geneſis 1. In principio creauit Deus cælũ & terram. Atq; in Pſalmũ. 101. Initio tu Domine

mine terrã fundâſti. Vel ſpũaliter, antequàm terra fieret, id eſt, priuſquàm Eccleſia formare tur. [Nondùm erãt abyſſi] id eſt, maria, [& ego iam cõcepta erã:] id eſt, genita. In ſimpliciſſimo eñ Deo, idem eſt concipere & gignere, qa non aliundè concipit pater, ſicut in carnali generatiõe mater concipit à pr̃e ſeu viro. Pater aũt æternus ſeipſum æternaliter ac ſuperpleniſſimè & inuariabiliter intuẽdo ac intelligendo, id quod in ſe intueť atq; intelligit, hoc in ſe concipit, profert ſeu gignit: & hoc eſt verbũ eius æternũ, perfecta & plena ac naturalis imago pr̃is genita, & infinita ſapientia eius, in quo verbo æterno pleniſſimè, quicqd patris eſt, reſplendet. [Necdùm fontes aquarũ eruperãt] originaliter de Oceano per ſubterranea loca, & de occultis receptaculis ac ventriculis ſuis ſub terra latentibus. [necdùm montes graui mole] i. magnitudine [cõſtiterãt] eleuati ſuper planitiem terrę. [Ante colles ego parturiebar: adhuc terrã non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrę.] Per cardines, poſſunt extremitates terrę intelligi, vel duę extremitates axis, circa quas circunferť cælũ, ſicut ianua ad cardines ſuos, quæ extremitates ſunt polus arcticus atq; antarcticus. Vel cardines orbis terrę, ſunt quatuor principales terrę partes, Oriens, Occidens, Auſter & Aquilo. [quãdò prẽparabat cælos, aderã: id eſt, quãdò cæleſtes orbes creauit, & creãdò ad commoda hominum ordinauit, affui. [quãdò certa lege & gyro vallabat abyſſos,] id eſt, aquis Oceani per circuitum prę fixit, quouſq; extenderent ſe, & mouerent̃ verſùs terrã. Vndè loquit̃ Deus beato Iob: Quis concluſit oſtijs mare, quãdò erumpebat quaſi de vulua procedens? Circũdedi illud terminis meis, & poſui vectes & oſtia, & dixi, Hucuſquè venies, & non procedes ampliùs: & hîc confringes tumentes fluctus tuos. Ideò ait Pſalm̃. de Deo, Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. [quãdò æthera] id eſt, ſphæram ignis proximam lunæ, vel ſuperiorem aëris regionem. [firmabat ſurſùm] id eſt, firmiter collocauit in apice elementorum. [& librabat] id eſt, in pondere & in menſura ſua conſtituit [fontes aquarum.] Hæc enim & conſimilia ſunt opera creatoris, de quo legit̃ Iſa. 40. Quis librauit in pondere montes, & colles in ſtateraꝫ [quãdò circũdabat mari terminũ ſuum,]qui terminus communiter eſt terra mollis & arenoſa, ſicq́; in hoc declarat̃ omnipotẽtia ſummi opifiſcis, ex cuius prẽcepto mare frenat̃, nè tam debilem exeat terminum, ex quo poſſumus contemplari quàm metuendus ſit Deus. Propter quod Hiere. 5. hortat̃: Audi populeſtulte, qui non habes cor: Me non timebitis, q́ poſui arenã terminũ mari, præceptũ ſempiternũ, quod non prẽteribit? Intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud. Hinc ſubdit̃: [& legem] id eſt, ꝓceptũ ſeu ordinationẽ [ponebat aquis, nè trãſirent fines ſuos.] Voluit enim omnipotens partem terrę eſſe diſcoopertã ab aquis, propter hominũ & animaliũ habitationem ac ſuſtentationem. Aqua aũt ex ſua natura, quũ ſit ſubtilior ac leuior terra, *inclinaret̃ terram* aſſcendere, niſi creatoris reſtringeret̃ prẽcepto: quod tñ naturale atq; conueniens eſt reſpectu vniuerſalis naturę, quẽadmodùm & deſcenſus ignis in generatiõe mixtorũ. [quãdò appendebat fundamenta terrę,] id eſt, in medio vniuerſi creauit ac ſtatuit elementũ terræ, & partes eius inferiores ac interiores circa centrũ, quę fundamentũ videnť partium aliarum. Vñ dñs ait ad Iob: Vbì eras, qñ ponebãs fundamenta terrę, ſuper quo baſes eiꝰ ſolidatę ſunt? [cũ eo erã cũcta componẽs] id eſt, producẽs & ordinãs. nã ſicut ſupereſſentialis & ſuperfeliciſſimę Trinitatis eſt vna natura & vna poteſtas, ità operatio vna ad extrà, eiuſq́; opera ſunt indiuiſa. Ideò ſcriptũ eſt: Quæcũq; facit pater, hęc & filius ſimiliter facit. [& delectabar per ſingulos dies.] Infinita eſt eñ beatitudo & gaudiũ vniuſcuiuſq́; increatę & adorãdę perſonæ, & cũ iocũditate intẽſiuè immẽſa intuenť, diligũt & fruunť ſe inuicẽ. [ludens] i. delectabiliter agens ac operãs [corã eo omni tẽpore,]iuxta illud in Pſal. 103. Lætabit̃ dñs in operibus ſuis. Vñ vnigenitus ait Ioan. 5. Pater meus vſq; modò operat̃, & ego operor. [ludens in orbe terrarũ:]i. delicioſè diſponẽs quę ſiũt in eo ex fonte *ꝓuidẽtię* meę. Vel ideò ait, Ludẽs in orbe terrarũ, qñ ea quę operat̃ in terra, ſunt quaſi ludus reſpectu ſupernaturaliũ, diuinorũ, cæleſtiumq́; ſuorũ effectuũ. Vel qñ ſicut is q́ ludit cũ pila, percutit eã de loco ad locũ, ſic increata ſapientia variat mundi ſtatũ, & tranſfert regna de gente in gẽtem, & excutit iniquos de loco ſuo ad alium, prout inducit Iob 34. Opera manuum eius ſunt vniuerſi: ſubitò morientur: conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis: quaſi impios percuſſit eos in loco vidẽtium. [& delicię meæ, eſſe cum filijs hominũ.] Eccè quàm dulce verbum eſt hoc. Etenim beneplacitum eſt Dño in populo ſuo, de quo ait per Hiere m̃. 32. Lætabor ſuper eis quũ benefecero ipſis. Iraq; delicię meæ, eſſe cum filijs hominũ, id eſt, valdè delectabile mihi eſt, inter iuſtos & virtuoſos per grãm commorari, & in eorũ amore quieſcere, ac laudabilia eorũ exercitia intueri. Nempe quo fragiliores ſunt per naturã, eo in eorũ conatu ad perficiẽdum, & in pugna eorũ cõtra inuiſibiles hoſtes ac aciem vitiorũ, magis dele

ctor. Videt quoquè increata ſapientia iſtud dixiſſe, propter incarnationis myſterium, quo aſſumptura erat naturam humanã, & inter homines conuerſatura ex nimia ſua charitate ad genus humanum. ¶Deniquè in rebus & creaturis irrationabilibus ac animatis, eſt Deus per eſſentiam, præſentiã & potentiã, non autem per charitatem & grãm. Ideò reſpectu exiſtentiæ, qua in illis eſt, delicioſum ſibi eſt eſſe cum filijs hominũ, in qbus per grãm & charitatem exiſtit. Veruntũ non eſt putãdum, q̃ aliquid delectationis accreſcat Deo ex creaturis, vel ex conſiſtentia eius cum hominibus: ſed quoniã in ſeipſo tam bonus, amoroſus & pius eſt, ideò delicioſum ſibi eſt tam dignãter ad homines ſe habere. ¶Sint ergò & noſtræ deliciæ, eſſe cum ipſo, adhæreamusq́; ei indeſinenter amando, contemplãdo, laudãdo, orãdo, omniq́; modo nobis poſſibili vicem ſuæ dignationi pijſſimę exhibẽdo. Et certè væ eis quæ ei ingrati ſunt, & mentem ſuã ab eo auertunt, q̃ intãtùm nos diligit, q̃ etiam in ſacramento ſemper nobiſcum eſt, & in illo ſe præſtat nobis. Hinc increata ſapientia conſequenter hortatur: [Nunc ergò filij audite me: Beati] nũc in ſpe & merito, [qui cuſtodiunt vias meas:] id eſt, diuina præcepta. [Audite diſciplinã, & eſtote ſapientes, & nolite abijcere eã.] quoniam ſine dono ſapientię nemo poteſt ſaluari, ſicut nec ſine charitate: & neminẽ diligit Deus, niſi
Sap. 7. qui cũ ſapiẽtia inhabitat: [Beatus homo qui audit me] aure obeditionis, [qui vigilat ad fores meas quotidiè] id eſt, ſacra loca diuini cultũs ac prędicationis aſſiduè viſitat cum vigilantia mentis deuotę. [& obſeruat ad poſtes oſtij mei] id eſt, attendit verba doctorũ ac ſcrãpturarum, per quę intrat in domũ Dei, in Eccleſiã militãtem, ac triumphãtem. [Qui me inuenerit,] id eſt, cor ſuũ mihi vniẽrit per fidem & obędientiã, [inueniet vitam] verè virtuoſam, ac gloriã æternalem. Ego enim ſum via, veritas & vita. [& hauriet ſalutem à Domino.]
Ioan. 14. id eſt, felicitatem æternã à fonte totius beatitudinis ſortiẽt. [qui autem peccauerit in me] per trãſgreſſionem præcepti, [lædet animã ſuam] id eſt, ſibijpſi, non mihi, nocebit: & ipſum peccatũ, eſt læſio atq; interit⁹ animę. Sed & veniale peccatũ animam peccãtis aliqualiter lædit, non tamen lœtaliter, ſed ad lœtalem læſionem diſponit, immò & citò ad eã perducer, niſi quotidiè refrenẽ ac caſtigetur: quia hoc facit ſentina neglecta, quod fluctus irruens. [Omnes q me oderunt,] vel ipſam ſapientiã increatã in ſeipſa deteſtãdo ac odiendo, quod eſt formaliter ac propriè Deũ odire, & non niſi impijſſimis conuenit: vel eius præcepta parũ pendendo, & mentem auertendo à ſummo bono, quod plurimi faciũt. [diligũt mortẽ,] id eſt, irà ſe habent, ac ſi mortem animæ miſeriamq́; gehennę amarent, faciendo ea per quæ quotidiè propinquant ad mortem. Diligunt quoquè mortem, id eſt, opera vitioſa & peccata, quę ſunt mors animę. Vndè ſcriptum eſt Sap. 1. Iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. Impijautem manibus & verbis accerſiẽrunt illam.

¶Declaratio capituli noni: Sapientia ædificauit ſibi domum.

Articulus nonus.

CApitulo præcedenti egit Salomon de æterna generatione, veraq́; deitate vnigeniti filij Dei. Hîc agit de eius incarnatione, eiusq́; humanitatis myſterijs. [Sapientia] increata, de qua in præcedenti capitulo dictum eſt, [ædificauit ſibi domum.] id eſt, corpus quod formauit & aſſumpſit ex puriſſimis virginis ſacręſanguinibus. Vel domum, id eſt, aſſumptam humanitatem, in qua tanquàm in domo habitauit, de qua dixit Iudæis: Soluite templum hoc.
Ioan. 2. Rurſùs domus hæc, poteſt dici Eccleſia, de qua ad Hebrę. 3. ait Apoſtolus: Chriſtus tanquàm filius in domo ſua. Atq; 1. ad Timo. 3. Scias quomodò oporteat te conuerſari in domo Dei, quę eſt Eccleſia Dei viui, quã ædificauit Saluator, legem euãgelicam cum ſuis ſacramentis inſtituendo, & homines ad fidem catholicam conuertẽdo. Vndè dixit ad beatiſſimũ Petrum: Tu es Petrus, & ſuper hãc petram
Mat. 16. ædificabo Eccleſiam meam. Ædificauit eam verbo inſtructionis, & conuerſatione exemplari ac ſancta, quemadmodùm ſcriptũ eſt Act. 1. Cœpit Ieſus facere & docere. [excídit columnas ſeptem.] Columnę ſeptem ſuſtentantes domũ prętactam, ſunt ſeptem Sacramẽta, vel ſeptem dona, quę etiam in Chriſti anima pleniſſimè erant & ſunt, & eius Eccleſiam ſtabiliunt ac decorant. ¶Rurſùs, quia (vt dictum eſt) ſeptenario deſignat totalitas atq; perfectio, poſſunt per ſeptẽ columnas, intelligi vniuerſæ particulares Eccleſię per orbem diffuſę,
Apoc. 2. 3. quę ſignificarę ſunt per ſeptẽ Eccleſias Aſiæ, qbus in Apocal. ſcripſit S. Ioan. Nam & ipſam Eccleſiam vocat Apoſtolus 1. Timo. 3. columnam & firmamẽtum veritatis. Similiter vniuerſitas Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum, qui ſua ſanctitate & doctrina & exemplaritate inſtituerunt ac fundauerũt Eccleſiã, poſſunt per ſeptẽ columnas ſignari, ſicut de Petro,
Gala. 2. Iacobo & Ioanne ſcribit Paulus, quòd videbantur columnę eſſe: has Saluator excídit, id eſt, de mundo per gratiam ſuam abſtraxit, ſpiritualiterq́; ornauit. [Immolauit victimas ſuas.] Chriſtus nanq; ſpũales hoſtias, ſ. ſacrificium laudis, oſonem & grãrumactionem, promptiſſimamq́; obedientiã ſecũdùm aſſumptã humanitatem obtulit Deo patri, immò toti ſuperexcellentiſſimę Trinitati, & tandèm obtulit ſeipſum in cruce oblationem & hoſtiã Deo in odorem ſuauitatis. Sicq́; obtulit victimas, i. corpus ſuũ & ſanguinem. Vndè Iſa. 53. fuit prædictum: Oblatus eſt, qa voluit. [miſcuit vinum.] nam in cœna nouiſſima vinũ conuertit in ſanguinem ſuũ. & vt Thomas ac alij multi teſtanr̃, probabile eſt, q̃ vinũ illud fuit lymphatum, i. aqua mixtũ, quia in terra promiſſiõis ſunt ſortia vina. Miſcuit quoq; vinũ ſpũale, id eſt, arduam & exhilaratiuã, immò & ſpũaliter inebriatiuã doctrinã in ſermone quem fecit poſt cœnã. [& propoſuit menſam ſuã] id eſt, euãgelicam legem, in qua omniũ internorum ferculorũ copia continet, & Euchariſtiæ communionem, quã dedit in cœna. Iuſſit etiã menſam corporalem parari, dicendo diſcipulis: Euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus. Mar. 14.
Promiſit quoq; tũc menſam cælęſtis conuiuij, dicens Luc. 22. Ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo. [Miſit ancillas ſuas] id eſt, prędicatorum ſuorũ collectiones, preſertim glorioſos Apoſtolos, q̃ ob ſui ob ſequij promptiſſimi aſſiduitatẽ humilimã, rectè vocant ancillę. nã ſunt & qdã Hebræi doctores, q̃ per domũ ſapientiæ, intelligunt Synagogã: per ancillas, intelligũt Moſen & Aaron. [vt vocarent ad arcem,] id eſt, vt ipſos qbus prędicare miſſi erãt, inuitarent ad altitudinem euãgelicæ legis ac fidei, ad apicem regni cæleſtis, ad verticem virtuoſæ perfectionis. [& ad mœnia ciuitatis.] Ciuitas iſta eſt Eccleſia militãs, de qua in Pſal. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et Apocalyp. 11. Ciuitatem ſanctã calcabunt menſibus quadraginta duobus. De qua Hebrę. 11. ferẽ: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis. Mœnia ciuitatis iſtius, ſunt diuina ſubſidia, angelicę quoquè cuſtodiæ, virtuoſi pręlati, & ea qbus fides catholica roborat̃, qui bus omnibus munit̃ & circũuallat̃ Eccleſia tãquàm fortiſſimis muris, immò de Chriſto & eius Eccleſia ſcriptũ eſt Iſa. 26. Vrbs fortitudinis noſtrę Sion, Saluator ponet in ea murus & antemurale. Adhæc, mœnia vocant̃ fideles, vt intra ea confugiãt, proteganr̃ atq; ſaluent̃ innitendo diuinis ſubſidijs, & angelorũ cuſtodijs ac pręlatorũ doctrinis, à qbus non exeant, quemadmodùm de qbuſdã aſſerit̃ 1. Ioan. 2. Ex nobis prodiẽrũt, ſed non erãt ex nobis. nam ſi fuiſſent ex nobis, mãſiſſent vtiquè nobiſcũ. [Si qs eſt paruulus,] id eſt, pauper, vilis & modicus in oculis ſuis, hoc eſt, humilis [veniat ad me:] Humiles qppe, ad diuinę ſapientię ſuſceptionem ac alia grãrum chariſmata magis diſpoſiti ſunt, iuxta illud Pſal. 18. Teſtimonium Dñi fidele, ſapientiã pręſtãs paruulis. Itemq́; Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat, & intel- Pſal. 118.
lectũ dat paruulis. Super hoc gauiſus eſt Chriſtus, ſapiẽtia æternalis, ſecũdùm quod Luc. 10. legit: Exultauit Ieſus in Spũſancto, & dixit: Cõfiteor tibi pater, Dñe cæli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelâſti ea paruulis. Sed qa Saluator non ſolùm vocauit humiles, immò etiã vniuerſos errãtes, ſicut in euãgelio proteſtat̃: Venit filius Luc. 19.
hominis quærere & ſaluare quod periẽrat, rectè ſubiungit: [Et inſipientibus locuta eſt:] Inſipientes nãq; ſunt vniuerſi, q̃ carnalia & caduca præferunt ſummo & incõmutabili bono. [Venite] per mentis conuerſionem, [comedite panem meũ] id eſt, corpus meum in ſacra- Ioan. 6.
mento, de quo dixi: Caro mea verè eſt cibus. Panem quoq; lachrymarũ, per verã contritionem: panem vitæ & intellectûs, per contẽplationem: panem obedientiæ, per præceptorum impletionẽ. Vndè Ioan. 4. ait Saluator: Meus cibus eſt, vt faciã volũtatem patris mei. Et certè omnia iſta optimè mentem reficiũt, roborãt, impinguãt. [& bibite vinũ quod miſcui vobis.] hoc eſt, ſanguinem ſeu prefatã doctrinã, vndè teſtatus ſum: Sanguis meus verè eſt po- Ioan. 6.
tus. De hoc pane & vino Zacharias ait: Quid bonũ Domini, & quid pulchrũ eius, niſi fru- Zacha. 9.
mentum electorũ, & vinum germinãs virgines? [Relinquite infantiã] id eſt, puerilitatis vitiũ & carnalitatem. [& viuite] per virtutes, [& ambulate per vias] id eſt, per præcepta [prudentiæ,] vt ſit rationabile obſequium veſtrũ, & omnia ordinatè agatis, atq; ſolicitè vigiletis contra aduerſarios veſtræ ſalutis, ſicut in prima ſua canonica hortat̃ primus & ſummus
Chriſti vicarius: Eſtote prudentes, & vigilate in oſonibus. Et denuò: Sobrij, inquit, eſtote & 1. Petr. 4.
vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem de- & 5.
uoret, cui reſiſtite fortes in fide. [Qui erudit deriſorem] quem ſcit eſſe talem, & in ſua peruerſitate obduratũ ac incorrigibilem, [ipſe ſibi iniuriã facit:] id eſt, ſeipſum inhonorat, imprudenter agendo atq; inaniter laborãdo, & deriſorem prouocando ad iniuriandum ſibi. Quid ergò aget prælatus habens ſubditos deriſores, niſi vt quos verbis nequit inſtruere, verberibus & per viã rigoris (quãtùm poteſt) reprimat & caſtiget, ſi forſan vexatio illis tribuat intellectũ? Sunt etenim refrenãdi, nè inficiant alios. [& qui arguit impium,] qui (vt dictũ eſt) incorrigibilis & induratus eſſe cognoſciẽ, [ſibi maculã generat] quũ agat inſipiẽter,

&prouocet impium ad detrahendũ sibi.talis ergò arguẽdus est disciplinis iustitię,sicut iam tetigi. [Noli arguere derisorem, nè oderit te.] nè s. ad peiora incitetur, & reddat tibi malum pro bono.Hinc Mat.7.loquit Dominus: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, nè fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpãt vos.Ideò(teste Hieronymo)peruersum ac induratũ,ad maiorem insaniã prouocare,& non aliud quàm odiũ quærere,extremę dementiæ est. Dum ergò non est spes de alterius correctione,cessare aut differri debet correptio & exhiberi oratio.Nempe(vt Petrus Rauennensis fatet)peruersum corripere,nil aliud est quàm stimulare insanũ,& camino oleũ adhibere,ac ventis incendia velle extinguere.Nihilominùs si alicuius peruersitas sit nociua bono cõmuni,non est eius castigatio omittenda ex causa præhabita,videlicet nè odiat corrigentem,& nè ad deteriora labaĩ,sed tunc per pœnas est coẽrcendus, & in hoc casu loquit Origenes:Dum sacerdotes vni parcunt, toti Ecclesię moliunt interitũ. Quæ est pietas ista,vni parcere,& oẽs mittere in discrimen?polluit enim ex vno impio populus,sicut ex vna morbida oue grex inficit vniuersus.Et Augustinus: Molestus est,inqt,medicus furenti phrenetico,eum ligãdo:& pater indisciplinato filio,eum redarguẽdo:si autẽ negligant eos & perire permittãt,falsa est mansuetudo hæc & crudelis. Hinc ait Bernardus: Dum increpaĩ vitia, & scandala indè nascunt,ipse sibi scandali causa est, qui fecit id quod argui debuit, non ille qui arguit.Nè ergò timeas veritatem esse contra charitatem, si vnius scandalum, multorum recompensaueris pace.[Argue sapientem,& diliget te:]qa confiderat se esse culpabilẽ,quum dicat Apostolus Iacobus:In multis offendimus omnes.Ideò suã repræhensionem, reputat medicinam & eleemosynã spũalem,ac beneficium esse magnũ:Ideò grãs agit,& diligit arguentem, quem etiam ex charitatis radice & zelo iustitiæ confidit esse loquutum. [Da sapienti occasionem] considerãdi seipsum atq; salubria,[& addetur ei sapientia:]quia proficiet indè. [Doce iustum, & festinabit accipere] salutarem doctrinã, nec erit tam improbus,vt reputet se tãtæ sapientiæ esse,vt eum nequeas de aliquo informare,quemadmodùm scribæ & pharisæi, qui dixerunt eçco nato illuminato à Christo:In peccatis natus es totus,& tu doces nos? Itaq;(sicut ait Gregorius) viri verè sapientes ac timorati,grãs agunt, non indignanr,eis à qbus errata sua eis pandunr,sicut preclarissimus archiapostolus in epistola ad Galatas à Paulo notatus, in sua epistola econtrariò Paulũ magnificè cõmendauit. [Principiũ sapientiæ, timor Domini.] Hoc iam suprà expositũ est.[& scientia sanctorum, prudẽtia.] Vera nanq; prudentia,non nisi in virtuosis habet hominibus,vt probat Philosophus:In malis autem & passionatis hominibus, non est vera prudentia, sed calliditas quædam vulpina & humana versutia.Passiones quippe & vitia corrumpunt in eis rectum rationis iudicium,magisq; propria commoda quærũt,quàm bonũ commune. Veruntñ scientia capitur hîc extensè pro practica notitia,boni efficaciter approbatiua:sicq; prudentiã comprehendit,quanùs propriè loquendo ab inuicèm distinguãtur.De hac scientia salubri dominus per Isaiam testatur: Captiuus ductus est populus meus, eo q non habuit scientiam. [Per me enim multiplicabũtur dies tui:] id est, mihi sapientiæ obtemperãdo,obtinebis vitam diuturniorem ac meliorem,moderatè & sobriè te habendo,ac diuersa vitãdo pericula. Possunt quoquè per dies,intelligi ipsę virtutes atq; internę illuminatiões:qbus aĩa intùs cla rescit,quæ crescunt & perficiũtur in homine sapientiã amplectente.[& addentur tibi anni vitę] i. dies ęternitatis in gloria,iuxta illud Psal.90.Longitudine dierum adimplebo eum,& ostendã illi salutare meum.[Si sapiens fueris,tibimetipsi eris,] id est, in propriã mercedem & gloriã tibi proficiet ac redundabit. Ex consequenti verò, sapientia alicuius est proximis suis proficua, quibus succurrit docendo, corripiendo, hortãdo, orãdo, exemplariter conuersando,aut simili modo.Vndè in aliquibus libris subiungitur, & proximis tuis:& ità allegat in suis homilijs Eusebius,dicens: Nullius sapientis sapientia, sibi soli amica est. Hoc tamen non est de textu, sed ab aliquo expositore annexum.[Si autem illusor] sis,[solus portabis malum:] id est,culpã & debitam pœnã pro ea,sicut ait Apostolus: Vnusquisq; propriũ onus portabit.Interdùm tñ illusor scãdalizat,perturbat ac decipit alios,sicq; sua peruersitas est alijs occasio culpę & pœnæ,q nisi liberè cõsentirent in culpã, non eis noceret alterius prauitas,sed esset eis exercitatio ad profectũ. Porrò quod subditur:[Mulier stulta & clamosa,plenaq; illecebris, & nihil omninò sciens,] quãuis ad literã possit exponi de muliere adultera,libidinosa,seu fornicatrice, cõmuniter tamen exponitur de insipiẽtia seu falsa doctrina,& peste hęretica,quę mẽtem ad spũale adulteriũ(hoc est,ad recedẽdum à Deo, à fidei veritate, à tenore iustitiæ)trahit,quę & clamorosa est & inuerecũda,sicut asserit Augustinus:Sileat hęreticorũ loquacitas,nullã habens verecundiã,& plena illecebris, quoniã tur

piter

Iaco.3.

Ioan.9.

Gala. 2.
2.Petr.3.
Eccl 1.

Isa. 5.

Gala. 6.

piter delectaĩ,& ad fœda corporis delectamenta inducit. [sedet in foribus domũs suæ] i. in locis patentibus congregationis hęreticæ,seu insanę ac fatuæ,[super sellam] id est,sedem [in excelso vrbis loco] i. in principibus & prælatis suæ societatis atq; cõmunitatis,qa per illos allicit alios.[vt vocaret trãseuntes per viã,& pergentes in itinere suo] i. fideles,per viam salutis ac fidei catholicę tendentes ad patriã,incorporaret sue congregationi iniquæ,inuoluendo ipsos suis erroribus,[dicens, quis est paruulus?declinet ad me.] simili modo sapientia increata,sicut iam patuit,ad se vocat & exhortaĩ,sicq; insipiẽtia & prauitas hæretica conformãt se,partim in verbis veræ fidei ac sapientiæ sanctæ, quatenùs sub specie boni magis decipiãt. Ait itaq;,Si quis est paruulus: Quasi dicat,Ego quoquè humiles quęro & approbo.[& vecordi] id est,stulto [locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.] per aquas furtiuas,intelliguntr doctrinę hæreticæ & peruersæ, q primò in secreto docentr quousquè prævaleãt. Hæ aũt doctrinæ sunt multis tãto delectabiliores, quãto minùs trãscendunt capacitatem & ratiocinationem intellectûs humani, quem difficile est in captiuitatem redigere ad credendũ ea,quę omnem rõnem,experientiã & sensum excedũt, sicut q Arrius docuit neum non esse trinũ in personis,& Photinus, q Christus sit purus homo,& alij quidã, q in Sacramento non sit Christus,nisi vt in signo. Tales quoquè doctrinæ recedũt ab arcta via salutis,& delectabilia multa licentiãt,à quibus sapientia vera refrenat. Ideò dulciores videntr.panis autem absconditus, est sacrificiũ superstitiosum taliũ peruersorum, vel in se,vel quãtùm ad modũ sacrilegum,quo illud sacrificãt & frequentãt. Vel panis absconditus,est error occultus,latens perfidia, lex iniqua,quibus reficitur homo vecors ac perfidus. ¶Deniquè ad literam multis dulciùs sapiunt cibus & potus, quem occultè & furtiuè accipiũt,inquãtùm in tali refectione propria libertas plùs aliquid habet,vel proprium seperatum q; commodũ magìs sentiũ,vel diabolus magìs instigat,prout in libro collationum in simili tãgit Augustinus,& in collationibus patrum Abbas Serapio sibi in sua iuuentute contigisse fatetur de paxemade, quam comedit quotidiè in secreto. Sed istud in virtuosis locum non habet. ¶Conformiter de spũalibus aquis furtiuis ac pane abscondito, in peruersis perfidisq; hominibus accidit. [Et ignorauit] insipientia seu hæresis detestanda,[quòd gigantes ibì sint,] id est,spiritus maligni & superbissimi hæresiarchæ,in suis doctrinis dominentur ac regnent, non Deus nec sapientia salutaris. Istud ertñ despicit credere, & putat pertinaci animo se benè sentire: immò incorrigibiliter suis adhæret erroribus vsque ad ignem.[& in profundis inferni conuiuæ eius.] id est, quòd hi qui participant, & adhærent suis doctrinis,in profundo inferni demergantur, sicut Ioannis 5. scriptum est: Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij DEI. Vndè rursùs in prima sua Epistola ait idem Euangelista:Qui non credit in filium,mendacẽ facit Patrem, quia non credit in testimonium quo testificatus est Pater de filio suo. Ideò subditur:[Qui enim applicabitur illi,] id est,insipientiæ aut hæreticæ prauitati consentit. [descendet ad inferos:nam qui absceſſerit ab ea,saluabitur.] nisi aliundè sit reus. Veruntamen versus iste non est de textu.

Paxemas tertię declinatiõis, seu paxemadion secundę, significat panem bis coctum.

1.Ioan.5.

¶Elucidatio cap. 10. Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Hierusalem.

Articulus decimus.

Quemadmodùm in exordio dictum est, hîc inchoatur secũda pars atq; collectio Parabolarum Salomonis,in quibus non est longa connexio de eadem materia, sed quilibet versus communiter habet suã materiam compẽdiosè, & laudi virtutis frequenter coniungit, vituperium peccati contrarij. Itaq; pro titulo præmittitur:[Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Hierusalem.]Quem titulũ premiserũt, qui ex ore Salomonis istas collegerunt parabolas. Itaq; parabolæ Salomonis sunt quæ sequunr:[Filius sapiens lætificat patrem,filius verò stultus mœstitia est matris suæ.]Istud totum rectè vocaĩ parabola, quia sub literali significatiõe,qua de carnalibus filijs & carnalibus eorum parentibus intelligitur, aptiorem ac spiritualem habet intelligentiã, vt tãgetur. Itaq; filius sapiens,id est,prudens proles,vt nomine filij,etiã filia designetur, ità vt filius notet relationem,non sexum,sicut quum dicit,filius est res nata ex substãtia patris,quod competit filiæ,sicut & filio. Filius ergò sapiens lætificat prem, qui ex dilectione præcipua(qua filium amat) de eius sapientia gratulaĩ, & à filio sapiente in multis iuuaĩ,ac per filiũ talem cõfidit honorari,& tẽpore senectutis foueri. Gloriaĩ quoquè se talẽ relinquere posterũ ac hęredẽ,sicut & Iacob de sapiẽtia filij sui Ioseph exultãs,ait Gen.46. Iã lętus moriar,qa superstitẽ te relinquo. De hac re multa in Ecclesiastico cõscribunr,quę suo loco sunt exponẽda,

& his colligandas: ideò non oportet præuolare, aut ea hîc allegare. Filius verò ſtultus, mœſtitia eſt matris, id eſt, cauſa & materia doloris ſuę carnalis mȓis: nec dubiũ quin & patris. Sed ideò ſpecialiter dicit matris mœſtitia, quoniã ſtulti quum ſint inepti ad expedienda ſo rìs negocia, ſolent domi manere cum mȓe, ſicq; mater ex aſſiduo ſtultę prolis adſpectu, habet dolorem præcipuum. Matres quoquè ſunt ſpecialiter compaſſiuę ac piæ & pronę ad do lorem ac lachrymas, & multùm intenſè diligũt ſobolem ſuã. ¶Iuxta intelligentiã altiorem, filius ſapiens, id eſt, bonus catholicus, lętificat pȓem cæleſtem, cui dicit Iſa. 64. Pater noſter es tu, nos verò lutũ: cui, quaſi patri in filio, complacet in homine virtuoſo, iuxta quod ſcriptum eſt Nehe. 8. Gaudiũ Dñi eſt fortitudo veſtra. Filius verò ſtultus, mœſtitia eſt mȓis ſuæ æternę ſapientiæ, quę per modũ mœrẽtis ſe habet ob hominũ vitia. ¶Rurſùs, per pȓem poteſt intelligi bonus prælatus ac prędicator, cuius lętitia eſt filius ſapiens, id eſt, obediẽs ſubditus. Vndè in 3. ſua canonica fatetur ſanctus Ioannes: Maiorem horum grãm non habeo, quàm vt audiã filios meos in veritate ambulãtes. Veruntñ ſunt quidã parentes, non ſatìs ſpiritualiter, ſed ſenſualiter ſuã ſobolem diligentes, q; ſuper filijs & filiabus ſuis verè ſapientibus, mundana & carnalia cuncta ſpernentibus, religionemq; ingredientibus, interdùm graiter contriſtanr, & de fatua ſobole carnalem prudentiã amplectente, & quę mundi ac carnis ſunt exquirente, lætanr. Et hoc ideò, quoniã verã ſapientiã reputãt inſipientiã, & econtrà. ¶Nihil proderunt theſauri impietatis]i. diuitiæ malè adeptę: quæ non ſolùm non proſunt ad ſalutem, ſed plurimùm obſunt, ga non dimittir peccatũ, niſi reſtituaſ ablatum. Vel theſauri iniquitatis, ſunt tẽporalia bona collecta, q̃uìs nõ malè acq̃ſita, quę dicunr theſauri iniqtatis propter adiunctũ effectũ, quoniã ſunt materia atq; occaſio vitiorũ multorũ. Dıues eñ currit ad libitũ, corruit ad illicitũ: ad ſuperbiã, indignationẽ, irã, impatiẽtiã pronus eſt: in vitia gulę atque luxuriæ ſolet corruere, ocioſitati loquacitatiq; vacat. Ideò Chriſtus in
Luc.16. Euãgelio diuitias vocat mammonã iniqtatis. Itaq; theſauri terreni per ſe non proſunt, immò nec per ſe obſunt ſaluti: ſed ſicut iuſtis ac prudentibus, q eis benè vti nouerũr, ſunt materia exercitiumq; virtutũ, ga ex ipſis opera pietatis exercent: ſic auaris & inſipiẽtibus ſunt vitiorũ occaſio, ac mediũ dãnationis ęternę. Idcircò in ſuis Prouerbijs Seneca loquit: Pecuniæ imperare oportet, non ſeruire. Pecunia ſi vti ſcias, ancilla eſt: ſi neſcis, dña. ¶Spũaliter, theſauri iniquitatis ſunt, abundãtia demeritorũ, de q̃bus Roma. 2. ait Apoſtolus: Secũdùm duritiã tuã & impœnitens cor tuũ, theſaurizas tibi irã in die iuſti iudicij Dei. Et Amos 3. di-
* iniqtatẽ citur: Neſciẽrunt agere rectũ, theſaurizãtes * impietatem, q theſauri maximè nocent animę, quauuis quidã per eos in terrenis ditenr. ¶Iuſtitia verò liberabit à morte.]Interdùm nanq; liberat à morte corporali, ſemper aũt à morte mortalis peccati & infernalis ſupplicij, dũmodò perſeueret in ea vſq; in finẽ. ¶Non affliget Dñs fame animã iuſti.]In lege nãq; communiter dabat temporaliũ copiã iuſtis. Vndè Moſes Deuter. 15. fatur: Omninò indigens & mendicus non erit inter vos. Interdùm tñ diſpenſatione Diuina euenit oppoſitũ. Hinc ait
Pſal.36. Pſalm. Non vidi iuſtũ derelictũ, nec ſemen eius quęrẽs panem. Et tñ ipſemet Dauid inopia
1.Reg. 25. ductus, petiuit panem & cibos à Nabal. Penſandum ergò q̃ ait, Non affliget Dñs fame animam iuſti. Quaſi dicat: Etſi corpus iuſti affligat furie, animæ tamen patiẽtiã tribuit & gaudium in aduerſis. Nam & aliqui martyres ſancti, fame in carcere obiẽrunt, ſed animę eorum deſupèr conſolabanr. Eſt quoq; ſpũalis fames, id eſt, defectus interne refectionis, qua Dominus iuſtorũ animas non affligit. Ideò ait propheta de Domino Pſalm. 32. Vt alat eos in fame. ¶& inſidias impiorum ſubuertet:]quia frequenter impedit eas ab intento malignitatis effectu, iuxta illud Iob 5. Deus diſſipat cogitationes malignorũ, nè poſſint implere manus eorum quod cœperant. Interdùm etiã Deus retorquet impiorum inſidias in caput ipſorũ, iuxta illud Pſal. 9. In laqueo iſto quem abſconderũt, compræhenſus eſt pes eorum. Sic Saul
1.Reg. 24 aliquotiès cecidit in manus Dauid. Finaliter autem impij propter ſuas peribunt inſidias, ſe
& 26. cundùm illud Pſalm. 1. Iter impiorum peribit. ¶Iuxta præhabita, ſubuertit Deus inſidias Iudæorũ, qui voluerunt nomen ac fidem Chriſti omninò extinguere, & tamen in captiuitatem redacti ſunt Romanorũ, & Chriſtianis ſubiecti. ¶Egeſtatem operata eſt manus remiſſa:]quia corporalis inopia ſequit operarium pigrum. Qui verò tardus & frigidus eſt ad exercitia virtuoſa, interiorem incurrit inopiam. ¶manus autem] id eſt, virtus operatiua ¶ſortium] qui ocia abhorrentes, agiles ſunt ad bona, ¶diuitias parat] id eſt, acquirit tam corporales frequenter, quàm ſpũales ſemper. ¶Qui nititur] id eſt, inhæret ¶mendacijs, hic paſcit ventos:]id eſt, vanus atq; inſtabilis eſt, & verba ventoſa roborare & verificare conatur. ¶idem autem ipſe ſequitur aues volantes.]id eſt, propria inconſtantia circunferr, & inſtàr auium vndiquè agitar, nec certum eſt vbi ſe figet, quia in veritate non ſtabilitur. De hoc in Ezechie-

Ezechiele multa dicunr ænigmaticè & valdè ſubtiliter, de falſis prophetis Iſrael, qui linie- Ezech. 13.
bant parietem luto ſine paleis, & fecerũt puluillos ſub omni cubito, & ceruicalia ſub omni capite, ad capiẽdum animas volãtes: quia per vaticinia falſa, & promiſſa mendoſa ac blãda, plurimos aſſecuraverunt ac deceperunt. ¶Qui congregat in meſſe,]id eſt, tempore proſperitatis, iuuentutis ac ſanitatis & congruis horis, q̃bus adeſt facultas meritoriè operandi, ac ſpũales diuitias congregãdi. Qui, inquã, tunc fortiter agit, ſpũaliter proficit, & eos qui ſibi commiſſi ſunt, ſeu proximos ſuos Chriſto lucrifacit. ¶filius ſapiens eſt: q aũt ſtertit æſtate,]id eſt, tali tempore admittit torporem, & negligenter tempus ſuũ expendit, eſt ¶filius confuſionis.]quia in ſeipſo eſt deordinatus, confuſioneq; dignus, atq; in die iudicij ſui æternæ confuſioni tradetur, ſicut de talibus fertur in Pſalm. 82. Erubeſcant & conturbenr in ſeculum ſeculi, & confundanr & pereant. Non enim dormientibus, & torpori ocioq; vacãtibus, beatitudo æternitatis ingeritur, ſed cuſtoditis corde, & ſolicitis corã Deo, indefeſſis ac ſtrenuis in omni obſeruãtia prȩceptorum, vt iuxta ſuę exigentiam vocationis ambulent dignè Deo. ¶Benedictio Domini ſuper caput iuſti,]id eſt, ſuper iuſtum & in mentẽ ipſius diffun- Pſal. 10.
dit Deus atque multiplicat gȓarum ſuarum chariſmata. Iuſtus enim Dominus & iuſtitias diligit. Ideò iuſtis tãquàm amicis & pro Diuino honore zelãtibus, dat copiã ſpũalium munerum, quandoquè etiam temporalium rerum. Hinc ſcriptum eſt Iob 36. Non aufert à iuſto oculos ſuos. ¶Os autem impiorum operit iniquitas.]Nam tot & tanta peccata ore ſuo committunt, q̃ proprijs iniquitatibus os eorũ operiri aſſerit. Inquinãt enim ora ſua, verba ſcurrilia, mendoſa, detractoria, pungitiua, iniuriatoria proferendo: itèm per teſtimonia falſa, per comeſtationes & potus ſuperfluos. Econtrà, ſicut ſanctus vir abbas Pambo aſſerũit, ora monachorũ ſunt ſancta per obſeruãtiam diſcreti ſilentij, & iugem collocutionem cũ Deo, quem orãdo, laudando, pſallendo, aſſiduè occupanr. ¶Memoria iuſti cum laudibus,]id eſt, homines, recordãdo iuſtos viuos ſeu mortuos, laudant eos, & habent eorum nomen honeſtum. ¶& nomen impiorũ putreſcet.]id eſt, fama & memoria iniquorũ ſordeſcunt & pereunt, & vituperationes habent annexas, pręſertìm apud ſapientes & virtuoſos. Aliqui verò ſunt ità corrupti mente, quòd impios laudãt, & iuſtos vituperant, iuxta illud Pſalm. 9. Laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ, & iniquus benedicit. Sed de taliũ iudicio non eſt curandum. Hinc ſcriptum eſt: * Nomina eorũ viuent in ſeculum ſeculi. Eccleſiaſtici quoquè * Corda
39. Non recedet memoria eius, videlicet ſapientis & iuſti. ¶Sapiens corde præcepta ſuſci- Pſal. 21.
piet:]vt vnicuiq; ſuperiorũ ſuorũ obediat, ad minùs in his, quę ad illius cathedrã pertinẽr, & Deo abſolutè in omnibus. ¶ſtultus cædit labijs.]id eſt, iniquus & incorrigibilis, affligit verbis corripientiũ & exhortãtium eũ quaſi flagellis, ga ex habitibus vitioſis inclinatur ad praua. De hoc infrà in libris ſapientialibus multa habenr. ¶Qui ambulat ſimpliciter,]id eſt, pertritas vias ſanctorũ, & eorum exempla documentaq; ſequit, qui ſynceriter Deo vixerũt, & ea quę euidenter bona ſunt elegerunt, relinquentes dubioſa & periculoſa, in quibus poteſt eſſe diſcrimen, & qui in omni conuerſatione ſua columbinã tenet ſimplicitatem, vitãs omnem duplicitatem, ſimulationem, hypocriſim, ¶ambulat confidenter:]id eſt, ſecurè vitans ſingularitatem, & ſequens communẽ iuſtorum viam. Veruntamẽ Spiritus ſanctus varijs modis in ſuis operat electis, nec gȓa eius generali reſtringit regula. ¶qui autem deprauat vias ſuas,]id eſt, actiones ſuas non dirigit ſecũdùm legem iuſtitię ac Diuina præcepta, ¶manifeſtus erit.]Aliquandò enim in pręſenti interior eius malitia, per exteriorem manifeſtatur effectum. Porrò in iudicio eius tam particulari quàm generali, iudex cæleſtis declarabit vitia eius. Vndè ait Saluator Mat. 10. Nihil occultũ quod nõ manifeſtẽ. Apoſtolus quo-
què, Deus, inqt, reuelabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordium. ¶Qui an- 1. Cor. 4.
muit oculo,]id eſt, ſigna impudicitiæ per viam demonſtrat, aut nutibus oculorũ quęquam eleridet, ¶dabit dolorem]id eſt, doloroſam pœnã pro ſuo ſuſtinebit peccato. Iuxta hũc modum loquendi ait 2. ad Theſſalo. 1. Apoſtolus, loquens de impijs: Qui pœnas dabunt in interitu æternas. Talis quoquè nutibus ſuis qũquè ingerit dolorem homini quem irridet, ſeu viro cuius coniugem prouocat. De talibus ait in Pſalm. 34. Chriſtus: Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. ¶& ſtultus labijs verberabit.]Hoc eſt quod iam dixi: Stultus cæditur labijs. ¶Vena vitæ, os iuſti:]quia ex ore ſapientium ac iuſtorum, procedunt verba ſalutis ac gratię, ſalubria documenta, recta conſilia, q etiam propria humiliter confitentur peccata. Vndè de Chriſto ſcriptũ eſt Luc. 4. Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quę procedebant de ore eius. ¶os autem impiorũ operit iniquitatem:]id eſt, propria vitia negat, palliat ſeu excuſat, nõ cõfitetur immò magìs tuetur: Pro cuius mali euitatiõe orat Propheta: Non de- Pſal. 140.
clines cor meũ in verba malitię ad excuſandas excuſatiões in peccatis. Hinc ferr alio loco: Iob 20.

Quũ

Iob. 31. Quum dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua, parcet illi & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo. Quocontrà ſanctus Iob de ſeipſo teſtat: Si abſcondi quaſi homo peccatū meū, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. Et Seneca ait: Relinque excuſationem, qa nemo peccat inuitus. Itemq́: Proximū innocentię tenet locum, verecunda peccati confeſſio. [Odium ſuſcitat rixas:] qa ex odio quo quis alium odit, faciliter prorumpit in verba rixoſa aduerſùs eū, quoniā appetit ei malum ac læſionem. [& vniuerſa delicta operit charitas. Iam dictū eſt, q̄ os impiorū operit iniqtatem, quomodò ergò charitas operit vniuerſa delicta? Reſpondendū eſt, q̄ charitas dicit peccata operire, i. auferre, ità q̄ nec Deus imputat ea, quoniā ex charitatis feruore conſumunt peccata, ſicut ex igne ſtipula. Iuxta hunc ſenſum ait Pſalmiſta: Beati quorum remiſſæ ſunt iniqtates, & quorū tecta ſunt peccata. Et Iacobus dicit: Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viæ ſuæ, operit

Pſal. 31. Iaco. 5. multitudinem peccatorū. Deniquè, ſicut impius operit & occultat propriā culpam, ſic charitas culpā alterius, ità q̄ proximū non increpat ſtatim in publico, nec eū diffamat, ſed primitùs in ſecreto, vt famę eius prouideat. [In labijs ſapiētis inuenit ſapientia:] id eſt, ſapientialia verba procedunt de lingua hominis ſapiētis. Nam ea quæ ſunt in voce, ſunt ſigna interioris notitię: & qualis qſq; eſt, talia loquit. Vndè Mat. 12. ait Saluator: Ex abundātia cordis os loquit. [& virga in dorſo eius q indiget corde,] i. iuſta afflictio ei debet ac imminet, qui

Iſa. 6. * Excęca cor exceſſatus eſt corde, propter quod indiget corde, id eſt, vſu rōnis atq; prudentia, ſicut increduli contigit Iudæis, de qbus Iſa. prędixit: *Excæcatū eſt cor populi huius. Hinc Philiſtæi propter inſipientiā ſuā in natibus ſunt percuſſi, vt legit 1. Regum. 5. [Sapientes abſcondunt ſcientiam] tempore opportuno, nec ſapientiā ſuam iactant: Eſt enim tempus tacendi, nec illuſoribus & incapacibus eā proponunt, ex humilitate ergò eā abſcondunt. Nihilominùs tempore apto, ex charitate oſtendunt, communicāt, & prędicāt eā. Sapientia enim abſcon-

Eccl 41. dita & theſaurus inuiſus, quę vtilitas in vtriſque? [os autem ſtulti, confuſioni proximū eſt:] quia à reprehenſibilibus verbis diù non abſtinet, & inordinatè in loquendo ſe habet. [Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius:] id eſt, diues in ſuis confidit diuitijs, quaſi in ciuitate munita: & ſicut is qui in vrbe eſt, in murorum fortitudine ſperat. Porrò qui ſpiritualiter diues eſt in meritis ſuis, confidit (id eſt, per ea ſperat) in Domino. Spes nāq; eſt certa expectatio futuræ felicitatis, ex gratia Dei meritisq́; procedens. [pauor pauperum, egeſtas eorum.] id eſt, ideò timent opprimi atque deficere, quia ſciunt ſe inopes eſſe. q̄ſpūaliter quoquè, qui pauper eſt, id eſt, virtutibus carens ac meritis, timet inordinato, carnali, mundano timore: & meritò formidaret damnari. Multi etiā pauperes propriā paupertatem abhorrent.

Iaco. 1. [Opus iuſti] id eſt, iuſta actio eius tendit [ad vitam] gloriæ, & vitā gratiæ perficit. [fructus autem impij] i. delectatio eius ſeu actus interior, eſt [ad peccatum.] Concupiſcentia enim quum conceperit, parit peccatū, vt Iacobus ait Apoſtolus. Et ex interiori culpa ad exteriorem procedit. [Via vitæ] eſt [cuſtodienti diſciplinā:] quoniam diſciplinæ ac quieſcēdo, viuit per grām, eſt q́; in via ad patriā. [qui autē increpationes relinqt,] id eſt, increpari de ſuis peccatis non vult, vel facta increpatione, ad ſolita vitia redit. [errat:] quia ſuperbus & fatuus eſt. [Abſcondunt odium labia mendacia:] id eſt, mendoſi rancorem ſuum occultant, dum dicunt ſe diligere eum quem odiunt. Odium nanque quęrit occultè nocere, idcircò abſconditur. Ira verò aperta eſt, & publicè appetit lędere, vt ait Philoſophus. Hinc in Pro-

2. Reg. 3. Mat. 26. uerbijs ſuis Seneca loquit: Odia multorum ſub oſculo latent. Et rurſùs: Peiora ſunt, inqt, recta odia quàm aperta. Propterea loquax inimicus te minùs offendit, quàm taciturnus. Iſtud in Ioab & Iuda patuit proditore. [qui profert contumeliā,] i. alteri conuiciat: [inſipiens eſt] impatiens, paſſionatus & improbus, nō attendēs ſeipſum, & proximū lędere nō formidans, quod charitati atq; iuſtitię eſt cōtrariū. [In multiloquio nō deerit peccatū:] qa aliqd mali ſe miſcet, & indiſcretionis eſt, plùs loqui quàm expedit. Multiloquiū aūt dicit, non qa multa, ſed qa ſuperflua verba promunt. Nam & Paulus Act. 20. legit vſq; in mediā noctem

Mat. 5. 6. 7 Ioan. 13. 14 15. 16. 17. protraxiſſe ſermonē: ſimiliter Chriſtus in monte & poſt cœnam, longum fecit ſermonem. [qui autem moderat labia ſua.] Loquendo vera, ſalubria, iuſta cum diſcretione, circūſtantijsq́; virtutū, videlicet loco & tempore opportuno, recta intentione, & taliter vt oporter, [prudentiſſimus eſt:] quia hoc ſignum eſt & effectus magnę prudentię ac virtutis. [Argentum electum, lingua iuſti:] id eſt, precioſa & inſtār optimi argenti, à macula verborū prauorum immunis, ac ſplendens per pulchrā doctrinā, atq; ſonora loquēdo ſalubriter. [cor impiorū pro nihilo] eſt habendū, inquātùm huiuſmodi. Nam & peccatū nihil eſt, & nihil fiunt hoies peccādo. Vndè de iuſto cantat Pſal. 14. Ad nihilū deductus eſt in cōſpectu eius malignus. Etiā de iniquo inducitur Iob 18. Habitēt in tabernaculo illius ſocij eius, qui nō eſt.

[La-

[Labia iuſti erudiunt plurimos] corripiendo, hortādo, conſulēdo ſeu prędicādo. Aliqui tamen ſunt iuſti, qbus non ſuppetit gra eruditionis ad prędicādum. [qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morient] id eſt, ex defectu informationis internę morient modò per culpam, deindè per pœnā æternā. Neceſſe eſt enim ſcire ea quę ſunt neceſſaria ad ſalutem, nec

1. Cor. 14. præcepta queunt impleri, niſi ſciant. Neceſſè eſt quoquè donum ſcientię à Spiritu ſancto habere. Hinc ait Apoſto. Qui ignorat, ignorabitur. Et de electis ait Saluator Ioan. 7. Erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à pre & didicit, venit ad me. [Benedictio Domini diuites facit] homines in virtutibus, qa benedictio Domini eſt collatio munerum eius, & multiplicatio eorūdē. [nec ſociabit eis afflictio] id eſt, pœna inordinata aut dānatio ſempiterna, immò cū gaudio ſeruiūt Deo, attamen in peccatis ſuis ac aliorū triſtant. Nam & Eccęs 1. alibi ſcriptū eſt: Qui addit ſcientiā, addit & dolorem. De talibus ait Apoſtolus 1. Cor. 1. Diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia. [quaſi per riſum ſtultus operat ſcelus:] id eſt, impiè agit cū gaudio vano, ſicut Prouerb. 2. prehabitū eſt: Lætant quū malefecerint, immò quidā ſunt ità obtenebrati ac habituati in vitijs, q̄ etiā peccata mortalia facere, reputāt quaſi ludū, nec ponderāt plùs q̄ riſum. Poteſt & ità exponi: Quaſi per riſum ſtultus operat ſcelus, id eſt, proximū grauiter lędit, idq́; faciendo riſum quendā & iucundū vultum aſſumit, ne malignādi animo hoc egiſſe putet, ſed potiùs improuiſè, aut ludendi intētione, ità q̄ commiſſo facinore, dicit: Ludens feci. [ſapientia aūt, eſt viro prudētia:] i. cauſa diſcretionis & prouiſionis. Quāuis enī ſapientia & prudentia diſtinguant, tñ in diuinorū cognitione illuminati, ex ipſa contemplatione æternorū, incitant ad habendū ſe prudenter & ordinatè in rebus actibusq́; humanis. Nam & (teſte Apoſtolo 1. Cor. 2.) ſpūalis homo omnia iudicat. Philoſophus quoquè teſtat, q̄ ſapientia tanquàm capitanea iudicare habet de inferioribus intellectualibus habitibus. [Quod timet impius, veniet ſuper eū:] videlicet debita pœna, quā vel in preſenti, aut in futuro ſuſtinebit, præſertim qui peccat cū ſeruili timore, & ſcit ſe peccare, ille niſi pœniteat, dānationem incurret perpetuā. Veruntamen ſicut in Eccleſia ſte aſſerit, Multi ſine vllo timore perpetrāt mala, qbus tñ tādem ſuperuenit hora, in Eccęs 8. qua vel in extremis concutient horrore, atq; peribunt. [deſiderium ſuum iuſtis dabit.] id eſt, rem deſideratā, videlicet ęternā conſequent ſalutem, donaq́; gratię in preſenti. Etenim oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorū. [Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius:] id eſt, citò tollet de medio, iuxta illud Pſal. 72. Quomodò facti ſunt in deſolationem? Subitò defecerūt. Vndè dicit Iob 4. Recordare, obſecro, qs vnquàm innocens periit? Quin potiùs vidi iniquos Domino flante periſſe. Hinc loquit Iſaias: Et qdem neq; ſatus, neq; radicatus in terra truncus eorū, repentè flauit in eos, & aruerunt. Et dato q̄ in vita hac vſq; ad debitā ſubſiſtāt ætatem, tamen omne hoc reſpectu futurę æternitatis, vix eſt momentum. [iuſtus quaſi fundamentū ſempiternū.] quia in omni euentu conſtās manet in Domino, & ſtabilitur in creatore, modò per grām, deindè per gloriā. Hinc Mat. 7. ait Saluator: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, aſſimilabit viro ſapienti, qui ædificauit domū ſuam ſupra petrā: & deſcendit pluuia, & venerūt flumina, & flauerūt venti, & irruerūt in domū illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram. [Sicut acetum dentibus] moleſtiam ingerit, quos acidos facit, [& fumus oculis] quos affligit, obſcurat, amaricat, [ſic piger his qui miſerunt eum] in via. Nam ſua tarditate ac negligentia ipſos affligit, dum nec cauſas propter quas miſſus eſt, expedit, nec ſtatuto reuertit tempore. [Timor Domini apponet dies:] id eſt, homo Deum filialiter timens, vitæ prolongationem meretur, & ad annos æternitatis perducitur, de quibus in Pſalm. 76. habetur: Annos æternos in mente habui, vitamq́; gratiæ & ipſas virtutes, quæ ſunt dies cordis, timor Dei adducit ac auget. [& anni impiorum breuiabuntur. Iqm ſępè propter ſua ſcelera occidunt, & guloſè turpiterq́; viuendo ſuam abbreuiant vitam. [Expectatio iuſtorum, lætitia] id eſt, æternam præſtolant iucunditatem à Domino, & ipſe eorum expectatio eſt conſolatoria & iucunda, ſicut ait Apoſtolus Roman. 12. Spe gaudentes, [ſpes aūt impiorū peribit] id eſt, priuat effectu ſeu bono ſperato: Nam & ſine virtuoſis actibus ſeruari confidunt, & frequenter ſperāt in vita hac diù ſubſiſtere, proſperari, & ſuis concupiſcentijs deſeruire, tandemq́; ante finem vitę pœnitentiā agere, & tamen ſubitò auferuntur, quemadmodùm Luc. 12. fertur de diuite quodam, dicente: Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare: Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quę aut parāſti, cuius erunt? [Fortitudo ſimplicis, via Domini:] id eſt, obſeruantia viæ ſeu legis Dei, eſt ſpiritalis confortatio ſimplicis hois, ſimplicitate colūbina micantis: q̄ etſi altiora nequit ſcrutari, nec magnę exiſtię ſciētię, hoc tñ ei ſufficit, q̄ in ſua manens ſimplicitate, ſeruet pcepta. [& pauor his qui operan-

rantur malum.] id eſt, horrenda formido imminet eis, & inordinati timores ſunt in ipſis frequenter, dum metuunt deprehendi, ſicut de furibus, adulteris & conſimilibus conſtat. [Iuſtus in æternum non cõmouebit] à via iuſtitiæ, ſicut Iob dicit: Donèc deficiã, non recedam ab innocentia mea: iuſtificationem quã cœpi tenere, non deſerã. Atq; Apoſtolus ad Romanos: Quis, inqt, nos ſeparabit à charitate Dei? Veruntũ iſtud non eſt intelligendũ, quaſi iuſtus non poſſit peccare, ſed quòd iuſtus, in quãtùm talis, magìs vult vitã, quàm iuſtitiam perdere: & q̃ viri perfectè iuſti, parati ſint pro iuſtitia mori. [Impij autem non habitabunt ſuper terrã] cæleſtis patriæ, de qua fertur in Pſal. 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. [Os iuſti parturiet ſapientiã.] i. iuſta ac ſapientialia proferet verba. [lingua prauorum peribit.] quia propter vitia ſua damnabit̃, ſicut & epulo in inferno petijt linguam ſuam refrigerari, inſinuãs ſe in ea grauiùs cruciari. [Labia iuſti conſiderãt placita.] i. iuſtus ſua diſcretione perpẽdit, vt labia ſua loquant̃ ea, quæ Deo & proximis meritò debent placere, vt non niſi ędificatoria atq; ſalubria proferant. Vndè monet Apoſtolus: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed q̃ vtilis eſt ad ædificationem, vt det grãm audienti. [& os impiorum peruerſa.] i. conſiderãt impij qualiter poſſent vana, friuola & nociua effari: & ex induſtria euomunt talia, q̃a in ſua loquacitate ac peruerſitate delectantur, & ſæpè libentiùs proferunt ea quę audientibus diſplicent, quàm quę placent.

Iob 27. Rom. 8. Luc. 16. Ephe. 4.

¶Expoſitio cap. II. Statera doloſa, abominatio eſt apud Deum. Art. II.

IVſtitia cum actibus ſuis hîc ſpecialiter cõmendat̃, & vitia eis oppoſita reprobantur. [Statera doloſa, abominatio eſt apud Deũ:] i. diuino iudicio multùm eſt abominãda ſtatera fraudulenter formata, qua proximi clàm fallunt̃. Talis nanq; ſtatera, i. vſus ſeu menſuratio facta per eã, eſt Deo odibilis, quũ ſit directè contra legem naturalem atq; diuinã, & contra charitatem & æqtatem. ¶Spũaliter quoquè doloſa ſtatera, hoc eſt, ponderatio ſeu iudicium rõnis, quę vel ex perſonarũ acceptione, vel affectione ſiniſtra ſeu auerſione peruerſa, iudicat malè de ſeipſa & alijs, propria vitia non ponderãdo, vt reqrit iuſtitia, & facta aliorũ bona, iudicãdo non bona, vel mala, nimìs mala: hæc ſtatera eſt abominabilis Deo. ¶Similiter ſtatera vtunt̃ doloſa, q̃ onera grauia & importabilia alijs portãda imponũt, quę digito ſuo nolunt mouere. Hinc Leuit. 19. Dñs iuſſit: Nolite facere iniquum aliq̃d in iudicio, in regula, in põdere, in mẽſura. Nihilominùs multi intimorati & cupidi doloſis vtuntur ponderibus, ſtateris, menſuris, ſicut ait Pſal. Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Hæc menſuratio fraudulenta eſt furtum, ſpecie ſeu apparentia iuſtitiæ coloratũ: qua qui vtunt̃, ad reſtitutionem tenent̃. [& pondus æquum] i. iuſta menſura [voluntas eius] i. Deo eſſentialiter iuſto placet, qui iuſſit Ezechi. 45. Statera iuſta & Ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis. Itaq; qui in cunctis iuſtè ac ſynceriter agit ac iudicat, q̃ cauſam ac cauſam æqua lance diſcernit, ſummi iudicis voluntati concordat. [Vbi ſuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia.] Superbi nãq;, quum ſint magni in oculis ſuis, faciliter arbitrant̃ ſibi factã iniuriam, quãuis quandoquè non ſit: & iniuriã ſibi factam, reputant nimìs magnã, ſicq; in contumelioſa verba prorumpunt. Alios quoquè non humiliter, ſed contumelioſè ſolent corripere, ſicut Elihu ſanctum Iob. Talis fuit Rapſaces, qui à ſeruis Ezechiæ humiliter rogatus, reſpondit 4. Reg. 18. Nunquìd ad Dñm tuum miſit me Dñs meus, & non potiùs ad viros q̃ ſedent ſuper murum, vt comedãt ſtercora ſua, & bibãt vrinam ſuam vobiſcũ? Deniquè valdè vitãdum eſt vitiũ iſtud: q̃a (vt Thomas in Secunda Secũdę, q̃ſt. 72. declarat) contumelia ex ſuo genere eſt peccatũ mortale, & quãuis ſuperbia diſponat ad contumeliam, propria tñ origo cõtumeliæ dicit̃ eſſe. Nam finis iræ eſt vindicta. Contumelioſus autẽ, per verba contumeliæ cõmuniter intendit ſe vindicare, alteriusq; honorem auferre. Hinc Seneca in ſuis ait Prouer. Contumelia à contẽptu dicta eſt, q̃m nemo, niſi quem contempſit, tali notat iniuria. Solẽt etiam verba cõtumelioſa citiùs proferri in eos, q̃ minùs timentur. Vndè & Seneca: Ingenuitas, inqt, cõtumeliam nõ ſuſcipit. In vita miſeri, contumelioſus eſt. [Vbi aũt humilitas, ibi & ſapientia.] Humilitas nanq; ad illuminationẽ diuinam, ſpecialiter præparat mẽtem, vt dictũ eſt ſæpè. Ideò ſcriptũ eſt: Reuelâſti ea paruulis. Itemq; Teſtimoniũ Dñi fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Immò per Iſaiam Dñs loquit̃ fons ſapientiæ adorandus: Super quẽ requieſcet ſpũs meus, niſi ſuper quietũ & humilẽ? [Simplicitas] columbina [iuſtorũ diriget eos] i. rectè facit incedere ad finẽ ſalutis æternæ. Nam facit diuerticula duplicitatis, ſimulationis, hypocriſiſq; vitare, & per ſuam ſimplicitatẽ merẽtur iuſti deſuper dirigi. Semper quoquè connexæ ſunt ſimplicitas iſta & vera iuſtitia, ſicut Iob fuit vir ſimplex & rectus: idcircò in omnibus direxit eũ altiſſimus. [& ſupplantatio peruerſorũ vaſtabit eos.] Sępè eñ cõtingit, q̃ q impotẽtiores ſe ſupplantant, à potẽtioribus ſe ſupplan

Pſal. 61. Iob 23. 33. 34. 35. 36. Mat. 11. Pſal. 18. Iſa. 66.

plantent̃, & in iudicio Dei debita punitione vaſtentur. Ideò Tullius dixit: Quod alteri feceris, ſcito ac præſtolare tibi ab alio fieri. [Non proderunt diuitiæ] temporales [in die vltionis] diuini iudicij, in quo ſolùm merita proſunt. [iuſtitia aũt liberabit à morte] culpæ atq; gehennæ, & etiã ſæpè à corporali occiſione. [Iuſtitia ſimplicis diriget viam,] i. actum & conuerſationem [eius:] vt perſeueret in medio, non diuertens ad vitioſa extrema. [& in impietate ſua corruet impius.] Nam ipſa impietas, ſpũaliter ruina eſt, qua ab altitudine grãæ & dignitate virtutis, & à ſtatu ſalutis, ad profunditatẽ excæcationis, vilitatem culpæ & ſtatum dãnationis corruit, deindè à vita hac in ima inferni, per impietatem ſuã peccator dilabit. [Iuſtitia rectorũ liberabit eos] perducẽdo ad vitã felicẽ, in qua nullũ poteſt eſſe periculũ, nulla aduerſitas. [& in inſidijs ſuis capient iniqui,] i. quod alijs moliunt̃, ipſimet incidẽt, & eorũ verſutia redundat in eos, & maximè nocet eis: q̃ ſi in vita iſta euaſerint, ab omnipotenti comphẽdent̃, & manifeſti omnibus fient in die furoris Dei aduerſùs inſidiatores. Ideò ſcriptũ eſt: In laqueo iſto quem abſconderũt, comprehenſus eſt pes eorũ. Iſaias quoquè ait: Qui explicuerit pedes ſuos de laqueo, cadet in foueã. [Mortuo homine impio, nulla erit vltrà ſpes] de ſua ſaluatione, quia in mortali deceſſit, & tempus merendi in eo finitũ eſt. Hoc non attenderũt, qui dãnatis finem promiſerũt pœnarũ. Veruntamen ex grã ſpeciali, q̃dam in mortali culpa defuncti, ad vitã iſtam reducti ſunt, pœnitentiamq; egerunt. Sunt autem quaſi innumerabilia teſtimonia ſcripturarũ, quibus monſtrat̃ æternitas infernalis ſupplicij. [& expectatio ſolicitorũ peribit.] Quædã eſt ſolicitudo ſpũalis, id eſt, diligentia cuſtodiendi ſe coram Deo, vitandi pericula animæ, proficiendi in gratia atq; virtutibus, de qua dicit Micheas: Indicabo tibi homo q̃d ſit bonũ, vtiq; facere iuſtitiã, & ſolicitũ ambulare cũ Deo tuo. Alia eſt ſolicitudo de corporalibus rebus, & illa eſt duplex, videlicet moderata & immoderata. Moderata eſt, qua temporalia quęrunt̃ & conſeruant̃, quãtùm neceſſaria aut vtilia ſunt per reſpectũ ad ſpũalia bona. Vndè & princeps Apoſtolorũ in prima ſua epiſtola, Omnem, inquit, ſolicitudinem veſtrã proijcientes in Deum, quoniã ipſi cura eſt de vobis. Immoderata eſt, qua quęrunt̃ ſuperflua, aut cũ nimia anxietate occupationeq; cordis quæruntur aut conſeruantur temporalia, ſiue ſint neceſſaria vel vtilia, ſiue non, de qua ait Saluator: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Vult etenim Deus, vt in eo tanquàm in piiſſimo ac prouidiſſimo patre, filialem habeamus fiduciã, ſic tamen, vt id quod in nobis eſt, moderatè agamus. Itaq; de immoderata & carnali ſolicitudine dicit̃: Expectatio ſolicitorũ peribit, id eſt, tãquàm vitioſa damnabit̃, & frequenter in vita hac ſuo priuat̃ effectu. Immoderatè nãque ſoliciti pro terrenis, expectãt ditari, diuq; viuere: quorũ vtroque ſæpè priuãtur. Ideò loquit̃ Paulus Philip. 4. Nihil ſoliciti ſitis. [Iuſtus, de anguſtia liberatus eſt:] id eſt, de inordinata triſtitia atq; formidine, aut etiã de corporali perſecutione, ſicut in Pſal. 33. habet̃: Multæ tribulationes iuſtorũ, & de his omnibus liberabit eos Dominus. Hinc Iob 36. dicit̃: Saluabit te de ore anguſto latiſſimè. Dauid quoquè 2. Reg. 4. fatetur: Viuit Dominus qui eripuit me de omni anguſtia. Sicut & ſacratiſſimus Petrus ab Herode incarceratus ac vinctus, ab angelo eſt eductus. [& tradetur impius pro eo.] id eſt, iniquus in anguſtias cadet, & pro malis quæ intulit iuſto, damnabit̃, ſicut Herodes ab angelo eſt percuſſus, vermibuſq; conſumptus, qui ſummũ incarcerauit Apoſtolũ, decollauitq; Iacobum. Hinc ſcriptũ eſt Iſa. 57. A facie malitiæ collectus eſt iuſtus. [Simulator] qui aliud gerit in corde, & aliud prætendit in ore. [ore decipit amicũ ſuum] i. verbis aut factis, dicẽdo aut fingẽdo in opere, q̃ diligat illum & quęrat profectũ ipſius, quũ tamẽ quærat, ꝓpria commoda cum proximi dãno. De talibus fere. 9. aſſeritur: Sagitta vulnerãs lingua eorũ: In ore ſuo pacem cũ amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Sic & falſi doctores & hæretici fallunt catholicos, aſſerendo ſe eſſe verè fideles. Tales ſunt Deo valdè odibiles, iuxta illud Iob 36. Simulatores & callidi prouocãt iram Dei. [Iuſti autem liberabunt̃ ſcientia.] id eſt, per verã diſcretionem catholicam̃q; doctrinã euadent ſimulatorũ deceptiones & fraudes. [In bonis iuſtorũ * exaltabitur ciuitas.] id eſt, per prudentiã & facultates virtuoſorũ ciuium oppida proſperabũtur, quoniam iuſti conſilio & auxilio laborãt pro bono politię communi, prout de Carone recitat Cicero. [& in perditione impiorũ erit laudatio.] id eſt, iuſti laudãt iura, iuſtumq; iudicem, immò & Deũ omnipotentem, dum impij ſecundùm leges puniũtur ac tolluntur de medio, nè ampliùs perturbent rempublicã, & talis laudatio procedit ex zelo iuſtitiæ & amore boni communis. Nam & impijs expedit hîc puniri. Vndè in Pſalm. 57. Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam. [Benedictione iuſtorũ] id eſt, per dona & merita iuſtis collata, [exaltabitur ciuitas:] quoniã politia iuuabitur ciuiũ meritis, intantùm, q̃ Dominus dixit ſe parcere Sodomæ, ſi eſſent in ea decem iuſti. Vel, benedictiõe, i. imprecatiõe & oſone, qua iuſti imprecantur

Pſal. 9. Iſa. 24. Mich. 6. 1. Petr. 5. Mat. 6. Act. 12. Ibid. *exultabit Gene. 18.

cantur ciuibus pacem & prosperitatem,exaltabit ciuitas,sicut in libris Regum ac Paralipo menon legunt habitatores Hierusalem bona plurima consecuti precibus & meritis Dauid, Asa,Iosaphat,Ezechiæ,Iosiæ,ac prophetarū contemporaneorū regibus illis.[& ore impiorum subuertet.]Impij enim seditiosi & fraudulenti, varijs modis pacem communitatis impediunt,vrbem tradūt:sic quoquè Ecclesia per hæreticos inquietat.[Qui despicit amicum suum,]ex elatione, quem deberet diligere ex charitate,& propter communionem naturę, religionis quoquè ac fidei vnitatē.[indigens corde est,]id est,defectuosus,carens sapientia atq; virtutibus:quibus si perficeret, proximis suis etiam peccātibus compateretur, non
Roma. 15. elatè aspernaret,sicut ait Apostolus:Debemus nos firmiores,imbecillitates infirmorū sustinere,& non nobis placere.[vir aūt prudēs tacebit,]considerādo propriā defectuositatem, & aliorū peccata non publicādo, dummodò corrigibiles se exhibeāt in secreto.[Qui ambulat fraudulenter,]simulans se fidelem ac probū, quum sit loquax & improbus,[revelat arcana:]quæ sibi in secreto sunt patefacta cum obligatione celandi, seu alia proximorum peccata sibi soli cognita: Secretorū autem reuelatio, præsertim quæ alicui in fide sunt patefacta,est ex suo genere mortale peccatū, repugnans charitati atq; iustitiæ, quum sit contra fidelitatem, quā quis alteri seruare teneat, nisi forsan talium secretorū celatio redundaret apertè in detrimentū ac periculum boni communitatis:Idcircò incautū est,aliquid sine causa prægnāti in secreto accipere. Similiter viri prudentis est, secreta sua non faciliter alteri pādere: quia si ipsemet ea celare non valet, quomodò alius ea celabit?Ideò Seneca in Prouerbijs suis dixit:Quod tacitū esse vis,nemini dixeris: quia non poteris ab alio exigere silentium,si tibi ipse non præstas.Nihilominùs interdùm rōne obtinendi consilium,autex alia causa vrgente, potest quis alteri viro probo ac sapienti, cuius fidelitatem expertus est, secretum suū insinuare.Nam subditur:[Qui autem fidelis est]fidelitate quæ est pars iustitiæ,vel fide,quę per dilectionem cū discretione notabili operat.[celat amici commissum:]id est,secretum sui amici sibi in fide ab alio notificatū.[Vbi non est gubernator, populus
*corruet *corruit]i.quia non habet ducem & correctorem ac instructorem,& est sicut oues sine pastore.Ideò dicit in regula sua Hieronymus,q; nec congregatio,nec politia, nec domus diù potest subsistere,si desit cuius voluntati obediat.[Salus aūt]id est,periculorū euasio ac regimen bonū est[vbi]sunt[multa consilia:]id est, inter homines assiduè inter se inquirentes,vel à prudentioribus inuestigātes qd sit agendū,quid euitādum.Ideò Tob. 4. docetur: Consilium semper à sapiente perquire.[Affligetur malo,]id est,curā,timorē seu tristitiam in se patiet,[qui fidem facit pro extraneo:]id est, qui fideiubet pro alio, quia veret nè ille satisfacere nequeat,aut non velit,sicq; ipse pro illo satisfacere cōpellat.De hoc, & qualiter cautè habere se debeat homo fideiubendo pro proximo, dictū est pleniùs suprà capitulo sexto.[qui autem cauet laqueos,]id est,dispositiones propinquas & occasiones periculorum, deceptionū,damnorū,[securus erit]ab ipsis periculis.Laqueos ergo inuisibilium ac visibilium hostium fugiamus,similiter fideiussiones incautas, societates peruersas,fallaces diuitias, oscula & amplexus, tactus & respectus morosos, ad concupiscentiam prouocantes.[Mulier gratiosa]id est, pia, proba, accepta,[inueniet gloriam:]id est, delectationem bonam habebit,& erit famosa,ac tandèm gloriam obtinebit cælestem.[& robusti:]in gratia & virtutibus,[habebunt diuitias]spirituales, interdùm etiam corporales.[Benefacit animæ suæ vir misericors,]id est, alijs miserendo ac succurrendo, meretur sibijpsi misericordiam desuper fieri,iuxta illud Matth.5.Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur.Sic qui alijs ignoscit,meretur sibi ignosci. Rursùs,qui misericors est, opera misericordiæ spiritualia ac corporalia exercendo pro posse, inprimis miseretur propriæ
Eccl 30. animæ,dolendo de eius peccatis: sicq; properat pœnitere, confiteri, & à vitiosorum miserijs liber existere, prout in Ecclesiastico scriptum est: Miserere animæ tuæ placens Deo. Nempe sicut charitas,sic & misericordia ista incipit à seipsa.[qui autem crudelis est,propinquos abijcit:]negando eis consilium atq; auxilium, quod est specialiter contra legem naturę & naturalem amorem.[Impius facit opus instabile:]id est,à firmitate virtutum,& à rationis constantia alienum.Nam impius,cùm passionibus sit subiectus,secundùm diuersitatem alterationis passionum suarum,& diuersimodè & instabiliter agit,de vno vitio ruens in aliud.[seminanti autem iustitiam]id est, opera iusta exercenti[merces]erit[fidelis:]id est,salus æterna,sicut à Deo promissum est.[Clementia]per quam qs dimittit reo debitam pœnam in parte aut in toto,[preparat vitam:]qa per hanc meret clemens sibi conferri aut augeri vitam gratiæ in hoc mundo, & gloriæ vitam in cælo. Reo quoquè quandoquè re-
Col.3. laxat mortis sententiam. Ideò hortatur Apostolus: Donantes inuicèm, si quis aduersùs ali-

quem

quem habet querelam,sicut & Deus in Christo donauit vobis. Interdùm tamen, immò & sæpè seruare oportet, propter bonū commune, rigorē iustitiæ. Hinc Seneca loquitur: Quàm magnarū virtū est,lædentem negligere,id est,non aduertere.[sectatio malorū,mortem:]id est,frequens imitatio prauitatū,parit gehēnalem interitū.[Abominabile Domino cor prauum:]quū Deus sit naturaliter & incircūscriptibiliter bonus.[& voluntas eius in his,q simpliciter]columbina simplicitate[ambulant.Manus in manu, non erit innocens malus:]id est,homo prauus,existens manus in manu,id est,cessans ab opere exteriore, sicut q vnā manum tenet in alia, nullam extendens in opus, talis non erit innocens, quoniā corde peccabit cogitādo & appetendo,bonaq;omittendo.[semē autem]i.operatio bona seu virtuosa posteritas[iustorū saluabitur.Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.]id est,fœmina incontinēs & formosa,ità se habet, vt aureus circulus in naribus porcæ,quoniam porca seu sus circulum aureū naso suo innexum, luto & sordibus mòx infigit:Sic mulier stulta ac speciosa,pulchritudinē & ornatū sibi concessum,conuertit ad cœnū libidinis. ¶Spūaliter,mulier pulchra & stulta,est hæreticorū collectio,quę venustate gaudet eloquij, & eām cū notitia veritatis sibi concessa,vertit ad suorū fœditates errorū,tanquàm spurcissima porca.[Desiderium iustorū,omne bonū est:]id est, bonitatem & æquitatem in omnibus cupiūt obseruari, atq; in omni grā & virtute optant proficere: Deū quoquè in quo est omniū bonorū & pulchrorū superplena possessio, desiderant finaliter obtinere.[præstolatio impiorū,furor.]id est,cū immoderātia irę cupiūt & expectant mala inferre, & vitiosę eorū expectationi furoris flamma sępè miscetur, ac pro eorū excessibus imminet eis furor Dei,id est, rigor vltionis diuinę.[Alij diuidūt propria]id est,bona spūalia ac temporalia eis concessa, communicāt proximis.[& ditiores fiunt:]qa pro hac eorū charitatiua communicatione,piaq; liberalitate Deus auget in eis spūalia ac temporalia bona.[Alij rapiunt non sua,]s.temporalia aliorū, seu virtutes qbus carent, sibi asscribunt.[& semper in egestate sunt.]Nam veris diuitijs mentis priuātur, & temporalia malè consumūt.Nihilominùs sicut Iob 12. legitur,abundāt interdùm tabernacula prędonum.[Anima quę benedicit]id est,Deū laudat,& proximis prędicat bona,[impinguabitur]donis Spūsancti, prout orat Psal. 62.
Psalmista: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Vndè in Hieremia loqtur Dominus:Inebriabo animas sacerdotū pinguedine, eritq; anima eorum quasi hortus irriguus. Hiere. 31.
Isa. 58.
[& qui inebriat]auditores verbo sacrę doctrinę seu gaudio spūali,[ipse quoquè inebriabit]charismatibus Dei,q tanto liberaliùs grām inserit & refundit,quāto quis proximis suis magis charitatiuè ac piè cōmunicat dona sibi concessa.Porrò nōnulli ex industria inebriāt socios suos poculo corporali,quod faciēdo,vanitate & impietate inebriātur,& posteà supplicijs replebūtur.[Qui abscondūt frumenta,]i.ea non exponūt venalia tēpore opportuno, sed ex immoderata solicitudine ea in propriū vsum reseruāt, aut ex cupiditate apud se retinent,vt posteà cariùs vendāt.[maledicentur in populis]indigentibus.[benedictio autem super caput vendētium.]i.vendentibus populi bona imprecabūtur, præsertim si pro competenti dent precio:sicq; absondentes frumenta tempore quo sunt venditioni exponenda,peccant non solùm ex cupiditate & immoderata solicitudine, sed etiā alios grauiter scandalizādo, nec faciunt proximis quemadmodùm sibi in casu simili cuperent fieri, quod est legi contrarium naturali, immò periculosum est valdè, quia si pauperes aliqui ex inopia morerētur,timendum quòd imputaretur diuitibus illis à Deo.Nempe(vt sancti patres Ambrosius,Basiliusq; testātur)q periclitātibus & indigentibus non succurrit,occidit. Seneca quoquè: Qui perituro, inquit, succurrere potest, quum non succurrit, occidit. ¶Spiritualiter frumenta absondit, qui dona grā sibi collata, non communicat proximis,nec verbum Dei prędicat sibi commissis,nec fructuosè vtitur creditis sibi talentis. Talis maledictionem meretur,cui & iudex in Euāgelio loquitur: Serue male & piger. Benedi- Mat. 25.
ctio aūt super caput vendentiū,id est,fructuosè exponentiū, atq; implentium quod iubet Saluator: Negociamini dum venio. quorū vnicuiq; dicitur: Eugè serue bone & fidelis &c. Luc. 19.
[Benè cōsurgit diluculo, q quærit bona:]i. feliciter manè surgit, q cupit & nititur tempus fructuosè expendere,proximis subuenire,& semper boni aliquid operari. [qui autem inuestigator malorum est,]i.facta & defectus proximorū malitiosè aut curiosè inquirit,ad accusandum seu persequendum vel diffamādum,aut simili intentiōe peruersa.[opprimetur ab eis:]id est, illorum pondere à propria impedietur salute. Graue enim, vt ait Gregorius, est vitium curiositatis,quod dum mentem circa aliorum defectus inuestigandos occupat, eam sibijpsi abscondit, vt tanto minùs propria cernat peccata, quanto curiosiùs discutit aliena:sicq; in superbia fouet miseram animā,atq; ad temeraria iudicia efficit. am pronam.

Vel qui inueſtigator malorũ eſt, id eſt, excogitat quę mala dicat aut faciat, opprimetur ab eis, id eſt, eorum demeritis in ſupplicia demergeẽ. Rurſùs qui inueſtigat mala, id eſt, illicita, vt faciat ea, aut inſtruaẽ ex eis, ſicut qui artibus magicis quærunt iuuari, quemadmodùm
1.Reg. 28. Saul qui pythoniſſam conſuluit, opprimeẽ abeis, quia ſuę aduerſanẽ ſaluti, & ſæpè decipitur. Veruntamen qui præſunt, præſertim epiſcopi, ex charitate & zelo iuſtitiæ debent ſubditorum mala per ſeipſos, & per condignos miniſtros inquirere. [Qui confidit in diuitijs ſuis] temporalibus & terrenis, [corruet] in culpam & pœnam. Idcircò 1. ad Timoth. 6. ſcribit Apoſtolus: Diuitibus præcipe, non ſperare in incerto diuitiarum. Similiter qui in ſpiritalibus ſuis diuitijs, id eſt, meritis, magìs ę̃ in pietate & gr̃a Dei confidit, corruet & peribit. Et ad vtrunq; iſtorũ ſpectat quod fertur in Pſalm̃. 51. Eccè homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. [Iuſti autem quaſi virens folium germinabunt.] id eſt, fructum virtutum producent ex interiore mentis virore, & creſcent in meliùs, quemadmodùm folium virens extenditur ad congruam quantitatem. Eſt
Pſal. 1. etenim tanquàm lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, & folium eius non defluet. [Qui conturbat domum ſuam,] id eſt, ſuos domeſticos ſeu cognatos, aut plebem ſeu congregationem ſibi commiſſam irrationabiliter inquietat, & impatientia, ira ſeu inquietudine ſua moleſtat, quos debuit tranquillos reddere, pacare atq; dirigere. [poſſidebit ventos:] id eſt, fructum non conſequetur ex hoc, ſed impietatem, inquietudinem & rancorem, aut etiam expulſionem à ſtatione, manſioneq; ſua. Hinc Eccleſiaſtici 4. ſcriptum eſt: Noli eſſe quaſi leo in domo tua, euertens domeſticos tuos. ¶ Spiritualiter qui conturbat domum ſuam, & habitaculum cordis ſui prauis cogitationibus, paſſionum tumultibus, deſideri jsinordinatis, appræhenſionibus phantaſmaticis implet, poſſidet ventos, id eſt, flatus diabolicarum ſuggeſtionũ intra ſe ſuſcipit ac reſeruat. De talibus Dominus loquitur per
Oſe. 8. Oſee: Ventum ſeminabũt & turbinem metẽt. [& qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.] Hoc equidem eſt de iure naturali, vt ſapiens præſit, & inſipiens ſit ſubiectus, ſicut & primo Politicorum docet Philoſophus. Frequenter tamen in rebus humanis contingit contrariũ. Sapiẽtes autem, qui ſciunt qualiter ſit iubendũ, & quomodò homines ſint regẽdi, atq; in virtutibus ſunt fundati, paſſionibus dominantes, digni ſunt præcipere & præeſſe. [Fructus iuſti, lignum vitæ,] id eſt, operatio virtuoſa reficit operantem, ſicut lignũ vitæ edentem. Vndè ait Saluator Ioan. 4. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Iterùm fructus iuſti, eſt iuſto pro ligno vitæ, atq; ad beatificam fruitionem Chriſti, qui eſt lignũ vitæ, perducit. Hinc Apocalyp. 2. fatetur: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. [qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt,] id eſt, q̃ animas proximorũ ſpiritualiter diligit, & eis pro poſſe ſuccurrit, atq; in ſinu charitatis amplectitur eas, vt nutrix infantulum, vnicuiq; ſubueniendo ſecundùm quod indiget, ſapiens eſt. Talis nanq; eſt verè illuminatus à Deo: & quo animę p̃ſtatiores ſunt corporibus, eo feruẽtior eſt ad exhibendũ ſpiritalia miſericordiæ opera
1.Theſſ. 3. animabus, quàm corporalia miſericordię opera corporibus, implens illud Apoſtoli: Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Ta
Sap. 11. lis ſequit̃ Deũ, cui in libro Sapientiæ dicit: Qui amas animas. [Si] pro qa [iuſtus in terra recipit] perſecutiones, tentationes & debitas pro ſuis culpis correptiões & pœnas, aut etiam
Iob 1. abſq; ſuis demeritis, vt patet de ſanctis martyribus, & de Iob, Tobia, ac alijs multis. [quanto magìs impius] q̃ peccat directè in Deũ, [& peccator] peccans in proximũ, recipiet iuſtam
Iere. 25. punitionem, vel in preſenti ſeculo, aut futuro? Vndè per Ieremiã Dominus ait: Eccè domum in qua inuocatũ eſt nomen meũ, ego incipio affligere, & vos eritis immunes? non eritis im-
Ezech. 21. munes. Et per Ezechielem ad Hieruſalem dixit: Pro eo q̃ occidi in te iuſtũ & impiũ, egredietur gladius meus ad omnem carnem. Hinc & Princeps Apoſtolorũ digniſſimus, in pri-
1.Petr. 4. ma ſua ait canonica: Tempus eſt vt incipiat iudiciũ à domo Dei: Si aũt primùm à nobis, qs finis eorũ q̃ non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? quod ſecundùm Gloſſam, ex hoc loco acceptũ eſt, ſecundùm tranſlationem antiquam. ¶ Poſtremò, ex his ſumitur euidens argumentum diuinæ prouidentiæ ac futuri iudicij, & quòd poſt vitam præſentem ſit alia vita, in qua finalis eſt retributio malorum atq; bonorum. apertiſſimè nanq; videmus, multos perfectos ac iuſtos in ſeculo iſto varijs aduerſitatibus perſequutionibus q̃ affligi omni tempore vitæ huius, impios verò & ſceleratiſſimos aſſiduè proſperari: quo conſtat, quòd in ſeculo iſto non ſit retributio vltimata, ſed alia reſtet ſecũdùm ſorum diuini iudicij. Propter quod Eccẽs 8. habetur: Peccator ex eo quòd centiès facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quòd benè erit timentibus Deum, qui quærunt faciem eius.

¶ Elucidatio cap. 12. Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam. Art. 12.

QVI diligit diſciplinam,] id eſt, informationem magiſtrorũ ac ſapientiorũ, diligit ſcientiam:] quę per informationem magiſtrorũ acquirit̃, quanuis interdùm propria adinuentione aut ſtudio obtineat̃. Vel qui diligit diſciplinam, i. correptionẽ & caſtigationẽ pro ſuis peccatis, diligit ſcientiã, q̃ eſt donũ Spũſſancti, q̃ purgatis à vitijs infundit̃ & augeẽ. Diligit quoq; talis ſcientiam, i. veritatis notitiã, & profectũ in ea. [qui aũt odit increpationes, inſipiens eſt.] qm̃ amat vitia ſua, & curationem animę ſuę ab eis, abhorret, nec acq̃ſcit ſcripturis, & ſapientiã verã, quæ eſt donũ, non habet, qm̃ illa ſuaſibilis eſt, & bonis conſentiens, vt Iacobus ait Apoſtolus: ſicq; Iaco. 3.
quaſi incomparabiliter inſipiẽtior eſt corporaliter vulnerato atq; lœtaliter læſo, & tamen corporalem medelam refugienti. [Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino:] id eſt, Deo acceptabilis eſt, & gratiæ incrementũ ſortiet̃ ab eo. [qui autem confidit in cogitationibus ſuis,] id eſt, in proprijs induſtrijs & conceptionibus, ampliùs quàm in directione ac ope Spũſſancti, [impiè agit:] quia mereẽ à Deo relinqui, ſicq; errat & peccat. Vndè de qbuſdam Rom. 1.
ait Apoſtolus: Euanuerũt in cogitationibus ſuis. Et per Iſaiam Dominus conteſtat̃: Auerti Iſa. 57.
faciem meam ab eo, & abijt vagus in cogitationibus ſuis. [Non roborabit̃ homo ex impietate:] Peccatũ eñ naturalia vulnerat, & lædit naturã. [& radix iuſtorũ] id eſt, fides ſeu charitas, vel ſtabilitas bonorum, [non commouebit̃:] ſed tentationibus & peccatis reſiſtit̃, ac Deo ſtabiliter innititur, & ità nec ex parte Dei, nec ex parte virtutis, ſed ex fragilitate conditionis humanæ cõtingit ruina peccati, & commotio à virtutũ conſtantia. [Mulier diligens,] id eſt, in factis bonis & domũs ſuæ regimine vigilans, & virum ſuũ ſyncẽriter amãs, [corona eſt viro ſuo:] id eſt, cauſa lætitiæ & honoris. Talis quoquè mulier ſæpè trahit ad gr̃am & ſalutem ſuũ maritũ, ſicut ait Apoſtolus 1. Cor. 7. Saluatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. Vndè Eccleſiaſtici 26. ſcriptũ eſt: Mulieris bonæ beatus vir. [& putredo in oſſibus eius, qę confuſione res dignas gerit.] id eſt, putrefactio interior atq; exterior debetur mulieri incontinenti, præſertim adulterę, Quemadmodùm etiã Numer. 5. narrat̃ de pœnis adulteræ, aquas, in quas maledicta erãt congeſta, potãtis, vt putreſcat femur eius, & tumens vterus dirũpat̃. [Cogitationes iuſtorũ, iudicia:] i. iudicialiter examinatæ, & cũ diſcretione directæ. Iuſti eñ & ſapiẽtes, cogitationes ſuas diſcutiũt & refrenant, nè Deo diſplicẽant: quia (vt ait Apoſtolus) ſi noſipſos dijudicaremus, non vtiquè iudicaremur. Sic cogita- 1. Cor. 11.
tiones ſuas diſcreuit, qui dixit: Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Rurſùs, cogi Pſal. 18.
tationes iuſtorũ, iudicia, id eſt, ad hoc tendũt cogitationes eorũ, vt iudiciũ iuſtitiam̃q; conſeruent. [& conſilia impiorũ, fraudulenta:] qm̃ quærũt propria commoda, ideò conſulunt quod eorum vtilitati plùs congruit, & peruerſo eorũ fini magìs concordat: nec habent veram prudentiã, ſed vulpinã verſutiã, immò ſæpè fingũt ſe ſcire quod neſciũt, quatenùs conſulendo, aliquid vtilitatis ab eo cui præſtant conſiliũ, conſequant̃. [Verba impiorum inſidiant̃ ſanguini:] quia ad læſiones & homicidia prouocãt, & pro temporali commodo falſa teſtimonia dicũt, falſam quoquè & iniuſtã ſententiã proferũt. [os iuſtorum liberabit eos:] id eſt, ſanguinem innocentem excuſando, eruet iuſtos, pro eorũ ereptione faciendo quicquid potuerit. Vel os iuſtorum liberabit eos, id eſt, impios conuertet ad Deum: ſicq; ab eorum iniqtatibus eruet eos. [Verte impios,] id eſt, ab iniqtate eorum eos auerte orando aut exhortando. Qui enim conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, vt dicitur Iacob. 5. [& non erunt] impij ſicut antè. Hinc Paulus de perſecutore in Apoſtolum verſus: Viuo, inqt, iam non ego. Vel verte impios, id eſt, ſtatũ & proſperi- Gala. 2.
tatem eorum immuta. Et non erunt, i. citò deficient. Antiqua tranſlatio habet: Quocũquè ſe vertit impius, exterminabit̃. Nam & citò perit ac putreſcit eorũ memoria, iuxta illud Iob 18. Memoria veſtra comparabit̃ cineri. Ideò ait Gloſſa: Multa impietas in dijs gentium, in ſectis hęreticorum, in præſtigijs magorũ, in perſecutionibus paganorum. Sed his à Deo ſubuerſis, ſubuerſa eſt & memoria impietatis iſtorum. [domus aũt iuſtorum] id eſt, congregationes iuſtę, Eccleſię Chriſti, perſonę fideles, [*permanebunt] in gratia, & ſaluabunt̃. [Doctrina ſua cognoſcit vir:] qa ex viri doctrina oſtẽdit̃, an ſit verè catholicus: & ſi ea quę docet * perma-
ſalubriter, implet viriliter, cõſtat q̃ bonus ſit. Doctrina quoquè oſtẽdit, an ſit multùm ſub- nebit
tilis ac eruditus, [qui autem vanus] id eſt, ſoliditate virtutis carens, nec ad vltimum finem per iter ſalutis tendens, [& excors eſt] i. ſine prudẽtia, [patebit contemptui:] id eſt, per verba & opera ſua cõtemptibilem ſe eſſe monſtrabit. Itaq; vanus eſt, q̃ ſummũ & incommutabile bonum non q̃rit, ſed ea quę auertunt ab illo: & leuis eſt corde, atq; inanis gloriæ cupidus. [Melior eſt pauper] id eſt, de tẽporalibus aut ſpiritualibus gratiæ donis aliquãtulùm

habens,[& ſufficiens ſibi,]ità q̃ ſatis habet pro neceſſitate corporis,& de neceſſarijs animę ad ſalutem,[quàm glorioſus]i.formoſus in diuitijs ac ſcientijs,[& indigens pane:] eo q̃ bona ſua conſumat ſuperfluè, vel humilitatē & charitatem non habeat ſcientijs ſuis annexas. Propter quod corporali & ſpũali eget refectione.Itaq; melior & incomparabiliter deſiderabilior eſt ſcientia parua cũ humilitate & vita bona,quàm grãdis ſcientia cũ vanitate & deteſtabili vita. [Nouit iuſtus animas iumentorũ] i. ſeruorũ ac ſubditorũ [ſuorum,] q̃ inſtàr iumenti pergũt quò paſtor & dñs eorũ dirigit illos.Vndè ait obediens:Vt iumentum factus ſum apud te. Iuſtus ergò hebetudini & ſimplicitati crediti ſibi gregis ac familiæ condolet & ſuccurrit: capacitatem & mores & labores ſingulorũ conſiderat ſeruorũ,quatenùs vnicuiq;,(prout capax ſeu indigens eſt,aut meret) auxilietˉ vel præmiũ largiatˉ.[Viſcera autem impiorũ,crudelia:]qa ſubditis indignari,iraſci,moleſtiasq; inferre nouerũt,non condolere,indulgere,auxiliari.Talibus Dominus ait Ezech.34. Cũ auſteritate imperabatis eis, & cum potentia:quod valdè vitãdum eſt, vt in ſuis ꝓiſtolis copioſè docet Apoſtolus inter cætera loquens:Vos domini eadem facite illis,quæ vobis fieri vultis,remittentes minas,ſcientes qa & illorum & veſter Dominus eſt in cælis. Nam & Seneca in ſuis fateˉ Prouerbijs: Qui ſeruis crudelis eſt,oſtendit ſibi in alijs voluntatem non deeſſe, ſed poteſtatem. Et rurſùs:Fulmen eſt,vbì cum poteſtate habitat iracũdia. [Qui operat terram ſuam, ſatiabit panibus:] Hoc in corporalibus communiter ſic contingit,quòd q̃ per ſeipſum aut ſuos miniſtros congruè colit agros ſuos,colligit indè fructus ſufficientes,& panibus (id eſt,cibis)ſufficienter ſe poteſt reficere, quanuis interdùm ex intemperie aurę ſeu hoſtiũ deuaſtatione, infirmitate aut morte,indè impediatur. ¶Porrò ſpũaliter,q̃ operat terram ſuam,id eſt,plebem ſeu Eccleſiam ſibi commiſſam,aut propriũ corpus,ſenſitiuamq; partem exercet ſpũalibus diſciplinis, virtuoſis directionibus, aſſiduis curis paternis,ſatiabit panibus: qa de illorum profectu gaudebit, & iam per merita, deindè per præmia feliciter reficietur. Immò pro cunctis quos ad ſalutem adduxerit,coronam gloriæ ſortietˉ. [Qui autem ſectat ocium, ſtultiſſimus eſt:]præſertìm ſi præſit alijs. Quum enim poſſemus omni hora in ſpiritalibus donis tam vehementer proficere,ac tantùm nobis in cælis theſaurum reponere,futura tormenta redimere,atq; per opera virtuoſa non modò nobiſipſis ac proximis, ſed etiã in Purgatorio exiſtentibus ſubuenire, nonnè ſtultiſſimũ eſt, ocium ſequi, præſertìm cùm ignoremus diem & horam?Nam & qui ocio præſtat locũ,non ſolùm non creſcit in diuitijs animæ,ſed & valdè decreſcit in eis,quum in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit:Multa mala docuit ociositas. Ex ea nanq; ſequunt diſtractio cordis,concupiſcentiæ motus, inordinata affectio,loquacitas,tædium boni,torpor,laſciuia.Vide ſi mercator ocio vacet, dum multùm auri valet lucrari,nonnè inſipiens putabitur? quãto magìs ſtulti & fatui ſumus cenſendi, qui dum in precioſiſſimis donis gratiæ & gloriæ poſſemus valdè proficere,hoc ipſum ociando negligimus, & inſuper multa mala committimus? [Qui ſuauis eſt ✳ in moderationibus,] id eſt, in ſuis monitionibus,[relinquit contumeliam.] Iſte verſiculus non eſt in Hebræo:Sed ſenſus eſt, quòd homo per moderamen diſcretionis ac manſuetudinem dulcis, non per verba contumelioſa,ſed pia atq; humilia,admonet alios,iuxta illud Apoſtoli: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis,conſiderans teipſum,nè & tu tenteris. Nempe (vt afferit Auguſtinus) obiurgationes rarò, & pro magna neceſſitate ſunt faciendæ: in qbus etiam inſiſtendum eſt, non vt nobis,ſed vt Domino ſeruiatur.[Deſiderium impij,monumentum eſt peſſimorum:]id eſt, de impijs factis eorum q̃ præceſſerunt,& in ſepulcro ſunt poſiti,impius appetit loqui,quæ & cupit ſectari.Praua quoquè deſideria impij, ad mortem & monumentum propinquant. Vel monumenta peſſimorum,ſunt memorialia eorundem opera vitioſa,circa quæ deſiderium verſatur iniqui.[radix autẽ] id eſt,fides vel charitas [iuſtorũ proficiet.]Etenim tanto plùs creſcit charitas,quãto plùs decreſcit cupiditas,i.amor priuatus, cuius minoratio eſt charitatis augmentatio, & cuius mera extirpatio, eſt charitatis perfectio. [Propter peccata labiorum,quæ ſunt mẽdacium,falſum teſtimonium,detractio,ſuſurratio,contentio,ſeminatio diſcordię,& conſimilia.[ruina proximat malo]id eſt,æterna damnatio imminet peccatori.Non ergò parua qs reputet vitia linguæ.[effugiet autem iuſtus de anguſtia:]qa meritis ſuis æternam conſequetur ſecuritatem,& virtuoſè conuerſando,conſcientiæ vitat remorſum,& mille euadit pericula.[De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis:]id eſt, pro verbis bonis ſalutaribusq; doctrinis,pro oratione & laudibus Dei, habebit homo profectum gratiæ ac meritorum in via, incrementumq; gloriæ in futuro. Nam & prædicatoribus atque doctoribus datur aureola,& ſubditorum profectus in ſuperiores redundat.Hinc & in

Pſal.72.

Ephe.6.

Eccl 33.

✳ in vini demoratiõib⁹, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam.

Gala.6,

& in Euangelio loqtur Chriſtus:Ex verbis tuis iuſtificaberis. Non tamen ſufficiũt ſola verba,ſed oportet vt conſonẽt opera,& vt ipſemet loquens faciat bona,quę docet proximos. Ideò ſubdit:[Et iuxta opera manuũ ſuarũ] id eſt,virium practicarũ,[retribuetur ei.] Vndè Iob 34.dicitur:Abſit à Deo impietas,& ab omnipotente iniqtas. Opus enim hominis reddet ei,& iuxta vias ſingulorum reſtituet.[Via ſtulti, recta in oculis eius:]id eſt, actio ſeu locutio vel conuerſatio ſua ſibi bona videt,quoniam ratio eius paſſionibus victa,& vitijs atque erroribus obſcurata, iudicat valdè peruerſè, ſicut febricitans omnem cibum iudicat quaſi amarum.Talibus dicitur Amos 5.Væ qui cõuertiſtis in amaritudinẽ iudiciũ,& fructũ iuſtitię in abſinthiũ.Quod enim qs amat,hoc iudicat bonũ.Nam amor priuatus & odiũ,peruertunt iudicium.Idcircò Dñs proteſtat Mich.3. Nunquid veſtrum eſt ſcire iudicium, q̃ odio habetis bonum,& diligitis malum?[qui autem ſapiens eſt, audit conſilia:]id eſt,diligenter ea aduertit,conſiderat, &, ſi expedientia ſint, adimplet. Nemo ergò tam ſapiens ſit in ſuis oculis, vt aſpernetur audire conſilia. Non enim vnus homo poteſt omnia conſiderare. Nec homo in propria cauſa ſemper bonus eſt iudex: Deus quoquè frequenter ſuggerit & reuelat vni,immò & inferiori,quod non inſpirat alteri, nec ſuperiori:& faciliùs inuenitur, quod à pluribus quęrit.[Fatuus ſtatìm indicat iram ſuam:]id eſt,foris erumpit per iracundiæ ſigna, & flammam ſuæ commotionis euaporat per verba & geſtus diſtortos,non attendens quàm inhoneſtũ ſit hoc:nam paſſioni ſubiectus eſt, nec per manſuetudinem refrenare ſe didicit,idcircò per iram totaliter excæcat eius ratio,propter quod rectè ſtultus vocat, nec aduertit quàm nociua ſit ira,de qua ait Hieronymus:Fuge ô homo iram,quę eſt hoſtis naturæ,confundit iuſtitiam, amicitiam rumpit, concordiam diſſipat,aufert pacem pectoris,& tollit gaudiũ æternitatis.Ianua quædam,eſt ira,omniũ vitiorũ:qua ianua clauſa,datur cordi tranquillitas & quies virtutibus: & qua aperta, ad omne facinus firmabitur animus. Ideò rectè diſſeruit Seneca:Iracũdiam q̃ vincit,maximũ ſuperat hoſtem. [Qui autem diſſimulat iniuriam]ſibi factam,[callidus eſt.] Callidus communiter in malo accipitur, ſ. proverſuto,iuxta illud Iob 36.Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Sicq; loquendo de callido,iſte eſt ſenſus:Qui diſſimulat iniuriam,id eſt,fingit ſe non aduertere nec curare iniuriam ſibi illatã,quatenùs poſteà improuiſè grauiùs vindicet eam,eſt callidus,qualis ꝓcipuè fuit Ioab,q̃ iniurioſum ſibi reputãs,q̃ Amaſa fieret princeps militię loco ipſius,diſſimulauit ſe indè dolere,& paulò pòſt proditoriè Amaſam magìs ſtrenuum ſe,occidit. Talis quoquè fuit & Abſolon,q̃ violata ſua ſorore ab Amnon,nihil locutus eſt ei:ſed expleto biennio,ipſum peremit.Interdùm verò accipit callidus pro aſtuto ſeu ſagace. Sicq; q̃ diſſimulat iniuriã ſuam,habendo ſe acſi eam neſciret,atq; vt penitùs eam obliuiſcat,callidus eſt,id eſt,aſtutus & ſagax.Vndè antiqua tranſlatio continet: Stultus pronũciat eadem hora iram ſuam,occultat autem ignominiam ſuam aſtutus.Circa quod ait Gloſſa: Callidus non vult occultare iram ſeu iniuriam ſuam vt duret,ſed vt omninò deleat. Eſt enim natura iræ,vt prolata plùs ferueat,occultata langueſcat.Hoc modo Saul adhuc bonus,in principio regni ſui diſſimulauit ſe audire verba iniuriantiũ ſibi, quę nec poſteà voluit vindicare, data opportunitate,vt 1.Reg.11.habet.Hinc Seneca loqtur:Res magnæ gloriæ eſt,indulgendo peccata corrigere, magìs quàm vindicando. [Qui quod nouit loqtur,]id eſt, quod verum eſſe ſcit,ſuo tempore profert ac atteſtat.[Index iuſtitiæ eſt:]id eſt,indicat iuſtũ ſe eſſe,& ipſam veritatem iuſtitiæ pandit. [qui autem mentitur] in foro iudicij, quo teſtimoniũ perhibet; [teſtis eſt fraudulentus.]Similiter q̃ libenter faciliterq; mentit,citò ad hoc inducit,vt teſtimonium proferat falſum.[Eſt q̃ promittit]ſe aliquid dare aut facere,[& quaſi gladio punꝑgitur conſcientiæ.] id eſt,remorſum conſcientiæ patitur,dum quod promiſit,renuit adimplere.Vel qa promiſit indiſcretè atq; illicitè. Quemadmodùm enim(iuxta Hieronymum) tres ſunt comites iuramenti, ità & promiſſionis ſeu voti, videlicet iudiciũ,id eſt, diſcretio, iuſtitia,veritas.Et quicqd contra hæc aut horũ aliqd promittit aut iuratur, non tenet:peccatq; homo ità illicitè iurando aut promittendo, non autem iuramentum ſeu promiſſum non adimplendo.Idcircò in Ieremia habetur:Iurabis,viuit Dñs,in veritate & iudicio & iuſtitia.[Lingua autem ſapientiũ,ſanitas eſt,]qa per verba ſapientialia curat audientes à vulnere vitiorum & læſione errorum,& à morte perfidiæ, & quod iurat,promittit vel aſſerit, verificare conat. Sicq; in ea inter verba & facta eſt proportio,quemadmodùm ſanitas adæquatio ſeu proportio eſt humorũ.Hinc ſcriptum eſt Sap.6.Multitudo ſapientium,ſanitas eſt orbis terrarũ. Et Iſa.50.fertur:Dominus dedit mihi linguam eruditam,vt ſciam ſuſtentare eum qui lapſus eſt,verbo.[Labium veritatis,firmum erit in perpetuum:]id eſt,veritati ſtabiliter inhærebit, & pro hoc perpetuam conſequetur mercedem. [q̃ autem teſtis eſt re-

Mat.12.

2.Reg.3. & 20.

2.Reg.13.

Iere.4.

pentinus] id eſt, ſine debita deliberatione aut propria commoditate, ex aliorũ perſuaſione proſert teſtimoniũ, [concinnat linguã mẽdacij] id eſt, linguã ſuam componit ad mentiendum, & ad colorãdum pro poſſe falſum teſtimoniũ ſuum, ſicut Iſa. 32. habeẽ: Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: Ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone
3.Reg. 21. mendacij. Tales fuerunt, qui tertio Regum legunt contra Naboth teſtimonium falſum dixiſſe. [Dolus in corde cogitantiũ mala:] id eſt, qui excogitant qualiter noceant alijs, ſæpè confingunt in ſe vias, qbus doloſè implere id valeant. [Qui autem pacis ineunt conſilia, ſe quiẽ eos gaudium.] id eſt, qui inter ſe conferũt & inquirũt qualiter inuicèm pacificentur, & pactum ſuper hoc ſtatuunt, ac fœderi pacis conſentiunt, ex hoc deincèps iucunditatem, quietem & ſecuritatem adipiſcunt. Vndè & Chriſtus: Beati, inquit, pacifici. Zachariæ quo-
Mat.5. què 6. dicit de electis: Conſilium pacis erit inter illos. [Non contriſtabit iuſtum, quicquid
Iaco.1. ei acciderit:] id eſt, quicquid aduerſitatis ſeu mali pœnæ ei euenerit. In aduerſis enim patientiã habet, & omne gaudiũ æſtimat, quũ in varias inciderit tentationes: ac certus de proui dentia patris æterni, quicqd ſibi aduerſi contigerit, quaſi donum de manu capit omnipotentis. Verũtamen de malo culpæ triſtat, & ſua quotidiana quotidiè deflet peccata. De aduerſitate quoquè & turbatione Reipublicę, & detrimento boni communis, mœrore afficitur. Attamen triſtitiã deij ciẽtem, carnalem, inordinatã & ſecularem, euitat, de qua ait Apo-
2.Cor.7. ſtolus: Seculi triſtitia mortem operat. Et de qua in Eccleſiaſtico edoceẽ: Triſtitiam longè
Eccl 30. expelle à te: multos enim occidit triſtitia. Itaq; in omni euentu ſtemus firmi in Domino, & nec proſperis inaniter gloriemur, neq; aduerſis deijciamur, quum & Seneca dicat: Feras, quod lædit vt proſit. Et rurſùs: Iniurię & honores vulgi, in promiſcuo ſunt habendi: nec his gaudendũ, nec illis dolendũ. Hinc ait glorioſus Hieronymus: Per bonã & malã famã à de-
2.Cor.6. xtris & à ſiniſtris, Chriſti miles progredit: Nec laude extolliẽ, nec vituperijs frãgiẽ: non ex diuitijs tumet, nec paupertate conſundit: & læta cõtemnit, & triſtia. His concordat illud Tullij: Vir eſt, q contra biformes fortunæ euentus, vniformi mẽtis conſtãtia militat præmunitus. De hoc ſuper illud Iob 1. Vir erat in terra Hus, pleniùs ſcribit Gregorius. [Impij aũt replebunt malo:] qa varijs paſſionibus, inordinato timore, prauo mœrore, ac conſimilibus affligunt, & de malis culpæ, ruunt in mala infernalis miſeriæ. Ideò ait Apoſtolus 2. Timo. 3. Impij proficient in peius, errãtes, & in errorem mittentes. [Abominatio eſt Domino labia mendacia:] id eſt, mendaces Deo ſunt abominabiles, quũ ipſe ſit fons, cauſa, finis, menſura ac regula omnis veritatis creatæ, q in ſeipſo eſſentialiter verus, & verax eſt, ac veritas ipſa.
Pſal.144. [qui aũt fideliter agunt,] ex fide, quę eſt virtus theologica, & fidelitate, quę ad iuſtitiã perti net. [placent ei:] qa ei ſunt ſimiles, de quo ait Pſalmiſta: Fidelis Dñs in omnibus vijs ſuis. Similitudo aũt per ſe, eſt ratio complacentiæ & amoris. [Homo verſutus celat ſcientiam:]
*odioſus Alibì legitur, Vir verſutus *odibilis eſt. Si ergò verſutus in malo accipiat, pro callido & vulpino, talis celat ſcientiã ſuã, quãdò deberet eã charitatiuè proximis cõmunicare, & conſtitutos in periculo auiſare. Vndè ſecundùm Auguſtinũ: qui negat ſe ſcire quod ſcit, ingratus eſt: & q non vult cõmunicare quod accepit, inuidus eſt. Porrò ſi verſutus ſumatur in bono,
Pro.14. pro aſtuto ſeu ſagace, talis interdùm ex humilitate, quãdoquè ex diſcretione, celat ſciẽtiam ſuam, nè eam videat iactare, aut vbi nõ eſt auditus, effundere, nè ſanctũ det canibus. Idcircò 1.Corin.2. ſcribit Apoſtolus: Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Hinc nanq; Ezechiel. 3. loquutus eſt Dominus: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo. [& cor inſipientium prouocat ſtultitiam,] id eſt, ad inanem lætitiam, riſum, cachinnum & vanitatem excitat alios. Frequenter etiam decipit, & erroneè inſtruit proximos, ac ſua improbitate prouocat eos ad vitia ſapientiæ verę contraria. [Manus fortium dominabitur:] Nam principes fortes ac ſtrenui, ſolent prævalere in bellis, ac latiùs
Pro.12. prędidere. Similiter qui virtutibus fortes ſunt, ſolẽt fratribus præfici & peſſe, ſenſitiuo quoquè appetitui & eius paſſionibus imperarę. Vndè Seneca dixit: Vis habere honorem? dabo tibi magnũ imperiũ. Impera tibi. [q aũt remiſſa eſt, tributis ſeruiet.] Principes qppe ignaui ac deſides, ſolent aduerſarijs ſuis ſub tributo ſeruire. Spũaliter verò, q diſſoluti & negligentes cõſiſtunt, implentur peccatis, & principi ſeruiunt tenebrarum, cuius exactioni ſeu tentationi dant aſſiduè pro tributo conſenſum in malo: propter quod tandèm cum illo mitten
Mat.5. tur in carcerem infernalem, nõ egreſſuri quouſq; reddiderint nouiſſimũ quadrantẽ, quod nunq̃ fiet. [Mœror in corde viri humiliabit eum:] Iuſtus emẽ de ſuis ac proximorum mœret peccatis, & ex pœnitentiali mœrore valdè humiliat ſe corã Deo, fragilitatem & vilitatem ac culpam ſuam & alienam ex totis prędordijs recognoſcens, & veniam poſtulans. Quum etenim in peccato ſit quędã inordinata ſuiipſius erectio, oportet vt in contritiõe ſit ordinata

&

& humilis ſui deiectio. Vndè ſcriptũ eſt Baruch 2. Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, dant gloriam & iuſtitiã tibi Domine. [& ſermone bono lætabit:] i. ex promiſſione & ſpe veniæ, ex conſolatiõe ſcripturæ, ex confeſſoris inſtructione, & ſacramentali abſolutione, iucũditatem & conſolationem accipiet, ità vt dicat illud Pſalmo 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Idcircò Apoſtolus 2. Theſſalonic. 3. Conſolamini, inquit, inuicèm in verbis iſtis. [Qui negligit] ideſt, parui-
pendit & æquanimiter ſuſtinet [damnum] temporale [propter amicũ,] i. adſu bueniendũ proximo ſuo in neceſſitate, præſertim vt eum liberet à morte corporali aut ſpũali, [iuſtus eſt.] Hoc nanq; requirũt charitas atq; iuſtitia, vt amor, vita & ſalus proximi, præferat temporalium rerũ amori. Propter quod in prima ſua canonica ait Ioannes: Qui habuerit ſub- 1.Ioan.3.
ſtantiã huius mũdi, & viderit fratrem ſuũ neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in illo? At verò qui propter Deũ & Chriſti amorem, temporalia damna & rapinã bonorũ ſuorũ æquanimiter ferunt, immò ſeipſos & omnia ſua morti exponunt, verè ſunt iuſti: quoniã quicqd à creatore ſortiti ſunt, in eius amorem, cultũ & confeſſionem rependũt. [Iter autem impiorũ decipiet eos:] quoniam ſua delectatione iniqua allicit eos ad perſeuerandũ in vitijs, & ad diligendũ ea quæ aduerſantẽ ſaluti, ſicq; in tartarum detrahit ipſos. [Non inueniet fraudulentus lucrum:] quia etſi ex verbis ſuis doloſis aut
mendoſis, obtineat temporale lucrum ad tempus, vt patet ſecundo Regum de Siba accuſa- 2.Reg.16.
tore doloſo ac impio virtuoſi Mephiboſeth, poſteà tamẽ experieẽ incõparabile detrimentum & damnũ perpetuũ. Hoc attendant mercatores ac cæteri venditores. [& ſubſtãtia hominis, erit auri precium,] id eſt, ipſum aurũ eſt facultas ſeu poſſeſſio hominis, non id quod doloſè acqrit, & reſtituere obligat. Vel ſubſtãtia, id eſt, vita ſeu anima hominis, eſt auri precium, id eſt, precioſior auro, & id pro cuius ereptione expendit aurum, ſicut Iob 2. inducitur: Pellem pro pelle, & cuncta quę habet homo, dabit pro anima ſua. q Spiritualiùs autem loquendo, ſubſtantia hominis, id eſt, interior opulentia eius in actibus virtuoſis, erit auri precium, quia pro illo exponendum eſt aurum in operibus pietatis & æquitatis. Vel erit auri precium, id eſt, id per quod mercat & obtinet homo charitatem regni cæleſtis, de quo
in Apocalypſi aſſerit: Ciuitas erat ex auro mundo, ſimili vitro mundo. [In ſemita] id eſt, ob- Apoca.21.
ſeruatione ſeu præcepto & lege [iuſtitiæ,] id eſt, cuiuſcunq; virtutis, ſecundùm quod iuſtitia eſt virtus communis, & quodammodò omnis virtus. Nam vnaquæq; virtus, eſt quædam iuſtitia, quia per eam habet ſe homo, vt debet. [vita] conſiſtit, id eſt, vita gratię in præſenti, & vita glorię in futuro. [Iter autem deuium] id eſt, error à veritate diſcedens, actio vitioſa à rectitudine æquitatis deflectens, & omne peccatũ, quod eſt tranſgreſſio rectiſſimæ legis Dei, [ducit ad mortem] æternę damnationis, quę omni morte, naturali & corporali acternporali ineffabiliter exrat amarior: immò minima pœna inferni pro naturali peccato inflicta, creditur eſſe maior ipſis puncturis atq; anguſtijs diræ ac tranſitoriæ mortis, quę tamen ineffabiliter premit ac torquet.

¶ Explanatio cap. 13. Filius ſapiens, doctrina patris. Art. 13.

Filius ſapiens, doctrina patris.] Filius ſapiens dicitur eſſe doctrina ſui patris ſiue doctoris: Primò, quia paulatim proficiendo ad hoc poteſt pertingere, vt ſapientior fiat patre, & ſic doceateum: Secundò, quia in filio ſapiẽte relucet ſui patris doctrina. Spiritaliter autem filius in diuinis, eſt ſapientia & doctrina patris ęterni, quia pater per filium nos informat. [qui autem illuſor eſt,] id eſt, ſapientiam & virtutes irridet, nec ſe docilem ac dirigibilem exhibet. [non audit] auditu mentis, [quũ arguit.] Sępè quoquè exteriorem auditũ à verbis increpatorijs ſalubribusq; auertit. Tales fuerunt filij Iſrael, de quibus Ezechiel 33. Dominus dixit: Audiunt verba mea ex te, & non faciunt, quia in canticum oris ſui vertunt illa, & factus es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono canitur. Horum veſtigia multi ſequuntur, qui quicquid exhortationis correptionisq; audiunt, in riſum & iocum vertunt. [De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis.] hoc eſt quod
in precedenti cap. legit, De fructu oris ſui vnuſquiſq; replebitur bonis. [anima autem im- Pro.12.
piorum] id eſt, in Deum peccantium, eſt [iniqua:] id eſt, iniuſta, quia à Deo, qui eſt menſura ac regula omnis rectitudinis, eſt auerſa. Hinc in prima ſua epiſtola ſcribit Ioãnes: Omnis 1.Ioan.3.
qui peccatum facit, & iniquitatem facit: & peccatum iniquitas eſt. [Qui cuſtodit os ſuum] corporale ab omni culpabili loquutione, & multo plùs qui cuſtodit os ſuum mentale, videlicet intellectum, quo verbum cordis profertur, ab omni praua cogitatione, prouidendo nè oriatur in ſe, vel ortam mox reprimendo & expellendo, [cuſtodit animam ſuam] à grauaminibus, damnis, periculis, quę homines ſolent incidere ex incuſtodia oris. Ideò ſcri-

ptum

ptum est Iaco.3.Si qs in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Hinc in Prouerbijs suis ait Cyrillus:Doctus sis loqui,& auarus verbi. Clausura nãq; quę rarò aperiť, est fortior:& lingua minùs frequentata,solidior.nam quod diù rectum teneť, difficiliùs obliquaťsed dum lingua non loquiť,recta teneť.Reuerà mentis conceptus est verbũ.Vbi ergò verbum nimis effundiť,internum rõnis est vinculum dissolutũ.[qui aũt inconsideratus est a d loquendũ,] non præmeditando qualiter sit loquendũ, nec prouidendo nè Deum offendat loquendo. [sentiet mala.] Nam sæpè incurrit ex hoc aliorum offensam, & inquietudinem propriæ mentis,conscientiæ quoquè remorsum:& si fuit in eo deuotio & recollectio aliqua mentis in Deo,mox perdit eas,lædituą; animã suã,ac debitas luet pœnas.Ideò ait Cyrillus: Pro certo qui vento loquacitatis effundiť,indigestis verbis prolatis conturbat alios, aut turbatur.

Leui.11. Deu.14. Quamobrem antiquis prophetis semper placuit parcè loqui. Nempe qui multùm loqtur, modicũ ruminat,ideoq; verbũ ociosum eructat.Et ideò secũdùm legem immũdum est animal.[Vult,& non vult piger] id est,remissè cupit bonũ agere & sortiri,non aũt vult hoc efficaciter & intensè:sicq; habet voluntatẽ optatiuã,non imperatiuã:itaque vult finẽ,sed media ad finis adeptionẽ necessaria,non vult amplecti:vult perfectionem & beatitudinẽ obtinere,sed non vult ieiunare,abstinere, in vigilijs, disciplinis, oronibus perdurare, cunctas vanitates & delectationes prauas relinquere, iniurias,persecutiones & cõtemptus propter Deum gaudenter perferre: vult regnare cũ Christo, sed non vult se profundè in omnibus

Iaco.1. humiliare,& pati cum ipso.In quo compleť illud Apostoli Iacobi:Vir duplex animo,inconstans est in omnibus vijs suis. Talis pigra voluntas, non acceptať à Deo pro opere bono: sed voluntas plena & imperatiua, quæ statim, quũ facultas aut opportunitas adest, procedit in opus, à quo si impediať aliundè, acceptať pro opere.[anima aũt operãtium] id est, exequentium diuina præcepta,[impinguabiť] spũali profectu & suauitate interna,quemadmodùm scriptum est Psal.18.In custodiendis illis retributio multa. Itemq; Psal.62.Sicut adipe & pinguedine repleať anima mea.[Verbum mendax iustus detestabitur.] quoniam odit quicquid iustitiæ contrariať. [Impius aũt confundit,& confundetur.] Alios enim mentiendo,irridendo,demonstrãdo confundit,ideò confundetur à Domino,& sæpè confun-

Iob 11. ditur in præsenti. Vndè beato Iob dicitur: Quum cęteros irriseris, à nullo confutaberis? Quasi dicat:Ità non erit.[Iustitia custodit innocentis viam:] id est, innocens merito suæ iustitiæ custoditur à Domino,& ipse per suã iustitiam, suam custodit conuersationẽ,nè Deum offendat.Ideò scriptũ est Psal.36.Iunior fui,etenim senui,& non vidi iustũ derelictum.

Dani. 6. Hinc Daniel ait: Misit Dominus angelũ suum,& conclusit ora leonũ, qa iustitia coram eo inuenta est in me.[impietas verò peccatorẽ supplantat. Est quasi dives,quũ nihil habeat:] id est,quidã parùm de temporalibus rebus habentes, sunt quasi diuites: qa hoc ipsum modicum quod habent, sufficit eis, nec quærunt superflua. Vndè dixit Apostolus 2.Corin.6. Quasi nihil habentes,& omnia possidentes.[& est quasi pauper, quũ in multis diuitijs sit.] Auari enim qui multa habent,sunt quasi pauperes,qa non contentanť habitis, & vix audẽt vti eisdem,& quærunt plura.Hinc Seneca in suis deprompsit Prouerbijs:Quę sunt maximę diuitiæ?non desiderare diuitias.qs plurimùm habet? is qui minimùm cupit. Quidã exponunt sic:Est quasi dives quũ nihil habeat,id est, qui temporalibus rebus abundat,dives putatur,quum meritis vacuus sit corã Deo, quemadmodùm dives epulo. Et est quasi pauper,

Luc. 16. quum in multis diuitijs sit,sicut Lazarus qui fuit meritis opulentus, & pauper in rebus terrenis. Vndè Iob 27.ait scriptura: Dives quũ dormiẽrit,nil secũ auferet: appræhendet eum quasi aqu[illegible]nopia,&c. Hieronymus quoquè: Diuiti,inqt,tã deest quod habet, quàm quod non habet.[Redemptio animæ viri,diuitiæ suę.] i.spũalis opulentia meritorũ,valet homini pro redemptione animæ suæ à pœnis gehennæ,& ad euadendũ rigorem diuini iudicij.

Apoc. 14. Dañ.4. Opera eñ eorũ sequũtur illos. Exteriores quoquè diuitiæ,si in opera misericordiæ expendanť,valent ad expiationem animę à peccatis,sicut ad Nabuchodonosor Daniel ait:Consiliũ meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime,& iniqtates tuas misericordijs pauperũ. Vndè legitur Tobi. 4. Fidutia magna apud Deũ est,eleemosyna,& non patietur animam ire in tenebras.[qui autem pauper est,]i.virtutibus inops & imperfectus,[increpationem non sustinet.] quod ex defectu sapientiæ ac patientiæ prouenit. Nam increpationem considerat non quasi animæ suæ medelã, sed quasi suæ personæ iniuriã & contemptũ:& in hoc grauiter errat. Vel sic,qui pauper est,id est,pauper spũ, seu humilis aut voluntariè terrena despiciens, ac Domino in tali paupertate deseruiens, increpationem non sustinet, i. à Deo in futuro iudicio non redarguetur,neq; dãnabitur,sed cõsequetur quod iudex promisit: Beati, inquiens, pauperes spũ, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Insuper sæpè contin-

Mat.5. gir,

gir,q; pauperes & mendici increpationem parienter non ferũt, quum sint pusillanimes & afflicti:ideò nó sunt duriùs increpãdi,nisi forsan magnitudo excessũs aliud exigat. Nam(vt Seneca testatur) Dura est in afflictione increpatio: atq; communiter dicit, q afflicto non est addenda afflictio. [Lux iustorũ lætificat:] Lux iustorũ,est sapientia, gratia, virtus, spes, contemplatio & moderata prosperitas eorundem, quæ tam eos, quàm alios qui diligũt iustos,exhilarat,qa congaudent iustis.[lucerna autem impiorũ,] id est,temporalis eorũ prosperitas,fama & ornatus exterior,[extinguetur.] iuxta illud Iob 18.Nonnè lux impij extinguetur?Et rursùs:Extinguet in medijs tenebris lucerna illius.[Inter superbos semper iurgia sunt:] quoniam vnusquisq; eorũ vult suam fieri voluntatem, aliumq; excedere. Itaq; sicut humilitas parit pacem, ità superbia lites. Interdùm tamen superbi & ambitiosi concordes sunt,qa eosdem habent inimicos, contra quos interìm concorditer pliantur.Sed quum ab extraneis cessauerint, bellis intestinis, pugnis ac iurgijs se inuicèm lacerabunt, vt patuit in Romanis,qui semper ambitiosi fuerũt.[qui autem omnia agũt cum consilio,regunť sapientia:] Hoc enim consilij est, nil magni sine prævio consilio operari.Ideò in Prouerbijs suis ait Cyrillus: Diligentiori ruminatione omnia digeras, antequàm agas. Summa enim & increata ars,sapientem docuit ruminare in mente, quæ ars animalia munda docuit ruminare in corpore.Cuncta nanq; subtili meditatione ruminat prudens,quę dicit aut facit:ideò digesta loquiť,& examinata purgataq; operať. Ad quid enim communicatũ est homini clarum rationis consiliũ, tanquã charissimũ meditationis bonum? nonnè vt his salubriter in agendis vtatur?Vndè præmeditationis atq; consilij masticatio pręponenda est semper actibus cunctis humanis,si sapientia gubernenť, vt digestiora ac puriora opera subsequantur. [Substantia festinata] id est, citò ac faciliter acquisita, [minuetur:]id est, à suo possessore inutiliter consumeť. Sæpè quippe contingit, q hi qui diuitias celeriter & faciliter adipiscuntur,eas parùm appreciatur, pdigaliterq; expendũt,& sicut eis accesserunt, sic ab ipsis recedunt.Filij etiam, quorum parentes temporalia cupidè collegerunt,emerũt,auxerunt, solent ea dilapidare.[quæ autem paulatim colligitur manu] id est,studio & labore successiuè acquiriť,[multiplicabitur:] quia à suo possessore diligenter custodiť & augmentatur, sicut videmus in his, qui ex paupertate ad opulentiam per officia sua creuerunt.Istud quoquè Aristoteles ait.In spiritalibus item conspicimus,q hi qui grãdi exercitatione,abstinentia & labore virtutũ incrementa,seu perfectionem perducti sunt, timorati existunt, nè per negligentiam suis priuenť profectibus: qui verò gratiosè præuenti,ad spiritalem alacritatem,sensibilem deuotionem,ac lachrymas,celeriter atque faciliter deuenerũt,sępè per incautelam & incustodiam dilabunť,nec data sibi charismata debitè appreciant. Hinc etiam pius ac supersapientissimus Deus,desideratam gratię affluentiam,multis non statim largitur,sed paulatìm eos exaudit,nè repentè euacuenť,sed diutiùs orando ac laborãdo magìs promereanť,& firmiores cautioresq; fiant. [Spes quæ differ̃,] id est, à desiderati boni adeptione retardať, [affligit animam] cupientis, quã facit auidè & anxiè adspirare ad bonum speratũ,pręsertim ad beatificam altissimi fruitionem,ipsaq; dilatio tanti boni affligit. Vndè dixit Propheta Psal.119.Heu mihi,qa incolatus meus prolongatus est.Itemq; Psal.41.Fuerũt mihi lachrymę meę panes die ac nocte,dũ dicit mihi quotidiè, vbi est deus tuus?Ex tali dolore clamauit Apostolus Ro.7.Infelix ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Veruntũ sicut spes dilata,& boni cupiti dilatio,mẽtem affligũt sperãtis:sic cõsideratio pręmij,& confidentia pertingendi ad illud, exhilarãt animã anhelãtis. Propter quod Rom.12. admonet Paulus:Spe gaudẽtes.Porrò pdictis cõsonat Seneca,dicens:Etiã celeritas in desiderio mora est.Et rursus:Mora molesta est,sed parit sapientiã.[lignũ vitę, desideriũ veniens:] id est,desiderati & sperati boni impletio,pręsentia ac possessio,dulciter reficit appetẽtem, vt lignũ vitæ: & fruitione Christi,q est lignũ vitæ,consistit delectatio ista, qui amatori suo repromisit:Ego ostendam ei meipsum.De quo in prima sua canonica ait sacratissim⁹ Apostolici chori vertex:In Christũ non videntes creditis,videntes autem,exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata. [Qui detrahit alicui rei,] obloquendo alicui, [ipse se in futurum obligat:] i.ad luendũ debitã pœnã pro suę detractiõis culpa adstringit se. Obligat quoquè se ad vitandũ in seipso, quod vituperauit in alio, dicente Apostolo: Qui prædicas non furandum,furaris?Quidam exponũt sic:Qui detrahit alicui rei, eam vituperando, ipse in futurum se obligat ad non commendandũ eam,qa sic inhonestè veniret contra propriũ verbum:quę expositio videť inepta,quoniam q alterius famã detrahendo denigrat,ad famæ illius restitutionem teneť. Ideò si mendaciter vituperauit,teneť suũ reuocare ac fateri mendaciũ:si aũt verè,nihilominùs qa inordinatè & detractoriè alium vituperare præsumpsit,

Ioan.14. 1.Pet.1. Rom. 2.

tene-

tenetur dicere inordinatè ac malè ſe eſſe locutũ.[qui aũt timet præceptũ,]id eſt, præcepta Dei & vicariorũ eius præuaricari vereť ex charitate & zelo iuſtitiæ,[in pace verſabitur.]qa habebit in ſe pacem internã, ſecundùm illud Pſal.118. Pax multa diligentibus legem tuam. Cum ſuperioribus quoquè & proximis habebit pacẽ fraternã, deindè in regno cęleſti pacẽ ſupernã cũ Deo. [Lex ſapiẽtis]i. lex diuina à ſapientiſſimo Deo collata, vel lex cuiuſcunq;
Pſal.118. legiſlatoris prudẽtis, vel lex ſapientis, i. lex Dei, quã ſapiens homo cuſtodit, eſt [fons vitę:] quia ex lege accipiť forma benè viuendi, & ipſa lex dirigit in agendis. [vt declinet à ruina mortis:]id eſt, vt per legem homo recedat à caſu peccati & morte æterna, ad quod lex ipſa inſtigat.[Doctrina bona dabit grãm:]qa ex ea creſcit in gra, tam docens quàm audiens. [in itinere contemptorũ]i. in verbis & factis eorũ qui deſpiciunt alios & documenta ſalubria, eſt [vorago]i. præcipitiũ periculoſum, qa vſq; in foueã infernalem præcipitari merentur. Hinc ait in Prouer. ſuis Cyrillus: In rebus etiã minimis vim quãdam natura diſtribuit: quãobrem nihil eſt à ſapiente ſpernendũ, quoniã habet vnaquæq; res ſuo loco & tempore ſuum iuuamentũ & commodũ. [Aſtutus omnia agit cum conſilio:]qa in omni re poteſt occurrere aut latére periculum, cui per conſiliũ obuiať, nec quicquam pręcipitãter agendum. [qui aũt fatuus eſt, aperiet ſtultitiã:]id eſt, irrationabiliter aget, & impetũ paſſionis ſequeť. [Nuncius impij cadet in malum:]dum enim pro cauſa praua ſcienter egrediť, peccat, & interdùm ab aduerſarijs ſui domini capiť. Nuncij impij, i. diaboli, fuerũt hæreſiarchæ maledicti, qui corruerũt & ſecum traxerũt quàmplures in malum perfidiæ & tormenta gehennæ. [legatus aũt fidelis,]eſt [ſanitas:]quia cómiſſam ſibi cauſam benè exequiť, atq; bonam inter homines diſpoſitionem procurat, quẽadmodùm ſanitas eſt bona diſpoſitio corporis. [Egeſtas]id eſt, ſpiritaliũ diuitiarũ ſeu virtutũ carentia ac defectus, [& ignominia] debentur [ei qui deſerit diſciplinã:]id eſt, correctionem & informationem dedignať ſuſcipere, aut ſuſceptas non retinet. Talis enim eſt incorrigibilis, & omni carens prudentia, cuius prima pars eſt docilitas. [qui aũt acquieſcit arguenti,]i. rõnabiliter increpanti, [gloriabitur:] id eſt, coram Deo & ſanctis eiuserit glorioſus & laude dignus, tanquàm verè virtuoſus ac ſapiens, defectuoſitates ſuas perpendens, curariq; cupiens. [Deſideriũ ſi compleať]id eſt, ad effectum perducať, [delectat animã:]delectabile enim eſt, bono deſiderio vniri, & cupitam perfectionem ſortiri. [Deteſtanť ſtulti eos qui fugiũt mala.]id eſt, periculoſa eorũ conſortia atq; carnalia oblectamenta, quę ipſi ſtulti appreciant ac diligunt. Hinc beatiſſimus
1.Petr.4. Petrus in prima ſua ait canonica de iniquis: Qui miranť, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem. [Qui cum ſapientibus gradiť,]i. conuerſať per vitæ conformitatem, [ſapiens erit.]iuxta quod ſcriptum eſt Pſalm.17. Cum ſancto ſanctus eris. Ideò dicit Cyrillus: Cum electo ſocio proficiſcaris ac conuerſeris, fuge luminis hoſtem. Cum amatore ſapientiæ, zelatore iuſtitiæ, atq; amicitiæ fideli cultore viue. Seneca quoquè: Optimum, inquit, eſt maiorũ ſequi veſtigia, ſi rectè præceſſerint. [Amicus ſtultorũ,]qui ſ. vanos & impios amat, non quia homines ſunt felicitatis capaces ac propter Deum, ſed quoniã vani & ſtulti, iocoſi & ludicres ſunt. [ſimilis]illis [efficietur.]qa cómunicat eis in vitijs per conſenſum, nec iuſtè redarguit, ſed arridet. cõtra quod iubet Apoſtolus: Nolite communicare
Ephe. 5. infructuoſis operibus tenebrarũ, magìs aũt redarguite. Nequaquàm ergò ſpectacula cum complacentia, riſu aut delectatione ſunt intuenda, ſed magìs deflenda. [Peccatores proſequit malum]i. propria eorũ malitia vndiquè ſequiť eos, & remordens conſciẽtia ipſos non deſerit, pœna quoquè iuſtæ vltionis ipſos vaſtabit. Ideò Seneca dixit: Nullum conſciũ peccatorum tuorũ magis timueris, quàm teipſum: Aliũ nanq; effugere poteris, te nunquàm. Et Leo Papa: Rea, inqt, conſcientia patiť, quicquid Dei pietate differť. Atq; vt aſſerit Auguſtinus: Animus inordinatus, ſibijpſi pœnalis eſt. [& iuſtis retribuenť bona.]id eſt, præmia gloriоſa, in præſenti etiã infundunť eis gratioſa chariſmata, conſolatio ſpiritualis, conſcientiæ quies, alacritas cordis, prælibatio futuræ ſalutis. Vndè vt Antiſiodorenſis in Summa ſua, & Euſebius Emiſſenus in Homilia teſtãtur, virtuoſi in hac vita magnã ſuę remuneratiõis portionem deſupèr ſortiunť. Magna quippe iuſtitiæ merces eſt, tempus fructuoſè expendere, ſanctæ puritati operã dare, Deo in trãquillitate ac ſynceritate vacare, viliſſimũ iugũ vitare peccati, & ſeruiturẽ euadere hoſtis maligni. [Bonus]homo [relinquet hæredes]ſuos [filios & nepotes:]In veteri Teſtamento inter cætera, iuſtis promittebať fœcunditas prolis, & ſemen copioſum relinquere poſt ſe: Iſtud tamen non fuit omnibus iuſtis conceſſum. Meliùs ergò ſpũaliter ſumiť, qp ſ. homo virtuoſus, idoneuſq; prelatus relinquet poſt ſe bonos diſcipulos, ſuarũ virtutũ imitatores, ſicut & Chriſtus reliqt glorioſos Apoſtolos gĩæ ſuę parti-

pes

pes. Vndè Iſa.53. fuit prædictum: Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longęuum. [& cuſtodiť iuſto ſubſtãtia peccatoris.]Interdùm contingit, qp temporalia impijs iuſtè ablata, iuſtis præſtanť. Chriſto aũt ſancto ſanctorũ incorporati ſunt gentiles, q olim fuerunt ſerui diaboli, de quo Dñs ait per Iſaiam: Diſpartiã ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo qp in mortẽ tradidit animã ſuã. Vndè ipſemet in Euãg. Luc.11. loquiť: Quũ fortis armať cuſtodit atriũ ſuũ, in pace ſunt ea quę poſſidet. Si aũt fortior eo ſuperuenerit, vaſa eius diripiet. Ipſe enim Saluator aſcendens in altũ, captiuam duxit captiuitatem. Deniquè ſubſtantia peccatoris cuſtodiť iuſto, quia opera meritoria à reprobis quãdoquè in charitate exiſtentibus facta, non ipſis finaliter, ſed electis iuſtis cõmunicanť ac proficiunt ad ſalutem. [Multi cibi]ſunt [in noualibus pñm.]id eſt, nouis agris ſeu campis nouiter cultis à patribus. [& alijs congreganť abſq; iudicio:]id eſt, ſine ratione. Hoc corporaliter ſępè ſic accidit, qp noualia pñm copioſum proferunt fructum, quem alij interdùm irrationabiliter occupant. ¶Spiritualiter aũt in noualibus, id eſt, libris, doctrinis, exemplisq; pñm ſunt multæ alimoniæ ſpũales, quę alijs ſine iudicio congreganť, dum quis talia prædicat proximis, nec tamen proficit indè, neq; reficiť mente. [Qui parcit virgæ, odit filium ſuum.]id eſt, ſpũaliter eum non amat, quem incorrectum & indiſciplinatũ relinquit. Similiter qui ſubditum ſuum non corripit nec caſtigat, eum odire magìs quàm diligere comprobať. [qui autem diligit illum] vero & ſpirituali amore, [inſtanter erudit] eum verbis, exemplis, flagellis, intelligendo per filium ſobolem totam. Quum enim, amare, ſit alicui bonum velle atq; impendere: qui ſoboiem ſuam non erudit nec caſtigat, non diligit eam, ſed odit, quam immorigeratam indomitamq; relinquit. De hoc Eccleſiaſtic.30. multa cõſcripta ſunt: Qui diligit, inquit, filium ſuum, aſſiduat illi flagella. Non des filio poteſtatem in iuuenture ſua, ſed curua ceruicem illius, & tunde latera eius. Hinc ait & Apoſtolus Ephe.6. Patres, educate filios veſtros in diſciplina & correptione Domini. Parentes quippe filijs ſuis tria tenenť, ſcilicet educationem corporalem, inſtructionem in moribus, & correctionẽ pro culpis. [Iuſtus comedit, & replet animã ſuam,]id eſt, moderatè ſe reficit, iuxta rationabilem animæ appetitum, cuius diſcreto deſiderio ſatisfacit. [Venter autem impiorum, inſaturabilis]eſt, id eſt, tam guloſi ſunt iniqui, quaſi ſatiari non valeant, noua quoquè & exquiſita expetunt fercula. ¶Spiritualiter verò, iuſtus ſpiritalibus ſe reficit alimentis, & animam ſuam replet pijs affectibus. Venter autem impiorũ inſaturabilis, id eſt, cor eorum terrenis rebus non ſatiatur, immò inſtàr hydropicorum, quo plura acquirunt, plura deſiderant, ità qp ſicut hydropicis creſcit ex potu ſitis, ſic ipſis ex adeptione affectio. Propter quod Seneca: Inopi, inqt, *parua deſunt, auaro omnia. Reſtringendus eſt igiť venter, nec minùs deſideriũ cordis, quum dicat Gregorius: Dominante vitio gulę, totũ quod homines fortiter egerint, perdũt: & dum venter non reſtringiť, cunctæ virtutes pariter obruunť. Sed heu quanta eſt carnaliũ, vel potiùs brutalium hominũ inſania? Nam vt ait Innocentius, Initiũ vitæ hominis aqua & panis: guloſis aũt non ſufficiunt fructus, leguminũ genera, radices herbarũ, piſces maris, pecora terræ, volucres cæli: ſed quęrunť pigmenta, parantur aromata, nutriunť altilia, capiũtur obeſa, quæ miniſtrorum obſequio exquiſitè coquuntur.

*pauca

Ecci 39.

¶Elucidatio cap.14. Sapiens mulier ædificat domum ſuam. Art. 14.

SApiens mulier ędificat domum ſuam: id eſt, ſobolem ac familiam ſuam inſtruit verbis atq; exemplis. Ideò parentes Saræ vxoriſiunioris Tobiæ, docuerũt filiam ſuam regere domũ, gubernare familiam, & ſeipſam irrepræhenſibilem exhibere. Abigail quoq; familiam ſuam & virum de manu Dauid irati ſaluauit, vt legitur 1.Regum 15. [Inſipiens]autem mulier [extructam quoquè manibus deſtruet:]quoniam verbis & factis ſuos ſcandalizat domeſticos, & in temporalibus malè regit. ¶Spiritualiter, ſapiens mulier, eſt Eccleſia catholica, Chriſti ſponſa, quæ ſibi commiſſos ædificat, efficaciterq; gubernat. Inſipiẽs verò mulier, eſt hæreticorũ Eccleſia, q ſubuertit pro poſſe catholicos. [Ambulans recto itinere,]id eſt, in obſeruantia præceptorũ quæ ducit ad gloriam, [& timens Deum]filiali aut ſaltem initiali timore, [deſpicitur ab eo q infami graditur via:]id eſt, ſcanda loſè ac turpiter conuerſať, præſertìm quandò talis iniquus, ex conuerſatione iuſti putat ſe aliquod incommodum conſequi, putà contemptum, deiectionem, diffamiam. Nam ſicut ſimilitudo eſt cauſa dilectiõis, ſic diſſimilitudo cauſa eſt auerſionis & aſpernationis. Sed in hoc caſu debet vir bonus & timoratus, patiens eſſe & gloriari in Domino. Nam vt in Prouerbijs ſuis Seneca loquitur: Malis diſplicere, eſt laudari. Et rurſùs fatetur: Miſera eſt fortuna quę inimico caret: quanùs id agas, vt nè quis merito tuo te oderit, erunt tamen ſemper qui te odient. [In ore ſtulti, virga ſuperbię:]id eſt, cõtumelioſa & iniurioſa ac animoſa locutio,

Iob 10.

Iſa. 53.

Pſal.67.

Ephe.4.

f qua

Isa. 32. qua audientes affligunt. Stultus em, vt asserit Isaias, fatua loquet. [Labia autem sapientum custodiût eos:] id est, ipsi sapientes per sua sapientialia & doctrinalia verba, seipsos custodiunt, nè ex verbis stultorũ turbent, & vt agant quod docent, Vel custodiunt stultos, dũ eos
Sap. 7. sua probitate emendant. Sapientia em vincit malitiam. Ideò 2. Cor. 11. ait Apostolus: Libenter suffertis insipientes, quũ sitis ipsi sapientes. [Vbi non sunt boues, pspe vacuum est. Vbi aût appárent plurimę segetes, ibi manifesta fortitudo bouis.] Hoc primò superficialiter accipi potest de bobus & bladis, quantùm ad illos, in quorũ terris soli boues arant, quod antiquitùs communiter ità fuit. Vndè & Iob 12. inducit: Boues arabant. Itaq; vbi non sunt boues, præsepe vacuum est, quum agri non colant ibidem. Vbi verò terra copiosè fructificat, constat q; boues fortiter arauerunt. ¶Spũaliter aût per boues designant prædicato-
1. Cor. 9. res, doctores, prælati, sicut ad Corinthios docet Apostolus, illud ex Deuteronomio introDeu. 25. ducens: Non alligabis os boui trituranti. Hi em in agro Dei, id est, in Ecclesia laborãt, fidelium corda verbo prædicationis aperiendo ad suscipiendũ semen gr̃æ Spũssancti, quod inserunt eis, & ea cooperãdo fœcundant. Vndè 1. Cor. 3. loqtur Paulus: Adiutores Dei sumus, Dei agricultura estis. Itaque vbi non sunt boues, id est, boni prælati ac prędicatores, prę sepe vacuum est, id est, corda populi, gr̃a atq; virtutibus carent, quia magistrum & ducem non habent. Vbi autem plurimæ segetes, id est, abundantia actuum virtuosorũ, ibi manifesta fortitudo bouis, id est, efficacia doctrinæ prælati seu prædicatoris, euidenter relucet in huiusmodi fructu, tanquàm in suo effectu. [Testis fidelis non mentiet, [falsum testimonium proferendo. [profert mendacia testis dolosus,] q per preces & munera, aut ex timore, amore vel odio faciliter à veritatis tenore diuertit. [Quærit derisor sapientiam] nõ adeò per orationem deuotam, nec ex scripturis per studium bonũ, nec à veris catholicis per humilitatem, sed ex proprio intellectu, & ab hæreticis, philosophorumque libris. [& non inuenit] sapientiam salutarem, quæ extra Ecclesiam non habet, nec inuenitur. [doctrina prudentium, facilis:] id est, faciliter potest addisci, quantùm requirit ad salutem. Prudentes quoquè iuxta audientium capacitatem loquunt, & clarè, non intricatè, exprimunt suæ mentis conceptum, sicut ait Apostolus 1. Cor. 3. Quasi paruulis in Christo lac dedi, id est, facilem humilemq; doctrinam, non solidum cibum. [Vade contra virum stultũ,] vt eum refrenes à malo, atq; corripias, [& nescies] id est, charitatem tuam & piam intentionem non aduertet: sed indignabit magis. Aliqui autem verba sequentia includunt huic versiculo, vt sit sensus: Quòd nescies labia prudentiæ, id est, prudentiam labiorum tuorum. Vel rursùs hic incipit: [Labia prudentiæ, sapientia:] id est, in labijs prudentis, sapientia resonabit. Vel verbum hoc, sapientia, nectendũ est clausulæ subsequenti. [Sapientia callidi.] id est, astuti & circunspecti, [est intelligere sapientiã suam:] id est, propriam conuersationem ritè considerare, & pericula laqueosq; sibi expositos benè perpendere ac vitare. Et sic nomen callidi, fumit hic in bono. [& imprudentia stultorum errans,] ab itinere vltimi finis. [Stultis illudit peccatum:] id est, sua delectatione decipit homines vitiosos, qui hic passim stulti vocantur, qm̃ stulti sunt coram Deo, & ab increata eius sapientia se auertunt, donoq; sapientiæ carent, atq; stultitia, quæ dono sapientiæ contraria, id est, vitio puerilitatis replentur. stultis ergò illudit peccatum, sicut esca in hamo decipit pisces. Delectat nanque peccare. nam si non delectaret, non fieret, vt asserit Augustinus. Non, inquam, fieret tam multùm vt modò. Aliqui legũt: Stultus illudit peccatum, id est, per risum & ludum operãt iniqtatem,
Pro. 2. & pro nihilo reputat Deum offendere, immò lætat quum malè fecerit. [& inter iustos morabitur gratia:] id est, in eorum mentibus dona gr̃æ requiescunt, & ipsi adinuicèm gratioſè se habent, acceptabilesq; constituunt. [Cor quod nouit amaritudinem animę suę,] id est, quod aduertit propter qd anima sua meritò debeat intra se amaricari, videlicet, ꝓpter sua peccata per veram contritionem, & propter difficultatem obtinendi salutem, & qa tot defectuosi tatibus plenũ est, & propter incertitudinem sui statũs, qm̃ nescit an amore sit dignus, an odio, & propter aliorũ peccata, & maximè propter quotidianã inhonorationem, multiplicemq; Dei offensam grauissimam. [in gaudio eius non miscebit extraneus:] i. con-
Mat. 5. solationem à Deo percipiet, reprobis & impœnitentibus inexpertam. Beati em qui taliter
Isa. 38. lugent, & cum pio Ezechia dicere possunt: Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animę meæ, qm̃ ipsi consolabunt. Iam eqdem consolant de spe veniæ, & indulgentia culpę, infusioneq; gr̃æ, & de gratiosa visitatione ac illustratione Spũssancti, q post tempestatem
Tob. 3. trãquillũ facit, & post fletũ exultationẽ infundit. Qui ergo vult gaudiũ istud salubriter experiri, peccata sua dignè deploret, indignas quoquè cõsolatiões iugiter detestet, ac impœnitentiũ vitet consortia. [Domus] id est, cognatio seu posteritas impiorum delebitur: [quę pa-

patrum suorum peccata sectatur. Vndè 3. Regum, domus Ieroboam, Baasa, Amri, Achab, & 3. Reg. 14.
consimilium, legunt ob scelera sua deletæ. [Tabernacula] i. congregatiões [iustorũ germi- 15. 16.
nabunt] i. fructum virtutum producent, iuxta illud Psalm. 91. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabit. Et Osee 14. dicitur: Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani. [Est via, quę videt homini iusta:] i. quædam, immò & multiplex est actio seu conuersatio & obseruãtia, quã homines reputãt iustam. [Nouissima autem eius deducit ad mortem:] i. ipsa cum suis effectibus atq; demeritis, tandèm trahit ad gehennalem interitũ, eo q; nõ sit verè bona, virtuosa & meritoria, sed apparenter dũtaxàt. Multa etenim vitia habent speciem seu apparentiã & colorem quendã virtutũ: sicut dissolutio, reputatur alacritas & spũalis lætitia, mœror quoquè maturitas, & zelus amarus feruor iustitiæ. Sic immoderatã abstinentiã, & proprij sensũs immansionem, multi putant temperantiæ actum atq; constantiã. Hinc in Prouerbijs suis Seneca loquit: Timidus cautũ se vocat, sordidus parcum. Necesse est ergò radium discretionis habere, sapientibus credere, singularitatem vitare, atq; sanctorũ pr̃m sectari exempla ac documenta, nec proprium sequi sensum, quum dicat Philosophus: Qualis vnusquisq; est, talia dicit, talia operatur, & taliter viuit. Et iterùm disseruit: Desiderium pueri, i. imperfecti, oportet esse secũdùm pręceptum doctoris. Denique, teste diuino Dionysio, Nihil desideratur aut agitur, nisi subrõ eaut apparentia boni. Idcircò & vitiosi viam suam æstimant bonã. [Risus dolore miscebitur:] i. vanam lætitiam pœna sequitur, & dolor remordentis conscientiæ, dissolutioni risuum sociatur. Ideò Lucæ 6. ait Saluator: Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis & flebitis. Ad quod
Iob 30. applicari potest quod sanctus Iob contestatur: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. [& extrema gaudij luctus occupat.] i. desolatio infernalis,
Iob 21. consequtur finem gaudiorũ inanium seculi huius, iuxta illud beati Iob: Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Ideò ait filius Dei Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter
Mat. 8. 13. peribitis. De hoc luctu iterùm ait: Ibi erit fletus & stridor dentiũ. [Vijs suis replebitur stul- 22. 24. 25.
tus:] i. iniquus implebitur retributione ac pœnis demeritorũ actionum suarum, sicut Ezechiel. 33. Dominus dixit: Vnumquenq; secundùm viam suã iudicabo. [& super eum erit vir bonus:] i. impio præferet Deus iustum, & virtuosi qui nunc conculcant ab iniquis, in futuro iudicio erunt super illos. Sæpè etiam & à multis iustus iniquo præfertur. [Innocens] id est, inexpertus & nondùm discretionem adeptus, seu bonus & simplex in se, putans alios esse qualis ipse est, [credit omni verbo.] non suspicans malũ de alio. Hinc Esther 16. Assuerus rex loqtur: Quidã aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Sed sicut in libro de Consideratione sanctus scribit Bernardus: Credendi facilitas, pręsertim in præside aliorum, est valdè periculosa, & horribilia mala sequuntur ex ea, videlicet suspiciones peruersæ, indignationes, detractiones, iniuriæ ac persecutiones iustorũ. Hinc 1. Ioan. 4. inducitur: Nolite omni spiritui credere, sed probate spũs, si ex Deo sint. Ecclesiastici quoquè 19. Qui citò credit, leuis corde est. Seneca quoquè in Epistola sexta: Neutrum faciendũ est, & vtrunq; vitiũ est, & omnibus credere, & nulli. Pensandum est ergò, qualis sit ipse qui dicit. Ideò sequtur: [Astutus considerat gressus suos:] id est, actus suos perpẽdit, qualiter debeat se habere, & nè incauta ac facili credulitate fallatur. Hinc in Prouerbijs suis docet Cyrillus: Velociore aure est audiendũ, & graui corde credendum. Oportet em diligenter aduertere, qd & cui credatur. Reuerà minùs prouidè amico & inimico pariter creditur, quũ amore & odio, libra linguæ, pondere affectionis fallacis in obliquitatem trahatur. Verum nulli securiùs, quàm amico de malis, & inimico de bonis accommodat auditus. De te verò nunquàm credas inimico tuo in æternũ: quia si benè dicit, sophista est: de bono tendit ad malum: si malè dicit, facit quod suum est. [Sapiens timet] Deum offendere,
1. Thess. 5. [& declinat à malo] i. à peccato & occasione peccati, & ab omni specie mali, secũdùm doctrinam Apostoli, nè aliquem scãdalizet. [Stultus transilit,] id est, imprudens præcipitanter in mala culpæ se ingerit, ac periculo se exponit, [& confidit] euadere, diuq; viuere, & postèà pœnitere. Circa hoc dicit Glossa: Sicut stulti est de sua velocitate confidere, torrentemq; rapidum aut voraginem saltu velle transire: sic sapientis est, ad planum vel ad pontem diuertere. Ità qui culpam pro posse declinat, timens nè malis inuoluatur, est sapiens. Stultus verò est qui contemnit & peccat, blandiens sibi, q; postèà pœnitebit, aut pœnas foriter sustinebit. [impatiens operabitur stultitiam:] id est, stultè, irrõnabiliter & inhonestè se habet in apparatu, verbis ac gestu, eo quòd impatientię passio, rõnem eius obtenebret,

& ipſum impetuoſè exagitet. Suſtinenda ſunt ergò aduerſa abſq; triſtitia, & quo laudabilior eſt patiẽtia, eo impatientia vituperabilior eſt. [& vir verſutus] id eſt, fraudulentus, hypocrita, ſimulator, [odioſus eſt:] inquãtùm talis, eſtq; impatiente deterior, iuxta Gloſſam: quia impatiens, palàm oſtendit ſtultitiã ſuam: verſutus verò, quũ ſit corde peruerſus, ſimplicitatem ſimulat, atq; humano iudicio ſanctus inter reprobos æſtimaẽ. Sed vt Cicero fatur, pleniusq; Cyrillus: Non eſt prudentia vera, niſi quę ſimplicitatis innocentia decoratur. Prudentia nanque eſt ars præclariſſima rectè viuendi cum ſimplicitate, quę eſt neſcientia quenquam lædendi. [Poſſidebunt paruuli ſtultitiam:] hoc de paruulis ſenſu, id eſt, intellectu eſt accipiendũ, & etiã de paruulis ætate, qui ante annos diſcretionis ad inania inclinantur. Vndè ſcriptum eſt infrà: Stultitia colligata eſt in corde pueri. Apoſtolus quoquè 1. Corin. 14. Nolite, inq̃t, fieri paruuli ſenſu. [& expectabunt aſtuti] id eſt, ſagaces [ſcientiam:] quia ſcientijs ſtudent proficere. [Iacebunt mali ante bonos, & impij ante portas iuſtorũ:] hoc ſæpè contingit in vita hac, in qua rei à iudicibus iuſtis damnanẽ. Veruntamen in ſeculo iſto ſæpiùs contingit oppoſitum, ità q̃ iuſti impijs ſubijciunẽ & opprimunẽ ab eis, ſicut aſſeriẽ Abacuc 2. Quia impius prævalet aduerſùs iuſtum, propterea egrediẽ iudiciũ peruerſum. Sed in die iudicij coram electis & iuſtis, erunt proſtrati reprobi & iniuſti, qui & in inferno poſiti, præbebunt beatis ſpectaculũ: qui lætabunẽ viſa vindicta atq; miſeria iniquorum, iuxta illud Malach. 4. Egrediemini, & ſalietis quaſi vitulus de armento, & calcabitis impios. Et alibi: Egrediẽ, & videbunt cadauera virorũ qui præuaricati ſunt in me, & erũ vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Egredienẽ autem beati, non tam corporeo exitu, quàm intellectuali intuitu. [Etiã proximo ſuo pauper odioſus erit.] Quidã enim ſunt tam elati, crudeles & impij, quòd aſpernantur & odiunt pauperes, & de pauperibus ſuis cognatis verecundantur. [Amici verò diuitũ, multi:] qui applaudunt diuitibus, quos beatificant corde, & ab eis commodũ vel honorem conſequi ſperant. [Qui deſpicit proximũ ſuum, peccat.] Præſertim ſi ſpernit illum, quoniã pauper eſt, aut inquãtùm homo. Si autem ſpernit eum, inquãtùm iniquus eſt, & tamen perſonã eius ſpũaliter amat, non peccat. Hinc loquitur Iſaias: Quum videris nudũ, operi eum, & carnem tuã nè deſpexeris. Etiã Malachias propheta ait, Nonnè pater vnus omnium noſtrûm? nonnè Deus vnus creauit nos? Quarè ergò deſpicit vnuſquiſq; fratrem ſuum, violans pactum patrũ noſtrorũ? [Qui autem miſeretur pauperis, beatus erit] iuxta illud Mat. 5. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã conſequentur. [Qui credit in Domino] fide, quæ per dilectionem operatur, [miſericordiam diligit:] quia appetit ſibi à Deo miſericordiã fieri, & proximis ſuis miſericors eſt. Nam tali fidei pietas eſt coniũcta. [errant, q̃ operanẽ malum:] qa rõnis iudiciũ in eis eſt obſcuratum, & à rectitudine æquitatis diuertũt ſe, atq; ab vltimo deuiant fine. [Miſericordia & veritas præparant bona:] id eſt, ad omne bonũ aptum faciunt hominem. Iuſtus enim viuit ex fide veritate: & q̃ miſericordiã exhibet proximo, miſericordiã ſortiẽ à Deo, q̃ ait in Euang. Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Menſurã bonam & confertam & coagitatã & ſupereffluentẽ, dabunt in ſinum veſtrũ. Poteſt quoquè per veritatem iuſtitia deſignari, quę debet miſericordiã temperare. [In omni opere bono erit abundãtia:] id eſt, præmium copioſum, affluentia gratiæ, & ſpiritalis profectus, dummodò homo toto ſuo conatu faciat illud, & per bonum opus intelligendum eſt hîc omnis actio virtuoſa interior ſiue exterior. [Vbi autem verba ſunt plurima,] id eſt, ſuperflua, [ibi frequenter egeſtas:] id eſt, defectus ſapientię ac virtutis. Sapientes nanq; & virtuoſi, in verbis ſunt moderati ac parci: & q̃ minùs ſcientifici ſunt, magis ſolent ſe verbis iactare ac ſermonibus abundare. In multiloquio quoq; non deeſt peccatũ: & q̃ multis vtitur verbis, lædit animam ſuam. Ideò ait Bernardus: Væ nobis, qui ſpiritum habemus in naribus, qui pleni rimarum effluimus vndiquè. Et Seneca teſtatur: Loquutum me aliquandò pœnituit, tacuiſſe nunquàm. [Corona ſapientũ, diuitiæ eorum:] id eſt, ſpũalis opulentia ſeu copia meritorũ hominum virtuoſorum, eſt cauſa & ratio æternę felicitatis ipſorum. Similiter diuitiæ quę virtuoſè expenduntur, eis proficiunt ad ſalutem. [fatuitas ſtultorum, imprudentia:] quia non dirigunt actus ſuos rectè ad vltimũ & beatificum finem: ſicq; carent vera prudentia, cuius eſt media ad finem congruentia aptè diſponere. [Liberat animas teſtis fidelis:] talis enim in foro iudicij eruit innocentes à morte, ſicut ſanctus Nicolaus tres iuuenes morti adiudicatos, deindè tres principes innocẽter morti addictos, Daniel quoquè propheta Suſannã. Maximè autẽ, q̃ tẽpore perſecutionis teſtimoniũ perhibet fidei Chriſtianę, multos eruit à morte perfidię ac gehẽnę, vt patuit de S. Sebaſtiano & innumerabilibus alijs. [& pfert mẽdacia] immò

Pro. 22.

Pſal. 57.

Iſa. 66.

Iſa. 58.

Mala. 2.

Heb. 10.

Rom. 1.

Pro. 10.

Dani. 13.

& falſa teſtimonia [verſipellis:] id eſt, doloſus, qui eſt quaſi pellis euerſa, quoniã aliud habet in corde, aliudq; in ore. Et iuxta aliorũ fauorem ac commoda ſua, & iuxta paſſionũ ſuarum alternationem, variat propriã vocem. cõtra quos loquiẽ Seneca: Perhibe teſtimonium veritati, non amicitiæ. [in timore Dñi] cõſiſtit [fidutia fortitudinis:] i. firma & fortis confidentia mentis in Deo. Qui eñ ſibi conſcius eſt, ſe corã Deo timoratè vixiſſe, & ipſum filialiter timuiſſe, ritè confidit in eo, eiusq; auxilio ſperat ſuę ſalutis aduerſarijs prævalere. Talis eñ timor, facit peccata ſyncera intentione vitare, & bonã vtiquè conſciẽtiã parit. Ideò timoratus Iob dixit: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Et Tobias, q̃ ab infantia ſua timuit Deũ, magnã paſſus aduerſitatem, ſ. excæcationem, atq; ab amicis ac coniuge irriſionem, nequaquàm à ſua motus fidutia, dixit: Noli timere fili mi: pauperem qdem vitã gerimus, ſed habebimus multa bona, ſi timuerimus Deũ. Hinc ait Gregorius: Timor Dñi, fiduciam ſortitudinis præſtat: qa mens noſtra validiùs terrores rerũ temporaliũ deſpicit, quãto veriori formidine earũ creatori ſe ſubdidit. [& filijs tuis] ſ. Dei ſeu filijs [eius] putà diuini timoris [erit ſpes] efficax & beata, id eſt, efficaciter & condignè ſperabũt in Domino, ſperantes ex eius pietate ac meritis proprijs adipiſci ſalutem, iuxta illud Eccl. 1. Timenti Deum benè erit in extremis, & in die defunctionis benediceẽ. Porrò filij timoris vocanẽ, qui valdè intenti ſunt ei, & enutriti in eo, ac iuxta inclinationem ipſius viuũt & operanẽ, ſicut in ſimili ait Apoſt. Ro. 8. Quicunq; ſpũ Dei agunẽ, hi filij ſunt dei. Et ſecundùm hunc modum, quidã dicunẽ filij ſapientiæ ac virtutũ. [Timor Dñi, fons vitæ:] qa conſeruat mentem in vita gr̃æ, & actiones meritoriæ procedũt ex iſto timore, ſicut riui ex fonte. [vt declinet à ruina mortis:] id eſt, ipſum timentem, faciat à morte peccati ac inferni diuertere: quum enim expellat peccata & conſeruet in gr̃a, rectè vocaẽ fons vitæ, immò quodãmodò cauſa totius boni. Nam vt aſſerit Iſaias, Hic eſt omnis fructus, vt auferaẽ iniquitas, quã ſine infuſione gratiæ ac virtutum, certum eſt non auferri. Ideò dixit Pſalmiſta: Timete Dominũ omnes ſancti eius, qm̃ nihil deeſt timentibus eũ. [In multitudine populi, dignitas regis:] i. ad regis pertinet dignitatẽ, q̃ multos habeat populos & miniſtros ſibi ſubiectos, & præſertim ad laudem & gloriam pertinet præſidentis, quòd multos habet ſubditos compoſitos moribus, beneq; ordinatos. Sic & dignitas Chriſti reſplendet in hoc, quòd totus orbis terrarum ad ipſum conuerſus fuit, & conuerteẽ. Hinc iuſſit Mat. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Et econuerſò, [In paucitate plebis, ignominia principis:] qa ignominioſum eſt principi, paucos habere ſubiectos & inordinatos miniſtros. Exemplaritas nanq; & honeſtas, prudentia & virtus ſeruorũ ac ſubditorũ, cedit in Dñi ſui honorem: propter quod quotidiè oramus: Pater noſter qui es in cælis, ſanctificeẽ nomen tuum. Similiter inordinatio, peruerſitas, inſipientia miniſtrorũ, cedit in dedecus Domini ac Paſtoris. Propter quod ait Apoſtolus Roma. 2. Nomen Dei per vos blaſphemaẽ in gentibus. Vndè Ierem. 34. Dominus dixit Iudæis: Commaculãſtis nomen ſanctũ meũ. Princeps quoquè Apoſtolorũ in prima ſua hortaẽ Canonica: Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderãtes, glorificent Deum. [Qui patiens eſt, multa gubernaẽ ſapientia:] Hoc enim eſt effectus & ſignũ ſapientiæ magnæ, q̃ homo intuitu æternorum, contemplatione diuinorũ, amore Chriſti, zeloq; probitatis, & ad proximorũ ædificationem, ſeruat patientiã in aduerſis. Propter quod ait Philoſophus, q̃ ſoli ſapientes vincũt paſſiones. [qui aũt impatiens eſt, exaltat ſtultitiã ſuã] id eſt, irrationabilem motũ animi ſui effundit præcipitanter, & quàm inordinatus ſit intùs, ſtultè oſtendit forinſecùs. [Vita carniũ, ſanitas cordis.] Cor quãdoquè accipiẽ pro corporali parte & organo animalis, de quo corde dicit Philoſophus, q̃ ſit primùm viuens, & vltimùm moriens. Huius igitur cordis bona habitudo ſeu ſanitas, eſt vita carnium, id eſt, corporis animati & membrorum ipſius, qa ex corde ſic ſumpto procedunt ſpũs & actiones vitales motiuæ ac animales ad corpus. Interdùm verò, immò & ſæpiùs, ſumiẽ cor p̃ intellectu vel voluntate, cuius ſanitas eſt virtutum integritas ac gaudiũ ſpiritale, ex qbus caro ad exercendum opera meritoria vegetaẽ. [putredo oſſium] eſt [inuidia:] qa eſt peſſima paſſio, menti corporiq; nociua, qa oſſa mentis, id eſt, virtutes corrumpit, oſſaq; corporis tabefacit. Ideò inuidus iugiter affligit & punit ſemetipſum, & interior ei' inſania, foris mõſtraẽ per ſigna miſerrima: quia vt ait Gregorius, Inuidi color palore afficitur, oculi deprimũtur, mens infelix accendi tur, membra frigeſcunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus ſtridor. Hinc fertur Iob 5. Paruulum occidit inuidia. Nempe qui inuidet, virtutibus deſtitutũ & defectuoſum ſe eſſe demonſtrat. Propter quod Seneca ait: Si inuideris, maior es: ſi inuides, minor. vir autem bo

Iob 23.

Tob. 1, 2, 3

Iſa. 27.

Pſal. 33.

Mat. 6.

1. Pet. 2.

nitate præditus,nemini inuidet.[Qui calumniatẽ egentem,] id eſt,defectuoſum in naturalibus ſeu temporalibus rebus.[exprobrat factori eius,] ſcilicet Deo creatori, q talem fecit egentem,atq; ad cuius imaginem factus eſt egens.Non ergò improperãda eſt alicui ſua naturalis defectuoſitas aut paupertas,ſed piè eſt diſſimulãda,ſupportãda & adiuuãda:Propter quod ſubdit:[honorat autem eum,] videlicet creatorem, [qui miſereꝫ pauperis:] quia & Deus præcepit hoc, cuius præceptũ implere, eſt eum honorare.Ipſe quoquè in ſua imagine honoratꝫ,& Chriſtus in Euãgelio Mat.25.proteſtatꝫ: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.[In malitia ſua repellitꝫ impius:] id eſt, propter ſua peccata ſocietate iuſtorũ priuatur,æterna beatitudine ſpoliatꝫ,& de membro Chriſti fit membrum diaboli. [Sperat aũt iuſtus in morte ſua:] id eſt,tempore mortis confidit in Domino,iuxta illud Sap.4.Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit,in refrigerio erit:& ſi pro iuſtitia moritur, certus eſt de præmio talis mortis.[In corde prudentis requieſcit ſapiẽtia:] tanꝫ habitus intellectûs,decor mentis,opulentia rõnis, prudentia quoquè & ſapientia, quæ eſt donum,non ſeparanꝫ ab inuicèm.[& indoctos quoſq; erudiet] verbo & opere,qbus datam ſibi grãm adminiſtrat. [Iuſtitia eleuat gentem:] regnis enim & politijs iuſtis proſperè ſolet ſuccedere, quod in veteri teſtameto,tempore regum & ſubditorũ iuſtorũ ſic fuit. Iuſtitia quoquè, quũ ſit præclariſſima virtus,valdè dignificat iuſtos, & Deo conformat, atq; de iſto exilio ad altitudinem & ſalutem regni cæleſtis erigit ipſos:[miſeros autem facit populos peccatũ.]Nam efficit eos viles & diaboli membra ac ſerua,deindè ad infernũ deprimit eos,& ſicut filij Iſrael tempore Iudicũ ac Regũ ſuorũ,varias pertulerunt calamitates & clades,propter ſua peccata,ità & Chriſtiani à Turcis & Saracenis ac Tartaris, immò & mutuò miſerabiliùs à ſeipſis. Denique ipſa culpa eſt miſeria maior quàm pœna,quia à ſalute magìs elongat & impedit,ac ſe licitati magìs cõtrariatꝫ.[Acceptus eſt regi miniſter intelligẽs:] qa nõ ſuo reuerenter obedit,& cauſas ſibi cõmiſſas fideliter ac prudẽter exequitꝫ:ſic & regi omnipotenti placet ſapiens ſeruus,idoneusq; vicarius & prælatus. Vndè ait Saluator: Quiſputas eſt ſeruus fidelis & prudens,quẽ conſtituit Dñs ſuper familiã ſuam?[Iracundiã eius inutilis ſuſtinebit:]i.ſeruo pigro,infideli,inſipienti dñs ſuus iuſtè iraſceꝫ,præſertìm negligenti & infructuoſo prælato ac prædicatori, in quem ſubditorum quoquè peccata redundãt. Vndè in Euangelio ait iudex, Seruum inutilem mittite in tenebras exteriores.

Mat. 22. & 25.

¶Declaratio cap.15.Reſponſio mollis frangit iram. Art. 15.

REſponſio mollis frangit iram:] id eſt,humilis ac modeſta reſponſio hominis ab alio increpati,interrogati,aut comminationem perpeſſi, extinguit aut mitigat iram corripientis aut comminãtis ſeu interrogãtis, q videns ſibi deferri placatꝫ. Malitia etenim vincitur bonitate,peccatum virtute,improbitas exemplaritate, ira manſuetudine. Ad quod admonens nos Apoſtolus: Noli,inquit,vinci à malo,ſed vince in bono malum. Tanta etenim(Seneca teſte) eſt vis & laus probitatis,vt omnes eius efficacia moueant. Sic Abigail ſua molli reſponſiõe fregit irã Dauid,& Gedeon Euphrateorum. [ſermo durus ſuſcitat furorem.] Qui enim alium durè & ſuperbè alloquitꝫ,prouocat eum, quantùm in ſe eſt,ad iram intenſam.Aliqui tamen ſunt ità perfecti,quòd ex aliorum improbitate non concitantꝫ ad paſſionem:quidã verò ſunt boni,quãuis nondùm perfecti, q dum improbè effunduntur,grauiter iraſcuntur.Propter quod Seneca in Prouerbijs ſuis ait:Bonus animus læſus,multo grauiùs iraſcitur.Deniquè fertur in Vitiſpatrum,qꝺ Abbas ſanctus Macarius ad Eccleſiam pergens,fecit diſcipulum ſuum præcedere, q obuianti ſibi ſacerdoti idolorum,dixit:Quò curris dæmon? Quo audito,ſacerdos ille percuſſit diſcipulum beati Macarij,ſeminecem reliquit atq; pertranſijt,cui obuians ſanctus Macarius,ſalutauit eundem,dicens: Salue laborator,ſalue.Ex cuius tam beneuola ſalutatione admirãs,& compunctus ſacerdos,conuerſus eſt:quo facto,dixit ſanctiſſimus pater Macarius:Sermo pius & dulcis,duras mẽtes prouocat ad virtutes: verba verò pungitiua,amara,ſuperba,etiã bona corda prouocãt ad peccãdum.[Lingua ſapientũ,ornat ſcientiã:]id eſt, ordinatè & pulchrè eam proponit,ità qꝺ magìs ab audientibus reputatur. [os fatuorũ ebullit ſtultitiã] id eſt,ſtolida verba impetuoſè indeliberateq; euomit, per quę interior manifeſtatꝫ eorũ fatuitas,quia ex abundãtia cordis os loqtur. Sic hæretici & quidã philoſophi ſuas effuderunt ſtultitias per verba & ſcripta cõtra doctores catholicos, præſertìm Porphyrius,Iulianus, Auerrois & Celſus.[In omni loco oculi Domini cõtemplãtur bonos] per approbationem, [& malos] per deteſtationem,ſicut in Pſalm.33.cãtatur:Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Vultus aũt Dñi ſuper facientes mala.Hoc contra eos, q dixerunt diuinã prouidentiam nõ pertingere vſq; ad iſta terrena determinatè cognoſcenda,nec cognoſcere actus humanos,nec priuatiua & vitia. De qbus Dominus in Ezechiele: Dixerunt,reliqꝺ Dñs terram,& Dñs nos non videt.Vndè & Sophon.1. Viſitabo, inqt,ſuper viros defixos in ſecibus ſuis,q dicunt:Non faciet Dñs benè,& non faciet malè. Atq; Pſamiſta,Dixerunt, Quomodò ſcit Deus?& ſi eſt ſciẽtia in excelſo?Cõtra quos ſubtiliter arguit Propheta,dicendo:Intelligite inſipientes in populo,& ſtulti aliquãdò ſapite.Qui plãtauit aurem,nonaudiet?aut qui finxit oculum,non conſiderat? [Lingua placabilis] id eſt, pacifica, quę orãdo & laudando placat Deum ſibi ac proximis,& diſcordãtes reconciliat inuicèm.[lignum vitę] id eſt,vitaliter reficit corda pacificorũ,[quæ autem immoderata eſt,] id eſt, inconſiderata, præceps, ſuperflua ad loquendũ:[conteret ſpm̃:] id eſt,grãm Spũſſancti aufert à mente, & ſpiritum ſeu animã loquentis,interdùm etiã audientis,ſpũaliter deſtruit,proferendo verba detractoria & mendoſa, ſeminatiua diſcordiæ, & conſimilia, quæ ex ſuo genere ſunt peccata mortalia.Hinc Hugo:Lingua dicitꝫ,quoniã lingit adulando, mordet detrahendo, occídit mentiendo, ligat & ligari non poteſt,labitur vt anguilla,penetrat vt ſagitta,tollit amicos,multiplicat inimicos,mouet rixas,ſeminat diſcordias,vno ictu multos percutit & occídit,blanda eſt & ſubdola,lata & parata ad bona exhaurienda,commiſcendaq; mala.[Stultus]id eſt, incorrigibilis,indocilis,& obſtinatus in vitijs,[irridet diſciplinã patris ſui]carnalis ac ſpiritualis,immò & Dei patris,quia ſalubrem correptionem ac iuſtã caſtigationem abhorret ac deſpicit.Hinc de rebellibus Iſraelitis ait Dominus Oſe.7.Ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiã: reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo. [qui autem cuſtodit increpationes,] eas patienter ſuſcipiendo,memoriter retinendo, ſeq; emendãdo, [aſtutior] id eſt, ſagacior [fiet:]qa vitãdo peccata,mereꝫ illuminari à Deo,propriamq; fragilitatem lympidiùs penſat,& deincèps cautiùs ſe habet, ex memorijs præteritorũ perpendens ac vitãs pericula futurorum.Vndè Ieremi.6.vbi noſtra habet trãſlatio,Erudire Hieruſalem,Septuaginta trãſtulerunt: Per omnem dolorem & flagellũ erudiéris. [In abundãti iuſtitia virtus maxima eſt:] id eſt,præcipua fortitudo & cõfortatio iuſti.Nam ipſa iuſtitia eſt virtus præclara, iuſtum in Deo confortãs,ſicut præhabitũ eſt,Iuſtus aũt qua ſi fundamentũ ſempiternũ: & infrà habebitur, Iuſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit.Idcircò abundãs iuſtitia, eſt maxima animæ fortitudo. Poteſt tamen per abundãtem iuſtitiã, adimpletio conſiliorum & exhibitio operum ſupererogationis intelligi,in qbus eſt præcipua fortitudo,hominisq; perfectio, ſicut aſſerit Chriſtus Mat.19.Si vis perfectus eſſe, vende omia quę habes, & da pauperibus, & ſequęre me.[cogitationes autem impiorum,eradicabunt:]id eſt,ab effectu optato impedient,atq; à iudice ſummo condemnabunt,iuxta illud Pſalm.145.In illa die peribũt omnes cogitationes eorũ. [Domus iuſti,plurima fortitudo:] domus iuſti,eſt vel cor ipſius,in quo per cogitationem & affectionem morat:vel eius domeſtici,vel poſteritas,aut congregatio populi ſibi ſubdita & commiſſa.In corde aũt iuſti, eſt fortitudo ſapientię ac virtutũ: ſimiliter in eius domeſticis & poſteris,informationi & correctioni eius acqeſcentibus.Conformiter iuſtus prælatus ac præſidens virtuoſus,ſolet virtuoſos habere ſubiectos.[& in fructibus impij,conturbatio.]Fructus impij,ſunt eius delectatiões inordinatę & opera praua,in quibus eſt conturbatio, id eſt, carentia pacis internæ,rebellio ſenſualitatis contra rõnem, rationis quoquè à Deo auerſio, atque demeritum ad infernalem turbationem perducens. Hinc octauo Ethicorum docet Philoſophus, qꝺ vitioſus pacem non habet. Et in Iſaia propheta habet:Non eſt pax impijs,dicit Dominus. [Labia ſapientũ diſſeminabũt ſcientiam:] alios inſtruendo,vtilia & doctrinalia proferendo, quod Chriſtus & Apoſtoli ſummè fecerunt.[cor ſtultorum,diſſimile erit] cordi ac labijs ſapientum, quoniã vanitatem & errores cor ſtulti diſſeminat,vt de hęreticis & alijs conſtat. Eſt quoquè cor ſtulti ſibijpſi diſſimile, qa diuerſis phãtaſijs ac vitijs variatꝫ,& nunq; in eodẽ permanet ſtatu.Quocõtrà de Anna legitur 1.Reg.1. Vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati. Deniquè ſtultus, id eſt, iniquus,non conatꝫ imaginem creatoris ſui reformare in ſe, immò quotidiè eã magìs deturpat ac mundo conformat,ſicq; cor impij eſt ſuo creatori diſſimile,& mũdo dęmonibusq; conforme. Quumq; per naturã ſit immateriale ac intellectuale, per propriã culpã eſt mundanum atq; carnale.Contra quod horatꝫ Apoſtolus:Nolite conformari huic ſeculo,ſed renouamini in nouitate ſenſũs veſtri.[Victimę impiorũ, abominabiles Dño:]hoc de ſacrificijs legis euidẽter verificatur,qa non erãt in ſeipſis ſeu ex parte operis operati,Deo accepta,ſed ſolũ ex fide,deuotiõe & charitate offerentiũ ea. Vndè in Pſal.49.Dñs teſtatur: Non accipiam de domo tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos.Et Micheas,ppheta ait:Quid dignum offeram Domino? Nunquid placari poteſt Dñs in millibus arietum, aut in multis millibus hircorũ pinguium? Similiter,ſpũalia ſacrificia impiorum,ſcilicet orationes & conſimiles

Rom. 12.

1.Reg. 25. Iudic.6.

Mat.12.

Ezechi. 8.

& 9.

Pſal. 72.

Pſal. 93.

Pro. 10. & 28.

Iſa. 48.

Iob 14.

Rom.12.

Mich. 6.

actiones,quæex ſuo genere bonæ ſunt,non ſunt Deo accepta,quũ ſcriptũ ſit Prouerb.28. Qui declinat aurem ſuã nè audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Verũtamen ſacrificium euangelicę legis,in ſe & per ſe acceptiſſimũ eſt Deo patri. Orationes quoquè miniſtrorum Eccleſiæ iniquorũ,non inquãtùm ſunt particulares perſonæ,ſed vt ſunt publici miniſtri & officiati Eccleſiæ,efficaces ſunt corã Deo, non tũ meritorię ipſis miniſtris huiuſmodi.[vota iuſtorũ placabilia.] i. promiſſiones & deſideria,ac votiua ſacrificia virtuoſorũ hominũ complacẽt Deo, q reſpexit ad Abel & ad munera eius, non aũt ad Cain, neq; ad munera eius.[Abominatio eſt Dño,vita impij:] de quo Deuter. 26.legit: Auerſaẽ Dñs omnem impietatem.Et in Pſalmo:Virum ſanguinũ & doloſum abominabit Dñs.Nam quanto quis ſanctior ac iuſtior eſt,tanto plùs deteſtaẽ omnem iniqtatem. Quũ ergò Deus eſſentialiter & incircunſcriptibiliter ſanctus & iuſtus ſit,conſtat q̃ incomparabiliter vitia abominetur. [qui ſequit̃ iuſtitiam,] quę eſt virtus communis & omnis virtus,i. qui virtutes amplectit̃,[diligetur ab eo.]Etenim iuſtus Dñs & iuſtitias dilexit. Quicunq; autem actualiter ſeu habitualiter iuſtus eſt, diligetur à Deo, ſecundùm preſentem iuſtitiã, non tũ ſecundùm prædeſtinationem æternã,niſi ſit de numero electorũ. Porrò iuſtus eſt qui obſeruat præcepta. Ideò loquit̃ Chriſtus Ioan.14. Qui diligit me,ſermones meos ſeruabit,& pater meus diliget eũ.[Doctrina mala deferentiũ viam vitæ:]Frequenter impij prelati & predicatores iniqui, qui viam vitæ,i.arctã viam ſalutis relinquunt,docent bona,vera,ſalubria, ſicut de ſcribis & phariſeis dixit Saluator Mat.23. Super cathedrã Moſis ſederũt Scribę & Phariſei. Quæcũq; ergò dicũt vobis,facite. Quomodò igit̃ doctrina deferentiũ viam vitæ,eſt mala? Eſt reſpondendum q̃ mala eſt eis, quòniã peccant mortaliter euãgelizando, & ea quę predicant, non implendo. Eſt etiã mala,id eſt,minùs reputata,quoniã cuius vita deſpicit̃, reſtat vt eius predicatio contemnat̃. Ideò Seneca in ſuis ait Prouerb. Omnis doctor in rõne vitę peccans,eſt turpior ob hoc,q̃ in officio,cuius magiſter eſſe vult,labit̃. [q̃ increpatiões odit,morietur,] in ſeculo iſto per culpã,deinde per dãnationem æternam: talis enim non ceſſat peccare,& frequenter tales incorrigibiles,capitalia agunt facinora,propter quę corporaliter occidũtur.[Infernus & perditio corã dño:]id eſt,nota ſunt ei,cuius oculis omia nuda ſunt & aperta,cui ait Propheta:Si deſcendero in infernũ,ades. [quãto magis corda filiorũ hominum] Deo ſunt cognita? Qui Apocal.2.teſtat: Scient omnes Eccleſiæ q̃a ego ſum ſcrutãs renes & corda. Vndè Ieremi. 17.ait: Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dñs ſcrutãs cor & probãs renes, cui ſpecialis cura ac prouidentia eſt de rõnalibus & intellectualibus creaturis.[Non amat peſtilens] id eſt, ſcãdaloſè & publicè malè viuens,ſeu falſè docens, [eum qui ſe corripit:] Talis enim ſedet in peſtilentiæ cathedra, & habituatus eſt in ſua malitia. [nec ad ſapientes graditur.] vt emendetur ab eis. [Cor gaudens, exhilarat faciẽ.] Nam ſiue q̃s ſpũaliter, ſiue carnaliter delectet̃ in corde,ſigna interioris iucunditatis relucent in facie, præſertim in oculis.[in mœrore animi deijcit̃ ſpũs.] id eſt,anima ità deprimitur, q̃ ſigna internæ deſolationis relucent in vultu,iuxta illud Nehem. 2. Cur vultus tuus triſtis eſt, quũ te ægrotũ non videam? non eſt hoc fruſtrà,ſed malum, neſcio quod in corde tuo eſt. [Cor ſapientis, quæret doctrinã:] q̃a non ſolùm vult alios informare, ſed etiã informari ab alijs per verba aut ſcripta,& cupit ſemper proficere.[& os ſtultorũ paſcitur imperitia:] id eſt,ſtulti & garruli propria loquacitate,imperitiſq; colloquijs delectantur.[Omnes dies pauperis,mali:] id eſt, q̃ in temporalibus pauper eſt, dies habet laborioſos, propter neceſſaria conquirenda,& ſi paupertas ſua diſplicet ſibi,in aſſiduis afflictionibus tædijs q; conſiſtit. Porrò q̃ pauper eſt ſpũ,& voluntariè inops, Deoq; ſeruiens, perſecutionibus,tentationibus & afflictionibus quotidianis non caret. Multæ eñ tribulationes iuſtorũ. Et omnes q̃ volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patiũtur. Et (ſicut ait Gregorius) Abel eſſe renuit,quem Cain malitia non exercet. Inſupèr in multis offendimus omnes. Et ſic dies noſtri pleni ſunt malis culpę & pœnæ. Vndè & quotidiana contritione ac pœnitentia indigemus. Ideò ait Apoſtolus Ephe. 5. Redimentes tempus, quoniã dies mali ſunt. Hinc Iacob patriarcha: Dies, inqt, peregrinationis meę ſuper terrã, centũ triginta annorum ſunt, parui & mali. Dicit̃ autem tempus malũ, non q̃ in ſe malũ ſit, ſed propter ea quę ſunt & fiunt in tempore, à q̃bus ſumit denominationem multiplicem. Vndè ſcriptum eſt 1. Machabęo. 12. Videns Ionathas q̃a tempus eũ iuuat. [ſecura mens] quę ſcilicet inordinatis anxietatibus, immoderata ſolicitudine, paſſionumq; immoderantia caret, eſt [quaſi iuge conuiuiũ:] q̃a aſſiduè lętificat hominem. At verò mens benè ſecura eſt, quę verè adhęret Deo, & bonã conſcientiã poſſidet,ac pacem internã habet cum creatore,quę dicere ex ſententia poteſt: Dñs illuminatio mea,& ſalus mea,quem timebo? Dñs protector vitæ meę,à quo trepida

Gene.4.
Pſal.7.
Pſal.10.
Mat.7.
Heb.4.
Pſal.138.
Pſal.1.
Heb.10.
Pſal.33.
2.Tim.3.
Iaco.3.
Gene.47.
Pſal.26.

pidabo? Sunt autem q̃dam intimorati, qui etiam in quadã viuunt ſecuritate, non penſantes ſua pericula & peccata, q̃bus & ſua ſecuritas dulcis eſt, ſed admodùm periculoſa. [Melius eſt parùm] de temporalibus ſ. ſimplicem victũ & veſtitũ habere,[cum timore Domini] filiali, [quàm theſauri magni & inſatiabiles,] immò timor Dei per ſe incomparabiliter cunctis terrenis opibus extat præſtãtior: vtilius quoquè eſt ad benè viuendũ, neceſſaria ſola habere, quàm temporalibus abũdare, quoniã multa vitia aſſequunt̃ diuitias. Ideò monet Apoſtolus: Habentes victũ & q̃bus tegamur, his contenti ſimus. Hinc & multi Philoſophi diuitias contempſerũt, quatenùs Philoſophiæ vacarent liberiùs. Ideò in ſecũda epiſtola ad Lucilium Seneca teſtat: Honeſta res eſt, læta paupertas. Immò iam non eſt paupertas, ſed opulẽtia cordis, ſi lęta eſt. Denique non q̃ parùm habet, ſed q̃ plùs cupit, pauper eſt. Quid enim refert, quãtùm illi in arca, quãtùm in horreis iaceat, quãtùm paſcat aut fœneret, ſi imminet alieno, ſi non acquiſita, ſed acq̃renda computet? Quis ſit diuitiarũ modus, quæris? primus, habere quę neceſſe eſt: ſecũdus, quod ſatis eſt. Dicunt̃ aũt theſauri inſatiabiles, quaſi actiuè, hoc eſt, inſatiatiui, quoniã appetitũ non ſatiant, ſed iritant. [Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatũ cum odio:] id eſt, ſalubrius & deſiderabilius eſt ad cibum ſobriũ, non preciosum nec lautum, ex charitate inuitari, quàm ad fercula copioſa & lauta ex rãcore. Qui enim ex odio inuitat, frequenter molitur malũ ei quẽ inuitauit, quemadmodùm Ptolemæus filius Abobi, Simoni: & Abſolon, Amnon ſuo fratri. Nemo igit̃ deſiderio diuitiarum relinquat Dei timorem & competentiam ſtrictam, nec ad delicata conuiuia appetat cum periculo inuitari. [Vir iracundus prouocat rixas:] citò enim mouetur ad iram, qua ſucceſſus, profert verba iniurioſa, ex q̃bus rixæ naſcunt̃, vel mox ad vltionem prorumpit. [qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas:] id eſt, diſcordãtes & corrixantes reconciliat. Ad quod hortatur ſanctus pater Bernardus, dicendo: Et tu tanquàm angelus pacis, ſolicitus eſto auferre ſcãdala, turbationes ſedare, diſſentientes & litigãtes pacificare. Vndè in Prouerbijs ſuis Seneca eſt locutus: Semper diſſenſio ab alio incipiat, à te reconciliatio. [Iter pigrorũ, quaſi ſepes ſpinarũ:] id eſt, pigris & acedioſis tam moleſtũ eſt virtuoſos aggredi actus, ac immorari ac proficere in eiſdem, ac ſi per ſpinoſam ſepem eſſent ituri: varia quoquè allegãt & confingũt impedimenta benè agendi, ſicut & infrà cap. 22. habet̃: Dicit piger, leo eſt in via. Hinc ait Bernardus: Pernicioſa tepiditas, q̃n periculoſa eſt & moleſtiſſima, plena miſerię & doloris, infernoq; proxima, & vmbra mortis iure cenſet̃. Sanè inuenire eſt homines ſub onere deficientes, puſillanimes & remiſſos, virga atq; calcaribus indigentes: quorũ eſt remiſſa lætitia, puſillanimiſq; triſtitia: quorũ breuis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuerſatio: quorũ obedientia ſine deuotione, lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circũſpectione, oſo ſine attentione, quos vix gehennę metus inhibet, pudor vix cohibet, vix frenat ratio, vix diſciplina coërcet. [Via iuſtorũ abſq; offendiculo,] id eſt, iuſti in via virtutũ, pcedũt feruenter & expeditè abſq; Dei offenſa, proximorũq; ſcandalo, nec ſibi confingunt pretacta obſtacula, immò diuino innitentes auxilio, dicunt Deo: Quoniã in te eripiar à tentatione, & in Deo meo trãſgrediar murũ. [Filius ſapiens lętificat pr̃em] ſuũ carnalem ac ſpũalem, immò & Deũ pr̃em, complacendo ei. Iſtud tamen ſuprà pleniùs fuit expoſitũ. [& ſtultus homo deſpicit matrem ſuã.] non q̃ omnes iniqui ſuas deſpiciant matres carnales, ſed quicunq; deſpicit matrem ſuam, inſipiens eſt, niſi forſan contemnat eam zelo iuſtitiæ, inquãtùm inexcuſabiliter vitioſam. Porrò omnes iniqui deſpiciunt matrem ſuam Eccleſiã, non obediendo eius iuſſionibus ac doctrinis. [Stultitia, gaudium ſtulto:] id eſt, iniquo q̃ eſt aſſuefactus & habituatus in vitijs, delectabile eſt, vanis ac illicitis verbis ac factis intendere. Habitus nanq; eſt quaſi altera natura, & vehementer inclinat, ſecundùm Philoſophum ſecundo Ethicorum. Ideò ſecũdùm habitũ operari, eſt delectabile operãti. Propter quod rurſùs Ariſtoteles ait, q̃ delectatio fiens in opere, ſignũ eſt habitũs acq̃ſiti. [& vir prudens dirigit greſſus ſuos:] id eſt, actus ſuos ordinat ad debitũ finem. Prudentia nanq; eſt recta ratio agibiliũ, vt habet̃ ſexto Ethicorũ, & eſt de medijs, non de fine. [Diſſipant̃ cogitationes] id eſt, facilitèr errãt, & ab effectu impediunt̃, [vbi non eſt conſilium:] quod eſt actus prudentię, eſtq; inq̃ſitio, q̃d expediat fieri, & quid non: Ideò dirigit cogitationes, vt bonæ ſint, & refrenat inutiles. Vndè ſubiungit̃: [vbi verò plures ſunt conſiliarij, cõfirmant̃:] Ità q̃ ſolidæ ſunt & honeſtæ. Nẽpe (vt aſſerit Caſſianus) mens humana eſt ſimilis molæ, cui ſi nihil ad molendum imponitur, ſeipſum ſuis circũuolutionibus demolitur. Sic mens hominis, ſuarum cogitationũ inſtabilitate ac vanitate lædit & conſumit ſeipſam, niſi in ſuis cogitationibus per prudentiam atq; conſilium gubernet̃ ac refrenetur. [Lætatur homo in ſententia oris ſui:] humanum etenim eſt, de propria ſententia, tãquàm

Pſal.17.
1.Tim.6.
1.Mac.16.
2.Reg.13.

prudenter prolata, lætari. Verunt̃ hoc nõ est ſemper laudabile. Si aũt qs glorietᵉ de vera & ſalubri oris ſui ſententia ac doctrina, ſed in Dño, non in ſe, & inquãtùm ſententia ſua confert ad Dei honorem, proximorumq; vtilitatem & ſuiꝑſius ſalutẽ, cõmendabile est: ſi verò lætetᵉ in ſentẽtia oris ſui ex priuato amore, & inquãtùm est à ſe prolata, ſicut homo communiter immoderatè appreciatᵉ ac reputat ſua, vituperabile est. Sicq; multi delectantᵉ in ſua ſententia, propter quod pertinaciter eam defendunt, & à ſui errore iudicij queunt vix reuocari. ficq; (vt dicit Thomas in Secunda Secundæ) ex detractione ſequit excæcatio cordis, quia detractor lætatᵉ in ſententia oris ſui, quam profert de alio: vndè iudicat ſe vera dixiſſe de eo cui detraxit, quanuis non vera, ſed falſa de eo euomuit. [& ſermo opportunus] id est, ſuo loco & tempore pronũciatus recta intentione, & ex rõnabili cauſa, [est optimus.] Ideò ſapiens non ſolùm aduertit oris ſententiã, ſed & circũſtantias in omni actu virtutis ſeruandas. [Semita vitæ ſuper eruditum] id est, actio ex vita grãe oriens, & ad vitam glorię ducens, est in homine verè docto, in quo non ſolùm est lumen ſcientiæ, ſed & probitas morum, qui vitat inſipientiam, tàm interiorem quàm exteriorem, omnem videlicet culpã dono ſapientiæ repugnãtem, atq; ab increata ſapientia ſeparãtem. [vt declinet de inferno nouiſſimo:] id est, ab omni peccato mortali, quod ſuo pondere ac reatu trahit ad infernũ damnatorum, de quo in Pſalmo 85. Eruiſti animã meã ex inferno inferiori: vel ab inferno nouiſſimo, id est, infernali damnatiõe. Sumiᵉ aũt infernus quatuor modis: Primo, pro purgatorio, de quo in Miſſæ officio cantatᵉ: Libera animas fidelium defunctorũ de pœnis inferni. Secundo, pro limbo patrũ, de quo Iacob Gene. 37. Deſcendam, inqt, ad filium meũ lugens in infernum. Tertio, pro limbo puerorum. Quarto, pro loco damnationis animarum. [Domũ ſuperborum] id est, cognationem atq; familiam elatorũ, [demolietᵉ Dominus, & firmos faciet terminos viduæ: id est, bona viduarũ cuſtodiet & augebit. Est em̃ Dominus miſerabiliũ perſonarum ſpecialis protector & conſolator, iuxta illud Pſalm̃. 145. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet. Et Deutero. 10. Facit iudicium pupillo & viduæ, amatq;
1. Tim. 6. peregrinum. Viduis quoquè, quæ (ſecundùm Apoſtolum) verè ſunt viduæ, dat Dominus firmam manſionem in regno cæleſti. Rurſùs termini viduæ, ſunt fines Eccleſiæ: quæ in hac vita quodãmodò vidua est, qa nondùm cupitis & fruitiuis ac beatificis fruitur ſui ſponſi amplexibus. De cuius terminis fertur in Pſalm̃. 147. Qui poſuit fines tuos pacem. Et Iſa. 60. legitur: Non audietᵉ vltrà iniqtas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis. [Abominationes Domini, cogitationes malæ: id est, prauæ cogitationes ſunt abominabiles Deo, qui ait Iſa. 1. Auferte malũ cogitationum veſtrarũ ab oculis meis. Et Mich. 2. Væ q cogitatis inutile. Et ex hoc oſtenditᵉ error Ioſephi, aſſerentis non eſſe peccatũ in cogitationibus, quãdiù non procedũt in opus iniquũ. [& purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo:] i. omis ſermo verus & iuſtus, nil culpę habens admixtũ, est purus & placet deo, ac roboratur ac ap
Ioan. 1. probatur ab eo tanquàm pulcherrimus. Sed & ipſe Chriſtus, q est verbum æternum, & increatus ſermo Dei pr̃is, iuxta illud ad Hebrę. 4. Viuus est ſermo Dei & efficax, à pr̃e firmatus est in corde credentiũ per fidem & charitatem. De quo patet teſtatus est Mat. 3. & 17. Hic
Marc. 16. est filius meus dilectus, ipſum audite. Item ſermo iſte purus, euãgelica est doctrina verè pulcherrima, quã Chr̃s & eius prędicauerũt Apoſtoli, dño cooperãte, & ſermonem cõfirmante ſequentibus ſignis. [Conturbat domũ ſuã] i. propriã mentem & cõſcientiã, [q ſectatur auaritiam:] qa nõ ſolùm varijs vitijs, ſed & multis afflictionibus implet cor ſuũ. Propter quod
Marc. 4. Chriſtus diuitias vocat ſpinas. Talis quoquè ſcãdalizat & moleſtat domum ſuam, id est, familiam quam non reficit ſufficienter, & multùm facit laborare, ac malè remunerat pro ſuo labore. Porrò auarus (vt Climacus ait) est Euãgelij ſubſannator, qm̃ terrenorum contemptum Chriſtus exemplo & verbo prędicauit. [qui aũt odit munera,] id est, iniuſtam & periculoſam munerum acceptionem, ſ. ad ſubuertendum iuſtitiam, [viuet] per grãm. Ideò Dominus iuſſit Exod. 23. Non accipias munera quę excæcant etiam prudentes,
Nume. 16. & ſubuertunt verba iuſtorum. Hinc Moſes dixit ad Dñm: Tu ſcis, q nec aſellum vnquàm acceperim ab eis. Sic & 1. Reg. 12. Samuel loqtur: Si munus de manu cuiuſquã accepi. Iſtud ergò iudicibus, familiaribusq; eorũ est prędicpuè obſeruãdum. [Per miſericordiam] id est, opera miſericordię ſpũalia & corporalia, immò & per compaſſionem internã, etiã ſi deſit facultas operis. [& fidem] quę est fundamentũ totius ædificij ſpiritalis, vel fidem, i. fidelitatem, de qua loqtur Dauid 1. Reg. 26. Dñs reddet vnicuiq; ſecundùm iuſtitiam ſuam & fi-
Luc. 11. dem. [purgantur peccata:] i. dimittũtur, ſicut in Euãgelio ait Saluator: Quod ſuperest, date
Mat. 5. eleemoſynã: & eccè omnia mũda ſunt vobis. Et rurſùs: Beati miſericordes, qa ipſorũ miſerebitur Deus, & qm̃ opera bona ex hoc prędicpuè effica ciã habẽt merẽdi, qa in fide fundantur,

&

& inuiſibile præmiũ quod ſola fide agnoſciᵉ, præſtolanᵉ. Idcircò per fidem, quæ est virtus Theologica, purganᵉ peccata. Vndè ait beatiſſimus Petrus Act. 15. Fide purificans Deus corda eorum. Rurſùs, q fidelitatem ſeruat Deo & proximo, mereᵉ purgari ab omni peccato. Hinc eleemoſyna vocatᵉ pars ſatisfactionis. Verũtamen non purgatᵉ homo à peccati remiſſione, quantùm ad culpam, ſine prędicta contritione & confitendi propoſito. Peccata autem venialia quotidiana, per quotidiana miſericordię opera potiſſimè dimittunᵉ, quanq; charitatis feruor, abſolutè loquendo, ſummè conſumat peccati rubiginem, ſicut aſſerit Chriſtus Luc. 7. Dimittunᵉ ei peccata multa, qa dilexit multùm. [Per timorem aũt Domini, declinat omnis] homo [à malo.] Nã timor ſeruilis retrahit à peccatis horrore pœnarũ, timor filialis amore virtutis, timor initialis vtroq; modo, vt dictũ est ſępè. [Mens iuſti meditatᵉ obediẽtiam.] id est, ſolicitè intra ſe cogitat & proponit obedire cunctis ſuperioribus ſuis, quantùm illorũ iuriſdictio extendit ſe ſupereã, & maximè Deo: Hoc em̃ requrit iuſtitię debitum. Vndè hortatᵉ Apoſtolus Romañ. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Item q; Hebræo. 13. Obedite prępoſitis veſtris. Hinc 1. Reg. 15. Samuel: Melior, inqt, est obedientia, quàm victimę: qm̃ qua ſi ſcelus idololatriæ est, nolle acquieſcere. Et Bernardus: Nec ſtudiũ bonę actionis, nec gra ſanctæ contemplationis, nec lachryma pœnitentis extra obedientiam eſſe poteſt, nec Deo placet. [os impiorũ redundat malis:] i. verbis rebellionis ac cęteris vitioſis verbis abundat, quę ex abũdantia peruerſi cordis erũpunt. Vndè talibus dixit Saluator Mat. 12. Quomodò poteſtis loqui bona, quũ ſitis mali? [Longè est Dominus ab impijs] non loco, qa vbiquè prędens est incircũſcriptibilis Deus, ſed per diſſimilitudinem.
Vndè & longè à peccatoribus ſalus. Est ergò longè ab eis, qa diſplicent ei: & quo per vitio- Pſal. 118.
rum deformitatem ac fœditatem diſſimiliores ſunt Deo, eo longiùs diſtant ab eo. A Deo quippe, non corporis greſſu, ſed mentis affectu receditur. Ipſe tamen eſſentialiter omnibus adest, omnia penetrat, & ipſis eſſentijs rerum illabitᵉ. Vndè Act. 17. loqtur diuinus Apoſtolus: Non longè est ab vnoquoq; noſtrũm. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus. [& orationes iuſtorũ exaudiet:] dummodò orent ſicut oportet, putà ſalubriter & conſtanter, prout Luc. 18. ait Saluator: Oportet ſemper orare, & non deficere. Qui rurſùs faſſus est Ioan. 16. Si qd petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Deus itaq;, q inuitat & exhortatᵉ vt ipſum oremus, & paratus est vtiquè exaudire, ſed aliqua differt, & paulatìm exaudit, vt dona ipſius gratantiùs accipiamus, diligentiùs cuſtodiamus, ac diù appetendo, frequentiusq; & ardentiùs orando, copioſiùs tempore opportuno exaudiamur. [Lux oculorũ lætificat animam:] poteſt hoc primò exponi de luce ſenſibili, quã corporalibus oculis intueri delectabile est, iuxta quod in Eccleſiaſte legit: Dulce lumẽ, & delectabile est oculis videre ſolem. Similiter Eccẽs 11.
lux viſiua exiſtens in pupilla, exhilarat animã, qa per eam fit viſio, & per exteriorem viſum anima multa addiſcit. Viſus etem̃ pluriũ rerũ differentias nobis oſtendit, ſecundũ Philoſophũ. Hinc cęcatus Tobias: Quale, inqt, mihi gaudiũ erit, q in tenebris ſedeo, & lumen cæli Tob. 5.
non video? Secũdò exponiᵉ de luce intelligibili, id est, de gra Dei, de veritate, de illuſtratione diuina, quę interiores lętificat oculos. Contẽplatio etem̃ veritatis valdè delectat, de hac luce ait Micheas: Quũ ſedero in tenebris, Dñs lux mea est, i. cauſa & dator lucis, & illumina Mich. 7.
tionis animę meæ. Ideò ſubdit: Deducet me Dñs in lucem, & videbo iuſtitiã eius. Tertiò, exponiᵉ de lumine gloriæ, increataq; luce, cuius clara & beatifica viſio ſummè exhilarat & plenè contentat, ſicut ait Pſalmiſta: Adimplebis me lętitia cũ vultu tuo. His expoſitionibus Pſal. 15.
cõcordat antiqua trãſlatio, quę ſic habet: Videns bona oculus delectat cor. Nempe ex vnione potentię cũ obiecto cõuenienti, delectatio orit. [fama bona impinguat oſſa] i. valdè oblectat. Naturale em̃ est homini delectari in hoc, q bonę est famæ. Vndè & Eccl 41. dicitur: Curam habe de bono nomine. Item q; Eccẽs 7. Melius est nomen bonum quàm vnguenta precioſa. Itaq; ſi homo delectetᵉ in bona fama, de ipſo volãte, inquãtùm fama illa est ad Dei honorem, ædificationem q; proximorũ, bona est delectatio illa, prędertìm ſi vera ſit fama. ſi aũt delectetᵉ in fama ſua, inquãtum est ad ſuiꝑſius honorem, laudem & commodũ, vana est talis lętitia, & maximè, ſi fama ſit falſa. Sic hypocritę & alij multi delectantᵉ in ſua fama, propter quod Seneca in ſuis fat Prouer. Pleriq; famã, cõſcientiã pauci verenᵉ. Sed vtrũq; ſimul curandũ, quũ dicat Hieronymus: Opera ſalutis, ſine fama boni odoris, non ſatis relucent auditoribus: nec ſine opere proficit fama. [Auris quę audit] i. gratãter acceptat, [increpationes vitæ,] id est, correptionem charitatiuam & iuſtam, ad vitam gręe & ſalutem ordinatam ac diſponentem, [in medio ſapientium commorabitur:] id est, inter ſapientes meritò computatᵉ, & eis ſe ſociat, vt ex eorũ increpatione proficiat, ficq; ſit ſapiens, & digna in cathedra doctorali ad alios informãdos ſedere. Sicut em̃ ineptus & indignus est alios regere, q ſubeſſe

&

& regi deſpexerit, ſic indignus eſt alios increpare ac informare, q̃ corripi & informari abhorruit. Deniquè qui verè cognoſcit ſeipſum & proprias defectuoſitates, atque innumerabiles culpas ſaltem veniales, etiã quotidianas, increpationes ſumitiucũdè, quanuis forſan conſcius ſibi non ſit de eo quod ſibi obijcit, ſciens ſe in alijs innumerabiliter eſſe culpabilem, vltra propriã cognitionẽ: ſi tñ enorme & ſcandalizatiuũ aliorum aliq̃d obijciat, poteſt ſe correptus humiliter excuſare. Hinc in Prouerbijs ſuis ſanctus ait Cyrillus: Pone te in libra iuſtitię, & ſic perſpicies quãtus ſis: ſi paruipendis teipſum, vbiquè tutus eris: qa humilitas parit timorẽ, timor ſecuritatẽ, quę cuſtodit ſalutẽ. Quæſo te, ſequere **ius cõmune, quod** præcipit vt in iudicio non vni credaſ, nec alicui minùs quàm ſibijpſi de bonis. Immoderatè ergò te diligens, iniuſtiſſimè tibi credes. Alijs igitur crede de te, præſertim de malis tuis. Hinc ſubdit: ¶qui abijcit diſciplinã,]i. informationẽ & correptionẽ ac iuſtã caſtigationem. ¶deſpicit animã ſuam:]i. contemptibilem eã facit Deo & omnibus ſanctis eius. ¶qui aũt acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis:] i. ſano rõnis iudicio fulget, & ſuo intellectu ſalubriter vtitur, atq; vt aſſerit Chriſtus, In patiẽtia ſua poſſidet animã ſuam. Talis enim ritè aduertit, q̃ increpatio ſit opus miſericordię, eleemoſyna ſpiritalis, medela ſalubris, charitatis indiciũ, dilectionis internę ac iuſtitię ſanctę effectus. ¶Timor Domini, diſciplina ſapientiæ:] i. filialis timor Dñi inducit ad impendendũ proximo, præſertim ſubiecto, diſciplinã ſapientialẽ, & quę ad ſapientię prodeſt augmentũ. Qui emẽ ſyncerè metuit Deũ, non audet negligere impletionẽ diuini præcepti, quo proximos delinquentes iubemur corripere, & ſubiectos reos corrigere. De quo ait Saluator: Si peccauerit frater tuus in te, id eſt, te ſciente, corripe eum inter te ipſum ſolum: & ſicut pauci ſunt veraciter timorati, ità perpauci ſunt, qui iſtud implent præceptũ. Propter quod Antiſiodorenſis in ſua aſſerit Summa, q̃ propter duorũ tranſgreſſionem præceptorũ, quaſi totus perit mũdus, videlicet, ꝓpter præuaricationẽ præcepti caſtè viuendi, & fraternaliter corripiendi. ¶& gloriã præcedit humilitas.] i. per humiliationẽ ſuíꝑſius virtuoſam ſpontaneã, meretur homo ad gloriã & ſalutem pertingere, virtutũ perfectionẽ acqrere, cæleſtisq; regni altitudinẽ obtinere, ſicut in Euangelio filius Dei teſtatus eſt: Qui ſe humiliat, exaltabiẽ. Ideò Iob 22. ait ſcriptura: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. oportet emẽ inprimis propriã vilitatem, defectuoſitatẽ & culpam agnoſcere, ſicq; ad Deũ pro auxiliante gra, compuncto corde confugere. Hinc ſecũdo libro Prouerbio. ſuorũ ait Cyrillus: Crede mihi, qa maximè ſe vilificat, q̃ magnũ ſe reputat: ſicut q̃ ſe iudicat ſapientem, fit amens. Lux qdem luce confunditur, & altitudo altitudine incuruatur. Vbi ergò profunda humilitas, ibi excelſa eſt dignitas: & vbi ex teipſo deiectio magna, ibi ex virtute dignificatio maxima: dumq; mundanis cardinibus nos iudicamus indignos, ſempiternis atque cæleſtibus manſionibus reddit humilitas mox nos dignos. Hinc quoquè beatus ait Ambroſius: Quiſquis cupit Diuinitatis tenere faſtigia, humilitatis ima ſectetur: quicunque vult fratrem ſuum præuenire regnando in cælis, priùs illum præueniat obſequendo in terris, ſicut ait Apoſtolus: Honore inuicèm præuenientes: vincat eum officijs, vt poſſit vincere ſanctitate.

Luc. 21.

Mat. 18.

Luc. 14. & 18.

Rom. 12.

¶Expoſitio capituli decimiſexti: Hominis eſt, animum præparare: & Domini, gubernare linguam. Art. 16.

HOminis eſt, animũ præparare:] i. ſeipſum ad grãm Dei diſponere, faciendo quod in ſe eſt, hoc eſt, quod per naturã & per dona ſibi data facere poteſt: quod dum toto conatu peregerit, Deus certiſſimè grãm ei infundit. Veruntamen Deus diuerſimodè prœuenit homines, & quoſdã tam piè, vt etiã dum vitioſis actibus ſunt intenti, trahat eos valenter, & prorſùs pijſſimè ad ſe, ſicut & Paulũ pergentem Damaſcũ ad perſequendũ Chriſtifideles. Semper tamẽ in adultis ſequit conſenſus, & cooperatio quędam liberi arbitrij, qa (vt aſſerit Auguſtinus) q̃ creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Itaq; per liberũ arbitriũ naturalemq; rõnem, aptat ſe homo ad grãm, recedẽdo à malis, bonisq; actibus cohærẽdo, ſecũdùm naturalis rõnis dictamen, & quãtùm poſſibile eſt, per vires naturę, & ità ſe poſſunt aptare infideles. Credentes verò, ſed in mortali vitio exiſtentes, etiam per fidem informem, reliquiasq; virtutũ, quas amiſerũt peccãdo, & per notitiam mandatorum, poſſunt & debent ſe præparare ad diuinorũ infuſionem chariſmatũ. Similiter acquieſcendo angelicis & Diuinis occultis inſtinctibus, qbus homines etiã vitioſi ac perfidi multipliciter retrahunt à malis, atq; ad bona miſericorditer inſtigant. Deniquè non ſolùm eſt hominis, animũ ſuũ præparare modis iam tactis ad gratię infuſionem: ſed & hi qui grãm habent, virtutibusq; ornant, ſe debent ad charitatis profectũ, ad gręe incrementũ, ad deuotionem ardentẽ, Dñm inuocãdo, ſcripturas penſando, ſermones attentè audiendo, & bonis ſibi conbi conceſſis ritè vtendo, immò & ad ipſam oſonem debet ſe homo præparare recolligendo cor ſuum, ſicut Eccleſiaſtic. 18. ſcriptũ eſt: Ante oſonem præpara animã tuam. Ad quãlibet præparationem prætactã pertinere poteſt quod Iob 24. habet: Si direxerit homo ad Deum cor ſuum, ſpm illius & flatum ad ſe trahet. Et quod Ierem. 30. Dominus loquit: Quis eſt iſte qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? ¶ Prætereà quęri poteſt, quomodò poteſt homo ſic animũ præparare, quũ Ioan. 14. dicat Saluator: Sine me nihil poteſtis facere. Et alibi: Nolite præmeditari qualiter aut qd loquamini. Reſpondetur q̃ ſine gra infuſa, actualiq; motione, & ope Spũſſancti, non poſſumus aliq̃d meritoriè agere, immò nec cogitare. Tempore quoq; perſecutionis ad reſpondendũ pro fide tyrãnis, nõ debet ſe homo pmeditãdo parare, ſed directionem & illuminationem ſupernã certiſſimè expectare: nihilominùs debet ad Deũ cor ſuum dirigere, incrementoq; gręe animũ præparare. Inſupèr ſine conſeruatione omnipotentiæ Dei, & generali influxu ipſius, nec ad momentũ ſubſiſtere, nec quippiam operari valemus. ¶& Domini, gubernare linguã] id eſt, ſpeciale donũ gręe Dei eſt, propriã linguã ab illicitis reprimere verbis, & non niſi licita atq; vtilia loqui. Nam (vt ſcriptum eſt Iaco. 3.) linguã nullus hominũ domare poteſt. Ideò orat Pſalmiſta: Pone Domine cuſtodiam ori meo. Specialiter aũt Deus gubernat linguã ſanctorum prædicatorũ, martyrumq; ſuorũ, quibus promiſit: Ego dabo vobis os & ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Vnde Apoſtolus Ephe. 6. Orate, inqt, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei. ¶Omnes viæ] id eſt, cogitationes, affectiones, verba & opera, ¶ho minum patent] id eſt, cognitæ ſunt ¶oculis eius:] ſicut ad Hebræos 4. ait Apoſtolus: Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia aũt nuda & aperta ſunt oculis eius. De quo ſanctus Iob ait: Nonnè Deus conſiderat vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat? Quod quũ ità ſit, nonnè in hoc appꝛret infinita impudẽtia, negligentia, peruerſitas atq; ſtultitia noſtra, q̃ in præſentia eius tam intimoratè & irreuerẽter habemus nos, & opus eius tam negligenter exoluimus? ¶ſpirituum ponderator eſt Dñs.] id eſt, iuſta ac certa lance ſapientiæ ac iuſtitiæ ſuæ diſcernit & iudicat merita ac demerita animarũ, & valorem ponderat ſingulorũ, ſicut Iob 31. cap. loquit: Appẽdat me in ſtatera. Non ergò debemus inter nos curioſè diſputare, qs alio ſanctior ſit, ſed Deo ponderatori ſpirituum hoc ipſum committere, ſicut & Thomas ait in Secunda Secundæ, quæſtione qua quærit: Quis magis dilexerit Chriſtũ, Petrus an Ioannes. ¶Reuela Dño] id eſt, corã Deo confitere & recita ¶opera tua:] non aliq̃d notificãdo inuariabili Deo, ſed teipſum diſcutiendo, ¶quicqd boni in tuis operibus eſt, largitori omnis boni grata ac humili mente attribuendo: quicqd verò culpæ in eis eſt, tibimet aſſcribendo, iuxta illud Iob 13. Vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Vndè Pſalmiſta: Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiã meã Dño. Iuxta hũc modũ loquendi habẽ in Pſal. 31. Delictũ meũ cognitũ tibi feci. Item q̃ 36. Reuela Dño viam tuã, & ſpera in eo. Atq; Threñ. 2. Effunde ſicut aquã cor tuum ante conſpectũ Domini Dei tui: ¶& dirigẽt cogitationes tuæ:] id eſt, per hanc humilem viarũ tuarũ confeſſionem, & diſcuſſionem mereberis deſupèr dirigi in cogitationibus tuis, & tuipſe Deo auxiliãte refrenabis ac diriges eas corã altiſſimo, ſecundũ illud Ierem. 31. Dirige cor tuũ in viam directã. ¶Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt Dominus:] id eſt, ex propria libertate ac bonitate, & propter ſuíꝑſius gloriã ac honorẽ, nõ ob aliquã indigentiã aut profectũ ſeu cõmodum ſui, qui bonorũ noſtrorũ non indiget, ſed vt ex ſua plenitudine ac munificentia ſeipſum creaturis communicaret, ſuamq; perfectionẽ ac beatitudinem eis multipliciter participaret. Hinc magnus Theologus Dionyſius aſſerit, q̃ Diuinus amor non reliquit eũ ſine germine eſſe. Ideò Iſa. 43. teſtat Dominus: Omnem q̃ inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui eum. Ezechielis quoquè 36. Non propter vos ego faciã, notum ſit vobis, ſed propter nomen ſanctum meum. Vndè & Plato cauſam finalem productionis mũdi inquirens, ait in primo Timæi: Dicendum quur conditor & fabricator vniuerſi, omne hoc inſtituendũ putauerit. Optimus erat, ab optimo porrò inuidia longè relegata eſt. Itaq; conſequẽter ſuũ ſimilia cũcta, prout cuiuſq; natura capax beatitudinis eſſe poterat, effici voluit: quã quidem voluntatem Dei, originem rerum certiſſimam ſi quis ponat, rectè eum putare conſentiam. Hinc Deus dicit omniũ cauſa, non ſolùm effectiua, ſed & finalis ac exemplaris. Nam ſicut omnia ex propria bonitate & voluntate produxit, ſic ad ſeipſum cuncta finaliter ordinauit, & ſecundùm ideales ſuæ æternæ ſapientiæ rõnes cuncta inſtituit. Propter quod in Apocalypſi teſtat: Ego ſum Alpha & O, principiũ & finis. De hoc Magiſter Sententiarũ libro ſecundo, ex verbis Auguſtini multa inducit. ¶impiũ quoquè ad diem malum] id eſt, reprobos & iniquos condidit Dominus, vt in die iudicij atque extremæ vltionis, diuina iuſtitia

Act. 9.

Mat. 10.

Mat. 10. Marc. 13. Luc. 21.

Pſal. 140.

Luc. 21.

Iob 31.

Pſal. 31.

Apoc. 1. & 22.

Rom. 9. Exod. 9. ſtitia in ipſis appareat, qa ſunt vaſa irę in interitum. Super hoc Romanis terribiliter ac profundè ſcribit Apoſtolus. Vbi & illud allegat quod Dominus ait ad Pharaonem: Idcircò poſui te, vt oſtenderem in te fortitudinem meã, & narretur nomen meum in omni terra. Quemadmodùm enim omnipotens & incomprehenſibilis Deus creauit electos, q ſunt vaſa miſericordię, vt in ipſis miſericordia ſua reſplendeat, ità condidit reprobos, vt in eis rigor ſuę æternę declaretur iuſtitiæ. Propter quod Rom. 11. ſcriptum eſt: Vide ergò bonitatem & ſeueritatem Dei, ſeueritatem qdem in eos q ceciderunt, in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate. Veruntamen ſicut 1. ad Timotheũ 2. ſcribit idem Apoſtolus, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad notitiã veritatis venire. Nam vt Damaſcenus diſſeruit, voluntate antecedente vult omnes ſaluari, & quãtùm in ipſo eſt, ad ſalutem adducit. Impiũ verò, vt talem, ad diem malum prędidit, ſicut & Iob 21. habetur: In diem malum ſeruatur malus, ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotẽtis bibet. [Abominatio Domini eſt, omnis arrogans:] id eſt, ſuperbus, & præſertìm q ſibijpſi attribuit quod non habet, vel quod à Deo accepit, contra illud Apoſtoli 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Quanuis aũt oẽs vitioſi, ſint abominabiles creatori, ſpecialiter tamen ſuperbi. nam creatura rõnalis eo ipſo quo creatura eſt, tenetur ſe humiliare, & ſuo ſe creatori ſubijcere, qa ex ſe nihil eſt, nec aliud habet ex ſe, niſi deficere, indigére, peccare, ſuicq; creatoris conſeruatione ac prouiſione indiget inceſſanter. Ideò Sophon. 1. loquitur Dominus: Viſitabo ſuper omnem q arrogãter ingreditur. [etiã ſi manus ad manum fuerit, non erit innocens:] Hoc ſuprà vndecimo capitulo ſcriptũ eſt atq; expoſitum. [Initium viæ bonæ] id eſt, exordiũ bonæ cõuerſationis, eſt [facere iuſtitiã:] prout iuſtitia eſt virtus communis, id eſt, à peccatis recedere, & eadem confiteri. Nam (vt aſſerit Auguſtinus) Initium bonorum, confeſſio eſt malorum. [Accepta eſt aũt apud Deum] ipſa iuſtitia [magis, quàm immolare hoſtias:] id eſt, ſacrificia legis, quæ (vt dictum eſt) non erant accepta in ſe, ſed ſolùm ex fide, charitate & deuotione offerentium, & inquãtùm Chriſti paſſionem, immolationem atque myſteria figurabãt. Vndè & ipſa exterior immolatio non erat in ſe Deo accepta, ſed ex interiore virtute. Attamen iſte verſus in Hebræo non habetur. [Miſericordia & veritate redimitur iniqtas, in timore autem Domini declinatur à malo.] hoc eſt quod præcedenti fertur capitulo: Per miſericordiam & fidem purgãtur peccata, per timorem autem Domini declinat omnis à malo, quod præcedenti articulo ſatìs reor expoſitum. [Quum placuerint Domino viæ] id eſt, interiores exterioresque actus [hominis, inimicos quoquè eius conuertet ad pacem:] id eſt, corda aduerſariorum talis hominis Deus inclinabit ad hã bendum pacem cum huiuſmodi homine: quod frequenter ſic fit, quanuis non ſemper, immò multi inuidi, ambitioſi, peruerſi, tanto plùs contra iuſtos inſaniunt, quanto viderint eos exiſtere magis exemplares, bonos, famoſos. Tyranni quoquè vſque ad mortem perſequuti ſunt martyres ſanctos. Aliqui verò mali, non ſunt ità peruerſi, ſed indolis bonæ, & citò inclinantur ad bonum, quemadmodùm Nabuchodonoſor, Darius & Cyrus, auditis ſeu viſis mirabilibus Dei in Daniele, magnificauerunt Deum ipſius. Hinc ait Gloſſa: Tanta eſt ſanctitas diuinæ religionis, vt eam plerunquè etiam illi qui foris ſunt, venerentur, & cum his habeant pacem, quos Deo perfectè ſeruire conſiderant, quanuis religione diſcordent, vt in Daniele & pueris tribus. Sępè etiam perſequutores non ſolùm ad pacem cum prædicatoribus, ſed & ad veritatem fidei ſunt conuerſi. [Meliùs eſt parùm cũ iuſtitia quàm multi fructus cum iniquitate:] Hoc patet ex elucidatione eius, quod ſcriptum eſt præcedenti capitulo: Meliùs eſt parùm cum timore Domini, quàm theſauri magni &c. [Cor] id eſt, ratio [hominis diſponet viam ſuam:] id eſt, intra ſe deliberabit ac proponet quid agere debeat, quid vitare. [ſed Domini eſt, dirigere greſſus eius:] id eſt, ad exequendum idoneè quod ratio diſpoſuit in ſe, indiget homo directione & ope gratiæ Dei: propter quod orauit Propheta: Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum. Et Ieremias ait: Scio Domine, qa non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Apoſtolus quoquè Rom. 9. Non volentis, inqt, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. [Diuinatio in labijs regis] id eſt, diuinatio accipi ſolet in malo, pro vſurpata pronunciatione contingentium futurorũ. Vndè dicunt diuini, qdam ſuperſtitioſi ac magi. Hìc verò in bono accipit, pro commemoratione futurorũ ſecundùm ſcripturas, vt ſcilicet rex & quilibet iudex penſet & alijs recolat, ac proponat futurũ Dei iudiciũ, gaudia quoquè iuſtorũ, & impiorũ ſupplicia, quatenùs nec ipſe audeat iudicare iniuſtè, & alij timeãt aliqd contra iuſtitiã attentare, quẽadmodùm Ioſaphat rex 2. Paral. 19. legit ſuis dixiſſe iudicibus: Videte qd faciatis: non enim hominum exercetis iudicium, ſed Domini: Et quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit.

Pro. 15.

Pſal. 118. Iere. 10.

Hinc

Hinc ſubditur: [in iudicio non errabit os eius:] Vtpotè regis ſic facientis. Quidã per diuinationem intelligũt lectionem diuinã, quoniã Deuteronom. 17. iuſſum fuit, vt rex Iſraelitici populi ſtatìm vt ſediſſet in ſolio regni, deſcriberet ſibi Deuteronomiũ legis in volumine, & legeret illud omnibus diebus vitę ſuæ, ſicq; ſecũdùm legem iudicãdo non deuiaret. Gloſſa per regem intelligit Chriſtum, de quo fertur in Pſalmo 71. Deus iudicium tuum regi da, qui ſolus videtur in iudicio nunquàm errare, in cuius ore eſt diuinatio, quia non ſolùm dirigit verba & facta ſuorum fideliũ, ſed & diuinis gentiliũ interdùm oſtendit, quid interrogantibus debeãt reſpondere, vt 1. Reg. 5. de diuinis Philiſtæorum habetur, qui aptiſſimè reſponderunt, qualiter arca Dei eſſet remittenda. [Pondus & ſtatera, iudicia Domini ſunt.] id eſt, Deo ſunt placita ponderà iuſta, & iuſtæ ſtatęre ac menſurationes ſeu ponderationes, quæ fiunt cum eis. Vel pondus & ſtatera iudicia Dei, quoniã Deus in ſua ſapientia ordinauit vniuerſa facere in numero, pondere & menſura. [& opera eius, omnes lapides ſeculi:] id eſt, omnes electi, qui tanquàm lapides viui, ponuntur nunc in ædificio militãtis Eccleſiæ per fidem & charitatem, deindè in ſtructura Eccleſiæ triumphãtis per beatificã fruitionem. Iſti ſunt opera Dei, quia per ſupernaturalia dona pietatis ac grãtiæ ſuæ, perducunt ad iſta, non viribus ſuis. De quibus in prima ſua ait Epiſtola glorioſiſſimus Apoſtolici agminis princeps: Et vos tanquàm lapides viui ſuperædificamini. Veruntamen quidã ait in Hebręo haberi, Lapides ſacculi, & ex ſcriptorũ vitio propter ſimilitudinem dictionũ pro ſacculi, poſitum ſeculi. Antiquitùs itaq; ponderationes fiebãt per lapides in ſacculo collocatos, ſicut nunc fiunt per metalla: ſicque lapides tales, erant opera Deo placentia, in quantùm per eos fiebat iuſtitia ſeu ponderatio iuſta. [Abominabiles regi qui agunt impiè,] Conſtat q ſummo regi, de quo ait Apoſtolus 1. Timo. 1. Regi autem ſeculorũ immortali, inuiſibili, abominabiles ſint iniqui, vt tales: ſimiliter vnicuiq; regi iuſto, qui dignus eſt rex vocari: Rex quippe iniquus voluntatem, non rõnem, ſequens, veriùs eſt tyrannus, quàm rex. ¶Spiritaliter verò reges cenſẽt omnes, qui ſapientia & virtute regunt ſeipſos, aut etiã ſibi commiſſos, qui vtiquè impios deteſtantur. [quoniã iuſtitia firmatur ſolium.] id eſt, thronus regis, & eius auctoritas ſeu præſidentia, per iuſtitiã roboratur, authenticatur, & perſeuerat in poſteris. Sedes enim ducum ſuperborũ deſtruxit Deus, vt Eccleſiaſt. 10. fertur, atq; vt aſſerit Auguſtinus, Si tollatur iuſtitia, quid ſunt regna niſi latrocinia magna? [Voluntas regum,] de quibus nunc dictum eſt, ſan [labia iuſta:] id eſt, qui vera & iuſta loquuntur, teſtantur & agunt, iuſtis regibus placent. [qui recta] id eſt, vera, iuſta, ſalubria [loquitur] ex affectu, [dirigetur] à Spiritu ſancto in viam ſalutis æternæ, & per verba ac opera talia ad beatitudinem recto itinere perducet, contra quod ait Propheta: Vir linguoſus non dirigetur in terra. Impiorum autem perſona non dirigitur ità, ſed eorum iniqtas dirigi dicit, ſicut Daniel. 8. de ſceleratiſſimo Antiocho eſt prædictũ, Dolus in manu eius dirigetur. [Indignatio regis,] eſt [× nuncius mortis:] id eſt, inſinuatio interfectionis mox futuræ ei, cõtra quem rex indignat, quod intelligendum eſt de indignatione prædominãte, vel etiã iuſta, ex alicuius graui exceſſu concepta à rege. Reges etenim taliter indignantes, proni ſunt dictare ſententiã mortis in eum cui indignantur. [& vir ſapiens placabit × eum,] id eſt, regem iratũ, pièexcuſando rem pro poſſe, aut intercedendo pro eo. [In hilaritate vultûs regis, vita:] id eſt, ſubditorũ ſeu reorum conuerſatio in vita, ſperatur ex hoc, quòd rex hilarem vultum eis oſtendit. [& clementia eius quaſi imber ſerotinus:] id eſt, multùm ſuauis & fructuoſa, eſt ſubditis clementia regis ſeu principis ſui, ſicut pluuia veſpertina terrenaſcentibus. Verùm iſta de Chriſto preſertìm accipi queunt, qa in adſpectu ſui iucundiſſimi vultûs, vita glorię æternalis conſiſtit. Propter quod orat Pſalmiſta: Oſtende faciem tuã, & ſalui erimus. Moſes quoquè Exod. 33. Si inueni, inqt, grãm in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuã. De quo princeps Apoſtolorũ fatetur, Quia in ipſum deſiderãt angeli proſpicere, cuius clementia eſt quaſi imber ſerotinus. Circa quod ait Gloſſa: Serotinus imber vſq; nunc in Iudæa maturis ſolet fructibus prouenire, vbi Dominus matutinã & pluuiam ſerotinã promittit, per Prophetã dicendo: Dabo vobis pluuiam matutinã & ſerotinam terræ. ¶Spiritaliter aũt pluuia matutina eſt, quandò prima gratiæ ſeu doctrinæ ſemina credendi in Chriſtum ſuſcipimus: ſerotina verò, quandò iam maturis ſeu perfectis virtutũ fructibus, in horreo Dei recondimur. Et benè clementia Chriſti regis noſtri, imbri ſerotino comparatur: quia q fructũ vitæ benè agentes percipimus, non facit libertas noſtri arbitrij, ſed irrigatio doni ſuperni. [Poſſide ſapientiã, quia auro melior eſt: & acqre prudentiam, qa precioſior eſt argento.] Iſtud præhabitũ eſt, & ſatis expoſitum. Deniquè ſapientia per violentiã non aufertur, antiqtate non corrũpitur, abſcõſſione inordinata minuitur, cõmunicatione charitatiua multiplicatur, ſapientia nihil ardentiùs diligitur,

Pſal. 139. ×nuncij ×eam Pſal. 79. 1. Pet. 1. Iohel. 2.

gitur, nil dulciùs poſſideri: atq; vt Tullius loquitur, Reipublicæ commoda multa prouenient, ſi moderatrix omnium rerum præſto ſit ſapientia. Hinc ad eos qui ipſam adepti ſunt, laus, honor & dignitas confluunt. In ſapientia excolenda, honeſtas vitæ eſt ſita: & in eius negligentia, turpitudo eſt maxima. Verùm ad iſtã ſapientiã nõ ſufficit ſcire diuina, ſed exigitur conuerſatio virtuoſa & impaſſionata. Propter quod dixit Apoſtolus Iacobus: Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuã in manſuetudine ſapientiæ. [Semita iuſtorũ] id eſt, lex diuina ſeu obſeruãtia præceptorũ in qbus ambulãt iuſti, [declinat mala:] id eſt, vitat peccata, & ſupplicia eius infligenda. [cuſtos animæ ſuæ ſeruat vitã ſuã. [Contritionem præcedit ſuperbia:] qa ſuperbiendo merent homines deſtrui ac dãnari. [& ante ruinam exaltat ſpũs:] id eſt, ſeipſum extollit, ſeq; extollendo deijci promeret, quemadmodùm Iſa. 2. habet: Dies Domini ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogãtem, & humiliabit. Ideò per Abdiam loquitur Dominus: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidũ tuum, indè detrahã te. Vndè de Nabuchodonoſor potentiſſimo rege ſcriptũ eſt Daniel. 5. Quandò eleuatũ eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiã, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & à filijs hominum eiectus eſt. [Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.] Nam primũ horum eſt virtuoſum, ſecundũ damnabile. Hinc ait Apoſtolus Hebræo. 11. Fide Moſes grãdis effectus, negauit ſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimãs theſauro Aegyptiorum, improperiũ Chriſti. Et Pſalmiſta: Elegi, inqt, abiectus eſſe in domo Dei mei magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. [Eruditus in verbo,] id eſt, qui alios inſtruit ſapienter, eruditeq; loquit. [reperiet bona] gloriæ pro mercede, & profectũ gfæ in hac vita. [& qui ſperat in Domino] ſpe formata, quæ ex gfa meritiſq; procedit. [beatus eſt] iam per inchoationem ac meritũ. Ideò loquit Iſaias: Deus iudicij dominus, Beati omnes q expectãt eum. [Qui ſapiens corde eſt, appellabit prudens:] quãuis in ſolitudine degens, nulliq; preſidens, non inſtruat alios. Sapientia aũt & prudentia ſunt cõnexæ, & frequenter vnum pro alio ſumit. [& qui dulcis eloquio, maiora reperiet:] id eſt, q non ſolùm ſapiens in corde eſt, ſed alios quoquè facundè & efficaciter docet, fidem contra perfidos protegit, & viam iuſtitiæ toto defendit conatu, maiora reperiet, id eſt, præmia ampliora, cæteris paribus, quàm is qui ſapiens mente eſt, nec alijs prædicat: nam doctoribus & prædicatoribus datur aureola. Veruntamen magnitudo præmij eſſentialis correſpondet perfectioni charitatis, in qua qui perfectior eſt in via, maior & glorioſior erit in patria. Deniquè q dulcis eſt eloquio, maiora reperiet: qa facundi in verbis & ſententioſi, ſunt communiter valdè accepti hominibus & reputant, magnaq; commoda conſequunt. Dulcis aũt eloquio nuncupat, qui habet non ſolùm bonã expreſſiuã, ſed bonam etiã impreſſiuam: nec ſolùm promptus eſt ad verborum prolationem rhetoricã, ſed & verba ſapientialia profert. Sapientes etenim auditores maiorem ſentiunt delectationem in ſenſu, quàm in ſono ſermonis. [Fons vitæ, eruditio poſſidentis:] id eſt, doctrina & informatio eius qui ſapientiam poſſidet, diſponit audientium corda ad vitam gratiæ, adeptionemq; gloriæ, reuocãdo eos à vitijs, & ad pœnitentiam ſeu profectum virtutum alliciendo. [doctrina ſtultorum, fatuitas:] hoc prehabitum eſt. [Cor ſapientis, erudiet os eius:] id eſt, ſapiens per ſapientiam ſui intellectũs, diriget os eius ad loquendum ſalubria, loco & tempore opportuno, recta intentione, & cum diſcretionis moderatione. [& labijs illius addet grãm:] id eſt, acceptabilitatem in loquẽdo ſeu fructum locutionis, ità quòd verba eius audient libenter, & fructificabũt. Hinc dixit Propheta: Dixi, cuſtodiã vias meas, id eſt, cogitationes & affectiones, vt non delinquam in lingua mea, id eſt, nè ex irrefrenata cogitatione aut inordinata affectione ad loquendum prorumpam. [Fauus mellis] ſunt [verba compoſita:] i. ordinatè, facundè, ſapienter prolata, qm̃ audientium aures ac mentes delectant, quemadmodùm fauus mellis iuſtum. Ideò Seneca teſtatur: Comes facundus in via pro vehiculo eſt. ¶ Spũaliter autem verba ſcripturæ dulciſſima ſunt, prout canit Pſalmographus: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Veruntamen quanuis eloquentia ſit donum naturæ non paruum, non tamen eſt importunè optãdum aut nimis appreciãdum, nec contriſtari quis debet, quoniam caret illa, quum ſit multis occaſio multiplicis culpæ & perditionis æternæ. Ipſe quoquè defectus loquelæ, eſt multis occaſio vitãdi diuerſa vitiorum pericula, & humiliãdi ſeipſos. Idcircò in libro de ciuitate Dei aſſerit Auguſtinus, q pulchritudo & eloquentia magis frequenter dantur reprobis, quàm electis, nè electi ea nimis apprecient. [dulcedo animæ] eſt [ſanitas oſſium:] id eſt, bona & iucũda diſpoſitio cordis, redundat in corpus, & ſanitatẽ eius conſeruat

Iaco. 3.

Abd. 1. a

Pſal. 83.

Iſa. 30.

Pſal. 38.

Pſal. 118.

& au

& auget. ſimiliter ſanitas oſſiũ, id eſt, bona corporis habitudo redundat in animã, & eã obledat. Poſſunt quoquè per oſſa virtutes intelligi, quarũ ſanitas, i. immunitas à læſione peccati, ſynceritas ſeu perfectio, iucũda eſt animæ, qm̃ virẽ ex ſua natura delectabilis eſt. [Eſt via quę videt homini recta, & nouiſſima eius deducũt ad mortem.] hoc 14. cap. expoſitum eſt. [Anima laborãtis, laborat ſibi:] id eſt, anima exercentis opera corporalia aut ſpũalia bona, facit ea ad ſuũ profectũ aut commodũ, & pro neceſſarijs corpori aut animę. Ideò monet Apoſtolus 2. Tim. 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Et rurſus 1. Cor. 15. Labor veſter non erit inanis in Domino. Item q; 1. Cor. 3. Vnuſquiſq; accipiet ſecũdùm ſuũ laborem. [qa compulit eũ] ad laborãdum [os ſuum:] id eſt, ſermo quo ſe adſtrinxit ad benè agendũ in fonte baptiſmi, in ſuſceptione ordinis ſacri, aut in profeſſione monaſtica, vel in foro confeſſionis ſiue in actu prædicationis: quia quod alios docet, facere obligat. Os quoquè corporale quo comedit homo, compellit ad laborãdum pro ſuſtentaculo vitæ. Similiter primus homo de paradiſo expulſus, laborauit ſibi, p neceſſarijs vitæ, ſicut dictũ eſt ei: In ſudore vultũs tui veſceris pane tuo: qa compulit eum os ſuũ, id eſt, peccatũ quod commiſit ore proprio, manducãdo de pomo propter quod fuit expulſus, laboribus q; addictus. [Vir impius fodit malũ:] id eſt, exqrit ac excogitat qualiter praua ſua deſideria ad effectum perducat, ſicut ait Ieremias propheta: Vt iniquè ageret, laborauerũt. Et Pſalmiſta: Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo. De talibus Iob 34. ait ſcriptura: Quaſi de induſtria receſſerũt à Deo. Et Iere. 4. Sapientes ſunt vt faciãt malum. Vel, impius fodit malũ, id eſt, doloſè præparat proximo ſuo damnũ, laqueum ſiue periculũ, ſicut ait Saluator per Prophetã: Foderunt foueã animę meę. ¶ Hoc modo hæretici ac alij deceptores fodiunt malũ, dum ex ſcripturis quaſdã extrahunt authoritates, ad comprobãdum ſuos errores, qbus alios ſtudent illaqueare. [& in labijs eius ignis ardeſcit] id eſt, locutio malè feruens, flamma iræ, impatientiæ, falſi q; dogmatis, ſpiritales diuitias conſumentis. [Homo peruerſus ſuſcitat lites:] id eſt, per verba iniurioſa, aut opera violenta, per quę inter ſe & alium, vel inter alios contentiones & bella procurat. [& verboſus ſeparat principes:] ſeminãdo inter eos diſcordias, ſeu vnũ contra aliũ inſtigãdo. [Vir iniquus lactat] id eſt, blandiendo fallit] amicũ ſuum:] id eſt, proximũ à quo amatur, vel quem ipſe ſimulat ſe amare, [& ducit eũ per viã non bonã:] id eſt, ad vitia & incommoda trahit eũ, iuxta illud Pſalmi: Loquunt pacẽ cũ proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorum. [Qui attonitis oculis] id eſt, oculis corporalibus cũ ſigno ſuperbiæ eleuatis, aut quaſi quodã pauore concuſſis, [cogitat praua:] quę alteri cupit inferre aut facere. Vndè dicit ad Iob: Quid te eleuat cor tuũ, & quaſi magna cogitãs, attonitos habes oculos? [mordens labia ſua,] ex phantaſia proterua, atq; imaginatione intẽſa, qua cupit implere quod cogitat, iuxta illud Pſalm. 111. Dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. [perficit malum:] id eſt, ad effectum citiùs quo poteſt, ſuũ vitioſum affectũ perducit. [Corona dignitatis] eſt [ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperiet:] id eſt, ſenium ſanctũ in virtutibus exercitatũ: ſeu cordis maturitas, eſt dignitas valdè præclara coronationeq; digna. Vndè Leuit. 19. ſcriptũ eſt: Corã cano capite conſurge, & honora perſonã ſenis. [Melior eſt patiens viro forti:] corporali robore, non virtutũ vigore. Patientia enim eſt præclara & vtiliſſima virtus, & neceſſaria valdè, quæ paſſionẽ triſtitiæ moderat ac frenat, & naturalibus ac corporalibus donis longè præſtãtior eſt. De qua aſſerit dominus Luc. 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. [& qui dominat animo ſuo, id eſt, animoſitati proprię ac cæteris motibus paſſionũ, per virtutes morales, melior & fortior eſt expugnatore vrbiũ.] Incomparabiliter enim virtuoſius eſt, per grãm & virtutes ſuperare ſeipſum, & vitia extirpare, paſſiones q; reformare, quàm armis & viribus corporalibus deſtruere vrbes. [Sortes mittunt in ſinũ:] id eſt, in abſcondito reconduntur. [ſed à Domino temperant.] id eſt, diuina prouidentia eas diſponit, atq; ex iuſti ac ſapientiſſimi Dei volũtate, ordinatione q; prouenit quis qd accipiat, quę ſors illi aut illi proueniat, & q talis aut talis ſors cadat ſuper illũ aut illũ. Vniuerſa nanq; & ſingula, ſub diuinę prouidentię ordinatione comprehenduntur, quemadmodùm aſſerit Chriſtus: Nonnè quinq; paſſeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? ſed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt: Quod Matthæus ſic expreſſit: Nonnè duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadit ſuper terrã ſine pre veſtro? Poſſent aũt hic multa introduci de ſortibus, vtpotè qd ſit ſors, & de ſpeciebus ipſius, qualiter etiã liceat ſortibus vti, & qualiter non, de qbus hoc loco pertranſeo, quoniã alibi indè ſcripſi, preſertim ſuper Ionam. Et Thomas in Secunda Secundę de his tractat diffuſè, cuius determinationem hic ſequit Lyra. ¶ Poſtremò, quod dictũ eſt, Melior eſt patiens viro forti, & q dominat animo ſuo, expugnatore vrbiũ: ordibus noſtris indelebiliter inſcribamus, & patientiã tanq; ſponſam chariſſi-

Ier. 9.

Pſal. 35.

Ier. 18.

Pſal. 17.

Iob 15.

Luc. 12.

Mat. 10.

mam

mam iugiter amplectamur, vincamus nosipsos, & omnem animositatem, impetuositatem, impatientiã detestemur ac fugiamus, quũ ad Hebræos 10. dicat Apostolus: Patientia vobis
Ephe.4. necessaria est, vt volũtatem Dei facientes, reportetis promissionem. Et alibi: Cũ patientia supportate inuicẽm in charitate. Nẽpe, vt ait Gregorius: In hoc mens iusti ab iniusta discernitur, ꝙ mens iusti, laudem omnipotentis inter aduersa confiteꝫ, ꝙ rebus aduersis non frangitur, ꝙ casu gloriæ exterioris non labitur. Qui iterùm ait: Non est perfectè bonus, nisi qui & inter malos est bonus: nec bonus dici mereꝫ, qui malos tolerare detestaꝫ. Hinc & Seneca in suis ait Prouerbijs: Feras quod lædit, vt prosit tibi quod fers. Fer difficilia, vt prospera & facilia benè feras: velox doloris remedium est patientia. qd autem sit patientia, Tullius docet: Patientia, inquiens, est honestatis aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.

¶ Declaratio cap. 17. Melior est buccella sicca cum gaudio. Art. 17.

MElior est buccella sicca cũ gaudio] spirituali, quod habet vir sobrius in refectione frugali, moderata & abstinentiali. [quàm domus plena victimis] id est, delicatissimis epulis, quę ex oblationibus cesserũt in vsum & esum offerentiũ. meliora nãq; in lege iubebanꝫ offerri. [cũ iurgio.] Modicũ emꝫ tẽporale cũ adiuncto bono virtutis, incomparabiliter melius est quacunq; re temporali magna & preciosa. Atq; (vt ait Chrysostomus) simplicior victus & mensa mediocris, plurimùm iucũditatis habet & synceritatis, ac sobrij hominis mensam ornãt panis & aqua: econtrariò diuitũ mensę execrabiles sunt & horridę, & contaminationis corporũ animarumq; plenæ. Ex his insinuatur, quàm enorme peccatũ sit iurgiũ, & quàm abominabiles existãt epulationes, in qbus lis & iurgiũ admiscenꝫ. [Seruus sapiens dominabit filijs stultis.] Nam, vt primo Politicorũ ait Philosophus: Hi qui rõne intellectuq; vigent, naturaliter sunt Domini & rectores aliorum. Sæpè quoquè parentes cõmittũt suis ministris prudentibus dirigere sobolem suã adhuc imprudentem. Sapientes etiã serui, per suã sapientiã frequenter prosperanꝫ & sublimanꝫ. Filij aũt stulti econtrariò per regimen malũ depauperanꝫ ac deprimunꝫ. [& inter frẽs hæreditatem diuidet:] quũ fuerit dominãs eis, qa tũc fratribus seu filijs stultis discordãtibus, de modo diuidendi bona paterna, eligũt eum in iudicem huius rei, vel ipse concordat ac dirigit eos. Vel sensus est, ꝙ filijs stultis patrimonia sua vendentibus, ipse partem illorũ acquirit & emit, sicq; diuidit inter eos, id est, partem hęreditatis ipsorũ sortitur. [Sicut igne probaꝫ argentum & aurum camino, ità corda probat Dominus:] id est, sicut per ignem examinaꝫ ac
Psal. 7. depuraꝫ argentũ & aurum, sic Dominus iudex vniuersorum, per aduersa iustos suos probat, tentat, examinatq; electos & iustos, an verè sint iusti, non vt sibi hoc innotescat, sed pro maiori eorum mercede & saluberrima exercitatione, atq; vt virtutes eorum alijs in exem-
2. Tim. 2. plum ponanꝫ. Non emꝫ coronaꝫ, nisi q legitimè certauerit. Hinc scriptũ est Sap. 3. Tanquàm aurũ in fornace probauit illos. Patiẽtia igit in aduersis, signũ est veræ virtuositatis: qa dum homo fictè bonus, in camino aduersitatis statuitur, mox instàr malæ ollæ per impatientiam crepit, & per verba ac signa impatientiæ exilit. Vndè Ecclesiastic. 27. scriptũ est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hinc loquiꝫ Augustinus: Perfacilè est vestem cõtemptã portare, capite inclinato incedere, velum super oculos demittere: sed verè virtuosum ac humilem patientia monstrat. Concordatq; cũ his, quod Seneca in suis dicit Prouerbijs: Ignis aurũ probat, miseria (id est, aduersitas) magna fortes viros. [Malus obedit linguæ iniquę:] id est, ei q iubet illicita & iniqua, & quę scit talia esse, quod malum est. In licitis etenim & honestis tantùm est obediendũ. Sed impij serui ac subditi citiùs obtemperãt superiori suo in vitijs, quàm in actibus virtuosis. [& fallax obtemperat labijs mendacibus.] sic iudex iniquus audientiã prębet testibus falsis ac fraudulentis, vt suã excuset & coloret nequitiã, fingit se propter aliorũ dicta sic agere, quũ tamen sciat eos falsè locutos.
Pro.14. [Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius:] hoc suprà expositũ est. [& qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.] Nunquàm licet gloriari de proximorum ruina in culpam. hoc est, de transgressione eorũ, quia hoc contrariaretꝫ charitati Dei, qui peccato inhonoraꝫ, charitatiq; ꝓximi, q peccãdo spũaliter moritur. Sed de ruina pœnæ, i. iusta punitiõe alterius lætari ex zelo iustitiæ, & inquantùm expediens est saluti, non est illicitum: gaudere verò de aduersitate & pœna proximi, inquantùm est aduersitas quædam & pœna, non inquantùm est medicina, & vtile qd pro pace communi & conuersatione iustitiæ, manifestè illicitũ est. Similiter lætari de quacũq; ruina alterius ex ira seu odio, similíve radice peruersa, certum est esse iniquũ. Talis ergò non erit impunitus, qa aut punietꝫ à iudice deo, aut per contritionem & pœnitentialẽ satisfactionẽ puniet semetipsum, aut alio odio debitam feret pœ-

pœnam. Hinc sanctus Iob ait, Si gauisus sum ad ruinã eius q oderat me, & exultaui ꝙ inuenisset eum malum. Et Michęas prophęta ait, Nè læteris inimica mea super me, quia cecidi. Ita q; labentibus & peccãtibus cõdoleamus ex corde, & oremus pro eis, dicentes: Ille hodiè, & ego cras. [Corona senũ, filij filiorũ:] i. bona posteritas est dignitas & exultatio progenitorũ suorũ, præsertim iustorũ. Sic Apostoli facti sunt corona Patriarcharũ ac Prophetarũ, ex quibus duxerunt originem. ¶ Similiter spiritales filij, vtputà imitatores fideles prælatorum & institutorũ suorum religiosorum ac deuotorũ, sunt corona ipsorum, quoniam patres tales sunt principes meritorum ac præmiorũ suorum sequacium. Propter quod in prima ad Thessaló. epistola scribit Apostolus: Quæ est enim spes nostra, aut gaudiũ, aut coro- 1. Thess. 2.
na gloriæ? nonnè vos? [& gloria filiorũ patres eorũ:] quia hoc gloriosum & iucundũ est filijs, ꝙ de virtuosis & prudentibus parentibus nati sunt. Similiter fidelibus gloriosum est, ꝙ spiritales prẽs eorũ sancti Apostoli, cæteriq; Apostolici viri & prælati, tales ac tanti fuerunt. Vndè Corinthijs scribit Apostolus: Vos estis gloria nostra, sicut & nos vestra. Veruntũ inhac re frequenter error contingit, qm̃ multi superbi & vani magìs glorianꝫ de suorum 2. Cor. 1.
parentũ nobilitate carnali, quàm spirituali. Rursùs quidã de patrũ suorũ sanctitate & fagacitate se iactãt, quũ tamen eorũ virtutes imitari non studeãt. Talibus enim ait sacratissimus Ioannes Baptista: Nè cœperitis dicere: Patrem habemus Abraam. Christus quoquè: Si filij Mat. 3.
Abraæ estis, opera Abraæ facite. [Non decent stultũ verba compositа:] quia non viuit se- Luc. 3.
cundùm scripturã, nec dignus est alios edocere, nec aptus vt ei committaꝫ negocium ar- Ioan. 8.
duum, ad cuius expeditionem exigunꝫ aut conferunt verba sapientialia ordinatè prolata. [nec principem labiũ mentiens.] Princeps nãq; & iudex & omnis q præest, debet esse quasi viua lex & animata iustitia, director & regula quædã subditorũ suorũ, vt eos ab erroribus & vitijs reuocet, & ad vera iustaq; dirigat. Ideò maximè indecens est, eum esse mendosum siue iniustum. [Gemma gratissima, expectatio præstolãtis:] id est, ipsa spes copiosæ mercedis ac futurę consolatiõis, exhilarat expectãtem ac laborãtem tãquàm preciosissimus lapis. Vndè ait Apostolus Rom. 12. Spe gaudentes. Et Saluator: Gaudete in illa hora & exultate, qm̃ mer- Mat. 5.
ces vestra copiosa est in cęlis. Propterea ait Hieronymus: Spes præmij minuit vim flagelli. Iterùm expectatio præstolãtis, id est, bonũ à pręstolãte expectatũ, tãquàm gratissima gemma ipsum lętificat, & maximè beatitudo cælestis, & eius expectatio cõsolanꝫ viatores huius exilij, quæ beatitudo per preciosam margaritã designaꝫ. Hinc & Apostolus ait: Gloriamur Rom. 5.
in spe gloriæ filiorũ Dei. [quocunq; se vertit] id est, quicqd talis præstolãs egerit, [prudenter intelligit:] id est, vigilãter considerat bonũ illud quod finaliter pręstolaꝫ, & taliter operaꝫ, sicut necessariũ est ad obtinendũ hoc bonũ speratũ. [Qui celat delictũ] id est, culpã proximi sui non manifestat alijs inordinatè, nec eũ diffamat neq; irridet, sed potiùs, sicut docet Saluator, corripit illũ charitatiuè inter se & illũ solũ. [quærit amicitias.] id est, per hoc pro- Mat. 18.
curat sibi amicitiã illius, & est amator charitatis ac pacis. Veruntũ si crimen alterius vergeret in dispendiũ boni cõmunis, vel de illius emendatiõe spes nulla aut pauca haberetꝫ, aliter esse tagendũ. Prouidendũ est aũt famę proximi, quãtùm saluis iustitia & ordine charitatis, conueniẽter fieri potest, [q altero sermone repetit,] id est, ea quę audiuit, aliter quàm audiuit, resumit, verba mutãdo aut aliqua adijciendo, seu quę bona intentione prolata sunt, interpretãdo peruersè. [separat fœderatos,] id est, discordiã seminat inter amicos fœdere pacis cõiunctos, q credũt tali repetitioni. Sicq; vnus eorũ credit aliũ de se malè locutũ, propterea concitaꝫ aduersùs illum. Istud frequenter contingit à dolosis prauissimisq; hominibus, q sunt cooperatores, satellites & instrumenta diaboli ad faciendũ turbationem, discordiã, litẽ, inimicitiã inter fideles. Sũmè ergò vitãdũ est vitiũ istud, atq; oppositio modo agendum est, vt s. malè prolata, & discordiæ prouocatiua taceanꝫ, & benè prolata resumanꝫ, nisi forsan ad auiſandũ proximũ de imminẽti periculo, oporteret aliquid tangi de malè prolatis, quod tamen tunc cũ magna cautela fieri debet. Quidã legunt, Qui alto sermone repetit, id est, clamorosè culpã alterius sine rõnabili causa pãdit, separat fœderatos, id est, fœdus pacis inter se & aliũ violat, qa illũ per hoc offendit. [Plùs proficit correctio] id est, verbalis & charitatiua correptio seu disciplinę inflictio [apud prudentem.] id est, in eo q correptionem sumit gratãter, exhibendo se docilem, dirigibilem, gratũ, quod pertinet ad prudẽtem. [quàm centũ plagę apud stultũ:] id est, durũ, indirigibilem, impatientẽ, superbũ, q ex medicinali castigatione fit peior. De tali prudente ait Hieronymus: Quid necesse est bis pungere non recalcitrãtem, & per se satìs erubescentẽ, confundere amplìùs? Cui sua ratio, est magistra: cui ꝓpria cõscięntia, virga: cui ingenita verecũdia, lex disciplinę. [Sẽper iurgia quęrit malus:] i. homo inquietus, passionatus, præsertim q in irascibili abũdat, Cholerici autẽ &

Melancholici, niſi virtute & gra reprimant, ad iurgia proni ſunt. [angelus autem crudelis mitteꝫ contra eum.] Per Angelũ crudelem, quidã intelligunt iudicis ſeruum, q mittit ad talem capiendũ & puniendũ. Sed quum pœnæ vitæ preſentis, ſint medicinales, & pia intentione infligendæ, non videꝫ quòd nuncius iudicis ſecularis vocetur crudelis. Idcirco per Angelum crudelem aptiùs deſignat ſpũs maligꝰ, q tempore mortis mittit ad trahendum talem ad Dei iudiciũ & ad pœnas, vel etiã permittit talem iniquum ad maiora quotidiè crimina in præſenti vita inducere, aut quibuſdã tormentis afficere, quemadmodùm de Aegyptijs fertur in Pſalmo: Miſit in eos iram indignationis ſuæ, immiſſiones per Angelos malos. Pſal. 77. Sicque in Regula ſua allegat hæc verba ſanctus Baſilius, q & verba ſtatim præhabita, ſcilicet, iurgia quærit malus, iuxta antiquã tranſlationem allegat ſic: Contradictionem ſuſcitat omnis malus, quod de inobedientibus exponit. [Expedit magis] id eſt, minùs periculoſum eſt, [vrſæ occurrere raptis catulis] id eſt, quę perdidit catulos ſuos, ꝓpter quod valdè ſeuit, & primũ ſibi occurrentem ſolet inuadere, ſuſpicãs catulos ſuos per illum ſibi ſubtractos. [quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua:] id eſt, ſuperbo præſumptuoſoq; homini in ſua peruerſitate ſperãti, qui non ſolùm corpus, ſed & animã quærit occidere. Nam vt in politicis ait Philoſophus, Homo vitioſus, lege atq; iuſtitia deſtitutus, eſt peſſimũ animal, & milliès peior brutis. ¶ Spũaliter autem, per vrſam deſignat gentilitas, cui occurrere leuiùs fuit catholicis viris, q catulos gentilitatis rapuerũt, conuertendo eos ad Chriſtũ, quàm ſtulto confidenti in ſua ſtultitia, id eſt, hæreticis in ſuis argumentis vanis ac friuolis, ſtultè preſumentibus, [qui reddit mala pro bonis,] ſicut populus Iudæorũ Chriſto, qui per Prophetã effatur: Nunquid reddit malũ pro bono? [non recedet malũ de domo eius:] id eſt, de corde ipſius, vel de ſobole atq; familia ſua, ipſum in malis ſequente. Iere. 18. Iſtud nanq; ingratitudo eſt maxima, ad quã ſequunt & alia crimina multa. Sicq; talis ingratus implet malis culpę ac pœnæ. Verùm (vt Seneca in lib. de bñficijs tãgit) Primus gradus ingratitudinis eſt, Beneficiũ non recognoſcere, neq; recolere, ſed potiùs obliuiſci aut diſſimulare. Secũdus gradus, eſt bona pro bonis non exhibere. Tertius, mala pro bonis rependere. Ingratitudo itaq; eſt enorme peccatũ, quo meret homo amittere quod accipit. [Qui dimittit aquã, caput eſt iurgiorũ:] hoc quidã exponũt ſic: Qui omittit bibere aquã, & potat vina, origo eſt contentionũ & litium, quę ex vini potatione ſæpè ſequunt. Videt autem ſic potiùs exponendũ: Qui aquã facit ex fluuio deſeruienti communitati aut perſonę alicui, decurrere, cauſa eſt iurgiorũ, quæ ex tali damno communitati vel perſonę illato, ſequunt. Circa hoc dicit Lyra, in Hebræo haberi, Qui aperit aquã, principiũ eſt iurgiorũ: id eſt, q apertura facit in alueo fluminis, per quam exeat & decurrat, principium eſt iurgiorum: quoniam ſicut apertura illa primò eſt parua, & paulatim augetur, ſic iurgium in principio modicũ, paulatim fit grande. Sed iuxta expoſitionem magis iam approbatã, dimittere, ſumit hîc ſatis aptè pro aperire: ex quo etiam conſtat, quòd prima quorundam expoſitio, primò inducta, non conſonat Hebraicæ veritati. Porrò Gloſſa per aquam intelligit fluxam & irrefrenatam locutionem, ex qua lites naſcuntur, ſicq; aquã dimittere, eſt linguã in fluxum verborũ repræhenſibiliũ relaxare. Qui ergò dimittit aquã, caput eſt iurgiorum: qa qui linguã non frenat, concordiam diſſipat proximorum, contra quod ſcriptum eſt Prouerbio. 26. Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. Econuerſò lingua in bonam accipit partem, quum dicit Prouerb. 18. Aqua profunda verba ex ore viri. [& antequàm patiat contumeliam] à proximo talis contentioſus, [iudicium deſerit:] id eſt, rectum rationis iudiciũ atq; diſcretionem relinquit: Primò, irrationabiliter alijs iniuriãdo, de quo iudicio ſcriptũ eſt Iob 34. Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? Deſerit quoquè iudicium diſceptationis, qa in foro contentioſo coram iudice reſugit apparére ac reſpondere, conſcius ſibi de ſuo exceſſu in proximũ, per quod oſtenditur reus. Ideò Seneca in ſuis ſcribit Prouerbijs: Fatetur facinus is, qui iudicium fugit. Et rurſùs: Legem nocens veretur, fortunam innocens. [Et qui iuſtificat impiũ] id eſt, eum quem probabiliter ſcit eſſe reum, aſſerit eſſe iuſtum. [& qui condemnat iuſtũ, vterq; abominabilis eſt apud Deum.] Mat. 27. Tales fuerunt petentes ſibi Barabbam, tanquàm Chriſto innocentiorẽ, dimitti, & Chriſtum occídi. De talibus loquitur Deus Ezechiel. 13. Interfecerunt animas, quę non moriuntur, & viuificabãt animas quę non viuunt, mentientes propter pugillum hordei & fragmen panis. Tales ſunt iniuſti prælati, in qbus regnat perſonarũ acceptio, & prędicatores blandi, q propter cómoda ſua veritatem relinquunt. ¶ Circa hęc poſſet grandis inquiſitio fieri, Quid agendum ſit iudici in foro iudicij, dũ innocẽs corã eo conuincitur teſtibus & reus ꝓbatur, quẽ iudex ſcit iuſtũ & innocentẽ? de qua queſtiõe ſuper Exodũ pleniùs ſcripſi, idcirco iam trãſeo. [Quid, pdeſt habere diuitias ſtulto, quũ ſapientiã emere nõ poſſit?]

Quaſi

Quaſi dicat, homini vitioſo magis obeſt quàm proſit opulentia terrenorum, quum ea non vtatur ad ſpiritualia chariſmata obtinenda, qua ſi benè vteretur, poſſet opera miſericordiæ, dona gratiæ, ſapientiamq; acquirere. Nec iſtud ideò dictum eſt, quaſi liceat ſpũalia bona per temporalia comparare, ſed metaphoricè loquitur. Sic in Euangelio Dominus: Quarè, inquiens, non dediſti pecuniam meam nummularijs, & ego veniens, accepiſſem vtiquè quod meum eſt, cum vſura? Itaq; exteriores diuitiæ ſine interiori opulentia obſunt, & ingratum, multisq; peccatis obnoxiũ efficiunt hominem. ¶ Conformiter nihil prodeſt Iudæis & hæreticis, ac impijs Chriſtianis, habere diuitias ſcripturarum, ingenium, ſapientiam acquiſitam, copiamque verborum, quum Chriſtum qui eſt virtus & ſapientia Dei patris, non habeant. Hinc Cyrillus in ſuis teſtat Prouerbijs: Auaritia habet oculum, ſed non viſum: nam bonum diligit, & ſummum bonum (propter quod cętera ſuo modo appetibilia ſunt) non agnoſcit. Si igitur finem amabilium, verum & ſummũ bonum, quæris, fuge aurum, ſperne diuitias, flammã extingue cupiditatis. Non enim ditant, ſed depauperant, dum animum vitioſitate captiuant. Quære virtutem, & ſummũ bonum, quod quæris, intùs habes: theſaurus etenim ſummæ bonitatis, non niſi in amatoribus ſuis conſiſtit. [Qui altã facit domum ſuam,] id eſt, ſeipſum aut ſuam cognationem ſuperbè extollit, [quærit ruinam:] id eſt, ſuiipſius deiectionem: quia qui ſe exaltat, humiliabitur. [& qui euitat diſcere] ea quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, vel ad victum habendum, [incidit in mala:] id eſt, diuerſa & magna peccata, atq; pericula: qa vt 1. Cor. 14. ait Apoſtolus, qui ignorat, ignorabitur. Immò (ſecũdùm Ambroſium) ignorantia talium, eſt peccatum grauiſſimũ, id eſt, maximè periculoſum. Qui enim ignorat quid vitare, quid facere teneat, in omne malum pręcipitatur. Attamen verſus iſte in Hebrẽo nõ cõtinet. [Omni tempore diligit] Deum & proximũ, [qui amicus eſt:] id eſt, verus amator Dei & proximorum, non quòd omni tempore actualiter diligat, ſed omni tempore opportuno: nec ſic intelligendũ eſt, quòd habens charitatem, non poſſit eam amittere, aut amiſſam recuperare, recuperatamq; denuò perdere, vt quidam finxerunt hæretici, allegantes illud Apoſtoli, Charitas nunquàm excidit: ſed ideò dicitur verus amator ſemper amare, quia ad verã & ſpiritalem ſpectat dilectionem, vt quãtùm in ea eſt, nuſquàm deficiat, quãuis ex libertate, mutabilitate & infirmitate ſui ſubiecti, poſſit deficere & amitti, iuxta quem modũ apud Iuriſtas: Iuſtitia diffinit eſſe conſtans atq; perpetua voluntas exhibendi vnicuique quod ei debet. Vel dicitur amicus omni diligere tempore, qa non ſolùm tempore proſperitatis, ſed & tempore amat aduerſitatis, in quo maximè innoteſcit, an ſit verus amator: Propter quod ſubditur: [& frater in anguſtijs comprobatur:] id eſt, in aduerſitatibus & indigentijs pater, an quis fraternaliter diligat proximum ſuum: qa ſi tunc deſiderat eũ, non eſt ſyncerus eius amator. Ideò Eccleſiaſt. 16. ſcriptum eſt: Si poſſides amicũ, in tentatione poſſide eum, & nè facilè credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanet in die tribulationis. Sic quoquè tempore perſecutionis & aduerſitatis oſtenditur, quis verè ac ſtabiliter diligat Deum. Vndè de quibuſdam ait Saluator, quòd radices non habent, qa ad tempus credunt, & tempore tentationis, facta ſcilicet perſecutione propter verbum Dei, recedunt. Præinductis autem de charitatis inuiolatione, concordat quod Caſſiodorus ait: Qui verè amicus eſt, omni tempore diligit, tormentum non ſeparat, labor non laſſat, theſaurus non ſuperat, alienus amor non occupat. Hinc ait & Seneca: Amicos ſecundæ (id eſt, proſperæ) res optimè parãt, aduerſæ certiſſimè probãt. [Homo ſtultus plaudit manibus,] i. mente gaudet, & ſigna lætitię foris oſtendit. quũ ſponderit pro amico] id eſt, proximo [ſuo:] quaſi exultans ſe tantæ eſſe reputationis, quòd credi ei pro alio, & æſtimãs ſe magnum quid perpetrâſſe, non aduertens quanto periculo ſeipſum ſubiecit ſpondendo pro alio, nec ſolicitus de ſatisfactiõe, prout dictum eſt ſuper illud Prouerb. 6. Fili mi, ſi ſponderis pro amico tuo. ¶ Spũaliùs aũt loquendo, multi iam ſunt prorſus ſtultiſſimi, q cùm curã acceperint animarũ, plaudũt manibus, non penſantes q adſtrinxerint ſe ad reddendũ rõnem iudici ſummo pro animabus eorũ, quorũ ſibi curam aſſumpſerunt. Nec pro illorum ſalute agentes quicqd tenent, ſed ſola temporalia commoda, propriumq; honorem adſpicientes ac intendentes. [Qui meditat diſcordias,] id eſt, intra ſe excogitat, qualiter inter alios poſſit diſcordias ſeminare. [diligit rixas:] quę ex diſcordijs oriunt. Ideò ſicut pacifici ſunt beati, & filij Dei vocant: ſic talis turbator eſt miſer, filiuſq; diaboli meritò nuncupat. [& qui exaltat os ſuum] animoſe ſeu iactanter loquendo, vel ſeipſum laudando, aut verba iniurioſa contra alios proferendo, [quærit ruinã] id eſt, propriã improbitatem, peruerſitatem, & mala pœnalia ad ſuam iniquitatem ſequentia, quæ dicitur quærere, quoniã quærit ea quibus illa annexa ſunt, ſicut qui furatur, quæ-

rit

rit ſuſpendi, & talia, ſecundùm Philoſophum, quęrunt præter intentionem & indirectè. [Qui peruerſi cordis eſt,] vtpotè à Deo auerſus, & in malitia habituatus, [non inuenit bonum] id eſt, pacem, grām, aut ſalutem, immò in ſeipſo diuiſus eſt, & ratio ſenſualitati ſuæ ſubijcit, contra quod ſyndereſis murmurat, & conſcientia habet remorſum. Idcirco (teſte Philoſopho) homo vitioſus, nec ad ſeipſum neq; ad alterū amicitiā habet verā. [& qui vertit linguam,] loquendo ſecundùm fauorem & affectionem, non ſecundùm rōnem & veritatem, ſicut q blanditur in facie, & retrò pungit. [incidit in malum] peccati atq; ſupplicij, & frequenter incurrit diffamiam, dum linguæ ſuæ duplicitas innoteſcit. [Natus eſt ſtultus in ignominia ſua:] id eſt, ad ſuam natiuitatem conſequit deſpectio ſua, qa ob ſuam iniquitatem & facultatem iuſtè contemnit, inquātùm talis, non inquātùm homo. [ſed nec pater in fatuo lætabitur:] quia de inſipientia & peruerſitate iniqui aut ſtolidi filij contriſtatur, ſi bonus ſit pater. Similiter pater ſpūalis de inobediēte ſubdito mœret. [Animus gaudēs, ætatem floridā facit:] qa interior lætitia redundat in corpus, facitq; hominem cū iucunditate tempus ſuum expendere, atq; ad floridā pertingere ſenectutem, niſi aliundè occurrat abbreuiatio vitę. Hinc Eccleſiaſt. 30. legitur: Iucunditas cordis, hęc eſt vita hominis. ¶Similiter qui gloriat in Domino, ſanctiq; Spiritūs conſolatione aſſiduè recreat, vitā ſuam cum floribus actuum virtuoſorū deducit: Interiorq; refloritio mentis in Deo, relucet in corpore ſuo & apparatu externo. Vndè Iudith 16. dicitur: Erat populus iucundus ſecundùm faciem ſanctorum. Et Lucas ait, quòd Eccleſia per totā Iudæam & Galilæam & Samariā, habebat pacem, & ædificabat, ambulās in timore Domini, & conſolatiōe Spūſancti repleba tur. [Spūs triſtis exiccat oſſa:] Inordinata nanq; & ſecularis triſtitia, quę eſt paſſio vitioſa de damno temporali ſeu aduerſitate, eſt valdè pœnalis, corroſiuaq; cordis, complexionem diſtemperans & vitā abbreuians. Ideò ait Apoſtolus 2. Cor. 7. Triſtitia ſeculi mortem operatur. Et Eccleſiaſtic. 30. ſcribit: Triſtitiā non des animæ tuæ. multos em̄ occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Quæ autem ſecundùm Deū triſtitia eſt, vtpotè ordinata, ex conſidera tione proprij vel alieni peccati, vel alia rōnabili cauſa deſcendens, vitā grām in ſalutem ſtabilem operat. De qua in Eccleſiaſte aſſerit, Cor ſapientū vbi triſtitia. [Munera de ſinu impius accipit:] id eſt, iudex iniuſtus occultè accipit dona, [vt peruertat ſemitas iudicij:] id eſt, proceſſum & ordinem iuris, per quos ad iuſtū peruenitur iudiciū, quod quàm vitioſum ſit & vitādum, dictū eſt ſuprà. [In facie prudentis lucet ſapiētia:] id eſt, interior ſapientia mentis reſplendet in vultu, per morum compoſitionem, oculorū cuſtodiā, maturitatemq; vultūs, in quo tanquàm in fronte pudoris, & exteriorū ſenſuum loco, præſertim reſultat ac repreſentatur diſpoſitio cordis. Ideò Eccleſiaſtic. 19. dicitur: Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Hinc Seneca: Formoſa, inqt, facies, occulta commendatio eſt. Vndè de multis legitur ſanctis, q interioris ſanctitatis ac gratiæ affluentia, in eorum vultibus mirabiliter fulſit, quod maximè fuit in Chro. Nihilominùs qdam hypocritę & verſuti frequenter prætendunt maturitatem ac ſapientiæ ſigna in facie, quum intùs pleni ſint ſimulatione ac vanitate, de quibus monet Saluator: Attendite vobis à falſis prophetis, q veniunt ad vos in veſtimentis ouiū, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Sunt ergò & alia certiora ſigna ſapientiæ, ſ. conuerſatio virtuoſa. Nec enim dicendus eſt ſapiens, in quo à notitia diſſonat vita. [Oculi ſtultorum in finibus terræ:] qa vndiquè euagantur, & ad ſuę vanitatis obiecta inſipientiſſimè diriguntur: & quāta eſt inſtabilitas cordis in appræhendendo, imaginando & appetendo, tanta eſt euagatio oculorum ac cæterorum incuſtodia ſenſuum. Ideò ſancti patres teſtati ſunt, quòd incuſtoditus viſus, incuſtoditæ mentis ſit nuncius. Porrò in diuino officio ꝑcipuè reprimēdi ſunt oculi, nec ibi, immò nec alibi ĩcautè aut moroſè eſt intuendum, quod malè accendere poteſt affectum. [Ira patris, filius ſtultus, & dolor matris quę genuit eū:] id eſt, de prauitate, indiſciplinatione, & ſtultitia filij inſipientis, iraſcitur pater, tam ſpūalis quàm carnalis, & de eadem cauſa mater pia triſtatur, tam mater carnalis, quàm mater Eccleſia. [Non eſt bonum, damnum inferre iuſto:] id eſt, perſecutionem, mortem, detractionem, rapinam aut furtū, immò hoc peſſimū eſt, & peius quàm ſi inferantur iniuſto. [nec percutere principem] perſecutione corporali aut ſpūali, de qua ait Apoſtolus 1. Cor. 8. Peccantes in frēs, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. [q recta iudicat.] Immò nec princeps iniuſtus à ſubditis eſt percutiendus. Vndè Paulus in Actibus allegat id legis, Principi populi tui non maledices. Moſes quoq; Dijs, inquit, id eſt, iudicibus non detrahes. [Qui moderatur ſermones ſuos,] loquendo vtilia atque ſalubria, loco & tempore opportuno, ac menſuratè, non excedendo notabiliter, magìs aut minùs quàm decet loquendo. [doctus & prudens eſt.] doctus eſt enim à Spūſancto,

Act. 9.

2. Cor. 7.

Eccēs 7.

Pro. 15.

Mat. 17.
Marc. 7.

Mat. 7.

Exo. 22.

cto, etiā ſi literaturā ignoret, eſtq; diſcretus & magnæ perfectiōis: qa ſiqs in verbo nō offendit, hic perfectus eſt vir. Hinc in Prouer. ſuis Seneca ſcripſit: Imago animi eſt ſermo: qualis vir, talis & oro, id eſt, locutio eius. Itemq;: Tene ſemper vocis & ſilentij temperamentum. [& precioſi ſpiritūs vir eruditus.] Stultus quoquè ſi tacuerit] inter homines colloquentes, [ſapiens reputabitur:] i. quātùm ad hoc, aliqd ſapientiæ videt prętendere & habere, ac ſignum ſapientię poſſidere, ꝙ ſic tacet. Stultus em̄, vt alibi legit, verba multiplicat. Ignorātes quoquè ſtultitiā eius, putabunt ꝙ ſapiens ſit, eo ꝙ taceat, adſcribentes taciturnitatem ipſius maturitati & timori ſapientiali. [& ſi cōpreſſerit labia ſua,] reprimendo ea à prolatione conceptæ loquutionis, nè erumpat in ſtolida, ſuperflua aut impertinentia verba: quæ compreſſio multis difficilis eſt, iuxta illud Iob 4. Conceptū ſermonem tenere qs poterit? Vndè Eccleſiaſtic. 19. legit: Sagitta infixa femori canis, ſic verbū in corde * viri reputabit. [intelli * ſtulti gens.] Hinc apud Iob dicitur: Vtinàm taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Et Seneca teſtat: Taciturnitas ſtulto homini, pro ſapiētia eſt. Et Cyrillus in ſuis ait Prouerbijs: Auarus ſis verbi, & audi libēter. Hoc eſt quod Iacobus ait Apoſtolus: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus verò ad loquendum. Hoc mali & garruli non obſeruant. Nam vt ait Gregorius, Praui ſicut in ſenſu ſunt leues, ità in locutione præcipites: quia quod leuis mens concipit, leuior lingua protinùs prodit.

Eccēs 10.

Iob 13.

Iaco. 1.

¶Elucidatio cap. 18. Occaſiones quęrit q vult recedere ab amico. Art. 18.

[Occaſiones quærit, q vult recedere ab amico] ſpūali receſſu, id eſt, q cupit amicum relinquere, & amicitiam eius ſine inſtauratione dimittere, excogitat calumnias contra amicū, & allegat non cauſam pro cauſa. [omni tempore erit execrabilis:] q hoc agit, niſi verè pœniteat, qm̄ amicitiā falſat ac violat: quod tanto peius eſt, quàm falſare pecuniā, quāto amicitia melior eſt quàm pecunia, ſicut octauo Ethicorū ait Philoſophus. Iſtud tñ intelligendū eſt de vera amicitia, quę in bono honeſto fundat, quę (vt Tullius ait in libro de Amicitia) ſola eſt amicitia vera ac virtuoſa. Quę aūt fundatur in bono delectabili, qualis ſolet eſſe amicitia iuuenū, q voluptatem ſequunt, vel in bono vtili, qualis eſt amicitia ſenum, q vtilitatem ſectant, ſæpè vtiliter frāgit, prout de hac materia octauo Ethicorū pleniùs pertractat. Sit ergò amicitia noſtra conſtās. Verùm inter homines paſſionatos & iracundos, non poteſt eſſe amicitia ſtabilis, qa faciliter offendunt ac offenduntur, prout in ſecūdo Collationū volumine plenariè Caſſianus diſſeruit. Sed (vt tāgit Hierony.) Vera eſt illa amicitia, & Chriſti glutino copulata, quā non vtilitas rei familiaris, non corporū præſentia aut voluptas, non ſubdola & palpās adulatio, non conformitas vanitatum, ſed timor Dei, ſimilitudo affectuum ad virtutes ac diuinarū ſtudia ſcripturarum conciliant. [Non recipit ſtultus verba prudentiæ:] id eſt, exhortationibus & doctrinis ſapientialibus atq; ſalubribus non acquieſcit, nec eas libenter audit, quia non ſapiunt ſibi, quum per habitus vitioſos ad contraria inclinet. Ideò talibus dixit Saluator Ioan. 8. Sermo meus non capit in vobis. Et Eccleſiaſtic. 21. legit: Cor ſtulti quaſi vas confractū, omnem ſapientiā non retinebit. [Niſi ea dixeris quæ verſant in corde eius] id eſt, nulla locutio ei placebit, niſi quę ſuis inanibus cogitationibus & prauis affectibus conſonat. Veruntamen per præuenientem Dei grām, interdùm contingit vanos, impioſq; per prudentem ſermonem conuerti. Aliqui quoquè, quanuis adhuc vitioſi, tamen libenter audiunt aliquid boni, & compunguntur ad horam, de qbus aſſerit Dominus: Cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & radices non habent, qa ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. [Impius cùm in profundum venerit peccatorum,] id eſt, vitiorum voragine fuerit merſus, & praua conſuetudine induratus, [contemnit] verba ſalubria, correptionem & correctionem, ſicut Geneſis 19. patet de Sodomitis, qui piè correpti à Loth, dixerunt: Habitare veniſti, non leges dare, teipſum ergò magìs affligemus. Ideò orat Propheta Pſalm. 8. Neq; abſorbeat me profundum, neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuū. Hinc loquit Auguſtinus: Peccata quānis enormia & horrenda, quum in conſuetudinem venerint, aut parua aut nulla eſſe vident, intantūm vt non ſolùm occultāda, verumetiā prædicāda iactādaq; videātur. Attamen de talibus non eſt penitùs deſperandum, qa ab omnipotenti animarum medico poſſunt curari, vt patuit in Manaſſe. [ſed ſequitur eū ignominia:] qa in preſenti vita frequēter contēnitur talis, & opprobriū ęternę dānationis non euadit. De quo Daniel. 12. legitur: Euigilabunt alij in vitā ęternā, alij in opprobriū vt videāt ſemper. [Aqua profunda, verba in ore viri:] id eſt, verba ſapientialia à viro illuminato & perfecto, plata, aſſimilant aquę profundæ, ad cuius fundū non eſt facilè peruenire: ſic verba huiuſmodi non poſſunt à ſimplicibus & puſillis plenariè cōprehēdi. Propter quod dixit Apoſto. 1. Cor. 2. Sapientiā loqmur inter perfectos.

Iob 4.

Ioan. 8.

Luc. 8.

Eliihu

Elihu quoquè inqt: Viri ſapientes, audite verba mea, & viri eruditi auſcultate me. [& torrens redundãs fons ſapientię:] hoc de Chriſto potiſſimè verificaſ, qui eſt fons ſapientiæ vniuerſæ, & opulentiſſimo atq; pleniſſimo comparaſ torrenti. Vndè in Pſalm. 35. cantatur: Torrente voluptatis tuę potabis eos. Itemq; Pſalm. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem
Iſa. 66. Dei. Propterea proteſtaſ Dominus per Iſaiã: Eccè ego declinabo in eos, vt flumẽ pacis, & vt torrens inundãs glorię gentium. ¶Poteſt etiã de quocunq; viro ſapiente exponi, in cuius mente, fons ſapientię eſt ipſum habituale ſapientię donũ, & copioſa doctrina, ex quo dono atq; doctrina, tãquàm ex fonte procedũt riuuli documentorũ ſapientialiumq; verborũ,
Ioan. 4. quemadmodùm ex torrente prodeunt aquę fluenta. Hinc veritas ait: Aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſaliẽtis in vitã æternã. Tales fontes fuerũt preſertim glorioſi Apoſtoli, de qbus in Pſal. 67. In Eccleſijs benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. De qbus ce-
Iſa. 12. cinit & Iſaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. [Accipere perſonã impij in iudicio, non eſt bonũ.] Immò peſſimum eſt, & contra diuina præcepta, ac valdè mortale
Pſal. 81. peccatũ, & partis alterius damnificatiuũ. Propter quod ait Pſalmiſta: Vſquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorũ ſumitis? Hinc Dominus Leuit. 19. iuſſit: Iuſtè iudicabis, nec conſideres perſonã pauperis, neq; honores vultum potentis. Ideò dicit Ambroſius: Inter omnia peccata præſidentiũ maximùm eſt, q̃ non cauſas, ſed perſonas conſiderãt. Deniquè ſicut (in Secunda Secundæ, quæſt. 63.) Thomas inducit, perſonarũ acceptio opponit iuſtitiæ diſtributiuę, quę tribuit diuerſis perſonis ſecũdùm earũ dignitatem aç merita. Ideò acceptio perſonarũ cõmittit, dum alicui aliq̃ datur vel adiudicaſ, non propter ipſius dignitatem aut meritũ, ſeu rõnabilem cauſam, ſed propter ipſius perſonã, & ob id, propter quod illud ei non debeẽ. Itaq; qui in iudicio accipit perſonã, teneẽ ad reſtitutionem ei cui iniuſtè infert dãnum. [vt declines à veritate iudicij. Labia ſtulti miſcent ſe rixis] aliorum, quos magis concordare deberent, exemplo Moſis, qui litigãtibus dixit Exod. 2. Viri, fratres eſtis, vt quid nocetis alterutrùm? [& os eius] ſcilicet ſtulti [iurgia prouocat:] per verba & facta iniurioſa & improba. [Os ſtulti, contritio eius:] id eſt, per abuſum oris ſui, videlicet per verba detractoria, pungitiua, mendoſa, contẽtioſa, aut alio modo criminaliter vitioſa occidit ſpiritualiter animã ſuam, iuxta illud Sap. 1. Os quod mentit̃, occídit animã ſuam: immò quandoquè corporalẽ incurrit interitũ. [& labia ipſius,] id eſt, verba illicita per labia eius prolata, ſunt [ruina animę eius:] per quę tandèm corruit in infernũ. [Verba bilinguis quaſi ſimplicia,] id eſt, bilinguis q̃ aliter loquit̃ in abſentia, aliterq; in preſentia eius, de quo loqtur, ità colorat & ornat & linit verba ſua, quaſi nihil doloſitatis ac duplicitatis in eis exiſtat. [& ipſa peruenium vſq; ad interiora ventris:] id eſt, magna & intima dãna inſligunt, & viſcera animę lædũt. [Pigrum deijcit timor:] id eſt, inordinatus, mundanus, carnalis timor reuocat
Pro. 22. pigrum ab opere bono, à quo faciliter retrahi ſe permittit, ſicut & infrà habeẽ: Dicit piger, leo eſt in via. [animę aũt effœminatorũ,] id eſt, mollium atq; debiliũ, ad fœmineam mollitiem collapſorũ, [ſeſurient] id eſt, bonis ſpũalibus, & interdùm etiã temporalibus indigebunt, ſicut preſcribitũ eſt Prouerb. 10. Manus remiſſa, operata eſt egeſtatem. [Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo,] id eſt, remiſſus & negligens in exequutione operis ſui, [frater eſt ſua opera diſſipãtis,] id eſt, deſtruentis, non proſequẽtis: qa in peccato ſunt ſimiles, qui
Ierc. 48. tepidè ſeruit Deo, & q̃ opus Dei poſtponit: eſtq; vtriſq; timendũ, quod loquit̃ Ieremias: Maledictus q̃ facit opus Dei negligenter aut fraudulenter. Iſtis (quũ ſint preſcribita) non immotor. [Turris fortiſſima, nomen Domini:] id eſt, Deus ſperãtes in ſe, & cõfugientes ad ſe, tuetur & cõſeruat, ſicut turris inexpugnabilis protegit exiſtẽtes in ea, immò ineffabiliter plùs.
Iob 17. Ideò ait Iob: Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Vndè nũc ſubditur: [ad ipſum currit iuſtus,] id eſt, feſtinãter ac feruidè confugit ſemper ad Deum, [& exaltabitur:] q̃ per hoc ſuis preualet inimicis, omnipotentem iugiter inuocãdo. Ideò orat vir ſanctus Pſal. 30. Eſto mihi in Deũ protectorem, & in locũ munitũ, vt ſaluũ me facias. Et rurſùs gratias agens pſallit Pſal. 60. Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Vndè Bernardus, Si mihi præmia promittanẽ per te ô Domine, me
Pſal. 72. ea obtinere ſperabo: ſi inſurgãt aduerſum me prælia, ſi ſequiat, ſi terreat malignus, ſi caro aduerſùs ſpm̃ concupiſcat, in te ego ſperabo, & dicã: Mihi adhærere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meã. Hinc ſcriptũ eſt Ierem. 16. Domine fortitudo mea, & refugiũ meũ, & robur meũ in die tribulatiõis. [Subſtãtia diuitis, vrbs roboris eius,] & quaſi murus validus circũdans eum:] hoc 10. cap. ſuprà ſcriptũ eſt atq; expoſitũ. [Antequã conteraſ, exaltaſ cor
Luc. 14. & 18. hominis:] i. per ſuperbiã intumeſcit antequàm per debitã pœnã deijciat & condemnetur. culpa eñ pœnã precedit. Propter quod loquit̃ iudex: Qui ſe exaltat, humiliabit̃. [& antequàm

quàm glorificetur] à Deo in pſa, [humiliatur:] id eſt, oportet vt primò in via humiliet ſe, iuxta illud Luc. 14. Qui ſe humiliat, exaltabit̃. [Qui priùs reſpõdet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignũ.] Eſt enim indiſcretus & præceps ad loquendũ, & antequàm ſciat mentem quęrentis, incipit ad quæſtionem ipſius reſpondere. Similiter q̃ tanquàm doctor & magiſter preſumit reſpondere diſcipulis & informationem quærentibus, antequàm didicit ea, de qbus interrogaſ, ab ore doctorũ ſeu libris vel ex illuminatione ſuperna, aut ex conſideratione idonea, preſumptuoſus eſſe cenſeẽ. Simili modo, q̃ facta & cauſas aliorũ vult iudicare, antequàm plenè fuerit informatus de motiuis vtriuſq; partis, ſtultè ſe habet, quũ ſanctus Iob fateaſ: Cauſam quã ignorabã, diligentiſſimè inueſtiga bã. Hinc Iob 29.
ait Hieronymus: Patienter audi, diù conſidera qd loquendũ, quíd ve reſpondendũ ſit: & adhuc tacens, prouide, nè qd dixiſſe pœniteat. Sapiens vt fructuoſè loquaſ, multa priùs conſiderat, quid, cui, quo loco & tempore, qua intentione, & qualiter dicat. Seneca quoquè: In hoc, inqt, incumbe, vt libentiùs audias, quàm loquaris: auribus frequentiùs, quàm lingua, vtere: quicquid dicturus es alijs, primò dic tibi. [Spũs viri] i. virtus & gr̃a cordis boni viri, [ſuſtentat imbecillitatem ſuã:] id eſt, naturæ infirmitatem confortat, & corporis debilitatem coadiuuat, ità vt illud quod eſt homini difficile, & quaſi impoſſibile per naturã, fiat ei poſſibile, immò facile & iucũdum per charitatem & gr̃am, ſicut Philippẽ. 4. ait Apoſtolus: Omnia poſſum in eo q̃ me confortat. Et rurſus Ro. 8. Spũs adiuuat infirmitatem noſtram.
Ideò admonet Chriſtus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam Mat. 11.
vos. Qui etiã de ſeipſo teſtat̃ eſt: Spũs qdem prõptus eſt, caro aũt infirma. Hinc videmus q̃ Marc. 14.
aliqui debiles corpore, multo fortiores ac feruentiores exiſtunt in exercitijs virtuoſis, tam corporalibus quàm ſpũalibus, quàm corpore validi ac robuſti. Vndè & Gregorius ait: Vires, quas imperitia denegat, charitas ſubminiſtrat. [Spm̃ verò ad iraſcendũ facilem, qs poterit ſuſtinere?] Quaſi dicat, difficile eſt ferre hominem iracũdum, niſi valdè benignis, mitibus, reformatis. Iratus nanque, verbis, apparatu & factis moleſtus eſt alijs. Atque (vt Climachus loquit̃) Sicut vnus canis ſeu lupus ſæpè inquietat totũ gregem, ſic vnus homo iracundus, turbatus ac turbulentus, totã communitatem frequenter perturbat. Valdèer g̃ ò vitanda eſt ira, & conſuetudo iraſcendi eſt periculoſiſſima, præſertim quũ ira ex ſuo genere ſit peccatũ mortale, & inter ſeptem capitalia vitia numereẽ. Ideò ait Gregorius: Per iram iuſtitia vera relinquitur, gr̃a vitæ ſocialis amittitur, manſuetudo auferẽ, & lux veritatis repellitur. Hinc Iob 5. ait ſcriptura: Virum ſtultũ interficit iracundia. Et Iacob. 1. Sit omnis homo tardus ad iram. Ira enim viri, iuſtitiã Dei non operatur. Vndè vt habetur Gene. 45. quum Ioſeph remitteret frẽs ſuos, commiſit eiſdem: Nè iraſcamini in via. Chriſtus quoquè ſpeMat. 11.
cialiter iuſſit & docuit: Diſcite, inquiens, à me, qa mitis ſum, id eſt, iram per manſuetudinem exemplo meí vitetis. Iſtud præſertim penſandũ eſt habitãtibus in congregatione, immò & cunctis commorãtibus ſimùl, præſertim cholericis, & prauo vſu infectis, nè impetu ĩræ ſuæ lædãt, perturbent, contriſtent, aut perimãt alios. Hinc in ſuis Prouerbijs Seneca loquitur: Iracundiam q̃ vincit, hoſtem ſuperat maximũ. Et rurſùs: Nihil minùs quàm iraſci pu
nientem decet, quum per hoc magìs ad emendationẽ proficiat. [Cor prudentis poſſidebit ſcientiam:] præſertim eorũ quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, & quę ſcire tenetur: ſcientiam quoquè, quæ eſt vnum de ſeptem donis, & quicqd vtiliter didicit, diligenter cuſtodiet. [& auris ſapientium quærit doctrinã:] id eſt, ſapientes proficere in ſapientia optant, ſicut iam ſæpè expoſitum eſt. [Donũ hominis dilatat viam eius:] id eſt, munera gr̃æ, charitas & aliæ virtutes in ſuſæ, homini deſupèr datæ, faciũt eum in adimpletionibus præceptorũ latè & co
pioſè incedere atq; proficere. Propter quod ait Pſalmiſta: Viam mandatorũ tuorũ cucur- Pſal. 118.
ri, quum dilatãſti cor meum. Apoſtolus quoquè, Cor, inqt, noſtrũ dilatatũ eſt. [& ante prin 2. Cor. 6.
cipes ſpatium ei facit.] id eſt, dat ei aditum ad Dei electos, ad principes regni cæleſtis, & ad iuſtos prælatos qbus aſſimilatur & placet, iuxta illud 1. Reg. 2. Suſcitat de puluere egenum, vt ſedeat cum principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. ¶Præterea, qdam exponunt iſtud ſuperficialiter ità: Donum hominis dilatat viam eius, qa dum homo dat munera aliqua portarijs ac miniſtris regum ac præſidentiũ, datur ei líber introitus, ſicq; acquirit acceſſum ad principem. [Iuſtus prior eſt accuſator ſuí:] i. quotidiè ſeipſum conſiderat, & quotidianas culpas ac cætera ſua peccata intra ſe aſſiduè reprehendit, accuſatq; corã Deo, & punit ea in ſemetipſo. Charitas etem incipit à ſuo ſubiecto, & q̃ ſeipſum nõ purgat, indignus eſt alios caſtigare. Ideò iuſtus tãquàm verè humilis ac diſcretus, etiã dum ad alterius correptionẽ aut correctionem procedit, propriã in primis fragilitatem, defectuoſitatem & culpã penſat, reprehẽdit ac diluit, ſicq; corripit proximũ ac ſubditũ ſuũ humiliter & modeſtè, cõpatienter

&charitatiuè.Nihilominùs in ſubditorum correptione debet ſe ſtrenuè gerere,nec immoderatè ſeipſum deijcere.Propter quod ait Iſidorus:Bonus prælatus eſt,q in humilitate ſeruat diſciplinã,& per diſciplinã non incurrit ſuperbiã. Verùm iſtud multi non ſeruãt, q in alios tam inuectiuè mouent, quaſi ſine peccato ipſimet eſſent:& aliena magis, quàm propria, intuent ponderantq; peccata. Sicut & Seneca faſſus eſt,dicens: Seueriſſimè aduerſùm peccantes nos ingerimus,& ipſi eadem committimus. Deniquè(Caſſiano teſtãte)in hoc appáret,an qs ex corde & vera humilitate ſeipſum inprimis accuſet,ſi ea quę ipſe in ſe reprehendit,ab alijs quoquè reprehendi & accuſari,ſibiq; objici æquanimiter patiat. [venit amicus eius,& inueſtigabit eum.] Per amicũ poteſt intelligi Chriſtus, q loquit Ioan.15. Vos autem dixi amicos. Qui rurſùs fatetur ibidèm: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego præcipio vobis.Iſte amicus per gr̃æ incrementum & viſitationem ac conſolationem internã venit in cor iuſti,ſe primò humiliter accuſantis,& illud conſiderat,approbat,atq; remunerat.Rurſùm,per amicum poteſt intelligi angelus cuſtos hominis iuſti, quem angelus aſſiduè viſitat,conſolat ac diſcutit,intusq; monet,inquirit & docet. Poteſt ităm per amicum intelligi proximus iuſti amator,qui venit ad iuſtum ſe accuſantem,ad conſolãdum & inueſtigandum quomodò ſe res habeat. [Contradictiones comprimit ſors:] quia dum homines ſunt diſcordes circa alicuius rei diuiſionem, reducunt ad pacem per ſortiũ vſum. [& inter potentes quoquè] taliter diſſentientes [dijudicat] ſors, quid quilibet debeat obtinere.[Frater qui adiuuat à fratre,] id eſt, proximi ſe inuicèm charitatiuè iuuãtes conſilio & effectu, ſunt [quaſi ciuitas firma:] in qua ciues ſe inuicèm iuuãt ac tuentur contra hoſtes.De hoc in
Eccẽs 4. Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Væ ſoli,quia ſi ceciderit, non habet ſubleuãtem. Hinc congregatio deuotorum,& conuentus verè religioſorũ, habent firmitatem præcipuam,in qbus ſunt
Luc.10. tot adiutores, quot habitatores.Hinc Chriſtus miſit diſcipulos ſuos combinatos ad prędicandum.Et Pſalmiſta fatet̃:Eccè quàm bonum,& quàm iucundũ,habitare fratres in vnum.
Pſal. 132. Ariſtoteles quoquè effatur: Duo ſimùl venientes, intelligere & agere ſunt potentiores.[& iudicia] id eſt,diſcretiones eorũ ex mutua collatione prolatæ,vel ſententiæ quas enunciãt, [firma] ſunt [quaſi vectes vrbium:] qui vectes muniunt portas. ¶Conformiter frater,id eſt, plebs gentilis adiuta à fratre,i.à populo Iudæorũ, primùm in Chriſtum credente,putà Apoſtolis & eorũ cooperatoribus primis, eſt quaſi vrbs munita,dum vterq; populus ille in Eccleſia per charitatem vnitur. [De fructu oris viri replebit venter eius:] Hoc eſt quod dictum eſt ſuprà cap.12.De fructu oris ſui vnuſq; replebit bonis. Itaq; vir benè loquendo, & alios ſapienter docendo, Deũ quoquè ore laudãdo atq; orãdo, meret̃ & conſequit̃ ſufficientiã ſpiritaliũ,corporaliumq; bonorũ, ſicut ait Saluator Mat.6.Primùm quærite regnum Dei & iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcient vobis. [& genimina] id eſt,fructus & germina [labiorum ipſius] videlicet documenta,or̃ones,laudesq; Dei,ac cætera verba bona, [ſaturabunt eũ:] i. neceſſaria abundãter procurabũt, quẽadmodùm in Euangelio Dñs prędicatoribus ſuis loquit̃ Mat.10.In eadem domo manete,edentes & bibẽtes,quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.Ideò dixit Apoſtolus 1. Cor.9.Si nos vobis ſpũalia ſeminauimus,magnũ eſt,ſi carnalia veſtra metamus?Quaſi dicat, magnũ non eſt.[Mors &
Mat.12. vita in manibus linguæ:] hoc eſt quod in Euang. aſſerit Chriſtus:Ex verbis tuis iuſtificaberis,& ex verbis tuis cõdemnaberis.Itaq; mors culpę ſeu mortale peccatũ,eſt in manibus,i. vſibus ſeu actibus linguę,hoc eſt,in verbis vitioſis prohibitis,& vita gr̃æ,ac meritũ vitæ beatæ,conſiſtit in bonis vſibus linguę,hoc eſt,in or̃onibus & laudibus Dei,in prędicationibus & doctrinis,in proteſtatione fidei tempore perſequutionis. [qui diligunt eam, comedent fructus eius:] id eſt,ſi linguã ſuam ſpiritaliter ament, & benè gubernent, recipient præmia glorioſa:ſin autem,ſortient̃ tormenta.Hinc ſancti pr̃es inter obſeruantias religioſas,præciIſa.30. puè inſtituerũt linguę cuſtodiã,id eſt,obſeruantiã ſacri ſilentij,de quo loquitur Iſaias:In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.[Qui inuenit] id eſt, acquirit legitimè [mulierem bonã, inuenit bonum:] qa magnum Dei donum eſt hoc,ſicut ecõuerſò vxor mala eſt onus grauiſſimum.Vndè Eccleſiaſtic.26.ſcriptum eſt:Gratia ſuper grãm mulier ſancta ac pudorata & tacita.[& hauriet iucũditatem à Domino:] quia delectabile eſt tali conuiuere mulieri,iuxta illud Eccleſiaſtic.26.Mulieris bonæ beatus vir:numerus enim annorum vitę illius,duplex.Et rurſùs ibidèm:Mulier fortis oblectat virum ſuum. ¶Spũaliter per mulierẽ bonam, deſignat̃ Eccleſia,ſeu caro rationi ſubiecta,ſeu diuina ſcriptura. [Qui expellit mulierẽ bonã,expellit bonũ:] & peſſimè atq; ſtultiſſimè agit.Pars iſta huiꝰ verſiculi,nõ eſt in Hebręo, ſicut nec particula ſequens.[q autẽ tenet adulterã,] non volentẽ ſe emendare, & ſi ipſemet vir non ſit adulter,[ſtultus eſt & inſipiens:]agens contra ſcripturã.Et quia incertus eſſet de prole,

prole,videretur quoquè ſauere crimini talis adulterę.Hinc & Chriſtus in Euangelio dicit, Matth.5.
Virũ ab vxore non ſeparãdum,niſi ob fornicationem. [Cum obſecrationibus loquit̃ pau- & 19.
per,] petendo elemoſynã aliũd ve ſubſidiũ:ſimiliter q pauper eſt ſpũ,& omnis fidelis,cum Mat. 6.
obſecratione loquit̃ patri cæleſti, dicendo: Pater noſter qui es in cælis &c.[& diues effabitur rigidè:]id eſt,aſperè, præſertìm ad impotentiores, qa diuites ſolent eſſe ſuperbi. Quocontrà Eccleſiaſtic.4.legit̃.Congregationi pauperũ te affabilem facito.Similiter q ſe diuitem reputat in chariſmatibus gr̃æ,loquit̃ rigidè,ſe iactãdo & alios aſpernãdo, quemadmodùm Phariſæus publicanũ, dicendo Luc.18. Non ſum ſicut cæteri hominum, velut etiã hic publicanus. [Vir amicabilis ad ſocietatem,] id eſt,aptus ad habendũ conſortium familiare cum alio,& iucundus ad communionẽ conuictũs,quales ſunt homines manſueti,læti,fideles, liberales, conſtãtes. [magis erit amicus] ſocio ſibi familiari, [quàm frater] carnalis ſeu conſanguineus,nõ ităamicabilis ad ſocietatem ſuo fratri aut propinquo. Similitudo enim affectuum,mutua dilectio atq; vnanimis communicatio actuum, maximè gignunt,fouent, accendunt amicitiã talem.Similiter conformitas in naturalibus, quod excellentiſſimè patuit in prędiſſimis illis viris Amilio & Amico,quorum miri ac nobiliſſimi actus legũtur. Deniquè in naturalibus multùm conſimiles, ſolent ad ſocietatem eſſe amicabiliores. Ideò iuxta diuerſitatem complexionum, diuerſis diuerſa conueniunt. Ad veram autem amicitiam & ſocietatem honeſtam (Tullio conteſtante) id pertinet, vt vnus ab alio nil turpe aut indecens roget,nec alter propter alterum tale quid faciat. ¶Spũaliter vir amicabilis ad ſocietatem,id eſt,quicunq; gentilis cõuerſus,in Eccleſia pacificè viuens,magis amicus & charus eſt Chriſto,atq; Apoſtolis ex Iudæorum progenie natis, quàm frater,id eſt,infidelis Iudæus ex eadem ſtirpe progenitus.

¶Declaratio capitis deciminoni:Melior eſt pauper qui ambulat &c.

Articulus decimusnonus.

MElior eſt pauper] in temporalibus,[qui ambulat in ſimplicitate ſua,] columbina ſine dolo,ſimulatione & ſingularitate ſeruiens Deo,[quàm diues] in temporalibus [torquens labia ſua.] id eſt,ex elatione ſeu aliorũ contemptu,deflectens & contrahens ea,iuxta quod ſcriptũ eſt Iſa.58. Nunqd elegi cõtorquere quaſi circulũ caput ſuum,& ſaccũ &cinerẽ ſternere?¶Spũaliter melior eſt pauper,i.idiota & modicè eruditus,ambulãs in ſimplicitate,id eſt, viuens ſecũdùm ea quę nouit eſſe agẽda ac euitãda,quàm diues,id eſt,ingenioſus & plurimùm eruditus,torquẽs labia ſua,i.ad proferendũ vana, pręſumptuoſa ſiue hęretica,ea detorquens.[& inſipiens.]Talis etenim dono ſapientię caret, & eſt mortalis peccati ſtultitię inuolutus. [Vbi non eſt ſcientia animę,] id eſt,vera & ſpũalis ſciẽtia, quę eſt donũ vel notitia præceptorũ,& eorum quę neceſſaria ſunt ad ſalutem.[non eſt bonum] i.aliqd meritorium,nec poteſt qs viuere virtuoſè,niſi ſciat ad quę teneat̃,immò nec poteſt appetere bonum, niſi aliquo modo cognitũ, quum obiectum voluntatis,ſit bonum intellectum,i. intellectualiter apprehenſum ſeu motum. Ideò aſſerit Auguſtinus:Ignota,amari non queunt.[& q feſtinus eſt,pedibus offendit:] i.inordinatè feruens in ſuis affectibus, agit pręcipitãter, & immoderatè ſe habet in factis, quia affectio talis
1.Cor.14. rõnem excæcat.Idcircò hortat̃ Apoſtolus: Omnia decenter & ſecundùm ordinẽ fiãt in vobis. Vndè & Seneca in ſuis Prouerbijs:Nihil rõnis eſt, vbi ſemèl affectus adductus eſt.Cyrillus quoquè primo Prouer. ſuorum libro:In omnibus,inqt, ordinata grauitate procede. An ignoras,q perditio deriuet̃ à pede cito?mortalia nanq; cuncta ſunt plena periculis. Vndè vbiquè oportet cum grauitate procedere,vt poſſis dato pede vno,vbi porrigẽdus ſit alter, ſalubriter prouidere. Veruntamen ad virtutum ſpectat perfectionẽ, agiliter & feruenter, expeditè atq; velociter ea quę bona ſunt,proſequi,ſicut & in frà habet̃: Vidiſti hoiem velo-
Pro.22. cẽ in opere ſuo?corã regibus ſtabit.Ariſtoteles quoq; in Ethicis ait:Oportet moroſè cõſiliari,& conſiliata velociter proſequi. Sed hæc de ordinata & ſapientiali velocitate ſunt intelligenda.[Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius:] id eſt, inſipientia cordis,inordinata,vitioſa & ſtolida opera parit, quę à dęmonibus ſupplantant̃,& à proximis contemnunt̃.[& contra Deum feruet animo ſuo:] id eſt, inſipiens & iniquus impietatem ſuã in Deum retorquet,aut in blaſphemiæ verba prorumpit,iuxta illud in Pſalm̃.20. Qũ declinauerunt in te mala. Vndè Iob 15.ſcriptum eſt:Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus? Talẽ putauit Elihũ Iob 34.
eſſe ſanctum Iob, loquẽs de eo ad Deum:Pater mi,nè deſinas ab homine iniqtatis,q addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam? ¶Circa hoc ait Gloſſa:Stulti quum viam deſeruerint veritatis,non ſe errãſſe fatent̃,ſed in conditorẽ referunt culpã ſuam,quaſi ipſe occaſionẽ peccandi tribuerit,eo quòd hominem fecerit fragilem,vel tentari permiſerit à verſuto. Hinc

Gene. 3. Adam poſt peccatũ increpatus à Domino, excuſauit ſe, dicens: Mulier, quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Ambo culpã ſuã retulerunt in creatorẽ: ille, q̃ mulierem ſociam dederat: illa, q̃ ſerpentẽ in paradiſo poſuerat. Is quoq; contra Deũ feruet animo ſuo, q̃ diuina præcepta per inertiã ſuam contemnens, ipſum Dñm quaſi importabilia hominibus onera imponentẽ, repræhendit. [Diuitiæ addunt amicos plurimos:] id eſt, multi diligunt diuites propter eorũ diuitias, & vt commoda aliqua conſequantur ab eis. [à paupere autẽ & hi, quos habuit, ſeparant.] id eſt, multi deſinunt diligere inopes, eo q̃ inopes ſint, ſicq; de eorũ amicitia erubeſcunt, ſiue non curant, qa nil vtilitatis adipiſcunt ab eis. Similiter eorũ qui ſpũaliter diuites ſunt, id eſt, ſapientes, virtuoſi & ſancti, ſunt multi amici, videlicet Deus, & omnes ciues ſuperni ac plures homines boni, à paupere, id eſt, à philoſophis atq; hæreticis, & peruerſis hominibus, in q̃bus nihil eſt ſapientiæ ſalutaris, & hi quos habuit amicos, auertunt, non per odium, ſed per diſſimilitudinẽ vitę aut fidei. [Teſtis falſus non erit impunitus:] Non enim poteſt diuinũ euadere iudicium, quãuis interdùm euadat humanũ. [& q̃ mendacia loquit] pernicioſa, [non effugiet] iudicium Dei, cui ait Pſalmiſta: Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. De quo Eleazarus ille ſenex 2. Macha. 6. aſſeruit: Etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominũ eripiar, ſed manũ omnipotentis neq; viuens neq; defunctus effugiam. [Multi colunt] id eſt, honorant [perſonã diuitis,] quod de diuite corporaliter ſeu ſpũaliter, ſicut iam patuit, accipi poteſt. [& amici ſunt dona tribuentis:] ſicq; diligunt cũ propter beneficia ſua, quod non eſt malũ in ſe: tamen colere diuites eo q̃ temporaliter diuites ſint, vituperat. Sed ſi in officijs ſint conſtituti, ſunt vtiquè propter dignitatem officij, & tanquàm Dei vicarij honorandi. De hac re, vt putà, qualiter pauperes non ſint inhonorãdi, nec diuitibus poſtponẽdi, multa narrat Apoſtolus Iacobus, vt eſt illud: Si introiẽrit in conuentũ veſtrũ vir aureum annulum habẽs, & in veſte cãdida, introiẽrit autẽ & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum q̃ indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hîc benè, pauperi autẽ dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedũ meorum: nonnè iudicatis apud voſipſos, & facti eſtis iudices cogitationũ iniquarũ? [Fratres hominis pauperis oderunt eũ:] qa putãt ſe confundi & vilipendi eo q̃ habeãt talem fratrem. [Inſuper & amici procùl receſſerunt ab eo:] nè eius præſentia incurrãt grauamen. Hoc ſanctus Iob de pauperatus ſibi accidiſſe fateꝫ, dicendo Iob 19. Fratres mei elongauerunt à me, & noti mei quaſi alieni receſſerũt à me: quod ità de Chriſto, ppter nos paupere facto, poteſt intelligi, à quo etiã rẽpore paſſionis fugerũt Apoſtoli. [Qui tãtùm verba ſectat.] i. loquacitatem aut verborũ ornatũ, non ſenſum eorũ, nec implet documenta ac iuſſa ſcripturæ. [nihil habebit] gſæ ac ſalutis. Nempè vt ait Apoſtolus Rom. 2. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabunt. [Qui aũt poſſeſſor eſt mẽtis,] i. rõnem habet illæſam ac liberã, ità q̃ per virtutes morales, parti ſenſitiuæ efficaciter dominat, nec paſſionibus vulnerat. [diligit animã ſuam] ſpũali amore, qa vult & procurat animę ſuę ea, in quibus ſalus ſua conſiſtit: quocontrà dicit de iniquo in Pſal. 10. Qui aũt diligit iniqtatem, odit animã ſuã. [Non decent ſtultũ diuitię:] qa abutit eis. Similiter infidelẽ & hæreticũ nõ decẽt naturales ſcientiæ, aut notitia ſcripturarũ, q̃bus fidẽ impugnãt catholicã. [nec ſeruũ dominari principibus:] quoniã hoc contrariatur ordini recto, q̃ exigit inferiorem ſubeſſe, & ſuperiorem præeſſe. Serui quoquè ad dominationem promoti, communiter ſunt ſuperbi & ſæui. Similiter ſeruum peccati & iniquum, non decet dominari principibus, id eſt, qui ratione ac virtutibus regunt ſeipſos. [Doctrina viri per patiẽtiam noſcitur:] id eſt, ſi ipſe qui docet, ſit veraciter patiens, conſtat quòd dignus ſit alios informare, vt putà virtuoſus, quoniam patiẽtia omnium eſt virtutũ probatrix. Qui enim agit quod docet, reuerenter eſt audiendus. Sed cuius vita iuſtè deſpicitur, eius quoquè doctrina contemnitur. Ideò teſte Gregorio: Tanto vnuſquiſq; conuincitur minùs doctus, quanto minùs patiens. Hinc ait Ambroſius: Antè vita, quàm doctrina, quærenda eſt. Bona vita, ſine doctrina gratiam habet: doctrina ſine laudabili vita & vera patientia, gratia caret. ¶Spũaliter aũt Chriſti & Apoſtolorũ & aliorũ eius diſcipulorũ doctrina, innotuit eſſe vera ex eorundẽ patientia: q̃ pro ſuæ doctrinę veritate tuẽda, æquanimiter ſunt perpeſſi tot & tãta tormẽta, immò & acerbiſſima gña mortis, nec aliquod p̃ſentis vitę cõmodũ, aut honorẽ exquiſierũt. Vñ oſtẽditur, q̃ de ſutura alterius vitę remuneratiõe fuerãt certi. [& gloria eius eſt, iniqua ptergredi:] i. p̃clarum meritũ & honor viri patiẽtis cõſiſtit in hoc, vt aliorũ ip̃robitatẽ ac peruerſitatẽ æquanimiter ferat, & dũ eã corrigere neqt, diſſimulet, nec ſcelus ſcelere vlciſcat, ſicut ait Apoſt. Ro. 12.

Pſal. 5.

Iaco. 2.

Mat. 26.

3. Ioan. c. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malũ. Vñ Ioãnes monet: Noli imitari q̃d malũ eſt. Hinc Seneca: Ridiculum, inqt, eſt, odio nocẽtis innocẽtiã pdere. Et iterũ: Nunq̃ ſcelus ſcelere vindicandũ. Itemq̃: Nihil magnum in rebus humanis, niſi animus magna vel mala deſpiciens. [Sicut fremitus leonis] eſt valdè terribilis alijs beſtijs, quarũ multę ex rugitu leonis ità terrentur, q̃ gradũ mox figunt, nõ valẽtes fugere neq; p̃cedere. Vñ ſcriptũ eſt Amos 3. Leo rugiet, qs nõ timebit? [ità & ira regis] metuẽda eſt ſubditis ſuis, quẽadmodũ dictũ eſt Pro. 16. Nuncij mortis, ira regis: & maximè ira regis cæleſtis, eſt incomparabiliter formidãda, qui ait Amos 2. Eccè ego ſtridebo ſuper vos, ſicut ſtridet plauſtrũ onuſtũ fœno. [& ſicut roſ ſuper herbam,] valdè conueniẽs eſt, [ità & hilaritas eius] iucũda eſt ſubditis, p̃ſertim regis ſupremi in hora iudicij. [Dolor p̃ſis, filius ſtultus:] qa de filio inſipiente, vitioſo, rebelli, p̃ triſtatur, tam carnalis q̃ ſpũalis, ſicut expoſitũ eſt. [& tecta iugiter perſtillantia,] eſt [litigioſa mulier:] id eſt, ſimilis tecto fracto, qm̃ ſicut per tale tectũ cadũt aſſiduè ſtillæ pluuiales, eos qui in domo ſunt, affligentes, ità ex foramine oris rixoſæ fœminæ, iugiter erũpunt verba dome ſticos inquietãtia, afflictiua, turbãtia. ¶Spũaliter per litigioſam mulierem, intelligit ſenſualitas incitans contra rõnem, ſeu hereticorũ Eccleſia, garriens contra Catholicos, ſeu dia lectica, contra ea quæ fidei ſunt, loquax. [Domus & diuitiæ dantur à parentibus:] q̃ ſoboli ſuæ ſua tẽporalia bona, tempore nuptiarũ pro parte dant, & tempore mortis relinquunt. [à Domino autem propriè vxor prudens:] id eſt, diuinæ prouidentię donũ eſt, prudentem acquirere coniugem, iuxta illud Eccleſiaſtic. 26. Pars bona, mulier bona: in parte bona timentium Deum, dabit viro pro factis bonis. ¶Spũaliter vxor prudens, eſt mater Eccleſia, ſapientia vera, ratio recta. [Pigredo immittit ſoporem] id eſt, mentis faſtidiũ ac torporem ad ea quę dei ſunt & ſalutis, corpori quoquè ſomnolentiam ingerit, præcipuè in diuinis, & tempore ſermocinationis. [& anima diſſoluta eſuriet:] id eſt, ſpũalibus refectionibus indigebit, vanitates voluptatesq; appetet, qa non conſolat à Domino, qui locutus eſt per Prophetã: Vſquequò delicijs diſſolueris filia vaga? [Qui cuſtodit mandatũ] per memoriam & effectum, [cuſtodit animã ſuã] à laqueis inimici, à poteſtate diaboli, à deuoratione inferni. [qui aũt negligit viam ſuã,] id eſt, arctã viam ſalutis ſibi præfixam ac iuſſam, non ambulat, [mortificabit] per peccata mortalia & gehennæ ſupplicia. [Fœneratur] id eſt, accommodat [Domino, qui miſereꝫ pauperis:] ſubueniendo eidem, qa hoc Dominus reputat ſibi factũ, ſicut in Euãgelio proteſtat: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. [& viciſſitudinem reddet ei] id eſt, copioſam remunerationẽm, ſicut promiſit Mat. 5. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã conſequent. Immò centuplũ reddet in p̃ſenti, & vitã gloriæ in futuro. [Erudi filiũ tuum] carnalem ac ſpiritalem in ſciẽtia atq; virtutibus, & [nè deſperes] citò de p̃fectu illius, q̃uis forſan ad tempus videat indocilis, ideò non faciliter ceſſes ab informatione illius. [ad internecionem aũt eius, nè ponas animã tuã:] id eſt, non extendas te ad ſcãdalizãdum eũ verbo aut facto, ſed modeſtè redargue, & facto ædifica, nec corporalem eius mortem procures, ex timore grauioris ruinæ ipſi⁹ ſi diutiùs vixerit. Veruntñ in Deuteronomio ſcriptũ eſt, qualiter filius cõtumax, incorrigibilis, comeſationi atq; luxuriæ vacãs, poterat à parentibus morti tradi. [Qui enim impatiens eſt,] id eſt, ex filij ſui peccato ad impatientiam concitat, ſicq; illum impetuoſè redarguit, [ſuſtinebit damnũ:] qa ſeipſum grauiter lædit in anima, & ſubditũ magis exaſperat, ſcãdalizat, perturbat, quàm ſanet. Ideò ait Apoſtolus Ephe. 6. Patres, nolite ad iracundiã prouocare filios veſtros, vt nõ puſillo animo fiant: ſed educate illos in diſciplina & correptiõe domini. Hinc aſſerit Auguſtinus: Quicqd lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis. Et Proſper: Leuiter caſtigatus, exhibet reuerentiã caſtiganti: aſperitate aũt nimiæ increpatiõis offenſus, nec increpationem, nec ſalutem recipit. [& quum rapuerit,] id eſt, aliquem violenter tractauerit, aut alicui ſua ſubtraxerit, [aliud apponet:] i. maius dãnũ incurret. Taliter igit ſtudeam⁹ delinquentẽ curare in anima, vt non per irã, impatientiã, aut alio modo lædamus, aut p̃rimamus propria corda, quũ dicat Saluator: Quid proficit homo, ſi lucreꝫ vniuerſum mundũ, ſe aũt ipſum perdat & detrimentũ ſui faciat? [Audi conſiliũ] auribus mentis & corporis, cõſilium autem ſapientium, virtuoſorum & expertorum. [& ſuſcipe diſciplinam:] id eſt, increpationem verborum ac verberũ, ſiue à Deo, ſiue à prælato infligant. [vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis] id eſt, in extremis ſapiens inueniaris ac iuſtus. Qui enim tempore iuuentutis & ſanitatis ſapientiam & virtutes, conſilium & diſciplinam non ſuſcipit, nec cuſtodit, vix aut non inueniet ſapiens in extremis. [Multæ cogitationes in corde viri:] id eſt, aſſiduè variant in corde ex inſtabilitate fragilitatis humanę, iuxta illud Iob 20. Cogitationes meę variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapit. [voluntas aũt Domini] quę eſt ipſemet Deus volens, [in æternum permanet] vna atque incommutabilis. [Homo indigens, miſericors eſt:] quia ex propriæ paupertatis & indigentiæ experientia commonet ac diſcit alijs miſereri.

Mat. 5.

Mat. 19.

Deu. 21.

Mat. 16.

Heb.2. Vndè de Christo dicit Apostolus: Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Aristoteles quoquè in Politicis ait, q̃ & senes proni sunt ad compassionẽ, qa sunt pluribus indigentes, similiter fœminæ. Deniquè omnis homo proprias defectuositates, culpas, indigentias, quãtùm ad bona animæ, ritè perpendẽs, misericors est. [& melior est pauper] vt talis, [quàm vir mendax:] qa paupertas non tantùm malificat personã, sicut mendaciũ. [Timor domini ad vitam] id est, timor filialis ad vitã deducit beatã. [& in plenitudine,] id est, plena beatitudine [commorabit absq; visitatione pessimi:] id est, diaboli, cui ad beatos nullus patet accessus. [Abscõdit piger manũ suã sub ascella, nec ad os suũ applicat eã:] id est, ab operatione bona se retrahit, & manum capiti suo supponit ad appodiãdum & dormiendum ex torpore, nec ducit eam ad os suũ, id est, ea quę docet & scit, non facit, nec prouidet oridè necessarijs laborãdo. Secundùm Lyram, in Hebræo habet: sub caldaria, vt sit sensus, quòd piger tempore frigido comestionem interrumpit, manus suas calefaciẽdo ad ignem, sub olla super ignem pendente, vel ad ascellam, sed hoc videtur etiam ab alijs fieri. [Pestilente flagellato,] id est, impio, qui alios verbo aut exemplo scandalizat & inficit, debitè punito & correcto, [stultus sapientior erit:] quia ex pœna alterius oritur sibi timor, quo à quibusdam malis retrahitur, & ità sapientior fit quàm fuit. Vndè Aposto. ait 1. Tim. 5, Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Et Seneca loquit: Sapiens ex correctione peccati alterius, emendat suum. [si autẽ corripueris sapientem, intelliget disciplinam:] id est, correptionem illam gratanter tanquàm beneficium acceptabit, considerando quòd sit disciplina quædam medicinaq; animæ. [Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominiosus erit & infelix:] quia ingratissimus est parentibus, & reddit mala pro bonis. ¶ Similiter qui spũalem patrem seu prælatum affligit sua rebellione, aut peruersitate, vel negligentia, & à matre sua Ecclesia sancta discedit, abominabilis est & peribit. Verumtamen si quis desiderio perfectionis, inuitis parẽtibus competentiam habẽtibus, fugiat eos, religionẽ intrando, laudabile est. [Non cesses] tempore opportuno [audire fili doctrinã:] quia indesinẽter studere debemus incremẽto scientiæ ac virtutum. [nec ignores sermones scientiæ.] id est, nè contingat te non intelligere doctrinalia & sapientialia verba. [Testis iniquus deridet iudicium:] id est, iustam sententiæ prolationem, quia præsumit se falsitate testimonij sui posse impedire, nè proferaẽ, nec etiam timet iudicium Dei, quẽ tam intimoratè offendit. [& os impiorum deuorat iniqtatem.] id est, in verbis mendosis & testimonijs falsis delectaẽ, quasi in cibo, & ea in cor suum deglutit. In quorum persona fertur Isa. 28. Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Quibus & Amos 6. dicitur: Væ qui lætamini in nihili, q̃ conuertistis in amaritudinem iudiciũ, & fructũ iustitię in absynthium. Deniquè os impiorum deuorat iniquitatẽ, i. bona impiè acquisita, qa frequenter accipiunt munera ad perhibendũ testimonia falsa. [Parata sunt derisoribus] veritatis & æquitatis [iudicia:] quoniam Deus paratus est eos iudicare & condẽnare, iuxta illud Isa. 3. Stat ad iudicandum Dominus. Et Iudas ait: Eccè venit Dominus facere iudiciũ, & arguere impios. In lege quoq; diuina ac positiua, instituta sunt iusta iudicia cõtra tales. [& mallei percutientes] parati sunt [stultorum] i. impiorum [corporibus:] quibus etiã in hac vita pro diuersis flagitijs, varia & amara infligunt tormenta, & flagellationes, mutilationes, suspendia, rotationes, ac consimilia genera mortis, infernalia quoquè supplicia impœnitẽtibus, quẽ-
Iudæ 1. c. admodùm in Apocalypsi dicitur: Timidis & incredulis & execratis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulfure.
Apoc. 21.

¶ Elucidatio capitis vigesimi: Luxuriosa res est vinum, &c.

Articulus vigesimus.

LVxuriosa res est vinũ:] Sicut sol dicit calidus, non formaliter, sed effectiuè, qa ex radiorum suorũ repercussione gignitur calor, sic vinum vocat res luxuriosa, qa causat calorem & calidũ efficit sanguinem, q̃ incitat citò ad luxum, immoderatè quoquè lætificat, & causat audaciam, rõnisq; lucẽ obscurat: qbus peractis, qd nisi ve-
Terent. in Eun. nereorum imminet amor? Ideò dictũ est ab vno prudentiũ seculi huius: Sine Cerere & Bacho friget Venus. [& tumultuosa] id est, garrulosa & inquieta est [ebrietas.] Ideò ait Saluator Luc. 21. Attendite vobis, nè grauent corda vestra crapula vel ebrietate. Apostolus quoquè Ephe. 5. Nolite, inqt, inebriari vino, in quo est luxuria. [Quicunq; his delectaẽ, non erit sapiens:] Certum est q̃ nequaquàm liceat ebrietate delectari, quum sit vitium in se. Vinum verò quum sit nobilis, vigorosa & vtilis creatura, in vsum & commodum hominum facta, iuxta illud in Psal. 103. Vt educas panem de terra, & vinum cor hominis lætificet, de cuius
3. Esd. 3. ꝓprietatib⁹ atq; effectibus in Apocryphis Esdræ multa leguntq̃, quod Iudic. 9. dicit lętificare

Deum

Deum & homines: hinc vino delectari, nõ est in se vitiosum, nec sapientiæ impeditiuũ, præsertim quũ vinũ naturaliter delectet suo sapore gustũ. Itaq; sicut licitũ est, vino moderatè vti, vel causa medicinæ, prout Timotheo scribit Apostolus: Modico vino vtere propter stomachũ tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates: vel ob alias naturales ac rõnabiles causas, sic licitum est vino delectari, naturali ac ordinata delectatione, quę scilicet ad debitũ finẽ refertur. Delectari aũt in vino superfluo, vel in ipso sapore propter se, est illicitũ. Qui igitur his, scilicet vino immoderato, aut immoderatè in vino (quanuis modico) & ebrietate, siue (vt quidã exponũt) qui his, vtpotè luxuria & ebrietate, delectaẽ, non erit sapiens sapientia infusa, quæ donũ est, nec in sapientia naturali & acquisita solet esse abundãs. Immò quàm diù actualiter occupaẽ & delectaẽ his vitijs, vsu & actu sapientiæ caret, quoniam rationẽ absorbent, iuxta illud Ose. 4. Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Ideò Isa. 5. inducitur: Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsquè ad vesperam. Hinc quoquè Philosophi, vt studio philosophiæ essent apti, à vinolentia, gula, luxuria, diligẽter abstinuerũt. Atq; vt in Phædrone asserit Plato: Nequaquàm est Philosophi, circa delectationes gustûs & tactûs versari. Vndè quum quidã interrogãsset Platonem, Vndè tibi sapientia tanta? Respondit, qa plùs consumpsi de oleo in lampade, quàm de vino in calice. Aristoteles quoquè in Problematibus suis fatetur, q̃ amatores dulciũ sunt fatui. Nec dissonat indè, quod de sapientia scriptũ est Iob 28. Non inuenit in terra suauiter viuentiũ. Hinc quarto Prouerbiorũ suorum libro sanctus scribit Cyrillus: Vinum mel ori est, sed fel capiti venenosum: sapit in ore, ardet in ventre, fumat in capite: contundit sensus, vigorem confundit, imaginationem destruit, tollit mentem, visum obnubilat, neruos laxat, linguã balbificat & inhonestat, manus mobilitat, pectus inflammat, spumat luxuriam, vim gignitiuam eneruat, gressus inordinat, totumq; corpus vastat, ità q̃ a planta vsq; ad verticẽ non est in eo sanitas. [Sicut rugitus leonis, ità & terror regis:] hoc est quod præcedenti capitulo habetur, Sicut fremitus leonis, ità & regis ira. [qui prouocat eũ] scilicet, regem ad iram per excessum verborũ aut operũ, [peccat in animã suam.] id est, sibijpsi acquirit malũ seu mortẽ, quem-
3. Reg. 2. admodùm Adonias offendendo Salomonem. [Honor est homini] corã Deo sapientibusq; hominibus, [q̃ separat se à contentionibus:] quoniã inhonestũ est valdè contentioni seruire. Ideò vir modestus, pacificus, mitis, exemplaris & sapiens, vitat contendere, ceditq; iniprobati, & secũdùm ordinẽ iuris, suã prosequit causam. Ideò ait Apostolus 2. Timo. 2. Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audientiũ. Itemq; 1. Corin. 11. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei. Porrò, vt ait Ambrosius, contentio est, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Qui rursus fatẽ: Melius est cũ pace & gra emigrare, quàm cũ contentione atq; discordia cohabitare. Melius est sine lite abire, quàm cũ iurgio resistere. Specialissimè aũt vitandum est, nè qs cũ illo contẽdat, cũ quo antè familiariter vixit, quum Seneca dicat: Turpius nihil est, quàm cũ eo bellũ gerere, cũ quo familiariter vixeris. Postremò hoc vitiũ in religiosis est maximè detestandũ, ad cuius detestationẽ satìs nos debet inducere, quod Iacobus ait Apo-
Iaco. 3. stolus in sua Canonica: Si zelũ amarũ habetis, & contẽtiones sunt inter vos, nolite gloriari & mẽdaces esse aduersùs veritatẽ: non est sapiẽtia ista desursùm descendẽs, sed terrena, animalis & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstãtia & omne opus prauum. Eccè quid terribilius dici potest? Hinc de beatissimo viro illo Francisco narraẽ, q̃ ex ingenita probitate ac honestate etiã dũ adhuc erat in seculo, à contentionibus se retraxit: [omnes aũt stulti] id est, vitiosi & contentiosi, [miscẽ contumelijs:] contumeliã alijs inferendo per verba aut facta, vel his q̃ sibijnuicèm contumeliosè iniuriaṅ, communicãdo, seu vni eorum fauendo & assistendo. Propriè tamẽ consistit contumelia in verbis, quum qs dicit alteri verba iniuriosa, per quæ eius honor minuit vel auferẽ, quod secundùm Thomam non est minus peccatũ, quàm rapina seu furtum, prout in Secũda Secũdæ, quæstione septuagesimasecunda declarat. His ergò qui taliter nobis loquunt, non est respondẽdum. Vndè vt
4. Reg. 18. quarto Regum habet, Ezechias seruis suis præcepit, nè contumeliosissimo Rapsaci respon-
derẽt. Propter quod ait Valerius: Plena victoria est, ad clamantẽ tacere, nec respõdere prouocãti. Habes emi mercedẽ de tua patientia, & de fratris medela. Sicut nihil deformius est, quàm respondere furẽtibus: sic nihil vtilius, quàm tacere prouocatis. Deniquè sapiẽs sciẽs verũ esse quod Seneca asserit, A malis vituperari, laudari est, non mouetur ex contumeliæ verbis. Quanquàm denuò fassus est Seneca: Contumeliam generosus animus ferre non potest. [Propter frigus piger arare noluit] tempore suo, nè frigore affligerẽt. [mendicabit ergò æstate, & non dabitur ei.] hoc in corporalibus quandoquè ita contingit.

¶Spũaliter autem piger, propter frigus, id eſt, ex ſua deſidia & charitatis infrigidatiõe, non vult arare, id eſt, agrum cordis ſui excolere, & examinando ſeipſum euertere, aut ſibi commiſſos ſolicitè exercere. Mendicabit ergò æſtate, id eſt, die iudicij ſui particularis aut vniuerſalis, quum venerit tempus recipiẽdi fructum eorũ quę ſeminauit, qa tunc dicet, domine dñe, aperi mihi: & nõ dabit ei, qa tunc non patet precũ meritorúmve locus. [Sicut aqua profunda, ſic cõſiliũ in corde viri:] quoniã ſicut fundus profundæ aquæ faciliter ſciri non valet, nec cernunt quæ natãt in ea, ità conſilium viri quãdiù manet in abdito cordis, ignotum eſt alijs. [& homo ſapiens exhauriet illud:] humiliter, benevolè & prudẽter inquirendo à tali viro, qd gerat in corde, & quæſtionem mouendo de his, de qbus ille intra ſe conſulit. [Multi homines miſericordes vocant:] qa in corporalibus cõdolent & ſuccurrunt. [Virum aũt fidelem qs inueniet?] q ſ. verè & diſcretè miſericors ſit, ſic, vt iuſtitiã non relinquat, ſicq; corporalia miſericordię exhibeat opera, vt & ſpiritales miſericordiæ actus exequatur idoneè, corripiendo & corrigendo proximũ de malis culpæ, de qbus plùs condolendum eſt proximo quàm de malis pœnalibus. Vndè loquit Auguſtinus: An non ſunt in te viſcera pietatis Chriſtianæ, vt plãgas corpus à quo receſſit anima: & non plangas aiam, à qua receſſit Deus? quaſi dicat, Rarus eſt vir ità fidelis, amicũ ſuum non palpãs, nec veritatem relinquens. [Iuſtus q ambulat in ſimplicitate ſua] columbina, nõ aſinina, [beatos poſt ſe filios derelinquet:] id eſt, filios carnales aut ſpũales ſuis doctrinis & exemplis inſtructos, ſeu quoſcunq; ſuarum virtutũ imitatores condignos, nunc beatos in ſpe, poſtmodùm in re. [Rex q ſedet in ſolio iudicij,] id eſt, q iuſtum in omnibus exercet iudiciũ.]diſſipat omne malum intuitu ſuo:]id eſt, ſubditos ſuos reformat, & vitia eorum extirpat, ipſos ſolicitè intuendo, in qbus reformatione indigeant. Porrò Chriſtus rex regum, reprobat & condẽnat omne malũ mortale. [Quis poteſt dicere] verè & ſine iactãtia, [mũdũ eſt cor meũ, purus ſum à peccato? quanuis eiñ ex gr̃a poſſit qs eſſe à mortali culpa immunis, ſicq; aliqualiter corde mundus, iuxta quod ſcriptũ eſt: Beati mundo corde. Et, Beati immaculati in via. Itemq; Innocens manibus & mundo corde, tamen in venialibus omnes ſumus culpabiles, & pauciſſimi inueniunt qui non fuerunt aut ſunt mortali culpa fœdati. Idèo Iacobus ait Apoſtolus: In multis offendimus omnes. Et ſanctus Ioãnes: Si dixerimus, inqt, qa peccatum non habemus, noſi pſos ſeducimus. Vndè & Iob 15. legitur: Quid eſt homo vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? Itaq; ſcripturæ quæ de hac re videntur diuerſimodè loqui, per diſtinctionem faciliter ſolui queunt & concordari: quoniam multis modis dicit quis mundus, & iuſtus, & ſanctus. Primo, quoniã nulli vnquàm peccato fuit obnoxius, nec originali, nec perſonali aut actuali, quod competit Chriſto. Secundo, quoniam nulli perſonali, nec mortali, nec veniali. Tertio, quoniã nulli mortali. Quarto, qa etſi fuit, tamẽ modò non eſt. [Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrũq; abominabile eſt apud Deum:] Hoc lectũ eſt ſuprà, Statera doloſa, abominatio eſt apud Deũ, & ex dictis ibidẽm patet huius intelligentia verbi. ¶Deniquè qui propria facta & verba quærit ſemper iuſtificare aut excuſare, proximorumq; verba & opera vituperare, ſeu in peius interpretari, iniqs vtitur pondere & menſura: quocontrà Seneca loquit: Iuſtus iudex non aliter de alienis, quàm de proprijs iudicat geſtis, q & in ſuis ait Prouerb. Aequus iudex non aliam de ſua, aliam de alia cauſa profert ſententiã. [Ex ſtudijs ſuis intelligit puer,] Si per puerũ intelligamus paruulum corpore & ætate, poteſt ità exponi, qp ex ſtudijs & occupationibus qbus innitit puer in pueritia ſua, poteſt coniecturari, qualis erit in virili ætate. Pueri enim bonæ indolis, citò incipiunt hoc monſtrare per actus quoſdã. Vndè ſubiungit: [ſi munda & recta ſunt opera eius.] id eſt, honeſtatem quandã prætendentia & virtutes, vel ſi opera eius poſteà erunt munda & iuſta, ſecundùm quod ait Philoſophus, qp pueros egregiæ indolis beatificamus in ſpe futuræ virtuoſitatis. Si autem per puerum intelligunt quicunq; fideles & ſerui Dei, qui in ſcripturis multotiès pueri appellant, ſicut & Chriſtus ait diſcipulis: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? iſte eſt ſenſus, qp de exterioribus talium operib⁹ aduertere poſſumus, qp verè ſint ſyncera & iuſta, ſi viderimus eos intentos ſtudijs ſapientiæ & virtutũ, ſeu libenter audire verba ſalubria, atq; ex corde zelari in omnibus pro Dei honore & iuſtitia ac communi ſalute, eſſeque cuſtoditos in verbis & ſenſibus, & corã Deo ſolicitos, ac proximis exemplares. [Aurem audientem] id eſt, obedienter ſuſcipientẽ ac adimplentem ea quæ audit ſalubria, [& oculum videntem] intellectum illuminatum ſeu alios inſtruentem, vel bona aliorũ exempla ad ſectandum inſpicientem. [Dominus fecit vtrũq;:] qa vtrũq; iſtorum eſt opus gr̃æ Dei. Quocontrà Moſes in Deuteronomio filijs Iſrael: Vos, inquit, vidiſtis vniuerſa magnalia quę coram vobis fecit Dominus, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & au

Mat. 25.

Mat. 5. Pſal. 118. Pſal. 23. Iaco. 3. 1. Ioan. 1.

Pro. 11.

Ioan. 21.

Deu. 29.

& aures quę poſſent audire vſq; in præſentem diem. [Noli diligere ſomnum] corporalem, ſuperfluum, nec ſomnum ignorantiæ, peccati ſiue teporis. [nè te egeſtas opprimat:] id eſt, ſpũalium temporaliúmve bonorũ defectus. [Aperi oculos tuos,] id eſt, vigilãs eſto ac prouidus in actibus bonis. [& ſaturare panibus,] id eſt, refectione mentis ad abundantiam, ac corporis ad competentiã. [Malum eſt, malũ eſt, dicit omnis emptor:] id eſt, ementes communiter dicunt rem emendam minùs valere, quàm venditor dicit aut veritas habet, vt minori precio emant eam. [& quum receſſerit,] re empta, [tunc gloriabit] q modicum pro ea expoſuit. Veruntamen ſunt quidam tam iuſti, charitatiui ac timorati, quòd nequaquàm ſcienter volunt mentiri, neq; pro re venali minùs dare quàm valet, quia nec licet (ſecũdùm conſcientiam) fallere aut damnificare vendentem, minuendo de precio iuſto, quanuis ſecundùm iura ciuilia hoc liceat, vel potiùs non puniatur, dummodò citra medium iuſti valoris id fiat. Hinc in libro de Triuitate recitat Auguſtinus, qualiter quidam volens propoſitionem exprimere, in qua vniuerſi concordant, dixit: Omnes vultis cariùs vendere, & viliùs emere. Et oſtendit Auguſtinus, hoc pati inſtantiam apud miniſtros Dei perfectos, qui vtrunq; horum abhorrent. [Eſt aurum, & multitudo gemmarum, * & vas precioſum, labia ſcientiæ:] id eſt, labia alios ſapienter ſalubriterq; inſtruentia, ob dignitatem ſcientiæ & boni operis ſui, meritò comparant, immò & præferuntur omni auro, gemmis, ac precioſiſſimis vaſis. [Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni:] id eſt, ſi quis fideiuſſit tibi pro alio, potes ab illo fideiuſſore accipere veſtem ſuam tempore opportuno, quouſquè ſatisfaciat tibi. Veruntamen ſicut habetur Exodi 22. Si fideiuſſor tam pauper fuiſſet, quòd nocte ad operiendum ſe indiguiſſet illa veſte, reddenda ſibi fuiſſet de ſerò, & rurſùs accipi potuiſſet de manè. Similiter ſi indiguiſſet ea in die, & non de nocte, poterat tolli de nocte, & reddenda erat de manè, poteratq; reſumi ad veſperam. Vndè quibuſdã propheta improperat, qp ſuper veſtes pignoratas requieſcebant. [& pro extraneis] pro quibus fideiuſſit, [auſer pignus ab eo,] ſicut de hoc erãt iudicialia quædam præcepta in Exodo ac Deuteronomio data, quę in euangelica lege ex illa inſtitutione non ligant, prout in Prima Secundę Thomas declarat. [Suauis eſt homini panis mendacij:] id eſt, cibus mendacio ſeu contra iuſtitiã acquiſitus, quaſi faciliter & lucroſè adeptus. [& poſteà implebit os eius calculo:] id eſt, graui confuſione & pœna, dũ crimen ſuũ fateri cõpellit, & iuſtas luere pœnas, dũ per quę peccauit, per hęc punit, quẽadmodùm diues epulo ſpecialiter affligebatur in lingua. Iſtud intelligendũ eſt de homine vitioſo, cui delectabile eſt operari ſecũdùm inclinationẽ vitioſi habitũs ſui, in quo nõ eſt timor Dei, & conſciẽtię remorſus paruus aut nullus. Prętereà hęreticis & pſeudoprophetis, ac deceptoribus cũctis, dulcis eſt panis mendacij, i. doctrina hęretica, aſſertio fallax, ſermo ſophiſticus, quorũ ora implebunt calculo, qui eſt lapis ignitus, i. infernaliũ globis incendiorũ, ſicut Iob 20. de tali homine fertur: Cibos quos ſumpſerat, euomet, & de ventre illius extrahet illos Deus. [Cogitationes conſilijs roborant:] i. dirigunt vt bonæ ſint, & proſperũ ſortiant effectũ, [& gubernaculis] i. prudentialibus ordinatiõibus ac prouidẽtijs [tractãda] i. inchoãda, diſponẽda, exercẽda [ſunt bella:] in qbus plùs valet prudentia & diſpoſitio exercituũ apta, qã fortitudo corporea, prout Aegidius de Roma libro de regimine principũ tractat diffuſè, Vegetius quoq; compẽdioſè in libro de re militari. nec minùs cautè, immò & cautiùs pugnandũ eſt contra inuiſibiles hoſtes, vbi incõparabiliter maius præmiũ datur victoribus, grauiusq; periculũ imminet victis. [Ei qui reuelat myſteria,] id eſt, ſecreta celãda, & ſibi in fide manifeſtata, quẽadmodùm 2. Machabæo. 13. Rhodocus legit myſteria ſui exercitũs hoſtibus reuelâſſe. [& ambulat fraudulenter,] oſtendens ſe quaſi fidelem, quũ ſit aduerſarius & deceptor. [& dilatat labia ſua] in præſentia blandiẽdo, ſeu proſpera promittendo, & loquacitati vacãdo, [nè cõmiſcearis] per ſocietatẽ, cõſenſum, vel tua ſecreta ei credẽdo. [Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguet lumen eius in medijs tenebris:] i. occidet: ſicq; lux vitę auferet in medijs tenebris, i. in præſenti exilio, quãdò maximè deſiderabit manere in lumine vitę huius. Talis nãq; iubetur occidi Leui. 20. Dicimur aũt in vita iſta ſedere in tenebris & vmbra mortis, iuxta illud Luc. 1. Illuminare his q in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt. ¶Deniquè lux rõnis & ſplendor legis naturalis, extinguitur in maledicẽte ſuis parentibus: ſimiliter in his q maledicunt patri ſpũali, & matri Eccleſiæ, præſertim in his qui patri omniũ creatori impiiſſimè maledicunt. Vndè & Iob 18. dicitur: Nonnè lux impij extinguet, & præcipitabit eũ conſiliũ ſuum? [Hæreditas ad quã feſtinatur in principio,] i. q patrimoniũ ſuum ante congruũ tempus conatur accipere, aut alia bona ex auaritia cupit acq̃rere. [in nouiſſimo bũdictiõe carebit:] i. nõ benedicetur à Deo, neq; augebit ſic agẽti, nec ipſe per hoc ſalutẽ, ſed cõdemnationẽ incurret.

Sap. 12.

Pſal. 13.

Amos 2. Exod. 22. Deu. 5. 7.

* vas autẽ precioſũ

Hoc

Hoc præcipuè reſpicit eos,q patres ſuos expellunt de regno aut domo,vt ipſimet regnent, aut præs familiàs ſint,q bus malè ſolet ſuccedere. ¶Spiritaliter quoquè q antequàm idonei ſint,& ſubeſſe didicerint,feſtinant præeſſe,& patrimonia Eccleſiæ obtinere,atq; Eccleſiaſticas acqrere dignitates,in nouiſſimo maledicent,nec ſalubriter præſunt.nam & Philoſophus ait, Non benè decet principari eum, q non ſub principe fuerit. Seneca quoquè,Nemo(inqt)regere poteſt,niſi qui & regi.[Ne dicas,reddã malum pro bono:] id eſt,meipſum
Rom.12. inordinatè vlciſcar, vel ſcelus ſcelere vindicabo,quũ & Apoſtolus dicat:Nulli malum pro malo reddentes.Atq; Pſalm.7. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Verũtamen iudicis eſt pro malo culpę infligere malum pœnę.In lege quoquè,Pœna talionis fuit præfixa,iuxta illud Leuit.24.Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuiũ ſuorum,ſicut fecit,ſic fiet ei:fracturam pro fractura,oculũ pro oculo,dentem pro dente. Sed hoc ſecundùm ordinem iuris fuit ſeruandũ,nec zelo vindictę,ſed iuſtitiæ,adimplendũ.Laudabilẽ tamẽ fuiſſe cenſeo, remittere pœnã,quãdò ſine derogatione boni cõmunis fieri potuit,nec alud obſtitit,qm̃ Leui.19.ſcriptum eſt:Non quæres vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum. [Expecta Dñm] q ait Deut.32.Mihi vindictã, & ego retribuam. [& liberabit te.]Immò & pro tua te patientia co
Pſal.145. ronabit,de quo ait Pſalmiſta:Facit iudiciũ iniuriã patientibus.[Abominatio eſt]apud Deum [pondus,& pondus,& ſtatera doloſa non eſt bona.] Idem hoc eodẽ cap. iam ſemèl dictum eſt,ac ſuprà etiã cap. 10. [A Dño diriguntur greſſus] id eſt, actus interiores exteriores q; [viri:]qui à vigore virtutũ vir nuncupat,ad ſupernaturalem finem,ſicut iam ſæpè prę habi-
Iſa.26. tum eſt. Vndè & Iſaias fateꝫ:Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Apoſtolus quoq; Phi lippen.2.Deus eſt q operat in vobis velle & perficere. Hinc merita noſtra, ſunt Dei dona. [quis autem hominũ intelligere poteſt viam ſuam?] id eſt, nemo abſq; reuelatione poteſt certitudinaliter ſcire actionem ſeu conuerſationem ſuã eſſe meritoriã,ac Deo abſolutè placentem,quum neſciat an ſit in charitate & dignus amore,prout hoc in Eccleſia ſæpe diffuſiùs
Iob 9. eſt tractãdum.Ideò Iob ait:Etiã ſi ſimplex fuero,hoc ipſum ignorabit anĩa mea.[Ruina] id eſt,magnum peccatum [eſt homini deuotare ſanctos,] id eſt,aliqd & frequenter ſanctis vouere, [& poſt vota] rõnabiliter facta [retractare:] id eſt, eadem reuocare, non adimplere pro poſſe,quũ neceſſitatis ſit vota implere:immò maius peccatum eſt ſecundùm Thomam fractio voti,quàm iuramenti. [Diſſipat impios rex ſapiens, eos debellãdo aut corrigendo, [& incuruat ſuper eos fornicem:] id eſt,arcum triumphalem eis intentat, in ſignum victoriæ ſuper eos.Vndè & Saul 1.Reg.15.fornicem triumphalẽ ſibi legit erexiſſe.[Lucerna Domini,ſpiraculum] id eſt,ſpũs ſeu anima [hominis]eſt lucerna Domini,id eſt,res illuminata à Deo lumine intellectuali, continens in ſe lumen ingenij atq; ſyndereſis. De quo lumine fertur in Pſal.4.Signatum eſt ſuper nos lumen vultũs tui Dñe, quia hoc lumen naturale,eſt quoddã ſignaculum atq; impreſſio increatæ lucis in anima.Porrò anima appellat ſpiraculum,iuxta illud Gene.2.Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.Vndè Iſa.57.Dñs ait:Flatus ego faciã. [quæ] lucerna [inueſtigat omnia ſecreta ventris:] nam homo per rõnem & intellectum intelligit proprios actus,& ea quę in mente ipſius ſunt cogitationes & affectiones,quas vel certò vel probabiliter poteſt cognoſcere eſſe ex charitate,ſi bonæ ſint. Vndè
1.Cor.2. ait Apoſtolus:Quis hominum ſcit quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis q in ipſo eſt? Intellectus nãq; quum ſit inorganica vis & immaterialis potentia,eſt reditiuus ad ſeipſum, & reflexiuus ſuper proprios actus,ſecundùm Philoſophum,quod nulli materiali & organicę potentię poteſt competere,prout ſubtiliſſimè in elementatiõe ſua theologica probat Proclus Platonicus philoſophus. ¶Inſuper poteſt & ſic exponi:Lucerna Domini, ſpiraculum hominis,id eſt, illuminatio diuinę inſpirationis facta in homine,eſt lucerna Dei in anima, faciens eã diligẽter inueſtigare,ac noſcere ſemetipſam,& mala ſua quę anteà nõ cognouit, qua quo homo copioſiùs deſuper illuſtraꝫ,eo ſubtiliùs interiora ſua ſcrutaꝫ.Hinc Iob 32.aſſeritur:Vt video,ſpũs eſt in homine,& inſpiratio omnipotentis dat intelligentiã. [Miſericordia & veritas cuſtodiunt regẽ]in gra Dei,& preſeruat eum à diuerſis periculis ac morte æterna,faciũtq; eũ Deo atq; hoibus amabilẽ,cõplacentẽ, acceptum, intelligendo nomine veritatis iuſtitiã,q bus debet prudẽtia eſſe admixta,vt vtraq; per diſcretionẽ contemperet. Specialiter tn̄ miſericordia ornat ac ſtabilit regem. Vndè ſubiungit:[& roboraꝫ clementia thronus eius.] Eſt autem clemẽtia,virtus qua pœna dimittit aut laxaꝫ, quod in dubijs & peccatis,quæ ex ignorãtia aut infirmitate commiſſa ſunt, magis agendum eſt. Hinc Tullius in laudibus Iulij ait:Nulla te virtus tam acceptabilem reddit vt tua clementia.[Exultatio iuuenum, fortitudo eorum:] id eſt, de ſua corporali fortitudine præcipuè ſolent lætari,quam & per diuerſa exercitia ſolent mutuò experiri ac demonſtrare.

¶Spiritu-

¶Spũaliter verò,qui renouati ſunt mente,& veterem cum ſuis actibus hominem exuerũt, de fortitudine gratiæ ac virtutũ eis collata regratiant ac gloriant in Domino,ſecundùm quod vnus illorum dixit Philippen. 4. Omnia poſſum in eo q me confortat:& alius Pſalm.17.In Deo meo tranſgrediar murum.[& dignitas ſenum] eſt [canicies] id eſt,maturitas ac ſapientia cordis,iuncta caniciei capitis,iuxta illud Sap.4.Senectus venerabilis eſt:cani enim ſunt .dr
ſenſus hominis &c.Vndè Eccleſiaſtic.25.legitur: Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia.Hinc Leuit.19.iuſſum eſt: Coram cano capite conſurge,& honora perſonã ſenis.[Liuor vulneris abſterget mala:]id eſt,læſio foris illata,aufert peccata,dummodò æquanimiter tolerẽ pœna illa pro culpis. Talis quoquè pœna reducit homini ad memoriã vitia ſua, ſicq; vexatio tribuit intellectũ,& commonet hominẽ aduerſitas ſua ad pœnitendũ. Hinc(vt Seneca docet)Nimius fauor fortunæ,mentem excæcat.Propter quod iterùm ait:Miſerũ te iudico,quĩ nũquàm miſer fuiſti. Proſperitas em̃ aſſidua fouet hominem in peccatis.Idcircò plùs expedit habere aduerſa,quę prouidentia Dei ſuis cõcedit electis. [& plagę in ſecretioribus ventris.]id eſt,interna contritio & pudor de vitijs,abſtinentia,ieiunium,& ſimiles afflictiones pœnitẽtiales ac ſatisfactoriæ,etiã,immò & maximè,abſtergẽt peccata,quo ad culpã totaliter, & quo ad pœnã in parte vel in toto,ſecundùm quod magis aut minùs vigẽt in homine.

¶Explanatio cap.21.Sicut diuiſiones aquarum &c. Art. 21.

SIcut diuiſiones aquarum, ità cor regis in manu Domini:] id eſt, ſicut in poteſtate creatoris eſt,aquas ad libitum ſuum diuidere & per terras diffundere,quẽadmodùm in exordio mũdi diuiſit aquas quę erãt ſuper firmamentũ,ab his quę ſunt ſub firma- Gene.1.
mento,atq; quotidiè nubes circũducit, & pluere facit vbi ſibi placuerit,iuxta illud Iob 37.Nubes luſtrãt vniuerſa per circuitum,quocũquè eas voluntas gubernãtis duxerit,ad omne quod præcipit illis ſuper faciem orbis terrarum, ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocũq; loco miſericordię ſuę eas iuſſerit inueniri: ità cor regis in manu Domini,quĩ iuxta omne beneplacitum ſuum,poteſt cor regum afficere,alterare,animare,roborare,debilitare.Ideò ſubdit:[quocunquè voluerit,inclinabit illud:] id eſt, vertit & dirigit illud ad agendum,appetendum ſeu abhorrendum,quicqd voluerit conditor ipſe.Vndè in Ieremia, Ezechiele,& alibi ſæpè teſtaꝫ,ſe aſſumere & vocare regem Babylonis ad impugnãdum filios Iſrael atq; Aegyptios. Neq ſolùm cor regum,ſed & hominum vniuerſorum, ità in manu eſt creatoris,in cuius manu ſunt omnes fines terræ.Sed ſpecialiter exprimit regem tãquàm Pſal.94.
cæteris potentiorem,ad innuendum, quòd & inferiorum corda non minùs ſint in manu omnipotentis,in cuius ditione cuncta ſunt poſita, nec eſt qui eius queat reſiſtere voluntati, & etiã quoniã circa reges tãquàm circa publicas perſonas,eſt ſpecialis prouidentia Dei, propter bonum commune. Propter quod Pharaoni tempore Ioſeph, & Nabuchodonoſor Gene.41.
regi ſub Daniele,mõſtrauit in ſomnis futura. ¶Deniquè per regem poteſt intelligi,omnis iuſtus benè regens ſeipſum nõ propria poteſtate,ſed ope diuina:ideò cor eius in manu Dei Danie.2.
conſiſtit,q inclinat illud ad omne bonum quod vult.Et ſicut diuiſiones aquarum,ità diuiſiones gratiarum in Dei ſunt manu, à quo vnuſquiſq; habet, vt ait Apoſtolus, donum ſuum. 1.Cor.7.
Præterea iſte eſt ordo rerum in cauſalitate & influentia, quòd corpus hominis ſubijcit influentijs cęleſtium corporum:ſenſus autem interiores,& appetitus ſenſitiuus,à dęmonibus poſſunt immutari,intellectus verò ab angelis ſanctis poteſt illuminari.Deo autem proprium eſt, directè & immoderatè agere, & imprimere in voluntatem & apicem eius,& omne obſtaculum gratiæ indè auferre. Hinc Iob 12.legit: Deus immutat cor principum terræ, hoc Eſther
Eſther aduertens, in oratione ſua locuta eſt: Transfer cor regis (ſcilicet Aſſueri) in odium 14.
hoſtis noſtri,nos autem libera. Itaq; Dominum iugiter exoremus, vt ſua pietate dulciſſima dignet ſemper corda noſtra gratioſè afficere,prout Salomon 3. Reg.8.legitur exorâſſe,Sit Dominus Deus noſter nobiſcũ, & inclinet corda noſtra poſt ſe. [Omnis via viri] i. actio cuiuſlibet hominis [recta ſibi videt:]qa(vt diuinus Dionyſius docet)malum non appetitur ſub ratione mali,ſed ſub ſpecie & apparentia boni. Bonũ etenim eſt appetitus obiectum. Ideò nullus reſpiciendo ad malũ,cupit aut operaꝫ illud, niſi ſub apparentia alicuius boni, vtilis,delectabilis vel honeſti, & quãuis ſciat in generali q malum ſit,tn̄ in particulari errat eius iudiciũ.Immò dato q cũ remorſu faciat illud,& in particulari iudicet malũ eſſe,tamen illud iudicium eſt imperfectum & mixtum,ità quòd ex vna radice ſeu conſideratione iudicat q ſit malũ,& ex alia q ſit bonum,& prędet illud errãs iudicium trahente affectu. Vndè dixit Apoſtolus Roma.7. Video aliam legem in membris meis,repugnãtem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati. Hinc ait philoſophus,q omnis peccans eſt ignorans.Et rurſùs:Qualis vnuſquiſq; eſt,talis ſibi finis videt.Impleamus ergò quod Seneca ait:

Nolĩ

Noli ſequi affectionem, ſed rõnem: hoc eſt, non paſſionis impulſum, ſed rõnis imitare iudicium. [appendit aũt corda Dominus.] id eſt, ſtatera ſeu iudicio ſapientię atq; iuſtitię ſuæ ponit & penſat ea, dando vnicuiq; quod meret. Hinc ait Apoſtolus Ro. 3. Et ſt aũt Deus verax, omnis verò homo mendax, qa videlicet iudiciũ Dei eſt ſecũdùm ineffa bilé veritatem:
Pro. 16. quãuis homines deuient iudicãdo. Vndè dictũ eſt ſuprà: Spirituũ pondera tor eſt Dominus. [Facere miſericordiã] id eſt, opera pietatis corporalia ac ſpũalia ex charitate, [& iudiciũ.] diſcretionis ſeu etiã iuſtæ punitionis in ſubditos, & in ſeipſum per diſciplinã, [magìs placet Domino, quàm victimæ:] id eſt, ſacrificia legis, quę non erãt placita Deo in ſeipſis, ſed ſolùm ex offerentiũ fide & deuotione, vt pleniùs dictũ eſt ſuprà. ¶Circa hoc aliqui dicũt, huius cauſam fuiſſe, qa victimis non indiguit Deus, ſed operibus miſericordiæ indiget in membris ſuis. Ad quod poterit dici, qꝺ etiã victimis indiguit in ſuis miniſtris, ſacerdotibus ac Leuitis, q ſacrificijs ſuſtentabant, vt in Leuitico patet. Deniquè & iuxta iſtã ſententiam
Mich. 6. Michęas quoquè ait: Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorũ pinguium? Indicabo tibi homo, qd ſit bonũ, aut qd Dominus regrat à te: vtiquè facere iudicium, & diligere miſericordiã. Vbì & addit: & ſolicitũ ambulare cũ Deo tuo. [Exaltatio oculorũ, eſt dilatatio cordis:] id eſt, ex cordis dilatatiõe, qua ſe longè ac latè extendit ad magna in ſeculo iſto, vt ſ. dominet, præſit, abundet, fametˢ, procedit cauſa exaltationis ſeu ſuperbiæ, quę appáret in oculis, in qbus (vt dictũ eſt ſæpè) euidenter apparére ſolet diſpoſitio cordis. [lucerna] id eſt, prudentia [impiorum] qua ſe dirigũt, quaſi in lumi-
Rom. 8. ne ſuo, ad obtinendũ ea quę cupiũt, eſt [peccatum:] qa (vt ait Apoſtolus) Prudentia carnis mors eſt. Impij eqdem ad vitia vtunt ſua prudentia vel magìs verſutia. De qbus aſſerit Ierę-
Ierem. 4. mias: Sapientes ſunt vt faciãt mala, benè aũt facere neſciêrunt. [Cogitationes robuſti, ſemper in abundãtia: omnis autem piger, in egeſtate:] id eſt, ſpũalium diuitiarũ carentia [eſt:] niſi pœnitentiã agens, pigritiam in feruorem mutauerit. [Qui congregat theſauros lingua mendacij] id eſt, per verba doloſa, fraudulenta, mendoſa ſeu blanda. [vanus & excors eſt:] quia iniuſtus, à ſummo bono auerſus, menteq; excæcatus, propter temporalia tam grauiter peccãs, & tantis periculis ſe exponens. [& impingeˢ ad laqueos mortis,] id eſt, ęternę damnationis, tum qa mendoſus, tum qa aliorum deceptor, tum qa iniuſtus alienorũ bonorũ poſſeſſor. [Rapinę impiorũ detrahent eos] in profundũ inferni, q locus debeˢ raptoribus. nam & rapina ex ſuo genere, eſt grauior culpa, quàm furtũ, vt in Secũda Secũdæ Thomas declarat: Raptor enim maiorem infert iniuriam & contemptũ, quàm fur: qm euidenter, non occultè, violentiã infert. [qa noluerunt facere iudiciũ] diſcretionis, id eſt, actus ſuos noluerunt dijudicare atq; diſcernere, conſiderãdo quàm praui ſint, & ſic eos deſerere. Vndè ha-
Pſal. x. betur in Pſalmo: Ideò non reſurgũt impij in iudicio, id eſt, à peccatis ſuis, per pœnitentiam non reſurgũt iudicãdo ſeipſos, ſicut ait Apoſtolus 1. Cor. 11. Si noſipſos dijudicaremus, non vtiquè dijudicaremur. Noluerũt etiam facere iudiciũ, id eſt, iuſtam determinationem cum proximis, quorũ bona ſic congregãt. Immò irrationabiliter ac iniuſtè agũt cum ipſo. [Peruerſa via viri,] id eſt, vitioſa conuerſatio ſeu actio hominis, [aliena eſt] id eſt, innaturalis, & contraria legi æternæ, diuinæ, poſitiuæ ac naturali. Virtus enim eſt ſecũdùm naturã, vitium contra vel prętęr naturã. Nam & ratio deprecatˢ ad optima. Et Tullius ait: Virtus eſt habitus mentis, rõni ac naturæ conſentaneus. Ideò Dominus ait in Pſalm. 17. Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt. Hinc aſſerit Gloſſa: ſuſtè corã Domino viuere, proprium eſt conditioni humanæ. Vndè ait ſcriptura Eccłs 12. Deũ time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo. At q peruerſè viuit, alienã ab humana natura incedit viam: idcircò peruerſa actio, eſt aliena & contra naturã. [qui aũt mũdus eſt, rectũ opus eius. Melius eſt ſedere in angulo domatis,] id eſt, in loco ſecreto tecti ſeu domûs, in quo poteſt homo quietè inſiſtere orationi, meditationi, & alijs exercitijs bonis, ſecundùm illud Pſalm. 101. Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. [quàm cũ muliere litigioſa, & in domo communi] tibi ac coniugi tali, aut taberna, vel ſocietate multorũ, in qbus nõ viget compũctio. Immò tranquillitas, deuotio, & omnis ſpũalis profectus, per mulierem rixoſam & communem ſocieta-
Pſal. 54. tem præſertìm impediunt. Ideò dixit Prophęta: Elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. [Anima impij deſiderat malũ:] id eſt, peccare, aliena auferre, proximiſq; nocere. [non miſerebit proximo ſuo.] Immò potiùs aufert ei quod habet: Viſcera enim impiorũ crudelia,
Pro. 12. de qbus ſanctus Iob cap. 24. Nudos, ingt, dimittũt homines veſtimẽta tollentes. [Mulctato] id eſt, punito ſeu flagellato [peſtilente, ſapientior erit paruulus:] hoc eſt, quod ſuprà 19. legitur: Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. [& ſi ſecteˢ ſapientiam,] id eſt, notitiã diuinorum, [ſumet ſcientiam:] id eſt, notitiã creaturarũ, qm̃ ex cogitatiõe creatoris, diſcit benè iu-

dicare de creaturis. [Excogitat iuſtus de domo impij] i. vir iuſtus, pſertìm bonus prælatus, ſolicitus eſt de conuerſione & ſalute hominũ iniquorũ. [vt detrahat impios à malo:] i. vt à peccatis reuocet eos, qa ſpũaliter diligit eos. [Qui obturat aurem ſuã ad clamorẽ pauperis,] petentis ſibi ſpiritalem aut corporalem eleemoſynã dari, [& ipſe clamabit,] miſericordiam inuocãdo tempore ſuæ angustiæ, [& non exaudieˢ:] à Deo vel ſuis electis, niſi pœniteat interìm. Ideò Iacobus ait: Iudiciũ ſine miſericordia ei, q non fecerit miſericordiam. Iaco. 2.
Hinc diuiti epuloni negata eſt gutta aquæ, quoniã inopem Lazarum non aduertit. [Munus Luc. 16.
abſconditũ extinguit ignis:] i. dum qs occultè largiẽ munus notabile ei quem offendit, vel qui contra eum iraſciẽ, vel mediatori alicui mediãti inter eos ad pacificãdum, Placat iram illius. [& donum in ſinu,] i. occultè poſitum in alterius gremio, extinguit [indignationem maximam.] Hinc Gene. 32. dixit Iacob de Eſau: Placabo illũ muneribus. ¶Vel iſte eſt ſenſus, Munus abſconditũ, i. eleemoſyna data ſecretè intuitu Dei, non ad laudẽ humanã, extinguit irã iudicis ſummi: & donũ, i. beneficiũ pium, clàm datum, tollit indignationẽ maximã,
ſicut alibì ſcriptũ eſt: Abſcondite eleemoſynã in ſinu pauperũ, & ipſa orabit pro vobis ad Eccł 29.
Dominũ, quia ſicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna extinguit peccatũ. Vndè Saluator Matth. 6. Quum facis eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. [Gaudium iuſto eſt, facere iudicium:] id eſt, ſeipſum & ſubditos iudicio diſcretionis diſcutere, diſciplinare, & quæ iuſta ſunt operari, qa delectat in actu virtutũ. Delectatio nanq; bona
fiens in opere, eſt ſignũ virtutis & eius effectus: habitˢ quoq; inſtàr naturæ, inclinat ad operandũ ſuauiter, & quãuis interdùm ſit difficultas in opere, & intùs reniſio ſiue tẽtatio, mens
tũ promptã exhibere ſe ſtudet, condelectaturq; legi Dei ſecundùm Apoſtolũ. Veruntamen Rom. 8.
virtutibus acquiſitis, ſimiliter virtutibus infuſis, cõſummatis & exercitatis (quę non ſolùm tollunt peccata, ſed & eorũ reliquias) delectatiões prę ſertìm annexæ ſunt: incipiẽtibus verò labor, difficultas, amaritudo, tentatio ſolent miſceri. Sed quo magìs proficiunt, & virtuoſæ conſuetudini appropinquãt, eo omnia illa plùs minuunt, & conſolatio atq; alacritas intenduntˢ. Hinc ait Leo Papa: Nihil arduũ humilibus, nihil aſperũ mitibus, & facilè cuncta
præcepta veniunt in effectũ, quãdò & gr̃a prætendit auxiliũ, & obedientia mollit imperiũ: nec dura neceſſitate ſeruit, vbì diligit quod iubeˢ. [& pauor operãtibus iniqꝝtatem:] i. iniqs, operarijsq; malignis durum & pauidũ videˢ inſiſtere actibus virtuoſis, qa inclinanˢ ad vitia, nec amãt bona verè honeſta. Vel pauor, i. inordinata formido ineſt operãtibus iniquitatem, ac pauor dãnationis æternæ. Semper eñ præſumit ſæua conſciẽtia perturbata. [Vir
qui errauerit à via doctrinæ] ſalubris, [in cœtu gigãtium commorabiˢ:] i. inter ſuperbos, magnos & violentos homines, ſeu dæmones in æternum damnabiˢ. De qbus Iob 26. fertur: Eccè gigãtes gemunt ſub aquis, & q habitant cum eis. Baruch quoquè cap. 3. ait: Ibì fuerunt gigantes nominati. Interdùm tñ gigãtes ſumunˢ in bono, pro magnis & fortibus in ſapientia & virtute. Vndè de Chriſto habetur in Pſalm. 18. Exultauit vt gigas ad currendam viam. Ambroſius quoquè in hymno dixit de ipſo: Geminæ gigas ſubſtantiæ, alacris vt currat viã. [Qui diligit epulas,] i. guloſus & delicatus, q in cibo & potu voluptatẽ quęrit magìs quàm neceſſariã refectionẽ, [in egeſtate erit:] i. virtutũ opulentia deſtituetur: tales etiã ſolent, ſua immoderatè conſumẽdo, depauperari. Hinc Seneca in lib. de quatuor virtutibus ſcripſit: Nec prę ſentibus delicijs inhęrebis, nec deſiderabis abſentes. Victus ſit tibi ex facili re, nec ad voluptatem, ſed ad cibũ accede: palatum tuum fames excitet, non ſapores: deſideria tua paruo redime, qa hoc tantùm curare debes, vt deſinant: atq; ità quaſi ad exemplar diuinum compoſitus, à corpore ad ſpiritum, quantùm potes, abducere. Prętereà, iuxta Cyrillum, Sicut pinguia fouent ignem quouſquè conſumãtur, ſic qui amant vinum & pinguia, cibus erunt infernalis incendij. Ideò ſubditur: [qui amat vinum & pinguia,] propter voluptatem & immoderatè, [non ditabitur:] Immò pauper erit in anima, & temporalia expendet ſuperfluè. [pro iuſto datur vir impius, & pro recto iniquus:] Iuſtus & rectus, pro eodem accipi ſolent, ſimiliter impius & iniquus. Sed hìc per iuſtũ intelligi poteſt, qui circa Deum iuſtè ſe habet: & per rectum, qui circa proximos habet ſe rectè. Per impium verò, q peccat in Deũ: & per iniquum, q peccat in proximũ, vt ſit ſenſus: Pro iuſto datur vir impius, id eſt, pro peccato quod impius committit in iuſtum, datur impius damnationi æternæ, & quando què temporali pœnæ aut morti. Sic tyranni pro martyribus dati ſunt, & propter peccati commiſſa in hominem rectum, punitur & damnatur iniquus, qui peccauit in illum, ſicut & Aman pro Mardochæo. Hinc per Iſaiam cap. 43. Dominus loqtur Iſrael: Dabo homines Eſther 7.
pro te, & populos pro anima tua. [melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cũ muliere rixoſa & iracũda:] hoc eſt quod dictũ eſt paulò antè: Melius eſt habitare in angulo domatis Pro. 21.

quàm cum muliere litigiosa. Porrò Eccles. 25. plùs dicit, vtpotè: Commorari leoni & draconi placebit, q̃ habitare cũ muliere nequã. [Thesaurus desiderabilis] i. opulentia meritorum, [& oleum] pietatis ac charitatis sunt [in habitaculo iusti: i. in corde ipsius, vel in eius domesticis benè rectis, & obedientibus sibi: vel in sanctorũ Ecclesia. [& imprudens homo dissipabit illud] i. habitaculũ iusti scãdalizabit & destruet, quãtùm in se est, & si potuerit. [Qui sequit] i. appræhendit, amat & exercet [misericordiam & iudiciũ, inueniet vitã] gr̃æ [& iustitiam] i. iustam à Deo remunerationem, [& gloriam] claritatis cælestis. [Ciuitatem fortiũ ascendit sapiens, & destruxit robur fidutiæ eius.] Sic Moses, Iosue, Dauid, ac alij iusti reges, ac Machabæi, fortissima aduersariorũ suorum oppida obsederunt & expugnauerũt. Ideò ait Apostolus Hebræ. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Christus quoq; per beatissimos suos Apostolos Petrũ & Paulũ, ascendit dominã mundi Romã, eamq; fidei suæ subiecit, quemadmodùm Isaias prædixit, Ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsq; ad terrã. Potest item per ciuitatẽ fortiũ, intelligi mundus positus in maligno, in quo dæmones dominabanr̃, quem Christus per se & sanctos Apostolos ab idololatria conuertit ad fidem. [Qui custodit os suum] ab immoderãtia cibi & potûs, [& linguã suam] à verborũ excessu [custodit ab angustijs animã suã:] quas gulosi incidũt & verbosi. Iste versiculus expositione non indiget, sed exhortatione & adimpletione. Qui ergò cupit à multis præseruari angustijs, periculis & peccatis, custodiat os & linguã. Etenim vir verbosus non dirigetur in terra: & sicut Iacobus ait Apostolus: Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suã, huius vana est religio. Atque, vt Seneca protestat: Qui nescit tacere, nescit loqui. Hinc Abbas Agathon lapidem diù portauit in ore, vt disceret os suum custodire. [Superbus & arrogans vocatur indoctus, q̃ in ira operatr̃ superbiã:] id est, ex impetu iræ procedit in opus superbũ, iniurioſum seu contumelioſum. Talis enim est fatuus dono sapiẽtię carens, nec vnctus seu doctus à Spũsancto, quandò ità se habet, quanuis antè forsitan fuerit bonus & sapiens, & quãuis humana instructione sit eruditus. [Desideria occidũt pigrum:] Habet em̃ desideria vitiosa, q̃b⁹ spiritaliter mortificatr̃, cupit quoquè adipisci terrena, nõ tñ vult laborare pro illis, ficq; desideria ipsum affligũt, dum rebus caret optatis. Vndè subiungitur: [noluerũt enim quicquam manus eius operari:] id est, vires eius practicæ noluerũt aggredi actus virtutũ, neq; laborem honestũ. [Tota die concupiscit & desiderat] temporalia bona, & interdùm etiã spũalia remisso affectu, sed abhorret laborem. [Qui aũt iustus est, tribuet] ea quæ rõnabiliter postulanr̃ ab eo pro posse, sicut ait Saluator: Omni petenti te tribue. [& non cessabit] tempore opportuno sua communicare & agere benè. [Hostię impiorum abominabiles, q̃a offerunt̃ de scelere:] id est, ex rapina aut furto, aut mercede prostibulari. Hostię nanq; legales non erãt acceptę in se, sed offerentiũ fide & deuotione: ideò displicuerũt Deo, quãdò ex iniustitia & vitio aut turpitudine offerebanr̃. [Testis mẽdax peribit.] vndè dictũ est suprà 19. Testis mẽdax non erit impunitus. [vir obediẽs loquet victoriã:] id est, ipso facto ostẽdet se fortẽ ac victoriosum, dabitq; aliis materiã loquendi de hoc: vel, ad laudẽ Dei ædificationemq; proximi, narrabit qualiter obediẽdo prẽualuit aduersarijs suæ salutis, & carnẽ ac sensualitatẽ rõni subiecerit, & suo dominatus sit anio, viceritq; seipsum. Vel loquet victorias, i. humilia & obediẽtialia dabit respõsa ꝑcipiẽtibus sibi, per q̃ aduersarijs gr̃æ prẽualebit. Loquet quoquè libẽter victorias, i. aliorũ electorũ glorioſos triũphos, quibus de mũdo, carne atq; diabolo triumphauerũt. [Vir impius procaciter obfirmat vultum suũ:] i. interiorẽ suã indurationẽ impudẽter ostẽdit facie torua, & quasi se armat vultu feroci ad nõ recipiendũ exhortationẽ, correptionẽ, emollitionémve aliquã. Sic Laban obfirmauit vultũ suũ aduersùs Iacob, & Saul contra Dauid, quẽ non rectis oculis intuebatur. [qui aũt rectus est, corriget viam suã] i. quotidiè studet venialia peccata bonis actibus suis admixta, emẽdare, vitare, delere, & accusat seipsum. [Non est sapiẽtia, non est prudẽtia, non est consiliũ contra Dñm:] i. nec per cognitionẽ diuinorũ, nec per notitiã creaturarum, nec per inuestigationẽ agibiliũ potest q̃s Deo resistere, & eius proposituũ impedire, aut voluntatem ipsius ab effectu absolutè volito retardare, qm̃ ipse Isa. 46. testatur: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et Ierem̃. 49. & 50. Quis similis meĩ, & quis sustinebit me? & q̃s est iste pastor, q̃ resistat vultui meo? Ideò sanctus Iob fassus est: Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest: & quodcunq; voluit, fecit. Immò sæpè per ea quæ homines agunt, ad impediendum id quod Deus decreuit, illud ampliùs adimpletur.

Isa. 26. Psal. 139. Iaco. 1. Luc. 6. Gene. 31. 1. Reg. 18. Iob 23.

¶ Insuper potest & ità exponi, q̃ nulla sapientia hęreticorum, nulla scientia Philosophorum, nullum consilium tyrannorum, potuit euangelicę legis ac fidei veritatem reprobare, extirpare, aut eius diffusioni per mundum impedire, qm̃ Deus decreuit eam disseminare &

& confirmare in mundo. [Equus paratur ad diem belli, Dñs autem salutẽ tribuet:] i. quãuis pugnaturi ad præliandum se muniant equitatura & armatura, faciendo quod in ipsis est, nè videantur Deum tentare: tamen ex diuina prouidentia & omnipotentia Dei, conceditur huic aut illi victoria. Idcircò in Deo principaliter est sperandum, & eius auxilium est petendum. Vndè Psal. 32. dicitur: Fallax equus ad salutem. Et alibi: Victoria de cælo est. Hinc 2. Para. 25. legit: Si putas in robore exercitũs bella consistere, superari te faciet Dominus. 1. Mac. 3.

¶ Declaratio capitis vicesimi secundi: Melius est nomen bonum &c.

Articulus vicesimussecundus.

MElius est nomen bonum: i. fama honesta & exemplaris, [quàm diuitię multę: quã magis propinquat ad spũalia bona, & magis est ad Dei honorem, proximorumq; ædificationẽ, quàm facultates: estq; de numero bonorũ honorabilium, diuitię autem de numero bonorũ vtiliũ, quę inferioris sunt gradûs. Hinc dixit Aposto. Christi bonus odor sumus in omni loco. Denique Deo debemus conscientiã puram, ꝓximis famã bonã, nè f. scãdalizent in nobis. Ideò iussit Saluator Mat. 5. Luceat lux vestra corã hominibus. Hinc asserit Augusti. Duo sunt necessaria, s. conscięntia & fama. Conscientia propter te, fama propter proximum. Qui conscięntiæ suæ confidens, famam negligit, crudelis est. [super argentũ em̃ & aurum] valet [gr̃a bona:] per quã homo acceptus est proximis propter suas virtutes, & maximè valet gr̃a Dei apud homines. Etiã plùs prodest homini gr̃a, quam inuenit corã eis, q̃ opes. Idcircò Eccl. 41. scriptũ est: Curã habe de bono nomine. Hoc em̃ plùs prodest tibi, quàm thesauri. Vndè & Seneca: Bona, inqt, opinio, i. fama hominũ, est tutior quàm pecunia. Et rursùs: Bona fama in tenebris suũ habet splendorem. [Diues & pauper obuiauerũt sibi: vtriusq; operator est Dñs.] Ideò sicut diues non est propter diuitias honorãdus, ità nec pauper ob suã pauperiem cõtemnendus. Nec diues debet despicere pauperẽ, nec pauper dijudicare diuitẽ. Immò diues debet pauperẽ honorare in corde suo, tãquàm ad misericordiã & grãm Dei magis dispositũ. Pauperes em̃ elegit Deus. Et sicut ait Gregorius, hos elegit Deus, quos despicit mundus. Vndè sanctus Ioannes Eleemosynarius patriarcha Alexandrinus, pauperes semper vocauit dominos suos. At verò Deus quosdã diuites, quosdã pauperes fecit, vt diuites tẽporalia benè dispẽsando, &ea pauperibus cõmunicãdo, bonę dispensationis meritis consequanr̃ salutem. Pauperes verò, suæ paupertatis purgatoriũ æquanimiter tolerãdo per patientiã coronẽtur. [Callidus videt malum,] i. imminens periculũ, damnũ, tormentũ. [& abscondit se:] i. retrahit se, nè incidat illud quod licitũ est, nisi ex præcepto teneat veritatẽ fateri seu aliqd facere, ex quo indubitãter malum illud incideret, sicut in certis casibus requirũt charitas atq; iustitia, vt propter fidei ac veritatis defensionem homo periculis se exponat. [innocens pertransit] locũ periculi, seu opus bonũ publicè continuãdo, [& afflictus est damno:] Sic multi ex principibus Idæorum credebãt in Christum, sed qa videbãt sibi ex hoc imminere periculum, non confitebanr̃, vt ait Euangelista Ioannes: Apostoli verò innocentes, & eorum consortes, processerunt in publica fidei confessione, & passi sunt persecutiones diuersas. [Finis modestiæ] de qua loquit Paulus: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. [est timor Domini.] Modestia interdùm est specialis virtus, prout in Secunda Secundæ quæst. 16. Thomas declarat: Sed nunc accipi potest pro moderamine obseruãdo in omni virtute morali, ad quam spectat passionem reformare. Omnes aũt virtutes morales tendunt ad hoc, vt passionibus reformatis ad eam synceritatẽ & rectitudinem homo perueniat, ꝙ iugiter timeat filiali timore Deum etiã quãtum libet modicè in honorare siue offendere. Et non solùm timor Domini est finis modestiæ, sed item [diuitiæ] i. spũalis opulentia in donis virtutibus q̃; theologicis. [& gloria] æternalis, [& vita] beatificæ fruitionis: [Arma & gladij in via superbi] i. superbia in vijs & factis suis ad bella & bellica instrumenta conuertiẽ, quibus frequenter abutiẽ, non aduertẽs nec metuens quod ait Saluator: quicũq; acceperit gladiũ, gladio peribit. [custos aũt animæ suæ, nè peccet, longè recedit ab eis:] i. à præacta armorum tyrannide & abusu. [Prouerbiũ est: Adolescens iuxta viam suã,] i. secundùm modum suum conuersans, [etiam quũ senuerit, non recedet ab ea:] iuxta illud metricũ: Quod noua testa capit, inueterata sapit. Ideò versiculus ille repudiatr̃: Angelicus iuuenis senibus satanescit in annis. Immò & ait Philosophus Ethicorũ primo: Non parùm prodesse, iuuenes assuefieri virtutum operibus. Et Seneca in suis ait Prouerbijs: Facilè est teneros adhuc annos componere. [Diues pauperibus imperat:] i. imperiosè loquit eis, præsertim seruiẽtibus sibi, & indigentibus suũ. Diues quoquè in sapiẽtia atq; virtutibus, pręcipit discipulis suis adhuc pusillis. [& q̃ accipit mutuũ, seruus est fœnerãtis:] i. eius q̃ sibi accõmodat mutuum, q̃a tenet accõmodãti re-

Mat. 26. Phil. 4. Ioan. 12. Iaco. 2. 2. Cor. 2.

pendere vicem, & indiget ſe illi ſubijcere. Vndè & Seneca dixit: Beneficiũ accipere, eſt vendere libertatem. [Qui ſeminat iniqtatem,] i. diſcordiã aut falſam doctrinã, [metet mala: i. damnationẽ & tormenta recipiet pro mercede, dicente Apoſtolo Gala. 6. Quę ſeminauerit homo, hæc & metet. [& virga iræ ſuæ] i. tribulatio quã ex ira alijs infert. [conſummabit:] i. finem accipiet, vel ipſe conſummabit virga iræ ſuæ, id eſt, punitio qua æternaliter punietur propter iram & iniuriã quas intulit alijs, erit finis & conſummatio ſeu damnatio eius finalis. Hinc Oſe. 10. ſcriptũ eſt: Arãſtis impietatem, iniqtatem meſſuiſtis, & comediſtis frugem mendacij. [Qui pronus eſt ad miſericordiã,] non ſolùm ex inclinatione ingenita & naturali complexione, ſed ex exercitatiõe aſſidua, [benedicetur: Iqa à Deo dona gr̃æ & gloriæ ſortiet, & homines eum laudabũt, bona imprecãdo eidem. Talis fuit ſanctus Iob qui ait:

Iob 31. Ab infantia creuit mecũ miſeratio. [de panibus enim ſuis dedit pauperi. Victoriã ac honorem acqret qui dat munera.] Talis em̃ à multis diligit & iuuat, & ſi ex charitate egenis largitur, gr̃ãm p̃equalendi hoſtibus ſuæ ſalutis à Deo ſortitur. [animã autem aufert accipientium:] i. corda accipientiũ munera ſua allicit ſibi, & beneuolentiã eorum captãdo, quaſi ſuratur ea ipſis, & transformat in ſe. Veruntamẽ iſte verſus non eſt in Hebræo. [Eijce deriſorem,] tu q̃ authoritatiuè & aptè potes hoc facere. [& exibit cũ eo iurgiũ,] cuius ipſe eſt incitator & cauſa, [ceſſabuntq; cauſæ] id eſt, lites [& contumeliæ:] quarũ ipſe incitator eſt. Ideò cauſa remota, remouebit & effectus. Sic & hęreticus incorrigibilisq; trãſgreſſor, & cõmunitatis turbator, ſunt ab Eccleſia & congregatione eijciendi. [Qui diligit cordis munditiam,] ità q̃ habet, amplectit & cuſtodit eã in corde ſuo, [propter gr̃ãm labiorũ ſuorũ: i. propter gr̃ãm ſuę puritatis quę redundat in labijs ſuis, qbus libẽter de munditia loqtur, vel propter gr̃ãm labiorũ ſuorũ, i. gratioſam efficaciã ſuę ſermocinationis, veniẽtis ex puritate interna, ex qua ſermocinatiõe innoteſcit cordis ſui munditia. [habebit amicũ regem, Deum oñipotentẽ eſſentialiter ſanctũ & purum. Similitudo enim eſt cauſa amoris: talis quoquè placet omni regi terreno & bono. [Oculi Domini cuſtodiũt ſcientiã:] i. diuinę pietatis reſpectus, conſernat in mente ſalubrem notitiã, & p̃ſertim ſcientiam quæ eſt donum. [& ſupplantant verba iniqui:] qa à Deo falſa eſſe monſtrãtur, & ſæpè ab optato impediũtur effectu. [Dicit piger, Leo eſt foris, in medio platearũ occidendus ſum.] i. caluas, vanas & leues q̃rit occaſiões & excuſatiões, qbus euadat aggredi & exercere opera bona. ſic tempore perſecutionis imperfecti & timidi, ſubterfugiunt fidem publicè confiteri, dicentes q̃ aſſint tyranni. [Fouea profunda, os alienæ:] i. verba laſciua & oſcula fœminę adulterę fornicariæ, ſeu dogmata deceptricis ſcientiæ, aſſimilant foueę profundæ, in quã merguntur & pereunt corruentes: ſic os tale trahit ad enormitatem peccati & tormentorum voraginem. [cui iratus eſt Dominus:] i. quem iuſto relinquit iudicio, iuxta illud Pſalm̃. 81. Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorũ. [incidet in eam.] quum enim deſtitutus fuerit miſer homo gr̃a creatoris, mox labitur in profunditatem criminũ & erroris, quẽadmodùm per Prophetam loqtur Dominus: Auerti faciem meã ab eo, & abijt vagus in via cordis ſui. Vndè &

Iſa. 57. Iſa. 64. idem Propheta dicit Deo: Eccè tu iratus es, & peccauimus. [Stultitia colligata eſt in corde pueri] nondùm adultę ætatis, qa ad ludicra iugiter inclinat, nec habet acquiſitã prudentiam, experiẽtiam, rationémve forté. Similiter in corde pueri ſenſu, quãuis forté ſit centum annorũ. [& virga diſciplinæ] per quã fit correctio, [fugabit eam:] non enim amore virtutis & rationabili perſuaſione, ſed timore & pœna reprimunt, inſtruunturq; pueri circa exordium diſcretionis. [Qui calumniat pauperẽ, vt augeat diuitias ſuas,] per ea quę abſtrahit pauperi, vel quę capit ab impio, vt propter eius preces ac munera opprimat pauperẽ. [dabit ipſe ditiori,] id eſt, à iudice ſuperiori adiudicabit pecuniariæ ſatisfactioni, & priuabitur rebus malè adeptis. [& egebit:] ſimiliter q̃ pauperi ſpũ & humili detrahit, vt ipſe ex hoc melior videatur, cogeť reddere rõnem Chriſto, & miſer probatus damnabit. [Fili mi, inclina aurem tuam.] Circa hæc ait Gloſſa: Hucuſq; titulus Parabolarũ Salomonis, qui ſuprà eſt poſitus illo loco, ex quo cœpit nouo loquendi genere loqui, non ad eum quem docuit,

Pro. 10. ſed ſecũ ratiocinãdo, quod incipit ibi: Filius ſapiens lętificat patrẽ, finitur hîc: Dabit ipſe ditiori, & egebit. Hîc ad priorem loquendi modũ reuertitur, dirigendo verba ad eum quẽ docet, cui iam ait: Fili mi, inclina aurem tuã, i. humiliter & ardẽter applica aures cordis & corporis, quod eſt ſignũ egregiæ indolis. [& audi verba ſapientiũ:] i. ad verba ſapientiũ. [Appone aũt cor tuum ad doctrinã meam, quę pulchra erit tibi:] qa admixtione caret erroris & vitij, & luce veritatis reſplendet. [quũ ſeruaueris eam] per memoriã & effectũ, [in ventre tuo,] i. in mente, in qua animę fercula ſuſcipiũtur, digerunť & conſeruãtur. [& redundabit in labijs tuis, vt ſit in dño fiducia tua. Vndè & oſtendã tã tibi hodiè: Iqa inſtructio iſta eſt ſ-

piùs

piùs iterãda. [Eccè deſcripſi eam tibi tripliciter:] vtpotè Anagogicè, Symbolicè, Hiſtoricè. Vel tripliciter, i. literaliter ſeu hiſtoricè & tropologicè, ſeu moraliter & allegoricè. His em̃ modis ſcriptura exponiť, & triplex Theologia aſſignať. Vel tripliciter, i. proportionabiliter iuxta triplicẽ hominũ ſtatũ, videlicet incipientiũ, proficientiũ, & perfectorũ. Nã & in iſto Prouerb. volumine, doctrina ſeu ſapiẽtia, quãdoquè tradiť tam ſubtiliter ac profundè, vt ſolùm perfectis cõueniat: quãdoquè mediocriter, prout proficiẽtibus competit: aliquãdò ità ſimpliciter, vt incipientiũ cõgruat capacitati. Vel tripliciter, qa ſicut circa exordiũ operis huius inductũ eſt, Salomon in tribus ſuis voluminibus de ſapiẽtia tripliciter tractat, ac triformem tradit doctrinã. Aliqui aũt dicunt, Salomonẽ hîc loqui in perſona Dei, q̃ ſapientiam deſcripſit per ſanctos ſuos tripliciter, ſecũdũ tres partes ſcripturæ: qa deſcripſit eã in lege, in prophetis, atq; in libris Hagiographis. Porrò quod ſubditur, [in cogitationibus & ſcientia:] intelligendũ eſt, q̃ ſapiẽtia ſeu ſacra doctrina conſiſtit in actuali cõſideratiõe, & in habituali notitia: & quãtùm ad horũ vtrũq;, tripliciter eſt deſcripta: nam & habitualis notitia, ad actualẽ finaliter ordinať. [vt oſtenderẽ tibi firmitatẽ,] i. firmã ſcripturę intelligentiã, quæ tot modis exponiť, virtutũ quoquè ſtabilitatẽ, ad quã doctrina moralis refertur ac tendit, & qualiter mente robuſta inhęrendũ ſit ſummo bono. [& eloquia veritatis] i. ſermones diuinę ſcripturæ, per quos te in omnibus poſſis dirigere, [reſpondere ex his illis qui miſerunt te:] i. ad reſpondendũ ex horũ notitia ſapiẽter maioribus tuis, potiſſimè Deo in ſuo iudicio & angelis ac prelatis, à qbus ad diuerſa agenda dirigeris. In Hebręo tamẽ fertur haberi, reſpondere ex his interrogãtibus te, & ſic rectus eſt planior. nam & beatiſſimus Archiapoſtolus in ſua prima hortať Canonica: Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni poſcenti vos ra- 1. Pet. 3.
tionem de ea quæ in vobis eſt, fide & ſpe. Porrò, q̃ interrogat aliũ, mittit eum quodãmodò ad interiora ſua, ad cogitandũ & deliberandũ de ſibi propoſita quæſtione, & ſic tranſlatio noſtra redit in idem. [Non facias violentiã pauperi, qa pauper eſt:] Hoc dupliciter poteſt exponi. Primò ſic, eo ipſo quo pauper eſt, non facias violentiã ei: nam quãuis illicitũ & crudele ſit, alicui violentiã inferre, p̃cipuè tũ impotenti & pauperi, miſerabilibusq; perſonis. Secundò ſic: Non facias violentiã pauperi, qa pauper eſt, i. ob hoc q̃ inops & impotens eſt ad reſiſtendũ. [neq; conteras egenũ in porta:] i. in foro iudicij, quod antiquitùs fiebat in vrbium portis, ſicut in Deuter. Dñs iubet, Iudices conſtitues in omnibus portis tuis. Hinc Iob Deute. 16.
dicit: Si leuaui, inqt, ſuper pupillũ manũ meã, etiã quum viderem me in porta ſuperiorem. Iob 31.
Et per Prophetã Dñs loqtur: Quarè atteritis populũ meum, & facies pauperũ commolitis? Iſa. 3.
[qa Dñs iudicabit, cauſam eius:] qa malè iudicata Dñs reiudicabit, & ipſe omniũ iudex eſt. Specialiter verò pauperũ eſt, ptector, quorũ iniuriã grauiť vindicat, cui in Pſalmo cãtatur: Pſalm̃. 9.
Tibi derelictus eſt pauper. Et denuò: Facit iudiciũ iniuriã patientibus. Quibus ipſe locutus & 145.
eſt per Zachariã: Qui tetigerit vos, tãget pupillã oculi mei. [& cõfiget eos] puncturis æter- Zacha. 2.
næ damnationis, [qui conſixerunt animã eius.] id eſt, animam pauperis afflixerunt iniuſtè. [Noli eſſe amicus] i. familiaritatem aut ſocietatem habens, [homini iracundo:] quem tamen debes ex charitate diligere, [neq; ambules] libenter, aut ſolus, aut ſæpè [cũ viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius,] nè prouoceris ex ira & impatientia ac furore eorũ, ſicq; aſſueſcas faciliter ad iram impatiẽtiamq; moueri, contendere, perturbari, quẽadmodùm ſcriptũ eſt Pſal. 17. Cũ peruerſo peruertéris. Et alibi rurſùs: Amicus ſtultorũ, efficieť ſimilis. [& Pro. 13.
ſumas ſcandalũ] i. occaſionem ruinæ [animæ tuæ] ex tali ſocietate & cõmunione. Quærenda eſt ergò amicitia, familiaritas atq; ſocietas hominis mãſueti, virtuoſi, fidelis. Sed penſandũ quod in Prouerbijs ſuis Seneca ait: Quàm multi amicos tales habere voluerũt, & ipſimet tales eſſe non potuerũt. Ideò rurſùs optimè docet & conſulit: Teipſum primò exhibe bonũ, & ſic quære alterũ ſimilem. Veruntũ iſtud de imperfectis intelligendũ videť, quibus periculoſa eſt amicitia & familiaritas iracundorũ, quia adhuc proni ſunt ſcãdalizari. Perfecti aũt (vt ait Hieronymus) ſcandala non recipiũt, qui adeò virtuoſi & fortes ſunt, quòd ſuæ manſuetudine, pietate, patiẽtia, charitate & exemplo, iracũdos & alios paſſionatos poſſunt ad reformationem allicere. [Noli eſſe cum his q̃ defigunt] id eſt, obligãt [manus ſuas,] extendendo eas ad promittendũ pro alijs, [& qui vades] i. fideiuſſores [ſe offerunt pro debitis] alienis. [Si em̃ non habet] ille pro quo fidem facis, & ſatisfactionẽ in caſu promittis, [vndè reſtituat,] i. debitũ ſuum perſoluat, & fideiuſſori ſatisfacere queat. [quid cauſæ eſt] id eſt, quæ ratio ſiue vtilitas, [vt tollas veſtimentum de cubili tuo,] id eſt, veſtem tuam des in pignus pro illo? quaſi dicat, Sine neceſſitate ingeris tibi dãnum atq; moleſtiã: tamen in neceſſitate & ex rationabili cauſa ac charitate pium eſt, cum diſcretionẽ pro amico iubere. [Nè tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui:] i. bona & confinia alio-

rum non inuadas,nec cupidè queras,ſed eſto contentus hereditate pr̃m tuorũ. ¶Spũaliter verò non debemus trãſgredi regulas & præcepta,inſtitutiones & documenta, à pr̃ibus noſtris nobis præfixa ac derelicta,nec intromittere de his,quæ ſtatum,gradum, vires & authoritatem noſtrã tranſcendunt: ſed iuxta noſtræ vocationis & profeſſionis exigentiã ac tenorem,omnipotenti ſolicitè deſeruire: nec terminos obedientiæ noſtrę exire, quẽadmodùm libro de Angelica Hierarchia diuinus & magnus Dionyſius docet & aſſerit,q̃ nullus angelicorum ſpirituum legẽ ſibi diuinitùs præfixã,audet trãſcendere.Hinc in Deuter.ſcriptũ eſt:

Deu.19. Non trãſferes terminos,quos fixerunt priores in poſſeſſione tua.[Vidiſti virum velocem]i. expeditũ,ſtrenuum,agilem,[in opere ſuo] bonũ?[corã regibus ſtabit] i. aptus erit regibus obſequi:tales eñ miniſtri regibus placẽt, qñ volunt ſibi promptè atq; velociter obediri. [nec erit ante ignobiles:]i.nõ decet eũ ignobilibus miniſtrare,nec ipſe libẽter hoc faceret. ¶Spũaliter verò,qui velox & feruens eſt in actibus virtuoſis,corã regibus regni cælestis,i. ſanctis Apoſtolis & Apoſtolicis viris,ſtabit,putà ad dexterã iudicis in die iudicij, & cũ ipſis æternaliter regẽ ſeculorum immortalẽ,inuiſibilẽ intuebit ac laudabit.Nec erit ante ignobiles,q̃ à ſiniſtris conſiſtẽt.Itaq; cũ moderata velocitate,& diſcreta alacritate,ac charitatiua feſtinãtia,ſeruiendũ eſt Deo,quẽadmodùm Geneſis 18.narrat̃ de Abraam,q̃ tribus angelis hoſpitio ſuſceptis,feſtinauit,& dixit ad Sarã,Accelera:& ipſe ad armentum cucurrit,deditq; puero vitulum, q̃ feſtinauit & coxit illũ. vbi loquit̃ Origenes: Vide quomodò in domo ſapientis omnes feſtinãt,& nihil cum torpore aut negligentia agit̃:Feſtinauit Abraham, & cucurrit: Feſtinauit Sara, & azymos panes parauit: Feſtinauit & puer, vitulum coquens.

Eccẽs 9. Hinc in Eccleſiaſte inducitur:Quodcunq; poteſt manus tua,inſtanter operare.

¶Expoſitio capituli viceſimitertij:quandò ſederis vt comedas cum princ.&c.

Articulus viceſimuſtertius.

QVandò ſederis vt comedas cum principe,diligenter attẽde quę ſunt poſita antẽ faciem tuã,& ſtatue cultrũ in gutture tuo.] Poteſt hic locus primò ſuperficialiter accipi de modo habẽdi ſe in menſa corporalis refectionis cũ principe,cum quo modeſtè ac ſobriè eſt edendum,ità vt,p̃ poſita alimẽta diligẽter penſentur,nè de eis aliq̃d inordinatè aut immoderatè ſumat. Sic̃q; culter in gutture

Iob 34. eſt ponendus,id eſt,guttur virtute temperantiæ,quę inſtàr cultelli reſcindit ſuperflua, refrenãdum eſt à voluptuoſa & guloſa alimẽtorum acceptione,Nẽpe(vt in Iob ſcriptum eſt) Guttur eſcas guſtu dijudicat.Iſtud ergò agẽdum eſt.[ſi tñ habes in poteſtate animã tuã:]i.ſi rõne & virtute eã regere atq; reprimere potes.Secundò exponiť ſic:Quãdò ſederis ad menſam ſapiẽtię & ſacrę ſcripturæ,i.verbũ Dei audiẽris,aut ſacræ fueris lectioni intẽtus,vt comedas cũ pr̃icipe,i.cum Plato ſeu doctore reficiaris ſenſu verborũ cælestium, diligẽter attẽde quæ,pponunt̃,i.documẽta,præcepta,conſilia & exẽpla quę audis ſeu legis,vt ea intelligas &

Iaco.4. obſerues. Scienti eñ bonum & non faciẽti,peccatum eſt illi.Et ſcriptura tãquàm ſermo & epiſtola Spũſanctì,cum omni diligentia eſt legenda ac audienda,vt ſecundùm eã viuatur: [& ſtatue cultrũ] i.diſcretionẽ ſuperflua reſecãtem,in gutture tuo,i.in interiori palato,quo dulcedo verborũ Dei percipiť.Vel in gutture tuo,i.locutione,quę per guttur formať,quatenùs non velis plùs ſapere,profundiùs perſcrutari, ſubtiliùs loqui q̃ expedit & capere vales.[Nè deſideres de cibis eius in quo eſt panis mẽdacij:]i.nec corporaliter nec ſpũaliter cupias refici ab eo,q vel fallacẽ proponit doctrinã,vel alimẽta mendaciter aut iniuſtè adepta habet & exhibet. Prætereà præinductã authoritatem Auguſtinus in quodã ſermone exponit de mẽſa Chriſti,in qua corpus eius & ſanguis proponunt̃,eiusq; paſſio,virtutes & opera recitant̃,quę omnia ſunt diligẽtiſſimè aduertenda,ac pro viribus imitãda,& deuotiſſimè ſuſcipienda.[Noli laborare vt diteris]in rebus terrenis vltra qualitatẽ & diſpoſitionem tui ſtatũs.qa(vt ait Apoſtolus 1.Timo.6.) Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationẽ & laqueum diaboli. [ſed prudentiæ tuæ pone modũ:]nè vertať in vitium quærendo ſuperflua. [Nè erigas oculos tuos] ex auiditate acquirendi [ad opes,quas habere non potes, qa faciũt ſibi pennas quaſi aquilę,& volabunt in cælum:]i.ſua preciоſitate tuã effugiunt capacitatẽ, ſicut aquila ſua velocitate volat in altum,atq; ad creatoris cedunt honorẽ,q̃ ex ſuis creaturis oſtẽdit honorãdus. ¶Poteſt̃q; iſtud de ſpũalibus accipi opibus,vt ſ.homo nequaq̃ præſumat deitatis penetrare ſecreta,nec incõpræhenſibilia perſcrutari conet̃,nec ad perfectionem virtutum,ſtabilitatemq̃; cordis viatoribus impoſſibilem conet̃ in hac vita pertingere,

Iere.48. quum ſcriptũ ſit:Quia plùs fecit q̃ potuit,idcircò perijt.Et alibi: Noli eſſe iuſtus multùm,

Eccẽs 7. neq; plùs ſapias q̃ oportet,nè obſtupeſcas. [Nè comedas cum homine inuido,] quem ſcis talem eſſe & te odire. [& nè deſideres cibos eius,quoniã in ſimilitudinem arioli & coniectoris æſtimat, quod ignorat] id eſt, ſicut diuinator, & qui coniecturis intentus eſt,aut ſomnia exponit,ſæpè ſuſpicať aut aſſerit quod non ſcit,ſic inuidioſus putat varijs modis nocere,quod tamen quandoquè non valet implere. Similiter cum hæreticis & fallacibus doctoribus non eſt communicãdum in menſa ſapientię,quia ſcripturas falſè interpretant̃,aut ad finem retorquent peruerſum,de futuris quoquè pronoſticare vſurpãt. [Comede & bibe,dicet tibi,]inuitando te ficto amore.[& mens eius non eſt tecum:]i.tibi coniuncta per verum & ſpũalem amorem.[Cibos quos comederas,euomes:]i.non commodum,ſed magìs diſpendium ex comeſtione cum illo habita,conſequéris.[& perdes pulchros ſermones tuos:]i. fructum non habebis ex verbis peritis ſeu charitatiuis, quæ habuiſti cum tali,quia decipiet te,ſi poteſt. Deus tñ nullum bonũ irremuneratũ relinquit.[In auribus inſipientiũ] quos ſcis aut experiris incorrigibiles eſſe,[nè loquaris,] eos docendo aut increpãdo:[quia deſpicient doctrinã eloquij tui.]& ità non emendant̃,ſed peiorant̃.Vndè ait Saluator Mat. 7.Nolite ſanctum dare canibus. Et Eccleſiaſtic.32.legit̃:Vbi non eſt auditus,non effundas ſermonem.Eze. hieli quoq; Dominus dixit cap.3.Non eris quaſi vir obiurgãs, quia domus exaſperãs eſt.[Nè attingas terminos paruulorũ:]i.nihil de terra & poſſeſſione illorum inuadas,aut ſubtrahas eis.[& agrũ pupillorũ nè introeas] ad vaſtãdũ.[Propinquus eñ eorũ] ſ. iudex terrenus,eiuſdẽ cum illis naturæ exiſtens,vel potiùs Deus omnipotens pater ſpirituum,& ſpecialis miſerabiliũ perſonarũ patronus,cui ſertur in Pſalmo:Orphano tu eris adiutor.Et rurſùs:Pupillum & viduam ſuſcipiet.Itemq̃;:Cuſtodiens paruulos Dñs.[fortis eſt,& iudicabit cõtra te cauſam illorum:]i. cauſam illorũ iuſtã oſtẽdet,& tuã iniuſtã vindicabit, iuxta illud Deuterono.10. Facit iudicium pupillo & viduæ. [ingrediat ad doctrinã cor tuum,& aures tuæ ad verba ſcięti æ:]id eſt,ad audiẽdum doctrinalia & ſalubria verba accede. [Noli ſubtrahere à puero]i.à filio tuo carnali adhuc iuuenculo, vel à ſubdito indiſciplinato ac puero ſenſibus,[diſciplinam:]i. correctionem.[ſi enim percuſſeris eum virga]corporali aut ſpũali,[non morietˉ:]niſi percuſſio eſſet prorſus immoderata.[Tu virga percutis eum,& animã eius de inferno liberabis:]i.de vitijs & erroribus,quos incideret,niſi cũ diſciplinares,& per quos tãdẽ corrueret in gehennã.[Fili mi,ſi ſapiens fuerit animus] i. ſpũs ſeu intellectus [tuus,gaudebit tecum]i.congratulabiť tibi [cor meum] ex charitate,qua diligo te,[& exultabunt renes mei,]interior lætitia cordis mei redundabit in corpus,& ſenſituus eriã appetitus lætabiť,[quum locuta fuerint rectum]i.iuſtum & prudẽtem ſermonem [labia tua. Non æmuleť cor tuum peccatores:]i.eos non imiteť in vitijs, nec odiat eos, inquãtùm ſunt homines ac viatores,pœnitentiæ & ſalutis capaces:[ſed in timore Domini] ſi liali [eſto tota die:]i.aſſiduè & omni tempore gr̃æ Chriſti,de quo die ait Apoſtolus Ro.13. Nox præceſſit, dies aũt appropinquauit. Et rurſus 1.Theſſalonic.5. Nos qui diei ſumus, ſobrij ſimus.[qa habebis ſpem]efficacem [in nouiſſimo,]i.in fine vitę pręſentis,[& pręſtolatio tua non auferet̃.]id eſt,expectatio qua beatitudinẽ pręſtolaris,non priuabiť ſuo effectu. [Audi fili mi,& eſto ſapiẽs,&dirige in viã] gr̃æ ac ſalutis[*oculos tuos]interiores,ſ.ad conſiderãdum diuina pręcepta,iuxta illud Iere. 31.Dirige cor tuum in viã directã. [Noli eſſe in conuiuijs potatorũ,nec in comeſſationibus eorum,q̃ carnes ad veſcẽdum cõferunt:qa vacantes potibus,& dantes ſymbola,]i.collationem pecunię in prędictis, [conſumenť:]qa corpus & animã deſtruunt,vitã abbreuiant,depauperant̃ & condemnant̃. [& veſtietur pannis dormitatio:] i.dormitio mortis eorũ erit deſpecta, ſeu ipſe q̃ talis eſt, viliter operietur in morte. Vel ſenſus eſt:Quòd ad tãtam deueniet paupertatem, vt dormiendo non habeat ſufficiens,ſed tenue operimentum.[Audi]in rebus licitis [pr̃em tuum qui genuit te, & nè contemnas, quum ſenuerit mater tua.] Immò in ſenectute & neceſſitate debes eis magìs charitatiuè ac piè aſſiſtere,quemadmodùm Eccleſiaſtic.3.legitur: Fili,ſuſcipe ſenectam patris tui,& non contriſtes eum in vita ſua.[Veritatem eme,] non dando directè pro ea pecuniam,aut aliquod temporale tanquàm precium rei:ſed emenda eſt à Deo,oratione & opere virtuoſo,& à doctoribus ſeu ex libris,ſtudio & labore.Et ſicut dantur tẽporalia,vt oretur pro dantibus, non pro oratione, ſed vt orantes inclinentur ex beneficio corporali ad recompenſandum in ſpiritualibus: ſic poteſt temporale dari magiſtro, vt prouocetur ad laborandum pro informatione diſcipuli. De huiuſmodi emptione ſcriptum eſt in Iſaia: Emite abſque argento, & abſque vlla commutatione. Et alibì dicitur: Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum,id eſt,charitatem.[& noli vendere ſapientiã,] quę eſt notitia diuinorum.[& doctrinã] moralium,[& intelligentiam] ſpeculabilium,qua: nõ ſunt ſub prẽcio corporalium rerum ponendæ:nihilominùs docens poteſt accipere pro ſuo labore ſuſtentaculum vitę.[exultat gaudio pater iuſti:]id eſt,pater eius carnalis ſeu ſpiritualis,ſi ta-

Pſalm.9. 145.114. Iſa. 55. Apoc. 3.

*animum tuum

men ſit bonus & ſpũaliter amans. Nam quidã ſunt ità peruerſi, q; de ſpũali & virtuoſa filiorum ſuorũ conuerſatione triſtantur. ℣qui ſapientem genuit, lætabit in eo. Gaudeat patertuus & mater tua, & exultet quę genuit te: ℟i. tam ſapienter & virtuoſe te habe, vt meritò de te glorientur carnales ac ſpũales tui parentes. ℣Præbe fili mi cor tuum mihi, ℟vt inſtruat à me ad vitãdum vitia carnis. ℣& oculi tui vias meas cuſtodiãt. Fouea enim profunda eſt meretrix, ℟ quoniã trahit in voraginem vitiorũ, ℣& puteus anguſtus aliena. ℟ i. adultera, qa ſicut in puteo arcto cadens, ità demergit, vt vix extrahi queat: ità qui in adulterium labitur, difficulter curatur. Vndè Iob 31. inducit: Si ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum ſit alteri vxor mea. Hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima. Ignis eſt vſque ad perditionẽ deuorans. ℣Inſidiatur in via quaſi latro: ℟ nam ſicut latro vult corpus occidere, & occiſi bona diripere, ſic fornicaria & adultera quærit occidere animã, ac per hoc ſpiritualia gratiæ dona ac merita

* iuenerit ei auferre. ℣& quos incautos * viderit, ℟ id eſt, faciliter deceptibiles, qui pericula vitiorum non penſant, nec vitant prudenter. ℣interficiet ℟ morte culpæ, trahendo eos ad concupiſcendum ac commiſcendum. ℣Cui væ ℟ æternę damnationis & preſentis afflictionis? ℣cuius

* ſuffoſſio patri væ ℟ triſtitię & doloris? ℣cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui * ſuffuſio ℟ i. debilitatio & quædã lachrymatio ℣oculorum? nonnè his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotãdis? ℟ i. omnia mala hęc imminent & cõtingũt vinolentis, q & parentes ſuos ſæpè contriſtãt, & rixari, pugnare, vulnerari ſolent in locis potationũ ſuarũ. Propter quod incarcerantur, & ambulando cadere ſolent ex cerebri perturbatione propter aſſcẽdentes fumoſitates ad caput: quorũ & viſus obſcuratur, & oculi humore defluente quaſi lachrymis humectantur. ℣Nè intuearis vinum, quãdò flaueſcit, ℟ i. flauum & quaſi aureũ quendã colorem oſtendit in ſe, ℣quũ ſplenduerit in vitro color eius: ℟ i. ex carnali affectu non facias hoc, nè prouoceris ad potũ illicitũ: tamẽ ad cognoſcendũ vini valorem, iuſtumq; preciũ, poterit ità videri. ℣Ingreditur blãdè, ℟ qa dulciter ſapit. ℣ſed in nouiſſimo ℟ i. antequã conſumat in corpore, ℣mordebit vt coluber, ℟ i. calefactiones pœnales, puncturas, & multas incommoditates cauſabit in homine vinolento. ℣& ſicut regulus ℟ q eſt peſſimus ſerpens, ℣venena diffundet: ℟ qa non ſolùm corpus ſic lædit, ſed animã quoquè ad concupiſcentias, & vitia eas ſequentia, incitat. Hinc in Eccleſiaſtico habet: Vigilia & cholera & tortura viro infrunito: vinum multũ potatum, iritationẽ, iram & ruinas multas facit. ℣Oculi tui ℟ quum fueris vino ingurgitatus, ℣videbunt extraneas: ℟ i. fœminas tibi legitimè nõ vnitas, ad peccãdum cũ eis, ℣& cor tuum loquet ℟ i. intra ſe cogitabit, & ore proferet ℣peruerſa: ℟ i. verba laſciua, procatoria, vitioſa. ℣& eris ſicut dormiẽs in medio mari. ℟ Nam ſicut qui dormit in mari, periculis multis exponitur, fluctibus usq; marinis iactatur: ſic vino repletus, in ſomnũ citò reſoluitur, & humoribus intùs exęſtuat, ac varijs inqetudinibus agitat, imò periculoſiſſimè ſtat, quantùm ad animã. ℣& quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clauo: ℟ nam ſicut gubernator dormiẽs, & clauum quo gubernaculũ regit, perdens, negligit ac mergi permittit nauẽ, ſic talis vinolentus corpus ſuũ non regit per rõnis iudiciũ. Vndè Plato dixit, animã ſe habere ad corpus, ſicut nauta ad nauẽ. ℣Et dices, ℟ ad mẽtẽ aliqualiter rediẽs poſt vitia gulæ atq; luxuriæ, ℣Verberauerũt me ℟ i. prauę affectiones, ſeu dęmones ad ꝑſata peccata me inſtigauerunt, ex quibus multas afflictiones incurri. ℣& non dolui: ℟ i. paſſiõibus, voluptatibus, & vitijs excæcatus, nõ percepi neq; defleui leſiones ꝑtactas corporis ac animę meæ. ℣traxerũt me, ℟ de vno peccato ac torméto in aliud, ℣& nõ ſenſi ℟ ex cauſa ꝑhabita. Sic & Ieremi. 5. aſſerit: Percuſſiſti eos, & nõ doluerũt. Et alius Propheta dicit: Comederũt alieni robur eius, & ipſe ignorauit. Attũ iſta dices, nõ ex vera & ſtabili cõtritione, ſed ex lumine rõnis ſeu fide informi, vel ex ipſa experiẽtia incommodorũ tuorũ inductus. Idcircò ſubiungit: ℣Quãdò euigilabo, ℟ i. ad priſtinã vigoris mei habitudinẽ redibo, ℣& rurſùs vina reperiã ℟ ad potandum ſolito more? Qui emẽ vitioſa cõſuetudine gulæ & immũditię ſunt infecti, quãuis ad horã ſua aduertũt incõmoda, pericula & peccata, mox tñ cõcupiſcẽtijs inflãmati redeunt ad vitia cõſueta. Eccè hìc docuit Salomõ, quãta mala pœnę & culpę ex vinolẽtia orianꝰ, & quàm deteſtãda ſint gulæ atq; luxurię inquinamẽta. Fugiẽda ſunt ergò hęc ſcelera, in qbus brutale ac turpiſſimum eſt iacere. Idcò ait Ambroſius: Ebrioſus quũ vinũ abſorbet, abſorbet à vino, abominatur à Deo, deſpicitur ab angelis, & ab hominibus irridet, virtutibus ſpoliatur, à dęmonibus conculcatur. Econtrà de ſobrietate loqtur Auguſtinus: Sobrietas temeritatẽ fugit & fugat, pericula cuncta declinat, mutuis officijs obtẽperat, ſuperbiã detẽſtat, domũ atq; familiã cũ moderatiõe gubernat. Et rurſùs: Sobrietas, inqt, eſt mẽtis & ſenſus, membrorumq; omniũ cautela, caſtitatis ac pudicitię munimentum, pudori proxima, amicitię ac pacis conſeruatiua, honeſtati ſemper coniuncta, vitiorumq; omnium profuga.

℣ Explana-

℣ Explanatio cap. 24. Nè ęmuleris malos viros, nec deſideres eſſe cum eis.
Articulus viceſimus quartus.

NE æmuleris ℟ i. nec mente nec corpore ſequaris ℣viros malos, ℟ gulæ atq; luxuriæ deditos, de qbus prędecenti cap. facta eſt mentio. ℣nec deſideres eſſe cũ eis: qa rapinas meditat mens eorũ, ℟ i. bona aliorũ cupiunt rapiendo acqrere, quũ diſſipauerint ſubſtantiã ſuã guloſe & immũdè viuendo. Qui aũt furat aut rapit, vt gulæ aut luxurię vacet, magìs dicendus eſt guloſus aut luxurioſus, quàm raptor aut fur, vt ait Philoſophus. A fine emẽ denominatio ſumit. Atq; (vt ait Ambroſius) intentio imprimit ſpeciem operi. ℣& fraudes ℟ i. verba doloſa ℣labia eorum loquunt: ℟ vt dolo acquirant, quæ per rapinã acquirere nequeũt. ℣Sapientia ædificabit domus, & prudẽtia roborabit: ℟ per ſapientiã ædificata eſt Eccleſia, & diſcretione boni regiminis roborata. Similiter per ſapientiam ædificat quæcũq; congregatio, familia, cognatio, politia. Per ſapientiã emẽ inſtituit ad benè viuendũ, ad credendũ, ad proficiendũ, in qbus omnibus per prudentiã roborat. Vndè Apoſtolus: Vt ſapiens, inqt, architectus, fundamentũ poſui. ſed & domus materialis, per ſapientiã ſeu prouidentiã eſt ædificanda, ſicut in Euãgelio ait Saluator: Quis ex vobis volens turrim ædificare, non priùs ſedens cõputat ſumptus, q neceſſarij ſunt? Domus quoquè conſcientæ, & habitaculũ cordis, iuxta Chriſti doctrinã, per euãgelicæ legis ſapientiã atq; prudentiiã, ſunt ædificãdę ac roborãdæ. Propter quod loquit veritas: Oĩs qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, q ædificauit domum ſuam ſupra petrã. ℣In doctrina ℟ id eſt, per doctrinã obſeruãtiamq; legis diuinę, ℣replebunt cellaria ℟ id eſt, corda fidelium, per gratiarũ chariſmata, ſublimata & eleuata à terra, ℣vniuerſa ſubſtãtia preciоſa & pulcherrima: ℟ i. cunctis ſpũalibus ac internis diuitijs, in qbus eſt maximus decor & ſplendor. Scriptura etenim docet omnem virtutũ perfectionẽ, & lex Chriſti dat grãm pertingẽdi ad eã. Hinc 1. Cor. 1. ſcribit Apoſtolus: In oĩbus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſciẽtia. Alibì quoquè ait ſcriptura: Replebimur in bonis domũs tuę. Et, Nihil deeſt timentibus Deũ. Denique in veteri teſtamento per obſeruantiã legis dabat iudæis opulẽtia & proſperitaſq; terrena, vt patet in Dauid, Salomone ad tempus, Aſa, Ioſaphat, Ezechia. Vndè de Ioſaphat 2. Para. 17. ſertur: Factę ſunt ei infinitę diuitiæ. ℣Vir ſapiẽs, fortis eſt: ℟ ad minùs in anima, cuius prędipua fortitudo eſt ſapiẽtia, maximè illa, quę eſt donũ. Propter quod ſcriptum eſt: Omniũ potentior eſt ſapiẽtia. Facit emẽ mentẽ Deo firmiter inhęrere, contẽplari diuina, & per internũ ſummi boni ſaporẽ, aſpernari carnalia, ſicq; contra inuiſibiliũ hoſtium pugnas, roborat ſapientẽ. ℣& vir doctus, ℟ preſertim q vnctus eſt deſupèr, & quẽ vnctio docet de omnibus, de quo ait Pſal. 93. Beatus homo, quẽ tu erudiẽris Dñe, & de lege tua docueris eũ, eſt ℣robuſtus ℟ intellectu, contra perfidiã & errores, ℣& validus ℟ voluntate per charitatẽ, quę tali vnctioni & illuminationi ſemper coniũcta eſt. Sunt aũt nonnulli, quos ſcientia inflat, & q ſolùm acquiſitã habent ſapientiã & doctrinã, ſeu eam quę eſt donũ gratiæ gratis datæ, qui infirmi ſunt corde, tẽtationibusq; vincunt, & vitiorũ ſunt ſerui, qbus dicit. Ila. 47. Sapientia tua decepit te. Et Chriſtus Luc. 10. ait patri: Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. ℣Quia cũ diſpoſitione ℟ i. prouida prępara tione & congrua ordinatione, ℣initur bellum: ℟ i. ineundum ac committendũ eſt prælium, tam contra inuiſibiles, quàm contra viſibiles hoſtes. Et in vtroq; multitudo ac perſona improuida, inordinata, impræparata, nõ eſt niſi hoſtiũ victima, ſicq; in bello vtroq;, plùs valent ſapientia & doctrina, quàm fortitudo corporea. Ideò ſcriptum eſt Sap. 6. Melior eſt ſapiẽtia, quàm vires: & vir prudens quàm fortis. Deniquè ſi qs perpeſſus ſit vulnera, dãna, ſeu quęcũq; aduerſa, multùm valet ſapientia & doctrina, ad conſolandũ eundem, & ad patientiã amplectendã. Vndè & ait Philoſophus, homo contemplatiuus ſeu ſapiens, plenus eſt iucũdis theorematibus, id eſt, ſapientialibus conſiderationibus, per quas poteſt ſe cõſolari, nec extrà ſe in rebus fœdis ac vilibus expetit delectari aut conſolari. ℣& erit ſalus, vbì multa conſilia ſunt: ℟ qa per inquiſitionem conſiliarem vitant pericula. Iſtud ſuperiùs diffuſè expoſitũ eſt. ℣Excelſa ſtulto ſapientia: ℟ i. in alto ſita eſt, ſeu qualitas valdè prędara, ſicq; ſtultus nequit eam attingere. Si tamen exemplo Zachæi, aſſcendat in arborem ſycomorũ, id eſt, humilitatem crucis Chriſti intueatur & amplexetur, ſapientiam veram attinget, ſicut prædabitũ eſt Prouerb. 11. Vbi humilitas, ibì & ſapientia. ℣in porta non aperiet os ſuũ: ℟ id eſt, in foro iudicij, quod in portis fieri conſuetit, iuxta illud Prophetæ: Conſtituite in porta iudiciũ, non poterit rationabiliter reſpondere. In porta quoq;, id eſt, in exitu ab hac vita, prędentatus ſummo Iudici, obmuteſcet. Sed qa in verbis Prouerbiorũ ſtultorũ Salomon ſępiſſimè vtit nomine ſtulti, nè qs nomine ſtulti intelligendos putet eos duntaxàt, qui ex indiſpoſitione ſenſuum interiorũ, aut cerebri ratione

Pro. 22.

1. Cor. 3. Luc. 14.

Mat. 7.

Pſalm. 64. & 33.

Sap. 10.

Mat. 11.

Luc. 19.

Amos 5.

ne-

nequeunt vti, ſubiungit quem nominet ſtultum: [Qui cogitat mala facere] cum conſenſu, id eſt, quicunq; proponit tranſgredi Dei præceptum, [ſtultus vocabit:] quia reuerà ſtultus eſt valdè, quum occidat animã ſuam, & creatori ſuo rebellis ſit & ingratus, ac ſummo bono & donis grãe priuet ſe, peſſimo quoquè hoſti ſuo conſentiat, vitijs ac dæmonibus obſequatur, atq; æternæ damnationis ſe exponat periculis. [Cogitatio ſtulti,] qua cum conſenſu cogitat facere malum, aut omittere debitum bonum, [peccatũ eſt: & abominatio hominum, detractor:] i. abominabilis eſt hominibus obloquutor, peccãs contra legem naturalem, faciendo proximis quod non vult fieri ſibi, & contra legem diuinã, hoc deteſtabile vitiũ multotiès prohibentem. Hinc ait Bernardus: Non veniat anima mea in conſilio detractorum, quoniã Deus odit eos: nec mirum, quoniã vitiũ iſtud charitatem (quæ Deus eſt) acriùs perſequi & impugnare cognoſcit. Et ipſe q detrahit, primò prodit ſeipſum, q̃ ſit vacuus charitate. Quid demùm aliud detrahẽdo intendit, niſi vt is cui obloquit, veniat in odiũ, aut contemptum apud eos, corã quibus venenum detractionis effundit? Ferit ergò charitatem in omnibus, quãtùm in ſe eſt, apud quos detrahit. [Si deſperaueris lapſus in die anguſtię tuę,] id eſt, ſi in peccatũ aut dãnum, aut aliã aduerſitatem dilapſus tempore tribulationis, deſperaueris de venia, conſolatione, euaſione, aut dãni recuperatione, [imminuet fortitudo tua] id eſt, mente & corpore eris debilior. Nil ergò deſperatione execrabilius, quę etiã ponitur
Iob 13. inter peccata in Spũm ſanctum. Sequamur ergò ſanctũ Iob aſſerentem: Etiã ſi occiderit me,
Rom. 4. in ipſo ſperabo. Et Abraam patriarchã, qui contra ſpem in ſpem credidit, hoc eſt, contra ſpem naturæ, in ſpem gratiæ. [Erue eos q ducunt ad mortem: & q trahunt ad interitũ, liberare non ceſſes.] Hoc primò exponit de his, qui contra iuſtitiã trahunt ad corporalem occiſionem. Secundò, de his q ab hæreticis aut perfidis trahunt ad vitia infidelitatis, qui per ſanam informationem & ſigna ſunt reducendi. Tertiò, de his qui à praua ſocietate quacũque, aut diabolica tentatione, trahunt ad peccatũ mortale, quos pro poſſe debemus reuocare atq; conuertere. Quartò, de his q fame, ſiti, nuditate, frigore, tendunt ad mortem, quos debemus eruere neceſſaria impendendo. Hinc non ſolùm Seneca, ſed & ſancti doctores, Baſilius Ambroſiuſq; teſtantur: Tot homines occídis, quot ſuccurrere potes, & negligis. [Si dixeris, vires non ſuppetunt] i. ſi per impotentiã tuã excuſare te velis, & diſſimulare, [qui inſpector eſt cordis] vtpotè Deus, de ſeipſo loquens 1. Reg. 16. Non iuxta intuitũ hominis ego iudico: Homo enim videt quæ párent, Dñs aũt intuet cor. [ipſe intelligit] an te verè excuſes, [& ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit:] i. Deum omnia conſeruãtem in eſſe, & q animam ſeruat in grã ac virtute, nullus poteſt decipere. [reddetq́ue homini iuxta opera ſua:] ità q eruit eos à periculis, & à morte culpæ ac gehẽnæ, q prætactis modis eruunt proximos ſuos. [Comede fili mi mel, qa bonum eſt,] tamen ſi immoderatè ſumat, nocet. [& fauum dulciſſimum gutturi tuo:] cui dulciter valdè ſapit. [Sic & doctrina ſapientiæ,] dulciſſima ac conuenientiſſima refectio eſt [animę tuæ:] quæ hoc inuiſibili vtitur cibo, ſine quo aret & ſitit, iuxta illud Pſalm. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Atq; per mel, quod in promptu eſt, literalis accipit ſenſus: Per fauum, vbi mel in cera, ſpiritalis ac myſticus intellectus.
Exo. 16. Hinc Auguſtinus: Pinguiſſimus, inq̃t, eſt ſermo diuinus: omnes in ſe habet delicias: quicqd volueris, ex diuino ſermone naſcit, ſicut mãna ad vniuſcuiuſq; ſapuit voluntatem, [quam] ſapientiam ſalutarem, [quum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem] æternæ ſalutis, dummodò vſq; ad finem vitæ in ſapientia iſta permãſeris. Neminem enim diligit Deus, niſi qui
Sap. 7. cum ſapientia inhabitat. [& ſpes tua non peribit.] id eſt, effectus ſpei tuę tibi præſtabitur, ſcilicet beatitudo cæleſtis, qua adepta, ſpes ceſſat, ſicut & fides, beatifica fruitione adepta. [Nè inſidieris, & quæras iniqtatem in domo iuſti:] id eſt, contra iuſtum & iuſtos eius domeſticos, non quæras occaſionem accuſandi aut obloquendi. [neq; vaſtes requiem eius:] id eſt, pacem eius non inquietes, nec ipſum perturbes, propter venialia & quotidiana eius peccata, qa de eis quotidiè pœnitet. Hinc ſubdit: [Septiès enim in die cadet iuſtus,] id eſt, frequenter, præſertim in venialia, ſicq́; ponit̃ numerus determinatus, pro indeterminato, quẽ admodùm Iob 33. habetur: Eccè hęc omnia operat̃ Deus tribus vicibus per ſingulos, vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuẽtium. Vndè ſubiungitur: [& reſurget] per pœnitentiam. Propter quod ait Propheta: Cùm ceciderit, non conteretur, quia
Pſal. 36. Dominus ſupponit manum ſuam. Condolendum eſt igitur tali ruinæ, quę ex fragilitate & humana neceſſitudine oritur. Hinc Plato loqtur in Phædrone: Quandiù corpus habuerit, & cõglutinata fuerit anima huic malo, nunq̃ plenè ſufficiẽterq́; adipiſcemur quod exoptamus. Deciès enim millena vacationum (id eſt, contemplationum ac ſpũalium ſtudiorum) impedimenta nobis indè proueniunt, propter corporis neceſſitatem. Verùm ſunt quidam

peruerſi, qui proprias negligentias & iniqtates palliare optantes, aſſiduè quærũt, obſeruãt, recondunt, quod melioribus ſe opponãt. [Impij aũt corruent in malum:] id eſt, ſic peccãt, q̃ non ſtudent reſurgere, ſed manent proſtrati in vitijs. Aliqui tamen huiuſmodi interdùm omnipotente miſerãte ac præueniente, reſurgũt. [Quum ceciderit inimicus tuus, nè gaudeas:] præſertim ſi in malũ culpæ corruerit, de quo nũquàm licet gaudere. Si aũt in malum pœnæ labat̃, & captiuet̃, infirmet̃, puniat̃ aut occidat̃ per viam iuſtitiæ, non licet indè gaudere ex odio, ira, aut ſimili praua radice, ſed benè ex charitate & zelo iuſtitiæ, inquãtùm malum illud pœnale, eſt pro ſalute animę patientis, & expediens bono communi, & alios reuocans ab exceſſu. [& in ruina eius non exultet cor tuũ.] Vndè Dauid mortem Saulis de- 2. Reg. 1.
planxit. Iulius quoquè, viſo capite Pompeij aduerſarij ſui, lachrymas fudit. [nè fortè videat Dominus.] Dominus indubitãter omnia videt bona & mala. Ideò ſic exponendũ eſt: Nè fortè videat Dominus, id eſt, per vindictã ſe videre demonſtret tuã vitioſam lætitiã. Vel ait, nè fortè, ad inſinuandum noſtræ voluntatis libertatem ad bona & mala, quia ſi non agimus malum, nec Deus id videt, q tamen æternaliter ineffabiliterq́; cuncta præuidit. Sed ob hoc neceſſitatẽ nõ impoſuit rebus actibuſq; humanis. [& diſpliceat ei,] cui diſplicet omnis culpa, non per diſplicentiã beatæ voluntati contrariã, quæ habet quicqd vult, & quicquid non vult, eo caret: ſed diſplicentia illa non eſt niſi deteſtatio, qua Deus deteſtat̃ omne quod bonitati ac virtuti opponit̃. [& auferat ab eo iram ſuã.] Non gaudere de ruina alterius, nè dominus ab illo auferat iram ſuam, non eſſet charitatis, ſed odij. Ideò ſenſus eſt, Et auferat ab eo iram ſuã, id eſt, teipſum iuſtè permittat in mala corruere, ſic q̃ ira Dei ab illo ablata, ſuper te cadat, & ille te lapſum iuſtè irrideat, de cuius ruina gaudebas iniuſtè. Iuxta quem
Rom. 11. modum ait Apoſtolus: Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cùm oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus, noli gloriari aduerſùs ramos. [Nè contendas cũ peſſimis:] id eſt, induratis & incorrigibilibus, quos nec corripiẽdo, nec exhortãdo, nec diſceptãdo poteris emendare. Idcircò pro illis orãdum eſt. Verũtamen præſidentiũ & iudicũ eſt, tales per pœnas reprimere. [nec æmuleris] i. nõ ſequaris [impios] in vitijs, nec diligas, ſecũdùm quod tales. [qa non habent futurorũ ſpem mali:] qm̃ vltimũ finem ſibi conſtituunt in rebus præſentibus & caducis, ſicq́; futurã beatitudinem non expectant: & ſi dicant̃ eam ſperare, intelligendũ eſt de ſpe informi, non formata, ſicut & credunt eam. [& lucerna impiorum] i. proſperitas, memoria, ſcientia informis, & lux naturalis ingenij [extinguet̃:] qa per vitia obſcurat̃, aut in morte finitur, deindè putreſcit. Iſtud ſuprà 13. pleniùs fuit expoſitum. [Time Dominũ fili mi & regem:] i. Deum regem vniuerſorum, vel Deum & eius vicarios præſidentes, q propter Deũ timendi ſunt. [& cum detractoribus nè commiſcearis:] approbãdo aut libenter audiendo detractoria verba eorũ, aut etiã non reſiſtendo eis aliquo modo, videlicet corripiendo eos de tanto peccato, vel piè hortando vt ceſſent, aut triſtem vultum monſtrando, ſicut in Eccleſiaſte habet̃: Per triſtitiam vultũs cor- Eccẽs 7.
rigitur animus delinquentis. Et alibi: Ventus aquilo diſſipat nubes, & facies triſtis linguam Pro. 25.
detrahentem. [Quoniam repentè conſurget perditio] id eſt, damnatio [eorum:] videlicet detrahentis, & commiſcẽtis ſe ei. Vndè ait Bernardus: Non facilè dixerim, quis grauiùs pec- Bernard.
cet, detrahens, detrahentémve audiens. [& ruinam vtriuſq; quis nouit?] id eſt, quàm diſtrictè damnandi ſint, ignoramus. Detractor enim, quantùm in ſe eſt, non modò occidit ſeipſum in anima, ſed & cunctos q audiunt eum, qbus mortis poculum præbet. Vndè ait Bernardus, quòd lingua detractoris crudelior eſt gladio perſequutoris: eſtq́; gladius ex vtraque parte acutus, interficiens, quantùm in ſe eſt, ad minùs animas duas, vtpotè detrahentis, & audientis. Immò & eius cui detrahitur, qui cùm audiẽrit qualiter ſibi detractum ſit, incitat̃ in obloquentem. Eccè quàm rigoroſè & ſerioſè, immò & ſæpè loqtur Salomon contra hoc vitium, & tamen multi valdè incautè ſe habent circa facinus tantum, & iugiter proni ſunt ad obloquendum, etiam ex ſola & leui ſuſpicione, quod eſt vtiquè ineffabiliter periculoſum: quo- Iaco. 3.
rum lingua (vt Iacobus ait Apoſtolus) eſt inquietum malum, plenum veneno mortifero, inflammatum à gehenna, id eſt, diabolo, cuius inſtrumentum eſt ad internecionem animarum multarum. Ideò ſapientiſſimus Auguſtinus iuxta menſam ſuam ſcripſit hos verſus:

Quiſquis amat dictis abſentum carpere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

[Hęc quoquè ſapientibus:] id eſt, iam dicta atque dicenda, ſunt ſapientibus obſeruanda. [Cognoſcere perſonam in iudicio, nõ eſt bonum:] minus dicit, & maius ſignificat, qa perſonarum acceptio, præſertim in iudicio, eſt grande & mortale peccatũ, & contra veritatẽ atq; iuſtitiã, vt ſuprà 18. iam dictũ eſt pleniùs. Cognoſcẽdæ ergò & intuendę ſunt cauſæ in iudi-
cio, nõ perſonę, quãtùm ad ea quę ad rem nõ pertinẽt in tali negocio. [qui dicũt impio, iu-

ſtus es,] præſertim in foro iudicij,[maledicent eis populi, & deteſtabunt eũ tribus:] quum cognouerint crimen hoc.[Qui arguunt eum,laudabunt:] id eſt, qui peccãtem charitatiuè diſcretè,iuſtè corripiunt,falſaq; reprobãt, & pro defenſione legis diuinę ac fidei diſputãt, laude ſunt digni, & commendabunt à Deo ac ſanctis.[& ſuper eos veniet benedictio:]i. largitio & multiplicatio donorũ gratiæ in præſenti, deindè ſalus æterna. Tales etenim zelatores iuſtitiæ ſecundùm ſcientiã, Deus precipuè diligit,ditat,felicitat,à bonis quoquè hominibus benedicunt & laudãtur.Hi quoquè q arguunt,ſi probi ſint,eis regratiãtur,& dato quòd indigneñ ad tempus, tamen ad mentem reuerſi,gratias agunt,ſicut & infrà 28.habetur:Qui corripit hominem,grãm poſteà inueniet apud eũ. [Labia deoſculabit,] id eſt,charitatem & pacem reformabit,fouebit,perficiet,[q recta verba reſpondet:]id eſt,diſcretè ſe habet loquẽdo,& ea dicendo,quæ pro cauſa,loco & tẽpore magis expediũt,qa per hoc fit amabilis bonis hominibus, & diſcordãtes pacificat. Porrò deoſculatio labiorum, ſignum eſt charitatis & pacis,prout in libro de Officijs pulchrè de hoc ſcribit Ambroſius.[Præpara foris opus tuũ:] i.alijs exemplarem te exhibe,nec aliquem ſcãdalizes, vt iuxta doctrinam
Ro. 12. Apoſtoli,prouideas bona non ſolùm corã Deo,ſed etiam corã omnibus hominibus.Vndè
Mat. 5. iuſſit Saluator:Luceat lux veſtra corã hominibus,vt videant bona facta veſtra.[& diligenter exerce agrum tuũ] id eſt,campum cordis tui, & eos qui tibi commiſſi ſunt,à vitijs purga,virtutũ ſeminibus ſemina, virtuoſis exercitijs cole, meritiſq; fœcunda,[& poſteà ædifices domum tuã:] i. fabricam virtutũ ſublimium conſtrue in habitaculo mentis tuæ, atque in grege tibi commiſſo. Nempe qui præeſt aut prædicat, debet inprimis ſeipſum purgare, exercere,perficere,deindè ad aliorum inſtructionem præſidẽtiamq; procedere,nè ei dica-
Luc. 4. tur:Medice,cura teipſum.Itemq;:Qui alium doces,teipſum nõ doces? [Nè ſis teſtis fruſtrà]
Roñ. 2. id eſt, inaniter & ſine idonea cauſa [contra proximũ tuum:] tamen ſi innocentis liberatio aut iudicis præceptum,aut ſimilis rõnabilis exigat cauſa,teſtimoniũ eſt ferendum.[nec lactes quenquam labijs tuis:]i.nemini aduleris,nec foueas aliquem in peccatis,quemadmodùm ſcriptũ eſt Pſalm.9.Laudat peccator in deſiderijs animæ ſuæ.Iſtud ſuprà magis expoſitum eſt.[Nè dicas, quomodò fecit mihi] inferendo iniurias, [ſic faciam ei, & reddã vnicuique] mihi ſore facienti [ſecũdùm opus ſuũ:] quo peccat in me,hoc eſt quod dictũ eſt ſuprà ca.20.Nè dicas,reddã malũ pro malo. Porrò iniurias vindicare,& inter proximos equalitatẽ ſeruare iuſtitiæ,ac mala culpæ per mala pœnæ recuperare,ad publicã ſpectat authoritatẽ,hoc eſt, ad præſidentẽ & iudicẽ, ad quos tãquàm ad viã, legem ac animatã iuſtitiam,
Seneca confugere,pertinet ad ſubiectos,ſecundùm philoſophũ,vel iniuriã penitùs indulgere.Vn-
Tullius dè in Prouerbijs ſuis Seneca ait:Optimũ eſt ſemper ignoſcere, tãquàm ſi ipſe quotidiè pecces.Et iterùm:Turpe eſt vincere ſuos.ſatis pœnarũ eſt,potuiſſe puniri.Tullius quoquè:Nobile,inqt, victoriæ genus eſt, potuiſſe vindicare.[Per agrum hominis pigri tranſiui,& per vineam viri ſtulti:& eccè totum repleuerant vrticæ, operuerant ſuperficiem eius ſpinæ,& maceria lapidum deſtructa erat.Illud in corporalibus & exterioribus ità eſt. ¶Spũaliter verò,Ager hominis pigri,&vinea viri ſtulti,eſt cor peccatoris acedioſi,ſeu populus ei commiſſus, in qbus ex negligentia & torpore praui prælati ſeu hominis vitioſi,prædominãtur tribuli vitiorũ,puncturę crudeliũ paſſionũ,videlicet iræ,impatientiæ,inuidiæ,indignationis,amaritudinis.Et maceria,i.opera bona ex genere aliquãdò inchoata,non erãt ad complementũ perducta,nec charitatis coagulo adunata. Maceria eqdem vocat murus abſq; cæmento.Hæc autem videre,eſt in alijs iſta cõſiderare. [Quod quũ vidiſſem, poſui in corde
Pro. 6. meo,] i. memoriter ea recolui,nè ſimili modo accideret mihi.[& exemplo didici diſciplinam:] i.ex aliorũ facto reprehenſibili meipſum correxi,direxi, & cautior factus ſum: Felix eñ quem faciunt aliena damna peritum: qa quod in alijs reprehenſibile iudicamus, vitare debemus.Poſtremò totũ reſiduũ huius capitis,ſuprà ſcriptũ eſt atq; expoſitũ. Tamen quod dicitur hîc, Vſquequò piger dormis, &c. non eſt hîc de textu, ſecundùm Hebræos:Imò verſus hîc incipit, Parùm inquam dormies.

¶ Elucidatio capitis viceſimiquinti: Hæ quoquè parabolæ Salomonis quas tranſtulerunt viri &c. Art. 25.

HAe quoquè parabolæ Salomonis,] i. ſequentes parabolæ à Salomone prolatæ ſunt, quemadmodùm præcedentes. [quas tranſtulerunt] non de idiomate Hebræo in aliud:ſed tranſtulerunt,i.tranſpoſuerunt eas de ſchedulis ac rapiarijs, in quibus hincindè erãt deſcriptæ,ac redegerunt eas in vnũ,& inſeruerunt ac addiderunt eas huic volumini.[viri Ezechiæ regis Iuda] i.ſcribæ & docti viri,domeſtici ſeu miniſtri deuotiſſimi Ezechiæ,q cultũ Dei reparauit in regno ſuo,ac populũ ſuũ inclytè reformauit,

prout partim quarto Regum, & plenius ſecundo Paralipomenon recitat,& forſitan 4.Reg.18.
ex eius cõmiſſione facta fuit tranſlatio & additio iſta.Nempe(vt circa principiũ expoſitio- 19.20.
nis illius ſuper hunc librũ inductũ eſt)Salomon parabolas iſtas nõ conſcripſit,nec librum 2. Par. 29.
hũc edidit,ſed ſerui ipſius parabolas ex ore eius auditas notauerũt,atq; in ſchedula redege 30.31.32.
runt,quę tãdèm per diuerſos ac diuerſis tẽporibꝰ in vnũ librũ collectæ ſunt & redactæ.[Gloria Dei eſt celare verbũ:]i.ad Dei gloriã pertinet,aliqua tradere in ſcripturis per verba obſcura,velata & myſtica,nè diuina ſecreta pandantur indignis, & ſtudioſis catholicis detur occaſio virtuoſæ exercitationis,prout diuinus Dionyſius pleniùs docet.Sic quoquè gloria Dei eſt,ſecretiora ſcripturę nõ manifeſtare,ſed occultare rudibus,ꝓſumptuoſis,carnalibus & indignis,ſicut ait Saluator:Nolite ſanctũ dare canibus. Et rurſùs Apoſtolis:Vobis,inqt, Mat. 7.
datum eſt nõſſe myſteriũ regni Dei,cæteris aũt in parabolis,vt audiẽtes non intelligãt.Hinc & 17.
primo myſticæ theologiæ capitulo Magnus Dionyſius ꝓcepit Timotheo: Vide vt nullus 2.Cor. 12.
indoctorũ hęc videat. Hinc vas electiõis ſcribit ſe in raptu audiſſe arcana verba, quę non licet homini loqui.Et angelus Raphael proteſtat: Sacramentũ regis abſcondere, bonũ eſt. Et ad Danielem angelus Gabriel:Clauſi ſunt,inqt,ſignatiq; ſermones. Inſupèr gloria Dei Tob. 12.
eſt, vt ex fidelitate celetur verbũ, quod vnus ab alio in ſecreto recepit. ¶Allegoricè, glo- Dañ. 12.
ria Dei eſt celare verbũ, id eſt, gloria vnigeniti pris æterni, propter homines incarnati, eſt celare verbũ,i.occultare ſeipſum,verbũ æternũ in humanitate aſſumpta.[& gloria regum, inueſtigare ſermonẽ:]i.regibus,& cunctis q præſunt, ſpecialiter commẽdabile, honorificumq; conſiſtit,vt verba ſcripturæ(quę non intelligũt)ſcrutentur, & ſibi exponi depoſcãt, veritatẽ quoquè verborũ quę audiũt,diligenter inquirãt,ſicut B. Iob fatetur, dicendo:Cau Iob 29.
ſam quã ignorabã,diligẽtiſſimè inueſtigabã.Sic gloria regũ,i.Apoſtolorũ,rectorũ ac principum populi Chriſtiani,fuit inueſtigare ſermonẽ, i.expoſitionẽ verborũ quæ audiẽrunt à Chriſto,quẽ(vt in Euãgelio innoteſcit)de talibus ſępè interrogauerũt. Vel inueſtigare ſermonẽ,i. ipſum Chm̃,q eſt increatus ſermo Dei pris,de quo ad Hebręos ait Apoſtolus:Vi Hebr. 4.
uus eſt ſermo Dei.Sed & regũ,i.vniuerſorũ fidelium ſe benè regentiũ,gloria eſt inueſtigare ſcripturã,quãtùm ad eorũ pertinet ſtatum.[Cælum ſurſùm,& terra deorſùm, & cor regum inſcrutabile:]i.altitudo cælorũ imperſcrutabilis nobis eſt,ſimiliter terręꝑ profunditas. Sic & corda regum(de qbus iam dictum eſt) ſunt nobis imperſcrutabilia, ſoliq; cognita creatori. Conformiter ſapiẽtia Apoſtolorũ,quę ex eorum corde nobis profluxit, plenè à nobis perſcrutari ac cõprehendi non valet.[Auſer rubiginẽ de argẽto,& egredietꝰ vas puriſſimũ:auſer impietatem de vultu regis,& firmabit̃ iuſtitia thronus eius:]i. ſicut ex argento à rubigine & ſcoria depurato, formaꝰ vas valdè purum, ità ſi à corde regis ac præſidentis tollatur omnis iniquitas,authoritas & præſidẽtia eius roboraꝰ æquitate atq; virtutibus eius,qm̃ conſeruatur à Deo,& ad poſteros eius deuoluitur. ¶Spũaliter,per argentũ deſignatur naturalis ac philoſophica ſciẽtia,à qua ſi rubigo,i.error admixtus ſeu inflatio & abuſus tollantur, egreditur cor eruditum.ſic cñ deſeruit ad intelligẽdum diuinã ſcripturã.[Nè glorioſus appareas corã rege:]i.corã regibus & præſidentibus nõ iactes nec extollas te,nec magnificare & oſtentare te ſtudeas,ſed reuerenter & modeſtè te habeas,præſertimq; vitãdum eſt coram rege cælorũ omnia intuẽte,ſub cuius manu debemus nos ſemper humiliare.[& in loco magnorũ nè ſteteris:] i. non ponas te in loco ſublimiori,quàm decet gradũ & ſtatũ tuum,ſed magis in baſſiori.[Melius eſt eñ,vt dicat tibi,aſſcende huc,]i.ad locũ altiorẽ,[quàm vt humilieris] i.ad inferiorẽ locũ deſcendere compellaris [corã principe:] hoc eſt quod Dñs in Euangelio ait:Quũ inuitatus fueris ad nuptias,nõ diſcumbas in primo loco &c. Aduertant Luc. 14.
hęc ſuperbi,ambitioſi & vani,q nolunt ſequi veſtigia Chri, ſed Scribarũ ac Phariſæorũ, de quibus ipſe in Euãgelio proteſtatur, qꝫ ament primos recubitus in cœnis,& primas cathedras in ſynagogis, & ſalutatiões in foro, & vocari ab hoibus Rabbi.O q̃ multi ſunt modò tales.[Quæ viderunt oculi tui,] i.ea quę nõſti mala de alio,[nè proferas in iurgio]i.contra alium litigãdo,vel in lite corã iudice [citò,] i. præcipitãter ex impetu paſſionis abſq; congrua deliberatione & rõnabili cauſa,[nè poſteà emendare]i.ea quę ſic propalãſti,reuocare [non poſſis,] & famã reſtituere proximo,[cùm dehoneſtaueris amicũ tuum:] i.proximum tuum diffamaueris,culpã eius taliter obijciendo, improperãdóve ei: hoc dicitur cõtra homines paſſionatos,q tam impetuoſi irrationabilesq; exiſtunt, vt ſi qd reprehenſibile nouerint de proximo ſeu amico,mox illud ei obijciãt & inſultẽt,quũ fuerint ab eo offenſi,aut verbis contẽdere cœperint cõtra illũ,& culpã illius ſic manifeſtãt,ac ipſum diffamãt,cõtra ꝑceptũ de ordine obſeruãdo in correptiõe fraterna, quẽ ordinẽ Chriſus docuit & ꝑcepit, dicẽdo:Corripe cũ inter te & ipſũ ſolũ,vt ſ.fama ꝓximi non lædat.[rauſa tuã tracta]ſeorſùm

[cum amico tuo] fideli & familiari, de cuius fidelitate sis certus. [& secretum] tuum [extraneo nè reueles:] qa hoc esset valdè periculosum & fatuum, sicut subiungit: nè fortè insultet tibi, cùm audierit, & exprobrare nō cesset.] Secreta nāq; non nisi fidelissimo amico sunt reuelanda, prout de hoc suprà cap. 20. dictum est plenius. Gratia & amicitia liberāt, quas tibi ferua, nè exprobabilis fias. [Mala aurea in lectis argēteis, q loqtur verbū in tempore suo:] i. proferens sermonē vtilem tēpore opportuno, assimilat aureis pomis, quæ ad decorem affigunt lectis argenteis. Talis etenim homo ornat suis verbis, quēadmodùm lectus argenteus aureis pomis, i. similitudinibus pomorū factis de argento. Et sicut in lecto argenteo dulciter quiescitur ac dormitur, sic sermo huius facit auditores suauiter in se requiescere. Consueuerūt aūt antiqtùs magnates lectis aureis atq; argēteis vti, iuxta illud libri Esther: Lectuli quoquè aurei & argētei super pauimentū dispositi erāt. [Inauris aurea & *margarita fulgēs, qui arguit sapientem & aurem obedientem:] i. charitatiuè increpās sapientē, qui vtiquè libenter suscipit correptionem, & aurem quę exhortationi ac iussioni obedit. Quemadmodùm enim inauris aurea aurem decorat, & splendida margarita vultū venustat: sic talis correptor & exhortator, verbis suis correptorijs ac informatorijs ornat seipsum, & correptum, & obedientem. Suntq; verba prudentię eius splendentia instār argenti, & preciosa vt margaritū, iuxta illud Psal. 11. Eloquia Dñi igne examinata. [Sicut frigus niuis in die messis,] i. sicut tempore messis acceptū est frigus aliquātulum simile frigori niuis ipsis messoribus, qa refrigerat eos. [ità legatus fidelis,] conueniēs & iucūdus est Domino, à quo directus est, [ei qui misit eū, animā illius requiescere facit. Nubes & ventus, & pluuię non sequentes, vir gloriosus,] i. famosus seu prędlarū seu virtuosum ac liberalem se fingens, magna promittendo: [& promissa nō cōplens.] Nā sicut vētus & nubes, volātes sunt & sine effectu, ad quos nō sequitur imber: sic homo promissā non implens, est corde leuis, instabilis, & sine effectu virtutis, ac in suspenso tenens, magisq; affligens, quàm lætificās eū cui promisit. [Patientia lenietur princeps:] i. per patientiā eius quem princeps iubet puniri, mitigat iracundia principis, nisi sit penitùs ferox & inhumanus. Sic & princeps altissimus Dominus Deus, per patientiam sustinentiū aduersa eis reconciliat. Ideò ait Michęas: Irā Domini portabo, qa peccaui ei. Vndè 2. Machab. 8. habet: Ira Domini in misericordiā conuersa est. [& lingua mollis] i. responsio humilis, & cognitio propriæ culpæ, seu sermo suauis [confringit duritiā] i. indignationē & rigorem offensi tollet & placabit, quēadmodùm mulier Thecuites & Abigail, mentē Dauid ad clementiā pertraxerunt. [Mel inuenisti? comede quod sufficit tibi:] i quicqd dulcis edulij habes, quantūcunq; faciliter obtinueris illud, tn nō nisi moderatè vtere illo. [nè fortè satiatus, euomas illud:] & ità ex tua gula & carnalitate fiat tibi nociuum, quod ex se est suaue ac aptū. ¶ Spūaliter aūt, si mel inueneris, i. Deū cōtēplari cœpisti, & scripturarū dulcedinem aliqualiter degustāsti, comede quod sufficit tibi, i. iuxta capacitatem intellectūs tui te refice indè, nec incomprehensibilia comprehendere enitaris, nè fortè satiatus euomas illud, i. ex consideratione laboriosa †repletus vertat tibi in nocumentū, summum illud primæ veritatis obiectū, atq; idipsum quod cœpisti de eo salubriter degustare, amittas. [Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui] i. non nimis frequenter visites eum, nec apud eum nimis diù remaneas. [nè quādò satiatus] i. de tua presentia attædiatus, [oderit te] propter molestiā, vel expensas quas ingeris ei, vel ex suspicione qua putari posset, q vxorē aut filiā eius turpiter ames. Melius est ergò, vt rarius veniendo facias eum tuū optare aduentū, quàm vt vna vice tam diu secū permaneas, aut tam multotiès eū accedas, vt fastidiat tuā præsentiā. Sed in hac re necessaria est discretio, qua homo prudenter perpendat, an sua presentia sit suo proximo onerosa, aut minùs solito gratiosa: quo cognito, moderet siue abstineat. [laculū & gladius & sagitta acuta] i. his rebus assimilat, & instār earū nocet, lędit, & perforat. [homo q loqtur contra proximū suū falsum testimoniū:] per quod priuat eum fama, substātia, aut etiā vita. [Dens putridus, & pes lassus, q sperat super infideli in die angustiæ:] i. sicut dens putrefactus, & pes læsus ac lassus, valdè affligunt, & tēpore famis ac itinerationis non benè deseruiūt, sic homo magnos incurrit dolores & cruciatus, confidēdo de subsidio hominis infidelis, iniusti, fallacis, presertim tēpore necessitatis. [& amittit palliū] i. necessariū sibi amictū: [in die frigoris,] quādò plùs indiget pallio. [Acetū in nitro q cantat carmina cordi pessimo:] i. qui cantica scripturarū & diuina eloquia proponit cordi incorrigibili & indurato, similis est ei q acetū infundit nitro. Quēadmodùm em nitrū ex infusione aceti, super se sumat & crepitat, sicut & calx viua aquæ infusa, sic pessima corda ex scripturarū admonitione, correptiōe & castigatiōe, nō quiescūt à vitijs suis, sed acriùs indignant, inquietant, & fumū irę emittūt. Circa hoc ait Glossa: Nitrū nō multùm à specie salis distat.

Esther 1. *margaritum

Mich. 7.

2. Reg. 14. 1. Reg. 25.

for. †repleto

distat, sicut enim feruor solis cōficit salem in littore maris, durādo aquas marinas in petras, quem salem vis ventorū, aut maris feruor seu agitatio proijcit ad littus, ità in prouincia nitrea in qua nascit nitrū, vbi pluuiæ longiores infuderint terrā, succendit ardor nimius, qui aquas durat & excoquit in petrā similimā glaciei aut sali, sed nihil gelidi frigoris, nihil salsi saporis habētem, quæ tn petra iuxta naturam salis solet durari in caumate, atq; in nubiloso aēre fluere ac liquefieri consueuit: hac petra, si nitro, indigenę ad lauandum vtunt, iuxta illud Ieremi. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbā Borith, &c. Crepitat aūt in aceto quasi calx viua, & deperit, sed aquā lotioni habilē reddit, vndè per nitrum quidā intelligunt speciem terrę, similem minuto sabulo, cui si aqua infundat, fumigat. Deniquè de prędictis carminibus scriptū est Iob 35. Non dixit, vbi est Deus qui fecit me, q dedit carmina in nocte. [Sicut tinea vestimēto, & vermis ligno: ità tristitia viri, nocet cordi.] Istud non est in Hebreo, neq; de textu. Sed sensus patet ex eo quod scriptū est suprà cap. 17. Spūs tristis exicat ossa. [Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquā:] i. aptum poculū [bibere:] i. redde ei bona pro malis, vt beneficijs vincas eū. Ideò subdit: [Prunas enim] i. charitatis fomenta & incentiua [congregabis super caput eius:] i. in corde ipsius, inducēdo eū ad considerationē charitatis, pietatis, & beneficētiæ tuæ: ex qbus cor eius rācorem abijciet, & tuo accendet amore: sic em vincit malū in bono. [& dns reddet tibi] copiosam mercedem. Quasi dicat, dato q ille in sua duritia, inimicitiaq; permāserit, tu tn digno præmio non carebis. Hanc authoritatē allegat Apostolus ad Romanos, ex qua etiā eluescit, non fuisse intentionem legis Mosaicæ, q inimicus absolutè odiret, & consonat ista authoritas cum eo quod dictū est suprà cap. 20. Nè dicas, reddā malum pro malo. Porrò pro eo quod dicitur hic, Et Dns reddet tibi: Aliqui dicunt in Hebræo haberi, & Dns pacificabit tibi, i. cor aduersarij, cui sic benefacis, conuertet ad habendā amicitiā tecum ac pacem. [Ventus Aquilo] i. Aquilonaris seu septētrionalis [dissipat] i. impedit [pluuias:] Est enim præcipuè frigidus, ideò vt frequenter impedit copiosam vaporū eleuationem, ac nubiū resolutionem in imbrem, quanuis non semper. [& facies tristis linguā detrahētem:] i. auditor detrahentis, mœstum vultū monstrādo detractori, tacitè admonet eū vt fileat. Dum em detractor perpēdit sua verba inuitè audiri, repercutit in seipso, & aduertit se malè loq. Circa hoc asserit Glossa: Si hilari vultu audieris detrahētem, tu illi das fomitem detrahendi: si aūt tristi eū vultu audieris, discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Aliqui asserunt in Hebræo haberi, Ventus Aquilo creat pluuias: vt sit sensus, q sicut ventus Australis generat pluuias versūs partes Aquilonares, sic vētus Aquilonaris versūs partes Australes, prout etiam 2. Meteororū habet: & facies tristes lingua detrahens, i. lingua detrahens, puocat cōtra se iram diuini respectūs. Itaq; dum detrahentem qs increpare, vel ab eo non audet recedere, saltem mœstum & formidolosum ei ostendat vultū ac apparatū. [Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa & in domo cōmuni:] Hoc suprà scriptū atq; expositum est. [Aqua frigida animæ] i. personæ seu homini [sitienti] supple suauis est: [& nuncius bonus de terra longinqua:] apportans bona noua, iucundus est Domino à quo erat missus. Sic Christus secūdùm naturā assumptā, nuncius Dei patris, veniens in hūc mūdum à regione viuorū, & optima noua & dona ac promissa deferens secū, suauissimus factus est feruentibus aīabus, q dicere possunt: Sicut desiderat cerus ad fontes aquarū, ità desiderat aīa mea ad te Deus. Similiter Gabriel missus à cælo ad virginem benedictam, exhilarauit eandem [Fons turbatus pede, & vena corrupta,] i. quēadmodùm aqua agitata, suā amittit quietem & venustū adspectū, & sicut vena infecta est vitę corruptiua, [sic iustus cadēs corā impio.] i. oppressionem mortēm ve sustinens à persecutore iniquo, qa ex hoc multi insipientes iudicāt eum fuisse iniquū, & ipsum diffamant. Vel cadens corā impio in peccatum, qm vitiosi homines, proni sunt iustos cadentes in culpā, accusare, denigrare, & peccatū eorū exaggerare. [Sicut qui mel comedit multū,] i. excessiuè [non est ei bonū:] sed valdè læsiuum, ac fastidij mellis inductiuum: [sic qui perscrutator est maiestatis,] i. ea quæ Dei sunt, irreuerenter, intimoratè, præsumptuosè scrutari præsumit, videlicet occulta Dei iudicia & ea quæ prædestinationem præscientiamq; concernunt, seu superbeatissimæ Trinitatis mysteriū, [opprimetur à gloria:] i. ab excellentia & incomprehensibilitate ac luce immensa tanti obiecti vincet, retundet, & quodāmodò excæcari videbit. nam sicut lux solis corporei, plenitudine suæ claritatis visum corporalem reuerberat, & si diù sibi infigatur, excæcat, sic increata illa maiestas sua infinita & incircunscriptibili excellentia, claritate, & actualitate mentē humanam vincit, superat, & retundit in infinitū. Nempe (vt ait Boethius) quædā difficilia sunt ad intelligendū ex modicitate & imperfectione suæ entitatis, sicut materia prima, tempus

Pro. 21.

Psalm. 41.

Luc. 1.

& cõsimilia:quæ dã verò ex eminentia suę actualitatis & formalitatis, quẽadmodũ substantię separatę, ad quarũ notitiã ità se habet intellectus noster, sicut oculus vespertilionis ad lumen solis, secũdùm Philosophũ. Quũ ergò Deus excelsus & bũdictus sit prorsùs in infinitũ perfectior, actualior, excellẽtior, omni intelligẽtia, cõstat q̃ infinitè nostrã trãscendat capacitatẽ, propter quod ait & Plato in primo Timæi: Genitorẽ opificemq; vniuersi tã difficile inuenire, quàm inuẽtum impossibile dignè effari. Abstinẽdum est ergò ab omni incauto diuinorũ scrutinio. Atq; (vt diuinus Dionysius ac Damascenus testantur) nõ est audẽdum aliqd de supereſſentiali dicere Deitate, prẽter ea quę nobis in scripturis sunt tradita. Moderata tñ humilisq; scrutatio diuinorũ, auxilio grãæ Dei innitẽs, est licita, dicẽte Propheta: Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea. Hinc quoquè in Ecclesiastico scriptum est: Altiora te nè quęsieris, & fortiora te nè scrutatus fueris. [Sicut vrbs patens] i. aperta, & absq; murorũ ambitu, ab hostibus citiùs expugnat atq; destruit, & qd intra se habeat, introeuntibus manifestat: [ità vir q̃ non potest] i. non studet nec vult, [in loquendo cohibere spiñ suum] à verbis supersluis & incautis, ab inuisibilibus hostibus faciliter superat, lædit & necatur, qm̃ ipsemet sua loquacitate contra se pugnat, suã quoquè insipientiã, vanitatem, incustodiã, cogitationem & affectionẽ audiẽtibus per propria verba pãdit. Ideò ait Psalmista: Cohibe linguã tuã à malo. Eccl quoq; 21. habetur: Verba prudẽtium statera ponderabuntur. Iob quoq; 11. Nũquid vir verbosus iustificabitur? Ponamus ergò custodiam ori nostro, & ostium circunstantię labijs nostris.

Pſal. 118. Eccl 3. Pſal. 33. Pſal. 140.

¶Expositio cap. 26. Quomodò nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria. Art. 26.

QVomodò nix in æstate] inconueniẽs est, vtpotè contra solitũ naturę actẽporis cursum, eo q̃ nix generet ex frigore magno, [& pluuiæ in messe] nõ cõgruunt, quia nociuę sunt bladis: [sic indecẽs est stulto gloria] i. fama clara, qa indignus est ea: vel honor manifestus, q̃ debet virtutibus, non moralibus tm̃, sed intellectualibus: vel gloria, i. lætitia. Quũ cm̃ sit stultus, non habet in se, vndè ordinatè ac spũaliter iucundet. Veruntñ etsi stulto, vt tali, nõ cõgruat gloria, tñ si forsan prælatus sit, aut in aliqua eminẽtia constitutus, honorandus est rõne prælaturæ aut dignitatis. Vndè sacratissimus princeps Apostolici ordinis: Serui, inqt, subditi estote in omni timore dominis, non tm̃ bonis & modestis, sed & dyscolis. [Nam sicut auis ad alta transuolans, & passer quolibèt vadens:] i. sicut auis volans in altum aëris locũ, ad tẽpus in motu est, deindè alicubi requiescit, similiter passer vadens volãdo aut incedẽdo quolibet, i. ad aliquẽ locum in quo subsistit, vel quò libet, i. quò sibi placuerit. [sic maledictũ frustrà prolatum,] i. verbum maledictiõis contra alterum iniustè pronunciatũ, [in quem piã superueniet:] i. in aliquem redundabit, qm̃ etsi non noceat ei in quẽ proferẽ, vertitur tñ in crimen ei qui protulit illud, & in eos q̃ ei consentiunt. Ideò monet Apost. Rom. 12. Benedicite persequẽtibus vos: bũdicite, & nolite maledicere. Nihilominùs qdam ad maledicendũ alijs valdè proni sunt, iamq; impletum est quod Osee 4. asseritur: Maledictum & homicidium, mendacium, furtum & adulterium inundauerunt. Est autem maledicere, malum alicui imprecari, quod ex suo genere est mortale & charitati contrariũ, quum & Apostolus 1. Cor. 6. fateat: Neq; maledici regnum Dei possidebunt, prout in Secunda Secundæ quęstione sexagesimaseptima Thomas declarat. Attamen sancti viri legunt quandoquè maledixisse iniquis, quẽadmodùm quarto Regum Eliseus pueris prauis, & princeps Apostolorũ Simoni Mago, sed talia, facta sunt zelo iustitię, non affectu iræ, inuidiæ, aut similis malæ radicis. Vel imprecati sunt alijs mala pœnalia, non inquantùm sunt mala, sed vt iusta supplicia, & purgantia à vitijs in præsenti, quẽadmodùm iudex maledicit reo, in quem dãnationis profert sententiã, vel q̃ cupit alteri infirmitatẽ & aduersitatẽ, vt per eas ab iniqtatibus retrahatur. Istud tñ non est proprie maledicere, qa non optatur malũ vt tale. [Flagellum] conuenit [equo] pigro seu indomito, [& chamus asino, & virga in dorso imprudentium:] id est, disciplina imprudentibus debetur, vt vel ipsi emendent, quod si noluerint, alij eorũ terreantur exemplo: similiter indisciplinatis, brutalibusq; hominib⁹ Deus misericordissimè facit, dũ per aspera & aduersa, per infirmitates, terrores & dãna eos cõpescit & reprimit à peccatis, sicut cuidã loqtur per Osee: Sepiã viam tuã spinis. Ideò orat Psalmista: In chamo & freno maxillas eorũ cõstringe, qui non approximãt ad te. Vndè & Iob 34. inducitur: Pater mi, nè desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiã, i. talem disciplinare nõ cesses, quousquè resipiscens pœniteat. [Nè respondeas stulto] i. homini vitioso, [iuxta stultitiã suam:] i. quanùis ipse insipienter & iniuriosè loquatur aut quęrat, non tamẽ insipiẽter & vitiosè respondeas.

Act. 8. 4. Reg. 3. Oſe. 2. Pſal. 31. 1. Pet. 2.

[nè efficiaris ei similis:] qa hoc esset vinci à malo, & verbis contendere, immò agendũ est, quod loqtur Paulus 2. Cor. 11. Libenter suffertis insipientes, quũ sitis ipsi sapiẽtes. [Respõde stulto iuxta stultitiã suã, nè sibi sapiens esse videat.] Istud videt prę fatę doctrinę contrariũ, sed non est: qm̃ sensus est, [Responde stulto secũdùm stultitiã suã, i. iuxta exigentiã atq; demeritũ sui stulti sermonis, da ei aptã responsionẽ, vel eius verba ironicè repetẽdo, vel suam insipiẽtiã ei declarãdo, aut eũ increpatoriè seu reprobatiuè interrogãdo, seu verba iusti rigoris & debitę inuectiõis enũciãdo, nè putet se sapientẽ, sed suã aduertat impietatẽ, imperitiam aut errorem, quẽadmodùm martyres sancti frequenter responderunt tyrãnis, immò & prę claríssimæ virgines, vt Agatha, Cæcilia & Lucia. Interdùm etem̃ licet & expedit clauo clauum retũdere, dum impij seu improbi homines aliter informari aut reprimi nequeunt. Vndè & Christus à Pharisæis Mat. 15. interrogatus, Cur discipuli tui trãsgrediunt traditionem seniorum? Respondit: Quarè & vos trãsgredimini præceptũ Dei, ppter traditionẽ vestram? Veruntñ in hac re discretio valdè est necessaria, nè sub colore zeli iustitiæ, ira & impatientia admittatur. Ideò vnusq̃sq; conscientiã suam examinet, quo affectu, qua intentione, qua tranquillitate locutus sit. [Claudus pedibus] i. claudicãti est similis, nec in via virtutum expeditè procedit, [& iniqtatem bibens] i. abundãter peccãs, seu nocumentũ quod est affectus iniqtatis, accipiens, est [q̃ mittit verba per nunciũ stultũ:] i. indiscreto & malitioso legationem seu expeditionẽ arduę rei committit, dummodò sciat nunciũ esse huiusmodi. Talis etem̃ nũcius infideliter agit & imperitè, & interdùm spõtè variat verba, & prouocat iurgia, dãnaq̃; infert. Potissimè aũt peccat, q̃ homines vitiosos, diffames, hæreticos siue schismaticos, ad prædicãdum & gubernãdum alios mittit. Porrò, q̃ grauiter peccat, dicitur iniqtatem potare, iuxta illud Iob 34. Bibens subsannationẽ quasi aquã. [Quõ pulchras frustrà habet claudus tibias,] qa eis vti nõ valet: [sic indecẽs est in ore stultorũ parabola:] i. parabolica doctrina. Quũ em̃ sint impij, docere alios sunt indigni, nec sapiẽtialia verba decenter exponunt, immò ex eorũ carnalitate & prauitate vilescit audientibus doctrina ipsorum. [Sicut q̃ mittit lapidem in aceruum Mercurij,] i. adiutoriũ præbet, & saxum apponit aceruo materiæ, ex qua ædificat templũ Mercurio, vni deorũ gentiliũ: sicut inquã talis reprehensibiliter facit, [ità qui tribuit insipienti] vt tali [honorem:] qa, vt sic, est honore indignus. Vel iste est sensus: Sicut q̃ mittit lapidẽ in aceruũ Mercurij, i. in cumulũ lapillorum per quos cõputare solebãt mercatores, Mercuriũ specialiter venerãtes, perturbat eosdem, ità q̃ insipiẽtem honorat, ordinẽ rerum conturbat. [Quomodò si spina nascat in manu temulenti,] i. ebrij, pungit & lædit tam temulentum, quàm illos quos accipit manu spinosa, [sic parabola in ore stultorũ] tã stultos fœdat & lædit doctores, quàm eos q̃ audiũt, grauat, scãdalizat, offendit. [Iudiciũ] i. sententia iudicis [determinat causas:] i. expedit lites, quę coram tribunali ventilant. [& q̃ imponit stulto silentiũ, mitigat iras,] quę ex loquacitate prauorũ nascunt. [Sicut canis q̃ reuertit ad vomitũ suũ,] i. sæpi⁹ vomit, seu id quod vomuit resorbet, est fœdus & turpiter agens: [sic imprudens q̃ iterat stultitiã suam:] i. peccator reciduãs, & quod per confessionem eiecit, denuò faciens. Huic consonat, quod in secunda sua ait epistola præstãtissimus Petrus: Meliùs erat non cognoscere viã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsùm reuerti. Contingit enim eis illud veri Prouerbij: Canis reuersus ad vomitũ suũ. [Vidisti hominem sapiẽtem sibi videri:] in se & ex se, seu magis quàm est. [magis illo spem stultus habebit.] i. curabilior illo erit peccator, defectũ suũ perpendens, & insipientem se cognoscẽs. Ideò scriptũ est Isa. 5. Væ q̃ sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes. Paulus quoquè: Nolite, inqt, prudentes esse apud vosmetipsos, i. propria reputatione. Nemo etem̃ absq; reuelatione potest certò scire se sapientiã illam (quę est donũ) habere, qm̃ charitati inseparabiliter est coniũcta. Qui aũt nouerũt se esse in charitate & de supèr illustratos, vt sancti Apostoli cognoscebãt in Deo esse se sapientes, cũ grãrum actione & humilitate. Itaq; non arbitremur nos sapientes, sed potiùs defectuosos & fatuos, qa reuerà multę & magnę sunt stoliditates peccantiũ: nec alios aspernemur vt stultos, immò magis pensemus peccata nostra prẽterita, & bona quæ desunt, quàm quę forsan habemus. [Dicit piger, Leo est in via, & leæna in itineribus:] hoc suprà cap. 22. scriptũ est atque expositũ. [Sicut ostiũ vertitur in cardine suo, ità piger in lectulo suo:] Vndè prehabitũ est: Pigredo immittit soporẽ, & piger abhorret laborẽ, & repausationẽ diligit corporalem, sicq; multa bona omittit. [Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suũ eas conuerterit.] Hoc etiã suprà cap. 19. expositum est. [Sapientior sibi piger videt septẽ viris loquentibus sententias.] Maioris em̃ putat esse prudentiæ, quærere & seruare repausationem carnalem, diù dormire, pericula negociantiũ euitare, quàm vigilijs, studijs, laboribusq; insi-

Rom. 12. 2. Pet. 2.

ſtere: ſuam ignauiã, ſæpè putat eſſe diſcretionem, ac peritũ ſe arbitrat̃, quum excuſauerit ſuũm torporem, viros quoquè ſapientes ac feruidos, ardua virtutũ exercitia edocentes, iudicat indiſcretos. [Sicut q apprehendit auribus canẽ,] acqrit morſum & læſionem à cane impatiente & iracundo: [ſic q pertrãſit impatiẽs, & commiſcet̃ rixę alterius:] i. corrixantibus ſe immiſcet, nõ ad pacificãdũ, ſed adiuuãdo vnã partem ex irrõnabili cauſa, qa ex hoc vulnerationem ſæpè incurrit. [Sicut noxius eſt] i. proximo valdè nociuus, [q mittit lanceas & ſagittas in mortem,] i. ad alios occidẽdos: [ſic vir q fraudulenter nocet amico ſuo:] ſicut impiiſſimus Tryphon occidit Antiochum regẽ adoſcẽtem, virtuoſumq; Ionathan cepit, ac filios eius procurauit ſibi mitti, quos interfecit. [& cùm fuerit deprehenſus] per opus iniquum, [dicit: Ludens feci.] i. intentionem nocendi non habui, ſed improuiſè ſic contigit. [Cùm defecerint ligna, extinguet̃ ignis:] cuius materia ligna ſunt. Nã cauſa deficiẽte, deficit & effectus. [& ſuſurrone ſubtracto,] qui ſ. in aure ſuſurrãdo profert verba detractoria, aut diſcordiæ ſeminatiua, ex qbus naſcunt̃ contẽtiones & iurgia, [iurgia conquieſcunt.] Iuxta quem modum ſcriptũ eſt ſuprà cap 22. Eijce deriſorem, & exibit cũ eo iurgiũ, ceſſabuntq; cauſę & contumeliæ. [Sicut carbones ad prunas,] qbus appoſiti accendunt̃, [& ligna ad ignẽ] quem nutriũt & augmentãt. [ſic homo iracundus ſuſcitat rixas,] proferendo verba iniurioſa, & alium inuadẽdo deſiderio vltionis. [Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniũt ad intima cordis:] Hoc ſuprà cap. 18. expoſitũ eſt. [Quõ ſi argẽto ſordido] i. in quo ſcoria manet, [ornare velis vas fictile,] q ornatus non cõuenit, [ſic labia tumẽtia,] quę proferũt verba elata, [cũ peſſimo corde ſociata:] quorũ coniunctio eſt periculoſa, qa quod latet in corde, mox per labia animoſa proferẽ in mediũ. Vndè ſubiungit̃: [Labijs ſuis intelligit̃ inimicus:] i. per verba ſuperba & iniurioſa hoſtis occultus prodit ſeipſum: [cùm in corde tractauerit dolos] i. intra ſe excogitauerit modũ, & vias nocendi doloſè & clàm, ſicq; interdùm contra propoſitũ ſuũ ex impetu paſſionũ, pãdit ſuã iniqtatem, de quo poſteà dolet, & cupit per verba ficta amicitiã demõſtrare, vt non obſeruãtibus ſe, acriùs ac celeriùs noceat. Idcircò ſubiungit̃: [Quãdò ſubmiſerit vocem ſuã,] baſſiùs humiliusq; loquendo ex fictione, [nè credideris ei:] ſed obſerua te, qa abundãs cautela non nocet, præcipuè circa talem. [quoniã ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius:] i. omni modo ſibi poſſibili machinat̃ tibi malum. Septenario quippe vniuerſitas deſignat̃. [Qui operit odium fraudulenter,] i. rancorem ſuum contra alium doloſè occultat, aut per amicitiæ ſigna oppoſitũ ſimulat, quẽadmodùm Ioab

2.Reg.20. Amaſan oſculando. [reuelabit̃ malitia eius in conſilio.] i. per diligẽtem inquiſitionem poterit deprehendi ex aliqbus factis aut ſignis, aut relatione quorundã, ſicut in libro Machabæorum ſæpè habet̃, q ſuę & fratribus eius innotuit odium & machinatio aduerſariorum. Iſtud tñ quãdoquè fieri nequit per humanã induſtriã, ſed in conſilio atq; iudicio Dei omne

Luc.12. malum, quãtumcũquè abſconditum, manifeſtabit̃, ſicut in Euãgelio aſſerit Chriſtus: Nihil abſconditũ, quod non reueleẽ. [Qui fodit foueã, incidet in eam:] i. q alteri molitur inſidias, laqueoſq; extendit & parat ruinã, patietur pro ſuo facinore debitã pœnã, & iniqtas ſua redundat in ipſum, magisq; lædit ſeipſum peccãdo, q̃ aliũ dãna aut ſupplicia inferendo: immò frequenter in hac vita cadit in malum, quod alteri præparauit, ſicut Iudæi Chriſtum & eius diſcipulos occidẽdo, fugãdo, diſpoliãdo, meruerũt à Romanis occidi, captiuari, & to-

Mat.26. to orbe diſpergi. Vndè ait Saluator: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. Et Pſal-

Pſalm.7. miſta: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Atq; ad idem ſpectat quod ſubditur: [& q voluit lapidem, reuertet̃ ad eũ:] qa qui graue malũ nititur ſuperinducere alteri, meretur opprimi & perire: & frequenter ab eis vaſtatur, quos conabatur ſuppe-

2.Reg.17. & 18. ditare, ſicut & Nume. 31. Balaam à filijs Iſrael fuit occiſus, de quorũ deceptione & morte dedit conſilium. Simili modo periẽrunt Abſolon atq; Achitophel, q contra Dauid conſpiraEccẽs 10. uerunt. Hinc in Eccleſiaſte legitur: qui diſſipat ſepẽ, mordebit eum coluber. Eccleſiaſtici quoq; 27. dicitur: Facienti nequiſſimũ conſilium, ſuper ipſum deuoluetur. Attendant hæc qui ſuis vitijs ac paſſionibus ſic obtenebrantur, vt quum detraxerint proximis, aut quamcunq; iniuriam intulerint eis, gloriantur & iactant ſe illis nocuiſſe, quũ potiùs nocuerint ſibimetipſis: illis verò, dummodò fuerint patientes, profuerint, & gloriæ coronã parauerint. Etenim nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniqtas. Itaq; vniuſcuiuſq; malũ, in prorium redundat authorem. Ideò ſcriptum eſt Iſa. 3. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. [Lingua fallax non amat veritatem:] ſed doloſa mendoſaq; verba, ac teſtimonia falſa, [& os lubricum] i. libidinoſum, ſeu faciliter labile ad verba illicita, [operatur ruinas:] quia ex verbis quæ profert, frequenter ſequũtur facta iniuſta & opera vitioſa, ſicq; loquentem præcipitat ad inferni ſupplicia.

¶Elucida-

¶Elucidatio cap. 27. Nè glorieris in craſtinum, ignorãs quid ſuperuentura pariat dies. Articulus viceſimuſſeptimus.

NE glorieris in craſtinum,] i. non præſumas pro certo te craſtino die victurum, qa (vt ait Saluator) neſcim⁹ diem neq; horã, nec differas vitę tuę emendationem, Mat.25. quaſi velis eã emẽdare in poſterum, ſicq; de craſtino (i. futuro) tẽpore glorieris, quaſi bona operaturus in illo. Solet em̃ cras, pro futuro accipi in ſcripturis, ſicut Gene. 30. Iacob ait: Cras reſpõdebit mihi iuſtitia mea, nec pſupponas te cras aut poſteà lucraturũ, ignorãs qd ſuperuentura pariat dies:] i. qd tibi in eo continget, an ſ. viues in eo, & an ſanus eris, an æger, an proſpera habiturus, an aduerſa. Hinc cõtra pſumentes de craſtino, ſcriptũ eſt Iacob. 4. Eccè q nunc dicitis, hodiè aut craſtinò ibim⁹ in illã ciuitatẽ, & faciemus quidẽ ibi annũ, & mercabimur, & lucrũ faciemus, q ignoratis qd ſit vobis in craſtinum. Sic ergò viuamus, quaſi quocũq; die moriturí: qa (vt ait Gregorius) qui tibi promiſit de peccato, ſi pœniteas, veniã, non tibi promiſit craſtinũ diem. Hinc in Prouerbijs ſuis Seneca ſcripſit: Omnes vitã differentes, incerta mors prœuenit. Omnis igit̃ dies tanquàm vltimus ordinandus eſt. [Laudet te alienus,] i. ſic viue, vt ab alijs ſis dignus laudari. nam propter ea quæ inſunt à natura, non meremur laudari, nec vituperari, ſecũdùm Philoſophũ. Et quãuis fueris laude dignus, [& non] tũ laudet te [os tuum:] qa laus propria ſordet. [extraneus, & non labia tua:] Nam vt ait Apoſtolus 1. Timo. 3. Oportet etiã ab his qui foris ſunt, teſtimonium bonũ habere: non tũ debemus humanã appetere laudem, ſed potiùs abhorrere, quũ ſimus valdè defectuoſi atq; culpabiles, & nè aliqd mercedis recipiamus in vita preſenti, & qm̃ certi non ſimus, q̃ opera noſtra verè procedãt ex charitate: ſed taliter conuerſemur, vt digni exiſtamus prœconijs, ſicut & Seneca loquit̃: Quàm magnũ eſt, non laudari, & eſſe laudabilem. Et rurſùs: Quid ſis, intereſt, non quid habearis. Nihilominùs ſancti viri interdùm pro confortatione ſuę fidutiæ, aut pro aliorũ ædificatione & peruerſorũ confutatione, ad laudem & gloriã Dei, quãdoquè ſuas commemorãt aut deſcribunt virtutes ac merita, aut excel-

4.Reg.20. lentiã gr̃æ eis conceſſæ, quemadmodùm Ezechias loquit̃ Deo: Memento quomodò ambulauerim corã te in veritate & corde perfecto. Paulus quoquè, preſertìm in epiſtola ad Co-

Rom.8. rinthios, qui etiã ad Romanos teſtat̃: Noſipſi primitias ſpiritũs habentes. Sic & interdùm vo lunt honorari à ſubditis, inquantùm ſunt vicarij Dei, non propter ſe, ſed ne Deus inhonoretur in eis, & nè ſubditi peccent, debitũ eis honorem non tribuendo. [Graue eſt ſaxum,] vt lapis molaris, ſeu quodcũq; mortale peccatũ, quod ſuo mox pondere trahit ad aliud, & impœnitentem præcipitat in gehennã. [& onoroſa arena] conglutinata ſeu multiplicata, vel venialiũ multitudo. [ſed ira ſtulti] i. hominis vitioſi, vtpotè ira per vitium, non per zelum, [vtroque eſt grauior] ad portandum hominibus, niſi ſapientibus ac perfectis. Multis enim mortalibus peccatis, non omnibus, ira eſt grauior coram Deo atque hominibus. [Ira non habet miſericordiã,] loquendo de ira per vitium, rationem omninò obtenebrãte, quæ ex ſuo genere eſt vnum de ſeptem peccatis mortalibus. [nec erumpens furor:] quia crudelitate, non pietate, vtuntur ac agiranť. [& impetum concitati ſpũs ferre quis poterit?] hinc (ſecundùm Philoſophũ) Ira eſt animę ægritudo, & conſonat iſtud ei, quod dictum eſt ſuprà cap. 18. Spiritũ ad iraſcendum facilem, quis poterit ſuſtinere? Hinc in Prouerbijs ſuis Seneca conteſtat̃: Nihil minùs quàm iraſci punientem decet, quũ per hoc magìs ad emendationem proficiat. Itemq; Ira in temeritatem prona eſt, & periculũ inferre non cauet. Hinc denuò loquit̃: In vindicando criminoſa eſt celeritas. Eſt aũt ira hęc vehementer deteſtanda, ac diligentiſſimè cuitãda, qa per eam, quaſi per carnem, communitas inquietat̃, gratia vitę ſpũritualis aufertur, proximis ſcandalizat̃, ratio obſcurat̃, mens Spiritum ſanctũ repellit, & hominem bruto, immò furenti beluæ ſimilem reddit. Sed vt ait Ambroſius: Qui ſibijpſi iraſcitur, qa iram admiſit, deſinit proximo ſuo iraſci. Qui autem vult iram ſuã probare iuſtã, magìs inflammat eandẽ. Nè ergò cõmunitati aut domeſticis graues importabilesq; reddamur, impetũ, iræ prorſùs ſuperare & extirpare conemur. [Melior eſt manifeſta correctio,] quæ eſt actus charitatis, & eleemoſyna ac opus iuſtitiæ, [quàm amor abſconditus:] i. dilectio habitualis, non procedens in actũ, in qua meritũ non conſiſtit, nec proximo prodeſt. Aliquã tamen per amorem abſconditũ intelligũt carnalem & ſeculare dilectionem, quę non quęrit animę bonum, ſed oblectamentum & propriũ commodum. Hinc Eccleſiaſtic. 19. legitur: Corripe amicum, nè fortè non intellexerit, & dicat, nõ feci: aut ſi fecit, nè iterùm addat facere. [Meliora ſunt vulnera diligentis,] id eſt, verbera & læſiones, inflicta dilecto à ſpũaliter diligente Deo aut Angelo ſuo, vel homine bono, quũ ſint quędã remedia contra peccata preterita, & medicamẽta peccati preteriti vel preſentis, [q̃ fraudulẽta odiẽtis oſcula:]

quæ non prosunt,sed fallunt.Hinc loquit̃ Augustꝰ. Magis amat obiurgator castigãs & sanãs, quàm adulator dissimulãs.Et rursùs:Non semper osculat̃ pater filiũ, sed interdùm castigat: ergò dum castigat̃ qui diligit,tunc circa eum pietas exercet̃. Itemq́;,Si me,inqt, posses docere quod nescio,nõ solùm verbis reprehendentẽ,sed & pugnis cędentẽ deberẽ te patientissimè sustinere.[Anima saturata calcabit fauũ]i.homo cibo repletus, fastidit durãte saturitate cibũ quãtũlibẽt dulcẽ.[Anima aũt esuriens, etiã pro dulci amarũ sumet.]i. vilia & amara cibaria delectabiliter comedet,fame cogente,quę amara iudicat dulcia, iuxta illud Iob 6. Animę esurienti etiã amara dulcia esse videnť: quod tñ non est ibi de textu,q̃uis textui inseratur: sed ex his quę ibi dicunť,elicit̃:ficq́;,p glossa fuit primò inductũ.Nam subdit ibidẽm S. Iob: Quæ priùs nolebat tãgere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. ¶Spũaliùs aũt loquendo,Anima saturata calcabit fauum,i.corporaliter satiati & gulosi, fastidiunt cæ
Luc. 6. lestis regni dulcedinẽ, & contẽplatiõis suauitatem. Talibus eñ loqtur Dominus:Væ vobis diuitibus q habetis consolationẽ vestrã.Væ vobis qui saturati estis,qa esurietis. Anima autem esuriens,sitiensq́; iustitiã,pro obtinenda quiete æterna, libenter suffert aduersa & pœnitentię opera.Posset itidẽm sic exponi:Anima saturata consolatiõe interna,ex contẽplatione & gustu summi & incircũscriptibilis boni,calcabit fauũ,i.terrena omnia oblectamenta.[Sicut auis transmigrãs de nido suo,]i. nidum suũ cum pullis seu ouis suis ibi contentis omninò relinquẽs,[sic vir qui relinquit locũ suum:]i.congregationẽ seu familiã sibi commissam,& spũalibus seu carnalibus filijs debitã subtrahit curã & educationem: vel locũ su-
Eccẽs 10. um,i.virtuosam exercitationẽ,in qua cœpit proficere.Vndè in Ecclesiaste habẽt:Si spũs potestatem habẽtis ascenderit super te,locũ tuum nè dimiseris:hoc est, Si diaboli tentatio irruerit super te, non desistas à bono quod inchoãsti. Vel locũ suum,i. societatẽ & religio-
Heb.10. sum conuẽtum,in quo Deo seruire incepit.Vndè ad Hebræos ait Apostolus:Non deserentes collectionem nostrã,sicut est moris quibusdã,sed consolantes. Hinc Seneca satìs notabiliter ait:Primũ argumẽtum compositę mentis existimo,posse secùm consistere & morari: ægri animi est ista iactatio,discurrere, & locorũ varietatibus inquietari.Peregrinantes,hospitia habent multa,amicitias nullas:nec prodest cibus,nec corpori accedit,qui statim sumptus emittitur.Nihil æquè sanitatẽ impedit, vt remediorum crebra mutatio: non conualescit planta,quę sæpè transferẽ. Nihil tam vtile est,vt in transitu prosit. Fastidientis stomachi est,plura degustare,quę vbì varia & diuersa sunt,inquinãt,non alunt.Eccè ex his reprehenditur religiosorũ quoquè instabilitas aliquorũ,qui cùm in conuẽtu & ordine laudabilis obseruantiæ sint,ex quadam phãtastica appræhensione,aut diabolica illusione, aliã domum aut religionem ingredi cupiunt,& semper inconstãtes sunt corde,ac animo fluctuantes,atq; ex propria impatientia,inquietudine,irrefrenatione ac pertinacia,potiùs incitãtur q̃ desiderio perfectionis maioris:cuius euidens signũ est,qꝺ in eo quo resident loco,malè se habent,non dantes se ad obediẽtiam sanctã,ad propriæ voluntatis fractionẽ,ad mortificationem salubrẽ,ad diligentiam obseruãtiæ regularis,ad iugem custodiã cordis. Verùm(vt ait Chrysostomus)de maiori perfectione potest inquirere, qui impleuit minorem. Contra hanc pestem,multa in suis Homilijs scribit Eusebius Emissenus: Quid prodest qꝺ discedis, qui quocunquè pergis,te tecum portas?[Vnguẽto & varijs odoribus] dulcibus [delectatur cor.] ad quod redundãt delectationes sensuum exteriorũ. [& bonis amici consilijs anima] eius cui datur tale consiliũ,[dulcoratur:]i, cõsolationem & spem concipit,siue de malo vitando,siue de bono adipiscendo,per quod amaritudinẽ, desolationẽ, tristitiamq́; repellit. Nempe(vt Tullius protestat̃)Non viribus, non velocitatibus, non celeritate corporum res magnæ gerunť,sed consilio antiquorũ atq; scientia, quibus non orbari, sed augeri solet senectus.Qualis verò debeat esse consiliarius,docet Ambrosius: Talis,inquiẽs,debet esse qui consiliũ dat,vt seipsum ad exemplũ bonorũ exhibeat operum,in doctrina,in integritate, in grauitate, vt sit sermo eius irreprahẽsibilis & salubris, consiliũ vtile, vita honesta, sententiaq́; decora.Amicum tuum & amicum pris tui nè dimiseris, & domũ fratris tui nè ingrediaris in die afflictiõis tuę:]nè tua præsentia ingerat illi mœrorẽ, & nè videaris ab illo velle aliqd obtinere pro releuamine. Veruntñ ex rõnabili causa potest oppositum fieri, pertìm si cogat necessitas,aut si qs grauiter sit tẽtatus aut desolatus,vel angustiatus,debet pro salubri remedio,cõsilio,releuamine ad sapiẽtem & expertum,ad fidelẽ & familiarẽ amicum recurrere,quẽadmodùm 1.Reg.22.narrat̃,qꝺ conuenerunt ad Dauid omnes q erãt in angustia constituti,&oppressi ære alieno,&amaro animo.[Melior est]id est,ad succurrẽdum vtilior [vicinus iuxta, quàm frater] carnalis seu consanguineus [procùl:] & hoc in casibus certis ac repentinis periculis.Melior quoquè est vicinus,i.quicunq; proximus charitate coniunctus

ctus,amicabiliterq́; coniuĝs, quàm frater procùl,i. cognatus, aut alter qcunq; mẽte alienus,ac dissimilitudine infidelitatis vitiorumq́; distãs: quod cõcordat parabolæ, quã Christus Luc.10.
in Euãgelio de Samaritano &Leuita circa vulneratũ inducit.[Stude sapiẽtiæ fili mi,& lętifica cor meũ,] q de tuo profectu quasi de ꝓprio ex charitate exulto, [vt possis exprobrãti] i. veritatẽ legis diuinę ac fidei seu iustitiã contemnẽti, [respondere sermonẽ:] i. efficax dare rñsum & ipsum rõnabiliter cõfutare. Vñ orat ꝓpheta:Et veniat super me misericordia tua Psal.118.
Dñe,& respondebo exprobrãtibus mihi verbũ.Hinc ait Apostolus Tit.1.Sunt multi inobedientes & vaniloqui,quos oportet redargui.Et rursùs ibidẽm:Oportet, inqt, episcopũ sine crimine esse,amplectẽtem eũ,q secũdùm doctrinã est, fidelẽ sermonem,vt potens sit exhortari in doctrina sana,& eos q contradicũt, arguere.]Astutus videt malũ,] i.imminere periculum, [abscondit̃ est:]i. seipsum subtraxit & indè celauit. [paruuli trãseuntes]i. innocentes, inexperti, improuidi, indè non fugiẽtes,[sustinuêre dispędia:] i.dãna. Hoc cõsonat et quod dictũ est suprà cap.22. Callidus videt malũ, & abscondit se:innocẽs pertrãsit,& afflictus est dãno,vbi istud magìs expositũ est. [Tolle] i.accipere potes [vestimentũ eius qui spopondit] i. satisfacere tibi promisit,[pro extraneo tibi obligato,[& pro alienis]pro quibus spopondit,[aufer pignus ab eo.]qualiter aũt,& in quo casu pignus seu vestimentũ fuit fideiussori restituendũ,de manè siue ad vesperã iuxta Mosis legẽ,dictũ est suprà ca.20.[qui benedicit proximo suo voce grãdi de nocte consurgẽs,]i. tẽpore inconueniẽti, hoc est,ex adulatione,vel intuitu proprij cõmodi aut prędonij consequẽdi, laudat proximũ suũ hora inepta,vel tẽpore ad hoc solicitè exquisito, [maledicenti similis erit:] qm̃ peccat,& potiùs querit decipere proximũ quàm prodesse eidẽ.[Tecta perstillãtia in die frigoris,& mulier litigiosa,cõparanť:]qa vtrũq; afflictiuũ est & molestũ. Propter quod scriptũ est suprà ca. 21. melius est habitare in terra deserta,quàm cũ muliere litigiosa,rixosa & iracunda. [Qui retinet eã,quasi q vẽtum teneat,]id est,q eam apud se habet, verbositate eius quasi vento duro affligit̃.[& oleũ dextræ suæ euacuet:] i.pietatẽ sibi concessam, tollat à se, tãtam tribulationem apud se retinendo,quã tñ opportunè non potest vitare in toto. Vel sic,q retinet eam,i. eam retrahere à sua inquietudine nitit̃,quasi qui ventum teneat,i.impossibile qd attentat, sicut qui conat̃ ventum à suo flatu compescere:& oleũ dextræ suæ euacuet,i. oleum in dextra sua tentum velit stringendo tenere, quod quãto plùs stringitur, tanto magìs elabitur, ità ꝙ manus eius euacuat̃:sic quo mulier iracunda aut rixosa,magìs querit̃ refrenari,eo plùs suis passionibus inflammat̃ & agitur. ¶Potest aũt per mulierẽ litigiosam, hęreticorum doctrina atq; loquacitas, nullam verecundiã corrigibilitatẽm ve habẽs,signari. [Ferrum ferro acuitur,]qa per malleum ferreũ claui formanť & acuunť:[& homo exacuit faciẽ amici sui:] id est, vnus homo suo apparatu,discursu ac persuasiõe,vultum atq; ingeniũ alterius sibi dilecti,facit diligẽter adspicere,profundiusq́; pẽsare ea quæ proponunť. [Qui seruat ficũ,] i. à prętereuntibus arborem fici custodit:[comedet fructus eius:]qa non auferunť,sed remanent sibi. ¶Sic spũaliter,qui sacram scripturã in suo conseruat corde, fructibus(id est,considerationibus & consolationibus) eius reficiẽt, iuxta illud 1.Machab.12. Nos nullo horum indigemus, solatio habentes sanctos libros qui in manibus nostris sunt. [& qui custos est Dñi sui,]id est,Dominũ suum terrenum in bello à periculo eruit,& fidelis custos est capitis eius, [glorificabitur]ab eodem, immò & à Deo, si ex charitate id agat, sitq; famosus in populo:sic qui Deum custodit in cordibus,in qbus pergrãm commorat̃, id est,aduersarios salutis humanæ non permittit ad peccata pertrahere corda huiusmodi, per quę Deũ amittant.[Quomodò in aquis respondent vultus prospicientium]ipsas aquas,quemadmodùm & in speculo:[sic corda hominum,manifesta sunt prudentibus:] id est, prudentes,ex dispositione vultuum, morum, verborum ac operum probabiliter noscunt interiorem cordis dispositionem,quantùm ad aliqua saltem,quanuis cogitationes affectionesq́; cordis,in speciali & certitudinaliter cognoscere nequeant sine reuelatione. Vndè & Plato de cognoscendis cogitationibus secretisq́; cordis edidit librum. De isto dictum est suprà, super il- Pro.15.
lud:Cor gaudens,exhilarat faciem.Et super illud:In facie prudentis lucet sapientia. [Infer- Pro.17.
nus & perditio non replenť:] i.dęmonum infernalium appetitus, quo cupiunt ad damnationem perducere homines,non satiat̃ vsq; ad seculi finem. Nec perditio, id est, damnatio infernalis accipit finem. [similiter & oculi hominum insatiabiles:] quod de cupidis & auaris accipit̃, qui instãr hydropicorũ,quo plùs de tẽporalibus hauriunt,eo plura talia sitiunt. Communiter quoquè videt esurienti,qꝺ plùs de cibo indigeat,quàm est.Propter quod vulgare est verbũ:Citiùs satiatur venter,q̃ oculus.[Quomodò probat̃ in cõflatorio argentum, & in fornace aurũ,]an verũ argentum sit verumq́; aurum, vt dictum est pleniùs super illud:

Sicut

Pro.17. Sicut igne probaſ argentum & aurum camino. [ſic probaſ homo ore laudantis:] qm̃ ſi ex laudibus hominũ nequaquã inaniter gloriaſ neq; extolliſ, ſed magis humiliat ſemetipſum, atq; ad meliora accendiſ, & occulta Dei expaueſcit iudicia, nè fortè corã Deo repræhenſibilis inueniaſ, immò & contriſtaſ audiens ſibi aſſcribi, quod aſſcribendũ eſt omniũ largitori bonorũ: nec valens æquanimiter ferre ſuã laudem, quũ ipſe de ſe longè aliter ſentiat, & omni vituperatione dignũ ſe reputet: tunc ſignũ eſt q̃ verè ſit virtuoſus, & verè humilis, timoratus, ſapiensq; exiſtat. Hinc ait Grego. Quũ iuſtus in facie laudaſ, in corde affligitur: & præſertim vitãdum cenſeſ, nè homines imperfecti, ad vanitatem procliues, laudenſ. Immò (vt Climachus faſſus eſt) q̃ tales laudat, venenũ eis propinat. Ideò rurſùs ait Gregorius: Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed iuſtos dum cruciat, purgat: iniquos dum lętificat, reprobos mõſtrat. [Cor iniqui exq̃rit mala,] qa in prauitatibus delectaſ: [cor aũt rectũ, exq̃rit ſcientiã] de neceſſarijs ad ſalutẽ & ſcientiã q̃ eſt donũ. Verſus iſte nõ eſt in Hebrẽo. [Si contuderis] i. contriueris [ſtultum] i. habituatũ & aſſuefactũ in vitijs, [in pila] i. ligno concauo ad terendũ frumenta facto, [quaſi ptiſanas,] i. hordea decorticata, [feriente deſupèr pilo,] i. inſtrumento, quo in pila vel in mortariolo aliqd teritur, aut comminuiſ, [non auferet ab eo ſtultitia:] i. prauitas & puerilitas [eius:] hoc eſt, nulla correptione aut correctione poteris eũ emẽdare, præſertim ſine adſpiratione atq; auxilio gr̃æ Dei: idcircò non eſt deſperãdum, ſed ad cæleſtis omnipotẽtis medici animarũ cum oſonum inſtãtia confugiendũ. [Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui,] i. diſpoſitionẽ, vitã & mores perſonę tibi commiſſæ ac ſubditæ, ſtude cognoſcere, & iuxta indigentiã eius, ei ſuccurras, conſulas, & paſtoralis officij actus impendas. & iuxta hunc ſenſum, [tuos q; greges] i. congregationes & oues Dei tibi creditas, [conſidera:] qualiter iuxta ſuæ exigentiã vocationis Dño obſequãtur, & quicqd in eis culpabile víderis, ſine perſonarum acceptione, diſcretè, inſtãter, feruenter increpa & extirpa. [Non em̃ habebis iugiter poteſtatẽ] exercẽdi hos actus in ſubditis, qa vel per mortem tuã ſeu ſubditorũ tuorũ, aut alio modo finieſ præſidentia tua, & tunc recuperare non poteris neglecta atq; omiſſa. [ſed corona tibi tribueſ in generatione & generationẽ:] i. æterna beatitudo tibi præſtabiſ, ſi ritè præfueris. Hoc eſt quod beatiſſimus Petrus in prima ſua hortatur epiſtola: Seniores, obſecro, paſcite q̃ in vobis eſt gregẽ, prouidẽtes non coactè, ſed ſponaneè ſecundùm Deũ, non turpis lucri gr̃a, neq; vt dominãtes in cleris, ſed forma gregis facti, & ex animo, vt quũ apparuerit princeps paſtorũ, percipiatis immarceſcibilẽ gloriæ coronam. Deniquè ad præſidendũ idoneè, oportet vti præcipua diſcretione, & ſicut medicus vnicuiq; ægro adhibet medicinã, iuxta ægritudinis qualitatem, ſic qui præeſt, ſingulis ſubditorum & omnibus debet proſpicere, prouidereq; documenta ac remedia apta cõtra peccata opponere. Ideò Gregorius Nazianzenus fateſ: Reuerà mihi eſſe videſ ars artiũ & diſciplina diſciplinarũ, regere hoĩem, q̃ inter oĩa animalia maximè moribus varius, & voluntate diuerſus eſt. Defectus verò ſubditorũ, ex defectu & negligẽtia prælatorũ maximè diriuaſ. Propter quod dixit Chryſoſtomus: Quẽadmodùm videns arborem folijs pallentibus marcidam, intelligis quia aliquam culpam, id eſt, corruptionem habet circa radicem: ità cùm víderis populum indiſciplinatum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum. [Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes:] id eſt, tempore æſtiuali iſta à Domino concedunſ pro ſuſtẽtatione pecorum. [& collecta ſunt fœna de montibus:] quibus etiam tempore hyemali iumenta quædam paſcanſ. [Agni ſunt ad veſtimentum tuum:] id eſt, agni & oues tibi conceſſi ſunt, vt ex lana eorum facias tibi veſtes. [& hœdi ad agri precium:] id eſt, hœdi quoquè donati ſunt tibi, vt de eorum precio emas & colas agros. Iſta eſt expoſitio ſuperficialis, & vt putãt aliq, literalis. ¶ Spũaliter verò aperta ſunt tẽpore ɛuangelicæ legis prata, id eſt, alimẽta ac paſcua ſacramentorũ cæleſtiũ, olim clauſa & tecta figuris legaliũ myſteriorũ, & appãrẽt nũc herbæ virentes, i. ɛuãgelicæ inſtitutiones ac Chriſti conſilia, doctrinæ, & diuerſa gr̃arum chariſmata, quibus nutriunſ credentium animæ: & collecta ſunt fœna de montibus, id eſt, de exemplis & documentis pr̃iarcharum ac prophetarum accepta ſunt ſpũalia pabula, quibus aluntur fideles. Agni ſunt ad veſtimentũ tuum, i. de ouibus tibi commiſſis potes veſtitũ accipere. Et hœdi, ad agri precium, i. à peccatoribus pœnitentibus ſumere potes neceſſarium victum. Deniquè agni ſunt ad veſtimẽtum, dum paſtor virtutibus ſubditorum ædificatur, ſeq; ſpiritaliter veſtit veſtimento ſalutis, & induit indumento iuſtitiæ, inflammatus eorum profectu ac meritis. Et hœdi ſunt ad precium agri, dum per opera pietatis, quę circa pœnitẽtes exercent, cumulũ felicitatis merẽtur, qui præſunt in patria regni cæleſtis. [Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria] alimẽta [domũs] id eſt, familiæ & ſobolis [tuæ, & ad victum ancillis meis:] i. mediocri refectione contẽtus eſto, nec delicata, ſed neceſſaria quęras. De hoc Eccl. 39. multa ſcripta ſunt. Vndè & Chryſoſtomus loqtur: Simplicior victus, & menſa mediocris, plurimùm habet iucunditatis ac bonę voluptatis. Ecõtrariò diuitum menſæ, execrabiles ſunt & horridæ, atq; contaminationibus membrorum plenæ. Obſeruãda eſt ergò ſancta ſobrietas, quæ mẽtem & corpus perornat, omniumq; virtutum eſt ornamẽtum, de qua aſſerit Auguſtinus: Sobrietatis perſeuerãtia, eſt inæſtimabilis animi fortitudo, quam vniuerſæ virtutes & oẽs laudum tituli concupiſcunt, quoniam ſine ea ornari ac complacere non valent.

1.Petr.5.

Populi indiſciplinati culpa, clericorum culpa eſt.

¶ Explanatio cap. 28. Fugit impius nemine perſequente. Art. 28.

FVgit impius nemine perſequente:] Videmus quoſdã iniquos eſſe valdè audaces, & iuſtis aliqbus audaciores: quò ergò fugit impius nemine perſequente? Sed dato, q̃ in exteriori & humano bello ſit audax & fortis, tñ in ſpũali prælio contra aciem vitiorum frequenter fugit, ſuccumbit, ac vinciſ, antequàm tenteſ à perſecutore aut dæmone. Mali etiã Chriſtiani tẽpore perſecutionũ ſæpè fugerunt ſolo timore, antequàm à tyrãnis inſequenteſ. Veruntamẽ Salomon loqtur iuxta Moſaicæ legis tenorem, in qua trãſgreſſoribus legis inter cętera mala prędicebanſ effœminatæ formidines, & inordinatę angſtiæ ac tremores, ità vt ſola ſuſpicione & imaginatione verterenſ in fugam. Vndè legitur Deuter. 28. Dabit Dominus tibi cor pauidum, & oculos deficientes, & animã mœrore conſumptam, & erit vita tua quaſi pendens ante te. Per vnã viam egrediaris contra hoſtes tuos, & per ſeptem fugias. Hinc ſcriptum eſt Iob 15. Sonitus terroris ſemper in auribus impij: & quũ pax ſit, ille inſidias ſuſpicaſ: quia quod ipſe alijs intulit, ſibi imminere vereſ. [Iuſtus autem quaſi leo confidens] in domino, [abſq; terrore erit:] i. inordinatum, carnalem, ſecularem timorem abijciet, & Deum purè timebit, nec aliud, niſi in Deo, & propter Deũ: immò pro Deo & iuſtitia mori erit paratus, ſicut iubet Saluator: Nolite timere eos q̃ corpus occidunt &c. Veruntñ iſta iam ſæpè præhabita ſunt, idcircò pertrãſeo. [Propter peccata terrę] id eſt, habitãtium in terra, [multi principes eius:] Nam propter peccata hominũ, permittit Deus iuſto iudicio regna vaſtari ac diuidi, & habitatores inter ſe diſſentire, ſicut & regnum duodecim tribuum, propter ſcelera Salomonis, fuit diuiſum, & in aduentu Chriſti Iudæa ſub multis erat tetrarchis, prout 3. Reg. 12. & Luc. 3. deſcribit. Regimẽ aũt monarchicũ, ſecundùm Philoſophum in Politicis, optimũ eſt. Qui rurſùs duodecimo primę Philoſophię differuit: Pluralitas principum mala. [& propter hominis ſapientiã, & horum ſcientiã quæ dicunſ, vita ducis longior erit:] i. vita præſidentium, cæteris paribus, prolongabiſ, ſi vel ipſi ſapientiam in diuinis & prudentiam in agendis habuerint, aut ſapientium atq; prudẽtium conſilijs obtemperauerint. [Vir pauper calumnias pauperes,] i. in temporalibus aut virtutibus inops, improperans & inſultans ſibi ſimilibus, qbus meritò condoleret: [ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames:] id eſt, pluuiæ ſegetes corrumpenti, ex qua corruptione cariſtia ſequitur, quam fames multorum cõcomitatur. Quemadmodùm enim huiuſmodi imber paupertatem inducit, ſic calũnia pauperis talis, tam ipſum quàm alium, facit ſpũaliter pauperiorem: ipſum quidem directè, quia calumniando ſic grauiter peccat: & alium indirectè, cui occaſionem dat impatientię. [Qui derelinquunt legem, laudant impium:] quia ſimilis ſimili ſibi applaudit. [qui cuſtodiunt] legem, [ſuccenduntur] zelo iuſtitiæ, & ex diuino ac fraterno amore [contra eum:] quemadmodùm princeps Apoſtolorum contra Simonem Magum, Phinees contra Zambri, Matathias contra Iudæum idololatrantem, immò & Chriſtus contra vendentes & ementes in templo. [Viri mali non cogitant iudicium:] i. diſcretiõis iudiciũ non aduertũt, neq; diuini rigorem iudicij penſant, nec dijudicãt ſemetipſos, nec proximis iuſtitiã facere meditanſ. [qui aũt requirunt Dominũ,] id eſt, Deo placere conãtur, & eius honorificentiam optant, [animaduertunt omnia] ad ſalutem ſpectantia, & prouident ſua nouiſſima, ac quid vnicuiq; teneantur. [Melior eſt pauper in ſimplicitate ſua] columbina [ambulans, quàm dives in prauis itineribus. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt:] vtpotè Deo obediens, quod eſt ſumma ſapientia, & ſapientiæ dono ornatur, quo ſummo bono vniri & placere conat. [qui autem comeſatores] id eſt, gulioſos & heluones [paſcit, confundit] id eſt, perturbat & inhonorat [patrem ſuum:] qui de filij ſui peruerſitate triſtatur. [Qui coaceruat] id eſt, congregat [diuitias vſuris & fœnore liberali,] Per vſuram hoc loco quidam intelligunt, capere aliquid vltra ſortem ex pacto per fœnus liberale, quandò hoc fit abſq; pacto. Alij per vſurã intelligunt horũ vtrunq;: per fœnus verò liberale, quãdò vſura (i. vſurariè ac quiſitum) datur ad vſuram. Poteſt autem fœnus liberale, vocari id, quod pro mutuato vltra ſortem exigitur, non quaſi vſura, ſed tanquã in recognitionẽ & viciſſitudinẽ impenſi beneficij, prout ſuper Matthæũ tangit Hieronymus.

Mat.10.

Actu.8. Nume.25. 1.Mach.2. Ioan.2.

Exech.18. & 22. Luc.6. & tamen hoc ipſum, vſurarium eſt ac lege prohibitum, Dño per Ezechielẽ iubente: Vſuram & ſuperabundantiã non accipietis. Vndè & Chriſtus: Date, inqt, mutuũ, nihil indè ſperantes. Ideò dicit Ambroſius: Et veſtis, vſura eſt: & eſca, vſura eſt: & quicqd ſorti accedit, vſura eſt: quod velis nomen ei imponas, vſura eſt. Qui ergò his modis colligit opes, [in pauperes eas congregat:] i. contra egenos, qa in damnũ indigentiũ. vergit eñ in damnũ eorum. Idcir cò vſura eſt cõtra charitatem atq; iuſtitiã, & valdè enorme peccatũ: Immò vt etiã Ariſtotcles naturali rõne inductus, fatetur: Ipſa eſt maximè contra naturã. Vel in pauperem congregat eas, i. pauperibus ſeu indigẽtibus, à qbus eas acqſiuit, eas reſtituere obligat. Deniq; (ſicut ait Chryſoſtomus) ſimilis eſt pecunia vſurarij, morſui aſpidis: qa per ipſam vſurarius ſeipſum occidit: & ſicut perculſus ab aſpide, quaſi delectatus cadit in ſomnũ, ac per ſuauitatem ſoporis moritur, qa tunc venenũ per omnia membra latenter decurrit, ſic q ſub vſura accipit ad tempus, quaſi beneficium ſentit: ſed vſura per omnes eius facultates decurrit, & totum conuertit in debitũ. [Qui declinat aures ſuas nè audiat legem,] i. auditũ ſuum auertit, nè diſcat, ſciat, vel audiat prẽcepta Dei ſiue Eccleſiæ, quatenùs peccet liberiùs & ſine remorſu, vel aures cordis auertit nè audiat, i. audiendo impleat legem, i. præcepta, ità q ex propoſito peccat, nec pœniteat. [oſo eius erit execrabilis.] i. contemptibilis corã Deo, quum non veniat ex affectu, nec præparet ſe ad grãm, ſed operibus ſuis deſtruat propriã precem. Ideò Iacobus ait Apoſtolus: Petitis, & non accipitis, eo q malè petatis. Et Ioan. 9. aſſeritur: Scimus quia peccatores deus non audit, eos videlicet qui in peccãdi manẽt propoſito: ſed ſi qs Dei cultor eſt, & voluntatẽ eius facit, hunc exaudit. [Qui decipit iuſtos in via mala] i. falſa doctrina, prauo exemplo, occaſiõe ve ſcãdali, [*interitu ſuo corruet:] i. proprio vitio quo id agit, peribit, qa iniquitas ſua redũdat in ipſum, & damnationi eum adijciet. [& ſimplices poſſidebunt bona eius:] i. ſi antè aliqd meritoriè egit, non ſibi, ſed electis cedet in gloriã. Nullum etenim bonum manet irremuneratũ. [Sapiens ſibi videt vir diues:] Diuitiæ eñ ſuperbiam nutriunt, & eo ipſo quo temporalia acquiſiuit aſtutè, aut conſeruat auarè, ſapiens ſibi videtur, qa in temporalibus & caducis vltimum ſibi conſtituit finem. Ideò ſapientiale arbitratur, media ſua benè diſponere ad temporaliũ copiam. [Pauper aũt prudẽs, ſcrutabit eum:] i. inſipientiã eius conſiderabit, videns eum ità præferre tranſitoria atq; carnalia cæleſtibus ac diuinis, ſpiritalibus & æternis. [In exaltatione iuſtorũ, multa gloria eſt:] i. valdè iucundum & glorioſum eſt, qp iuſti ac ſapiẽtes ad officia & præſidentiã ſublimanẽ, quia ex hoc bonum commune & ſalus multorum, honorq; Dei procuranẽ, augenẽ & conſeruanẽ. Propter quod ſexto de ciuitate Dei loquit Auguſtinus: Illi qui vera pietate præditi benè viuunt, ſi habent ſcientiã regendi populos, nil eſt felicius rebus humanis, quàm ſi, Deo miſeráte, habeãt poteſtatem. Et Bernardus: Si rebus raritas precium facit, nil in Eccleſia precioſius, nil optabilius bono vtilíq; paſtore. Nempe rara eſt auis iſta in terra. Proindè ſi quis talis interdùm reperiatur, & occaſio detur, confeſtim injciendæ ſunt manus, & totis viribus ſatagendum, nè qua vi, nè qua arte malitiæ, fructuoſa promotio valeat impediri. Hinc Dominus Ierẽ. 3. pro grandi beneficio tales promittit præſidẽtes ſe conceſſurũ: Dabo, inquiens, vobis paſtores ſecundùm cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Porrò aliqui *habent: In exultatione iuſtorum, multa gloria eſt. Exultãt enim in Deo & in rebus diuinis, in quibus habent copioſam gloriandi materiam. Rurſùs quandò quotidiè in ſpũalibus donis ſortiunt profectum, ſalubriter exaltanẽ: & de tali corum exaltatione magna eſt gloria, præſertim dum ad dona gloriæ, altitudinemq; cælorum feliciter prouehunt. [regnantibus impijs, ruinæ hominum:] i. ſubditi ad diuerſa labuntur peccata, & interdùm ad corporalem interitũ, ex negligentia, ſcãdaloſaq; vita, & abuſu regiminis impiorũ. Nam (vt Seneca proteſtatur) quemadmodùm ſubditos nil magìs ædificat, quàm probitas, ſapientia & exemplaritas eorũ qui præſunt, ſic nil ampliùs ſcãdalizat, quàm peruerſitas eorundem. Ideò ſcriptũ eſt Ierem. 10. Quia ſtultè egérunt paſtores, & Dñm non exquiſiérunt, propterea omnis grex eorum diſſipatus eſt. Ideò ait Gregorius: Dum paſtor per abrupta graditur, grex per deuia imitatur: & vehementer culpa diffunditur, dum is q peccat, pro ſuæ dignitatis officio honorat. [Qui abſcondit ſcelera ſua,] ea negando aut colorãdo, vel in ſacramento confeſſionis ea non aperiendo plenariè, [non dirigetur] ad veram ſalutem, nec curabitur, nec creſcet in Dño. Initium eñ bonorũ, confeſſio eſt malorũ. [qui aũt confeſſus fuerit, & reliquerit ea,] nõ recidiuando, vel ad minùs plenũ propoſitum relinquendi ea habendo, [miſericordiã cõſequetur:] i. veniã & grãm obtinebit. Ideò S. Iob dixit: Vias meas in conſpectu Dei arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Itemq;: Si abſcondi vt homo ſcelera mea. Et Pſalmiſta: Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiã meã Dño, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. quocontrà de impœnitente

Chryſoſt.

Iaco. 4.

*in iteritu

for. text habent

Iob 13. & 31. Pſal. 31.

nitente tranſgreſſore Iob 20. legitur: Quum dulce fuerit malum in ore eius, abſcondit illud ſub lingua ſua. Deniquè tam graue peccatum eſt, iniquitatem propriã nõ fateri loco & tempore opportuno, potiſſimè coram præſidente & iudice, vt reus mortis peccet mortaliter, negando iudici crimen ſuum, pro quo, ſi illud panderet, occideret, quum tamen metus, præſertim formido mortis, ſoleat culpam minuere: & iſtud Thomas in Secunda Secundæ benè declarat. [Beatus homo] in merito & ſpe, [qui ſemper eſt pauidus] filiali timore. quũ enim in actibus humanis, ex deliberatione procedentibus, dicaſ non eſſe indifferens, ſed omnis huiuſcemodi actus ſit moraliter bonus aut malus, atq; communiter meritorius aut demeritorius, debemus eſſe iugiter timorati, nè Deum in aliquo offendamus. Ideò ſanctus Iob faſſus eſt: Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. Et Iſaiæ 18. iubetur: Dominum exercituum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. [qui verò mentis eſt durę,] ità quòd nec comminatione pœnarum, nec pollicitatione præmiorum, nec ipſo ſummi boni amore, à ſua iniquitate ac pertinacia flectiſ, nec modo prætacto Deum vereſ. [corruet in malum:] id eſt, in cumulum vitiorũ, & in profunditatem infernalium tormentorũ. Ideò Eccleſiaſtic. 3. ſcriptum eſt: Cor durum malè habebit in nouiſſimo. Talilapideum cor habenti, Dominus Iſaiæ 48. loquit: Scio quia duruſes tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. [Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem:] quia inſtàr rugientis leonis, ſubditos inopes comminatione perterret, & tanquàm vrſus famelicus bona eorum diripit ac conſumit. De talibus Dominus Miche. 3. loquit: Qui comedunt carnẽ populi mei, & pellẽ deſupèr excoriauerunt. Ezech. quoq; 34. Cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Hinc denuò Ezechie. 45. Dominus eſt loquutus: Sufficiat vobis, principes: iniquitatem & rapinã intermittite, & iudicium & iuſtitiam facite: ſeparate confinia veſtra à populo meo. Iſtud ergò vitãdum eſt, quia tyrannicum eſt, quũ & Seneca dicat: Relinque crudelitatem, & matrem eius iram. Itemq;, crudelitas inſicit aſſiduitate authoritatem. [Dux] id eſt, princeps quicunq; ſeu iudex, [indigens prudentia,] id eſt, carens diſcretione, & circũſpectione in agendis, [multos opprimet per calumniam:] quoniã voluntate vtitur pro lege iuſtitiæ, & rigorem iuſtitiæ neſcit dulcedini pietatis contẽperare, ſicq; opere ipſo dicit illud Sapientiæ 2. Sit autem fortitudo noſtra lex *iuſtitiæ. [qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius:] id eſt, ad diem æternitatis pertinget, iuxta quod Dominus ſpopondit in Pſalmo 90. Longitudine dierum implebo eum. Iuſtis quoquè in veteri lege diuturnitas vitæ præſentis promittebaſ. [Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem,] id eſt, mortem ſeu vitia animæ deridet, habens ea pro nihilo, & parui pendens proximi ſui ſalutem, [ſi vſque ad lacũ fugerit, nemo ſuſtinet:] id eſt, quantumcunquè quærat euadere, iuſtè expetit vltio criminis ſui. [Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit,] ſi in columbina ſimplicitate finaliter perſeueret. [Qui peruerſis ingreditur vijs,] id eſt, actus vitioſos vijs Dei cõtrarios agit, [concidet ſemèl:] id eſt, plenariè, qa finaliter damnabitur, nec reſurget: vel ſemèl, id eſt, tandèm aliquandò. [Qui operat terram ſuam, ſatiabitur panibus.] Hoc corporaliter ſic ſolet contingere. ſimiliter qui ægrum cordis ſui expurgat à vitijs, ſeminans illum verbo doctrinæ cæleſtis, ſpiritualiter reficiet. Similiter qui corpus ſuum caſtigat, & in ſeruitutem ſpiritũs redigit, & membra ſua exhibet arma iuſtitiæ DEO. Iſtud tamen præhabitum eſt, ſicut & id quod ſubditur: [qui ſectat ocium, replebitur egeſtate] ſpirituali, & ſæpè etiam corporali. [Vir fidelis multùm laudabitur:] Quoniam iuſtus & integer eſt, nec propter bona vtilia aut delectabilia recedit à bono honeſto, nec tempore aduerſitatis relinquit amicũ: [Qui autem feſtinat ditari] in temporalibus, [non erit innocens:] quoniam immoderata ſolicitudine & vijs illicitis ad obtinendum diuitias tendit. Immò iuxta Apoſtolum 1. Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, laqueumq; diaboli. [Qui cognoſcit in iudicio faciem,] id eſt, perſonam accipit, iuxta illud Pſal. 81. Facies peccatoris ſumitis. [non facit benè:] Immò grauiter peccat, ſicut præhabitũ eſt. [iſte & pro buccella panis] id eſt, pro paruis & vilibus rebus [deſerit veritatem] iuſtitię ac ſermonis. De talibus per Ezechielem Dominus ait: Deceperũt populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis. Quocontrà Seneca quoquè docet: Teſtimonium perhibe non amicitiæ, ſed veritati. [Vir q feſtinat ditari, & alijs inuidet,] eo q ditiores ſint ipſo, [ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei:] id eſt, defectus gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, pœnaq; ſenſûs in inferis, hoc etenim non perpendit. [Qui corripit hominem,] non penitùs malitioſum, quãuis adhuc ſit paſſionabilis, [grãm poſteà inueniet apud eum:] quia etſi ad tempus ægrè accipiat correptionem, rediens tñ ad mẽtem, aduertet q ex charitate & zelo iuſtitię, pro ſua ſalute corripuerit eũ, [magìs quàm ille qui per blandimenta decipit:]

Iob 31.

Ezech. 13.

qui licèt ad tempus complaceat, postèà tamen dolus eius percipiet. Ideò loqtur Augustinus: Qui phreneticũ ligat, & lethargicũ excitat, ambobus molestus est: quãdiù sunt ægri, indignant: sed ambo sanati, gratulant & regratiant. [Qui subtrahit aliqd] magnum & notabile [à patre suo, & à matre] furando, [& dicit, hoc non est peccatum:] quia bona parentum putat pertinere ad se. [particeps homicidę est:] id est, homicidę quodammodò similis in peccato, quia & parentibus suis inobediens est, & non sua inuadit, quum adhuc sit sub potestate, cura atque regimine suorum parentum, ad quos spectat dispensatio rerum. Verùm in hac re multi filij & filię grauiter errant & peccant: quorum errorem, infidelitatem, & furtum dirè redarguit Augustinus. ¶Potest quoquè exponi hoc modò: Qui subtrahit aliquid, id est, parentibus suis indigentibus denegat honorem, obsequiũ, subuentionem in victu, particeps homicidę censet. [Qui se iactat & dilatat,] magnificãdo seipsum inaniter, suos terminos extendendo: [iurgia concitat:] quoniã iactãtię ac superbię & auaritię eius alij indignãtur ac renitũtur. [qui verò sperat in Domino, sanabitur] à peccatis, & interdùm etiã à corporalibus morbis. [Qui confidit in corde suo,] id est, in proprijs viribus aut scientijs: [stultus est:] qa ignorat seipsum, quęadmodùm in Apocalypsi dicit tali: Quia dicis, q̃ diues sum, & nescis qa tu es miser & miserabilis, pauper, cęcus & nud⁹. [qui autẽ graditur sapienter,] vitãdo viarum pericula, & exemplariter se habendo, iuxta illud Apostoli Col. 4. In sapientia ambulate ad eos q̃ foris sunt, [ipse laudabit. Qui dat pauperi] liberaliter, ꝓpter Deũ, [nó indiget:] qa & in prędenti Dominus ei prouidebit, & bonis gratię ac glorię eum ditabit. [qui despicit deprecãtem, sustinebit penuriã] diuinorum charismatũ, sicut apostolus Iacobus loqtur: Iudiciũ sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Hinc ait Scriptura Prouer. 21. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperũ, & ipse clamabit, & non exaudietur. Ideò Seneca dicit: Nihil neges, quod petiturus es. Et rursùs: Homo qui in homine ærũnoso misericors est, meminit suĩ. Immò & Dominus in Euangelio fatur: Omni petenti te tribue. [Cùm surrexerint impij,] id est, prędominauerint in regnãdo tyrãnicè, persequendoq; iustos, [abscondent homines:] id est, rõnabiles homines se abscondent, sicut ait Saluator: Quum persecuti vos fuerint in vnã ciuitatem, fugite in aliã. [cùm illi periẽrint, multiplicabuntur iusti] numero & merito: quia sub virtuosis prędentibus homines reformantur, conuertuntur, proficiunt.

Iaco. 2.

Luc. 6.

Mat. 10.

¶Expositio cap. 29. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit &c.

Articulus vicesimus nonus.

VIro] immò cuilibet homini, tam viro quàm mulieri, tam adolescenti, quàm seniori, [qui corripientem] charitatiuè, discretè, iustè ac piè [dura cervice] cordis contemnit] tãquàm indignũ ad corripiendũ se, [repentinus superueniet interitus,] i. dãnatio improuisa, immò eodem instãti, quo tam superbè, ingratè, impatiẽter se habet, morit in anima, peccãdo mortaliter, & tales incorrigibiles solẽt subitò mori siue interfici. [& cũ sanitas] animę [non sequet:] qa manet in vitijs & vulneribus animę suę. [In multiplicatione iustorũ] ciuiũ, aut regentiũ communitatẽ, [lætabit vulgus:] qa tales sunt vtiles valdè reipublicæ. Quidã tamen vulgares sunt ità peruersi, quòd contra iustos rectores faciliter indignant ac murmurãt, quoniã increpari, coërceri, punirię; renuũt. sed de rationabili vulgo loqtur Salomon. [cùm impij sumpserint principatũ, gemet populus:] timens exactionari, grauari ac opprimi, & bonũ commune periclitari, turbationes, dissensiones ac lites oriri. [Vir qui amat sapientiã, lętificat patrem suum:] Hoc iam sępè expositũ est. [qui aũt nutrit scortũ, perdet substantiã.] Immò & animã suã, sicut in Euangelio fertur de prodigo filio. [Rex iustus erigit terram,] id est, Rempublicã promouet, statũ patrię meliorat, subditos incitat ad virtutes. Sic vnusquisq; virtuosus prędatus ac prędicator, gregem sibi commissum ad reformationem & profectum inducit pro posse. [vir aurarus,] putà tyrãnus quęrens propria commoda, & suĩ ipsius honorem, non bonũ commune, nec subditorum salutem. [destruet eam:] spoliãdo & opprimendo subiectos, & discordias inter eos disseminando, nè forsan vnanimiter sibi resistant. [Homo q̃ blandis fictisq; sermonibus loqtur amico suo,] approbando peccata illius, & simulando amicitiam secum. [rete expandit pedibus eius:] id est, deceptionũ laqueos ei extendit & profectũ eius in virtutibus impedit, quemadmodùm Dominus protestat̃ per Prophetã: Populę meus, q̃ beatũ te dicũt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorũ dissipãt. [Peccãtem virum iniquũ inuoluet laqueus:] id est, deceptio quam alteri parat, irruet super ipsum, & dato quòd alteri corporaliter noceat, seipsum tamen spiritualiter perimit, & incomparabiliter grauiùs lædit, iuxta illud Psalm. 34. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum, &

Luc. 15.

Isa. 3.

& in laqueum cadat in ipsum. Et Ieremiæ 23. dicitur: Ecce turbo dominicę indignationis egredit, & tempestas erumpens, super caput impiorũ veniet. [& iustus laudabit] Dominũ, [atq; gaudebit] in Deo, testimoniũ ei perhibente conscientia sua, q̃ coram Deo habuerit se syncerè. Vndè ait Apostolus 2. Cor. 1. Gloria nostra hęc est, testimoniũ conscientiæ nostræ. Gaudebit quoquè potissimè in futuro, quũ felix euaserit, & cantabit: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. [Nouit iustus causam pauperũ:] i. approbat atq; iustificat eam, quantùm rõnabiliter valet, non formidãs in hoc vultum diuitũ aut potentũ. Ideò sanctus Iob fassus est: Cumq; sederem quasi rex circũstante exercitu, eram tamen mœrentiũ consolator. Et de Christo prædictũ est Isa. 11. Iudicabit in iustitia pauperes. Atq; in Psalm. 71. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ. [impius ignorat] i. non habet [scientiam:] quæ est donũ, nec veram prudentiam, non (inquã) habet scientiã practicã & formatam, boni approbatiuã & efficacem, iuxta illud Amos 3. Nescierunt facere rectum, thesaurizantes impietatem. De talibus demùm loquit̃ Paulus Tit. 1. Cõfitentẽ se nõsse Deum, factis autem negant, quum sint abominati & reprobi. [Homines pestilentes] id est, peste spiritali repleti, qui verbis & factis suos scandalizant, & malè informant conciues, dissensionesq; nutriunt, & bono aduersant̃ communi, quemadmodùm 2. Machab. 3. narratur de Simone quodam, quòd moliebat̃ iniquum aliquod in ciuitate. [dissipant ciuitatem:] id est, bonum commune destruunt, habitatores perturbãt, & interdùm sunt causa, q̃ oppida corporaliter destruunt̃, prout tempore Hieremiæ ciuitati Hierusalem factũ est à Chaldæis. [Sapientes verò auertunt furorem:] ciues inuicem reconciliãdo, & pro vrbibus Deũ rogando, nè iustè puniant̃, nec destruant̃. Sic Moses & Aaron sępè auerterunt iram Dei à populo. Et Numer. 25. loquitur Dominus: Phinees auertit iram meã à filijs Israel. [Vir sapiens si cum stulto] id est, irrationabili & iniusto [contenderit,] redarguendo illius errores ac vitia, [siue irascatur] zelo iustitiæ contra huiusmodi stultum, [siue rideat] id est, peccata eius iustè derideat, siue rigorosè loquat̃, siue suauiter exhortet̃, siue futura supplicia ei minetur, siue cælestis beatitudinis gaudia ei (si se emendauerit) danda testetur, [non inueniet requiem:] id est, non proficiet, nec consolationem de illius correctione accipiet. [Viri sanguinũ] id est, vitijs dediti, seu effusores sanguinis humani, prout 2. Reg. 6. Semei ait ad Dauid: Egredere vir sanguinũ. [oderũt simplicem.] Dissimilitudo enim est causa auersionis & odij. [Iusti autem quærunt animam eius:] id est, salutem animę eius, & cupiũt vitam eius ab impiorum persecutione eruere. [Totum spũ suum profert stultus:] id est, cor suũ, per loquacitatem seu iram & impatientiã importunè & indiscretè effundit, nescius se frenare, aut celanda celare. Vndè antiqua translatio continet: Totam iram suam profert impius, sapiens autem dispensat per partes: quoniam stultus ira inquietãte, ad vltionem accendit: Sapiens autem ordinatè procedit, & iram maturitate consilij paulatìm extenuat ac repellit. Hinc subditur: [Sapiens differt] i. ſtatìm nõ effundit totum spũ suum, vel cordis conceptum, seu animi motionem, sed loco & tempore opportuno dicit dicenda, agit agenda, sicq; reseruat in posterum, quemadmodùm Ecclesiastic. 20. legitur: Sapiens tacebit vsq; ad tempus, lasciuus & imprudens non seruabit tempus. [princeps qui libenter audit verba mendacij,] præsertim pernicioſi, [omnes ministros habet impios:] id est, mendaces, & sibi consimiles: nam quęrunt ei placere per talia, & tales acceptat: Veros aũt & iustos abhorret: idcircò non manẽt cum eo. Vndè in Ecclesiastico scriptum est: Secundùm iudicem populi, sic & ministri eius. [Pauper & creditor obuiauerũt sibi:] id est, concorditer occurrerũt, ità q̃ creditor pauperi piè subuenit, & accommodauit quod petijt. [vtriusq; illuminator est Dominus:] qui instigauit diuitem ad subueniendũ liberaliter, & pauperem ad petendum humiliter. Creditor quoquè est, qui spiritualia misericordiæ opera exhibet indigenti, docendo, consulendo, ac consolando, quem Dominus ad talia peragenda illuminat. [& pauperem,] id est, indigentẽ auxilijs illis instruit vnctione interna, ad intelligendũ salubriter. [Rex q̃ iudicat in veritate pauperes,] eos ab iniustis molestijs eruendo, [thronus eius in æternũ firmabitur:] id est, Deo iugiter complacebit, & post prædentiam temporalem consequetur regnum æternũ, seu posteros habebit successores per omne tempus, nisi peccatis suis mereantur deficere. Hoc in Christo maximè est impletũ, secundùm illud in Psalmo: Sedes tua Deus in seculum seculi. [Virga atq; correctio tribuit sapientiam:] qa reprimit & emendat correctum à peccatis, & facit eũ bonis intentũ, sicq; ad sapientiæ infusionem ac studiũ disponit eundem, quemadmodùm Isaias loquit̃ Deo: In tribulatione murmuris, doctrina tua eis. Hinc loquit̃ Paulus 1. Corin. 4. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spũ mansuetudinis? Et Iere. 31. habetur: Castigãsti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus.

Pſalm. 123.

Iob 29.

Ecclī 10.

Pſal. 44.

Isa. 26.

Oportet enim imprudentes atq; indomitos, correctione verborum, & ſi illa non ſufficiẽt diſciplinatione verberũ reuocare ab inſipientia, & ad meliora inducere. [puer aũt qui permittit voluntati ſuæ, id eſt, exequi propriam inclinationem & appetitionem ad mala procliuem, [confundit matrem ſuam:] quæ eum non increpauit, correxit ac refrenauit. [In multiplicatione impiorũ, multiplicant ſcelera:] quoniã vnus trahit & incitat alium ad peccandum, & ſcandalizãt, perturbãt & impugnãt ſe inuicèm. Vndè 1. Machab. 1. aſſerit: Multiplicata ſunt mala ſuper terram. [& ruinas eorũ iuſti videbunt.] Sapientes nanq; & iuſti perpendunt, qualiter de peccato in peccatũ labant, æternaliterq; damnent, vel ſe mutuò deſtruant & occidãt, in futuro autem iudicio clariùs cernent ruinam eorũ in Tartarum. Vndè
Pſalm. 90. in Pſalmo: Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatoris videbis. [Eruditi filium tuum] in probitate morum & ſcientia neceſſariorum, [& refrigerabit te] ab æſtu triſtitiæ, [& dabit delicias] ſpiritales [animæ tuæ:] quemadmodùm dictũ eſt Prouerb. 10. & 15. Filius ſapiens lætificat patrem. Et rurſùs: Gloria patris filius ſapiens. [Cùm propheta defecerit,] id eſt, quũ viri ſapientes & virtuoſi rectores, futura impiorum ſupplicia, iuſtorumq; præmia denunciantes, ac ſcripturarũ teſtimonia exponentes ac prædicãtes, ceſſauerint, [diſſipabit populus] id eſt, per vitiorũ abrupta, ac vitijs ſpiritualiter deſtruet, non habens ductorem, correptorem, paſtorem idoneum. Specialiter autem in veteri teſtamento
1. Eſd. 2. ſolebat populus Iſrael, per prophetas dirigi ac doceri. Vndè in Eſdra narrat: Dixit eis ſacerdos, vt non comederent de ſanctificatis, donec ſurgeret Propheta. Et 1. Machab. 9. Facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit eo tempore, ex quo non eſt viſus Propheta in Iſrael. [qui verò cuſtodit legem,] id eſt, vniuerſa legis præcepta ad ſuum ſtatum ſpectantia, [beatus eſt] in ſpe, & inchoatione ac merito, iuxta illud Pſalm. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Sed vt aſſerit Chriſtus Mat. 24. Qui perſeuerauerit vſq;
Iaco. 2. in finem, hic ſaluus erit. Iacobus quoquè: Quicunq;, inqt, totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus eſt omniũ reus. [Seruus verbis erudiri non poteſt:] De quali ſeruo dicatur hoc, pandunt verba ſequentia. [qa quod dicis, intelligit, & reſpondere contemnit.] Hoc igitur dicitur de ſeruo contumaci & improbo, qui ſolo ſeruili ſeruit timore: Idcircò indiget interdùm verberibus erudiri, ſi ſit ſeruus emptitius: vel expelli, ſi ſit conductitius. Hinc ſcriptum eſt Eccleſiaſtic. 33. Cibaria & virga & onus aſino: Panis & diſciplina & onus ſeruo. [Vidiſti hominem velocem ad loquendũ?] id eſt, loquacem & garrulũ, q etiam inter ſeniores & ſapientiores præceps & pronus eſt ad loquendũ. [ſtultitia magìs ſperãda,] id eſt, timenda [eſt, quàm illius correctio] ſit ſperãda. Talis enim difficulter corrigit, qui ſi repræhendat, ſua mox loquacitate ſe excuſat, reſiſtit, opponit, & quaſi dialecticus quidam efficitur, interrogãdo de loco & tempore ac diſcutiendo negociũ. Capit aũt hìc ſperare im
Iudith 13. propriè, pro timere vel expectare, ſicut in libro Iudith: Sperauerãt eam non reditura. Circa hoc ait Gloſſa: Graue vitiũ eſt ſtultitia, ſed non minùs verboſitas. Nam ſæpè contingit, vt idiota quis citiùs verba correctionis accipiat, quàm is, qui ea quæ nouit, aut nõſſe ſe putat, libentiùs iactat, quàm aliorum monita audiat. [Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum.] id eſt, miniſtrum ſeu proprium corpus, [poſteà ſentiet eum contumacem:] id eſt, rebellem, & ad operãdum quę bona ſunt, inobedientem, qui aſſuetus eſt dulcibus, ex quibus concupiſcentia & animoſitas generantur. Propter quod in Prouerbijs ſuis aſſerit Seneca: Nihil magìs facit iracundum, quàm educatio mollis & blanda. Porrò alia tranſlatio habet: Qui deliciatur à pueritia ſua, ſeruus erit, nouiſſimè autem contriſtabit. Talis enim ſit concupiſcentiarum vitiorumq; ſeruus. Vndè vel ſerò dolebit. [Vir iracundus prouocat rixas:] procliuis eſt nanq; ad verba & facta iniurioſa & impetuoſa. Vnde loqtur Gloſſa: Ianua oĩm vitiorum eſt iracundia: qua clauſa, virtutibus intrinſecùs requies datur: & qua aperta, ad omne facinus cor armatur. [& ei qui ad indignandum facilis eſt,] quod ſuperbis eſt propriũ, eo quòd alios paruipendant, præſertìm dũ eis qd diſplicens faciunt, & ſeipſos magnificant. ſimiliter ſapientibus in oculis ſuis. Propter quod in Eccleſiaſte habetur: In multa ſa-
Eccẽs 1. pientia, multa eſt indignatio. [erit ad * peccata procliuior:] quia ex indignatione multa
* peccãdũ ac magna oriunt peccata. Interdùm tamen indignatio ſumit, pro motu aſpernationis contra iniquitatem. Reprimamus ergò impiam indignationem, conſiderantes propriam deſectuoſitatem, quum dicat Apoſtolus Epheſi. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio & clamor tollatur à vobis. [Superbum ſequitur humilitas:] id eſt, qui ſe extollit, humiliabitur. [& humilem ſpiritu,] id eſt, verè & cordialiter humilem [ſuſcipiet gloria:] id eſt, in præſentia exaltabit, per gratiarum chariſmata copioſa, & in futuro, per gloriæ dona: talis quoquè frequenter ad honorem & prælationem aſſumit, quoniam honor ſequitur fugientem.

[Qui

[Qui cum fure participat,] conſentiendo, inſtigãdo, conſulendo, hoſpitãdo, non increpando, non impediendo, aut partem rei furatę accipiendo, [odit animã ſuã:] quia peccando vult animę ſuæ, quod aduerſãt ſuę ſaluti. Ideò ſert Pſalmiſta: Qui autem diligit iniquitatem, odit animã ſuam. [adiurãtem] id eſt, eum qui cum adiuratione inquirit, à quo furtum commiſſum ſit, [audit] participans ille, [& non indicat] à quo patratum ſit furtum, quum ſciat hoc, quod eſt vno modo participare cum fure. Vndè in Pſalmo 49. Si videbas furem, currebas cũ eo. [Qui timet hominem, citò corruet:] Timere hominem timore carnali, mũdano & immoderato, eſt vitioſum, ſicut & amare carnaliter, quia per vtrunq; pax cordis, & libertas eius in Domino, impedit. Ideò prȩcepit Chriſtus Mat. 10. Nolite timere eos q corpus occídunt. Iſaiæ quoquè 51. iubet: Nolite timere opprobria hominũ, & blaſphemias eorum nè metuatis: quis es tu, vt timeas ab homine mortali? & à filio hominis, qui quaſi fœnum arefcit? Qui ergò ſic metuit hominem, citò corruet in peccata, quia ex timore huiuſmodi, nè hominem offendat, aut aduerſùm aliqd patiat, recedet à via iuſtitiæ: & qui vitat peccata timore humano, tunc peccabit quãdò non timet ab homine, à quo veretur videri aut deprehendi. Porrò timere hominem, inquãtùm eſt Dei vicarius, vel pater, ſiue ſuperior, vel ob aliã rationabilem cauſam, timore filiali, laudabile eſt. Propter quod ait Apoſtolus: Eph. 6.
Serui, obedite in omni timore dominis. [qui ſperat in Domino, ſubleuabit:] id eſt, per gratiæ opem eriget in Deum, & ſtabiliet in ipſo, vt non timeat hominem, ſed Deum duntaxàt, alia verò non niſi in Deo. Ideò ait Pſalm. In Domino ſperans, non infirmabor. [Multi requi Pſal. 25.
runt faciem principis:] id eſt, potentioribus atq; iudicibus cupiũt complacere, quod ſi fiat ſyncera intentione, non eſt vituperabile: ſi autem intuitu proprij commodi & honoris, & vt audentiùs poſſint peccare, ac iuſta euadãt ſupplicia quandò exceſſerint, malum eſt. Sicq; à multis fit, quod tamen vitare deberent, nè incidãt in diuini rigorem iudicij. Vndè ſubiungitur: [& iudicium à Domino egrediẽ ſingulorum:] id eſt, Deus vniuerſos ac ſingulos verò & infallibili iudicabit iudicio. Ideò potiùs eſt optãdum in præſenti vita iudicari, purgari & caſtigari, quàm diuino iudicio reſeruari. Quia horrẽdum eſt incidere in manus Dei vi Heb. 10.
uentis, q non iudicabit bis in idipſum. [Abominanẽ iuſti virum impium:] id eſt, quemcũq; iniquũ, ſecundùm quod talem, qa ſic luto vilior eſt, & omni bruto deterior. Propter quod ait Pſalmiſta: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Hinc 1. Machab. 2. dicit: Pſalm. 14.
A verbis peccatoris nè timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt: hodiè extollitur, & cras non inueniet. Vnus quoq; amicorũ Iob, in perſona ſua & ſociorum ſuorum, ait ad Iob: Quarè computati ſumus vt * ſtercora, & ſorduimus coram te? [& abominanẽ impij eos, qui * iumenta
in recta via ſunt:] i. obſeruatione iuſtitię, & arcta via ſalutis, quos tanquàm ſibi diſſimiles, Iob 18.
contrarioſq; affectui ſuo, abhorrent ac perſequunt. [Verbũ cuſtodiens filius,] i. qui verba Dei cuſtodit memoria & effectu, fide & opere. [extra perditionem erit:] qa conſequet ſalutem, ſicut ait Saluator Luc. 11. Beati q audiunt verbũ Dei, & cuſtodiunt. Veruntamen iſtud non eſt in Hebræo, neq; de textu, ſed ſequitur ex prędictis.

¶Expoſitio cap. 30. Viſio quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus. &c.

Articulus Triceſimus.

Sicut fertur in Gloſſa, hucuſquè, ſcilicet à viceſimoquinto capite vſq; ad finem prȩcedentis capituli, introductę ſunt Parabolæ Salomonis, quas tranſtulerũt viri Ezechiæ regis Iuda. Hìc rurſùs Parabolæ Salomonis ponuntur, quibus prȩmittit titulus ſeu præfatio iſta breuis: [Verba congregantis filij vomentis] i. verba ſequentia, ſunt verba Salomonis, q dicit congregans, quoniam ex diuina infuſione & propria exercitatione, collegit & adunauit in ſe ſapientiam copioſam: qui etiam appellat filius vomens, quia hanc ipſam ſapientiam alijs communicando euomuit, i. abundanter diffudit & eructauit. 3. Reg. 4.
[Viſio quam locutus eſt vir, cũ quo eſt Deus:] i. id quod ſubditur, eſt viſio, reuelatio, ſeu conſideratio Salomonis, cũ quo fuit Deus in principio regni ſui, & poſteà diù per gratiam & ſapientiam magnam. Itaq; Salomon loqtur hìc de ſeipſo, quaſi de alio, quemadmodùm ſanctus Ioannes in Euangelio ſuo: Hic eſt, inquiens, diſcipulus quem diligebat Ieſus, & qui Ioan. 21.
teſtimonium perhibet de his: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. [& qui Deo ſecùm morante,] id eſt, cor ipſius gratioſè inhabitante, [confortatus] virtutibus, [ait: Stultiſſimus ſum virorũ. Iſtud vno modo exponit ſic: Stultiſſimus ſum virorum, id eſt, inter homines valdè ſtultus reſpectu ęternæ, infinitę & increatę ſapientię Dei, quam quanto profundiùs contemplatus ſum, tanto inſipientiorem me reputaui. Vndè Ierem. 10. ſcriptũ eſt: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua. Sic comparatione diuinę iuſtitiæ, omnis noſtra iuſtitia quaſi pannus menſtruatæ (qua nihil immundius eſt) appellatur. Hinc ſcribit Apoſtolus Iſa. 64.

Roma.16. Soli ſapienti Deo honor & gloria. Legitur quoq; Iob 15. Cæli non ſunt mundi in conſpectu eius. [& ſapiẽtia hominũ non eſt mecũ:] i. prudentia ſeculi huius, de qua in Euangelio aſſerit Chriſtus: Filij huius ſeculi, prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Atq;
Luc.16. Apoſtolus: Si qs videt eſſe ſapiens in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens, i. ſapientiã illam ſecularem relinquat. De qua Rom. 8. ait Apoſtolus: Prudẽtia carnis, mors eſt. Et rurſùs ibi-
1.Cor.3. dèm: Sapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta. Hæc ſapientia ſeu prudentia fallax & falſa, eſt quædã verſutia, qua homo colligit, prouidet, & conſeruat ſibi ea, quę pertinent ad diuitias, delicias, & honores ſeculi huius ac carnis. Hanc ergò non habuit Salomon, quãdiù in charitate Dei & ſapientia ſalutari (quę eſt donũ Spũſſancti) permanſit. [Non didici ſapientiã,] i. per humanũ ſtudiũ, ſapientiã meã non accepi, ſed per infuſionem
3.Reg.3. à Deo, vt patet tertio Regum. [& noui ſcientiã ſanctorũ:] i. verã & ſalubrem ſcientiam, ſacræ ſcripturæ notitiã, propheticã reuelationem, & ſcientiã quæ eſt donum, à Deo accepi, ac noui. De qua Sapientiæ 10. fertur: Dedit illi ſcientiã ſanctorũ. Et Oſee 6. Scientiã Dei volo plùs quàm holocauſta. Secundò exponit ſic, Stultiſſimus ſum virorũ: Salomon enim peccauit grauiſſimè, & indè (vt dicunt Iudæi, ac multi catholici, Hieronymus quoque, & Ambroſius) poſteà valdè pœnituit. Propter quod reuerſus ad cor pœnitens, dixit: Stultiſſimus ſum virorũ, i. q ſapientiſſimus erã ex dono Dei, proprijs vitijs inſipientiſſimus ſum effectus. Et ſapientia hominũ, qui ſcilicet rationabiliter conuerſant, & digni ſunt homines nuncupari, rationem ſequendo, non eſt mecum, id eſt, mecũ non fuit quàm diu tam turpiter ac libidinoſè vixi, idololatriamq; exercui. Deindè culpã ſuam exaggerãdo (vt moris eſt pœnitentium) eãdem ſententiã ſub alijs repetit verbis: Non didici ſapientiã, i. ſapientiã conſummatam, qua quis in obſequio Dei manet vſq; in finem, non didici nec accepi, & eam quã deſuper ſumpſi, non didici opere adimplere perſeueratẽr, & noui, i. nõ noui, repetẽdo videlicet negatiuũ hoc ſignum, non, in principio huius verſũs ſeu clauſulæ poſitum. Itaq; non noui ſcientiam ſanctorum, id eſt, ſcientiã per quam ſancti Deo ſtabiliter adhæſerunt ac ſeruiẽrunt, & vitia quibus ſuccubui, deuitãrunt, non habui perſeueratẽr & per approbationem. Prima expoſitionũ iſtarum apertior, & textui conſonãtior eſſe videt. [Quis aſſcendit in cælum, atq; deſcendit? Quis continuit ſpiritũ in manibus ſuis? Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi nôſti?] Totum hunc paſſum quidam (aliquos forſan ſequens Hebræos) exponit de Moſe, vt ſit ſenſus: Quis aſſcendit in cælum, atq; deſcendit ſicut Moſes fecit, qui aſſcendit ſuper montem Sinai in cælum aëreum ad Dominum, & indè deſcendit ad populum? vt habetur in Exodo. Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis, ſicut fecit Moſes, qui cineres ardẽtes de camino accepit? Quis colligauit aquas quaſi in veſtimẽto, ſicut fecit Moſes in mari rubro, quia meritis eius aquæ fuerunt diuiſæ? Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ, ſicut Moſes, qui in erectione Tabernaculi ſuis meritis immiſit terrorem omnibus gentibus, in
Deut.2. omnibus finibus terræ promiſſionis & circa habitantibus? ſicut in Deuteronomio dicitur: Hodiè incipiam mittere terrorem atq; formidinem tuã in populos. Quod nomen eſt eius? Quaſi diceret: Si dicatur quòd alius fuit, qui ante Moſen talia fecit, dicatur quis fuit ille, & quod fuit nomen eius, & ſi dicatur, mortuus eſt, & nomen eius obliuioni eſt traditum, dicacã quod ſit nomen filij eius, i. quę generatio remanſit ab eo, ex qua poſſit aliqua de eo haberi notitia. Sed ſicut prætactus, expoſitionem hanc introducens, fatet: Expoſitio iam pretacta, ſecundùm quoſdam Hebræos videt falſa atq; extorta. Vndè prætactus (ſcilicet Nicolaus de Lyra) circa hoc inter cætera ait: Hęc expoſitio Hebræorũ videt in multis deficere. Et primò, quantùm ad eius fundamentum, ſcilicet q Salomon in fine pœnituerit verè, & ideò pœnitẽs protulerit verba hæc, Stultiſſimus ſum virorũ: quia ſi verè pœnituiſſet, quum eſſet rex potentiſſimus, templa idolorum quę conſtruxerat, deſtruxiſſet: quę tamen ſteterunt vſque ad tempus Ezechiæ, vt legitur quarti Regum 18. Sed quid de Salomonis pœnitẽtia videaẽ tenendũ, ſuper tertiũ Regum librũ induxi. Vbi etiã eſt oſtẽſum, q argumentum hoc non concludat. Nam & Manaſſen regem, conſtat de ſua idololatria valdè pœnituiſſe, qui tamen quũ poſt ſuã pœnitentiã multis viueret annis, in magna proſperitate atq;
Ioſe. lib. 10. Anti. Iudaic. cap. 5. potentia, vt Ioſephus refert, non tamẽ deſtruxit altaria quædã ſacrilega, quæ ad ſacrificandum idolis fecerat, quũ ſcriptũ ſit 4. Reg. 23. Altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs templi Domini, deſtruxit rex, putã Ioſias. Deindè Lyra per ſingula, prætactã ſatis reprobat expoſitionem, præſertim quòd ſubintelligit, non, vbi dictum eſt, Et noui ſcientiam ſanctorum: & quòd per ſpiritum intelligit cineres, quos Moſes accepit de camino, quoniã in ſcripturis alibi non inuenit ſpiritus accipi pro cinceribus. Et q dicit Moſen ſuſcitãſſe omnes terminos

minos terræ in tabernaculi erectione, quod penitùs falſum eſt. Ponit ergò Lyra aliã horum expoſitionem, dicendo, q Salomon in iuuentute ſua Spiritum ſanctũ habens, præuiditi n ſpiritu, tempore Chriſti, homines ſimplices & illiteratos, illuminãdos à Deo de pertinentibus ad ſalutem, quemadmodùm in Niceno Concilio, quũ quidã præclarus Philoſophus doctores multos confutãſſet catholicos, tãdem quidã ſanctus & ſimplex Epiſcopus dixit Philoſopho quædã verba fidei Chriſtianæ, ex qbus Philoſophus ità fuit compunctus & victus, q nequiuit reſiſtere: ſed fatebat ſe virtutem Dei in verbis illis ſenſiſſe, ſicq; ad fidem conuerſus fuit. Itaq; in perſona cuiuſlibet taliũ ſimpliciũ deſupèr illuminatorũ, Salomon ait: [Viſio quã locutus eſt,] id eſt, quã loquet, quia in prophetalibus locutionibus frequenter ponit præteritũ pro futuro, ad inſinuãdum certitudinem prophetiæ. Itaq; viſio quam locutus eſt vir, cum quo Deus eſt, id eſt, quicunq; talis illiteratus, deſupèr doctus & illuſtratus, ſtultiſſimus ſum virorũ, illiteratus, idiota & ſimplex, ſicut in Actibus dicitur de beatiſſimis Apoſtolis Petro & Ioanne, q idiotæ & ſine literis erant. Et ſapientia hominũ non eſt mecum, i. ſcientia politica, ſecundùm quod ait Philoſophus, q eremita non eſt bonus aut malus politicè, qa non curat ciuilia. Non didici ſapientiã, id eſt, propheticã ſcientiã, & noui ſcientiam ſanctorũ, quæ diſponit ad æternã ſalutem. Quãuis autem expoſitio iſta catholicæ conſonet veritati, propter quod non eſt immoderantiùs impugnãda, videt tamen deficere, qa beatiſſimis Apoſtolis infuſa fuit non ſolùm ſcientia ſcripturarũ, ſed & prudentia gubernatiua politiæ fideliũ. Siquidem glorioſiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus, in ſuis ſcri- 1.Pet.2.
ſerunt epiſtolis, qualiter fideles habere ſe debeant circa ſuos ſuperiores, tã ſeculares quàm Ephe.6.
Eccleſiaſticos, & circa plebem atq; familiã: & quomodò coniugati mutuò debeant conuer Heb.13.
ſari, ac circa actus matrimonij dirigi. Frãtetenim conſtituti principes, ſuper omnem ter- Pſal.44.
ram, ideò ſcientia inſtituendi regendiq; populos, neceſſaria eis fuit. Eſt igitur ſenſus: Quis aſſcendit in cælum, atq; deſcendit? Id eſt, quis vniuerſorũ prouidentiam habet, & ad omnia intuenda ſe vertit? quaſi dicat, nullus vtiquè niſi Deus, de quo Iob 34. aſſerit: Quem conſtituit aliũ ſuper terrã? aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Qui Geneſis 18. ait: Deſcendã, & videbo. De quo rurſùs ibidèm legit: Aſſcendit Deus ad Abrahã. Et Amos ait: Amos 9.
Qui ædificat in cælo aſſcenſionem ſuã, & faſciculũ ſuũ ſuper terrã fundauit. Ideò incircunſcriptibilis & incommutabilis Deus dicit in cælum aſſcendere atq; deſcendere, non locum mutando, ſed prouidendo & operando, ſicut fertur Pſalm. 107. Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terrã gloria tua. Veruntamen vnigenitus patris incarnatus aſſcendit in cælum vero & corporali aſſcenſu, deſcenſurus indè ad terrã, vt iudicet omne genus humanum. Paulus quoquè raptus in Paradiſum dei, & in tertiũ cælũ, ac indè reuerſus ad ad euãgelizandum, nonnè aliquo, immò & ſublimi modo aſſcendit in cælũ, & deſcendit? Quis continuit ſpiritũ in manibus ſuis? id eſt, Deus omnipotens in poteſtate ſua conſeruauit, & conſeruat omnem angelicum ſpiritũ & humanũ, ſeu animas hominũ. Immò & ſpiritũ iumentorum, Pſal. 146.
quoniã ſine inceſſabili manutenentia creatoris, nulla creatura poſſet ad momentum ſubſiſtere. Continet quoquè vẽtos in manu ſua, quos de theſauris ſuis producit, atq; ad libitum Pſal.134.
ſuũ emittit & retrahit, auget ac minuit: quod & exponi poteſt de Chriſto, de quo Marc. 4. legit: Surgẽs Ieſus, comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, & obmutesce, & facta eſt tranquillitas magna. Deniquè Apoca. 7. ſcriptũ eſt: Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos, nè flarent. [Quis colligauit] id eſt, infra terminos ſibi præfixos arctauit ac tenet [aquas maris] Oceani [quaſi in veſtimento,] iuxta illud Pſal. 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris. Ad Iob quoq; Deus loquutus eſt: Quis concluſit Iob 38.
oſtijs mare? Et Ieremi. 5. dicit: Poſui arenam terminũ mari. De hoc dictũ eſt plenius ſuprà ſuper illud: Certa lege & gyro vallabat abyſſos. [Quis ſuſcitauit oẽs terminos terræ?] Quis in Pro.8.
eſſe produxit orbẽ terrarũ, & terminos terræ habitabilis, ab aquis eſſe diſcoopertos præcepit ac fecit, atq; per climata, regna prouinciaſq; diſtinxit? vtiquè omnium conditor Deus. De quo loquitur Paulus Acto. 17. Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eis ſunt, hic cæli & terræ quũ ſit Dominus, fecit ex vno omne genus hominũ inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorũ. De quo fertur Gene. 1. Dixit Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locũ vnum, & appareat arida. Hinc in Timæo diſſeruit Plato, q opifex Deus in exordio iuſſit terram, tãquàm matrem & altricem cunctorũ animaliũ, pro parte eſſe ab aquis nudatã, vt habitationi ac neceſſitatibus hominum & cæterorũ animantiũ deſeruiret. [Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi nôſti?] Eccè hic Salomon de patre æterno, & vnigenito eius filio apertiſſimè loquit, inſinuans & proteſtans, tam Deũ creatorem, quàm filiũ eius, innominabilem & incompræhenſi-

bilem esse. Vndè concludit, Filius Dei, Deo patri esse æqualis & consubstantialis, ac increatus. Omnis etenim pura creatura, nominabilis comprehensibilisq; consistit: nec scriptura diuina alicui, nisi vero Deo, innominabilitatem & incomprehensibilitatem asscribit. Ideò prætacta excæcatissimorũ Hebræorũ extorta omninò ac fatua expositio, de Mose, eiusq; filio prædicta exponens, ideò ab eis conficta est, nè hac euidenti authoritate cogerentur vnicum Dei filiũ & eius Deitatem fateri, quũ tamen etiã suprà 8. cap. de æterna generatione, ac deitate filij Dei, Salomon manifestè locutus sit, sicut ibi probatũ est. Denique quanuis Deus pater & filius eius, multa habeant nomina, nihilominùs innominabiles esse dicuntur, quoniam nullo nomine perfectè possunt cognosci aut comprehendi. Idcircò teste Apo-
1.Timo.6. stolo, Deus lucem habitat inaccessibilem, & hoc ipsum cognouerũt Philosophi. Vndè sexta propositione libri de Causis, habet: Causa prima est superior omni narratione, quoniam ipsa est supra omnem causam, & non narratur, nisi per causas secundas. Item vicesimasecunda propositione eiusdem libri inducit: Causa prima est super omne nomen quo nominatur. De hoc in Elementatione Theologica Procli Platonici multa subtiliter conscribuntur. [Omnis sermo Dei ignitus,] id est, purus ab omni errore & iniquitate, tanquàm ab increata veritate emanans, ac reuelatus à Spiritu sancto, ac eius directione conscriptus. Circa hoc asserit Glossa: Proprietatem Græci nominis, quod est Pericomenos, pro quo habetur,
Psal.11. ignitus, vnum Latinũ nomen non exprimit. Nam aliquãdò ignitũ, aliquandò examinatum transfertur. Pericomenos ergò significat, quod igne conflatũ est atq; purgatũ. Sicut etenim metalla conflata igne, sordem in se alienam non retinent, ità eloquiũ Domini, nil falsitatis habet admixtum. Vndè in Psalmo 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentũ igne examinatum, probatũ terræ, purgatũ septuplùm. Insuper omnis sermo Dei ignitus, i. charitatem redolens & accendẽs, ac ignea verba cõtinẽs, atq; ab illo qui essentialiter charitas est & ignis,
Psal.118. procedens. Ideò ait Psalm. Ignitũ eloquium tuum vehementer. Et Ieremi. 23. Dominus dicit:
Iere.20. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis? quod Ieremias expertus, factus est, inquit, sermo Domini in corde meo, quasi ignis exæstuans. Hinc Deutero. 33. Moses fassus est: In dextera eius ignea lex. [Clypeus est] id est, armatura ac protectio contra vitiorũ ac dæmonũ impugnationem, contra afflictionem tristitiæ, contra motũ concupiscentiæ, [omnibus sperantibus in se] tanquàm in auxilio quodam. In solo autem Deo sperandũ est, tanquàm in principali & finali obiecto. Sed in quibusdã creaturis speraẽ, tanquàm in adminiculis secundarijsq; obiectis. Itaq; sermonem Dei nostri, mentibus imprimamus, vt eo contra omnia salu-
2.Tim.3. ti aduersantia protegamur. Nempe (vt ait Apostolus) Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendũ, & erudiendũ in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonũ instructus. Hinc denuò loqtur Rom. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt, vt per patientiã & consolationem scripturarũ, spem habeamus. Ideò dicit Gregorius: Scriptura sacra oculis mentis, tanquàm speculum quoddam opponit, vt in ea interna nostra facies cõspiciat. Ibi eñ fœda, ibi pulchra nostra videmus. Ibi cognoscimus quantùm proficimus, quantúmve à profectu distamus. Verùm (vt idem asserit) ad sacræ scripturę cognitionem, potiùs opus est intima compunctione, quàm profunda lectione: suspirijs, quàm argumentis: crebris gemitibus, quàm copiosis argumentationibus: lachrymis, quàm sententijs: oratione, quàm lectione: contemplatione cælestium, quàm occupatione terrestrium. Eccè quanta vtilitas diuini sermonis. Nam & sordes excoquit vitiorum, scientia illustrat, charitate inflammat. [Nè addas quicquam verbis illius:] id est, textui sacrę scripturę nihil apponas, quasi ad integritatem scripturę & textum pertineat, tamen exponendo addi quid potest, quod concordet omninò scripturis. Hinc scriptum est Deuterono. 4. Non adijcietis ad verbum quod ego loquor, neque auferetis ex
Apoc. 22. eo. Vndè & ait Ioannes Apostolus: Contestor ego, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis Prophetiæ libri huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. [Et arguaris,] id est, iustè reprehẽdaris de tali additione. [inueniarisq; mendax:] id est, vanus & inobediens Deo, si feceris hoc. Et certè qui aliqd scripturæ contrariũ addit, mentitur. Scriptura enim increatæ veritati innititur, & ab ea tanquàm eius radius deriuatur, testimoniumque sortitur. Idcircò nil falsius,
Gala.1. quàm quod scripturis repugnat. Propter quod scribit Apostolus: Licèt nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquàm euangelizauimus, anathema sit.

¶ Sequitur oratio Salomonis, quæ potiùs videtur fieri in persona imperfectorum, & secundùm statum veteris Testamenti, quàm in persona perfectorum, & iuxta Euangelicæ statum legis. [Duo rogaui te] Domine Deus, [nè deneges mihi.] ea, [antequàm moriar.

Va-

Vanitatem & verba mendacij longè fac à me:] id est, da mihi grãm abijciendi & contemnendi omnem vanitatem, id est, gloriã vanam, complacentiã meipsius in me, finalem inhesionem circa creata caduca, appeticũ laudis humanę, proprijq; honoris, & omne mendacium, præsertim pernicioſum. [Mendicitatem] id est, tantã inopiam terrenorũ, vt mendicare indigeam. [& diuitias] id est, abundantiam temporalium, vltra exigentiam & condecentiam statũs mei. [nè dederis mihi:] nec mihi prouenire permittas. Porrò istud de mendicitate, videt secundùm statũ Mosaicę legis peti, quoniã scriptũ est Deutero. 15. Omninò indigens & mendicus non erit inter vos. [Tribue tantùm victui meo necessaria] pro sustentatione meipsius, & eorũ qui mihi coniuncti sunt, ità quòd eorũ prouisio spectat ad me
Sic & Apostolus ait: Habentes victũ & quibus tegamur, his contenti sumus. Itaq; in his ver- 1.Timo.6.
bis primò petit auferri à se, ea quę sunt simpliciter mala, vtpotè vitia, quę sunt, Vanitas atque mendaciũ: & petit tolli à se ea, quę communiter sunt occasio vitiorũ, quanuis non sint mala in se, scilicet mendicitatem & opulentiã. Ideò subdit causam, cur duo hęc postulet sibi non dari. Et primò, cur diuitias horreat. [nè fortè saturatus] Saturatio enim diuitias solet concomitari, & gulæ species est. [illiciar] id est, attrahar [ad negandũ] omnipotentiam ac prouidentiã Dei, quia carnalitas ità obtenebrat intellectũ, vt quandoquè alliciat eum ad
prætactã similémve blasphemiã, sicut Pharaonem, qui ait: Quis est Dominus, vt audiã vo- Exod. 5.
cem eius, & dimittã Israel? Nescio Dominũ, & Israel non dimittã. Hinc subditur: [& dicam: quis est Dominus?] tanquàm dicat, aut non est Deus, aut si est, non tamen habet notitiam inferiorũ, nec prouidentiã actuum humanorũ, iuxta illud Psalm. 72. Dixerunt, quomodò scit Deus, & si est scientia in excelso? Atq; in Ezechiele: Dixerunt, reliquit Dominus terrã, Ezech.8.
& Dominus nos nõ videt. quãuis aũt pauci ad tantã deuoluanẽ insaniã, vt ista formaliter aut expressè dicãt aut sentiãt, plurimi tamen tam impudenter, irrefrenatè, intimorateq; peccant, vt ipso facto hęc dicãt, & taliter conuersant, ac frità sentirent. De quibus ad Titum ait Tit.1.
Apostolus: Dicunt se nõsse Deũ, factis autem negant. Deindè subiungit, cur mendicitatem abhorreat: [aut egestate compulsus,] id est, nè ex inopia inciter & inducar ad hoc, vt [furer & periurem nomen Domini Dei mei.] Multi eqdem occasione indigentiæ suæ, ad furta,
rapinã, mendacia, fraudes, violentiamq; labunt. Vndè superiùs dictũ est: Furat vt esurientem Pro.6.
repleat animã. Verùm tantę esse fragilitatis, vt ex mendicitate & opulentia ruat quis ad prætacta facinora, & hac ratione mendicitatem, diuitiasq; horrere, formidare ac refutare, nè ex eis ad tantã deueniat ruinã, videt esse imperfectorũ, nescientiũ benè vti eufortunijs ac difPhil.4.
fortunijs, prosperis & aduersis, opulentia ac indigentia: quocontrà loquitur Paulus: Scio abundare, scio & penuriã pati: vbiquè & in omnibus institutus sum, & satiari, id est, ad sufficientiã vesci, & esurire. Christus quoquè non solùm paupertatem, sed & mẽdicitatem exPsal. 39.
emplo & verbo docuit, atq; consuluit & elegit, qui in Psalmo testat: Ego autem mendicus Psal. 108.
sum & pauper. Itemq;: Persecutus est hominem inopem & mendicũ. Ipse videlicet traditor
Christi nec dubiũ, quin psalmi in qbus hęc continentur, ad literã de Christo conscripti sunt: hinc perfecti imitatores Euangelicę paupertatis, nec in communi, neq; in particulari, aliquid habent terrenæ possessionis aut hereditatis. Hinc Seneca in libro de quatuor virtutibus, ait: Magnus ille est, q sic fictilibus est, quemadmodùm argento: nec minor ille est, qui sic auro vtitur, quemadmodùm testa. Infirmi animi est, non posse pati diuitias. Et rursùs: Quotidiè aliquid auxilij contra paupertatem acquire: honesta res est læta paupertas. Illa verò iam non est paupertas, si læta est. Non q parùm habet, sed qui plùs cupit, pauper est. Non est in rebus vitiũ, sed in animo: quemadmodùm nihil differt, vtrùm ægrum in ligneo lecto, aut in aureo colloces: quocunquè illum transtuleris, morbum suum deferet secum: sic nihil refert, vtrùm eger animus in diuitijs, aut in paupertate ponatur: malũ suũ sequitur eũ. Hęc Seneca. Hinc etiam olim in lege naturæ, deindè in lege scripta, copiosiùs autem in lege
Euangelica fuerunt quidam ditissimi, & tamen perfecti. Veruntamen Christus sapientissi- Mat. 19.
mè paupertatem consulit, quia perpauci sunt, qui non abutunt diuitijs, & multa vitia eis solent esse annexa. [Nè accuses seruum ad Dominum suum:] de quali accusatione intelligendum sit hoc, constat ex eo quod subditur: [nè fortè maledicat tibi, & corruas:] id est, nè seruus sic accusatus, imprecet tibi aduersa, & exaudiat à Domino, ità q; pressus aduersis labaris. Itaq; de accusatione ex inuidia aut crudelitate, seu alia praua radice prodeunte, intelligitur istud. compatiendũ est etenim seruis, præsertim emptitijs, & q dominos habent durosnideò
fe rsùm sunt admonendi: q si non acquieuerint, vel aliqd contra bonũ commune attentare præsumpserint, essent vtiquè accusandi. [Generatio] i. quædam hominum collectio est, [quę patri suo] carnali, seu spũali, aut etiã Deo oñipotenti [maledicit.] Sicut Marcionitę &

Ma-

Manichæi, dicentes DEVM legis ac Prophetarũ, esse totaliter malũ atq; crudelem. [& quæ matri suæ non benedicit,] id est, generatio non benedicens Ecclesiæ, aut matri carnali. [Generatio] quædam est, [quæ sibi munda] esse [videtur,] id est, immunis à vitijs, vt pauperes de Lugduno, & Nouatiani hæretici, dicentes se pœnitentia non egere, & liberi spũs, asserentes se peccare non posse. [& tamen non est lota à sordibus suis. [Generatio] quædam est [cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altũ porrectæ:] id est, qdam sunt ità superbi & animosi, q̃ eadem contumacia appáret in dispositione, apparatu, erectione corporaliũ oculorum eorũ. Vndè Isaiæ 2. dicit: Oculi sublimis hominis humiliati sunt. Et Iob 15. dicitur: Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Tales fuerũt superbissimi Arriani. [Generatio] quædã est, [quæ pro dentibus gladios habet,] id est, cuius dentes & lingua gladijs assimilant, iuxta illud Psalm. 56. Filij hominũ, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Tales sunt qui venenatis ac perfidis documentis inficiunt alios, & detractores ac seminatores discordiæ, & qui bona deuorant aliorũ, præsertim impotentiorũ. Vndè subiungit: [Et commandit molaribus suis,] id est, maioribus dentibus suis manducat, [vt comedat inopes de terra,] id est, pauperũ bona consumat, vel eos occidat, [& pauperes ex hominibus:] id est, de medio hominũ tollat, expellat, interficiátve eganos, vel spiritualiter pauperes & egenos, putà pusillos, simplices, imperfectos, scandalizet, decipiat, ac intùs in anima perimat. Vndè loquitur Dominus per Prophetam: Vos depasti estis vineã meã, & rapina pauperis in domo vestra. Quarè atteritis populum meũ, & facies pauperũ commolitis? Et Malachias propheta ait: Vos autem recessistis de via, scãdalizâstis plurimos in lege. [Sanguisugæ duæ sunt filiæ, affer affer.] Sanguisuga dicit quasi sanguinem sugens, cuius dicunt esse filiæ duæ, quoniã duo sunt vitia, bestiam hanc specialiter imitãtia, vtpotè auaritia atq; luxuria. Nam sicut sanguisuga velut insatiabiliter sanguinem sitit ac ebibit, sic vitia ista semper ad ampliora anhelant. Ideò vnumquodq; eorũ perhibetur dicere, affer affer: quia inclinat suum subiectũ ad dicendũ, adduc adduc mihi plura obiecta, vel eadem sæpiùs repetita. Hinc ait Hieronymus: Libido trãsacta, pœnitudinem semper relinquit, nec vnquàm satiat, immò extincta reinflãmat, vsu crescit, nec rationi obedit, quoniam impetu ducitur. De auaritia verò asserit Augustinus: Auarus inferno est similis. Infernus enim quantoscunq; deglutiat, nunquàm dicit, Satis est. Sic & si omnes thesauri confluxerint in auarum, non ei sufficiet: quæ est ista cupidorũ auiditas, quum & bestiæ habeant modum? Tunc enim rapiunt, quandò esuriunt: parcũt autem prædæ, quum senserint satietatem. Insatiabilis est auaritia iniquorũ, quæ rapit, nec satiat, nec DEVM timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem conseruat: viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in seruitium reuocat, testimonium falsum profert, mortuorum res occupat. At verò iuxta Glossam, Sanguisuga est diabolus, qui siti peccandi & peccata suadendi perpetuò ardet. Duæ filiæ eius, quæ ipsius imitant ardorem, sunt luxuria & philargyria. [Tria] in specie [sunt insatiabilia, & quartum nunquàm dicit, sufficit. Infernus] id est, locus infernalis, ob suam capacitatem, vel diabolus, ob suam inuidiam. [& os vuluæ] id est, incontinens libidinosaq; mulier. [& terra,] præcipuè arenosa, [quæ non satiatur aqua:] quia celeriter eam absorbet. [Ignis verò nunquàm dicit] ipso facto, [sufficit:] qa ex combustibilium appositione augetur, non minoratur. Ignis quoquè infernalis nũquàm dicit, sufficit, qa ab impiorũ cruciatibus nunq̃ cessat. [Oculum qui subsannat patrem] carnalem, aut spiritualem, aut summi patris deridet iudicia. [& qui despicit partũ matris suæ,] id est, fratrem suũ, aut laboriosam & ærumnosam matris parturitionem, aut deformitates quæ in facie fœminæ acceleranť ex partu frequenti. [suffodiant eum corui de torrentibus,] id est, à dæmonibus eruat, vel sepultura priuetur. [& comedant eum filij aquilæ:] id est, ab angelis satanæ absorbeat, seu à bestijs deuoretur. Quidam tamen per coruos intelligũt prædicatores sagaces & oculatos, qui de scripturarum fluentis procedunt ad extrahendũ oculum talem à sua peruersitate, sicq; purgatum comedunt filij Aquilæ, id est, contemplatiui, qui instár aquilarum oculum mentis infigunt soli iustitiæ, & intuendo, amando, cæliformiterq; viuendo, volant in altum: hi comedunt, id est, mystico corpori suo innectunt, & sibi incorporant oculum talem, id est, hominem sic videntem. Itaq; per filios seu imitatores Aquilę, ratione rapacitatis designantur spiritus mali: ratione autem acuminis ac alti volatũs, contemplatiui. [Tria sunt difficilia mihi, & quartũ penitùs ignoro:] quæ aũt sunt tria illa, mox subditur: [Viam Aquilæ in cælo] aëreo, in quo Aquila hincindè viam variat sui volatũs, ità vt difficulter valeat deprehendi. [viam colubri super petram,] supra quam, serpens sic dictus, celeriter ac multipliciter circũagit &

Isa. 3.

Mala. 2.

& circunuoluit se. [viam nauis in medio mari,] vbi hincindè iactat vi ventorum ac fluctuum. [& viam viri in adolescentia sua:] Hoc est quartum prorsùs ignotum. In adolescentia nanq; sanguine feruente, cogitationes, desideria, verba & opera adolescentum inuestigabiliter ineffabiliterq; mutant. ¶ Spiritualiter per viam Aquilę in cælo, designatur profectus & actio contemplatiuorũ in militanti Ecclesia, quorũ conuersatio est in cælis, quorum actus & processus iuxta variam inspirationem ac influentiam Spiritussancti, indicibiliter immutant. Per viam colubri super petram, accipit occupatio callidorũ circa terrena, quorũ curę ac studia inexplicabiliter variant. Per viam nauis in medio mari, conuersatio, tentatio, & peregrinatio Ecclesię in hoc seculo nequam, in quo tanquàm in procellosissimo Oceano fluctibus tentationum, ventis persecutionum, directionibus prælatorum atq; spirituum supernorũ, processu virtutum, inenarrabiliter alteratur. Per viam viri in adolescentia sua, instabilitas designat cordis humani, quod suis desiderijs assiduè iuuenescit, siue in bono, siue in malo, cuius varietas soli creatori est patula. Præterea, quidam per viam Aquilæ in cælo, intelligunt Christi ascensionem. Per viam colubri supra petram, Christi resurrectionem de sepulcro lapideo. significat equidem Christus per serpentem, iuxta illud: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ità exaltari oportet filium hominis. Per viam nauis in medio mari, intelligunt conuersationem Christi in seculo isto, in quo persequutionibus & tormentis est pressus. Per viam viri in adolescentia sua, Christi incarnationem. Et dicunt in Hebræo haberi, in adolescentula, per quam intelligunt virginem gloriosam, in qua Christi via fuit incarnatio sua, quę est incomprehensibilis prorsus, & in ea fuit Christus vir perfectus, non corporis quantitate aut tempore, sed omni sapientia atq; scientię ac virtutum perfectione. Vndè Ieremias prędixit: Nouum faciet Dominus super terram: Mulier circundabit virum. Verùm expositio ista, videtur allegorica magis q̃ literalis. Nec em̃ ad literã consonat ei quod subdit: [Talis est via mulieris adulteræ,] Per quam siue perfida synagoga, siue quęcunque coniugalis fidei violatrix intelligat, non est putãdum q̃ Salomon viam eius incarnationi verbi æterni comparauit: & quãuis Salomoni fuit naturalium rerum infusa scientia, quãtùm ad cognitionem naturę specificę & accidentium propriorum, non tamen quãtùm ad vniuersa accidentia communia. Ideò quartum iam præfatum nescíuit, quantùm ad accidentia talia, sicut expositum est: forsitan etiam in Hebræo habetur dictio talis, quę tam adolescentiã quàm adolescentulam signet. Itaq; via adulterarum similis est vię adolescentum, quoniã in desiderijs, phantasijs, cogitationibus, verbis & factis suis prorsùs instabiles sunt. [quę comedit,] Adultera enim pro posse libenter intenta est comessationi. [& tergens os suum, dicit: Non sum operata malum:] qa frontosè excusat se, & ità obscurata est mente, vt adulteria sua vix reputet esse peccata. Hinc dicit Ieremi as in vitijs habituato: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et rursùs: Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quòd dixeris, Non peccaui.

Ioan. 3.

Iere. 31.

Iere. 3. & 2.

¶ Spiritaliter per mulierem adulteram intelligitur quæcunque anima vitiosa, quę relicto sponso cælesti, per consensum illicitum commiscetur diabolo, & rebus caducis inhęret finaliter. Ideò asserit Augustinus, quòd omnis anima Christiana, est Dei sponsa, vel dęmonum adultera. De hoc adulterio dicitur: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. [Per tria] in genere [mouetur terra,] id est, habitantes in terra, inquietantur ac perturbantur. [& quartum] est [quod non potest sustinere:] id est, tam irrationabile atq; absurdum est, vt nequeat tolerari. Deindè tria illa exprimuntur: [Per seruum quum regnauerit:] Serui enim ad regnandum & præsidendum promoti, communiter insolescunt, extolluntur ac seuiunt, suspicioscique sunt, de facili suspicantes se à subditis sperni. Ideò per dura & aspera volunt illis tortorem sui incurrere. Secundum est: [Per stultum quum saturat' fuerit cibo:] id est, per hominem passionatũ, quum fuerit gulosè refectus & inebriatus: tunc enim specialiter pronus est ad lites, contentiones, iniurias. Tertium est, [per odiosam mulierem, quum in matrimonium fuerit assumpta.] Mulier enim odiosa, id est, odio plena siue odibilis, vel ad inuidiam prona, quum fuerit maritata, mox incipit contra maritum passionibus iræ, impatientiæ, odij agitari. Sicq; fit marito grauissima, immò & cunctis domesticis, & inter eam & virum mirabile odium generatur. Vndè mutua eorum conuersatio est tanto molestior, quanto coniunctior ac inseparabilior. Sequitur quartum, quod sustineri non valet. [& per ancillam, quum fuerit hęres dominę suę:] id est, ad honorem & opulentiam dominę suę promota seu dilecta à viro, suam propriam vxorem repudiante aut deprimente: hoc quippe est intolerabile malum. Vndè & Agar ancilla Saræ, videns se concepisse, dominam suam contempsit, quod illa non ferens, expulit eam, vt legitur Gene. 16.

Ose. 7.

¶ Spirita-

¶Spiritaliter per ſeruum regnãtem, intelligit homo ſeruituti paſſio num ac vitiorum ſubiectus, q ad prælationem promotus, ſubditos ſæpè grauiterq; cõturbat. Per ſtultũ ſatiatum, homo in naturalibus eruditus, & prudens in oculis ſuis, q inflatus ſcientia, nulli obedit, & contra proximos frequenter rixat. Per odioſam mulierem, collectio hæreticorũ, ſchiſmaticorum, Iudæorum ad fidem conuerſa, quę ſæpè inuenit vacillare in catholica veritate. Per ancill Dominæ ſuæ hæredem, anima ſpũalibus chariſmatibus ad tempus repleta, conſolationibusq; diuinis refecta, ac poſtmodùm lapſa, quę vix recuperat, iuxta illud ad Hebrę. 6. Impoſſibile eſt, eos qui ſemèl ſunt illuminati, guſtauerunt etiã donum cæleſte, & participes facti ſunt Spũſſanctι, & prolapſi ſunt, rurſùs renouari ad pœnitentiã. [Quatuor ſunt minima terræ,]id eſt, animalia valdè parua: [& ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus:]i. induſtriam habent naturalem ingenitã, per quam plùs de ſapientia ſeu prudentia participant, quàm animalia quædã maiora, quę tamen callida reputant. Horum quatuor minimorũ primum, eſt [formicę populus infirmus:]id eſt, formica quę infirmo populo aſſimilat, quia in abdito commorat, nè conculcet. [qui]populus, id eſt, quę formica ſeu congeries formicarum,
Pro.6. (Populus etenim pro quacunq; congregatione accipi ſolet) [præparat in meſſe cibũ ſibi:] vt dictum eſt plenius ſuper illud: Formica quum non habeat ducem aut præceptorem, parat æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Secundum eſt: [Lepuſculus, plebs inualida,]id eſt, ſimilis plebi formidoloſę ac debili, [qui collocat in petra cubile ſuum:]id eſt, habitaculum ſibi elegit infra terram in cauernis petrarum, aut profundis ſolidisq; latibulis, nè ab hominibus venatione canum appræhendatur. Deniquè (ſicut ferturin gloſſa) pro lepuſculo alia tranſlatio habet, Chœrogryllus: qui eſt animal nõ minus ericio, ſimile vrſo, cuius in Palæſtina magna eſt copia in cauernis petrarum & foueis. Vndè in Pſal
Pſal.103. mo quo dicitur, Petra refugium erinacijs: alij habent, leporibus, alij chœrogryllis: hîc quoquè aliqui pro lepuſculo, ericium habent. Hieronymus enim verbum iſtud Hebræum, Saphan in Hieremia interpretat chœrogryllum: Et ericium, transfert in leporem. Sequit tertium: [Regem locuſta non habet,]id eſt, congeries ſeu multitudo locuſtarũ, non habet ſuę ſpeciei rectorem ac directorem, tamen ars increata, deindè intelligentia, vniuerſalis quoquè natura, rectrix & directrix eſt rerũ & animaliũ, ac mixtorũ. [& egredit vniuerſa per turmas:]id eſt, per partes & acies ordinatè diſpoſitas, quod eſt opus prudentiæ. Sapientis em eſt ordinare. [Stellio manibus nitit:]id eſt, obſequio pedum (qbus pro manib⁹ vtitur) procedit ac graditur. [& morat in ædibus]id eſt, domibus [regis:]præſertim in regionibus ca
lidis. In alijs autem magis morat in ſyluis, & ità patet agilitas ſtellionis, qui eſt reptile conforme lacertæ, pictus in cute lucentibus guttis ſeu maculis, inſtàr ſtellæ. ¶Spiritualiter,
Pſal.117. per formicam ſignificat plebs humilis, deſuis viribus non præſumens, ac Domino dicens: Fortitudo mea & laus mea Dominus. Quæ ſolicita eſt ad cauendum periculum, ac prouida ad neceſſaria obtinendum. Immò in iſto parat exilio, vndè beatificet in cæleſti palatio. Per lepuſculũ exprimitur puſillus & imperfectus, qui in Chriſti vulneribus ſe abſcondit, nè tentationum iaculis vulneretur, & nè per impatientiam ſuccumbat in aduerſis, iuxta illud Eſaiæ 2. Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo. Hinc ſponſus loquitur ſponſæ in Canticis: Amica mea in foraminibus petræ, in cauerna macerię. Per locuſtam, exprCant.2. imitur quæcunq; plebs timorata, præſertim Anachoretæ, & qui præſidentem non habent in terris, nihilominùs timore Dei confixi, ac ſupernæ ſapientiæ vnctione directi, ordinatè incedunt, & decenter ſeruiunt Deo. Poſtremò, nomine ſtellionis alis deſtituti, ſignantur idiotæ & ſimplices, in actiuæ operibus vitæ detenti, non valentes contemplando perfectionis attingere montem, & tamen per corporalia miſericordiæ opera & obedientiam, in regno Chriſti quieſcunt, & de neceſſarijs ad ſalutem agiliter prouident ſibi. Itaq; harum exemplis beſtiolarum docemur, vt inſtàr formicæ prouidi ſimus: & inſtàr lepuſculi, in turri fortitudinis commoremur: inſtàr locuſtæ, contra aciem vitiorum ac dæmonum ordinatè progrediamur. [Tria ſunt]animalia, [quæ benè gradiuntur,]quia in ſuo genere fortia ſunt, & valenter incedunt. [& quartum]eſt [quod incedit feliciter:]id eſt, potentiùs ac victoriosiùs tribus prætactis. De quorum primo ſubiungitur: [Leo fortiſſimus beſtiarum,]quarum rex appellatur: veruntamen inueniuntur beſtiæ quædam fortiores leonibus, ſed paucæ, & rarò. [ad nullius pauebit occurſum:]immò vult vt animalia occurrentia ſibi deferant ei. [gallus ſuccinctus lumbos]id eſt, inſtàr ſuccincti quaſi animoſè progrediens, hoc eſt ſecundum. De tertio ſubditur: [& aries]qui ductor eſt ouium, & cornibus ſuis incedit armatus. Quartum eſt [rex, nec eſt qui reſiſtat ei.]Vndè in Hebræo ſertur haberi, Et rex contra quem non leuabit. hoc eſt quartum, incedens feliciter, per quod accipi poteſt animal

inal rationale ad beatitudinem ordinatum, cui in exordio dictum eſt, vt præſit beſtijs terræ, piſcibus maris, omniq; volatili cæli, quod & poteſtate ſeculari & authoritate ſpirituali Gene.1.
ornatur. ¶Spiritualiter, per leonem accipitur regalis ſeu imperialis poteſtas, vel quicunq; dono ac virtute fortitudinis decoratur. Per arietem ſpiritualis prælatus, ouium Chriſti paſtor & ductor. Per gallum lumbos ſuccinctum, prædicator caſtus, exemplaris, magnanimus, animas credentes verbo & exemplo fœcundans: per quartum, Papalis authoritas, vniuerſo orbi prælata, cui nemo licitè valet reſiſtere. [Et qui ſtultus apparuerit, poſt quàm eleuatus eſt in ſublime:]id eſt, quum inſipiens fuerit ad officium ſeu præſidentiam eleuatus, tanto plùs tunc oſtendit imperitiam ſuã, quanto liberiùs operatur, & plura agere habet, in quibus multipliciter deficit. Quidam tamen exponunt iſtud de quarto, quod incedit feliciter, per quod intelligunt Antichriſtum, quem dicunt feliciter inceſſurum, quia cuncta ei ſuccedent ad libitum. Et textum præcedentem ſic legunt: Et aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei, id eſt, nullus perſecutor aut tyrannus intentionem & fructum prælatorum & predicatorum virtuoſorum ac continentium, poterit impedire. [Si enim intellexiſſet,]id eſt, ſi propriam ſtultitiam benè penſaſſet ſtultus ad prælationem promotus, [cori impoſuiſſet manum:]id eſt, nequaquàm pro ſua promotione inſtitiſſet, vel alijs quoquè impoſuiſſet ſilentium, nè loquerentur de ſua prouectione. Preterea per quatuor iam prefata, quidam intelligunt quatuor magna regna ſeu monarchias, intelligendo per leonem, regnum Chaldeorum, cuius primus monarcha (videlicet Nabuchodonoſor) in ſcripturis vocatur leo,
iuxta illud: Surrexit leo de cubili ſuo. Per gallum ſuccinctum, intelligunt regnum Perſa- Iere.4.
rum, cuius reges (videlicet Cyrus & Darius) demoliti ſunt regnum Chaldaicum, interficiendo Balthazar regem, deſtruentesq; Babylonem. Per arietem intelligunt Alexandrum, primũ monarcham Græcorum: per quartum accipiunt Imperium Romanorum, quod inſtàr ferri, cętera cuncta vaſtauit. [Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum]id eſt, extrahendum [lac. elicit butyrum:]id eſt, materiam ſolidiorem, pinguioremq; lacte, non extrahendam, ſed magis in corpore animalis dimittendam, tanquàm ſuę bonę habitudini opportunam. [Et qui vehementer emũgit,]id eſt, nimis violenter purgat & eijcit immunditiam naſi. [elicit ſanguinem]in corpore dimittendum, & ei conuenientem.

¶Per hæc edoceſ, quòd non debemus nimiùm importunè ab alio aliqd poſtulare, nec eum qui bonę eſt voluntatis, immoderantiùs moleſtare, vel nimis acriter increpare, nè exaſperetur & totum neget quod petebat, ſicq; viſcera pietatis extrahant ab eo, quę nomine exprimuntur butyri, & vitam animę (quę eſt gratia Dei) amittat. Hinc Seneca loquitur: Nihil petas quod negaturus es: Nihil neges quod petiturus es. Itemq;: Furor fit, patientia ſæpiùs læſa. Et denuò: Bonus animus læſus, grauiùs multo iraſcitur.

¶Spiritualiter vbera premere, eſt vtriuſque Teſtamenti ſcripturas profundè penſare, ex quarum penſatione dum lac quęritur, inuenitur butyrum: quia dum in ſcripturis ſenſum mediocriter ac ſimpliciter iuxta literam reficientem requirimus, ſubtilem ac myſticum intellectum, pinguiſſimè nos alentem, ſenſuſque anagogicos reperimus. Attamen talis perſcrutatio eſt moderanda, nè ſanguis ſequatur: quia dum diuina eloquia immoderatè diſcutiuntur, in carnalem & erroneum ſenſum mens labitur. [Et qui prouocat *rixas,]id eſt, *iras,
alios iniurioſè & inſipienter alloquitur, ità quòd ad rixandum contra ſe vel contra alios excitantur, [producit diſcordias]inter ſe & illum, vel inter plures, quoniam ex rixa oriuntur ſimultates, diſſenſiones, iræ, inuidiæ.

¶Expoſitio capituli vltimi: Verba Lamuel regis.

Articulus trigeſimusprimus.

SAlomon qui hucuſquè multipliciter nos inſtruxit, humiliter hîc fatetur, ſe quoquè à ſua matre fuiſſe inſtructum. [Verba Lamuelis regis:]id eſt, Salomonis ſunt quę ſequuntur. Verba autem doctrinę matris ſuæ, ſunt ſua tanquàm recitantis. Porrò Lamuel interpretatur, cum quo eſt Deus. Ideò vocat ſe Lamuelem, quoniam Deus multùm gratioſè affuit ei per plures annos, vt dictum eſt in expoſitione præcedentis capi- Pro.30.
tuli, ſuper illud: Viſio quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus. [Viſio]id eſt, illuminatio ſeu doctrina, [qua informauit eum mater ſua,]id eſt, ſuperna gratia, vt Gloſſa exponit, quæ addit, quòd per matrem eius poteſt intelligi mater ſua carnalis, videlicet Bethſabee, cuius doctrinam tanquàm memoria dignam ac ſalutarem, dignum duxit narrare. [Quid dilecte mi,]id eſt, quid reſtat, quid tibi incumbit, quid tibi dicere habeo, ò fili dilecte? & iuxta hunc ſenſum ſubiungitur: [Quid dilecte vteri mei,]id eſt, nate ex vtero meo. Vel vteri, id eſt, cordis mei. [Quid dilecte votorũ]id eſt, deſideriorũ [meorum:]id eſt, tu præclariſ-

m ſime

ſime fili, obiectum & materia meorũ affectuum, quoniã tuum profectum totis opto præcordijs. Porrò ſecundùm Hebræos, vt fertur, mater Salomonis protulit verba hæc amoroſè & piè increpando filium ſuum, eo quòd prima nocte qua cum vxore ſua filia Pharaonis dormiuit, nimis tardè manſit cum ea in lecto de manè, intantùm quòd hora ſacrificij matutini ac iugis pertranſijt: ſicq; diuinum officium fuerat impeditum, eo quòd clauis templi fuit in regis cubiculo. Hinc conſequenter de vitanda carnalitate inſtruit eum. [Nè dederis mulieribus ſubſtantiam tuam,] id eſt, opes tuas non expendas, nec diſſipes luxurioſè viuendo, nec corpus tuum exhaurias coëundo, nec ſpirituales virtutũ ac meritorũ diuitias perdas, vitiorum aut carnalitatũ corruptioni vacando. [& diuitias tuas ad delendos reges.] id eſt, facultates tuas non exponas ad exhibendũ regibus ac principibus delicias guſtûs & tactûs, per quas præſidentes ſubuertunt, & ab idonea ſui executione officij impediuntur. Vel ſenſus eſt, vt non coneẽ regum terras impugnare ac obtinere, exponendo bellatoribus ad hoc ſuas diuitias, ſine iuſta & rõnabili cauſa. Itaq; pſidẽtibus, pſertim maioribus principibus ac pſatis, tanto plùs euitanda ſunt carnalia vitia, quanto plùs indigent clara ratione & magna prudentia, immò potiſſimè directione diuina. Hinc Seneca libro de quatuor virtutibus, ſcripſit: Hac mediocritatis linea continentiã obſeruabis, vt nec deditus voluptati, prodigus & luxurioſus appareas, nec auara tenacitate ſordidus aut obſcurus appareas. Et rurſùs: Si continentiam diligis, turpia fuge antequàm veniant. Omnia tolerabilia, præter turpitudinem crede. A verbis quoquè turpibus abſtineto. Nam eorum licentia impudentiam nutrit. Iterùm ait moralis ille Philoſophus vir præclarus: Quidam voluptatibus ſe immergunt, qbus in conſuetudinem deductis, carere non poſſunt, & ob hoc miſerrimi ſunt, quia ad hoc deuenerunt, quòd ſuperuacua, facta ſunt eis neceſſaria. Tunc eſt conſummata infelicitas, vbi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent: Et deſinit remedio eſſe locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores ſunt. Hinc & Cyrillus in ſuis ait Prouerbijs: Attende luxurioſe, quid prodigus deſtruis, quid inſanus diſpergis, quid ingratus in nihilum proijcis, & tu iniquus depoſitarius naturæ, chariſſimum tibi commendatum theſaurum inimico, id eſt, vanitati, turpitudiniq; impendis. Subuerſores ordinis mundialis, & naturalis legis trãgreſſor. Mundi etenim ordo, & lex naturalis hoc habet, vt tanta naturæ delectatio dirigatur in prolem: tu aũt prole neglecta, retortor peruerſitatis, in delectationem vmbraliter tranſitiuam, prolificum ſemẽ fundis. Quid plura? Stultiſſimus quippe eſt, qui ſe delectabiliter deſtruit, & qui tanto dementiùs, quanto lœtaliùs ſemet perdit. [Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum:] id eſt, potum inebriatiuum immoderatum: & per reges intelligendi ſunt, vniuerſi qui præſunt, quibus ſobrietas eſt potiſſimè opportuna. [Quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas:] quæ mentis aufert diſcretionem, idcircò non celat ſecretum. Hinc Ariſtoteles docuit regem Alexandrum, vt quandoquè inter ſuos ſimularet ſe ebrium, quia ſic multa ſecreta poſſet percipere. [Nè fortè bibant] ſuperfluè. Oportet enim occaſiones peccandi vitare, & vitiorum materiam declinare, quatenùs ipſa vitentur peccata. [& obliuiſcantur iudiciorum,] id eſt, iuſtarum ſententiarum, & iudicialium præceptorum, ſecundùm quæ lex præcepit iudicare. [Et mutent cauſam filiorum pauperis:] id eſt, vt ipſis pauperibus faciant iniuſtum iudicium, attracti fauore, prece, aut munere diuitum: quod quanuis nemini liceat fieri, ſpecialiter tamen crudele eſt hoc pauperibus facere: & tamen ad vitia iſta trahit ebrietas, mentem obſcurans, memoriam tollens, iuſtitiam vilipendens, corpus & animam perdens. Ideò ait Saluator: Attendite nè grauent corda veſtra crapula vel ebrietate. Leuitici quoquè decimo Dominus ſacerdotibus, id eſt, Aaron pontificiac filijs eius, iuſſit: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui, quandò intrabitis in tabernaculum, id eſt, ad miniſtrandum in templo, nè moriamini, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisq; filios Iſrael omnia legitima mea. Itaq; (ſicut aſſerit Gloſſa) præcipit Dominus, nè vino (in quo eſt luxuria) inebrientẽ fideles, quia nihil de cæleſtibus cogitat, vbi regnat voluptas, ſed ſola ſenſibilia carnales ſectantur. [Date ſiceram] id eſt, potum qui valet inebriare, mœrentibus] inordinato ſuperfluoque mœrore, aut certè naturali mœſtitia de malo incuitabili. [& vinum his qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcant egeſtatis] id eſt, inopiæ, aduerſitatis, & amaritudinis [ſuæ, & doloris non recordent ampliùs:] id eſt, cauſas doloris immoderati non penſent, & ipſum expellant dolorem. Potatio etenim vini ac ſiceræ, vim habet animandi & exhilarandi multiplicandoq; ſpũs, parit remedium contra animę corporisq; dolores. Non tñ ſunt tales perſonę inebriandæ, ſed mediocriter refouendæ. Hinc ſapientes exiſta ſtatuerunt doctrina, vt damnatis ad mortem daretur huiuſcemodi potus, quatenùs mor-

Cõtra ebrietatem,

Luc. 21.

Ephe. 5.

mortem inſtantẽ leuiùs ferrent. Porrò ſpũaliter mœrentibus & peccata ſua ac proximorum deflentibus, exhibenda eſt conſolatio ex ſcripturis, vt gaudeãt in aduerſis, & ſpe venię recreent, ac contemplatione diuinorũ equanimiter tolerent omnem aduerſitatem, nec abundantiori abſorbeant triſtitia. [Aperi os tuũ muto,] id eſt, pro ſimplicibus, idiotis, & egenis cauſam ſuã in iudicio proponere, proſequi ac defendere non valentibus, loquere, cauſam eorũ proponendo, proſequendo, tuendo. Propter Deũ, & iuxta æquitatis tenorem, ſicut ſanctus Iob fecit: Oculus, inquiens, fui cęco, & pes claudo. Simili modo aperi os tuũ, [& cauſis omniũ filiorũ quì pertranſeũt:] id eſt, peregrinorũ & extraneorũ, eos ad obtinendũ iuſtum iudicium adiuuãdo, nè ab indigenis opprimant, & ſi rei ſunt ſiue culpabiles, charitatiuè ac moderatè increpa eos, & eos q ad loquendũ pertinentia ad ſalutem, ſunt muti, inſtrue, adhortare, quatenùs in diuino poſſint reſpondere iudicio. [Aperi os tuum] tempore opportuno, pro defenſione iuſtitię. [& decerne] id eſt, diffini & dicta [quod iuſtum eſt, & iudica inopem & pauperem,] expediẽdo cauſam eorũ iuſtè atq; velociter, quibus non vacat diù contendere, & corã iudice frequentiùs apparere. Hinc Iob fateẽ: Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduę expectare feci. Iſtud eſt iuſtitiam & miſericordiam prudenter miſcere, & æquitati pietatem diſcretè cõtemperare, quatenùs Moſes iuſſit: In iudicio iudex nec pauperis miſereaſ, nec vultũ honoret potentis, nec pauperem à potentiore opprimi patiatur, ſed cauſam diſcutiat vtriuſque. ¶Sequit myſticũ ſententioſumq; carmen metricè in Hebræo deſcriptũ, tot continens metra ſeu verſus, quot in Hebraico Alphabeto ſunt literę, vtpotè vigintiduo. Et iuxta ordinem literarũ illarũ, cuilibet verſui carminis litera vna pręponitur, ſcilicet prima verſui primo, ſecunda ſecundo, & ſic deinceps. Nam in Hebrẽo verſus per ordinem incipiunt à literis illis. Quod quia in tranſlatione obſeruari nequiuit, literę ipſæ verſibus præponunt, in ſignum quòd in Hebræo à literis ipſis incipiunt. [Mulierem fortem quis inueniet?] Carmen iſtud venerabilis Beda pulchrè expoſuit: ex cuius expoſitione Gloſſa Ordinaria, quaſi tota videt accepta, atq; (vt Beda fatetur) in cantico iſto Salomon plenè deſcripſit virtutes ac merita totius Eccleſiæ, vel fidelis cuiuſlibet animæ. Salomon ergò in ſpiritu cernens excellentiam & decorem ſanctæ matris Eccleſiæ, in omni ſanctitate, perfectione & gratia, tam gratificante, quàm gratis data, admirãdo & ſciſcitando ſic orſus eſt, & ſic ait: Mulierem fortem quis inueniet? Ac ſi dicat: O quàm felix, qui Eccleſiæ meruerit incorporari. Quis inueniet eam per obedientiam veram, per fidem & charitatem, vt ſit viuum membrũ, & electa proles ipſius? Tanquàm dicat: Magnum & arduum eſt hoc, immò & rarum, quoniã multi vocati, pauci electi. Poteſt autem per Eccleſiam accipi, tota & vniuerſalis Eccleſia, quę ab Abel iuſto dicit incepiſſe, & Synagogam includit, vt totum partem. Vel ſpecialiter Eccleſia Chriſti, Synagogæ ſuccedens, inchoata à Chriſto in humanitate aſſumpta, & per Apoſtolos toto orbe terrarum conſtructa, de qua Saluator dixit beatiſſimo Petro: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et Paulus 1. ad Timo. 3. Scias quomodò te oporteat in domo Dei conuerſari, quę eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentũ veritatis. Ad Hebræos quoq; 12. ait Apoſtolus: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis, & Hieruſalem cæleſtem, & Eccleſiam primitiuorũ, qui conſcripti ſunt in cælis. Atq; ad Galatas 4. Illa quę ſurſùm eſt Hieruſalem, libera eſt, quę eſt mater noſtra. In quibus verbis per cęleſtem ac ſupernam Hieruſalem, intelligit Eccleſia militans, quę ſurſùm ſunt quęrens, ſapiens & contemplãs, cuius conuerſatio eſt in cælis, quę in Euangelio vbertim regnum cælorum vocat, & in Apocalypſi, cælum multotiès appellat. De qua ait Pſalmiſta: Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Et Chriſtus in Pſalm. 21. In medio, inqt, Eccleſię laudabo te. Hęc ſancta, ſpecioſa & glorioſa Eccleſia, de qua rurſùs diuinus teſtatur Apoſtolus Ephe. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illam ſanctificaret, mundãs illam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habẽtem maculã neq; rugã. De qua Iſa. 60. prędictũ eſt: Surge, illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Hæc inquam Eccleſia ſancta catholica, mulier appellatur, quoniã vxor & ſponſa eſt Chriſti, immò totius ſuperbeatiſſimæ Trinitatis: ſpecialiter verò incarnati filij Dei, qui eiuſdem cum illa naturę eſt, quia naturam aſſumpſit humanã. De qua muliere in Apocalypſi legit: Quia venerunt nuptię agni, & vxor eius prępараuit ſe. Quemadmodùm enim vxor ſeu ſponſa à marito & ſponſo fœcundatur ad prolificãdum, ſic Eccleſia à Chriſto gratiarum chariſmatibus impręgnat ad generandum ei filios ac filias ſpirituales in fonte baptiſmatis, in pœnitentię ſacramento, in prędicatione verbi cæleſtis. Inſuper ſancta Eccleſia materno affectu vniuerſos amat fideles, ac maternaliter fouet & dirigit eos, ac iugiter pro eorum ſolicitatur ſalute.

Prou. 31.

Deut. 1.

Mat. 23.

Gene. 4.

Mat. 16.

Pſalm. 86.

Apoca. 19.

¶Conſequeuter dignitatem Eccleſiæ exprimit,ex precioſitate precij, pro eius redemptione exhibiti.[Procùl & de vltimis finibus precium eius.] Precium rei vocaſ,quod pro eius emptione ſeu redemptione perſoluitur.Itaq; preciũ Eccleſiæ eſt ſaluator ipſius, qui vt eam à poteſtate diaboli,à iugo peccati,à reatu dãnationis eriperet,Deo patri reconciliaret,beatitudinisq; cęleſtis participem & conſortem efficeret,dignatus eſt incarnari,inter homines conuerſari, atq; ſeipſum pro eius liberatione ac ſalute offerre, ſicut iam ex verbis Apoſtoli
Eph.5. tangebaſ,dicentis:Tradidit ſemetipſum pro ea.Qui rurſùs in ſua,& cuiuſlibet electi perſo-
Gala.2. na fatetur:In fide viuo filij Dei,qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me.Vndè Apocalyp.1. habeſ:Chriſtus dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Iſa. 53. Dominus poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrũm. Oblatus eſt quia voluit. Verè languores nr̃os ipſe tulit,& dolores nr̃os ipſe portauit. Ipſe aũt vulneratus eſt propter iniquitates nr̃as.Hoc ſuperdigniſſimũ Eccleſię precium Deus homo,Chriſtus vnigenitus patris,procùl fuit à Salomone,i. à tempore eius, quia inter tempus illud & Chriſti aduentum grãdis fuit diſtãtia.Procùl etiã fuit, quia totum genus humanũ vehementer exceſſit,& ſuper dignitatem ac merita hominum fuit, ꝙ creator immenſæ maieſtatis ità ad homines venit, & ſeipſum pro illis in precium dedit.Fuit quoquè de vltimis finibus,quia de cælis deſcendit in vterũ virginis, non locũ mutãdo, quia immenſus vbiquè eſt pręſens: ſed naturã humanam hypoſtaticè aſſumendo,iuxta illud Pſalm̃.18.Exultauit vt gigas ad currendã viam,à ſummo cælo egreſſio eius.Nempeſicut in Iſaia iuxta antiquã trãſlationem habeſ,Nõ legatũ,non an-
Iſa.33. gelum miſit,ſed ipſe in propria venit perſona,iuxta illud:Dominus iudex noſter,Dominus legiſer noſter,Dominus rex noſter,ipſe veniet & ſaluabit nos.Qui etiã Zacha.2.teſtaſ:Lauda & lætare filia Sion,quia ecce venio & habitabo in medio tuũ. Sequitur verſus ſecundus: [Confidit in ea cor viri ſui:] i.Chriſtus à ſponſa ſua Eccleſia,& per eius obſequiũ expectauit fructũ copioſum percipere,ſobolem innumerabilem procreare,& quicqd per prophetas de eius fidelitate,virtuoſitate, fertilitate prędixit, pro certo cognouit in ea,& per eã implendũ.Fuit enim prædictũ, ꝙ primitiua Eccleſia & multi ex poſteris eius,Euãgelium Chriſti vndiquè conſtãtiſſimè prędicarent, mundum conuerterent,in omni perſecutione atq; martyrio inuicti manerent, quod totum ſcimus impletũ. Quãuis autem in Chriſto nõ fuerit ſpes,quę eſt theologica virtus,nec proprius actus eius,qui directè circa increatum obiectum verſatur,fuit tamen in eo fiducia quædã,qua multa futura expectauit,& pręcognouit implenda. Sic enim & proprij corporis glorificationẽ ſperauit. Loquiſ tamen hîc ſcriptura de Chriſto,affectu & more humano, tanquàm de marito,qui ſciens ſe probã & fidelem habere vxorem,confidit in ea tanquàm in optima compari,ꝙ cuncta ad ſe pertinentia dilli-
Gene.18. genter & idoneè exequetur. Sic Deus omnipotens confidit in Abraham, cui in Geneſi ait: Num cælare potero Abrahã,quę facturus ſum?Scio enim,ꝙ pręcepturus ſit filijs ſuis,vt cu-
2.Cor.11. ſtodiãt prędicta mea.De viro iſto Eccleſiæ loquiſ Paulus:Deſpondi vos vni viro virginem
Iſa. 27. caſtam exhibere Chriſto.Qui Chriſtus Act.1.ait Eccleſiæ:Eritis mihi teſtes in Hieruſalem,
Mich. 5. & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimũ terræ.De qbus Iſaias prædixit:Implebunt faciem orbis ſemine. De quibus legitur etiam ab alio prophetatum: Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quaſi ros à Domino,& quaſi ſtilla ſuper herbam. [& ſpolijs non indigebit.] Eccleſia dicitur ſpolijs non indigere:Primò,quoniam ſpolijs ſanctis abundat,dum infideles ad fidem conuertit,vel credentes ac malè viuentes ad viam reducit ſalutis,quos omnes diabolo ſubtrahit,& Chriſto incorporat,Chriſto hoc ipſum agente per eã. Chriſtus quippe eſt fortiſſimus ille in prælio,qui fortem armatũ, i. principem huius ſeculi diabolum alligauit,vaſaq; eius tollit ab eo,& ſpolia eius diſtribuit, quemadmodùm ipſe in
Luc.11. Euãgelio proteſtaſ: Et Deus pater de ſeipſo per Iſaiam effatur: Diſpertiam ei plurimos, &
Iſa.53. fortium diuidet ſpolia.Rurſùs,Eccleſia non indiget ſpolijs, quoniam vniuerſis chariſmatibus Spiritus ſancti repleta eſt, opulentijsq; internis abundat.Iterùm ideò, quoniam in futuro recipiet,ac induetur duplicem ſtolam,hoc eſt,corporis & animę gloriam ac decorem. Et denuò,quia non inuadit nec appetit aliena.[Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ:] id eſt,Eccleſia gratias iugiter aget Chriſto,& quicquid boni in ea eſt, Sal
Ioan.15. uatori ſuo grata attribuet mente,gloriam & honorem referet ei,atque obediens erit,ſciens verum eſſe quod ille ait:Sine me nihil poteſtis facere. Huius oppoſitum agunt ingrati,recidiuantes & non perſeuerantes vſque in finem. Sed quum bonis Eccleſiæ actibus admixta
Iſa.64. ſint multa mala,intantùm quòd quaſi pannus menſtruatæ,ſunt vniuerſæ iuſtitiæ eius,quomodò dicitur ſponſo ſuo reddere bona,& non mala?Reſpondeſ quòd mala illa ſunt præter intentionẽ Eccleſię,& quotidiè deflet ac delet ea. Mala quoquè mortalia non cõmittit Eccle-

Eccleſia,quantùm ad membra ſua quę in charitate perſiſtunt. [Quę ſiuit lanam & linum,] id eſt, ocioſitatem pigritiamq; vitauit, & actibus miſericordiæ fuit intenta, vt veſtibus laneis veſtiret egenos, iuxta illud Iſaię 58. Quum víderis nudum, operi eum. Vndè Iob ait: Iob 31.
Si non de velleribus ouium mearum calefactus eſt. ¶Spiritualiùs autem loquendo, per lanam quę de ouibus capitur,ouinę ſimplicitatis opera deſignãtur,quibus fideles veſtiunt ac decorãtur.Immò ipſa ouina ſimplicitas,innocentia,pietas,exprimunt per lanã, quibus pro fundamento quęrit Eccleſia ſtabiliri atq; fulciri, prout princeps Apoſtolorum hortatur: Quaſi modò geniti infantes rationabiles,ſine dolo,lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſa- 1.Pet.2.
lutem.Porrò per linum quod de terra accipitur, & multis concuſſionibus ad candorem ac ſpeciem lini perducit,corpus noſtrum mortale terrenum intelligi poteſt,quod varijs exercitationum diſciplinis,abſtinentijs,ieiunijs,fletibus alijsq; aſperitatibus in ſpiritũs ſeruitutem redigitur. Rurſùs lana & linum ſunt quędam authoritates ac ſententię ſcripturarum, vtpotè literales,quę per lanã,& ſpirituales,quę per linum notãtur, & quibus fideliũ animæ veſtiunt, quibus exercet Eccleſia.[& operata eſt conſilio manuum ſuarum:] id eſt,virium interiorum & practicarum, quę regunt prudentia vel conſilio manuum, i.conſiliari directione cordis,quę per manuum vſum deducit ad effectum.Conſilium equidem inconſultè nil agit, ſed deliberatione inquiſitioneq; prouida, ſicut hortaſ Apoſtolus 1.Timot.5. Sine Pro.11.
pręiudicio,i.pręuio diſcretionis iu[illegible],nihil facias. Vndè Eccleſiaſtic.32.doceſ:Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factũ no[illegible]nitebis. Hinc dictũ eſt ſuprà: Erit ſalus vbi multa conſilia.Hinc Seneca dicit:Prudens nunquàm ocio marcet,animũ aliquandò habet remiſſum, nunquàm ſolutum, accelerat tarda,perplexa expedit, dura mollit,ardua exæquat:ſcit enim,quod qua via aggredi debeat,& citò ſingula atq; diſtinctè videt. [Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, delongè portãs panem ſuũ:] Quemadmodùm enim nauis negociatoris repletur mercibus,& ea quę habet,defert ad alios,vt indè apportet quę ibi abundãt, atq; de apportatis ſuſtenteſ, ac lucra obtineat, ſuisq; prouideat: ſic planè Eccleſia diuinis pręceptis, conſilijs,doctrinis,refectionibus internis eſt plena, quę & alijs vndiquè euãgelizat, & proximis ſuis communicat,& eorũ ad quos proficiſciſ,virtutes,exempla,documenta,miracula intueſ,deſcribit,ac ſecum reportat, quibus ſuos prędicãdo inflammat, nutrit ac perficit. [de nocte ſurrexit:] quia illud Threnor.2.implet frequenter: Conſurge,lauda in nocte,in principio vigiliarum,& effunde ſicut aquã cor tuum, ante conſpectum Domini Dei tui.Et quod ait Pſalmiſta:Media nocte ſurgebã ad confitendum tibi. ſicq; ſponſum ſuũ aſſequtur. De quo aſſerit Lucas: Exijt Ieſus in montem orare, & erat pernoctãs in oꝛone Dei. Surgit quoquè de nocte,id eſt,in omni aduerſitate,tentatione,infirmitate ad Deũ confugit,ſuſpi- Pſal.118.
rat,deprecaſ ac laudat,iuxta illud Iaco.5.Triſtaſ aliquis ex vobis? oret.æquo animo?& pſallat.[deditq; prædã domeſticis ſuis:] id eſt,eos quos orãdo,prædicãdo,exemplariterq; viuẽ- Luc.6.
do ſubtraxit diabolo, committit fidelibus gubernãdos & conſeruãdos, & de illorum conuerſione lætificat ac reficit ſuos deuotos.[& cibaria ancillis ſuis:] id eſt,deuotis congregationibus,& obtinentibus animabus adminiſtrat panem vitę & intellectûs, & aquã ſapientiæ ſalutaris, multiplicem intellectũ ſcripturę, Eccleſiaſtica ſacramenta, conſiderationem & ſpem beatitudinis affuturæ.[Conſiderauit agrũ,] id eſt,gentilitatem per mundũ diſperſam,& terrã habitationis ipſius.[& emit illum:] id eſt,orãdo, euangelizãdo, miracula faciendo,ſanctè viuendo,ipſam gentilitatem Chriſto ſubiecit, donaq; gr̃æ promeruit illis donari. Vnde Gene.27.Iſaac loquiſ:Eccè odor filij mei ſicut odor agri pleni,quem benedixit Dominus.Vel ager eſt terra beatè viuentiũ.De qua Pſalm̃.26. Credo videre bona Domini in terra viuentiũ,quem Eccleſia modò contemplaſ per fidem, actibusq; virtutũ mercatur. Vndè locutus eſt Dominus Iſa.58.Suſtollã te ſuper altitudinem terrę,& cibabo te hęreditate pris tui Iacob. Atq; in Euãgelio Chriſtus:Beati mites,qm̃ ipſi hęreditabũt terrã.[De fruc- Mat.5.
tu manuũ ſuarũ plantauit vineã:] id eſt,per fructuoſam ſuã conuerſationem,& merito ſuę doctrinę fundauit particulares Eccleſias & congregationes deuotas,quę ſunt vineę Dei,ſecundùm illud Cant.2.Capite nobis vulpes paruulas,quę demoliunt vineas. Vndè & Iſaias: Iſa.5.
Vinea,inqt,Domini,domus Iſrael eſt.[accinxit fortitudine lumbos ſuos:] id eſt, carnẽ,ſenſitiuamq; partem muniuit,reſtrinxit, compeſcuit, cingulo caſtitatis, virtute temperãtię,& forti conatu exercitationis laudãdo.Hoc eſt quod pręcepit Chriſtus Luc.12.Sint lumbi veſtri pręcincti. Apoſtolus quoquè:State ſuccincti lumbos veſtros: carnales quippe concupiſcentias atq; illecebras victorioſè refrenat Eccleſia.[&roborauit brachiũ ſuũ:]i.naturalem vim ſuã operatiuã,per dona gr̃æ meruit confortari,ſicut hortaſ Apoſtolus Ephe.6. Confortamini in Dño, & in potentia virtutis eius. Inſupèr roborauit brachiũ ſuũ,i. ad bona agen-

da viriliter ſe parauit,&ſtrenuè ea aggreſſa eſt,atq; in illis ſe cõfortauit. habit⁹ aũt eſt altera natura,& maximè conſortatiuus naturalis potentię.[Guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eius:]i. per ſpũalis ſuauitatis experientiã ſapuit,& certè cognouit q̃ valdè defectuoſa & ſalubris ſit cõmutatio & mercatio agri cæleſtis prẽſata, & incredulorũ ac peruerſorum conuerſio,qa experta eſt,quàm dulce ſit,contemptis rebus caducis,inhærere diuinis,ac futurã beatitudinem prælibare. Vndè & Chriſtus Luc. 19. Negociamini,inquit, dum venio. [non extinguet in nocte lucerna eius?]Lucerna Eccleſię,eſt claritas famę eius,ſeu illuminatio mentis per fidem & ſapiẽtiæ donũ,ſeu contemplatio diuinorũ, quę in nocte(id eſt,tempore perſecutiõis,tentationis & aduerſitatis)non extinguunt,ſed conſortant. Media quoq;
Mat.25. nocte, qua clamabit,Eccè ſponſus venit,lampades eius non extinguent. Neq; in nocte,i. hora mortis deficient,ſed potiùs augebunt,aut perficient. Econtrà de reprobis Iob 18.legitur: Nonnè lux impij extinguet,& lucerna quę ſuper illum erat,non ſplendebit?[Manum ſuam miſit ad fortia,]i.opera perfectionis aggreſſa eſt,non contenta implere ſola præcepta,ſed euãgelica quoquè ſtuduit adimplere conſilia, & prelia contra aciẽ vitiorũ atq; tyrãnidem perſecutorũ victorioſè exercuit.[& digiti eius appręhenderunt fuſum:]id eſt, per diſcretionem ſtrenuè exequuta eſt quod incepit,ſicut filantes de lana faciunt filum, quod deducunt in fuſum, cui circũuoluit quod filatur. Vndè iam dictũ eſt: Quæſiuit lanã & linum,& operata eſt conſilio manuum ſuarũ.[Manum ſuã aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem:]id eſt,opera miſericordiæ tam corporalia quàm ſpiritualia exercuit copioſè,li
Luc.6. beraliter ac feruenter,eo q̃ Dominus iuſſerit:Eſtote miſericordes,ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt.Summa etenim Chriſtianę religionis,in actibus charitatis &pietatis conſiſtit.[Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis:]frigora ſunt extinctio charitatis, perfidia,acedia,& quęcũq; igni diuini contrariant amoris:vel grauiſſimę perſecutiones,ſeu tormenta inferni,iuxta illud Iob 24.Ab aquis niuium tranſiet ad calorem nimiũ.Quum ergò Eccleſia ſit confirmata in gra,atq; in charitate perfecta, foràs eijcit ſeruilem timorem.Et
Rom.8. cũ Apoſtolo loquit:Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Ideò à prefatis frigoribus non vereb domeſticis ſuis,qa contra huiuſmodi frigora ſunt benè armati,quemadmodùm ſubditur:[omnes enim domeſtici eius,veſtiti ſunt duplicibus:]id eſt,fide & operibus vel charitate Dei & proximorum ſeu virtute mortali ac intellectuali, virtutibus quoquè & donis. Iſtud conuenit Eccleſiæ,quãtùm ad filios eius perfectos,quales ſemper aliquos habet. Totum quippe frequenter denominationem ſortitur à parte.Iugiter autem ſunt aliqui ſancti & viri heroici in Eccleſia militãti.De iſto veſtitu ſertur Apoc.3.Qui vicerit,veſtietur veſti-
Iſa. 61. mentis albis.Etiã Eccleſia proteſtãt:Induit me veſtimento ſalutis,& indumento iuſtitię circũdedit me.[Stragulatam veſtem fecit ſibi:]Stragulata veſtis eſt diſcolor tunica, manu artificis pulchra varietate diſtincta ac decorata,per quã virtutũ contẽperatura,& virtuoſorũ commixtio actuum, multiplexq; ornatus donorũ, beatitudinũ ac fructuum exprimuntur. Vndè in Pſalm.44.de Eccleſia canitur:Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. [Byſſus & purpura,indumentum eius:]Per byſſum,virginitatis & caſtimonię candor notat.Per purpurã,amor diuinus. Eccleſia igitur carnaliũ inqnamentorum maculas odiens,& ſenſualium affectionũ fœditatem abhorrens, caſtitatis & virginitatis ſulgore ornat, & charitate ſui creatoris ardenti, tanquàm nuptiali veſte, ſe ſulcit.[Nobilis in portis vir eius,cùm ſederit cũ ſenatoribus terræ:]Vir Eccleſię Chriſtus eſt,qui in primo ſuo aduentu à Iudæis intantùm contemptus eſt,& tempore paſſionis ſuæ irriſus, vt fateatur in Pſalm.21.Ego aũt ſum vermis,& non homo: opprobrium hominum,& abiectio plebis.De quo Deus pater fatet Iſa.52.Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros adſpectus eius,& forma eius inter filios hominũ.De quo rurſùs Iſa.53. ſcribit:Reputauimus eum quaſi leproſum,& percuſſum à Deo,qui etiã vſque in preſens ab incredulis ſpernitur, atq; à malis Chriſtianis dirè inhonorat. Verùm in die iudicij,quum ſederit cum Apoſtolis, & Prophetis cęterisq; perfectis ad iudicãdũ vniuerſos in portis, hoc eſt,in exitibus vltimis,
Mat. 25. quãdò & hi ibunt ad vitã æternam,hi in æternale ſupplicium:tunc verè nobilis apparebit, & ſummus atq; omnipotens ab omnibus agnoſcet,quãdò vt Iſaias prędixit cap. 41.Ad eum venient, &confundent omnes qui repugnant ei.Deniquè de hoc idem Propheta fatur:Do-
Iſa.3. minus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui,& principibus eius. Vndè &in canonica
Iudę 1.d ſancti Iudæ Apoſtoli:Eccè venit dominus in ſanctis millibus ſuis.Iſti ſunt ſenatores quibus
Pſal.44. prędixit Saluator Mat.19. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. De quibus ait Pſalmiſta: Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Conſueuit autem olim fieri iudicium plebis in vrbium portis, vt dictum eſt ſæpè. Ideò ait:

Nobi-

Nobilis in portis vir eius.[Sindonem fecit,& vendidit:Per Sindonem,innocentia ſeu puritas mentis inſinuatur.Eccleſia autem in baptiſmo innocentiã miniſterialiter facit, quã baptizato vendere perhibet, quia requirit ab eo, vt illã cuſtodiat, atq; operibus ſatanæ prorſùs renunciet.Munditiã quoquè cordis facit in filijs ſuis,quos exemplo & verbo ad illã hortatur,quã vendit eiſdem,quoniã obedientiã exigit.[& cingulũ tradidit Chananæo:]id eſt, conuerſos ex gẽtilitate,docuit lumbos zona caſtitatis præcingere, quibus ſcripſit Apoſto-
lus Epheſi.5. Fornicatio & immunditia nec nominet in vobis. Itemq;: Spiritu ambulate,& Gala.5.
deſideria carnis non perficietis.[Fortitudo & decor indumentũ eius.] Fortitudo vno modo eſt vnum de ſeptem donis. Alio modo eſt virtus cardinalis,& vtroq; modo poteſt hîc accipi. Poteſt etiã hîc ſumi pro conſtãtia cordis,ſeu pro patientia in aduerſis. Decor verò hîc ſumit pro ſupernaturali ornatu gratiæ ac virtutis inſuſæ. Vel pro modeſtia,de qua ait Apoſtolus Philippen. 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Aut pro exteriori venuſtate in omni inceſſu,geſtu & apparatu ac moribus.[& ridebit in die nouiſſimo:]quia tunc
in corpore & anima glorificabit omninò pleniſſimè. Vndè ait Saluator: Beati qui nunc fle- Luc.6.
tis,quia ridebitis.Lętabit quoquè cum viderit vindictã.Hinc Dominus ait electis Malac.4. Pſal. 57.
Salietis quaſi vituli de armento,& calcabitis impios. Et Chriſtus Ioannis 16. Amèn amèn, inquit, dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. [Os ſuum aperuit ſapientiæ:]id eſt, tãta cordis auiditate audiuit ſapientialia verba & ſaluberrima documenta,quòd ex vehementia deſiderij,etiã os corporale aperuit,ſicut aſſeritur Iob 29. Qui me audiebãt, expectabant ſententiã: expectabãt me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebãt quaſi ad imbrem ſerotinum. Poteſt etiã per oris apertionem, præparatio & affectio cordis,quo internũ verbum proferẽ,intelligi. Vel os ſuum aperuit ſapientiæ,id eſt,ad proferendum ac prædicãdum verba ſacræ doctrinæ,& ad honorem ſapientiæ increatæ,de-
uitans proferre verba ſtultitiæ,implens quod ait Apoſtolus:Omnis ſermo malus ex ore ve- Ephe.6.
ſtro non procedat,ſed qui vtilis eſt ad ædificationem,vt det grãm audienti. Vndè & beatiſſimus Archiapoſtolus in prima ſua Canonica ſcribit:Si quis loquit,quaſi ſermones Dei.[& 1.Petr.4.
lex clementiæ in lingua eius:]id eſt, lex Euãgelica, quæ eſt lex totius charitatis & pietatis, non ſtatim vlciſcens,& per pœnarũ temporaliũ terrorem coẽrcens,ſicut lex Moſis,quę fuit lex timoris atq; rigoris.[Conſiderauit ſemitas domûs ſuæ:]per domũ Eccleſiæ, deſignatur cor ſeu conſcientia eius,vel quæcunq; particularis Eccleſia ſibi commiſſa. Conſiderat ergò Eccleſia,id eſt, diligenter examinat, purgat & ponderat omnes cogitationes affectionesq; cordis ſui,nè quid ſponſo diſplicens inueniat in eis, & quicquid agit aut loquit,diſcutit vi
gilanter,iuxta illud Aggei:Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Similiter conſiderat actus Aggei 1.
& mores eorum qui ſibi commiſſi ſunt, & quicquid in eis culpabile viderit, reprehendit. Semitæ quoq; domûs Eccleſiæ, ſunt præcepta Eccleſiaſtica ac diuina, Euãgelica conſilia, & ſalubria documenta,quæ omnia ſapienter penſanda ſunt. Semitas etiam cæleſtis palatij, & gaudia beatorum,& opera ciuium ſupernorũ, fideliter contemplat. [& panem otioſa non comedit:]quia ad ſpiritualium alimenta refectionum,per otium &torporem nequaquàm pertingitur.Sed implere oportet illud Apoſtoli 2.Timo.2.Labora ſicut bonus miles Chriſti. Et rurſùs: Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper. Propter 1.Cor.15.
quod denuò 2.Theſſalo.3.ſcripſit:Qui non * laborat,non mãducet.Itaq; nec corporalem, * vult opę
nec ſpiritalem cibum ſumit Eccleſia otioſe,ſed bonis actibus ſemper intenta,quia & ipſam rari,
manducationem corporalem refert ad Dei gloriã ac honorem. At verò prætacta ſuiſpſius conſideratio,valdè eſt vtilis,dicente Chryſoſtomo: Qualiter in alijs vides tam parua, & in te ac tuis tam magna tranſcurris?Si te diligis magis quàm proximum,quarè illum procuras, non teipſum?Si autem te negligis,manifeſtũ eſt,quòd non ſit procuratio proximi, ſed magis detractio. Cum omni diligentia oportet te inueſtigare quæ tua ſunt, & ità quæ proximi ſunt, decernes. Hic loquitur & Anſelmus: Tam diù peccata propria, quæ nôſſe & flere debet, homo ignorat, quàm diù aliena conſiderat: quòd ſi mores ſuos, ad ſeipſum verſus, adſpiciat,non requiret quod in alijs reprehendat, ſed in ſeipſo quod lugeat. Nihilominùs ſibi commiſſos,quaſi ſeipſum debet,qui præeſt,attendere.[Surrexerunt filij eius,& beatiſſimam prędicauerunt.]Filij & diſcipuli Eccleſiæ,beatiſſimã eam fatent, quotidiè ſurgendo, id eſt,ſe erigendo ad conſiderationem excellentiæ eius in omni gra ac virtute,in numero & eminentia ſanctorum, qui in ea fuerũt, ſunt & erunt. Similiter in die iudicij eã extollent,& in patria beatorum. [vir eius,& laudauit eã:]qa & Chriſtus cã commẽdat multipliciter ac præclarè,vt potiſſimè patet in Canticis.[Multę filię congregauerũt diuitias:]id eſt,congregationes philoſophorum & hęreticorum,in ſtudijs ſuis circa collectionem ſcientiarum &

opum ſeu virtutũ acquiſitarũ, fuerũt feruentes & vigilãtes. [tu ſupergreſſa es vniuerſas:] qa Eccleſia ineffabiliter illas excedit in ſapientia, dignitate & ſanctitate. [Fallax gratia,] id eſt, fauor, acceptatio, lausq; humana, fallaces ſunt & deceptiuę. [& vana eſt pulchritudo:] id eſt, ornatus exterior ſine interiore, color rhetoricus, apparẽtia ſimulatorum, & quicquid caret diuino amore. [Mulier timens Dominum] filiali timore, [ipſa laudabitur:] putà Eccleſia, & quęlibet anima virtuoſa. [Date ei de fructu manuum ſuarum] id eſt, propter merita ſuarum virtutum & actionum, eam laudate & glorificate, ô angeli ſancti & vniuerſi verè illuminati. [& laudent eam in portis] i. in die iudicij, & ingreſſu regni cæleſtis [opera eius:] i. oſtendant eam propter ea quę geſſit, eſſe laude digniſſimam. Opera enim eius ſequunt illam, & vnuſquiſque recipiet à Domino ſecundùm ea quę geſſit.

Apoc. 14. 2.Cor.5.

¶ De alijs expoſitionibus carminis huius: Mulierem fortem quis inueniet? Articulus TRICESIMUSSECUNDUS.

PAtuit iam præcedenti capite, qualiter cãticum iſtud de vniuerſali Eccleſia, & quacunque anima virtuoſa ac ſancta, intelligatur: ex quibus facilimum eſt penſare, qualiter de quacunque fœmina ſancta valeat explanari, applicãdo ad eam in particulari, quę de Eccleſia & anima virtuoſa ſunt dicta in generali. Conſiderando equidem naturales defectuoſitates, fragilitates & infirmitates cuiuſlibet mulieris ac virginis virtuoſę & ſanctę, meritò cum admiratione dicere poſſumus de qualibet tali, Mulierem fortem quis inueniet? Quàm impoſſibile eſt talẽ eſſe, inuenire ac imitari ſine magna & ſpeciali ope & gratia Spiritus ſancti? Cuius precium eſt procùl & de vltimis finibus, ſecundùm expoſitionem præcedentis articuli. Quoniam Chriſtus precium eſt redemptionis non ſolùm totius Eccleſię, ſed & vniuſcuiuſq; membri ipſius. Propter quod dixit Paulus Galat. 2. In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Quocircà ait Chryſoſtomus: Hic eſt effectus ſerui fidelis, vt quod à Chriſto pro omnibus toleratum ac geſtum eſt, quaſi pro ſe ſolo reputet toleratum ac geſtum. Nam & filius Dei ea charitate pro omnibus nobis ſe obtulit, quòd pro vnoquoq; mallet mori, quàm permitteret illum, quantùm in ſe eſt, condemnari. Confidit in ea cor viri ſui. Chriſtus enim in qualibet tali perſona tanto plùs confidere perhibetur, iuxta expoſitionem pręhabitam, quãto ſcit eam ſibi fideliorem, ſtabiliorem, & deuotiorem conſiſtere, & ſpolijs non indigebit: Quoniam omni ſpirituali opulentia impletur deſuper talis perſona. Quę ſiuit lanã, id eſt, virtutes, & opera ouinæ ſimplicitatis, innocentiæ, ac Chriſtianę inſantię, ſicut expoſitum eſt. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, quoniam mens eius ſpiritualibus opibus eſt repleta, & chariſmata ſibi conceſſa, proximis communicauit, aliorũ quoq; virtutes & exempla intuita eſt, hauſit & attulit ſibi. Deditq; prędam domeſticis ſuis, quos ex Legẽdis ac virtutibus conuerſorum ad fidem ac pœnitentiam, lætificauit atq; refecit, iuxta expoſitionem inductam, ex qua omnia iſta ſatis clarè innoteſcunt. De fructu manuum ſuarum plantauit vineam, id eſt, ſuis exemplis, documentis, orationibus ac meritis, multas perſonas ad virtuoſam & religioſam vitam induxit, ità quòd factę ſunt vineę Dei, quia non ſolùm congregationes deuotę, ſunt vineę Domini, ſed & quelibet fructuoſa & virtuoſa perſona appellatã Dei vinea. Vndè & Chriſtus ait Ioan. 15. Ego ſum vitis vera. Surrexerunt filij, id eſt, imitatores ſeu diſcipuli. Cætera ex præinducta expoſitione lympidè patent. Prętereà quidam carmen hoc de ſacra ſcriptura expo nunt, quam nomine mulieris, vel literaliter, vel ſpiritualiter putant intelligendam, vt ſit ſenſus: Mulierem fortem, id eſt, ſacram ſcripturã, quę ſponſa dicitur hominis ſtudioſi, qui eam amoroſo amplectitur corde, facitq; eã prolificare, id eſt, conuertere eos quibus ipſe prędicat eam: quę dicitur fortis, quoniam Deus per infinita & prędara miracula roborauit eandem, iuxta illud Marc. 16. Illi profecti, prędicauerunt vbiquè, Domino cooperãte, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vndè etiam Apoſtolus ait Hebręo. 2. quomodò effugiemus, ſi tantã neglexerimus ſalutem, id eſt, ſalutarem doctrinam & beatitudinem in ea promiſſam, quę in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & virtutibus, & portentis, & varijs Spiritus ſancti diſtributionibus? Quis inueniet, id eſt, quis ad intellectum eius profundum pertinget, & ſecundùm eius documenta ac iuſſa, ſuã in omnibus diriget viam? quaſi dicat, perpauci. Procùl & de vltimis finibus precium eius, id eſt, redemptor, quem ipſa docet eſſe precium mundi, eſt procùl, & de vltimis terminis vniuerſi, putà à ſummo cardine cæli, ſecundùm præcedentis articuli expoſitionem. Confidit in ea cor viri ſui. Vir ſcripturæ, poteſt vocari doctor ſeu prędicator catholicus, ſeu quilibet ſtudioſus, in cuius perſona Sapiens ait: Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea, & quęſiui eam ſponſam mihi aſſumere.

Sap. 8.

Vn-

Vndè dictum eſt ſuprà cap. 7. Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca amicam. Hic vir confidit in ſcriptura, i. per directionem & conſolationem eius, ſperat in tentationibus & aduerſitatibus iuuari, laudabiliter conuerſari, beatitudinem mq; ſortiri. Ideò Rom. 15. ſcriptum eſt: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt per patientiã & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Et ſpolijs non indigebit, id eſt, ex ſcriptura ſacra, omnia ſibi neceſſaria obtinebit: qa & ipſa ſcriptura includit Eccleſiaſtica Sacramẽta, in quibus ſunt remedia vitiorũ, fercula animarũ, chariſmata gratiarũ, quę & obedientibus ſibi promittit, dicens: Primùm quærite regnũ Dei, & iuſtitiã eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Reddet ei bonum, & non malum, id eſt, ſtudioſo ſuo amatori confert intelligentiã & ſalutẽ. Eſt enim lignũ vitę omnibus apphẽdentibus eã. Damaſcenoq; teſte, Scriptura eſt paradiſus deliciarũ, Atq; vt ait Apoſtolus 2. Timo. 3. Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendũ in iuſtitia, vt perfectus ſit homo. Eccè quanta bona dat ſcriptura ſuo amatori ſyncero. Et operata eſt, id eſt, ad operandũ excitat ſuos, & aliquos excitat comminatione & terrore pœnarũ, quoſdã deſiderio prẽmiorũ, nonnullos puro ſummę bonitatis amore, ac ipſo virtutũ affectu. Vndè prẽmittitur: Quęſiuit lanam & linum, i. occupationem honeſtam in actibus innocentiæ, ſimplicitatis, atq; munditiæ. Immò & in exterioribus manualibus, operibusq; vitę humanę neceſſarijs, vt ſunt lanificium ac linificiũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. Quoniã continet in ſe quicqd neceſſarium eſt ſaluti. Sicut in naue onuſta continentur neceſſaria victui, & ſicut per nauem portantur mercimonia ad loca remota: ſic ſcriptura notitiã Dei, & Euãgelicã legem defert ad omnia mũdi regna. De nocte ſurrexit, quia in aduerſis magìs ſuccurrit, & ingruentibus vitiorũ paſſionumq; tenebris, luce ſuæ eruditionis occurrit, reſiſtit, ac prævalet, nocturnisq; horis facit ſtudioſos ad ſtudendũ & orãdum conſurgere. Deditq; prædã domeſticis ſuis, id eſt, naturalem philoſophiã, quã à gentilibus, tanquàm ab indignis poſſeſſoribus abſtulit, ſtudioſis catholicis contulit. Propter quod ſuper Angelicam Hierarchiã aſſerit Hugo, q philoſophis appoſitus eſt labor, nobis verò reſeruatus eſt fructus. Et cibaria ancillis, i. animabus imperfectis, ſeu fœminis ſtudioſis quas reficit copioſè. Conſiderauit agrum, id eſt, cæleſtis patriæ contemplata eſt hęreditatem. Et emit eum, quia pro ea adipiſcenda, docet terrena cuncta deſpicere, carnem domare, immò & abnegare ſeipſum. De fructu manuum ſuarum plantauit vineã. Manus ſcripturę ſunt, qui eã exercent, ſcribunt & docent: quorũ fructu, labore, exemplo ac merito, plantatę ſunt Eccleſiaſticę vineę toto orbe terrarũ, id eſt, particulares Eccleſiæ, religiones ſanctæ, congregationes electæ. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, id eſt, Vim ſuã ſpiritualiter generatiuã omni virtutum munimine confortauit, & ad fructificãdum parauit. Lumbos quoquè ſtudioſorum cingulo caſtitatis pręcinxit. Et roborauit brachium ſuum, fortiter exequendo quicqd iubet aut conſulit. Guſtauit & vidit qa bona eſt negociatio eius, id eſt, per experientiã ſuperne ſuauitatis fecit ſtudioſos cognoſcere, quòd ſalubris ſit prefata agri cæleſtis mercatio. Non extinguet in nocte lucerna eius, id eſt, Lux ſuę doctrinę in aduerſitate non obſcuratur, ſed radiat & confortat. In morte quoquè non deficit, ſed ad lumen gloriæ eleuat ac perducit, & ibi perficitur in æternum. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderũt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi, & palmas ſuas extẽdit ad pauperem, i. ad omnia iſta agenda prouocat & inflammat ſuos diſcipulos, ſecundùm expoſitionem pręcedentis articuli, & eos qui ſpirituali opulentia carent, deceater conſolando, dirigendo, perficiendoque ditat. Non timebit domui ſuę, id eſt, ſtudioſis amatoribus & obſeruatoribus ſuis, à frigoribus niuis, iuxta expoſitionem prehabitã. Immò promittit illis abundãtiam gratiæ in preſenti, copioſamq; gloriã in futuro. Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus, ſicut expoſitum eſt. Veſtem ſtragulatã, id eſt, expoſitionem multiplicem, miro decore ornatã. Fecit ſibi, id eſt, doctores & expoſitores incitauit, & illuſtrauit ad componendum & deſcribendum eam hoc modo. Byſſus & purpura, id eſt, mũditia & charitas. Indumentũ eius, i. indumentũ quo ipſa veſtit & ornat obtemperantes ſibi, ſtudentes in ſe. Nobilis in portis vir eius, id eſt, amator & ſponſus ſcripturæ, virtutibus clarus monſtrabitur. Quum ſederit cum ſenatoribus terræ, i. inter Apoſtolicæ ſanctitatis viros, qui iudicabũt cũ Chriſto. Vel cum prælatis Eccleſiæ, qui nũc habitatores terræ gubernant, inter quos dignus eſt reſidere in portis, id eſt, in iudicialibus locis ac ſolijs, quæ olim in vrbium erant portis. Sindonem fecit, id eſt, ad puritatem inducit. Et vendidit, id eſt, pro ea adipiſcenda laborem indixit, obedientiamque requirit. Et cingulum caſtitatis tradidit Chananæo, id eſt, gentili conuerſo. Fortitudo & decor indumentum eius, quo induit ſuos, ſicut expoſitũ eſt. Et ridebit in die nouiſſimo, i. gloriari faciet ſuos in die iudicij.

Mat. 6. Pro. 3. Luc. 14.

Os ſuum, id eſt, ora ſtudioſorum ſuorum. Aperuit ſapientiæ, iuxta ſenſum articuli præcedentis. Et lex clementię in lingua eius, id eſt, in linguis prędicatorum & diſcipulorum ſuorum. Conſiderauit ſemitas domûs ſuę, id eſt, modum & formam examinandi interiora, docet ac præcipit, dicens: Cuſtodi teipſum & animam tuam ſolicitè. Et panem otioſa non
Deut. 4. comedit, id eſt, non permittit ſtudioſos otioſitati vacare, nec ſine laboribus refici, ſed ſuam promereri annonam. Surrexerunt filij, id eſt, diſcipuli eius, & beatiſſimam prędicauerunt, id eſt, valdè commendauerunt ſcripturam. Vir eius, id eſt, doctor ſeu prędicator, vel theologus ſtudioſus. Et laudauit eam præ cęteris cunctis ſcientijs, tanquàm ſupernaturalem, diuinitùs reuelatam, & ad æternam beatitudinem perducentem ac ordinatam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, id eſt, Philoſophorum ſcripturę collegerunt quaſdam veritatis ac virtutis notitias. Tu ſupergreſſa es vniuerſas, in certitudine, puritate, & dignitate. Eſt enim ſcriptura ſacra, infallibiliter certa, nil falſitatis habens admixtum, & potiſſimè circa increatum obiectum, per ſupernaturale medium. Vndè ait Gregorius: Omnem ſcientiam & doctrinam ſacra ſcriptura tranſcendit, vt taceam, quòd vera prędicat, quòd ad patriam cæleſtẽ inuitat, quòd à terrenis deſiderijs legentis cor reuocat, quòd dictis obſcurioribus fortes exercet, & paruulis humili ſermone blanditur. Nec ſic clauſa eſt, vt paueſci debeat: nec ſic patet, vt vileſcat: ſed ipſo vſu tollit faſtidium, & tanto plûs diligitur, quanto ampliùs meditatur. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Iuxta explanationem prędictam. Mulier timens Dominum, id eſt, ſcriptura ad filialem Dei timorem inducens, ipſa laudabit. Date ei de fructu manuum ſuarum, id eſt, pro notitia fidei, ſuccedat ei notitia facialis, & ſtudioſis in ea, detur beatifica viſio pro mercede. Et laudent eam in portis opera eius: ex operibus etenim, ad quę ſacra inducit ſcriptura, probatur qualis ſit ipſa. Operatio equidem arguit formam, & actio habitũ. Quum ergò vniuerſa quę docet, iubet, conſulitq; ſcriptura, ſint vera, virtuoſa, honeſta, ad perfectiſſimã Dei dilectionem, & plenam ſuiipſius abnegationem, atq; puriſſimam mentis in Deo recollectionem ac ſtabilitionem tendentia, conferentia, ordinata, patet q̃ ipſa ſcriptura ſit prorſùs laudanda, ſacra atq; diuina.

¶Expoſitio eiuſdem Cantici, de glorioſiſſima virgine Maria Chriſtifera.

Articulus Triceſimuſtertius.

SAlomonem præuidiſſe in ſpiritu incarnationem vnigeniti filij Dei, ad ſaluandum genus humanum, ex Canticis Canticorum certiſſimè conſtat. Quòd etiam veram beitatem filij Dei cognouit, clarè patuit octauo, triceſimoq; capitulo. Salomon ergò deſupèr copioſè illuminatus, ſciens mundi ſalutem ex filij Dei incarnatione pendere, nec decens eſſe vnigenitũ Dei incarnari, niſi ex mundiſſima ac virtuoſiſſima muliere, immò & virgine: affectuoſa, admirante, gratulabundaq; mente locutus eſt: Mulierem fortem quis inueniet? quaſi dicat, O vtinàm talis naſcatur ac veniat. O quis eam reperiet & videbit, quę vtiquè niſi à Deo mittatur, & talis ac tanta per ſpecialiſſima gratiarũ chariſmata efficiatur, nunquàm poterit eſſe aut inueniri, quum tanta ſit fœminarum infirmitas naturalis. Procùl & de vltimis finibus precium eius, id eſt, tanta eſt dignitas ac precioſitas fœminæ ac virginis huius, quòd in mundo iſto inferiori, ei nil poterit comparari ſiue æquari, ſed Angelicę dignitati æquaĩ, immò & ineffabiliter antefertur. Confidit in ea cor viri ſui. Poſſet
Mat. 1. hoc accipi de Ioſeph ſponſo virginis benedictæ, qui quanuis eam conſpiceret impręgnatam, à ſe incognitam, confidebat tamen eam ab adulterij culpa immunem, vt aliqui ſancti exponunt. Meliùs autem exponitur de Chriſto, cuius ipſa fuit & eſt ſingularis ſponſa, qui ſciens eam confirmatam in gratia, certiſſimus fuit de omni ipſius fidelitate, profectu, conſtantia. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitę ſuę. Sacratiſſima virgo quanuis non poſſet vnigẽito ſuo reddere æquiualens, & condignũ pro beneficijs ſibi ab ipſo impenſis, attñ totis viribus iugiter reddidit bonũ ei grarum actionis & laudis ardẽtiſſimę charitatis affectũ, honorificentiã prędilectionem, obedientiamq; pleniſſimã, ſed & maternę pietatis obſequium, educationem corporeã, cõtrectationem reuerẽdiſſimam, compaſſionem
Ioan. 19. fideliſſimam, aſſiſtentiam vſque ad mortem omninò fidiſſimam. Nec reddidit ei aliquid malum, quia in omnibus iſtis nil culpæ, nil negligentię aut torporis fuit admixtum. Sed omnia cum viuaciſſima alacritate, cum vigilãtiſſima, diligentiſſima, cum integerrima charitate exhibuit. Vndè prędlariſſimè ei conueniebat, quod Seneca in ſuis ait Prouerbijs: Homo bonus eſt, qui intãtùm perduxit animũ ſuum, vt nõ modò nolit peccare, ſed etiam non poſſit. Item, ſicut formoſa eſt pictura, in qua nulla pars errat: ſic formoſus eſt homo, in quo nulla pars, peccatis fœda eſt. Quę ſuit lanã & linũ, & operata eſt cõſilio manuum ſuarum.

Ad

Ad literam, clementiſſima atq; humilima virgo, quanuis ex ſatis diuitibus parentibus orta, paupertatem tamen elegit, & ſua pauperibus erogauit. Nam & in ſua purificatione non Luc. 2.
quod diuites, ſed quod pauperes offerre ſolebant, legitur obtuliſſe. Nempe & aurum pau- Mat. 2.
lò antè à Magis oblatum, credit iterùm dediſſe egenis. Sicq; que credendum videt, quod operatione manuum ſuarum dignifſimarum, & forſan opere lanæ & lini, neceſſaria conquiſiuit. Ait nanq; Hieronymus: Iudicaturo Domino, lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora feriẽt: potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabũt, quandò veniet filius illius pauperculæ quæſtuariæ, iudicaturus fines terræ. Itaq; virgo ſanctiſſima labores ſuarum manuum manducauit, filium ſuſtentauit, & ex his communicauit pauperibus. Tamen in prouiſione huiuſmodi, cooperabatur & Ioſeph faber lignarius. Et quanuis in contemplatiuæ vitæ exercitijs fuerit perfectiſſima, non tamen abhorruit taliter occupari in vita actiua. Immò in vtraque vita adeò fuit perfecta, quòd exercitatio ſua in vna, non impediuit exercitationem ſuam in alia.

¶Spiritualiter verò quæſiuit lanam & linũ, quoniam quãuis eſſet dignitatis altiſſimę, vtputà vera genitrix veri Dei, comparentaliſq; Deo patri, & omni pura creatura præſtãtior valdè, ingenioſiſſima quoquè & prudens, ac artificioſa, nihilominùs ad omnem columbinam ſimplicitatem, ad ouinã innocentiã, ad profundiſſimã humilitatẽ, ſe totis dedit pręcordijs, excellentiſſimè implens quod ſcriptũ eſt: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Omnia Eccl. 3.
quoquè conſultiſſimè, ac ſumma cum diſcretione peregit. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum. In glorioſiſſima nanque virgine congregauit Spiritus ſanctus omniũ ſpiritualiũ copiam diuitiarũ, fuitq; cunctis virtutibus, donis, fructibus & beatitudinibus in termino excellentiæ excellenter omninò onuſta. Et ſicut nauis defert contenta in ſe, ad loca remota, ſic diuiniſſima virgo exuberãtiam ſuorũ chariſmatũ, vndiquè longiſſimè atq; latiſſimè diffudit, diſperſis cõmunicauit, ità q̃ de plenitudine eius accepimus omnes. Ioan. 1.
De nocte ſurrexit. Non dubiũ quin ſapientiſſima, ſobriiſſima, ac feruentiſſima virgo, modiciſſimo fuerit ſomno contenta. Sicq; horis nocturnis vbertìm vacauit ſacris vigilijs, deuotiſſimè exorãdo, profundiſſimè meditãdo, altiſſimè contemplãdo, Deumq; cũ ſumma alacritate laudãdo. In nocte quoquè, id eſt, in caligine ſeculi hũius, in regione vmbræ mortis, ad lucem fontis æterni ſurrexit, ad omnẽ ſe perfectionẽ erexit, ad deplorandũ peccata mundi perrexit, deditq; prædã domeſticis ſuis. Ipſa nanq; electiſſima Dei, ſuis meritis, orationibus & exemplis, aut etiam hortamentis, multos abſtraxit diabolo, & conuertit, de quorum lucrificatione ſuos refecit familiares, ac alios multos. Et cibaria ſpiritualia dedit ancillis ſuis, præſertìm centumuiginti virginibus, quæ poſt Chriſti aſſcenſionem legũtur ei cohabitâſſe, & eius obſequio intendiſſe, quas ſua ſuauiſſima exemplariſſimaq; præſentia, ſapientiſſimis verbis, ſanctiſſimis actibus abundantiſſimè prorſus refecit. Conſiderauit agrum, & emit illum. Conſiderauit ſuauiſſima virgo gentilitatem errantem, tanquàm agrum ſpinis, tribuliſq; repletũ, & ſuis meritis ac precibus obtinuit ei pro magna parte gratiam conuertentem: ſimiliter patriam regni cæleſtis intentiſſimè, atq; clariſſimè ſpeculabatur, quam ſibi & innumerabilibus alijs, ſeipſam Deo totaliter mancipando, obtinuit. De fructu manuum ſuarũ plantauit vineam: quia præ claritate & ſanctitate meritorũ ſuorum fundauit, conuertit, ſaluauit congregationes innumerabiliũ perſonarũ. Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Tantæ etenim excellentiæ fuit in omni caſtitate, puritate & temperantia, quòd nunquàm inordinatũ ſenſit motum in carne ſua mundiſſima. Fuitq; caſtimonia illa in conceptione filij Dei mirabiliter aucta, q̃ ſua virtute ac influentia intuentes ſic penetrauit, quòd ipſa vnica Dei nunquàm potuit ab aliquo, vt credit, concupiſci. Et roborauit brachiũ ſuum. Ad tantã eqdem ſpũalem fortitudinem, perfectionem, exuberãtiamq; peruenit, q̃ omnem aciem vitiorũ, omnem dæmonũ turbã, omnem perſecutionem & aduerſitatem, tam victoriſſimè ſuperauit, q̃ nuſquàm ſaltem in minimo poterant eam lædere aut nocere, tamq; ſtrenuiſſimè iugiter fuit actibus virtuoſis intenta, q̃ nũquàm vel minima negligentia, diſtractio aut pigritia ei ſubrepſit. Deniquè ipſa eſt virago illa fortiſſima, de qua in Geneſi Do- Gen. 3.
minus dixit ſerpenti: Inimicitias ponã inter te & mulierem, ipſa cõteret caput tuũ, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Guſtauit & vidit, qa bona eſt negociatio eius. Quanto præ cæteris optima virgo, virginea mater, deifera parẽs, fuit dono ſapientię adimpleta, & omnipotẽtis Dei ſecretaria ac conſiliaria prælecta, ac fide formata cũ rationibus credendorũ, & purificatæ intelligentia mentis pleniſſima, tanto ſuauiùs experiebaĩ, affectuoſiùs ſentiebat, ſplendidiusq; cernebat, q̃ ſalubre & bonũ ſit, trãſitoria & carnalia cũcta relinquere, ad mercãdum & obtinẽdũ bona cæleſtia, æternalia, ſpũalia ac diuina. Nõ extinguẽr in nocte lucerna eius.

Cla-

Clariſſima nanq; eius cognitio nunquàm defecit, ſed aſſiduè hîc accepit profectum, & fama eius in toto orbe reſulget, & ipſa totam illuſtrat Eccleſiam: nec tempore dominicę paſſionis, nec in eclipſi tunc facta, nec in triduo mortis filij ſuí, lucerna fidei fuit extincta aut minorata, quàtùm ad habitum. Manum ſuã miſit ad fortia, i. ad arduiſſima ac perfectiſſima virtutum exercitia, ad expugnãdum cum filio ſuo aëreas poteſtates, ità q; meruit regnũ miſericordię ſuper genus humanum, & facta eſt gratię mater, pietatis regina, domina mundi, principiſſa cælorum, angelorumq; Imperatrix. Manum ſuã aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Certũ eſt, q; gratioſiſſima virgo, cuius viſcera erãt in charitatis, pietatis, dulcedinisq; affectum conuerſa ac transformata, totis viribus opera miſericordię corporalia ac ſpiritualia adimpleuit, & vſq; in præſens cunctis peccatoribus quãtumcũquè miſerrimis, vilibus, deſolatis, iniquis, tamen ad ipſam confugientibus, ſuſpirantibus, anhelantibus, manum ſuam pijſſimã porrigit adiutricem. Non timebit domui ſuę à frigoribus niuis. Domus digniſſimę nominæ, eſt tota Eccleſia, cuius ipſa eſt aduocata & rectrix atque protectrix, & * ſpiritualiter hi, qui tota deuotione eam diligunt & honorãt, de quibus ipſa eſt certa, q; ſaluabunt, dummodò perſeuerent. Stragulatã veſtem fecit ſibi, ſicut in Pſalmo de ea cantatur: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate. Omni etenim venuſtate, temperãtia, proportione, intextura virtutũ, donorũ & fructuum fuit eminentiſſimè perornata. Byſſus & purpura indumentum eius. tanta ſiquidem munditia caſtitatis ſplendebat in corpore, & tanto charitatis ardore flagrabat in corde, q; Deus puritatis ac maieſtatis immenſę, dignũ duxit incarnari ex ea, commorari in ea, & conuerſari cum ea, conuerſatione vtiquè filiali, familiariſſima & ſecreta. Nobilis in portis vir eius, ſicut expoſitum eſt. Sindonẽ fecit, & vendidit, & cingulũ tradidit Chananæo. Caſtitatis eñ exemplum & veſtem totius mũditię prębuit cũctis, iuxta expoſitionem prębabitã. Fortitudo & decor indumentũ eius. Nã (vt ait Anſelmus) decuit eã, tanq; matrem Dei, tãta puritate nitere, q; ſub Deo maior intelligi nequit. Os ſuũ aperuit ſapientiæ. Nunquàm enim inſipientię verbum ab ea prolatũ eſt, & verba æternę ſapientiæ, ſ. Chriſti filij ſui, auidiſſimè ſumpſit & conſeruauit, conferẽs ea in corde ſuo. Et lex clementię in lingua eius. Inceſſabiliter enim pro peccatoribus, & pro nobis oñibus intercedit, clementiã ſemper allegãs, & ea quę pietatis ſunt, introducẽs. Cõſiderauit ſemitas domûs ſuę. Fuit nãq; diligentiſſima proprij cordis cuſtos, ad proficiendũ in omni bono, & ſtatum, & vitã ac indigentiã domûs ſuæ, putà Eccleſię, intuetur, vt ei auxiliẽt. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimã prędicauerunt. Omnes enim Chriſti fideles filij, & filię benedictiſſimę virginis, eam aſſiduè beatiſſimam dicunt, per quã reparata eſt ſalus mundi totius, quę fontem beatitudinis Deum adorãdum habere filium eſt electa. Multæ filiæ, ſcilicet virgines ſanctæ, congregauerunt diuitias ſpirituales in magna abundãtia. Tu ſupergreſſa es vniuerſas ineffabiliter nimis, qa (vt ait Hiero.) ſicut cõparatione Dei, nemo bonus, ſic cõparatione gratiſſimę & pamabiliſſimę virginis, nulla ſanctarũ virginũ eſt perfecta, quãuis eximia cõprobẽt. Incõprehenſibilis etem Dei filius incomprehẽſibiliter operabat in matre ſua chariſſima, vt teſtatur Ambroſius. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Iuxta ſenſum præhabitum. Mulier timens Dominum, ipſa laudabitur, ſcilicet Maria Chriſtifera, inenarrabiliter timorata timore filiali ac reuerentiali, qui ex inſpecta infinita excellentia Dei, facit timentem reſilire in propriam paruitatem, qui etiam fuit & eſt in Chriſto, omnibusq; beatis. Date ei de fructu manuum ſuarum. Recepit equidem præmium inæſtimabile, dignum & copioſum, quemadmodùm inæſtimabilis meriti fuit, ità q; quantùm ſine perſonali vnione fieri poteſt, luci increatæ & inacceſſibili videatur feliciſſimè eſſe immerſa, ſecundùm Bernardum. Ad cuius beatitudinis participationẽ meritis eius & precibus perducere nos dignetur Vnigenitus filius eius, qui cum Patre & Spiritu ſancto æternaliter viuit, & vnus eſt omnium Dominus, ac ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

* ſpecialiter

Pſal. 44.

Luc. 2.

ENARRATIONVM IN PROVERBIA Salomonis, Finis.

D. DIO-

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM ECCLESIASTAE,

ID EST, CONCIONATORIS, QVI AB HEBRAEIS Coheleth appellatur, Enarratio.

¶Elucidatio cap. I. Verba Eccleſiaſtę filij Dauid, regis Hieruſalem. Articulus Primus.

VEMÀDMODVM SALOMON TRIA SORTITVS SIT nomina, & iuxta illorum trium nominũ interpretationem tria ediderit volumina, ad tres hominum ſtatus ſpectãtia, introductum eſt ſuprà in exordio expoſitionis libri Prouerbiorũ, ideò illa non videntur hîc repetenda. Itaq; iſte eſt liber ſecundus ac medius Salomonis: qui liber à ſuo authore Eccleſiaſtes, i. concionator interpretatũ: quoniã ſicut concionatoris eſt, in perſonis plurium loqui, & tãdèm concludendo ac definiendo ſententiã, quid tenendũ ſit, determinare, atq; per hoc tumultuãtis ac diſcrepãtis inter ſe turbæ ſedare diſcordiã: ſic Salomon in libro iſto, in perſonis loquiẽtium diuerſorum, diuerſa opinantium ac ſentientium. Et frequenter, quid ſalubriter ſit tenẽdũ, definit, immò in fine voluminis, quid de neceſſitate ſalutis credi & fieri ab vniuerſis oporteat, introducit, dicendo: Finẽ loquendi pariter omnes audiamus: deũ time, & mãdata eius obſerua. Præmittit autem Salomon huic libro ſuo titulum iſtum: ¶ Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem]. i. Verba ſequentia, ſunt verba ipſius Eccleſiaſtæ, vtpotè Salomonis filij Dauid. Et quod ait: Regis, poteſt ad Dauid & ad Salomonem referri. Et quoniam liber Prouerbiorum ſpecialiter circa paruulorum ſeu imperfectorum & incipientium inſtructionem verſaẽ, ideò in illius libri titulo vocaẽ Salomon rex Iſrael, id eſt, duodecim tribuum, per quas communis populus credentium, pro maxima ſuę parte imperfectus ac rudis, ſignaẽ: In prologo autem codicis huius, rex Hieruſalem appellatur: quia per Hieruſalem, tãquàm per metropolitas, id eſt, principalis ac regię vrbis habitatores, ſignificanẽ proficientes, qui tam à vitijs expurgati atq; moralibus virtutibus inſtituti, inſtruunẽ & accendunẽ in libro iſto ad oniũ terrenorũ contemptũ, inuariabilisq; boni conſiderationẽ ac veræ ſalutis affectũ. Porrò in prologo Cantici canticorũ, ipſe Salomon nec rex Iſrael, neq; rex Hieruſalem nuncupaẽ: quia in illo volumine perfectorum, theoricorum continẽ inſtructio ſeu doctrina virorum, quorum ſe regem noluit deſignare, ſed potiùs fratrem, vt ait Hieronymus, qui librum iſtum expoſuit. Cuius expoſitionem Albinus in ſuo ſuper librum iſtum commento, pro maiori parte induxit, elucidauit ac dilatauit. Ait quippe Hieronymus in expoſitione ſua, quã ad ſanctã Paulam Euſtochium q; direxit: Cùm Romæ eſſem, & ſanctæ Bleſillæ legerẽ Eccleſiaſten, vt eã ad huius mundi prouocarem contemptum, & illa omne quod in mundo cernebat, pro nihilo reputaret, ab ea rogatus ſum, vt obſcura quæq; libri huius diſſererem, quatenùs abſq; mea præſentia poſſet intelligere quæ legebat. Itaq; quoniã illa in procinctu expoſitiõis noſtræ ſubita morte ſubtracta eſt, & non meruimus ô Paula & Euſtochium, talem vitæ noſtræ habere conſortem, tantoq; vulnere triſtitiæ tunc percuſſus obmutui: nũc in Bethleem conſtitutus, memoriæ ſanctę illius & vobis, quod debeo, reddo. Præterea ad intelligendum lympidiùs vniuerſa in libro iſto contenta, aduertenda ſunt verba ſancti Gregorij, quarto dialogorum dicentis: (cuius etiam verba Gloſſa & Albinus cõmemorãt) Eccleſiaſtes, inq;t, grecè, cõcionator propriè dicitur. In cõcione verò ſententia promitur, per quã tumultuoſæ turbę ſeditio comprimaẽ. Et cùm multa diuerſa ſentiunt, per concionãtis rationẽ ad vnam ſententiã perducunt. Hic igitur liber idcirco concionator dicitur, quoniã Salomon in eo quaſi tumultuãtis turbæ aſſumpſit ſenſum, vt ea per inquiſitionem diceret, quę fortaſſe per tentationem imperita gens ſentit. Quot enim ſententias per inquiſitionem mouet, quaſi tot in ſe perſonas diuerſorum accepit. Sed concionator verax quaſi extenta manu tumultus omnium ſedat, eosq; ad vnam ſentẽtiam reuocat, cùm in eiuſdem libri termino ait: Finem loquẽdi omnes pariter audiamus: Deum time &c. Si enim in libro iſto per locutionem ſuã perſonas plurimorũ non accepit, cur ad audiendum loquendi finem, omnes ſecum admonuit? Vndè alia ſunt quæ in libro iſto per inquiſitionẽ dicunt, & alia quę per rõnem ad ſatisfaciendũ promunt, alia quę ex perſona hominis

Albinus

Hieronymus

Gregorius

n

minis carnalis & tentati pronunciani, alia quæ ex rationis iudicio proferunt, vt animus à delectationibus compescatur. Nam infrà cap. 5. ait: Hoc itaq; mihi visum est bonũ, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex suo labore. Et tamen posteà cap. 7. subdit: Melius est ire ad domũ luctûs, quàm ad domũ conuiuij. Si enim bonum est manducare & bibere, delectationeq; frui, meliùs est ire ad domũ conuiuij, quàm ad domũ luctûs. Vndè elicitur, q illud ex infirmantium atque carnalium persona intulit, istud verò ex rationis definitione
Eccẽs 7. subiunxit. Nam & causam cur istud sit melius, addidit, dicens: In illa enim, s. in domo luctûs, finis cunctorum admonetur hoĩm, & viuens cogitat quid, *futurus sit. Iterùm cap. 1. ait
*futurum Lætare iuuenis in adolescentia tua. Et tamen paulò pòst subdit: Adolescentia & voluptas vana sunt. Consimiliter concionator iste diuersas tentationum cogitationes exprimens, ait cap. 3. Vnus est interitus hominum & iumentorum, & nihil habet homo iumento ampliùs. Sed ex rationis definitione posteà cap. 6. Quid ampliùs habet sapiens stulto, & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? In qbus verbis declarat quòd hîc non sit vera hominum vita, ad quam obtinendã pergit sapiens post hanc vitã. Postremò, concionator iste
Eccẽs 9. longè inferiùs loqtur: Quodcunq; potest manus tua, instãter operare: qa nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Quomodò ergò vnus interitus est hominis & iumenti? aut quomodò nihil habet homo iumento ampliùs, cùm iumenta post mortem carnis non viuãt, Spûs autem hominum iniquorum post mortem carnis ad inferos deducantur? Has ergò tam diuersas mentis humanę opiniones, diligenter libri huius lector consideret, & quid cui personæ conueniat, penset, nè in Epicuri errorem labatur, qui in delectationibus carnis summum bonum hominis fatebatur. Insuper (sicut aliqui narrant) tempore Salomonis, studium sapientiæ in Hierusalem viguit, & circa hominis felicitatem diuersi diuersimodè opinabãtur, qbusdam eam ponentibus in temporalibus diuitijs, alijs autem in carnalibus delicijs, alijs verò in mundanis honoribus, nonnullis demùm in scientijs speculatiuis, aut practicis acquisitis, qbusdam quoquè in vita præsenti, cæteris in futura. Ideò Salomon in hoc libro quæstionem hanc voluit pertractare, ostendendo quòd in nullo talium, sed in solo Deo, humana consistat felicitas. Veruntamẽ Glossa & Albinus testantur, quòd secundùm Hebræos, Salomon fecit hunc librum pœnitens de suis peccatis, eo quòd in sapientia sua diuitijsque confisus, Deum per immunditiam, idololatriamque valdè offenderat. Salomon ergò experientia longa edoctus, atque ad pristinæ sapientię lumen reuersus, ex plenitudine internæ ac euidentissimæ considerationis variabilium ac sensibilium rerum, in hanc vocem repentè erupit, & conclusionem quam probare voluit, in primis deprompsit, dicendo: [Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes:] Et in signum assertionis ac confirmationis & seriositatis, repetiuit & addidit: [Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.] id est, Omnia ista carnalia & transitoria & mundana, tot vitijs & pœnis, tot instabilitatibus atq; miserijs, tot fallacijs & periculis, tot ignorantijs & inquietudinibus, laboribus, itemq; doloribus sunt repleta, vt aptiùs dici valeant vanitas ipsa, quàm vana, sicut de homine multùm charo dicitur: Tu es amor meus: & de homine multùm turbulento & inquieto, Tu es inquietudo & tribulatio nostra. Iuxta quem modum in Pro-
Pro. 10. uerbijs scriptum est: Gaudium patris, filius sapiens. Filius stultus mœstitia matris. Immò non solùm possunt dici vanitas ipsa, sed & vanitas vanitatum, vt magnitudo ac multitudo vanitatis eorum insinuentur, sicut econtrà dicuntur Cantica Canticorum, quia inter cantica scripturarum, excellentiam sortiuntur. Et rosa, flos florum vocatur, quia pulcherrima inter flores: charitas quoquè virtus virtutum asseritur, vtpotè summa inter virtutes. Denique vniuersa creata, etiã intellectualia & incorruptibilia ac impassibilia, secũdùm se considerata, possunt vana vocari: Primò, quia in ipsis non consistit vera felicitas. Secundò, quia ex nihilo facta sunt, & (quantùm ex ipsis est) ad nihilum tenderent, nec ad momentum possent subsistere, nisi omnipotentia ac beneuolentia creatoris conseruaret ea in esse, prout Augustinus libro de Ciuitate Dei fatetur: Damascenus quoquè libro secundo. Vndè Plato in primo Timæi inducit creatorem superioribus creaturis loquentem: O dij deorum, quorum idem pater opifexq; ego sum, natura qdem (id est, vestra natura) corruptibiles estis, sed mea voluntate incorruptibiles permanetis. Tertiò, qa respectu creatoris, nullius momenti sunt, & potiùs non esse, quàm esse censentur, ità quòd solus Deus dicitur esse & qui est, qui
Exod. 3. Mosi ait: Ego sum q sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Cui sanctus
Psal. 38. Iob loqtur cap. 14. Nonnè tu q solus es? Atq; Psalmista: Substãtia mea tanq̃ nihilũ ante te. Deus enim glorioſus & adorandus, incomparabiliter & prorsùs in infinitũ, omnem creaturã in omni perfectione, dignitate & felicitate excedit, sicq; omni creaturę, etiã beatis in pria, vani-

vanitas quædã inesse & competere perhibet, quæ vanitas non est nisi distãtia ac defectus à vero, increato, & incommutabili esse, prout Alexãder de Hallis, & Dominus Antisiodorensis in Summis suis declarãt. Quartò, quoniã omni creaturæ quædam mutabilitas, immò & quædã mortalitas, fertur inesse: quoniã ad minùs quædã actionum seu intellectionũ & cogitationum vicissitudo, alternatio siue successio, saltem circa obiecta creata, inest eis. Propter quod Apostolus 1. Timo. 6. loquens de Deo: Solus, inquit, habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Veruntamen comparatione creaturarũ cælestiũ perpetuarum & beatarum ac incorporalium, inferiora ista rectè censentur plurimùm vana.

¶Sed his obijci potest, quod Gene. 1. legit: Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erãt valdè bona: quomodò ergò vana & vanitas, immò vanitas vanitatũ? Respondet: Quòd in quãtùm aliqd de perfectione creatoris participãt, ac sibi juicèm pulchrè & sapienter ac multùm vtiliter coordinata existunt, valdè bona dicunt: nihilominùs inquãtùm à creatoris excellentia infinitè deficiunt, & propter alias causas nunc introductas, vana & vanitas, vanitatumq; vanitas nuncupant. Vndè ad Romanos 8. fatur Apostolus: Vanitati creatura subiecta est. Atq; de homine, principali creatura mundi inferioris, fertur in libro Psalmorũ: Homo vanitati Psal. 143.
similis factus est. Et rursùs: Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Ideò Isaias ca & 38.
pit. 40. dissertuit: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt corã eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Hoc, flagellis eruditus Nabuchodonosor (Daniele propheta testãte) fatetur, Dani. 4.
dicẽdo: Oẽs habitatores terræ apud ipsum in nihilum reputant. Hinc, pro vanitas vanitatũ, aliqui trãstulerunt, vapor fumi & aura tenuis, quæ celeriter dissoluunt. Vt vniuersa hęc, instãr fumi transitoria designent, sicut & Iacobus ait Apostolus: Quæ est vita vestra? vapor est, Iaco. 4.
ad modicùm parens, deincèps exterminabit. Deniquè ex horum consideratione debemus nos semper humiliare, qa in nobis & ex nobis vani ac vanitas sumus, atq; à Deo, quicquid boni habemus, accepimus, & ab eius excellentia infinitè deficimus, omnisq; cultus, honor & reuerentia, quos sibi glorioſissimo creatori impendere possumus, in infinitum minores sunt cultu, honore & reuerentia, quibus ipse dignissimus est. [Quid habet ampliùs] q̃ vanitatem, [homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole?] id est, de laboribus quibus circa sensibilia atq; carnalia occupat ad acquirendum diuitias, delicias, aut honores? Finaliter aliud nihil, quàm vanitatem, consequit. Vndè in fine verò pœnitentes, dicturi sunt illud Sapientiæ 5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Immò se taliter occupãdo, vani reddunt, & hauriunt vanitatem. Hinc Hieremiæ 2. loquitur Dominus: Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Talibus clamat Psalmista: Filij hominum vsquequò graui corde, vt qd diligitis vanitatem, Psal. 4.
& quæritis mendacium? Hinc vni talium in Euangelio dicitur: Stulte, hac nocte animam tu Luc. 12.
am repetunt à te: quæ autem parãsti, cuius erunt? Quibus verbis adiecit Saluator: Sic est omnis qui non est in Deo diues. [Generatio præterit, & generatio aduenit:] id est, quidam homines quotidiè moriuntur, & alij de nouo nascuntur, iuxta verbum Iob, quo ait: Conte- Iob 34.
rit multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Et Baruch 3. Exterminati sunt, inquit, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. [Terra autem] elementum [in æternum stat:] id est, elementum terræ, in medio vniuersi perpetuè permanet fixum, ità quòd, quo ad se totum, nequit corrumpi. Et in hoc innotescit vanitas hominum, instabilitas seculi, miseria mundi, quòd homines propter quos facta est terra, moriuntur tam citò, & terra à parte pòst nunquàm destruitur. Vndè fertur in Psalmo 92. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. ¶Mysticè: Præterijt generatio idololatrarum, aduenit generatio Iudæorum, deindè natio tyrannorum & persecutorum, superuenit quoquè generatio varia hęreticorum, nihilominùs terra, id est, Ecclesia militans, vsq; ad finem mundi persistit in fide & charitate. [Oritur sol] omni die de manè super horizontem nostrum motu diurno, quem habet ex circũuolutione primi mobilis, suo impetu secum rapientis & circũmouentis sphæras inferiores cũ suis sideribus & planetis. [& occidit,] descẽdendo ab axe poli, [& ad locum suum] videlicet orientem [reuertitur: ibiq;] renascens, [id est, iterùm nobis oriens & apparens, [gyrat per meridiem,] id est, circũeundo declinat versùs partes Australes & ad polum antarcticum, præsertim in hyeme, & tanto plùs, quanto dies sunt breuiores. [& flectitur ad Aquilonem,] redeundo ad orientem. Itaq; sol qui ad producendum diem hominibus datus est, & ad alia commoda, suo ortu & occasu quotidiè lapsum & alterationem mundi inferioris monstrat & causat: qui per abditas vias ab Occidente in Orientem regreditur, expletoq; circulo suo, quasi de thalamo nouus exurgit.

Quod Salomon ideò tangit, vt doceat nos, variationibus temporũ, & ortu occasuq; solis ac siderũ, vitam labi humanã, & senescere hoiem, dum non pensat. Nempe (vt Aristoteles probat) sol motu suo in circulo obliquo, id est, zodiaco, causa est alterationis, generationis & corruptionis in elementis & mixtis. Obliqua etenim linea, est zona zodiaci circuli, per quam cursus est solis. Idcircò brumali (id est, hyemali) tẽpore ad australia, id est, ad meridiem diuexo tramite vergit sol, & denuò in æstate ad borealia, id est, Aquilonem se flectit, nè sole vno modo currente, alia calor consumeret, alia frigus destrueret. Hinc subdit: [Lustrans] id est, illuminans [vniuersa] corporalia, lucis suę capacia, [in circuitu] mundi inferioris, & sphærarum sub se contentarũ, [pergit] i. mouet & circuit [spiritus] i. sol, [& in circulos suos reuertitur.] Singulis nanq; diebus completur ac mutat circulatio solis, id est, circularis circuitio eius, qua iugiter magis propinquat vel ad tropicũ æstiualem, aut certè ad tropicum hyemalem. Sicq; dum sol maximè declinauerit, rursùs per eosdem circulos seu meatus in zodiaco, ascendit. Et cùm summè ascenderit, mox rursùs incipit declinare. Aut ideò dicitur sol in circulos suos reuerti, quia (secundùm Ptolemæum & alios) sol circulos habet plures, in qbus mouet, putà æquãtem, epicyclum, atq; eccẽtricũ, sicut de hoc Albategni, Albumasar, & alij scribunt diffusiùs. Porrò (secundũ Albinũ & Glossam) Salomon solẽ nominat spiritum, quoniã animat, inspirat & viuificat inferiora, id est, per lumen, motum & influentiam suã, causat in animalibus & mixtis animationem, spirationem & vitã. Quod etiam magnus Dionysius, quarto capitulo de diuinis nominibus, protestat. Propter quod ait Philosophus, q̃ homo generat hominem, & sol. Homo tanquàm agens particulare, sol tanquàm agens vniuersale. Veruntñ sanctus Hieronymus circa hunc locũ ait: Ipsum solem spiritum nominat, q̃ animalis sit, & spiret & vigeat: quo circà multa & magna posset inquisitio fieri. De hoc tamen, an corpora cælestia sint animata, beatus Hieronymus super Esaiam, ambiguè loquit, & magis ad hoc declinare videt, q̃ non. Augustinus verò super Genesim ad literam, & in Enchiridio dicit de hac re esse grãdem & abditã quæstionẽ, quę nec refutãda sit, quousq; falsitas eius certiùs innotescat: nec acceptãda, donèc eius veritas clariùs elucescat, seq; ambigere, an ad beatorũ angelorũ societatem pertineãt sol & luna, ac cętera astra. Rabi Moses verò asserit corpora cælestia esse animata, & creatorem suũ sublimibus canticis esse laudantia. Quod affirmat, ex lege & prophetis probari. Sanctus verò Basilius & Damascenus dicunt omninò contrarium. Thomas autem, quãuis super secundũ Sententiarum in hoc Basilium & Damascenum sequat̃, tamen in Summa contra gentiles, in qua magistraliùs atq; subtiliùs loquitur, dicit, ad christianã religionem non differre nec pertinere, quicquid horum dicatur. Nihilominùs puto securiùs, ad hoc magis diuertere, vt dicant̃ animata non esse. Sed de hoc hîc tantundèm tetigisse sufficiat, de quo Thomas in Summa contra gentiles, & Albertus libro de quatuor coæquæuis, diligenter subtiliterq; loquuntur. Porrò Symmachus pro spiritu transtulit ventum.

Dionysius Hierony.

Augustin'

Basilius. Damascenus.

¶ Spiritualiter sol iustitiæ Christus, oritur electis & bonis, occidit reprobis & iniustis, & venit de summo cælo in terram, atq; in ascensione ad suum redijt locum: ibiq; renascens, id est, indè radios suæ illuminationis diffundens, vndiquè visitat in meridie habitantes, id est, in diuini amoris feruore. Indeq̃ transit ad Aquilonem, id est, ad frigidos & iniquos, quos admonet sæpè, & quos ex eis elegit, attrahit sibi. [Omnia flumina intrant in mare.] Sicut enim principium, ortum, originem fontaliter habent ex magno mari per subterraneas venas, occultásve vias, seu euidentes meatus, sic tãdèm reuertunt̃ in illud. Quod de notabiliter magnis fluminibus potissimè verificat̃. Quæ etsi interdùm videantur absorberi à terra, rursùs tamen erumpunt alicubi, & in oceanum refluunt, ac rursùs ex oceano aquę deriuantur ad terram per alia ac diuersa itinera. Hinc subditur: [Ad locum vndè exeunt flumina,] putà ad oceanũ, [reuertunt̃ vt iterùm fluant:] Hinc asserit Thomas super secundum Sententiarum, quòd & fons paradisi, qui in quatuor capita & magna flumina diuiditur, ex oceano ducit originem. Veruntamen [mare non redundat:] id est, ex tali refluxu aquarum, terminos suos non exit. Circa hoc dicit Glossa Albini: Dicunt Philosophi, dulces aquas quę mari influũt, ardente sole consumi, vel salsuginis maris pabula esse. Sed Ecclesiastes noster dicit, eos per occultas terrę venas ad capita fontium regredi, & de matrice abysso in sua semper ebullire principia. Veruntamen istud à dictis Philosophorũ non dissonat: quia & multi præclari Philosophi asserunt, q̃ de mari per subterranea loca effluant aquæ ad loca remota, quę aquę intrantùm naturaliter possunt ascendere, quàm alta est superficies maris, immò & altiùs: quoniã per terrã manãdo, ipsa sua colatione dulciores reddunt̃ & leuiores aquis maris. Propterea in certis locis erũpunt in fontes & flumina, ex qbus locis tanq̃ altiori bus

bus quadam parte superficiei abyssi, rursùs naturali motu in pelagus refluũt. Et hoc totum ad communem humani generis vtilitatem, ità disposuit infinita, omnipotens, & benuolentissima sapientia creatoris. ¶ Spũaliter, omnia flumina intrant in mare, id est, vniuersa gratiarũ fluenta descendũt in cor humanum, quod instãr maris, profundũ ac imperscrutabile Iere. 17. extat. Et mare non redundat, i. cor humanũ ex hoc præfixos sibi limites non trãscendit, inaniter gloriãdo aut se iactãdo vel intumescẽdo, immò magis humiliat se, & fonti gratiarum tanto plùs gratum ac subiectum esse conat̃, quanto plura & maiora ab ipso beneficia accepisse se intuet̃. Ad locum vndè exeunt, flumina reuertunt̃: id est, sicut vniuersa gratię dona à Deo formaliter oriunt̃, sic ei cum gr̃arum actione sunt asscribenda, & de omnibus ac in omnibus laudandus & glorificãdus est vniuersorũ largitor bonorum. Ideò dicit Apostolus 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Et item: Gratia Dei sum id quod sum. Itemq́ue: 1. Cor. 15. 1. Timo. 1. Soli Deo honor & gloria. Vt iterùm fluant, i. copiosiùs à Deo procedant. Dum enim de acceptis muneribus Deo grati consistimus, maiora ab ipso suscipimus: quia (vt ait Saluator) habenti dabitur, & abundabit. Optima ergò custos gratiarũ, est, beneficiorũ memoria, & recognitio eorundem assidua, quę abundãtiora mereat̃ charismata. Ingratitudo verò, tanquàm ventus vrens ac pestilens, fontem pietatis & gratiæ desiccat, & obstruit ipsi ingrato. [Cũctæ res difficiles] ad intelligendũ perfectè. Vix enim est aliqua creatura tã modica, de qua poterimus reddere rationem in singulis, quę possunt queri de ea, & cuius propriã differentiã, vniuersasq; proprietates, causas & vires assignare poterimus. Ideò scriptum est: Difficilè inuenimus quę in terra sunt, & quę in prospectu sunt, inuenimus cum difficultate. [non potest eas homo explicare sermone:] expressione perfectè notificãte rem ipsam, quia non valemus perfectè intelligere eas. Immò loquutio deficit à plena repræsentatione notitiæ. Horum ratio assignatur, quoniã nostra cognitio intellectiua, incipit à cognitione sensitiua & à posteriore, atq; à notitia accidentiũ rei, in quibus natura agentis non relucet plenariè. Communiter tamen tenent Philosophi, humanum intellectum posse in vita hac ad cognitionem quidditatis substãtiarum materialium peruenire. Aliqui verò addunt, quòd etiã ad cognitionem quidditatis substantiæ separatæ, posset in vita ista pertingere: cuius opinionis sunt Albertus, Vlricus, & alij quidam. Alij econtrariò, vt Scotus, affirmant intellectum nostrũ in hac vita perduci non posse ad alicuius rei creatæ cognitionem distinctam essentiæ. Cuius signum dicit Scotus esse, quòd si simùl ponantur duę hostiæ, quarum vna sit consecrata, alia non, non potest homo per naturalem rationem inter eas discernere. [Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur:] id est, quantũcunq; multa & magna videat oculus corporalis, potest & appetit plura videre. Similiter est de aure. Immò oculus noua & curiosa videndo, sæpè plùs inflammat̃ ad plura huiusmodi intuenda. Simili modo auditus. ¶ Conformiter interior oculus, scilicet intellectus, cognitionibus & scientijs rerum creatarũ non saturatur nec quietat̃: nec potest quiescere, nisi in notitia creatoris. Non ergò in creatis, sed in creatore, consistit felicitas. Iam ergò demonstrauit instabilitatem & variabilitatem assiduã in hominibus cælestibusq́ue corporibus & in aquis: consequenter idẽ ostendit in cæteris generabilibus & corruptibilibus. [Quid est quod fuit?] id est, res generata quę aliquãdò fuit, & modò non est. Ad quod respondet: [Ipsum quod futurum est:] id est, res illa prętérita, est ipsa res futura. Non vtiquè eadem numero, sed specie, sunt homo mortuus, & homo nasciturus, eiusdem naturæ sunt, non vna eademq; persona. Et multò minùs in irrationalibus animalibus, vegetabilibus, & mixtis, quorum formæ substãtiales seu animæ, sunt corruptibiles & mortales, desinentes esse in ipsa corporea morte. Hinc libro de generatione & corruptione probat Philosophus, quòd corrupta non redeunt eadem numero, naturaliter vtiquè: sed miraculosè fieri potest, & factum est sæpè, pręsertim in Euangelica lege. [Quid est quod factum est?] Respondet: [Ipsum quod faciendũ est.] i. eiusdem speciei vtrunq; est, sicut leo natus, & leo nasciturus. [Nihil sub sole nouum:] quum simile eius in specie præcesserit. [Nec valet quisquam dicere] verè & rationabiliter: [Ecce hoc recens est:] id est, indiuiduum alicuius speciei, cuius simile non sit, loquendo de inferioribus istis. Ideo subditur: [Iam enim præcessit in seculis quæ fuerũt ante nos:] i. in generationibus & periodis seu temporibus prętéritis fuit simile eius in specie. Iuxta hunc modum dicimus non esse nouum, dum videmus iustos ab impijs infestari, homicidium fieri, hominem mori, quoniam ista, id est, similia eis in specie, multotiès contigerunt. Hinc quoquè scriptũ est: Cõpleuit Deus die septimo opus suũ quod fecerat, & requieuit ab omi opere quod patrãrat. Non vtiquèex tunc vsque in præsens, à productione nouorum indiuiduorum & suppositorũ, sed specierum nouarum: qa deincèps nihil produxit, cuius simile in specie in

Sap. 9. Mat. 13. & 25. Gene. 2.

operibus ſex dierum non præceſſit. Itaq; locus iſte ſcripturæ, intelligendus eſt ſanè, nè quis ſumat ex eo grauiſſimorũ occaſionem errorũ, & putet cum Epicuro & Platone, eadem numero in mundo hoc renouari poſt certas periodos, aut poſt magni anni reuolutionẽ. De qua Platonis opinione multa recitat Auguſtinus libr. de Ciuitate Dei, & quædam in libr. de Trinitate, ſicut tangetur in fine expoſitionis huius capitis. Nec iteratio iſta conſimilium in ſpecie, intelligenda eſt de ſupernaturalibus & miraculoſis effectibus, ſed iuxta expoſitionem præinductam, de mixtis generabilibus & corruptibilibus naturalibus. Ideò ait Hieronymus: Non putemus ſigna atq; prodigia & multa quæ arbitrio Dei noua in mundo fiunt, in prioribus ſeculis præceſſiſſe, & locum inuenire Epicurum, qui affirmat per innumerabiles periodos eadem his in locis & per eoſdem fieri. Alioquì Iudas crebrò tradidit Chriſtũ, & Chriſtus ſæpè pro nobis eſt paſſus: & cætera quæ facta ſunt & futura, in eaſdem ſimiliter periodos reuoluuntur. Sed dicendum, quòd præſcientia & prædeſtinatione Dei, ea iam facta ſunt, quæ futura ſunt. Prætereà error ille, dicentium eadem numero taliter renouari atque redire, contrariatur ſcripturæ, & in libro Iob multipliciter reprobatur, vt quum ibidèm ſanctus Iob loquitur: Viam per quam non reuertar, ambulo. Et rurſùs: Homo quum dormierit, non reſurget: donèc atteratur cælum, non euigilabit. Nec pœna inferni eſſet perpetua, iuxta illam inſaniã. [Non eſt priorum memoria:] id eſt, illi qui nunc viuunt, non habent memoriam multarum rerum præteritarum. [ſed nec eorum quidem, quæ poſteà futura ſunt, erit recordatio apud eos q futuri ſunt in nouiſſimo.]id eſt, in tempore valdè longo poſt eos. Quia & ipſi obliuiſcentur præteritorum, ſicut & nos. Ex quibus oſtenditur inconſtantia rerum & memoriarum hominum in hoc mundo, & quòd vanum ſit conſtituere ſalutem in iſta permanẽtia, qua homo poſt mortem manet in recordatione & laudibus hominum. Vndè pro magna fama poſt mortem in hoc mundo habenda, multi plurimùm laborauerunt. Conſequenter Salomon ſuſ ipſius exemplo declarat vera eſſe quę dixit, ſcilicet omnia eſſe vana. [Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem.] Dicunt quidam, quòd pœnitentiam agens, ex humilitate ità locutus eſt, quaſi indignum ſe reputãs nomine regis, qui populum ſuum tam enormiter malè viuendo ſcandalizauit. Vel dicendo, fui rex, non excluſit ſe eſſe regem: ſed ideò ait, ſui rex, quia recitat geſta ſua prę terita. Aliqui quoquè reges Iuda ante mortem ſuam reſignauerunt filijs ſuis regnũ. [& propoſui in animo meo quęrere] ſtudendo, ſeu alios interrogando, [& inueſtigare ſapienter] de omnibus quę fiũt ſub ſole:]id eſt, de cauſis & rationibus omnium talium, prę ſertim humanorum euentuum, ſcilicet cur quidam ſic proſperantur, & diu viuunt: alij aduerſitatibus & diffortunijs opprimuntur, cur aliqui virtuoſi, vtilesq; prælati & principes citò tolluntur de medio, alij vitioſi præſidentes, ſubditisq; nociui, diù viuunt, & prę ſunt. Cur quædam animæ infunduntur corpuſculis infantulorum gentilium, nec vnquàm perducuntur ad fidei ſacramentũ, quędam verò animæ infunduntur corpuſculis puerorũ fideliũ. Quanùs emm Salomon habuit de naturalibus & multis ſupernaturalibus, ac myſticis infuſam ſcientiam, non tamen de omnibus talibus occultis Dei iudicijs, de quibus immoderatè ſcrutari, curioſum temerariumq; cenſetur: quia omninò tranſcendit humanæ imbecillitatis capacitatem. Idcircò de talibus cum Apoſtolo eſt dicendum: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprę-henſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Et cum Pſalmiſta: Iudicia tua abyſſus multa. [Hanc occupationem peſſimam] id eſt, curioſam inueſtigationem, & immoderatam inquiſitionem de omnibus quæ fiunt ſub cælo, [dedit Deus filijs hominum] id eſt, permiſit eos ipſam aſſumere, iuxta quem modum ait Apoſtolus: Mittet illis DEVS operationem erroris, vt credant mendacio. Et rurſùs Roma. 1. Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Sic quoquè Iſaias loquitur Deo: Quarè nos errare feciſti de vijs tuis, indurâſti corda noſtra nè timeremus te? [vt occuparentur in ea:] neglectis his quæ pertinent ad ſalutem. Et certè nunc vſq; videmus quàm verè ſit ità, qualiter multi quæſtiones ſine numero multiplicent, & vaniſſimis ſophiſtrijs ac curioſitatibus ſint intenti, omiſſa diuinorum obſeruantia præceptorum: in qua occupatione ſtultiſſima multi quoquè religioſi ſic inuoluunt, quòd obſeruantias negligunt regulares, qui vtinàm illud Eccleſiaſtic. 3. ritè aduerterent. Altiora te nè quæſieris, & fortiora te nè ſcrutatus fueris: ſed quę præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius nè fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Vndè & Apoſtolus Timotheũ diſcipulum monens: Stultas, inquit, & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites. [Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole,] id eſt, conſideraui ea, ſaltem in generali, & multa in ſpeciali. Vel cuncta, i. quędã de oñibus illis, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorũ, iuxta quẽ ſenſum ait Pſalmiſta

Iob 6.
Iob 4.
Roñ. 11.
Pſal. 35.
2. Theſſ. 2.
Iſa. 63.
2. Tim. 2.

miſta Deo: Narrabo omnia mirabilia tua. [& eccè vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritûs:] id vanitas omnibus illis fuit admixta, vanumq; fuit, laborioſum, & animę afflictiuũ, cõſiderationi & perſcrutationi omniũ illorũ inſiſtere. Immò occupatio talis impedit hominem ab vtilioribus & ſalubrioribus actibus, ab exercitio oronis & deuotionis, ab inflãmatione affectûs, ab expurgatione diſcuſſioneq; mentis: qa quo mens circa plura diſtendit atq; diſpergitur, eo minùs circa vnũ illud quod ſummè neceſſariũ eſt, recolligit & conſtabilit. Hinc Apoſtolus Heb. 6. hortat nos, vt quęramus meliora & viciniora ſaluti. Et rurſus Heb. 13. Doctrinis, inqt, varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum enim eſt gra ſtabilire cor. [Peruerſi difficilè corriguntur:] Quia ſunt habituati in vitijs. Difficile aũt eſt conſueta relinquere. Immò ſecundùm Philoſophũ, tales dicunt incurabiles. Veruntã per auxiliũ & miſerationem Spũſancti poſſunt conuerti. [& ſtultorũ infinitus eſt numerus.] Omnis numerus eſt finitus, quũ numerus ſit certa & determinata méſura, ſeu cõputatio rerũ numeratarũ. Quomodò ergò ſtultorũ infinitus eſt numerus? Reſpondendũ, q cuncta creata, finita ſunt, abſolutè loquendo, vtpotè in numero, pondere, & menſura conſtituta. Sed quãtùm ad nos multitudo ſtultorũ eſt infinita, qa innumerabilis nobis eſt, nec numerũ eorũ habemus, ſed Deus eorum numerũ nouit. Stulti aũt, in ſcripturis vocant, vniuerſi q dono ſapientiæ carent. Omnes videlicet q in mortali ſunt culpa, qa in illis puerilitatis vitiũ ſeu inſipientia regnat, quoniã ſummo, infinito & inuariabili bono præferunt vana, carnalia & caduca, ſicut pueri poma & pira auro & gemmis præponũt, ſic ipſi ſenſibilia & terrena, ſpiritalibus & diuinis. Sed quũ Pſalmiſta de electis & ſapientibus dicat, Dinumerabo eos, & ſuper arenã multiplicabunt: videt q ſapientiũ quoquè infinitus ſit numerus. Reſpõdet, q vtiquè innumerabilis nobis eſt multitudo iuſtorũ, ſapientũ & electorũ, nihilominùs multitudo reproborũ ac impiorum multo innumerabilior eſt, qa intantùm eſt maior, vt dicat Saluator Mat. 20. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. [Locutus ſum in corde meo,] i. cogitaui, [dicens] intra me, vel etiã alijs. [Eccè magnus effectus ſum:] Salomon emm fuit rex valdè magnꝰ, famoſus, potẽs, opulentus, & prę ſertim in ſapientia, eminẽs alijs. Ideò ſub dit: [& prę ceſſi oẽs ſapientia, q fuerũt ante me in Hieruſalem:] Immò in toto mũdo non erat tempore ſuo æqualis ei in ſapientia atq; ſcientia, prout tertio Regũ & ſecũdo Paralipomenon ſatìs oſtendit. Quod qualiter intelligendũ ſit, tertio Regũ diligenter expoſitũ eſt. Non emm poteſt illud intelligi de ſapiẽtia, vt eſt donum: qa illa eſt tanto maior in homine, quãto perfectior ipſe eſt in charitate. Ideò ſicut Dauid fuit ſanctior Salomone, ità & ſapientior eo fuit, loquendo de ſapientia quę eſt vnum de ſeptẽ donis. Loquendo aũt de ſapientia & ſcientia, vt ſunt dona gratię gratis datæ, & de cognitione naturaliũ rerũ, Salomon ſapientiſſimus fuit in populo. Potuit quoquè iſtam ſuã excellentiã ſine peccato attendere ac fateri, dummodò eam Deo attribuit, quoniam ex reuelatione diuina ſciuit ſe eam habere. Sic nanq; & Dauid grata ac humili mente dixit ad Dominum 1. Paralip. 17. Feciſti me ſpectabilem præ omnibus hominibus. Apoſtolus quoquè: Noſipſi, inquit, primitias ſpiritûs habentes. [& mens mea cõtemplata eſt multa ſapienter,] de Deo & creaturis, & de Chriſti myſterijs. [& didici,] quia ex infuſa ſapientia profecit, & ſcientiam acquiſiuit maiorem. [dediq; cor meum,] id eſt, intellectum applicui, rogando Deum pro ſapientia infundenda, vel inueſtigando quędã ignota, [vt ſcirem prudentiam,] quę eſt recta ratio agibilium, & docet, quid & qualiter ſit agendum, quid item vitandum. [atq; doctrinam] moralem, ſeu legis diuinæ notitiã, [erroresq; & ſtultitiam] id eſt, errores veritati contrarios, & ſtultitiã ſapientiæ oppoſitã, volui ſcire, ad vitãdum & reprobandum eos, qui niſi agnoſcantur, non euitantur. Eadem tamen, ſecũdum Philoſophum, eſt ſcientia cõtrariorũ. [& agnoui] per experientiã in meipſo, [q in his quoquè eſſet labor, & afflictio ſpũs:] laborioſum emm eſt ità ſtudere atq; proficere, qa (vt ait Philoſophus) ars & virtus ſunt circa difficilia. Per hoc quoquè, q homo acqrit prudentiã & doctrinã, agnoſcit ſuſ ipſius errores prteritos & exceſſus, ex qbus afflictionẽ, contritionẽ, triſtitiã cõcipit, & pro ſuis vitijs ſe affligit, [eo q in multa ſapientia, multa ſit indignatio:] id eſt, quanto quis ampliùs creſcit in ſapientia vera & ſalutari, tanto plùs contra vitia indignatur, & eis ſubiacere abominatr, qa viliſſimũ & ſummè nociuũ eſt ſubijci eis. [& q addit ſciẽtiam,] id eſt, q creſcit in morali doctrina, [addit & dolorem:] quia ex ea ad mœrorem de ſuis peccatis inducit, & mala proximorũ ac mundi miſerias agnoſcendo, auget ſibi dolorem & compaſſionem, fletum atq; triſtitiã. Iterùm qui addit ſcientiam, addit & dolorem, id eſt, dãnationem ſibi adauget, niſi iuxta ſcientiã ſuam viuat, ſicut in Euangelio loquitur Chriſtus: Seruus qui cognouit volũtatẽ dñi ſui, & nõ pparauit, & nõ fecit ſecũdùm voluntatẽ eius, plagis vapulabit multis. Prętereà ſapiẽtia & ſciẽtia acquiſitæ, frequẽter inflant habentẽ: ſi cq; faciũt eum pronum

Pſal. 9.
Luc. 10.
Pſal. 138.
Roñ. 8.
Luc. 12.

ad indignãdum his, qui aliter agunt quàm ſibi placet, qa vult reputari & honorari. Idcircò indignaꝛ eis, à qbus putat ſe paruipendi. Vndè ex indignatiõe ac impatientia incurrit dolorem, i. aſſlictionem interiorem, & anxietatem diſplicentiamq; turbãtem: qbus miſerijs careret, ſi eſſet humilis ac patiens, & ſapientiã quę donũ eſt, poſſideret: Quia (vt legit Iaco. 3. quę deſurſùm eſt ſapientia, primùm qdem pudica eſt, deindè pacifica & modeſta. Poſtremò, in multa ſapiẽtia, multa eſt indignatio: quoniã his q multùm eruditi ſunt, neus grauiſſimè indignaꝛ, ſi prauè & inexemplariter conuerſentur.

¶Expoſitio ſecundi capituli: Dixi ergò in corde meo, &c.

Articulus ſecundus.

HIc multipliciter Salomon docet, non felicitatem, ſed vanitatem, in corporalibus bonis ac delicijs carnis conſiſtere. Itaq; in perſona hominis carnalis imperitiq; loquens, ſubdit: [Dixi ergò in corde meo:] id eſt, ex quo inueni, in ſapientia atq; ſcientia eſſe indignationem & dolorem, non quietem & ſufficientiã ac ſalutem. Nam & ſcientia huius vitę, eſt modica: & quãto qs in ſcientia proficit, tanto clariùs, quantùm à perfecta omniũ rerum ſcientia diſtet. Propter quod dolet, q ad plenitudinem ſcientiæ nequit pertingere. Ideò dixi intra me: [Vadam,] i. ab occupatione circa profectum ſapientię & ſcientię abiens, pergã ad obiecta carnaliũ deliciarũ, [& affluam] id eſt, abundãter vacabo [delicijs] gulæ & luxũs, [& fruar bonis] exterioribus, illis finaliter inhærẽdo. Nam fine fruimur, medijs vtimur. [Et vidi] id eſt, faciliter celeriterq; penſaui, [quòd hoc quoquè eſſet vanitas:] i. impium & brutale, auertens mentem à Deo, & eã infimis rebus omninò im mergens. [Riſum reputaui errorem,] id eſt, erroneum iudicaui, inordinato riſui & ineptis ac diſſolutis lætitijs locum dare. [& gaudio dixi, Quid fruſtrà deciperis:] id eſt, delectationem carnalẽ illicitã reprobaui, eo q fallax ſit, & ad perpetuũ trahat mœrorem. Quũ enim ſimus in ſeculo iſto tanquàm in exilio & loco peregrinationis, valleq; lachrymarũ, vbi actibus pœnitentiæ vacare oportet, non eſt hic locus aut tempus riſuum & iocorum, ſiue inanium gaudiorum, ſed implere oportet, quod per Iohelem Dominus exhortaꝛ: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Ad Corinthios quoquè ſcribens Paulus, docet & monet: In omnibus, inquiens, exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in anguſtijs, in neceſſitatibus, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spũſancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitię à dextris & à ſiniſtris. Hinc loquit Ieremias: Vſquequò delicijs diſſolueris filia vaga? Atq; in Euãgelio veritas: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Ideò Iacob. 5. ſcriptum eſt: Agitè nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs quæ aduenient vobis. [Cogitaui in corde meo, abſtrahere à vino] id eſt, omni potu inebriatiuo & delicioſo, inflammatiuo & calido abſtrahere [carnem meã, vt animum] id eſt, intellectum [meum transferrem ad ſapientiam] ad quam obtinendam tanto aptior fit anima, quanto corpus à delectationibus carnalibus amplius elongatur. Qui enim amat vinum & pinguia, non erit ſapiens. Vndè Iob 28. habetur: Sapiẽtia non inuenitur in terra ſuauiter viuentiũ. Iſaię quoquè 28. inducitur: Quem, inquit, docebit Dominus ſcientiam? & quem intelligere facietaditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus. [deuitaremq; ſtultitiam,] id eſt, inſipiẽtiam & peccata, preſertim vitia carnis, in quibus ratio totaliter abſorbetur. [donèc viderem,] id eſt, verè cognoſcerem, [quid eſſet vtile filijs hominum,] ad obtinendum veram ſalutem: [quo facto opus eſt ſub ſole] id eſt, quibus operibus neceſſè ſit hominem in hac vita eſſe intentum, ſi debeat ſaluari, [numero dierum vitę ſuę] i. ſi durãte hac vita, in qua ſola eſt tempus merendi ac demerendi, velit beatitudinẽ promereri. Et vt tandèm per experientiã deuenirem ad certam veritatis notitiã, feci quod ſubdit: [Magnificaui opera mea,] id eſt, per manum & induſtriam artificum iuſſi mihi fieri diuerſa opera magnę excellẽtiæ. De qbus ſubiungitur: [Aedificaui mihi domos.] ędificauit etenim pulcherrimum templum, preciоſiſſimum palatium, & domum ſaltũs Libani, prout tertio Regum ſcribitur:] & plantaui vineas] in montibus. [Feci hortos & pomeria, & conſeui] id eſt, complantaui [ea cuncti generis aroribus:] quę apud nos poterãt inueniri, & digne apparuerunt in regalibus pomœrijs ſtare. [extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyluã lignorũ germinãtium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiã habui. Arméta quoquè & magnos ouiũ greges, vltra oẽs q fuerunt ante me in Hieruſalé. Coaceruaui mihi argentũ & aurũ, & ſubſtãtias regũ & prouinciarum:] Textus iſte, hiſtoricus eſt & planus. [Feci mihi] i. procuraui [cãtores & cãtatrices,] vt per melodiã & cantũs dulcedinẽ mulcereꝛ auditus, [& delicias filiorũ hominum,] i. obiecta dele-

Iohe. 2.
2. Cor. 9.
Iere. 31.
Luc. 6.

delectationum omniũ ſenſuum exteriorum, in qbus maior pars hominũ querit reſolui ac deliciari: qui magìs vocandi ſunt filij hominũ, quàm filij Dei, ſicut Geneſis 6. legit de filijs Dei, filiabusq; hominũ. De talibus eñ hominibus ait Propheta: Deus diſſipauit oſſa eorũ, q hominibus placent. Et Paulus Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chri ſeruus non eſſem. Porrò de filijs Dei, i. virtuoſis hominibus, ait: Ego per omnia omnibus placeo. [Scyphos & vrceolos in miniſterio ad vina fundenda, & ſupergreſſus ſum opibus omnes q ante me fuerũt in Hieruſalé. Sapiẽtia quoq; perſeuerauit mecũ.] Mirũ quõ inter tot carnalitates & vanitates ac curioſitates, ſapientia mãſerit ſecũ. Sed certũ, q quàm citò in mortalia corruit vitia, ſapientiã quę eſt donũ, amiſerit: qm̃ ſapientia illa non poteſt eſſe informis, nec ſine charitate habeꝛ. Sapiẽtia aũt informis, q eſt donũ gr̃æ gratìs datæ, potuit ſecũ perſeuerare. Sicut & nunc multi Theologi & Iuriſtæ, non mediocriter docti & prompti in allegãdo ſcripturas & documenta patrũ ac iura, q tamen ſunt deteſtabilis vitę. [& omnia quę deſiderauerũt oculi mei,] i. ad quorũ concupiſcentiam incitabar per viſum, [non negaui eis: nec prohibui cor meũ, quin oñi voluptate frueꝛeꝛ, & oblectaret ſe in his quę præparauerã.] Et certiſſimè hoc peſſimùm fuit, tam irrefrenatè vacare libidini: & tamen fecit hoc infatuatiſſimus ac libidinoſiſſimus iſte, totus deteſtabilis factus. Propter quod iuſto Dei iudicio permiſſus eſt cadere in idololatrię ſcelera. Sed planè non ſine grãdi cauſa, permiſit omnipotens Deus hominum gubernator tantę ſapientię virum cadere tam extremè, ſed vt omnes nos, agnoſcentes virum illum ſapientiſſimũ taliter corruiſſe, iugiter timorati atq; ſoliciti ſimus corã altiſſimo, nec in ſua qſquam preſumat ſcientia, nec ſine proprię fragilitatis conſideratione, preſumat alios informare, hortari, corripere. [Et hanc ratus ſum partem meam] id eſt, iſtud reputaui pręcipuum bonum meum, [ſi vterer labore meo:] id eſt, ſtructuris, culturis, & obiectis cæteris deliciarum mearum ad libitum vterer, quod eſt frui eiſdem. [Cumq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera quę fecerãt manus meæ, & ad laboreſ in qbus fruſtrà ſudaueram,] id eſt, cùm prędicta facta mea & vſum ac fruitionem eorum acutiùs conſideraſſem, [vidi in omnibus vanitatem] id eſt, deceptionem, iniqtatem, inquietudinem, [& afflictionem animi.] Nam quanuis ad horam delectent, tamen delectatione expleta, ſequuntur multa & magna incommoda, pœnitudo & remorſus, damna, diffamia, hebetudo, diſcraſia & reatus mortis æternæ, amiſſio ſummi boni, ſpoliatio gr̃æ, dominium principis tenebrarum, iugumq; vitiorũ. [& nihil permanere ſub ſole.] Pœcedenti dixit cap. Terra in æternũ ſtat: terra autem ſub ſole eſt, quomodò ergò nunc ait, nihil permanere ſub ſole? Sub ſole quoquè ſunt, nõ ſolùm ignis, aër, aqua, tria elementa perpetua, ſed & luna cum ſphæra ſua, quam Ariſtoteles poſuit proximam ſphærę ſolis. Immò Venus atq; Mercurius, ſecundùm Ptolemęum, qui ſolem aſſerit eſſe in medio planetarũ, quod teneꝛ communiùs, & creditur veriùs. Quum itaq; cæleſtia corpora incorruptibilia ſint, quomodò nihil manet ſub ſole? Reſpondendũ, quòd ſub ſole dicitur nil manere, quia contenta ſub ſole, ſubiacent mutationi ſecundùm locum & ſitum, aut ſecundùm formam & eſſe, ſiue pro parte ſua, ſiue ſecundùm ſe tota. Et quanuis quędam cæleſtia corpora ſint ſub ſole, propriè tamen dicuntur eſſe ſub ſole, quę ſubiacent influentię ſolis, recipiendo peregrinas impreſſiones, & quantùm ad generationem & corruptionem. His ergò relictis, [Tranſiui] id eſt, mentem erexi [ad contemplandã ſapientiam] id eſt, ad conſideraudum dignitatem ipſius, vt eam amplecterer, [erroresq; & ſtultitiam,] vt eos vitaꝛeꝛ ac reprobarem. [Quid eſt, inquã, homo, vt ſequi poſſit regem factorem ſuum?] id eſt, cùm homo ſit carnalis, mortalis ac fragilis creatura, non videtur quòd valeat ſuo creatori regi ſeculorum immortali, inuiſibili, adhærere, ſeruire, aſſimilari. Iſtud loqtur Eccleſiaſtes in perſona quorundam, dicentium hominem (quum ſit mortalis & corporalis) non debere niſi corporalia atque mortalia querere, iuxta illud: Cùm ſis mortalis, quę ſunt mortalia cura. Cuius arroris princeps fuit Simonides, quẽ in Ethicis Ariſtoteles reprobat, eo quòd nobilior pars hominis, ſ. intellectus, ſit immortalis, diuinus, immaterialis. Ideò homo debet ſummè exquirere diuinorum notitiam & amorem. Et quanuis non poſſit ſuo creatori per æqualitatem aſſimilari, ſicut ipſe per Eſaiam teſtatur, dicens: Cui aſſimilãſtis me, & adæquãſtis me? Et rurſùs: Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Nihilominùs tamen poteſt ei (auxiliante gratia) finaliter adhęrere, reuerenter ſeruire, per contemplationem & dilectionem imitatiuè aſſimilari, tanquàm ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus. Vndè in Timæo aſſerit Plato, quòd nobis eſt cum dijs conſortium quoddam diuinitatis, & parilitas nominis. In Phædrone quoquè teſtatur: Diuino, immortali, & ſemper eodem modo ſe habenti enti, ſimilis eſt anima. [Et vidi quòd tantùm pręcederet ſapientia ſtultitiã, quantùm differt lux à tenebris:] id eſt, intellexi q ſapientia tantùm, immò

Pſal. 52.
1. Cor. 10.
3. Reg. 10.
Mich. 6.
Iſa. 40.
Ibid.

& plùs, præſtátior eſt ignorátia & errore, quátùm lux caligine. Inter quæ tantùm intereſt, vt dicat Apoſtolus 2. Cor. 6. Quæ conuentio luci ad tenebras? Ideò ſapientũ eſt, oculos cordis ſemper ad lucem veritatis, & ad virtutũ ſplendorem attollere: Stultorũ verò, in tenebris vitiorum & falſitatis caligine volutari. Hinc ſequitur: [Sapientis oculi in capite eius:] quia exteriores oculos ſuos eleuat ad cæleſtia intuenda, quatenùs ex illorũ intuitu, ad creatoris contéplationem, eius interiores oculi eriganť, iuxta quod Iſa. 40. legitur: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte qs creauit hęc. Vel interiores oculi ſapientis ſunt in capite, id eſt, in corde ipſius, hoc eſt, in parte intellectiua, in qua ſunt tres ſuperiores animæ vires, in quibus ſuperbenedictæ Trinitatis imago relucet, quæ vacant diuinis.

¶Rurſùs oculi ſapientis ſunt in capite eius,] id eſt, in Chriſto, qui eſt caput cunctorũ fidelium, in quo ſapientes interiores oculos ſuos defigũt, iuxta illud Pſalm. 24. Oculi mei ſemper ad Dominũ. [Stultus in tenebris ambulat:] id eſt, per deuia vitiorum, ignorãtias & errores graditur ad infernũ. Vndè Prouerb. 4. habeť: Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectã diem. Via autem impiorũ tenebroſa, neſciunt vbi corruunt. [Et didici quòd vnus vtriuſq; eſſet interitus:] Quum præfatã ſapientiæ eminentiã conſideraui, occurrit mihi quòd eodem modo mori & deficere videť ſapiens atq; inſipiens: quia in morte ſapientis non videť ſpũs remanẽs magis, q̃ in morte inſipientis: & interdùm eodẽ pe riclitanť naufragio, eodẽ inuoluunť incẽdio, ac vno gladio feriunť. [& dixi in corde meo:] in perſona hominis imperiti carnalis. [Si vnus & ſtulti & meus] qui ſapiens ſum, [occaſus] id eſt, interitus [erit] ſeu finis, [q̃d mihi prodeſt, q̃ maiorem ſapientiæ dedi operam,] quàm ſtultus, quum neuter noſtrũm habiturus ſit præmiũ poſt hanc vitã, anima exiſtente mortali? vt æſtimãt imperiti. [Locutusq; cum mente mea,] id eſt, intra me conferẽs, [animaduerti q̃ hoc quoquè] ſ. ità ſentire, [eſſet vanitas:] id eſt, peſſimus error. [Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in̄ perpetuum:] id eſt, diuerſa erit recordatio de ambobus, non
Sap. 4. conformis, quoniã ſapiens in refrigerio & beatitudine erit, ſtultus in damnatione æterna.

¶Aliqui verò exponunt ſic: Animaduerti q̃ hoc quoquè, ſ. maiorem ſapiẽtię operã dare, eſſet vanitas, loquẽdo in perſona carnalis. [Non em̄ erit ſapiẽtis memoria ſimiliter & ſtulti] id eſt, amborũ memoria ſimili modo peribit. [& futura tempora obliuione cuncta pariter operient] i. tãdèm in futuris temporibus obliuioni tradenť cuncta quæ interìm fiunt, ità q̃ erunt ſicut quæ in tenebris penitùs latent. [Morič doctus ſimiliter vt indoctus:] Nam quantùm ad corpus, non videtur differentia mortis, nec animæ patet egreſſus. Immò ſapiẽtes, docti & iuſti, interdùm violenta & morte decedunt horribiliori, quàm indocti & vitioſi. [& idcircò tæduit me vitæ meæ,] propter tot mala vitæ huic annexa, me inquã [videntem ma la vniuerſa eſſe ſub ſole:] id eſt, vana atq; aliq̃d mali pœnæ vel culpæ admixtum habentia. Quanuis em̄ vita ſit appetibilis per ſe, tamen propter aduerſitates & prauitates annexas po teſt in tædium verti. Propter quod dixit Helias 3. Re. 19. Sufficit mihi, Dñe, tolle, queſo, ani
Iob 4. mã meã. Iob quoquè: Soluat Deus manum ſuam, & ſuccídat me. Atq; Apoſtolus 2. Cor. 1.
Pſal. 141. Supra modum (ait) grauati ſumus ſupra virtutem, ità vt tæderet nos etiam viuere. [& cuncta vanitatem & afflictionem ſpũs:] id eſt, aliquo modo afflictiua cordis, iuxta expoſitionem inductã. Vndè orauit Pſalmiſta. Educ de cuſtodia, id eſt, de carcere animã meã, ad confitendum nomini tuo. Et Paulus Rom̄. 7. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Hinc dixit & Ionas: Meliùs eſt mihi mori, quàm viuere. ¶Conſequenter ponit vnum miſerabile malũ, quod multis contingit parentibus. [Rurſùs deteſtatus ſum] id eſt, miſeram reputaui [omnem induſtriam] id eſt, prudentiã [meam,] quam habui in congregando opes terrenas, [qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laborauí] pro acquirendis diuitijs, [habiturus hæredem poſt me, quem ignoro,] id eſt, de quo neſcio, [vtrùm ſapiẽs an ſtultus futurus
3. Reg. 11. ſit:] id eſt, quod horum duorũ ei conueniet. [& dominabiť in laboribus meis, q̃bus ſudaui & ſolicit⁹ fui.] i. in diuitijs meis, à me laborioſè adeptis. [Et eſt qcquã tã vanũ?] Quaſi dicat: Iſtud eſt valdè inane ac doloroſum. Iſtud quoquè accidit Salomoni, cuius ſucceſſor & hęres Roboam, rudis & ſtultus fuit, & à rege Aegypti pro parte depauperatus, vt legiť 3. Reg. 14. [Vndè ceſſaui] à tali diuitiarũ collectione. [renunciauitq; cor meũ vltrà laborare ſub ſole] pro opibus congregãdis, eo q̃ filij parentũ taliter theſaurizantiũ & congregantiũ, bona à
Pro. 13. parentibus congregata, malè conſumũt, qa faciliter ad manus ſuas deueniũt, prout dictum eſt pleniùs ſuper illud Prouerbiorũ, Subſtãtia feſtinata minueť: quæ aũt paulatìm colligitur manu, multiplicabiť. [Nam cùm alius] i. alter aliquis [laboret in ſapientia & doctrina,]vt ſ. ſapiẽs ſit & doctus, [& ſolicitudine] i. cura pro temporalibus rebus, & [homini ocioſo quę-
ſita dimittit:] i. ea quæ ipſe ſolicitè acquiſiuit, relinqt homini negligenti ac pigro, qui ea pro-

prodigaliter carnaliterq; conſumit. [& hoc ergò vanitas eſt & magnũ malum:] Vanitas eſt, quoniã caret fine intento à congregãte, q̃ intendebat ea relinquere digno & ſapienti ſucceſſori, ac pro ſtatu honeſto per eũ ducendo. Eſt etiã magnũ malum, qa multùm pœnale parenti, ſi eo viuente & ſciente, hęres ſuus ſic deuoret bona ſibì à patre collata. Quòd ſi pater iſta non ſciat, nec viuat dum fiunt, tamen adhuc viuens, timendo de hoc, affligebať: ſucceſſori verò taliter conſumenti bona ſibi relicta, iſtud eſt magnũ malum culpabile. [Quid em̄ proderit homini] cuicũq;, id eſt, quã vtilitatem conſequiť homo quicunq; auarus & tenax. [De vniuerſo labore ſuo,] quo pro diuitijs laborauit, vel de ipſis diuitijs laborioſè collectis, [& afflictione] id eſt, ſolicitudine & anxietate [ſpiritũs] id eſt, animę ſuæ, [qua ſub ſole cruciatus eſt] propter iſta terrena, quę cum labore acquirunť, cum timore poſſidentur, cum dolore & triſtitia amittunť? [Cuncti dies eius doloribus & ærumnis] id eſt, miſeris curis, maliſq; pœnæ & culpæ [pleni ſunt:] Hoc eſt, Ipſemet in diebus ſuis his calamitatibus adimpleť. Tempori em̄ aſſcribunť ea, quę fiunt in tẽpore, ſicut ait Saluator: Sufficit diei ma- Mat. 6.
litia ſua. Et, craſtinus dies ſolicitus erit ſibijpſi. [nec per noctem mente requieſcit:] quia in lecto corporaliter requieſcens, corde ſolicitať, nè ſurto q̃d perdat, & qualiter plura adipiſcatur, aut pertinentia ſibi diſponat. Vndè aſſerit Dominus: Aerumnę ſeculi, & deceptio di Marc. 4.
uitiarum, & circa reliqua concupiſcentię, ſuffocãt verbum Dei. [Et hoc] ſ. per noctem non quieſcere mente, & taliter propter temporalia cruciari, [nonnè vanitas eſt?] qa à vera beatitudine impedit hominem. [Nonnè melius eſt comedere & bibere] id eſt, rebus conceſſis ad competentiã vti, [& oſtendere animę ſuę bona de laboribus ſuis?] id eſt, vitam ſuam refi
cere, & ſeipſum conſolari, ex bonis ſibi collatis, ità vt habens victũ, & q̃bus tegatur, conten- 1. Tim. 6.
tus ſit, & quiete veſcať, prout in Prouerbijs dictum eſt: Diuitias & paupertatem nè dederis Pro. 30.
mihi, ſed tribue tantùm victui meo neceſſaria. Vndè ſubiungitur: [& hoc de manu Dei eſt.] id eſt, ità refici & contentari, eſt beneficiũ Dei, immò & donum gratiæ eius, ac meritorius actus, ſi fiat ex charitate. [Quis ità vorabit] id eſt, tam abundãtem prę parationem ciborum habebit, [& delicijs affluet] in vſu fœminarum & virginum, [vt ego] Salomon? De cuius quotidianis cibarijs & vxoribus & concubinis, tertio Regum & ſecundo Paralipomenon ſatis conſcriptũ eſt. Et tamen ego in talibus ità expertus, diffinio ac proteſtor, quòd in ipſis non felicitas, ſed vanitas ſita eſt. Quaſi dicat: Mihi in his expertiſſimo credendum eſt. Ideò concludendo ſubiungit: [Homini bono in conſpectu ſuo,] id eſt, homini verè virtuoſo, [dedit Deus ſapientiam,] id eſt, ſapidam diuinorũ notitiam, prout ſapientia eſt donum, [& ſcientiam,] id eſt, infuſam notitiã de rebus creatis, quòd in eis non ſit finis vltimus conſtituendus: quæ ſcientia etiam donum eſt, & omnibus habentibus charitatem ineſt, ſicut &
cętera dona. [& * lætitiam,] id eſt, ſpiritalem conſolationem, & gaudium in Spiritu ſancto, *intelligẽ
ità quòd hilariter ſeruit Deo. [Peccatori autem dedit afflictiõem,] id eſt, pœnales affectio- tiam
nes, vt ſunt, timor, dolor, triſtitia, conſcientiæ quoquè remorſus. [& curam ſuperfluam] circa ſpiritualia & terrena, & de vitãdis periculis ſeu vita productiori. [vt addat] terrena terrenis, [& congreget] in repoſitorijs ſuis, [& tradat ei q̃ placuit Deo:] id eſt, relinquat ea ità, quòd (Deo ſic ordinãte) deuoluanť in vſum hominis iuſti, eis condigni, quanuis hoc fiat
præter ſeu contra voluntatem & intentionem hominis cupidi, qui ea reliqt, atq; ad vſum
alium ordinauit, quemadmodùm bona Chananæorum deuenerũt in vſum filiorum Iſrael, Ioſu. 16.
& opes Nabal, in vſum Dauid. [ſed & hoc vanitas, & caſſa ſolicitudo mentis,] videlicet tam 1. Reg. 25.
ſolicitè congregare diuitias, nec vti eiſdem: ſed relinquere eas his, q̃bus non ſauet, neq; cognouit. Itaq; homini virtuoſo dat Dominus conſolationem internã, ſicut teſtať hoc ipſum
expertus: Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuę læ- Pſal. 93.
tificauerunt animam meam. Et alius: Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ità & per 2. Cor. 1.
Chriſtum abundat conſolatio noſtra.

¶Elucidatio capituli tertij: Omnia tempus habent, &c.

Articulus Tertius.

RVrſùs hìc docet ex fluctuatione omnium inferiorũ, non eſſe veram mentis quietem in eis: [Omnia tempus habent,] i. vniuerſa ad regionem actiuorum & paſſiuorũ pertinentia, & ſub cæleſtibus ſphæris contenta, tempori ſunt ſubiecta, & tempus habent ſuę durationis: qa & elementa, pro parte alterantur & corrumpuntur ab inuicèm, durante ſtatu ſeculi huius. [& ſuis ſpatijs] id eſt, periodis, locis ac durationum menſuris, [tranſeunt] i. ſubſiſtũt, mouentur, ac defluunt [vniuerſa ſub cælo] id eſt, contenta ſub orbe cæleſti. [Tempus naſcendi,] id eſt, à creatore & inſtitutore naturę ordinatum atq; præfixum eſt, intra quantum tempus, corpus rei generandę formetur ac diſpo-

na-

natur ad suæ formæ substantialis susceptionem, quam accipiendo generatur, saltem in vtero, seu occultè: quoniã generatio, est, ꝓductio rei in esse simpliciter, hoc est, in esse substantiali specifico. Et quãdò res talis erumpit in lucem, dicit generatio ex vtero, seu aperta. quæ est potiùs manifestatio generatiõis ꝓcedẽtis, quàm generatio propriè dicta: [& tẽpus moriendi:] quãdò complexio prorsùs corrumpit, & naturalis deficit calor. Constituta est autem rebus certa periodus, i. mensura durationis ac vitæ inter natiuitatem & mortem, quæ periodus in diuersis multipliciter variat, siue ex naturalibus causis, iuxta complexionũ varietatem, siue ex dispositione prouidentiæ creatoris, qui iuxta moderamen suæ sapientiæ, infinitæ, in diuersis hominibus diuersimodè misericordiã ac iustitiam suam declarat. Hinc
Iob 14. sanctus Iob loquit Deo: Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. [Tempus plantãdi] herbas ac arbores, quod in Vere fieri solet, [& tempus euellendi quod plantatum est.] Tempus occidendi reos, secundùm iuris tenorem, seu aduersarios, præsertim incredulos in iusto & publico bello. [& tẽpus sanãdi eos q̃ vulnerati effugerint, veniamq; petierint, & ex rationabili causa sunt reseruãdi in vita. [Tempus destruendi] Aduersariorum fortalitia, seu ædificia valdè collapsa. [& tempus ædificãdi. Tempus flendi] propter propria vel aliorum peccata, dãna, aut funera. [& tempus ridendi.] quia interdùm oportet vti moderato solatio, & in actibus virtuosis gaudẽdũ est. Hinc ait Apostolus Rom. 12. Flere cum flentibus, & ridere cũ ridentibus. Christus quoquè Luc. 6. Beati, inqt, qui nunc fletis, quia ridebi-
Iob 8. tis. Est enim aliqs bonus risus, de quo in libro Iob scriptũ est: Donèc impleat risu os tuum, & labia tua iubilo. [Tempus plãgendi] propter temporalia mala, [& tempus saltãdi] ex ple-
2.Reg. 6. nitudine deuotiõis, sicut Dauid ante arcã Dei saltauit. Vndè & Malach. 4. ferit: Salietis quasi vituli de armẽto. In nuptijs quoquè solet saltatio seu chorizatio moderata admitti. Verùm in chorizatione, mediũ rarò aut nũquàm seruat, & plurima mala se misceant ei communiter. Propter quod ait Chrysosto. Non dedit nobis natura pedes, vt saltemus cũ camelis, sed vt saltemus chorũ cũ angelis. [Tempus spargendi lapides] in iusta destructiõe castrorũ, ciuitatum, domorũ, [& tempus colligendi] lapides, ad reædificãdum destructa, vel ad alia construenda, quẽadmodùm 3. Reg. 15. narrat de Asa rege, q̃ misit in omnem Iudã, dicens: Nemo sit excusatus, quin s. veniat ad destruendũ constructa à Baasa rege Israel, ex q̃bus Asa construxit tunc alia. [Tempus amplexãdi] desiderio prolis ad Dei obsequium educãdæ, vel ad
1.Cor.7. reddendum debitũ carnis, siue ad vitãdum malum fornicationis in cõpare, sicut ait Apostolus: Vxori vir debitũ reddet, similiter vxor viro. Itemq;: Nolite fraudare inuicẽ, nisi fortè ex consensu, vt vacetis orationi. Hinc addit: [& tẽpus longè fieri ab amplexibus:] scilicet tempore sacro, & tempore pœnitentię deputato, ac tempore cõmunionis, & quãdò impræg-
Gen.18. nata est mulier, aut menstrua patit, & dum in puerperio manet, ac tempore senectutis. Vndè in Genesi loquit Sara: Postquã consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operã dabo? Quasi dicat: Non decet. Ideò super Lucã scribit Ambrosius, q̃ tempus carnalis cõmixtionis inter coniugatos est modicũ: tñ (vt super quartũ sententiarũ declarat Thomas) in quolibet casu, & tempore iam præfato, ab amplexibus abstinere, non est coniugatis præceptũ: quia coniugiũ non solùm est officiũ naturæ, sed & remediũ culpæ. Deniquè tempore generalis tribulationis, non est vacãdum venereis. Ideò (secundùm doctores catholicos & Hebrẽos) Noe & filij eius, immò & animalia bruta, in arca continuerũt. [Tempus acqrendi] lucrum, per mercãtias seu patrimoniũ aut debita, [& tempus perdendi] acquisita.] Tempus custodiendi,] s. imminente periculo, [& tempus abijciendi] talem custodiã, quãdò pax est. [Tempus scindẽdi] pãnos laneos aut lineos, ad faciendũ ex eis vestes, [& tẽpus consuendi] scissa. [tempus tacendi,] quãdo s. nõ expedit loqui, [& tẽpus loquẽdi] dum causa rõnabilis id requirit. [tempus dilectionis] spiritalis, [& tẽpus odij] inimicorũ, non inquãtùm sunt homines, sed inquãtum iniqui, vt diligat persona, odiatur culpa. [Tempus belli] iustè excitandi, [& tempus pacis] componendæ. Porrò (vt refert Albinus) Hebræi totũ hunc locũ, expo-
Iosue 16. nunt de populo Israel, cui fuit tempus nascendi in patriarchis, & tempus moriendi, sub Vespasiano & Tito. Tempus plantãdi pres eorũ in terra promissionis sub Iosue, tempus euellendi eos de terra illa, quãdò ducti sunt in captiuitatem à Chaldæis atq; Romanis. Tempus
4.Reg.25. occidendi eos in Aegypto. Tempus destruendi sub Nabuchodonosor rege, & tempus ędificãdi sub Cyro ac Dario, tempus plãgendi euersionem templi, & tempus erigendi, atq; saltandi, quãdò reuersi sunt sub Zorobabel, Esdra, & Neemia: tempus amplexandi, q̃ cælesti cingebant auxilio: tempus longè fieri ab amplexibus, dum pro peccatis suis, à Deo relicti sunt: tempus acqrendi eos vndiquè perditos & dispersos: tempus perdendi eos, quandò à Romanis vastati sunt: tempus custodiẽdi legalia præcepta, tẽpus abijciendi lacinio-

mandata: tempus scindẽdi, quãdò in duo diuisa sunt regna sub Roboam: tempus consuendi tempore Machabæorũ: tempus tacendi prophetas nunc in captiuitate Romana: tempus 3.Reg. 12.
loquendi Apostolos. Tempus dilectionis, quo Dominus eos dilexit sub patribus: Tempus odij, quãdò Christo iniecerũt manus sacrilegas: rempus belli eis iam pœnitentiã non agen- Mat.16.
tibus, & tempus pacis in futuro, quãdò intrauerit gentiũ plenitudo, sicq; omnis Israel sal- Mar.14.
uus erit. ¶ Pręterea possunt hæc spiritaliùs altiusq; intelligi: Omnia tempus habent, quia Rom.11.
vnusquisque homo habet tempus merendi ac demerendi, & suis spatijs transeunt: quia à seculo atq; exilio isto, tãquàm à termino à quo, tendũt ad regnum cælestę, Purgatoriũ, vel infernum, aut Limbum. Tempus nascendi, qa dum homo charitatem & grãm gratificãtem suscipit in baptismo, confessione aut contritione, spũaliter generat: & tempus moriendi, dum peccat mortaliter. Est etiã tempus moriendi pro fide atq; iustitia. Hinc asserit Isaias, dicens: A facie tua Dñe concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Et Isa.26.
Luc.12. Dominus ait: Nè terreamini, inqt, ab his qui corpus occidunt. Tempus plantãdi, gratiã in cordibus hominum, & instituendi congregationem deuotã, aut nouam religionem. Vndè & veritas protestat: Omnis plantatio quã non plantauit pater meus cælestis, eradicabit. & tempus euellendi, quod plantatũ est, dum exigentibus suis excessibus, perit quæuis Mat.15.
religio: Tempus occidendi, sicut Deuteronо. 32. Dominus dixit: Ego occidam, & ego viuere faciã. Occidit Dominus, dum grãm subtrahit iusto iudicio. Salubriter quoquè occidit, dum in homine priuatum amorem prorsùs extinguit, ità vt dicere possit: Viuo iam nõ ego. Vndè Colossen. 3. scripsit Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra cũm Christo absconGala.2.
dita est in Deo. & tempus sanandi vulnera animæ, per Sacramentorũ & gratiarũ remedia. Propter quod Iob 5. dicitur: Increpationem Domini nè reprobes: quoniam ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Tempus destruendi, & tempus ædificandi: quia primò oportet in seipso peccata destruere, & sic virtutum machinã in mente construere, vt proximos verbo & opere valeat ędificare. Ideò ait Psalmista: Declina à malo, & fac bonum. Psal.33.
Et Ieremiæ 1. Dominus ait: Ecce constitui te vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes. Tempus flendi in via, & valle hac lachrymarum, & dum Christi passio prędicatur, aut con
tra vitia sermocinat: & tempus ridendi in patria, & ex consolatione diuina. Immò & inbi- Mat.11.
landum in Psalmodia, nè Euangelicum illud improperetur nobis: Lamentauimus vobis, & non planxistis: cecinimus vobis, & non saltâstis. Tempus spargendi lapides, quia quãdoquè oportet homines duros hincindè dispergere, & prauam eorum societatem ac colligationem dirumpere: duras quoquè cogitatiões, & proteruarum connexionem imaginationum dissoluere: & tempus colligendi, quoniam laborandum est, vt per charitatem reuniant, qui corporaliter sunt diuisi. Prauas etiam cogitationes & abiectas necesse est ad memoriã reuocare, vt in confessione prodantur. Tempus amplexandi, sponsum cælestem brachijs charitatis, per exercitia vitæ contemplatiuæ: & tempus longè fieri ab amplexibus, vacando dolori pœnitentiæ, & exercitijs vitæ actiuæ, ac necessarijs corpori. Tempus acquirendi grãm ac virtutes, & spiritualem profectum, vitamq; beatam: & tempus perdendi temporalia propter spiritualia & æterna. Immò seipsum, per mortificationem & abnegationem suiipsius, Mat.10.
sicut in Euãgelio ait Saluator: Qui perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Tempus custodiendi seipsum à culpa, iuxta illud Prouerb. 4. Omni custodia custodi cor tuum: & tempus abijciendi talem custodiã, dum fuerit homo confirmatus in bono, & securus ab omni periculo, quod erit in patria. Tempus scindendi duritiam cordis, vt aperiatur verbo Dei, & ad pœnitentiam emolliat, iuxta illud Iohelis 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et tẽpus cõsuendi, id est, faciendi sermonem ex authoritatibus scripturarum atq; doctorum. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Quocirca ait Hieronymus: Post multũ tempus, de discipulis efficiamur magistri. Porrò Seneca in suis ait Prouerbijs: Locutum me aliquandò pœnituit, tacuisse nunquàm. Tempus dilectionis Dei & proximorũ, & tempus odij, vitiorum & eorum qui nobis in via Dei obsistunt, secũdùm quod tales, iuxta quod scriptum est Psalm. 138. Perfecto odio oderam illos. Vndè & Christus: Si quis, inquit, venit Luc. 14.
ad me, & non odit patrem suum & matrem, non potest meus esse discipulus. Rursùs, tempus odij suiipsius, sicut subiunxit, adhuc autem & animam suam. Ideò & in Euangelio Ioannis loquitur, dicens: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit Ioan. 12.
eam. Hoc odium est, iniquitatem odire, prauam inclinationem reprimere, debitã pro peccatis castigationem assumere. Tempus belli, contra inuisibiles hostes ac aciem vitiorũ. Ideò hortatur Apostolus Ephe. 6. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala, & in ómibus perfecti stare. Nempe vt sanctus Iob fassus est: Militia est vita hominis super terram.

Christus quoquè in Euãgelio Mat. 11. Regnum, inquit, cælorũ vim patit, & violenti rapiunt illud. Hinc Seneca loquit: Pacem habeto cum hominibus, bellum cum vitijs, & tempus pacis internæ cũ Deo, pacis quoq; temporalis cũ proximis, sicut ad Romanos 12. legit: Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: quod si alij noluerint concordes & pacifici esse nobiscũ, nos tamen tranquillitatem seruemus in Deo. Hinc Seneca docet: Id age, nè quis merito tuo te oderit. [Quid habet amplius homo de labore suo,] nisi aliqd prædictorum? Quasi dicat: Stabilitatem non habet, neq; salutem in vita præsenti. [Vidi afflictionẽ] i. laboriosam exercitationem, circa studiũ literariũ, [quam Deus dedit] permissiuè aut effectiuè [filijs hominũ, vt distendant̃,] id est, diuersimodè extendant̃ & occupent̃ [in ea:] quatenùs per hãc etiã à grauioribꝰ vitijs & nimijs calamitatibus retrahãtur, periculosisq; ocijs careãt, quãuis in ea ad salutem parùm aut nihil proficiãt. [Cuncta fecit Deus bona in tempore suo:] i. dum ea produxit, siue in principio mundi, seu postea. Vndè Gene. 1. sæpè dicitur: Vidit Deus quòd esset bonũ. Omne eñ creatum, aliqd increatę bonitatis participat. Ideò 1. Timo. 4. dicit Apostolus: Omnis creatura Dei bona. Vel ideò ait, in tẽpore suo, quoniã quãuis quædã nociua sint homini, eis importunè vtenti, tamen si tempore suo, id est, opportuno eis vtatur, bona sunt ei. [& mũdum tradidit disputationi eorũ:] id est, creaturas & ordinè vniuersi, exposuit creator considerationi disputationiq; hominũ. [vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus:] id est, nullam creaturã possit perfectè & plenè cognoscere, sicut dictũ est suprà: Cuncte res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Et quod ait, vt non inueniat homo, intelligendũ videt̃ concomitãter potiùs quàm causaliter, sicut in Psalm. 50. Tibi soli peccaui, vt iustificeris &c. Potest tñ causaliter accipi, quoniã ideò voluit deus homines sic deficere in cognitione creaturarũ, quatenùs ex hoc attendãt incõprehẽsibilitatem & excellentiã creatoris, imbecillitatemq; proprij intellectũs. Quod autem subiungitur, [ab initio vsque ad finem,] referri potest ad verbum illud quod operatus est, vt sit sensus, q̃ nullã creaturã, ab exordio mundi vsq; ad finẽ eius, facã siue fiendã, possit homo plenè cognoscere: vel ad illud, vt nõ inueniat homo, s. ab initio vitę suæ vsque ad mortem. [Et cognoui q̃ nõ esset melius, nisi lætari] in actibus bonis, & in Deo, secluſa curiosa, immoderata, & anxia exercitatione studendi. [& facere × bona] opera [in vita sua.] per quæ mereat̃ ad plenitudinem scientiæ in futuro pertingere. [Omnis enim homo q̃ comedit & bibit] moderãter cibũ & potũ, non solùm corporalẽ, sed etiã spiritualem, [& videt bonũ de labore suo,] i. ex laboribus suis & rebus laboriosè acquisitis experitur fructũ, atq; consequit̃ commodũ, [hoc donũ Dei est:] qa ex gratia & auxilio eius procedit. Videre autem, in scripturis frequenter pro gustare seu experiri accipitur, vt in Psalm. 15. Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Actuum quoquè 13. Dauid appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. [Didici quòd omnia opera] id est, cuncta creata quæ fecit Deus, [perseuerent in æternũ:] Suprà iam dixit: Vidi nihil permanere sub sole. Quomodò ergò nũc ait, q̃ omnia opera Dei, perseuerent in æternũ? Et respondendũ, q̃ omnia permanent in æternũ, vel in esse individuali ac proprio, quãtùm ad incorruptibilia, vt sunt corpora cælestia, Angeli & animæ rationales, & elementa, quo ad se tota: vel in esse suæ speciei, & successione similiũ sibi vsque ad finem mundi. Sic enim tempus, motus, dies, nox, æstus & frigus dicunt̃ iugiter permanere. Nil autem sub sole permanet, vniformiter se habens. [Non possumus eis quicquam addere, nec auferre,] id est, nullam speciem possumus ordini vniuersi apponere, neq; abstrahere, quoniã decor & ordo mũdi in specierũ connexione ac integritate consistit. Certum est autem, quòd indiuidua innumerabilia quotidiè auferantur, occidant̃, seu corrũpant̃. Homines quoquè & bruta generãt quotidiè sibi similia. [Quę fecit Deus, vt timeatur.] Omnia etenim superglorioſus, omnipotẽs, sapientissimusq; creator instituit & produxit, quatenùs ex consideratione eorũ, ad creatoris admirationẽ timoremq; filialem, amorem & venerationem excitemur. Vndè scriptum est Prouerb. 16. Vniuersa propter seipsum operatus est dominus. Qui ait per Ieremiam: Me non timebitis, qui posui arenam terminũ mari? [Quod factũ est, ipsum permanet] vel in se, vel in simili sibi. [Quę futura sunt, iam fuerũt] in similibus sibi in specie, sicut expositũ est in primo articulo: [& Deus instaurat quod abijt:] id est, restituit in simili sibi quod desijt esse. [Vidi sub sole in loco iudicij impietatẽ,] i. in solijs iudicialibus seu tribunalibus, vidi sedere impios iudices. [& in loco iustitiæ, iniqtatem:] i. eos q̃ residẽt ad conseruãdam iustitiã inter alios, vidi esse iniustos, vel q̃ primò fuerũt iusti, vidi in iniustitiã lapsos, [& dixi in corde meo: Iustũ & impium iudicabit Dominus:] i. ex hoc, q̃ in hoc mundo est tanta inordinatio ac iniustitia in iudicãdo, concluſi & perpendi, q̃ Deus essentialiter iustus ac sapiens, q̃ nullum malũ dimittit impuni-

Eccẽs 1.

× benè

Eccẽs 2.

Ierc. 5.

punitum, nullumq; bonum relinquit impremiatum, vniuersaq; inordinata per cũlpam, reduxit ad ordinem per pœnarum inflictionem. Concluſi, inquam, quòd ipse vniuersos iustissimè iudicabit, non solùm in morte singulorũ, sed & in die nouissimo: [& tempus omnis rei tunc erit:] id est, tunc quælibet res recipiet & habebit, quod ei debetur seu congruit. Tunc q̃ erit consummatio temporis vnicuiq; enti, quia deincèps tempus non erit, motu cæli cessante, iuxta illud Apocalyp. 10. Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus vltrà non erit. Dicitur autem tempus rei esse, cùm ei contingit aliquid speciale & arduum. Vndè Ioannis 7. loquitur Christus: Tempus meum nondùm aduenit. Et alibi: Nondùm venit hora mea. [Dixi in corde meo de filijs hominũ, vt probaret eos Deus:] id est, hoc cogitaui atq; appetij, vt Deus per suos effectus seu diuersos euentus, perscrutaretur hominum qualitatem & proprietatem, non vt ipse agnosceret, sed vt eas nobis manifestaret, sicut dicitur in scripturis homines tentare, iuxta illud Iob 23. Probabit me Dominus quasi aurum, quod per ignem transit. Et in Psalmo: Quoniam probãsti nos Deus, igne nos examinãsti. Hinc subditur: [& ostenderet similes esse bestijs.] Istud loquitur Salomon in persona imperitorum, opinantium non esse vitam futuram, & cupientium hoc ipsum alijs demonstrari, quales fuerunt Sadducæi, sicut in Actibus fertur Apostolorum: qui dixerunt non esse resurrectionem mortuorum, nec Angelum, neq; spiritum. [Id circò vnus] in specie, id est, consimilis [interitus est hominis & iumentorum:] id est, similis mors hominum ac brutorum, ità quòd anima hominis perit cũ corpore. [& æqua vtriusq; conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia:] scilicet homines & iumenta, [& nihil habet homo iumento amplius:] id est, in nullo excedit dignitatem brutorũ. Ista est stultorum ac rudium hominum argumentatio, quòd quia homines & iumenta in multis conueniunt, ideò homines in nullo iumenta transcendant, & instàr brutorũ deficiant, quum tamen in ratione & intellectu, ac libera voluntate illis præmineant. Propter quod sanctus ille Iob inquit: Deus docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. [Cuncta subiacent vanitati,] id est, mutabilitati, (vt suprà magis expositũ est.) [& omnia] inferiora corruptibilia [pergunt ad vnum locum] communem, id est, tendũt ad mortem, per quam reuertũtur in terram. Hinc subdit: [De terra facta sunt,] quantùm ad corpus in quo (quantùm ad materiam) elementum terræ prædominat̃. In aliquibus tamen proprietas aquæ prædominatur. Vndè Genesis 1. legitur: Dixit Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile. [& in terram pariter] id est, consimiliter [reuertũtur:] quantùm ad corpus, quod in puluerem cineremq; resoluitur, iuxta illud in Genesi: Puluis es & in puluerem reuerteris. Veruntamen sicut mixta ex elemẽtis composita sunt, sic resoluũtur in ea. Sed resolutio in terram euidentior est, ideò magis exprimit. [Quis nouit, si spiritus filiorũ hominum ascendat sursùm,] id est, an animæ hominũ morientiũ, deducant̃ ad Dei iudicium, seu ad loca cælestia? [& si spiritus] id est, animæ irrationales [& iumentorum descendat deorsùm] id est, in potentiam materię redigat̃, & de esse, cadat in non esse, ac in nihilietatis abyssum potiùs, quàm animę hominũ, ficq; animæ hominũ per immortalitatem præstantiores sint animabus brutorum. Quasi dicat: Istud nemini constat. Sed (vt tactum est) Salomon loquitur ista, in persona carnalium & penitùs bestialium hominum, de quibus etiam alibi habetur: Dixerunt impij, non est refrigerium in fine homĩs, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, & hæc erimus tanquàm nõ fuerimus. Stultissimi isti putauerunt, oẽs eis similes esse in insipientia ista, sed errauerũt grauissimè: Qualia nõ solùm ab initio mundi, prouidentia Dei & eius iudicium, ac immortalitas rationaliũ animarũ, immotuerunt sanctis Patriarchis ac prophetis, & eorum sequacibus, sed præcipuis quoquè Philosophis. Siquidem Plato in secundo Timæi disseruit: Passiones si frenarent ac subiugarent animę, iustam his leuemq; vitam forè voluit opifex Deus: si vincerentur, iniustam & laboriosam: & victricibus animabus, ad compares stellæ contubernium ac sideream mansionem reditum patere, acturis deinceps vitã beatam: victas verò, mutare sexum. In Phædrone quoquè testat̃: Quicunq; non lustratus & inexpiatus in auernũ abiẽrit, in cœno iacebit: demùm expiatus atq; lustratus illinc migrãs, habitabit cum dijs. Et rursùs ibidem: In deorum, inqt, genus philosophanti & purè hinc emigranti, fas est meare. Itemq;: Quotiès abeunt defuncti in locum quò dæmon vnumquenq; portauerit, primùm qdem in causam deportantur, vtrùm benè & sanctè degerint, an minimè. Et quicunq; videbunt̃ mediocriter vitam transegisse, transeuntes in Acheronta, perueniunt in locum vbi habitabunt: atq; ab iniustitijs expiati, dantes pœnas, absoluuntur. Sanè quicũq; videbunt̃ incurabiliter se habere, ob magnitudines piaculorum, hos Deus in com-

Iob 35.

Gene. 3.

Sap. 2.

petens iacit barathrum. Inſuper Ariſtoteles clariſſimè docet, intellectũ eſſe immaterialem & immortalem, tam tertio de Anima, quàm libro de animalibus. Proclus quoquè Platonicus in Elementatione ſua theologica ſubtiliſſimè immortalitatem animæ probat, eo quòd omne conuerſiuum ad ſeipſum, & reditiuum ac reflexiuum ſuper proprium actum, neceſſè ſit incorporeũ & incorruptibile eſſe. Hinc Theoremate 168. fatet: Omis intellectus, in æternitate ſubſtantiã habet, & potẽtiã, & operationẽ. Et poſteà: Omis, inqt, aĩa incorporea ſubſtantia eſt, & ſeparabilis à corpore, impartibilis quoquè & incorruptibilis. [Et deprehendi nil melius eſſe, quàm lætari hominem in opere ſuo, & hãc eſſe partem illius:] Iſtud dupliciter poteſt exponi. Primò, vt Salomon in carnalium perſona loquens, eliciat ex præinducto errore, non eſſe melius, quàm vt homo det ſe ad deliciandũ in rebus carnalibus & terrenis, idque reputet felicitatem ſuam conſiſtere. Secundò, vt introducat hæc verba ex ſententia propria, ad reprobandum implicitè errorem præfatum. Vt ſit ſenſus: Et depræhendi, ex ratione & illuminatione diuina, nihil melius eſſe, quàm lætari in opere ſuo, id eſt, in actibus virtuoſis, ex ratione ac deliberatione manantibus, qui propriè appellantur actus humani, quia per rationem differt homo à brutis, & ſpeciem à rationali perfectione ſortitur. [Quis enim eum adducet,] id eſt, quis perducet hominem viatorem ad hoc, [vt poſt ſe futura cognoſcat?] id eſt, vt certitudinaliter prænoſcat, quales poſt mortem ſuam filij & hæredes eius conſiſtent, & qualiter viuent, ac bona ſua conſument. Quaſi dicat: Hoc communiter non reuelatur hominibus, nec poterit reuelari niſi à Deo, mediatè vel immediatè. Ideò expedit, ſolicitudinem immoderatam & congregationem terrenorum auaram, prorſùs abijcere: conceſſiſq; rebus moderatè atq; hilariter vti, ac indigentibus impartiri, & hanc eſſe partem illius, id eſt, bonum præcipuum, & occupationem ſalubrem, vt in præſenti vita id agat, poſt quam ampliùs promereri non poteſt.

¶ Elucidatio capituli quarti: Verti me ad alia, &c.

Articulus quartus.

ADhuc in iſto Capitulo introducit mirabilem ac miſerabilem vanitatem, inſtabilitatem, ac impietatem rerum humanarum in ſtatu præſenti. Propter quod in vita hac non eſt ponenda vltimata hominis ſalus. [Verti me ad alia,] id eſt, mentem conuerti ad alia conſideranda, iuxta illud Iob 20. Cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. [& vidi calumnias,] id eſt, iniuriationes & oppreſſiones iniquas, [quæ ſub ſole geruntur,] id eſt, in terra ab hominibus ſibi inuicèm inferuntur, [& lachrymas innocentium, & conſolatorem neminem:] id eſt, rarum aut nullum eſſe conſolatorem eorum, qui calumnias patiuntur, iuxta illud Iſaiæ 57. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet: & viri miſericordiæ tolluntur, & non eſt qui intelligat. Vndè in
Pſal. 68. Pſalmo ait Saluator: Suſtinui, qui ſimùl contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni. Ac rurſùs Iſaiæ 63. Circunſpexi, & non erat auxiliator. [nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos:] id eſt, innocentes & egenos oppreſſos, humana ſubſidia non habentes, non poſſe potentiorum ac iniquorum poteſtati, tyrannidiq; reſiſtere. Hinc Abacuc 1. legitur: Quarè non reſpicis Domine contemptores, & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? Propter hoc lacerata eſt lex, quia impius præualet aduerſùs iuſtum: Propter hoc egreditur iudicium peruerſum. [Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes:] id eſt, tanto tædio indè afflictus ſum, quòd defunctos, qui talia mala nec agunt, nec ſuſtinent, reputaui feliciores, quàm viuentes, talia facientes aut patientes. Et verum eſt quod melius, id eſt, minùs malum ſit mortuum eſſe, aut non eſſe quàm impiè agere. Abſolutè tamen loquendo, non eſt melius mortuum eſſe, aut non eſſe, quàm pati iniurias atque
Mat. 5. aduerſa. Immò ſi æquanimiter tolerentur, beatum eſt, ſicut ait Saluator: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Si verò non eſſet futura vita, aliquo modo ſic eſſet. Salomon verò multa hîc loquitur in infirmorum perſona. Nam ſubdit: [& feliciorem vtroq; iudicaui qui necdùm natus eſt, nec vidit mala quę ſub ſole fiunt.] Per necdùm natum poſſunt intelligi, aborti ſeu fœtus adhuc exiſtentes in vtero, vel qui erũt, & adhuc penitùs non ſunt. Vel (ſecundùm quorundam hæreſim ſeu errorem) qui putant animas eſſe ac viuere antequàm deſcendant in corpora. Hos igitur reputauit feliciores, aut minùs miſeros iam natis & viuis atq; defunctis: quia mala pœnæ & culpæ huius vitę experti non ſunt, quod tamen abſolutè ità non eſt, niſi intelligatur de ſolis vitioſis viuis ac mortuis. Siqdem mala culpæ ſunt maxima mala, & ſummè abominabilia. Propter quod Seneca in ſuis teſtaĩ Prouerb.

To-

Tolerabilior eſt qui mori iubet, quàm qui malè viuere præcipit. Itemque: Intolerabilio pœna eſt, viuere non poſſe, quàm neſcire, id eſt, non ſcire viuere benè. Plato etiam in Phædrone. Si anima, inquit, moreretur in corpore, lucrum inuentum eſſet iniquis morientibus ſimùl liberari à corpore atque malitia. Hinc in Politicis Ariſtoteles conteſtatur, quòd homo impius deciès milliès peior viliorq; conſiſtat, quàm beſtia. Vndè & de proditore locu- Mat. 26.
tus eſt Chriſtus: Bonum ei eſſet, ſi natus non eſſet homo ille. [Rurſùs contemplatus ſum omnes labores hominum,] id eſt, quoſdam de omnibus, ſeu omnes in genere, [& induſtrias,] per quas intendunt ac enituntẽ ad diuitias, voluptates, ſeu honores pertingere. [animaduerti patére inuidiæ proximi:] id eſt, conſideraui q; induſtrioſè agentes ad obtinendũ proſpera mundi, expoſiti ſint peruerſorum rancori, & inuidias atque inſidias patiuntur, quia inuidia eſt dolor de proſperitate alterius. Hinc ſola miſeria dicitur carere inuidia. Nec ſolimali, ſed & boni patent inuidiæ proximorum. Ideò Seneca dixit: Nondùm felix es, ſi nondùm te turba deridet. Nam etſi nullos inimicos tibi faciet iniuria, multos tamen facit inuidia. Deniquè periculoſum eſt inuidentes habere: quia (vt Ariſtoteles Tulliusq; fatentur) ſicut ira quærit apertè nocere, ità inuidia occultè. Hinc denuò Seneca loquitur: Maximo periculo cuſtoditur, quod multis placet. [Et in hoc ergò vanitas] ſcilicet, in inuidentia tali, [& cura ſuperflua eſt.] Inuidi nanq; ſolicitè quærunt, qualiter alios ſua priuent proſperitate ac gratia. Quod ſuperfluum eſt, miſerrimum & iniquum. Quocircà ſcribit Albinus: Quid vanius quàm homines proprias non deflere miſerias, nec ſua lugere peccata, & alios iudicare, obliuiſci ſeipſos, melioribus inuidere, & aliorum benefactis torqueri? Ideò rurſùs Seneca dicit: Vtinàm inuidi oculos haberent in ciuitatibus cunctis, vt de omnium proſperitatibus & felicitatibus torquerentur. Nam quanta felicium gaudia, tanti gemitus inuidorum. De talibus ait Gregorius: Dum electi & virtuoſi præficiuntur, reprobi & iniqui ad Gregorius.
furorem atque inuidiam excitantur: quia boni mala naſcentia quæ imitari reſpuunt, perſequuntur. [Stultus complicat manus ſuas] id eſt, ſimùl plicat eas à laboribus abſtinendo, [& comedit carnes ſuas,] id eſt, ſeipſum conſumit inopia ac macilentia: quia pro neceſſarijs refugit laborare. Spirituali quoq; egeſtate tabeſcit, quia virtutum operibus renuit inſudare, [dicens: Melior eſt pugillus] id eſt, modicùm quid [cum requie,] id eſt, corporali repauſatione, [quàm plena vtraq; manus] id eſt, multum ſeu abundantia, [cum labore & afflictione animi:] id eſt, cũ labore ſolicito, & laborioſa occupatione, ac cura pro obtinendis in copia victui neceſſarijs. Hoc modo excuſat ſe piger ac negligẽs, & verba quę in ſe veram poſſunt habere ſententiam, applicat abuſiuè ad excuſandũ ſuam ignauiã. Verè etenim melior eſt pugillus cũ requie ſpũali, & mentis tranquillitate inquietudine vitiorum carente, quàm temporaliũ ſuperfluitas, cũ timore perdendi hoc, & anxia cura, quemadmodùm ſcriptum eſt: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Pſal. 36.

¶ At verò circa iſtud, feliciorem vtroq; iudicaui, qui necdùm natus eſt, ſcribit q̃dam: Id eſt, abortiuũ, qui nondùm habet experientiam aliquam mali pœnæ aut mali culpæ actualis, & ſic non ſuſtinet aliquã pœnam ſenſibilem, ſed habet vitam magis delectabilem, quàm poſſit haberi in vita præſenti, ſecũdùm omnes doctores qui loquunt de moriẽtibus in ſolo peccato originali. Circa hoc dico, q̃ quanuis doctores cõmuniter dicant illos non habere pœnam ſenſibilem, non tamen omnes hoc dicũt. Similiter hi qui dicũt illos non habere pœnam ſenſibilem, diuerſificant, nec oĩes dicũt eos habere vitam magis delectabilem, quàm poſſit in hac vita haberi. Auguſtinus nanq; ſuper Ioannem, & Gregorius ſuper illud Iob 9. Auguſtinus.
Multiplicabit vulnera mea, etiam ſine cauſa, manifeſtè dicũt, infantulos illos in ſolo originali decedentes, nõ dũtaxat pœnam damni, ſed & pœnã ſenſûs habere, & torqueri ab igni, quanuis dicant illam pœnam eſſe mitiſſimam, comparatione eorum qui in mortali defuncti ſunt. Quam opinionem ſequit Vbertinus in libro ſuo de vita Saluatoris. Porrò Bonauentura ſuper quartum Sententiarum dicit, illos ſic mortuos, eſſe in quodam medio inter gaudium & mœrorem, ità quòd nec contriſtantur, nec delectantur, ſed manent quaſi in æquilibra quadam, dum ex vna parte non contriſtantur, eo quòd damnationem euaſerunt: & ex alia parte non gaudent, q̃a beatitudinem amiſerũt. Veruntamen in vtroq; hoc dicto, communi doctorũ ſententię magis conſentio. [Conſiderans, reperi & aliam vanitatem ſub ſole: vnus eſt,] id eſt, aliquis homo ſingularis, [& ſecundum non habet,] id eſt, cohabitatorem propinquum aut ſocium, [non fratrem] id eſt, nullum cui de iure competat ei in hęreditate ſuccedere, [& tamen laborare non ceſſat] pro rebus terrenis augendis, quũ habeat ſatis. [nec ſatiantur oculi eius diuitijs:] quia quo plura acquirit, plùs appetit. Pecunia enim ap-

petitum non ſatiat,ſed iritat.[nec recogitat, dicens: Cui laboro,] id eſt, cur tam ſuperfluè me fatigo,qui hæredem non habeo:[& fraudo animam meam bonis?] id eſt, meipſum, ſeu vitam meam animalem,priuo competenti vſu opum mearum.[In hoc quoquè eſt vanitas,] id eſt, ſtulta cupiditas & auara tenacia, [& afflictio peſſima:] quia res iſta continet malum
Pſal.38. culpæ ac pœnæ.Ideò fertur in Pſalmo:Veruntamen in imagine pertranſit homo,ſed & fruſtrà conturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Talibus Iacobus loquitur:
Iaco.5. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,& veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.Aurum & argentum veſtrum æruginauit,& ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis.[Melius eſt ergò,duos eſſe ſimùl quàm vnum:] id eſt, vtilius & magis humanum,cùm(teſte Philoſopho) homo naturaliter ſit animal politicum & ſociale.[habent enim emolumentum] id eſt,mutuum lucrũ & commodum [ſocietatis ſuæ:ſi vnus ceciderit] in aliquam aduerſitatem, tentationem, aut culpam, [ab alio fulcietur:] id eſt, ſuſtentabitur,erigetur,cuſtodietur, ſicut & in exteriori itinere, ſi vnus in aquam foueámve corruerit, à conſorte extrahitur. [Væ ſoli,] qui cum alio communionem ſocietatis & amicitiæ prorſùs non habet, [quia cùm ceciderit,] in mala pœnæ aut culpæ, [non habet ſubleuantem ſe] hominem. [Et ſi dormiêrint duo,ſouebuntur mutuò:] id eſt,ſicut corporaliter pariter dormientes inuicèm calefaciunt ſe,ſic amicabiliter cohabitantes ac inuicèm conuerſantes, mutuò ſe accendunt per verba & facta charitate Dei & proximi. [Vnus quomodò calefiet?] id eſt, ſicut difficulter calefit tempore frigido, qui ſolus dormit in lecto: ſic qui ſolus eſt, difficulter charitate accenditur. Immò faciliter in torporem cadit pigritiæ, & in deſideria carnalitatis cuiuſdam ac conſolationis externæ,vt Caſſianus teſtatur. [Et ſi quiſquam] ſcilicet inuiſibilis aut viſibilis inimicus.[prçualueritcontra vnum,duo reſiſtunt] aduerſario tali,ſe inuicèm exhortãdo,ſuccurritq; ſocius ſocio ſuperato,pro ipſo orãdo,ipſum monendo,& per opera exemplaria inflammando,ſuaq; merita ei communicando.Hinc Plato loquitur in Phędrone: Aduerſùs duos nec Hercules fertur ſatìs potens.

Marc.6. Luc.10. Pſal.132. ¶Ex præinductis vita ſocialis laudatur, ad cuius commendationem inſinuandam, Dominus & Saluator diſcipulos ſuos combinatos miſit ad prædicandum. Vndè & Pſalmiſta decantat:Eccè quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Hinc ſancti & expertiſſimi patres, Benedictus, Bernardus, Climachus, Caſſianus, vitam cœnobitalem, in qua plures religioſæ perſonæ ſub ſpirituali patre in ſancta obedientia militant Deo, multùm commendant, ſecurioremque aſſerunt: vitam omninò ſolitariam, quanuis ſublimem, tamen periculoſam eſſe teſtantur, nec conuenire niſi exercitatis in omni virtute, prout de hoc in regula ſanctus Hieronymus ſapienter diſſeruit. Vndè & Ariſtoteles naturali ratione inductus, teſtatus eſt, quòd homo ſolus, eſt Deus aut beſtia, id eſt, diuinus aut beſtialis. Nihilominùs (prout ſanctus Thomas in Secunda Secundæ determinat & declarat) abſolutè loquendo, vita illa omninò ſolitaria anachoretica, vitæ cœnobitali ac ſociali præfertur, tanquàm perfectior atque diuinior. Nec hoc repugnat præhabitis, quoniam Salomon loquitur hîc ſecundùm legem communem, atque de homine ſecundùm congruentiam ſuæ naturæ, non ſecundùm præeminentiam gratiæ, quæ tranſcendit naturam, nec lege arctatur communi.

¶Ex inductis etiam verbis monſtratur, quàm vtile & ſalubre ſit, habere fidelem amicum ac ſocium probum,qui ad omne bonum honeſtum integrè adſtet, cui homini tanquàm ſibijpſi poſſit credere, communicare, confidere. Hinc Seneca dixit: Vita ſine amico, viſceratio eſt leonis ac lupi. Errat qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Et rurſùs: Diù cogita, an aliquis recipiendus ſit tibi in amicum. Cùm placuerit fieri,toto pectore illum admitte: tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantundèm credis ſicut tibi,vehementer erras,nec ſatìs nôſti naturam amicitiæ veræ. Omnia cum amico delibera, ſed de ipſo priùs. Poſt amicitiam verò credendum eſt ei, ſed ante amicitiam deliberandum.Itaque qui pariter conuerſantur,præſertìm religioſi,diligentiſſimè ſatagant ità cohabitare,vt ſe inuicèm adiuuent, ædificent, eleuent, & charitate accendant,& nequaquàm ſcandalizent,moleſtent, perturbent ſe mutuò.Niſi enim charitate coniuncti ſint, & morum conformitate conueniant, cohabitatio eorum maximè eſt damnoſa,amara,ac dura.[Funiculus triplex difficilè rumpitur:] id eſt,ſicut corporaliter ità eſt de funiculo ex tribus chordis contexto & iuncto, ſic ſpiritualiter, charitas quæ eſt vinculum cordis, vniens & colligans amantem dilecto, difficulter violari poterit aut diſſolui,ſi triplici nutriatur & conſeruetur fomento, videlicet conſideratione bonitatis rei amatæ,

tæ, potiſſimè ſummi boni, conſideratione quoquè beneficiorũ dilecti, & intuitione præmij charitatis. Vel per triplicem funiculum, intelliguntur ipſe qui diligit, & dilectus eius, & dilectus vtrique,quemadmodùm amor inter coniugatos eſt fortior,quandò eandem habent prolem ambobus charam. ¶Vel ideò ait, funiculus triplex difficilè rũpitur:qa ſi tres adinuicèm commorent ac mutuò ſuffragentur, difficulter poterunt ſuperari, eo q tot ſint coadiutores,quot cohabitatores.[Melior eſt puer pauper] in temporalibus,[& ſapiens,] i. in ſpiritualibus locuples, quia nec vera prudentia,nec vera ſapientia ſine alijs habetur virtutibus,quanuis ſapientia informis & acquiſita, queat cum vitijs eſſe. [rege ſene & ſtulto, qui neſcit prouidere in poſterum:] id eſt, ex præteritis ac præſentibus, neſcit conijcere de futuris. Quod tamen præcipuè ſpectat ad præſidentes, vt ſic de communi vtilitate ſuorum prouideant ſubditorum. Vndè,vt Tullius docet, ad prudentem, maximè ad regem pertinent memoria præteritorum,conſideratio præſentium,prouidentia futurorum. Neſcit(inquam)prçuidere periculum proprium,vtpotè [quòd &de carcere,catenisq; interdùm quis egrediatur ad regnum] agnita eius prudentia, innocentia,idoneitate, quemadmodùm Ioſeph de carcere fuit promotus ſuper regnũ Aegypti, primus poſt regẽ, iuxta illud Pſal.104. Miſit rex & ſoluit eum,conſtituit eum Dominũ domûs ſuę.Et in libro Sapientiæ:In vinculis non dereliquit eum,donèc afferret illi ſceptrum regni. [& alius natus in regno,] vtpotè hęres ac filius regis,[inopia conſumatur:] quemadmodùm 4.Reg.25. contigiſſe legitur Sedechiæ.Hinc ſcriptum eſt:Deus reges in ſolio collocat,& illic eriguntur:& ſi fuerint in catenis,& vinciantur funibus paupertatis,indicabit eis opera eorum, quia violenti fuerint,vt reuertantur ab iniquitate: Si audiêrint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria:ſi aũt non audiêrint,tranſibunt per gladiũ,& conſumẽtur in ſtultitia. Origenes & Victorinus per puerum pauperem & ſapientem,intelligunt Chriſtum,de quo loquitur Iſaias:Puer natus eſt nobis.Per regem ſenem & fatuum, intelligunt diabolũ,qui à mundi fuit exordio,& in veritate non ſtetit,& ſapientiam perdidit in decore ſuo,vt ait Ezechiel,atq; inueteratus in peccato:quẽ Chriſtus deuicit.[Vidi cũctos] id eſt,multos de omnibus [viuentes,qui ambulant ſub ſole,cũ adoleſcente ſecundo.] id eſt,adhęrentes adoleſcenti filio regis antiqui,qui patri ſuo ſecundus eſt, id eſt, primus poſt eũ, atq; interdùm exambitione vſurpat ſibi regnũ, patre ſuo adhuc viuente, habetq; populũ pro maiori parte ſibi ſauentẽ.Hinc ſubdit:[qui conſurgit pro eo] id eſt,pro patre ſuo incipit regnare.[infinitus] id eſt, nobis innumerabilis & valdè magnus [numerus eſt populi omniũ qui fuerunt ante eum.] id eſt,patri ſuo ante ſuum principatũ obediêrunt, & nunc ſibi obtemperant. [& qui poſteà futuri ſunt,] id eſt,poſteri obedientiũ ſibi. [non lætabunt in eo:] i. deſpicient eũ ſenecentẽ,eo q patrẽ ſuũ de regno expulerit, vel ex alia cauſa,& ità abijcient eũ,& filio eius hęrebunt.[ſed & hoc vanitas] eſt,ſic ſ.regnũ inuadere,& patre relicto,filiũ ambitioſum in regem ſuſcipere.[&afflictio ſpiritûs:] i.valdè afflictiuũ regi antiquo.[Cuſtodi pedẽ tuũ,ingrediens domũ Dei:] i.cũ reuerentia & humilitate vade & intra in templũ ſiue Eccleſiã, & recta intentione vanũ refrenando affectũ,nè ſacra loca inhonores,& Deum in locis ſuæ honorificentię deputatis,offendas,ſicut multi ingrediuntur indeuotè,irreuerẽter,ſuperbè,vana & laſciua affectione cupiẽtes hominibus cõplacere.Quibus Amos 6.ait ſcriptura:Optimates,capita populorũ,ingredientes pompaticè domũ Iſrael. Et Sophon.1. Viſitabo ſuper omnem q arroganter ingrediẽ ſuper limen. [& appropinqua] prędicatoribus, doctoribus, & prælatis [vt audias] auribus cordis & corporis verbũ Dei & præcepta Eccleſiæ. [Multo enim melior eſt obedẽtia] cordis,qua implenẽ præcepta,[quàm ſtultorum victimæ:] id eſt, exteriora ſacrificia Deo oblata,quę nõ ſunt ei accepta,præſertìm loquendo de ſacrificijs legis,quę non niſi ex fide,deuotione & charitate offerentiũ,Domino placuerũt.[qui neſciũt quid faciunt mali:] i.ſua vitia non attendũt,ſua excæcati elatione alijsq; peccatis, intãtùm, vt mala ſua reputent bona,qbus Iſaię 5. Dominus comminat:Væ qui dicitis malũ, bonum & bonum,malum. Iſtud multùm potentibus magìs ſolet competere,q voluntate vtunt pro lege,iuxta illud Sapiẽtię:Sit fortitudo noſtra lex iuſtitię. Vndè & quarto Politicorũ Ariſtoteles ait,q multùm potentes,nec ſciunt,nec volunt ſubdi.Poſtremò,huic quod dictum eſt, Melior eſt obedientia,conſonat illud primi Regũ 15.Melior eſt obedientia,quàm victima, Vndè per Prophetam Amos 6. Dominus ait iniquis: Non accipiam odorem cœtuum veſtrorum.Quòd ſi obtuleritis mihi holocauſta,non ſuſcipiam. Qui & Oſe.6.teſtatur:Miſericordiam volui,& non ſacrificium.

Gene. 41. Sap.10. Iob 36. Iſa.9. Ioan.8. Ezech.28. Mat.4. Sap.2.

¶Declaratio cap.5.Nè temerè quid loquaris. Art. 5.

Eccles 5. VIdetur Salomon in libro isto frequenter in verbis suis derogare prouidētię dei & iustis iudicijs eius, dicendo: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat, & nihil habet homo ampliùs iumento, & consimilia, quæ ex persona carnalium imperitorumq; loquit. Nè ergò putet talia dixisse ex animo, propriaq; persona, & nè quis eius exemplo ad similia proferenda erumpat: rectè nunc ait, [Nè temerè quid loquaris,] id est, nullum verbum proferas veritati scripturæ, aut honestati virtutū contrarium, & præsertim incautè aut præsumptuosè nihil loquaris de Deo, & de natura, & attributis ipsius. Quia, vt ait Apostolus 1. Cor. 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et ad reprimendum nos ab immoderato neitatis ac iudiciorū eius scrutinio, dictum est Prouerb. 25. qui perscrutator est maiestatis, opprimet à gloria. [Neq; cor tuum sit velox ad proferendū sermonem coram deo:] id est, ex consideratione diuinę præsentię omnia intuentis ac iudicantis retrahi debes, nè præceps sis ad loquendū potissimè de diuinis in arduis, & in his, vbi non habet manifesta & certa determinatio ex scripturis aut doctrinis Ecclesiæ: qa (vt diuinus Dionysius & post eū Damascenus testantur) non est audendū aliquid loqui de Deo, præter tradita in sacris eloquijs. Hinc etiam Prouerb. 29. dictum est: Vidisti hominem velocem ad loquendū? stultitia magis speranda est, quàm illius correctio. Iacobus quoquè Iaco. 1. Apostolus: Sit, inquit, omnis homo velox ad audiendū, tardus autem ad loquendum. Ideò Seneca loquitur: Sicut sapienti viro incessus modestior conuenit, ità oratio, id est, locutio *apud pressa, non audax. Tardiloquum esse te iubeo. Propè est *ad te Deus, bonus vir sine Deo non est. Et iterùm: Sic viue cum hominibus, tanquàm Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquàm homines audiant. [Deus enim in cælo] id est, ipse Deus rector, creator, & Dominus est cælorum, & in eis ob suam excellentiam specialiter esse, habitareque dicitur. Ideò eum comprehendere nequis, sed temperatè ac timoratè loqui debes. [& tu super terram:] id est, terrenus, mortalis & incola terræ es: ideoq; valdè inferior Deo. Idcircò non ingeras te diuinis inconsideratè. Nam & quanuis ipse in cælis tanquàm omniū summus iudex resideat, nihilominùs inferiora omnia intuet. Immò ipse in sua natura incircūscriptibilis est omninò, illocalis & intemporalis, vbiquè præsens, quanuis in cælo specialiter esse dicat, eo q; ibi Iob 35. eminentiùs operet, ac clariùs videat. Hinc scriptū est: Suspice cælū, & intuere & cōtemplare aëra, q; altior te sit. Hæc ergò eminentia creatoris, & incomprehensibilitas iudiciorū altissimi, debet nos refrenare à locutione incauta de ipso ac eius iudicijs, & à periculoso scru Isa. 55. tinio, immò ab omni verbo & actu illicito. Propter quod ipse per Isaiam ait: Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neq; viæ meæ, viæ vestræ: qa sicut exaltant cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. [Idcircò sint pauci sermones tui.] id est, moderati, non superflui, potiùs ad minus, quàm ad maius tendentes: & hoc, consideratis circūstantijs rei & causæ atq; materiæ: qa secūdùm audientiū dispositionem, capacitatem, indigentiam, & secūdùm obiecti dignitatem, eminentiam, difficultatem, aut incomprehensibilitatem, oportet moderari, extendere, breuiare sermonem: ad quod seruandū, vncio docet, discretio dirigit, experiētia iuuat. Deniquè Glossa fatet, q; etiam vera de Deo dicere, periculosum sit: quanto magis incerta aut falsa? [Multas curas sequunt somnia, & in multis sermonibus inuenit stultitia:] id est, sicut post multas & magnas solicitudines in vigilia habitas, sequunt somnia proportionabilia de rebus eisdē in nocte tempore somni, (quæ enim tractantur in vigilia multùm intentè & anxiè, occurrunt in somno per sua phantasmata) sic multos sermones comitat insipientia, culpa, disper Pro. 10. sio cordis, conscientiæ læsio, & audientiū scandalum. Vndè in Prouerbijs dictū est: In multiloquio peccatum non deerit. Et: Totum spiritum suum profert stultus. Pro. 29.

¶Ex præinductis docemur, ex consideratione præsentię maiestatis diuinæ, cuncta cernentis ac audientis, nos in omnibus custoditè habere, non solùm in verbis oris, sed etiam cordis, hoc est, in cogitationibus, atq; in affectionibus quę ex cogitationibus oriuntur. Nam si præsentia viri sapientis ac probi, reprimeret nos à negligentia, inhonestate, excessibusque verborum: quanto magis præsentia Dei, ab omni interiori exterioriq; culpa nos debet restringere? Hinc sapientes docuerunt, vt vbiquè imaginemur quasi præsentialiter adesse, atque inspicere nos virum prudentem & virtuosum, sicq; in cunctis agere sapienter, & verecundari de omni indecentia & fœditate, ob viri illius præsentiam, vt vel sic assuescamus ex diuinæ consideratu præsentiæ, hoc ipsum implere. Hinc Seneca dixit: Aliquis vir bonus eligendus est nobis, ac semper ante oculos habendus, vt sic semper tanquàm illo spectante viuamus, & omnia tanquàm illo iudice faciamus. Maxima pars vitiorum vitatur & tollitur, si pec-

peccatori testis assistat. Qui sic semper veretur, citò erit verendus. Hanc ipsam practicam docet & sanctus Bernardus in Epistola ad fratres de Monte Dei. Prætereà etiam sanctorum Angelorum præsentia, ad idem incitare nos debet. Et mirum ac deplorandū, quòd non attendimus ista, nec diuinę maiestatis intuitum perpendimus, veremur ac veneramur. Vndè elicitur, quàm infinita sit insipientia, miseria, imperfectio, ac peruersitas nostra, qui humanum ampliùs quàm diuinum honoramus adspectum. [Si quid vouisti Deo, nè moreris reddere:] id est, votū implere. Periculum etenim est in mora. Nam si quis ex dilatione non necessaria fiat impotens ad persoluendū votum, incurrit grande periculum. Et quanuis præcepta quę obligant semper, non obligent ad semper, obligant tamen pro tempore opportuno. Idcircò qui religionē vouit intrare, debet hoc adimplere celeriùs quo congruè potest. Nec solùm reddendum quod Deo vouetur, sed etiam quod hominibus promittitur. Quòd si quis promittat aliquid homini, quod ad ipsius hominis pertineat commodū aut honorem, potest homo id relaxare, & promittentē à tali promissione seu obligatione absoluere: Si verò promittat qd alteri, quod Dei honorem, seruitutem, aut cultū directè concernat, vt quotidiè legere septem psalmos, aut celebrare, non potest homo cui id promittitur, talem relaxare promissionē: qm̄ Deo intelligit principaliter facta, non homini. Hinc ait Psalm. Vo Psal. 75. uete & reddite Domino Deo vestro. Deuter. quoquè 23. sic legit: Quod semèl egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo. [displicet enim ei insidelis] id est, non impleta [& stulta] id est, indiscreta [promissio.] Quemadmodùm enim tres sunt comites iuramenti, scilicet discretio, veritas, iustitia; (vt ait Hieronym⁹ super illud Ierem. 4. Iurabis, viuit Dominus, in iudicio & veritate & iustitia) ità ijdem sunt tres comites voti, ità quòd quicquid veritati, discretioni, aut iustitiæ contrariatur, non est vouendum neq; iurandum. Et quanuis promissum sit aut iuratum, non est tamen implendum: nec peccat, qui promisit aut iurauit, talia non implendo, sed peccauit, tale quid iurando aut promittendo. Hinc ait Isidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè vouisti, non facias: Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. [Sed quodcunq; voueris, redde.] præsertim quia votum plùs obligat, quàm iuramentum. Violatio etenim voti, contrariat fidelitati, quam homo tenetur deo. Violatio autem iuramenti, repugnat veritati. Et hoc Thomas in Secunda Secundæ magis declarat. Votum quoquè est actus latriæ, quæ inter virtutes morales videtur primatum sortiri, propter propinquitatem eius ad theologicas virtutes. Et quoniam circa Deum versatur, cui cultum cæremoniamq; impendit, ideò sicut valdè laudabile ac meritorium est, vota implere, ità prorsùs damnabile vitiosumq; censetur, ea non obseruare. Hinc loquitur Augustinus: Non te vouisse pœniteat, immò gaude iam tibi non licere, quod cum tuę detrimento salutis licuisset: felix necessitas, quę ad meliora compellit. Vndè sicut vouere est spontaneę voluntatis, sic ea implere, est necessitatis. [Multoq; melius est non vouere, quàm post votū promissa non reddere.] Prętereà infidele est votū eorū, qui necessitatis articulo imminente aliqd vouent, & necessitate illa cessante, vouisse se dolent nec implent. Votū quoquè factū de impossibili, stultum est: similiter quod sit Deo de re indifferenti. Constat itèm ex dictis, multo plùs meritorium esse, facere bonū ex voto, quàm sine voto. Ponderent hæc religiosi, q; nec substantialia suæ religioni obseruant, quàm enormiter atq; grauissimè peccent. [Nè dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam:] id est, non dicas ex corde, te non posse præcepta implere, nec concupiscentias carnis frenare, aut in medio hominū castè & sobriè viuere. Quod esset iniquitatem in creatorem, actorem naturę, retorquere, iuxta illud Psalm. Qm̄ declinauerūt in te ma- Psal. 20. la. Vndè rursùs pro hac iniquitate vitanda, orat Psalmista: Non declines cor meum in verba Psal. 140. malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Qui autē dicunt se non posse peccata vitare, carni suæ præstant peccādi licentiā. Quocirca ait Hierony. Maledictus q dicit Deum aliqd impossibile præcepisse. Vel sic: Nè dederis os tuū, vt peccare facias carnē tuam, i. oscula & verba lasciua, ex quibus caro ad peccandum accenditur, fuge. Nec etiā aperias os tuum gulę & ebrietati, ex quibus carnis vitia nutriuntur. [Neq; dicas coram Angelo,] tibi ad custodiam deputato: [non est prouidētia:] id est, Deus non habet curam & prouidentiam actuum humanorum. Quo dato, sequitur nec Angelos hominibus custodiendis desuper missos. Quocirca ait Apostolus: Nonnè omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi Heb. 1. propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Immò etiam in Euangelio Dominus: Angeli, Mat. 18. inquit, eorum in cælis semper vident faciem patris mei. Sicq; tale verbum, est verbum blasphemiæ atque perfidiæ & ingratitudinis maximæ, non solùm in Dei, sed & in Angelorum redundans iniuriam. Potest tñ per Angelum, etiam sacerdos intelligi, iuxta illud Malach. 2.

Lac

Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini eſt. [nè fortè iratus * Dominus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuũ tuarum:] id eſt, deſtruat cuncta quę habes. Sicq; oſtendat per effectũ, prouidentiam ſe habere. Diſſipet quoquè opera manuũ, id eſt, bona tua pręterita, propter hanc culpam priuet mercede æterna. De taliter enim loquentibus atq; dicentibus illud Iſa. 22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, Dominus ait: Reuelata eſt iniquitas iſta in auribus meis: Si dimittetur (id eſt, non dimittet) vobis iniqtas hęc donèc moriamini. Vndè ad Ezechielem Dominus loqtur: Peccatum domũs Iſrael magnum eſt valdè nimis. Dixerunt etenim: Reliquit Dominus terram, & Dominus nos non videt. Propterea & ego non parcam, nec miſerebor, ſed arguã in furore. [Vbi multa ſunt ſomnia,] ibi [plurimæ ſunt vanitates & ſermones innumeri.] Hoc intelligendũ eſt de his, qui ſomnijs ſuis faciliter credunt, & quicqd eis in ſomno appáret, repręſentatur, occurrit, putant myſticum eſſe, & aliquid ſignificare, atq; à Deo vel Angelo reuelari. Quibus contingũt multę deceptiones, & ipſi de ſuis ſomnijs plurima fabulanť, & tandèm fiunt phantaſtici. Ideò Eccleſiaſtic. 34. inducit: Somnia extollunt imprudentes: Quaſi qui appręhendit vmbram, & perſequtur ventum ſecũdùm hoc viſio ſomniorum: ſicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur, niſi ab altiſſimo fuerit viſitatio emiſſa. Multos errare fecerunt ſomnia. Vnde in Ieremia & Ezechiele Dominus loquitur de Pſeudoprophetis: Errare fecerunt populum meum per ſomnia ſua, quæ narrat vnuſquiſq; proximo ſuo, dicens: Somniaui, ſomniaui. Veruntamen iſta non ſunt intelligenda, quaſi ſomnia ſint ſemper ſpernenda aut deceptiua. Sunt enim quandoquè à Deo per angelos, interdùm ex cauſa purè naturali. Vndè Num. 12. Dominus ait ad Aaron: Si fuerit inter vos propheta, in viſióe apparebo ei, aut per ſomniũ loquar ad eum. Iob quoquè 33. legitur: Per ſomnium in viſione nocturna aperit Deus aures virorum. In Euangelio etiam legiť ſæpè Angelus apparuiſſe Ioſeph in ſomnis. De hac materia ſuper Geneſim pleniùs ſcripſi, & ſuper prælegatũ Eccleſiaſtici capitulũ (pręſtante Domino) ſcribam. Hęc pro nunc tetigiſſe ſufficiat. [Tu verò time Deũ] filiali timore, non ſomnia vana, imaginationesq; ſtultas, à quarum deceptione ora liberari à Domino. [Si videris calumnias egenorũ,] quas ſuſtinent à diuitibus atq; potentibus, [& violenta iudicia,] id eſt, cenſuras, pœnas, ſimilésve effectus, quos impij iudices ac potentes iubẽt per violentiam infirmioribus inferioribusq; inferri, [& ſubuerti iuſtitiam in prouincia,] ità quòd innocentes opprimuntur, & iuſti perſecutionibus infeſtantur, [non mireris ſuper hoc negocio:] id eſt, de iſtis euentibus, non mireris admiratione immoderata, turbatiua, aut diffidentiali: ſolent enim qdam puſilli nondùm ſatìs illuminati, vel in ſcripturis exercitati, vehementer mirari, fluctuare, deficere, dum cernũt quoſque iuſtos, ſapientes, innocentes ac ſanctos, à peſſimis tribulari, ſpoliari, fugari, occídi, quaſi ſcriptúra non dicat: Multæ tribulationes iuſtorum. Et quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Et rurſus: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Siquidem in hac vita electi & iuſti per impiorum manus purganť, exercentur, & ad cæleſte regnum mittuntur. De hac re Caſſianus primo libro Collationum, in Collatione abbatis Theodori de nece ſanctorum tractat diffuſè. Vndè in taliũ puſillorum ſic admirantiũ perſona Abacuc loquens: Quarè non reſpicis, inquit, Domine, ſuper iniquè agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? [qa excelſo excelſior eſt alius:] id eſt, vnus in poteſtate atq; officio conſtitutus, eſt alio officiato ſublimior, ſicq; ſi iuſtus eſt, poteſt illius errata corrigere. Vel ſi tyránus eſt ille excelſior, potens eſt inferiorem opprimere. [& ſuper hoc quoquè eminentiores] i. excelſiores [ſunt alij:] quèadmodùm ſuper Barones & Comites, ſunt duces & reges, ſeu Angeli q pręſunt prouincijs, nec ſuſtinerẽt talia fieri, niſi præſtolarenť diuini tẽpus iudicij. [& inſupèr vniuerſę terrę rex] i. monarcha totius regni [imperat ſeruienti.] i. ſuis miniſtris, ad quẽ pertinet aliorũ emendare iniurias & errata. Vel, per vniuerſæ terræ regem, intelligiť Deus omnipotens, de quo ait Pſalmiſta: Quoniã Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnem terrã. Qui pretacta mala non ſineret fieri, niſi ſuo tempore vellet & poſſet vniuerſa dijudicare, & malè iudicata reiudicare. Qui ait: Quum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. De quo & Iob. 24. ſcriptũ eſt: Deus inultum abire non patitur. Et Eccleſiaſtic. 5. Altiſſimus eſt patiens redditor. [Auarus non implebitur pecunia:] id eſt, affectus auari non ſatiatur pecunijs: quoniam quo plures acquirit, plures deſiderat: ſicut hydropicus, quanto plùs bibit, tanto plùs ſitit. De hoc dicta ſunt multa. [& q amat diuitias] tẽporales immoderatè, & tanq̃ finẽ, ſeu propter ſeipſas, [fructũ non capiet ex eis] i. vſum ſalubrem: quia non proficiunt ei ad ſalutem, ſed obſunt, & vix audet eis ad ſufficientiã vti, ac Deo de eis ingratus eſt, nec cõmunicat pauperib⁹. Idcircò Eccl 10. ſcriptũ eſt: Ni-

* Deus

Ezech. 8. & 9.

Iere. 25.

Mat. 1. & 2.

Pſal. 33. Act. 14. Mat. 5.

Pſal. 94.

Pſal. 74.

Nihil iniquiùs quàm amare pecuniã. Et Saluator in Euãgelio: Quàm difficile, inqt, qui pecunias habent, intrabũt in regnũ cælorum: Facilius eſt camelum per foramen acũs tranſire, quàm diuitem intrare in regnũ cælorũ. Porrò diuitiæ intãtùm poſſunt amari, inquãtùm vtiles ac neceſſariæ ſunt ad ſpũalia bona, hoc eſt, ad benè viuendũ, ad ſeruiendũ altiſſimo, ad habendũ neceſſaria vitæ, ad cultus virtuoſos, ad Dei honorem. [Vbi multæ ſunt opes, multi & q comedunt] i. conſumunt [eas:] Quod frequenter contingit. Quidã tamẽ diuites tenent ſecũ perpaucos, & opes reponunt. [Et qd prodeſt poſſeſſori, niſi q̃ cernit diuitias ſuas oculis ſuis?] ſicq; ex earum appręhenſione delectať inaniter, & eſt ſicut Tantalus in medijs vndis. [Dulcis eſt ſomnus operãti] poſt ſuũ laborem, [ſiue parùm ſiue multùm comedat.] Nam propter laſſitudinem & diuturnũ laborem, natura indiget recreatione. Similiter occupato in exercitijs virtuoſis, & vitæ actiuę operibus dulce eſt interdùm quieti contemplationis vacare, præſertìm ſi cũ Apoſtolo ſciat abundare & penuriã pati, ſaturari, & eſuriem ſuſtinere. [Saturitas autem diuitis non ſinit eum dormire] diù & quietè: qa ex ſaturitate diſcraſiam, torſiones, ægritudines q̃; incurrit: eſt quoquè propter diuitias ſuas ſolicitus. Similiter carnalis ſua ſaturitas impedit eũ ab obdormitione in Deo per contemplationis ſoporem, nec dicere poteſt: In pace in idipſum dormiã & requieſcã. Verùm (vt Seneca in Prouerbijs ſuis teſtatur) Benè dormit, qui non ſentit, quàm malè dormit. [Eſt & alia infirmitas] id eſt, eneruatio ac debilitas cordis, robori virtutũ contraria. [peſſima,] id eſt, valdè mala, [quam vidi ſub ſole: diuitię conſeruatæ in malum Domini ſui:] id eſt, quòd ipſe diues, præſertìm auarus, frequenter congregat & reſeruat diuitias, in damnum & periculum ſuíſpíſus, dum fures, raptores, latrones & tyranni, inſidianť ei propter ſuas diuitias, & tollunt eas, aut etiam ipſum occídũt. Ideò Seneca dixit: Maximo periculo cuſtoditur, quod multis placet. [pereunt enim in afflictione peſſima:] id eſt, diuitiæ auferunť ſuo poſſeſſori cum amara eius triſtitia & deſolatione, qa inuitiſſimè eas amittit. [Generauit filiũ, qui in ſumma egeſtate erit:] quia opes patris direptæ ſunt, nec eas poteſt recuperare. [ſicut egreſſus eſt nudus] ille poſſeſſor ſic ſpoliatus, ſeu filius eius bonis paternis priuatus, [de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur.] Pauper & nudus in terram. [& nihil auferet ſecum de labore ſuo:] dum moritur, id eſt, de ſuis bonis terrenis, laborioſè acquiſitis. Attamen opera, id eſt, merita ac demerita, ſingulos eos ſequuntur, iuxta illud Apocalyp. 14. Opera illorum ſequuntur illos. Hinc fertur in Pſalm. 75. Dormiérunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Iob quoquè: Diues, inquit, quum dormiérit, nihil ſecum auferet: appręhendet eum quaſi aqua inopia. Ideò ait Apoſtolus: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. [Quid ergò prodeſt ei quòd laborauit in ventum?] id eſt, inaniter & incertè. [Cunctis diebus vitę ſuę comedit in tenebris] cordis, id eſt, in malis pœnæ & culpæ, [& in curis multis,] quæ mentem affligunt & pungunt vt ſpinę, [& in ærumna atq; triſtitia:] id eſt, anxietate & mœrore.

Nihil iniquiùs … Marc. 10. Luc. 18.

Phil. 4.

Pſalm. 4.

Iob 27. 1. Tim. 6.

¶ Spiritualiter diuitiæ conſeruantur in malum Domini ſui, dum quis ad tempus ſpiritualiter creſcit in ſcientia atq; virtutibus, & non perſeuerat vſque in finem: Immò bona cooperantur ei in malum, & melius ei eſſet non cognouiſſe viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem reuerti retrorſum. Similiter accidit ei, qui de ſpirituali opulentia meritorum ſuorum extollitur, nec permanet gratus Deo, humiliterq; ſubiectus. Talis generat filios, id eſt, diſcipulos ac ſubditos pauperes, quia ſcandalizanť in eo, & recidiuationem eius ſequendo, pereunt ſimùl cum ipſo, ſicut de talibus ait Apoſtolus: Errantes & in errorem mittentes. [Hoc itaq; viſum eſt mihi bonũ, vt comedat quis & bibat, & ſruať lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum vitę ſuæ, quos dedit ei Deus: & hęc eſt pars illius,] id eſt, melius eſt temperatè & delectabiliter vti terrenis, quàm tam anxiè propter ea ſolicitari, & in tenebris pretactis vti eiſdem. Frui autem, frequenter pro vti accipitur. Nam propriè non eſt fruendum niſi Deo. [Et omni homini, cui Deus dedit diuitias atq; ſubſtantiam,] id eſt, mobilia & immobilia bona, [poteſtatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo:] id eſt, delectabiliter ſua portione vtať. [hoc eſt donũ Dei.] id eſt, quoddam beneficiũ eius, & melius vſu pretacto, & ex gratia id procedit, q̃ homo temporalibus ordinatè vtatur. ¶ Spiritualiter, bonũ eſt refici ſacramentis Chriſti, pane lachrymarum, & actibus virtuoſis: atq; ex eis & gratia Dei, preſtolari vitam beatam, eiusq; expectatione gaudere. [Non enim ſatìs recordabitur dierũ vitę ſuæ,] i. tempus vitę ſuę non videbitur ſibi valdè longũ, nec tædioſum, [eo quòd Deus occupet delicijs cor eius:] id eſt, vitã iucundam ei concedat ſecũdùm modũ nunc introductũ. His aũt qui in delicijs viuũt, tempus videtur breue, quanuis ſit longum: ſicut econtrariò, his q̃ deſolatam, triſtem, amaram ducunt

Phil. 2. Tim. 3.

vitam

vitam, tempus quãuis breue, videt longum, vt in dãnatis maximè patet. His quoquè qui conant quotidiè multa expedire & agere, dies valdè breues appãrẽt, qa nõ valẽt satisfacere suo affectui. Conformiter hominibus virtuosis, contemplatiuis, perfectis, tempus breue videtur, qa in assidua mentis trãquillitate, & bonæ conscientiæ securitate, spũaliq; gaudio seruiunt Deo. Et quoniã quicqd hîc agere queunt, quãtumcũquè diù vixerint, permodicum reputãt intuitu & amore retributionis futuræ. Interdùm tamen præ desiderio dissoluendi & existendi cum Christo, ac perfruendi beatificè Deo, tempus potest eis longum appãrere, ità
Psal.119. vt dicant: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et:
Psal.41. Quandò veniam & apparebo ante faciem Dei?

¶Explanatio cap. 6. Est & aliud malum quod vidi sub sole. Art. 6.

RVrsùs cupidorũ & diuitũ vanitatẽ, miseriasq; describit. [Est & aliud malũ quod vidi sub sole, & qdem frequens apud homines:] i. sæpè contingens hominibus, deindè exprimit illud. [Vir cui dedit Deus diuitias & substantiã,] i. bona mobilia ac immobilia, bona terrena, opesq; naturales ac artificiales, [& honorem,] i. dignitatem præsidentię, famã, & humanę reuerẽtię exhibitionẽ, [& nihil deest animę suę] i. personę eius, sumendo partem pro toto, seu vitę animali. [ex omnibus quę desiderat:] i. de his quę ad tẽporalẽ spectare videnẽ prosperitatem. [nec tribuit ei potestatẽ Deus, vt comedat ex eo,] i. tempus vitę ei non præstat, sed subtrahit eũ per mortem. [sed homo extraneus vorabit illud:] i. bona eius consumet. [hoc vanitas] i. instabilitas, [& miseria magna est.] Nõ tñ est culpa in se, nec ex parte Dei subtrahẽtis, nec ex parte subtracti, nisi forsan ob culpam suã tam citò tollat. [Si genuerit quispiã centũ liberos,] In scripturis aũt (ni fallor) nõ legitur quis genuisse vltra septuaginta filios, nisi forsitan addito vno aut duobus, sicut in libro Iudicum recitat Abimelech filius Gedeonis occidisse septuaginta viros fratres suos filios Gedeonis. Quibus tñ superstes fuit Ioathan frater illorũ, immò & ipse Abimelech. Similiter 4. Reg. 10. narrat Iehu occidisse septuaginta filios Achab, ante quos occiderat filiũ eius Ioram.
2.Para.22. Veruntñ alij habuerũt plures q̃ septuagintaduas proles, vt patet de Roboam rege, qui vigintioctò genuit filios, sexagintaq; filias. [& vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit,] sicq; fœcunditatem habeat prolis, ac vitæ diuturnitatem. [& anima illius] i. ipsemet [non vtatur bonis substãtiæ suæ,] necessaria vitæ sumendo ex ipsis, eo qp sibi subtracta sint, vel ipse in captiuitatem traductus. [sepulturaq; careat,] sicut de Ioachim rege Ieremias
Iere.22. prædixit: Sepultura asini sepelietur. [De hoc ego pronuncio, qp melior illo sit abortiuus:] qui actualiter non peccauit, & ad limbũ puerorũ deducit. Hæc aũt intelligenda sunt, faciendo comparationẽ istorum adinuicẽm, quãtùm ad mala vitę præsentis. Potest tñ contingere, qp aliquis diues spolietur, & captiuetur, atq; in tantis aduersis sit patiens, ac Deo intentus, sicq; melior sit ac felicior abortiuo. Porrò sequentia dupliciter exponunt. Primò, de abortiuo: [Frustrà eñ venit] in vterũ & ad conceptũ, quia non potuit peruenire ad natiuitatem ex vtero, nec ad vitã beatã. [& pergit ad tenebras,] i. ad limbũ, quem dicunt aliqui tenebrosum, vel quia in eo est pœna damni. Vel ad tenebras, i. ad sepulcrum. [& obliuione delebit nomen eius] i. ipsemet citò erit à memoria hominũ omninò deletus, nec habuit nomen sibi impositũ. [Non vidit solem,] i. q nõ prodijt viuus ex ventre ad lucẽ. [neq; cognouit distãtiã boni & mali:] i. differentiã inter bonũ & malũ non est expertus in mundo, qa non venit ad vsum
*secundè, *fœcũdo, rationis in vita præsenti. Secũdò, exponunt hæc de homine diuite diù viuente * facundo, nec tñ potente vti diuitijs suis, q frustrà venit ad opes, vel in mũdum, in quo non est cõsecutus felicitatẽ, & pergit ad tenebras, i. ad tormenta ac desolationes, & obliuione delebit nomen eius, eo modo quo in Prouerb. dictũ est: Nomen impiorũ putrescet. Et in Psalm. 9. Nomen eorũ deleti in æternum, & in seculũ seculi. Non vidit solem, i. prosperitatem atq; lætitiam non est expertus: nec solem iustitiæ considerauit, neq; cognouit distantiam boni & mali, i. sola aduersa expertus est, non prospera, & ità non nouit vtrunq; perfectè: qa (vt fertur communiter) q non est paupertatẽ aut infirmitatem expertus, nescit qd sit opulẽtia aut sanitas. Vel, nõ cognouit distãtiã boni & mali, i. nõ discreuit iter virtutes & vitia. Immò quę illicita sunt, licita reputauit. [etiã si duobus millibus annis vixerit] homo, quum tñ nemo in scripturis legat mille annis vixisse. Sed Mathusalem q cæteris diutiùs inuenit vixisse, an-
Gene.5. nis nongentis sexagintanouẽ vixisse narrat in Genes. [& non fuerit perfruitus bonis:] sed iugiter malis, adhuc tamen abortiuo miserior est, præsertim si non fuerit perfruitus bonis gratiæ ac virtutũ. [Nonnè ad vnũ locũ properat omia? Omnis labor hominis in ore eius:] i. quicqd laborando acquirit de rebus terrenis, ore seu comestione consumit. [sed anima illius non implebitur:] i. cor eius plura desiderabit, nec sufficiẽtia erit contentũ, potissimè loquendo de cupido ac posteà iterùm cupiente manducare. ¶Spũaliter, omnis labor hois est in ore eius, quãdò iugiter laborat addiscere aliqd, vt instruat alios, vel vt ornatè loquat, & sapienter eloqui videat. [Quid habet ampliùs sapiens à stulto? & quid pauper,] supple, à diuite, i. in quo excedit sapiens decoratus sapientia, quę est donũ seu notitia scripturarũ cum impletione earũ, stultum, i. iniquũ in quo puerilitatis vitiũ viget? Vndè Prouerb. 1. dictũ est: Vsquequò stulti ea quę sibi nociua sunt, cupient? Propter quod admonet Paulus 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus. Et in quo pauper spiritu, i. humilis seu propter Deum libenter egenus, excedit diuitem cupidum. [nisi vt pergat] tam sapiẽs talis, quàm pauper, [illuc vbi est vita] gloriæ, i. beatitudo æterna, cui nihil de mortalitate & calamitate miscetur. Vndè scriptũ est Sap. 7. Neminẽ diligit Deus, nisi qui cũ sapientia inhabitat. Et Isa. 27. Non est populus sapiẽs, ideò nõ miserebit eius q fecit illũ. Et Mat. 5. loquit veritas: Beati pauperes spũ, quoniã ipsorũ est regnum cælorũ. Atq; in Psalm. 71. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Sed heu multi sunt, in qbus detestãda puerilitas regnat. Propter quod Seneca protestat: Multa bona nostra nobis nocent. Adhuc enim in nobis non puritia, sed quod est grauius, puerilitas remanet. Et hoc qdem est, qp authoritatem senum habemus, & vitia puerorũ. [Melius est videre] i. cognoscere [quod cupias,] i. quod meritò & salubriter appetere debes, videlicet vltimũ finem, & omnia necessaria seu vtilia ad eum adipiscẽdum. [quàm desiderare quod nescias:] i. quod tibi expedit ignorare magis quàm scire, vt sunt superstitiosa, magica, fr[illegible]ola: falsum quoquè non scitur, quanuis scire putetur, vt ait Philosophus. [sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritũs:] s. desiderare quod nescias, iuxta expositionem nunc tactã. [Qui futurus est, iam vocatũ est nomen eius:] i. omniũ qui nascentẽ, nomina Deo præcognita sunt. Vel alij q præcesserũt, similes illis in specie, similia nomina habuerũt. [& scitur qp homo sit,] id est, de omnibus illis scitur, qp mortales & fragiles creaturæ sunt, fuerunt, aut erunt. Idcircò non debent se vltra mensurã sui gradũs & statũs seu conditionis extendere ad vana, præsumptuosa & curiosa. [& non possit contra fortiorem se in iudicio contendere:] i. creatori suo non poterit respondere, vanitatem & culpã propriã defendendo, aut aliqd contra Dei prouidentiã efficaciter allegãdo. Vndè ait Apostolus: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Hinc fertur in Iob: Sapiẽs corde est, & fortis robore. Quis restitit ei, & habuit pacem? Si voluerit homo cum eo contendere, non poterit respondere vnũ pro mille. Hoc est quod Isa. 45. scriptũ est: Væ qui contradicit factori suo. Nunquid dicit lutum figulo suo, qd facis? [Verba sunt plurima] eorum qui secreta & incomprehensibilia, seu curiosa & superstitiosa scire cupiunt & scrutanẽ. Qui frequenter verbis vtunt superfluis. De qualibus ait Apostolus: Sẽper discẽtes, & nunq̃ ad veritatis notitiã peruenientes. Et Isaias: Vbi sunt augures tui, q contemplabanẽ sidera, vt ex his annunciarent tibi quę ventura sunt? [multamq; in disputando habentia vanitatem:] quia errant in multis, & argumentis topicis ac friuolis, tanquàm demonstratiuis ac solidis, innituntur & occupant. Hoc clarissimè patet in multis Philosophis atq; Astronomis, qui contra fidei christianę veritatẽ plurima conscripserunt ac disputauerũt, q enormiter sunt mẽtiti, & in rudissimos ac nefandissimos corruerũt errores, sicut Auerrois Peripateticus, qui tãdem in disputationibus suis contra catholicos, negauit prouidentiam Dei, & animam humanã dixit esse mortalem, ac vnum numero intellectũ in cunctis hominibus. Similiter Porphyrius Platonicus, qui licèt concesserit legem Mosi datam à Deo, nihilominùs idololatriam approbauit, quę tamen in lege Mosis apertissimè reprobat. Albumasar quoq; Astrologus in introductorio maiori, & Alkindius in sua Theorica, & lib. de radijs stellicis, mirabiliter ac miserabiliter errauerũt. De talibus ad Timotheum scribẽs Apostolus, ait: Quemadmodùm Iannes & Mambres restiterunt Mosi, ità & hi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltrà non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

Rom. 9.
Iob 9.
Isa. 45.
2.Tim.3.
Isa.47.
2.Timo.3.

¶Elucidatio capituli septimi: Quid necesse est homini maiora se quęrere.

Articulus Septimus.

CApitulum istud sententijs atq; moralibus documentis est plenũ, in quibus non vanitas, sed via ac meritũ ad veram consistit salutem. [Quid necesse est homini maiora se quęrere,] i. ea scrutari & cõprehendere velle, quę intellectûs sui capacitatẽ transcendũt. Vndè in sequentibus dicit: Non plùs sapias quàm necesse est, Eccẽs 7. c
nè obstupescas. Et Ecclesiastic. 3. legitur: Altiora te nè quęsieris: non eñ tibi necesse est ea quę abscondita sunt, videre oculis tuis. [cùm ignoret qd conducat sibi in via sua.] i. quid sibi conueniat seu vtile necessariúmve existat in isto exilio ad beatitudinem impetrandam.

Nam & Apoſtolus ait Romano. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Quocirca ſciendum, quòd quędam ex ſuo genere bona ſunt & neceſſaria ad ſalutem, vt præcepta Dei atque Eccleſiæ: Vel ad ſalutem vtilia, vt euangelica Chriſti conſilia. Et de talibus ſcimus, qd nobis conducat in vita noſtra. Quædam verò ſunt indifferentia in ſe, quibus poſſumus benè & malè vti, nec cunctis expediunt, ſed nec ſemper: vt infirmitas, ſanitas, opulentia, paupertas externa. De quibus neſcimus quid, ſicut oportet, oremus, & quid nobis magis conueniat. Vndè Dominum exorare debemus, vt de talibus prouideat nobis, quod ampliùs nobis expediens eſt, & ipſe inſpirare dignetur, quid appetamus. A cognitione autem & conſideratione neceſſariorum & vtilium, ſalubriúmve ſaluti, frequenter nos impedit curioſa, ſubtilis, ſeu præſumptuoſa inueſtigatio altiorum talium. Idcircò vitanda eſt & nociua. Et illud Eccleſiaſtic. 3. eſt ſeruandũ: Quæ prędcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Hinc ait & Seneca: Citò à corpore ad animum redi. Illum excole & exorna. Modico labore colitur ille: Bonum illud appræhendere cura, quod vetuſtate fit melius. Non te iubeo libro & pugillaribus iugiter imminere: dandum eſt animo aliquod interuallum. Hinc loquitur in Timæo: Hoc meis ſit precibus compræhenſum, vt potiſſimùm ea dicantur, quæ deitati ſunt placita. Itaque neſcit homo quid conducat ei in vita ſua. [numero dierum peregrinationis ſuæ:]
2.Cor.5. id eſt, conuerſationis præſentis, qua tendit ad patriam beatorum, ſicut ait Apoſtolus: Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Dño. Vñ & Iacob pñiarcha Geñ. 47. Dies, inqt, peregrinationis meæ ſuper terram, centum triginta anni ſunt. [& tempore quod velut vmbra prętcrit?] quę admodùm 1. Par. 29. Dauid loquit Deo: Peregrini ſumus corã te & aduenæ, ſicut
Iob 14. omnes patres noſtri: Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Sanctus quoquè Iob ait: Homo quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet. [Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum futurum ſub ſole ſit:] id eſt, quis hominum poterit alteri prædicere, quid certiuè poſt eius mortem continget, loquendo de futuris purè contingentibus? Scimus tamen ex ſcripturis multa quæ fient poſt nos, ſed præſata contingentia certè præſcire ac prænunciare, Deo appropriatur. Propter quod Iſaiæ 41. inducitur: Quæ futura ſunt, annunciate, & ſciemus quia dij eſtis. Hinc in ſcripturis quidam vocant diuini, qui de talibus prænunciandis & reuelandis ſecretis ſe intromittunt. [Melius eſt nomen bonum,] id eſt, fama ædificatoria & honeſta, [quàm vnguenta precioſa.] Nam bonum nomen eſt ad gloriam Dei, ædificationemque proximi, & ei qui bonæ famæ eſt, ad multa accommodum. Idcircò ſecundùm Auguſtinum, Qui negligit famam, crudelis eſt, quoniam quantùm in ſe eſt, interimit proximos qui audiunt malum de eo. Deo itaque debemus conſcientiam puram, proximo bonam famam. Hinc ait Apoſtolus 2. Corinth. 2. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Et Seneca conteſtatur: Honeſtus rumor, alterum eſt patrimonium. Veruntamen multi deuoti doctores affirmant pertinere ad humilem, vt velit ab omnibus vituperari, contemni, & conculcari. Quomodò igitur appetit nomen bonum? Et reſpondendum, quòd quantùm in ſe eſt, ex conſideratione ſuorum peccáminum, ac deſiderio conformandi ſe aliqualiter Chriſto propter ſe paſſo, appetit talia: ſed nè alij ſcandalizentur in ipſo, atque ex hoc Deus inhonoretur, bonam deſiderat famam. [& dies mortis, die natiuitatis:] Dies natiuitatis eſt, qua generamur in culpa & natura filij iræ, atque ad multa pericula & tormenta ac vitia. Vndè ſancti quidam,
Iob 3. tali diei maledixiſſe leguntur, præſertim Iob & Ieremias, dicentes: Maledicta dies in qua na
Iere.20. tus ſum. Hinc Ieremiæ 15. dicitur: Væ mihi mater mea, quarè me genuiſti, virum rixæ, virum diſcordiæ? Porrò in die mortis euadimus mala iſta, ideò melior nuncupatur. Veruntamen quoniam eſſe & viuere, ſunt naturaliter appetibilia valdè, & mala pœnæ poſſunt ad ſalutem proficere, atque in vita hac poſſumus virtutes ſortiri, beatitudinemque mereri, & filij adoptiui fieri creatoris, ideò ſecundùm iſtum reſpectum, non eſt dies mortis melior die natiuitatis, ſicut nec mors melior vita: niſi intelligatur de electis & ſanctis, quorum dies mortis, vocatur dies natalitius eorum: quia tunc incipiunt feliciter viuere, & confirma
Pſal.33. ti eſſe in bono. Mors autem peccatorum, peſſima. Dies quoquè mortis eorum, qui egreſſi de corpore, purgatorio deputantur, quantùm ad hoc, melior eſt die natiuitatis: quia ex tunc aſſecurántur de ęterna ſelicitate, & immobilitantur in gratia, euadentes multa ac magna pericula. Sed inquátùm pœnę purgatorij, valdè acriores ſunt pœnis vitę prędentis, nec inpurgatorio quis poteſt mereri: videt dies mortis illorum, non eſſe melior die natiuitatis eorum qui regenerantur in Domino. Reprobos verò expediret magis, non naſci, q̃ ad tot peccata & ad ęterna ſupplicia gigni. Cur ergò Dñs creat eos? Reſpõdet Damaſcenus: Quoniam Deus facit quod ad ſuã pertinet bonitatem, nec decet eũ omittere hoc ob abuſionem

& ingratitudinem noſtram. Multa quoquè bona ex eis & ex eorum elicit damnatione. [Melius eſt ire ad domum luctûs,] vbi deploratur defunctus, vel ad pœnitentiũ & ſua peccata lugentium congregationem, vel ad locum ſeu templum, vbi fit ſermo de nouiſſimis hominum, de ſtultitijs quoquè peccantium, de enormitatibus & turpitudinibus vitiorum: ex quorum prædicatione, audientes inducunt ad luctum ſalubrem. [quàm ad domũ conuiuij:] Quia in conuiuio reſoluitur cordis compunctio, ſitq; frequenter exceſſus in cibo & potu, in verbis, iocis ac riſibus, ex quibus oriunt incitamenta laſciuiæ. Vndè Iudas Apoſtolus in ſua ſatur Canonica: Hi ſunt in epulis ſuis conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, deſpumantes ſuas confuſiones, quibus procella tenebrarũ conſeruata
Exod.32. eſt in ætern ũ. In Exodo quoquè aſſerit: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Propterea dicit Gregorius: Sicut impoſſibile eſt, ignem in aqua ardere: ſic impoſſibile eſt, in conuiuantibus compunctionem vigere. Cur autem ſit melius ire ad domũ luctûs, ſubiungitur: [In illa enim] putà in domo luctûs, [finis cunctorũ admonet hominum:] id eſt, ex defuncti præſentia inducunt qui aſſunt, ad meditandũ de ſua morte, quæ finis eſt vitæ mortalium. Quod etiam ex verbis atq; ſermonibus fit in congregationibus pœnitentium & in locis ſermocinantium. [& viuens cogitat, quid futurum ſit] ſibi, ſcilicet qualiter morietur & iudicabit à Deo, ac punietur acerrimè, niſi in prędenti expurgatus fuerit plenè. Hæc aũt conſideratio mortis & concomitantiũ eã, efficaciſſima eſt ad vitandũ omne peccatum, vt Climachus ſcribit. Hinc Plato in Phędrone diſſeruit: Meditatio Philoſophorum, eſt ſeparatio & diſſolutio animæ à corpore. Et rurſùs: Reuerà philoſophãtes, morti ſe præparant. Si quem víderis grauiter ferre cũ debeat mori, nullo modo erat philoſophus. Mors aliud nõ eſt, q̃ animę corporisq; diuiſio. Hęc Plato. Seneca quoquè in ſuis teſtat Prouerbijs: Omnes vitam differentes, id eſt, diù viuere ſe putantes, incertà mors prævenit. Ideò omnis dies tanquàm vltimus ordinandus eſt. Hoc eſt quod ſanctus pater Macarius docuit, vt ſemper tam diſcretè & timoratè ac purè viuamus, quaſi die quolibet morituri, & quaſi centum annis victuri. [Melior eſt ira riſu:] Hoc intelligendũ eſt de ira per zelum, qua contra propria ac proximorũ peccata mouemur, ac ea punimus: Sicq; (vt Tullius loquitur) vindicatiua eſt pars quædã iuſtitiæ. De hac ira laudabili fatur Chryſoſtomus. Si ira non fuerit, nec
Chryſoſt. doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcunt. Itaq; qui, dum cauſa eſt, non iraſcitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, nec ſolùm malos, ſed & bonos ad malum inuitat. Veruntamen grandi moderatione vti oportet circá hanc iram, nè immoderantiùs exardeſcat. Propter quod affirmat Gregorius, q̃ non debet quaſi domina rationem prędcedere, ſed tanquàm ancilla poſt tergũ ſequi. Ira quippe per zelum, vocatur, quam ratio per imperium ſibi aſſumit, quatenùs actum virtutis efficaciùs exequat. Melior ergò eſt ira hæc riſu: quoniam magis charitatiuũ, pium, & iuſtum eſt peccanti iraſci, quàm arridere, quemadmodùm pater filio ſuo dilecto ac delinquenti iraſcitur. Qui autem non diligit ipſum, de eius culpa & inſipientia ridet. Hinc ſubditur: [quia per triſtitiã vultûs,] quam ira per zelum cauſat in facie, [corrigitur animus delinquentis:] dum penſat alium ob ſuum contriſtari exceſſum, prędertim quando aduertit illum ſic contriſtari ex charitate illius ad ſe, aut ex zelo iuſtitiæ. Vndè ait Bernardus, quòd animus probus, videns aliũ pro ſe ità ſolicitum, erubeſcit illo prędente reprehenſibiliter ſe habere. Hinc etiam in Prouerbijs dictum
Pro.25. eſt: Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. Dum ergò quis non audet corripere delinquentem, ad minus oſtendat ei faciem triſtem: vt ſic perpendat, quantùm culpa ſua ſibimet noceat, quę alium ſic contriſtat. [Cor ſapientum, vbi triſtitia:] id eſt, ſapientium eſt, de malo culpę triſtari, peccantibus condolere, mundi huius miſerias deplorare, præſens deflere exilium, prędertim q̃ Deus omnipotens indeſinenter tam grauiter ac multipliciter inhonoratur, offendit, atq; tot animę pereunt ac damnant. Hac ex cauſa (ſecundùm Baſilium in regula ſua) non licet modò ridere. Hæc eſt bona & ordinata triſtitia, de qua fatet Apoſtolus: Quę ſecũdùm Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſta-
2.Cor.7. bilem operatur. Triſtitia verò ſecularis inordinata, quę eſt de propria iniuria, infirmitate, temporalíve damno, eſt vitioſa. De qua idem dixit Apoſtolus: Seculi triſtitia mortem operatur. De qua Prouerb. 25. dictum eſt: Sicut tinea veſtimento, ſic triſtitia nocet cordi. Denique Sapiens contriſtatur de propria imperfectione, & pronitate in malum, & quòd tam longè diſtat à perfectione optata, cæleſtiq; gloria. [& cor ſtultorum, vbi lętitia:] id eſt, ſtultorum eſt inaniter gloriari, ſibijpſi placere, de aliorum ruina ridere. Vndè dictũ eſt ſuprà cap. 2. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtrà deciperis? Stultiſſimorũ autem
Pro. 2. eſt gaudere, quum malè fecerint, & rebus peſſimis exultare, ſeq; de iniquitate iactare. Si-

militer obliuiſci periculorum quibus expoſiti ſumus,& riſibus,iocis choreis,luſibus q; vacare,inſanię eſt. Idcirco de talibus Iob 21.ſcriptū eſt: Tenent tympanū & citharam,& gaudent ad ſonitū organi. Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad infernū deſcendunt. Verùm eſt alia bona lætitia, in contemplatione, dilectione, cultuq; Dei & actione virtutum, conſiſtens. De qua ait ſcriptura Philip.4. Gaudete in Domino ſemper. Et iterùm Pſalm.99. Mat.5. Seruite Domino in lætitia. Hinc etiam docuit Chriſtus: Beati qui lugent. Et, Væ vobis qui Luc.6. ridetis. [Melius eſt à ſapiente corrigi,] id eſt, verbis ac diſciplinis caſtigari, [quàm ſtultorum] id eſt, iniquorū & callidorum [adulatione decipi:] qui laudant peccatoré in deſiderijs animę ſuæ,& blandiendo quęrunt placere,ac propria commoda conſequi, non autem peccantem curare. Hinc Seneca dixit: Admonearis libenter, reprehenſionem ſume gratāter. Si meritò obiurgârit te aliquis, ſcito quòd prodeſſe voluit. Non dura, ſed adulatoria verba verearis. Eſto vitiorum fugax, aliorum verò neq; curioſus ſcrutator, nec reprehenſor acerbus, ſed ſine exprobratione corrector, ità vt admonitionem hilaritate pręuenias. Quocirca inquiri poteſt, qualiter dicat admonitionem hilaritate pręueniendam, nec reprehēſionem debere acerbam eſſe, quum iam dictum ſit, per triſtitiam vultūs corrigi animū delinquentis, & quędam vitia acriori indigeant increpatu. Et reſpondendū, q admonitionem dicit hilaritate pręueniendam, non increpationem. Vel ſi nomine admonitionis increpationem includit, dicendū quòd ſuperiores,& benevoli citò flexibiles,& ex infirmitate peccantes, præuia hilaritate ſunt arguendi ſeu admonendi. Quòd ſi tali non acquieuerint reprehenſioni & informationi, duriùs ſunt tractandi, præſertim ſi ſubditi ſint. Idcirco dicit Iſidorus: Qui blando verbo caſtigatus non emendaſ, neceſſe eſt vt acriùs arguatur. Et cum dolore ſunt abſcindenda, quę non poſſunt leui caſtigatione arceri. [quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla,] eſt vehemens atq; confuſus, [ſic riſus ſtulti] eſt inconditus & diſſolutus,ac cachinnatiuus,etiam in peccato & ruina alterius. Vndè communiter dicitur: Per riſum multum, poteris cognoſcere ſtultum. De hoc Seneca ſcripſit: Repræhenſibilis riſus eſt,ſi immodicus,ſi pueriliter effuſus,ſi muliebriter fractus. Odibilem quoquè hominem facit riſus,aut ſuperbus & clarus, aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Non ſit tibi ſcurrilis,ſed grata vrbanitas: riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu, quies ſine deſidia,& quū ab alijs luditur,ſancti & honeſti aliqd tracta. [Calumnia] id eſt, illatio magnę iniurię [conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius:] id eſt, pro.12. patientiam eius deijcier. Quomodò verum eſt hoc,quū ſcriptum ſit: Nō contriſtabit iuſtum, Iaco.1. quicquid ei acciderit? Et ſapientis ſit,in aduerſis gaudere,ac paſſionibus dominari? Gregorius quoquè,Iuſtorū,inquit,ſapientia eſt,mala libentiùs tolerare quàm facere, nullam iniuriæ vltionem quęrere, contumeliam propter veritatem illatā,lucrū putare. Seneca etiam loquitur: Non ex vocibus ſpectandi ſunt ſapientes,ſed ex perpetuitate virtutis atq; conſtātiæ. Verùm ad iſtud patet reſponſio,ex verbis Albini & Gloſſæ,dicentiū: Sapiens perfectus nulla argutione indiget,nulla turbaſ calumnia. Ideò de ſapiente adhuc in proſpectu conſtituto,iſtud eſt accipiendū,qui aliquandò turbaſ de iniquitate humani iudicij, quandò Deus ſtatim non punit. Et de taliter bono ſeu virtuoſo diſſeruit Seneca: Mutat ſe bonitas,quum iritaſ iniuria. Et rurſùs: Bonus animus læſus, grauiùs multo iraſciſ. De virtuoſo aūt & ſapiente perfecto,fatetur: Contumeliam pati nec fortis nec ingenuus poteſt. Et denuò: Ingenuitas non recipit contumeliam: [Melior eſt finis orationis, quàm principium.] Finis enim eſt conſummatio rei, & à fine res pręcipuè ſumit denominationem atque virtutem. Vndè dicitur: Dum finis bonus eſt,totum bonum eſt. Nempe ſi oratio à deuotiōe incipiat, & in diſtractione terminet, inualida eſt, aut parùm valere cenſet. Si aūt à diſtractione inchoētur,& in recollectione,deuotione, & feruida vnione finiaſ, idonea iudicaſ. Et quāuis principia dicanſ maxima eſſe virtute,& plùs quàm media totorū,finis tamen primatū fortitur. Propter quod adſtruit veritas: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Hinc Mat.24. Leui.3. Dominus in Leuitico iuſſit ſibi caudam in ſacrificiū immolari. [Melior eſt patiens arrogāte.] In patientia enim anima poſſideſ,in ſuperbia perditur. Atq; per arrogantiā maximè fit homo ſeruus,membrū filiuſq; diaboli,qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. [Nè ſis velox ad iraſcendū, quia ira in ſinu] id eſt, corde [ſtulti requieſcit.] Siqdem eoipſo,quo qs iram per vitiū, de qua intelligit iſtud, non ſolùm admittit, ſed etiam intra ſe retinet, ità q quieſcit in eo: ſtulto aſſimilaſ, & luce ſapientiæ caret, ac ſtultus eſt, non ſolùm eo modo, quo omnis q in mortali eſt culpa, ſtultus aſſeritur: ſed & tanto ſpecialiùs, quo ira mentem intùs magis excęcat,& hominem in apparatu vultūs,exterioriq; geſtu,ſtulto,immò & furioſo facit ſimiliorem. Hinc fertur Iob 5. Virū ſtultū interficit iracundia. Et congruè ait, interficit

quoniā ex ſuo genere peccatū eſt mortale, tam ratione immoderatę ſuę impetuoſitatis, qua rationi penitùs dominaſ, quàm propter exceſſum vltionis, quā expetit ſeu infligit: quę dum offenſæ iniuriam vehementer tranſcendit, directè contrariatur iuſtitię æqualitati. Ideò ait Hieronymus: Quid iracundo furor ſuus confert, quem ſæuiſſimis exagitat ſtimulis paſſionis,& ità ab omni cōſilio ac mente deturpat, vt dum iraſciſ, inſanire credaſ? Ampliùs, quàm nociua, turbatiua,& intolerabilis ira exiſtat, pandit Gregorius, dicens: Per iram iuſtitia re- Gregorius. linquitur, grā vitę ſocialis amittiſ, mititas ſuperaſ. De hoc dictū eſt pleniùs ſuper illud Prouerbiorū 18. Spiritum ad iraſcendū facilem, quis poterit ſuſtinere? Et ſicut Seneca Tulliuſq; teſtaſ, menti furore ebriæ rectū videtur, quicquid iudicat & operaſ: Peruerſumq; arbitratur, quicquid iudicio ſuę commotionis contrariū ei denunciaſ. Iſta ira omninò vitanda eſt. Et ſi primi motus non pręueniaſ, nè oriantur: reprimuntur tamen, nè augeantur aut immorentur. Nam (vt Seneca faſſus eſt) in bono viro citò moritur iracundia. Qui iterùm ait: Eſto tardus ad iram, promptus ad miſericordiam. Nempe cùm ira ex ſuo genere ſit mortalis, conſuetudo iraſcendi periculoſiſſima eſt, cùm & irrefrenata venialiū conſuetudo, mortalis perhibeaſ. [Nè dicas: Quid putas cauſæ eſt, quòd priora tempora meliora fuêre, quàm nunc ſunt? Stulta eſt enim huiuſmodi interrogatio.] Dies nanq; in ſeipſis vel ex ſua natura, nec boni nec mali ſunt. Sed quo homines ſub tempore aliquo exiſtentes, ſunt meliores aut deteriores, eo dies meliores aut peiores ſunt. Hinc in Michæa habetur: Non ambulabitis ſu- Mich.2. perbi, quoniam tempus peſſimū eſt. Iſta autem eminentia bonitatis, & exceſſus malitiæ, ex libero dependet arbitrio. Ideò Salomon iſtud inducit contra illorū amentiam, qui impietates ſuas volunt excuſare, retorquendo eas in malitiam temporis. Propterea dicit Hierony Hierony. mus: Nè dicas, priora tempora meliora fuerunt quàm nunc ſunt. Virtutes faciunt dies bonos, vitia malos. Hinc hortatur Apoſtolus, vt dies malos faciamus bonos, dicendo: Redi- Ephe.5. mentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Gloſſa quoquè: Sic, inqt, viuere debes, vt dies preſentes ſemper ſint tibi meliores, quàm prēteriti. Nempe ex conſideratione malorū præcedentis diei, cautiores meritò efficeremur. Propter quod Seneca loqtur: Diſcipulus eſt prioris diei dies poſterior. Deniquè loquendo in generali, triplex ponitur tempus, ſcilicet tempus legis naturalis, ab Adam vſq; ad Moſen: Exindè, tempus legis ſcriptæ, vſq; ad dationem Euangelicæ legis à Chriſto: ſub quo eſt tempus Euangelicę legis, vſq; ad finem mundi. In quolibet etiam horum trium temporū, poteſt diſtingui priùs & poſteriùs. Dicūt igitur aliqui, q tempus Euangelicæ legis fuit melius prędecentibus duobus temporibus: quia in eo eſt data lex perfectiſſima, & abundantia gratiarū precipua: Propter quod, tempus gratiæ nuncupaſ, & plures quàm antè crediderūt in Deū. Similiter tempus legis ſcriptæ, dicūt melius fuiſſe tempore legis naturæ: quia in tempore legis ſcriptæ, multa & magna gratiarum chariſmata hominibus ſunt collata, magis quàm antè. Sicq; affirmant poſteriora tempora fuiſſe prioribus meliora. Alij dicunt, quòd prima pars temporis legis naturæ, fuit melior, quàm pars eius poſterior, quoniam tempore Adæ & diù poſteà, ipſe & poſteritas eius, pro magna parte coluerunt vnum verum Deum: Poſteà verò circa tempora Noë, cœperunt communiter ad carnis vitia declinare, prout in Geneſi narratur, quòd omnis caro cor- Gene.6. rupit viam ſuam. Et poſt diluuiū ad idololatriam corruerunt. Idem dicunt de tempore legis ſcriptæ, quòd ſcilicet tempora meliora fuerunt ſub Moſe & Aaron, ac ſenioribus, ſub quibus facta ſunt mirabilia multa & magna, & ſub Ioſue, diuque poſteà filij Iſrael Domino ſeruiêrunt. Similiter in exordio primitiuæ Eccleſiæ, maxima data eſt copia gratiarum, & innumerabilia tunc fiebant miracula. Ideò tempus illud dicunt poſteriori tempore melius extitiſſe: ſicque affirmant tempora priora fuiſſe meliora, comparando partem vnius temporis, ad aliam eiuſdem temporis partem. Veruntamen Boethius videtur ſen- Boethius. ſiſſe, tempora priora abſolutè fuiſſe meliora, dicendo: Felix nimiùm prior ætas, contenta fidelibus aruis. Vndè & Seneca: Quotidiè, inquit, deterior eſt dies poſterior. Hinc videtur dicendum ac reſpondendum, ſub triplici diſtinctione: Prima eſt, Quòd dies dicuntur deteriores ſeu meliores, non ſolùm propter mala culpæ, ſed & propter mala pœnæ. Secunda, eſt, quòd dies dicuntur meliores ſeu peiores dupliciter, vtpotè; Intenſiuè & extenſiuè: Intenſiuè, propter gratiarum ſeu proſperitatum exuberantiam: Extenſiuè, propter multitudinem ſuppoſitorum ſeruientium Deo. Tertia, quòd vno & eodem tempore dies apud quoſdam ſunt meliores, & apud alios deteriores. Ex qua diſtinctione multæ ſumi poſſunt conſiderationes ad diſſoluendum propoſitam quæſtionem. Siquidem tempore Apoſtolorum intenſiuè erant tempora meliora, Euangelio nondùm vndiquè diuulgato: quo ſic diuulgato, meliora erant extenſiuè. Rurſùs, tempore primitiuæ Eccleſiæ, durante perſe-

quutorum tyrannide, tempora erant peiora, tam malitia culpæ, quàm pœnæ. ¶ Poſtremò, tempore Euangelicæ legis, Chriſtus in Eccleſia ſua magnam frequenter fecit reformationem, nunc in vna parte Chriſtianitatis, iam in alia. Sicque quibuſdam, tempora poſteriora facta ſunt aurea & prioribus meliora. [Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs,] quàm ſine eis. Nam bonum creatum additum bono creato, efficit ipſum maius. Sapiens autem diuitijs benè ſcit vti, & per eas ſuccurrit egenis. Veruntamen iſtud, dictum videtur ſecundùm curſum & tenorem legis Moſaicæ, in qua indigentia ſeu paupertas valdè fuit horrori, iuxta illud Deuteronomij 5. Omninò indigens & mendicus non erit inter vos. Vndè & alibi legitur: Melius eſt mori, quàm egere. Eccl 40.

Chriſtus autem legem perfecit, & paupertatem exemplo ac verbo edocuit, illamq; prædicauit eſſe altiſſimam: in qua nec in generali, neque in ſpeciali proprium quid habetur. Vniuerſa quoquè terrena docuit atque conſuluit eſſe derelinquenda, viam perfectionis ingredi cupienti. Quanuis enim diuitiæ non ſint malæ in ſe, multas tamen & magnas habent occupationes & curas annexas. Sed & valdè difficile eſt, eis vti ſine exceſſu. Hi quoquè qui eas propter Deum omninò relinquunt, nec propria retinent, aliundè maiora virtuoſarum actionum ſubſidia conſequuntur, videlicet gratiarum chariſmata, quàm ſint ipſæ corporales diuitię. Itaque melior eſt ſapientia cum Euangelica ſpontanea religioſaq; paupertate, quàm cum diuitijs. Hinc glorioſiſſimus & ſapientiſſimus princeps Apoſtolorum loquutus eſt claudo ex vtero: Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Vas quoquè electionis: Altiſſima, inquit, paupertas eorum, abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Actо.3. 2.Cor.8.

Prætereà quæritur, Quomodò Salomon dicat hîc, Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, cùm in Prouerbijs dixerit, Mendicitatem & diuitias nè dederis mihi. Et reſpondendum quòd per diuitias poteſt hîc ſufficientia terrenorum intelligi, ibì verò, ſuperfluitas. Regibus quoquè & in magnis officijs conſtitutis, neceſſarię ſunt diuitię. Illud verò Prouerbiorum, in perſona eorum qui de communi ſunt ſtatu, poteſt accipi dictum. [& magìs prodeſt videntibus ſolem. Sicut enim protegit ſapientia] ſapientem, contra inſidias viſibilium ac inuiſibilium aduerſariorum. Propter quod Prouerbio. 2. dictum eſt: Sapientia protegit gradientes ſimpliciter. Sapientia etenim facit hominem oculatum, cuſtoditum, Deoq; inhærentem, & ità meretur diuinum ſubſidium. [ſic protegit & pecunia:] id eſt, bonus ac prudens vſus pecuniæ, vtpotè miſericordiæ opera, & per eam acquirunt ac nutriũtur auxiliarij contra hoſtes. Pro.30. Luc.16.

Vndè in Euangelio loquitur Dominus: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. [Hoc autem plùs habet eruditio] quę eſt actus ſapientię, [& ſapientia,] quę eſt donum Spiritus ſancti, [quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo:] i. cauſa meritoria ſunt vitę gratiæ, eiuſq; incrementi, & vitę glorię. Quod quanuis vſus prędictus pecunię etiam faciat, non tñ ità principaliter & directè. Pecunia eñ non eſt virtus. Sapientia verò vno modo eſt virtus intellectualis, & alio modo dicit donum. [Conſidera opera Dei,] id eſt, ſecreta & incomprehenſibilia eius iudicia, & effectus circa homines, qualiter vnum miſericorditer vocet intusq; trahat, ſicut in Euangelio Ioannis aſſerit Chriſtus: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eũ: Omnis q audiuit à patre & didicit, venit ad me: aliũ verò iuſtè relinquat. Vndè ait Apoſtolus: Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Hinc rurſùm Dominus in Exodo apertè ac terribiliter proteſtatur: Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Hæc autem conſideranda ſunt reuerenter ac timoratè & ſobriè in quodam generali, abſq; ſcrutinio rationum eorundem in ſpeciali. In communi etenim poteſt ratio aſſignari, qa vult creator omnipotens, in quibuſdam declarare ſuam miſericordiam & ſuæ pietatis perfectionem, in alijs ſuam iuſtitiam, prout ad Romanos plenius docet Apoſtolus. Tamen in ſpeciali, cur ſcilicet iſtum magìs quàm illum elegerit ſeu prędeſtinauerit, ratio à nobis aſſignari non valet, ſi totus prædeſtinationis effectus ſimùl ſumatur, prout Richardus de Media Villa, ſuper primum Sententiarum declarat. Certum eſt tamen, quòd Deus altiſſimus eſſentialiter bonus, ſapiens, iuſtus, nil irrationabiliter, iniuſtè ve agat, ſed rationem digniſſimam ſui operis intra ſe intuetur. Itaq; conſidera opera Dei, & ſcito [q̃ nemo poſſit corrigere] id eſt, per verba aut diſciplinas ſeu alio modo conuertere, ità vt finaliter perſeueret in bonis, [quem ille] vtpotè Deus [deſpexerit.] Porrò dupliciter deſpicit peccatorem. Primò, ſecundùm prędictam iuſtitiam. Sicq; deſpicit omes q in mortali ſunt culpa, iuxta illud Pſal. 118. Spreuiſti omes diſcedẽtes à iuſtitijs tuis. Secundò, per prędictã æternalem & reprobationem finalem, de qua aſpernatione iam ſermo: & quem ſic ſpernit, nullus finaliter corrigere poteſt, quanuis ad tempus ad pœnitentiam emolliatur. Cuius reprobationis & aſpernationis probabile ſignum Ioan.6. Exod.33. Rom. 9.

gnum, eſt obduratio hominis in peccato: quem dum quis talem experitur, debet ab eius correptione ceſſare, ſaltem ad tempus, & orare pro ipſo: ſi tamen ſit ſubditus, debet ei opportuno tempore, quod ex officio obligatur, impendere, & propter conſeruationem boni cõmunis, peccantem arguere ſeu punire. [In die bona fruere bonis] id eſt, tempore proſperitatis & gratiæ, vtere donis Dei iucundè & moderatè. [& malam diem pręcaue:] id eſt, diem vltionis, tentationis ſeu aduerſitatis ſtude effugere, ità vt non condemneris, nec tentationibus obruaris, nec aduerſis frangaris in eo. Vndè in oratione Dominica dicimus: Et nè nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Atque in Pſalm. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Quidam exponunt ſic: In die bona, id eſt, in diebus ſolennibus fruere bonis, id eſt, cibis & potibus lautioribus, quod tunc licet, iuxta illud Nehemię 8. Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes his qui non prępararuerunt ſibi, quia dies ſanctus Domini eſt. Vndè & Tobię 2. legitur: Quum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: Vade, & voca aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Et malam diem pręcaue, id eſt, à talibus delicijs caue diebus deputatis afflictioni atque ieiunijs, quemadmodùm Leuitic. 23. fertur de die expiationis: Omnis anima quę afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis ſuis. Sed non apparet, quòd dies feſti, virtutum actibus deputati & ſacri, vocentur in ſcripturis mali. [Sicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus.] Vtranq; enim diem inſtituit Deus ad actus congruos illis. Et ſicut dies proſperitatis ac meritorum, eſt effectus pietatis diuinæ: ſic dies iudicij & vltionis ſeu aduerſitatis, opus eſt diuinæ iuſtitiæ. [vt non inueniat homo contra eum iuſtas querimonias,] id eſt, nè rationabiliter conqueri poſſit, quòd Deus iniuſtè quenquam condemnet, aut inconuenienter diſponat. Omnia enim in ſapientia fecit, & tempus pœnitendi ac promerendi largitur, nec aliquì iniuriatur. Certamen quoquè requirit à ſuis miniſtris, vt in tentationibus & aduerſitatibus viriliter pręlientur contra hoſtes ſuæ ſalutis: quoniam non meretur coronari, niſi qui certat legitimè. Hinc in Euangelio, murmuranti legitur reſpondiſſe: Amice, non facio tibi iniuriam. Et ſanctus Iob dixit: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quarè non ſuſtineamus? Angelus quoquè Tobiæ loquutus eſt: Quia acceptus eras Deo, neceſſè erat vt tentatio probaretur te. Conſequenter probat pręcauendum malum diem, iuxta ſenſum inductum, & quòd ſit factus à Domino. [Hæc quoquè vidi in diebus vanitatis meæ:] id eſt, tranſitoriæ ac miſeræ vitæ meæ. [Iuſtus perit in iuſtitia ſua,] id eſt, iuſtè viuendo, & propter ſuam iuſtitiam perſequutiones mortemq; patitur. [& impius multo viuit tempore in malitia ſua:] ità quòd vitioſè viuendo, proſperatur in mundo. Vndè Iſaias teſtatur: Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet. Et tamen iſtud videtur diuinæ derogare iuſtitiæ ac prouidentiæ prouiſoris æterni. Et vtiquè derogaret, ſi non eſſet vita alia poſt præſentem, nec futurum Dei iudicium, qui iuſtè ac ſapienter iſta permittit ſeu agit, quatenùs electi & iuſti taliter patiendo à ſuis culpis in hac vita purgentur, maioremq; gloriam conſequantur, ac alijs in exemplum ponantur: Impij autem ac reprobi, maiora ſuę peruerſitatis ſortiantur tormenta. Tamen quia de iſto multi ſolent mirari, in eorum perſona loquitur Ieremias: Iuſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: veruntamen iuſta loquar ad te, quarè via impiorum proſperatur? Talibus quoquè per Malachiam loquitur Deus: Inualuerunt ſuper me verba veſtra, & dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus prœcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino? Ergò nunc beatos dicimus arrogantes, ſi quidem ædificati ſunt facientes impietatem. [Noli eſſe iuſtus multùm:] Iuſtitia virtus eſt, quę quanto fuerit maior, tanto & melior. Quomodò ergò ait, Noli eſſe iuſtus multùm? Et reſpondendum, quòd quanuis iuſtitia ſit virtus in ſe, in qua directè non eſt exceſſus, quia augmentatio eius, eſt ſua completio: tamen in exercitijs & actibus, quibus ad iuſtitiam ſeu eius profectum pertingitur, & quæ ad eam pertinere putantur, poteſt exceſſus ſuperfluitasque accidere, ſicut & circa charitatem & abſtinentiam. Itaque homo non debet ſe immoderatis, indiſcretis, & ſibi importabilibus vigilijs, ieiunijs, diſciplinis, & conſimilibus fatigare amore iuſtitię obtinendæ aut perficiendæ, vel deſiderio proficiendi in charitate aut deuotione: nec debet circa iuſtitiam, per nimium rigorem ſeu auſteritatem excedere, ſed medium obſeruare, faciliter indulgere, ac circa proximos potiùs declinare ad minus, quàm ad maius, virtus nanque moralis, eſt quędam medietas inter duo vitioſa extrema: eſtque clementia iuſtitiæ contemperanda. Iuxta hunc modum Prouerbio. 23. dictum eſt: Prudentiæ tuæ pone modum. Ieremiæ quoquè 48. Quia plùs fecit quàm potuit, idcircò perijt. Hinc ait Chryſoſtomus: Circa vitam tuam eſto auſterus, circa aliorum vitã benignus. Pſal.103. 2.Tim.2. Mat.20. Iob 2. Tob.12. Iere.12. Malac.3. Chryſoſt.

Audiant te homines parua præcipientem, & grãdia operantem. Seueritas autem (vt Cicero loquitur) eſt, per quam iudiciaria poteſtas aut vltio in aliquem diſtrictiùs exercetur. Qualis verò debeat eſſe intentio iudicis iuſtiq́ue correctoris, idem Cicero pandit, dicendo: In corrigendo ſeu vindicando hæc tria lex ſequuta eſt, quæ princeps quoquè ſequi debet: Vt eum quem punit ſeu reprehendit, emendet: aut pœna eius cæteros meliores reddat: aut vt iniquis ſublatis, cæteri viuant ſecuriùs. Quantùm verò ſeueritas ſit vitanda, patet ex verbis Senecæ, qui fatetur: Seueritas aſſiduitate authoritatem amittit. Et rurſùs: Vide ſi adhuc malus es, & ſimilibus parce: verùm ſi eſſe deſiſti, quarè alijs locum emendationis abſcindas? Circa hunc locum ait Albinus: Qui nunquàm fraternis ignoſcere vult peccatis, ſed omnia vindicare ſecundùm impetum animi ſui, plùs & aliter iuſtus eſt, quàm deceat. Cùm enim dicat Saluator, Nolite iudicare, vt non iudicemini, &c. Si dimiſeritis hominibus, dimittet vobis pater cæleſtis delicta veſtra: nec nimìs rigidus, nec nimìs ſolutus debet eſſe prælatus, ſed via regia ingredi, & conſiderare diligenter quid cui conueniat ad ſalutem animæ ſuæ. [neque plùs ſapias quàm neceſſè eſt,] id eſt, non coneris de ſecretis & incomprehenſibilibus plùs intelligere, quàm conuenit tibi, ſicut in exordio huius Capituli dictum eſt: Quid neceſſè eſt homini maiora ſe quærere? neque de tua ſapientia aut iuſtitia immoderatè præſumas, ſed potiùs teipſum humilia, propriæ fragilitatis menſuram conſidera, & Deum formidare non ceſſes, ſicut hortatur Apoſtolus Roman. 11. Noli altum ſapere, ſed time. [nè obſtupeſcas:] id eſt, nè mentis ſtuporem, hebetudinemq́ue incurras ex tali ſcrutinio, aut reputatione tuiſpſius. [Nè impiè agas multùm:] Hoc dicit, non licentiando vt impiè agamus, dummodò non multùm hoc faciamus, ſed vt ſtudeamus omninò vitare mortalia, ſi venialia in toto vitare non poſſumus. Omnia equidem, ſed non ſingula, vitare valemus. Sequitur: [& noli eſſe ſtultus,] id eſt, diuini tranſgreſſor præcepti, & temporalia ac terrena creatori tuo præponens, quod prorſùs ſtultiſſimum eſt. [nè moriaris in tempore non tuo:] id eſt, in tempore præfixo tuæ periodo, ſi ſapiens eſſes. Hoc eſt, nè peccando merearis per leges humanas citò occidi, & nè Deus propter facinora tua tuam acceleret mortem, quemadmodùm Iob XXII. de quibuſdam dicitur: Semitam ſeculorum calcauerunt viri iniqui, qui ante tempus ſuum ſublati ſunt. Et in Pſalmo 54. Viri ſanguinum & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos. Sic mortui ſunt tempore non ſuo Dathan & Abiron, Chore & Hon. Nempe (vt Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana declarat) Deus à quocunque homine vel populo æquanimiter ſuſtinet certum aliquod pondus cuiparum: quo impleto, vltrà non tolerat. Hinc (vt Geneſis 15. habetur) dixit Deus ad Abraham: Nondùm completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Ieremiæ quoque 44. aſſeritur: Non poterat vos Dominus vltrà portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. [Bonum eſt te ſuſtentare iuſtum:] id eſt, laudabile eſt, vt virtuoſos piè refoueas, & in temporalibus ac ſpiritualibus miſericordiæ actibus pro poſſe ſubuenias, quemadmodùm Eccleſiaſtici 12. ſcriptum eſt: Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam. Ad Galatas quoquè 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè ad domeſticos fidei. [ſed & ab illo nè ſubtrahas manum tuam:] id eſt, conſilium & ſubſidium nè deneges iuſto, nè Deum inhabitatorem illius, qui iſtud præcepit, offendas: [quia qui timet Deum, nihil negligit:] Qui enim filiali, aut ſaltem initiali timore Deum veretur, nullum omittit præceptum, ſecundùm quod talis: tamen inquantùm liberi extat arbitrij, poteſt peccare. Itaque timor Dei, retrahit à negligentijs & peccatis. Eſtq́ue timor iſte, diligentiæ ſolicitator atque cuſtodiæ pater, ità quòd quanto plùs in timore iſto excreuerit, tanto vigilantior ac ſolicitior eſt ad vitandum omnem negligentiam & offenſam. Ideò nihil deeſt ità timenti DEVM. [Sapientia] quæ eſt donum, & præſertim increata ſapientia quæ eſt Deus, [confortauit ſapientem ſuper decem principes ciuitatis.] id eſt, fecit eum ſpiritaliter fortiorem quibuſcũq; ciuitatũ rectoribus, ſapientiã non habentibus, quoniã tales à vitijs protinùs ſuperant. Vel ſuper decem principes, id eſt, plùs roborauit ſapientem, quàm à quibuſcũq; principibus poſſit confortari, quia (vt ſcriptum Iere. 17. eſt) Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Ideò ait Pſalmiſta, Bonũ eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Hinc ait ſcriptura: Melior eſt ſapientia, quàm vires. Et item: * Sapientia vincit malitiã. [Non eſt enim homo iuſtus ſuper terram qui faciat bonũ, & non peccet:] id eſt, nemo in hac vita (ſecundũ legem communem) tam virtuoſus eſt, aut tam intentus diligenter actibus bonis, quin aliquandò peccet, ſaltem veniãliter. Nam & multę diſtractiones, imperfectiones, ac negligentię admiſcent actibus noſtris bonis. Propter quod loquitur Iſaias: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.

Mat. 7. Marc. 11. Mat. 6.

Nume. 16. Auguſtin.

Pſal. 117.

Sap. 6. & 7.

* Sapiẽtiam non vincit malitia.

Iſa. 64.

Hinc

Hinc quoquè fertur Iob 15. Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? Quod quum ità ſit, omnes indigemus ſapientia confortante. [Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur, nè accommodes cor tuum:] id eſt, mentem auremq́ue cordis non adhibeas per conſenſum aut credulitatem vniuerſis verbis, quæ audis, videlicet verbis detractorijs, accuſatorijs, mendoſis, doloſis, & apparentiam non habentibus, aut diſcordiæ ſeminatiuis, nec verbis malis quæ percipis eſſe dicta de te, inquirendo an ſint dicta aduerſùs te, ſicut narratur tibi: quia ex his orirentur in te inquietudo, indignatio, ira, impatientia, rancor, contra malè loquentes de te, & præſertim non eſt credendum de facili narrantibus crimina magna de alijs. Hinc enim ait Ioannes Apoſtolus: Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Seneca quoquè: Rumoribus, inquit, criminationibus, ſuſpicionibus minimè ſis credulus, ſed potiùs oppoſitiſſimus maligñis, qui per ſpeciem ſimplicitatis ad nocendum ſubrepſerint. Iterùm proteſtatur: Difficilem oportet habere aurem ad crimina. Vndè Dominus, quaſi vix credens tanta eſſe in Sodomitis facinora, ait Geneſis 18. Deſcendam & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ità, vt ſciam. Itaque magna mala parit credendi facilitas. Tamen in hac re vti oportet diſcretione. Nam & Godolias fuit occiſus ab Iſmaele, quia non credidit verbis Ioannæ ſibi inſinuanti inſidias Iſmaelis. In talibus equidem abundans cautela non nocet, vt quaſi non credendo credatur, & qualis ſit ipſe qui loquitur, conſideretur. [Nè fortè audias ſeruum tuum maledicentem tibi,] eo quòd cunctis verbis adhibeas aurem. Vel nè percipias ſeruum tuum tibi maledixiſſe, id eſt, mala tibi imprecatum fuiſſe, ſicque habeas contra eum grandem commotionem. Etenim qui adhuc faciliter paſſionantur, ſibimetipſis magnam procurant turbationem atque tentationem, de omnibus verbis, præſertim de ipſis (vt eis narratur) dictis, quærendo, & an dicta ſint, inquirendo. [ſcit enim conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti alijs:] Ideò patienter ferre debes, ſi & alij maledixerint tibi, iuxta illud: Sicut feciſti, fiet tibi. Porrò (conſcientia teſte ac iudice) nemo nocens abſoluit. Ideò Seneca dixit: Neminem magìs verearis, quàm conſcientiam tuam. Nam aliorũ notitiam potes effugere, ſed non tuam. [Cuncta tentaui in ſapientia:] id eſt, ſapienter, & per ſapientiam vniuerſa probaui & inueſtigaui vt potui, quatenùs de omnibus certam obtinerem notitiam. Vndè Apoſtolus: Omnia, inquit, probate: quod bonum eſt, tenete. Experientia nanque exigit multa. [Dixi, ſapiens efficiar:] id eſt, fidutiam habui pertingendi ad ſapientiam magnam ex inquiſitione & ſtudio. [& ipſa longiùs receſſit à me:] id eſt, quanto plùs profeci in ea, tanto lympidiùs cognoui eminentiam eius, & vidi quantùm ab eius plenitudine diſtem. Sapientia etenim propriè eſt, cognitio diuinorum. Et quanto in hac vita Deum ſublimiùs contemplamur, tanto perſpicaciùs intuemur, quàm infinitè ab eius comprehenſione deficimus. Et tandèm per myſticam Theologiam coniungimur ei tanquàm prorſùs ignoto, quantùm ad quid eſt: Propter quod diuinus & magnus Dionyſius libro de myſtica Theologia diſſeruit: Hoc eſt Deum verè cognoſcere, ſuperſubſtantialem ſuperſubſtantialiter per omnium ablationem laudare. [multo magìs quàm erat:] id eſt, tranſcendit meam capacitatem multo plùs, quàm antè mihi innotuit. [& alta profunditas,] id eſt, imperſcrutabilis altitudo in Deo eſt, præſertim quantùm ad ſuperbeatiſſimæ Trinitatis myſterium. [Quis inueſtigabit eam?] id eſt, nullus poterit eam plenè ſcrutari aut ſcire. Vndè ad Moſen Dominus dixit: Faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo, & viuet. Et Chriſtus in Euangelio: Nemo nouit patrem niſi filius. Ideò dixit Pſalmiſta: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, & non potero ad eam. Cùm enim, ſcire, ſit rem per cauſam cognoſcere, ens illud æternum independens ac infinitum, infinitè excedit omnem mentis creatæ capacitatem. Quapropter ait Apoſtolus 1. Corint. 13. Videmus per ſpeculum in ænigmate. Deniquè (iuxta Philoſophum) vnumquodque tantum habet de cognoſcibilitate, quantum habet de actualitate. Ideò ſicut Deus incomparabilis & immenſus, eſt infinitę actualitatis, ità & infinitę cognoſcibilitatis. Propter quod plenè comprehendi ac ſciri non poteſt, niſi ab intellectu perſpicacitatis & virtutis penitùs infinitę, vtpotè à ſeipſo. [Luſtraui] id eſt, conſiderando circuiui, [vniuerſa animo meo, vt ſcirem & conſiderarem ſapientiam & rationem] de ſingulis rebus atque euentibus, [& vt cognoſcerem impietatem ſtulti,] ad euitandũ & reprobandum eandem, [& errorem imprudentiũ:] quatenùs & mihi ac alijs indè cauerem. [& inueni amariorem morte mulierem,] id eſt, hoc reperi, quòd mulier amariſſimam faciat ſeparationem mentis à Deo: quę ſeparatio morte corporali amarior eſt, quia incõparabiliter peior, & damnationis perpetuæ inductiua, iuxta illud Ieremiæ 2. Scito & vide, quia malum & amarum

Exod. 33. Mat. 11. Pſal. 138.

ſit te

est te reliquisse Dominũ Deum tuum. [quę laqueus venatorum est:] quia per mulierem dęmones, q animas venant ad mortem, fallunt & capiunt adolescentes & iuuenes atque viros.
Psal. 90. Vndè in Psalmo: Ipse liberabit me de laqueo venãtiũ. [& sagena cor eius.] Est equidem rete diaboli, & sicut sagena capit quoslibet pisces, sic cor mulieris lasciuę appetit omnes sibi allicere. [Vincula sunt, manus illius.] Qua per manuum suarum contactum & amplexus, vinculo concupiscentiæ ligat virum. Quemadmodùm enim asserit Augustinus, Nihil virilem sic deijcit animum, sicut fœminea blandimenta, corporumq; contactus. Libido quoquè ferreas domat mentes. [Qui placet Deo, effugiet illam,] id est, vir timoratus & castus. Interdùm tamen & talis deijcitur, quemadmodùm Dauid per Bethsabee. Vndè Augustinus fatetur: Vidi cedros Libani cecidisse, de quorum ruina non magis suspicabar, quàm de
Eccl 3. casu Hieronymi & Ambrosij. [Qui autem peccator est, capietur ab illa:] Peccator enim adijciet ad peccandum, & vnum peccatum pondere suo trahit ad aliud. Nec talis meretur retrahi per gratiam Dei.

¶Spiritualiter per mulierem istam, hęretica prauitas designatur, quę amarissimè vulnerat corda, & per quam hęresiarchę maledicti ac dęmones, plurimos deceperunt. [Eccè hoc] quod iam dictũ est, [inueni,] id est, considerando & inquirendo cognoui. [dixit Ecclesiastes, vnum & alterum,] id est, ista & illa discutiendo, [vt inuenirem rationem] de singulis, sicut iam tactũ est, [quam adhuc quęrit anima mea.] Nam sicut homo videns à longè rem pulchram, appetit eam clariùs cernere, & desiderio quodam accenditur: ità qui studet pro veritate intelligenda, dum incipit eam cognoscere, inflammat ad pleniorem eius notitiã obtinendam. [& non inueni] eam perfectè. Vix enim possumus de aliqua creatura vniuersas
Eccęs 1. eius causas assignare aut scire, omnesq; eius proprietates & vires dignoscere, quemadmodùm expositũ est Artic. 1. super illud, Cunctę res difficiles. [Virum de mille vnũ reperi:] id est, tantam inueni in hominibus defectuositatem, q de mille viris vix reperi vnum nomine viri dignũ, vtpotè virtuosum, perfectũ, fœminea blandimenta spernentem. In quibus verbis ponit numerus determinatus pro indeterminato, ad innuendũ paucitatem bonorum,
Mat. 20. & 22. respectu malorũ, quemadmodùm ait Saluator: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et Apostolus Philippen. 2. ait: Omnes, quę sunt sua, quærunt. Atq; in Psalm. 52. Omnes declinauerunt, simùl inutiles facti sunt. [mulierem ex omnibus non inueni:] id est, in fœminis tãtam inueni fragilitatẽ, vt nulla in eis virtuosa appareat. Non quòd penitùs nulla sit virtuosa, sed respectiuè & per hyperbolen dictũ est hoc: quia quod modicum est, pro nihilo reputat, & quia in naturalibus mulieres imperfectiores sunt viris communiter, quanuis non sit ità de singulis. Sicq; per verba hęc videt insinuari, quòd plures sint virtuosi viri, quàm fœminæ. Et credibile satis appáret, quòd plures sint viri perfecti, quàm fœminæ, sicut & in naturalibus viri præfulgent. Vndè in Regula sua beatus ait Hieronymus, quòd quantumcunquè
Hierony. virtuosa sit mulier, si virtus in viro deficiat, tandèm deficit & in muliere. [Solummodò] id est, præcipuè [hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum,] id est, protoplastũ parentem in originali iustitia condidit, scientijs virtutibusq; perfectum, vel quemlibet hominem Deus efficit rectum, id est, in naturalibus bonum, ad virtutes dispositum, habentem in se quandam inchoationem scientiarum atq; virtutũ concreatam. De primo tamen homine magis potest intelligi, vt ex Geneſis primo ac secundo Capitulis elucescit. Nam & Sapientiæ 2. asseritur: Deus creauit hominem inexterminabilem. Ecclesiastici quoquè 17. de primis parentibus legitur: Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit corda illorum. [& ipse se infinitis miscuerit quæstionibus:] id est, innumerabilibus, non solùm quęstionibus vtilibus, fructuosis & licitis, sed insupèr curiosis, superstitiosis, illicitis: per quarũ occupationem negligit quæ sunt salutis, & tempus infructuosè consumit. [Quis talis vt sapiens est?] Secũdùm Glossam videtur hoc Salomon implicitè & obliquè dicere de seipso, vt sit sensus: Quis talis vt sapiens est? id est, quis tantæ scientiæ, vt ego Salomon, qui antonomaticè sapiens vocor: & tamen in rerum plenaria perscrutatione intantùm deficio. Ideò alij debent de immoderato & curioso scrutinio supersedere. [& quis cognouit solutionem verbi?] id est, difficilium quæstionum per verba propositarum. Vel solutionem verbi, id
2. Reg. 1. est, rei significatæ per verba. Sic enim verbum pro re frequenter accipitur, vt ibi: Quod est verbum quod factum est? Quasi dicat: Talem solutionem ego præ alijs scio, nec tamen respondere ad omnia valeo: quanto magis alij debent manum superponere ori? Vel sic: Quis talis vt sapiens? id est, cùm tam arduum sit & rarum, ad sapientiam peruenire, quis talis, id est, quis in seculo isto tam appreciandus & commendandus, sicut vir qui ad sapientiam veram pertingit. Et quis nouit solutionẽ verbi, nisi huiusmodi sapiens? [Sapientia hominis lucet in vultu eius:] id est, in apparatu atq; modestia faciei. Interiora nãq; per exteriora noscuntur, & dispositio ac qualitas mentis, in vultu & oculis præcipuè repræsentantur, iuxta illud Ecclesiastic. 19. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. De hoc dictum est super illud Prouerbio. 27. Quomodò in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Insupèr sapientia hominis lucet in vultu eius, id est, per oris responsionem innotescit sapientia intellectûs. Similiter per gestus ipsius vultûs, sicut & risûs refrenationem, dum vana & friuola videntur & audiuntur: per bonam mœstitiam, dum verba detractoria aut lasciua seu consimilia proferuntur: per diligentem auscultationem verborum ad rem spectantium. [& potentissimus faciem illius commutabit:] id est, Deus omnipotens faciem sapientis interiorem & exteriorem ad placitum suum diuersimodè alterabit, afficiet & mouebit, nunc iucunditatem, nunc tristitiam, nunc spei fiducia, nunc timoris vehementiam infundendo. Vndè in Pro- Pro. 21.
uerbijs scriptum est: Cor regis in manu Dei est: quocunquè voluerit, vertet illud. Atque in Iob 12.
Iob: Qui immutat cor principum terræ. Hinc loquitur Isaias: Qui sperant in Domino, mu- Isa. 40.
tabunt fortitudinem.

¶Expositio Capituli Octaui: Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei. Articulus octauus.

DIxit Salomon in finẽ precedentis capituli: Potentissimus faciem illius, scilicet hominis, commutabit. Ideò docet hîc, quid ipse ad hoc egit, & quid nobis agendum sit, vt facies nostra commutetur in melius, atque in resurrectione communi faciem gloriosam recipiamus à Domino. Nam (vt ait Apostolus) Omnes 1. Cor. 15.
quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. [Ego os regis obseruo,] id est, verba à Deo omnipotente procedentia, diligenter aduerto, & mandata decalogi ore eius prolata custodio. [& præcepta iuramenti Dei.] id est, etiam præcepta cæremonialia ac iudicialia, quæ contulit Deus cum iuramento seu firma assertione, quòd obedientibus sibi conferret præmia copiosa. Quæ etiam præcepta populus Israel accepit cum grãdi affirmatione, quòd obediret, iuxta illud Exod. 24. Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Porrò cæremonialia legis præcepta, Euangelio diuulgato, iam cessauerunt, quoniam erant figuratiua rerum nunc impletarum. Præcepta quoquè iudicialia, populum Israel specialiter concernebant. [Nè festines recedere à facie eius] id est, ab ipso Deo omnia intuente, seu ab eius sapientia, per inobedientiam atq; stultitiam, seu per auersionem mentis tuæ à consideratione & honorificentia gratiosæ ac summę præsentiæ eius, sicut Cain, qui egressus à facie Domini, habitauit profugus in terra, vt dicit Gene. 4. Ionas quoquè peccauit surgendo vt fugeret à facie Domini. Deniquè quidam peccant ex infirmitate, id est, passionis vehementia & fragilitate humana, qui ad horam resistunt, sed superari se sinunt. Isti non festinant à facie Dei recedere, sed recedunt. Alij verò peccant ex consuetudine praua, ex deliberatione, ex proposito & certa scientia. Isti festinant à Deo recedere, & currunt ad vitia ac infernum. De quibus Ieremi 5. legitur: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. De quibus Deus, quasi de eorum peruersitate admirans, rursùs per Ieremi- Ierem. 8.
am locutus est: Quarè auersus est populus iste auersione contentiosa? Vndè & Zacharias de Zacha. 7.
talibus ait: Noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & cor suum posuerunt vt adamantem, nè audirent legem. [neq; permaneas in opere malo:] vel in omissione operis boni. Quanuis enim humanum sit peccare, diabolicum tamen est, in vitio permanere. Qui autem ex infirmitate aut ignorantia peccant, facta informatione, & passione cessante, faciliter pœnitent: qui autem ex habitu prauo, difficulter & rarò. [quia omne quod voluerit] Dominus, [faciet.] Est enim omnipotens & infinitè beatus, ideò voluntati eius nil deest. Qui per Isaiam testatur: Consiliũ meum stabit, & omnis volũtas mea fiet. Propter quod Isa. 46.
ait Psalmista: Omnia quęcunq; voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omni- Psal. 134.
bus abyssis. [& sermo illius potestate plenus est:] id est, efficax ad agendum, præsertim sermo eius in ipso manens. Vndè sæpè Gene. 1. dicitur: Dixit Deus, fiat hoc aut illud, & factum est ità. Propriè autem sermo Dei loquentis, est vnigenitus filius eius, sermo ac verbum æterni patris. De quo ad Hebræos ait Apostolus: Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabili- Heb. 4.
or omni gladio ancipite. Hic sermo omnipotens est, sicut & pater, & vtriusq;, immò totius supereſſentialis, incõprehensibilis & supergloriosissimę Trinitatis, est vna & indiuisa potestas. De hoc sermone Sap. 18. sic habet: Omnipotẽs sermo tuus dñe à regalibus sedibus venit.

Hinc

Hinc dixisse Dei, fecisse est, cui, quum voluerit, subest posse. [Nec dicere ei quisquam potest, quarè ità facis?] Hoc, de iure & licitè seu per resistentiam efficacem, nullus potest dicere Deo, qui est causa, mensura & regula prima omnis iuris & virtutis ac totius ordinis rerum, iuxta illud Isaiæ 40. Cum quo inijt consilium, & instruxit eum, & viam prudentiæ
Rom. 11. ostendit illi? Vndè ait Apostolus: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cui Sapientiæ
12. dicitur: Virtus tua, iustitiæ initium est. Cùm ergò nequeamus omnipotenti resistere, nec eius sapientiam aut iudicia increpare, nec manum eius effugere, nec appellare ab ipso, hoc solùm restat & consulendum ac necessarium nobis est, vt confugiamus ad ipsum, obediendo eidem humiliter, sine discussione temeraria præceptorum, consiliorum & iudicio-
Psal. 138. rum ipsius. Ideò dixit Propheta: Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Sed & san-
Iob 23. ctus Iob istud perpendens, ait: Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest, & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. Idcircò à facie eius turbatus sum, & consideran-
Iob 22. eum, timore solicitor. Hinc saluberrimè ait, & sapientissimè consulit scriptura, dicendo: Acquiesce Deo, & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos. [Qui custodit
Luc. 10. præceptum,] id est, vniuersa præcepta Dei, & vicariorum ipsius, de quibus denunciat: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem offendit in vno, fit omnium reus. [non experietur quicquam mali:] id est, nihil sustinebit supplicij in futuro, dummodò perseuerauerit vsque in finem, & tam perfectè ea impleuerit, vt nihil purgandum deferat secum. Quòd si lignum, fœnum, stipulam portauerit secum, purgatorium sustinebit.
1. Cor. 3. Ac (iuxta Apostolum) saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et non solùm nil mali experietur, sed & plenam beatitudinem consequetur. [Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.] id est, considerat, quid cui tempori congruat, & quòd ipsum tempus incessabiliter currat ac defluat. Tempus quoquè iudicij pensat, & qualiter debeat respondere, aduertit. Attendit quoquè aliorum responsa, vt proficiat ex eisdem, vel erronea reprobet.
1. Pet. 3. Hinc princeps Apostolorum hortatur: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, fide & spe. Mansuetè ergò, opportunè ac sapienter est respondendum. Propter quod Iob 15. scriptum est: Nunquid sapiens respondebit quasi inventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? [Omni negocio tempus est & opportunitas:] id est, vnumquodque opus fieri debet suo loco & tempore opportuno. Locus quippe & tempus, sunt circũstantiæ generales in omni actu virtutis humanę. Propter quod dictum est suprà Ecclesiastæ 3. Omnia tempus habent. Hinc legi naturæ & sacramentis ac sacrificijs eius successit lex Mosis cũ sacramentis & sacrificijs suis: qbus euangelica lex cum sacrificijs & sacramentis suis successit. Vndè & Hester 16. scriptum est: Nec æstimare debetis, si pro temporum varietate diuersa mandamus, ex animi nostri leuitate venire, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt Reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. [& multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuncio.] Circa hoc quidam scribit: Futura præmia non potest homo scire per se, vel per alium humana inuestigatione: & hoc causat afflictionem aliquam in adimpletione præceptorum. Si enim sciret futura præmia, non esset aliqua afflictio in impletione præceptorum, sed magis consolatio. Istud inidoneè dictum videtur. Primò, quoniam quanuis futura præmia demonstratiuè non scimus, tamen indubitanter hæc credimus. Et quanuis maior dicatur certitudo scientiæ, quàm fidei, loquendo de certitudine euidentiæ, loquendo tamen de certitudine adhærentiæ, fides certior extat scientia. Secundò, quoniam afflictio in actibus bonis fidelium, non consurgit ex defectu nescientiæ seu incertitudinis præmiorum, de quibus nil ambigunt, sed ex rebellione sensualitatis ac fomite, & vitiorum reliquijs, & grauitate ac lassitudine corporis, quod aggrauat animam, ex dæmonum etiam tentamentis. Tertiò, quia &
Sap. 9. Paulus præmia illa clarè intuitus & expertus, reuersus ad se, interdùm sensit afflictiones in actibus bonis, quia & stimulum carnis sustinuit, & diuersa pœnalia quæ ad Corinthios narrat. Est itaq; exponendum: Et multa hominis afflictio, quia ignorat præterita. Si enim sci-
2. Cor. 12. ret præterita, qualiter ab initio mundi, electi & sancti Dei passi sunt multa & magna aduersa, & qualiter Deus sæpè ac dirè etiam in seculo isto puniuit iniquos, & consolatus est, coronauitque iustos, posset se consolari in multis, & bonis actibus alacriter immorari, vitijsq; indefessè reniti: Et futura nullo scire potest nuncio, id est, nullus hominum, nisi super hoc informatus, potest ei prænunciare pro certo futura purè contingentia, sibi alijsq; ventura. Ideò sæpè sibi occurrunt tristia & aduersa, dum sperauit læta & prospera. Sicq; duplicitèr affligitur, quoniam improuisè talia ei occurrunt. Iacula enim præuisa minùs affligunt,
Iere. 8. & quia spei suæ inueniuntur contraria. Vndè & Ieremias locutus est: Sustinuimus pacem,

&

& non venit, & tempus curationis, & ecce turbatio. Et Poëta: Nescia mens hominis fati sortisq; futuræ. Semper igit̃ simus ad quęcunq; aduersa parati, ac clypeo patientię pręmuniti. [Non est in hominis * ditione, prohibere spiritũ,] id est, in potestate ac dominio hominis * potesta-
non est aliorũ corda seu spiritũ ad suum libitũ immutare, ac prohibere à conceptu & ope- te
re eis placentibus, nec potentiorũ animos valet reprimere à persecutione & oppressione infirmiorũ, nec propriam mentem à fluctuatione cogitationũ & varietate affectionũ. Propter quod ait Bernardus: Non puto quòd animũ clausit à cogitationibus, qui cælum clau- 3. Reg. 17.
sit orationibus, putà Helias. Nec his obstat quod ait Apostolus: Spiritus prophetarum, pro- 1. Cor. 12.
phetis subiecti sunt. Hoc etenim dixit contra quosdam hæreticos, asserentes prophetas esse locutos tanquàm arreptitios & insanos. Contra quod docet Apostolus, quòd per liberum vsum rationis dominabant sibimetipsis, quemadmodùm & nos possumus cogitationibus affectibusq; peruersis resistere, q̃uis earũ ortũ nõ valeamus iugiter pũenire ac, phibere. Insuper non est in hominis ditione, prohibere spiritũ suum quũ suo tempore recedat à corpore. Ideò subditur, [nec habet potestatem in die mortis] retinere animã suam in corpore: horum quoquè qui persequunt nunc & opprimũt alios, tunc cessat potestas. [nec sinitur quiescere ingruente bello,] quia dum homo impugnat à dęmonibus, mũdo, aut acie vitiorum, non potest quiescere, sed oportet eum resistere aut succumbere. Quod bellũ tempore mortis à dęmonibus fortissimè ac periculosissimè excitatur in homine. [neq; saluabit impietas impium.] Immò grauabit atq; damnabit eum. Quidam aũt in suis simulationibus, fraudibus, malitijsq; confidũt, quasi per talia queant saluari. Qui dicũt in Isaia: Posuimus men Isa. 28.
dacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. De quibus & apud aliũ Prophetam le- Amos 6.
gitur: Væ qui lætamini in nihili, & dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? [Omnia hæc] prędinducta ac subsequentia [consideraui, & dedi cor meũ] id est, applicui illud ad considerandũ [in cunctis operibus,] id est, in quibusdam de cunctis generibus operũ, [quę fiunt sub sole:] prędictis inter homines. [Interdùm dominat homo homini in malũ suũ:] id est, ad maiorem suam damnationem, quandò videlicet negligenter, carnaliter, scãdalosè, aut superbè se habet in officio prędictię suæ, qa tunc dominus requirit de manu ipsius animas pereuntiũ subditorũ sub ipso. Et quo eius gradus est al Ezech. 3.
tior, & quo pluribus prędest, eo ruina ipsius est grauior. Et vnusq; prælatus ac prędidens tot & 33.
mortibus, tot damnationibus dignus est, quot subditi scandalizant sub eo, & ex eius vitijs periclitantur, vt ait Gregorius: Nempe qui coram alijs malè agit, quantùm in ipso est, eos à
quibus videtur, occidit: vt asserit Augustinus. Deniquè taliter prędidens, dominat subditis Gregori.
etiam in magnũ malum ipsorũ: quia sub eius regimine pereunt, prout Iere. 10. fertur: Quia Augustin.
stultè egerunt pastores, omnis grex eorũ dissipatus est. [Vidi impios sepultos,] id est, sepultos quosdam, qui antè & vsq; ad mortem iniqui fuerũt, nec pœnituerunt: [qui etiam quum adhuc viuerent, in loco sancto erant,] id est, in sacris officijs constituti, ità quòd erant Dei vicarij ac ministri. [& laudabant in ciuitate quasi iustorũ operũ:] id est, à subditis suis commendabant vt iusti, vel ex adulatione, vel ex timore, vel proprij commodi cupiditate, vel ex ficta iustitia. Ex his nanq; & consimilibus causis, multi subditorũ suos laudant superiores, quanuis iniquos. [sed & hoc vanitas est.] Quia (vt ait Gregorius) culpa vehementer diffunditur, dum is quis peccat, propter sui dignitatem officij honorat. [Etenim qa non citò profertur contra malos sententia] diuini iudicij. Deus enim pluribus diù parcit, vt conuertantur, iuxta illud Sapientiæ: Dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiam. [absque vllo timore filij hominũ perpetrant mala.] Hoc de intimoratis & excęcatis hominibus est intelligendũ: qui ex dilatione vindictæ, fiunt ad peccandũ audaciores, non considerantes rigorem diuini iudicij, vel persuadẽtes sibi vanissimè, qp posteà pœnitebũt, vel qp sufficiat pœnitere in fine vitæ, quẽadmodùm per Ezechielem Dominus loquit: Quacunq; hora peccator ingemuerit, omniũ peccatorũ suorũ non recordabor. Et quoniam vident alios diù im- Ezech. 18.
punè peccâsse, putant sibi quoquè periculum non instare. Isti ingrati ac obdurati, non pensantes occulta ac metuenda Dei iudicia, abutunt patientia Dei, quibus ad Romañ. 2. loquitur Paulus: Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm duritiam aũt tuam, & impœnitens cor tuũ, thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. O quàm paucissimi eorũ, qui tempore sanitatis ac iuuentutis Deũ tam intimoratè & irrefrenatè offendunt, in fine aut senio veraciter pœnitent. Veruntamen ex tãta dilatione punitionis prauorũ, non debet quis pronior esse ad culpam. Propterea subdit: [Attamen peccator ex eo qp centiès] id est, diũ ac sępissimè [facit malũ,] id est, peccata mortalia, etiã bona debita omittendo. Itaq; numerus determinatus pro indeterminato hîc ponit, quũ dicit, centiès, sicut in

Mat. 18. Euangelio: Non dico tibi vſq; ſeptiès, ſed vſq; ſeptuageſiès ſeptiès. [& per patientiã ſuſtentatur,] id eſt, miſericorditer ſuſtinet, conſeruat, & nutrit à Deo in vita naturæ, non obſtantibus tot & tantis eius ſceleribus. [Ego cognoui q̃ erit bonũ timentibus Deũ] filiali timore, [qui verent faciem eius:] omnia intuentis, ità q̃ dicere queunt: Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, q̃a omnes viæ meę in conſpectu tuo. Si enim Deus iniquis ac reprobis, ingratis & peſſimis largitur & diù conſeruat dona naturę, bona fortunę, & beneficia multa in præſenti hac vita, non dubium quin gratis, iuſtis, ac timoratis dabit bona incomparabiliter meliora, videlicet chariſmata gratiæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Hinc per Malachiam ait Altiſſimus: Conuertimini, & videbitis q̃d ſit inter iuſtũ & impiũ, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei: Eccè enim dies veniet ſuccenſa quaſi ignis, & erunt omnes ſuperbi & omnes facientes impietatem, ſtipula, & inflammabit eos, & orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis veſtris. Prętereà, q̃a iniqui & reprobi, indigni & ingrati ſunt prætactis beneficijs Dei, Salomon zelo iuſtitiæ ſubdit: [Non ſit bonũ] id eſt, temporalis proſperitas [impio,] q̃a abutitur ea: [nec prolongent dies eius] i. non diù viuat: quia quo viuit diutiùs, peccat enormiùs, & grauiorem ſibi damnationem mercatur. [ſed quaſi vmbra tranſeant, q̃ non timent faciẽ Domini:] quem tã grauiter inhonorãt, & alios ſcandalizant. Itaq; tranſeãt quaſi vmbra, non diù tendendo ad mortem, ſed citò corruendo in eam. Iſtud itaq; dicit non zelo inuidię aut vindictæ, ſed potiùs ex amore & zelo iuſtitię. Ideò non repugnat verbo Pſalmiſtæ, dicẽtis: Noli æmulari in malignantibus. [Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terrã:] Quia in caſu q̃ ſequitur, quãuis ſit iuſta ac ſapientialis diſpoſitio Dei, tamen in eodem eſt etiã inordinatio culpæ, ſicut patebit. [Sunt iuſti q̃bus mala] pœnę [proueniunt,] Multę enim tribulationes iuſtorũ. [quaſi opera egerint impiorũ:] i. ac ſi peccando meruerint illa pati, & omninò iniuſti ſint. Vndè amici Iob, videntes eũ tam dirè percuſſum, putauerunt eũ fuiſſe hypocritã & iniquũ, ac pro ſuis percuſſum ſceleribus, quemadmodũm & amici ac vxor Tobiæ, viſa exęcęatione eius tam inopinata. Cùm enim pœna debeat culpæ, dum iuſti ſic affligunt, putant ſuis id meruiſſe peccatis: ſed Deus infligit pœnas ſuis electis nõ ſolùm propter eorũ demerita, ſed etiã vt exerciteñ, alijſq; in exemplũ ponant, & incrementa gratię in præſenti, ac glorię in futuro obtineant. Vel, vt in curatione ſeu liberatione eorũ, poteſtas Dei monſtretur, ſicut de cæco nato ait Saluator: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, vt cæcus naſceretur: ſed vt manifeſtent opera Dei in illo. De Lazaro quoq; ait: Infirmitas hęc non eſt ad mortem, ſed ad gloriã Dei. [& ſunt impij q̃ ità ſecuri ſunt,] i. tam immunes ac liberi ab aduerſis, & tam parùm aut nihil formidãtes de inferni ſupplicijs, [quaſi iuſtorũ facta habeant:] i. tanquàm ſuis meritis iſtã ſecuritatem ſortiti ſint. Nam & perfecta charitas iuſtorũ, excludit timorem ſuppliciorũ. [ſed & hoc vaniſſimũ iudico] q̃ ſ. impij tam periculoſa ſecuritate fruant. Veruntã q̃ iuſti præfata ſuſtineant mala, ex prouidentia venit diuina. Nec malũ eſt, niſi ex parte affligentiũ iuſtos, q̃ eos perſequendo, enormiter peccant. Veruntã iſte euentus ſæpè perturbat & in admirationem conuertit puſillos, q̃ ad præſentia oculos habẽt, nec penſant quàm multipliciter atq; ineffabiliter profit electis & iuſtis, tribulationibus exerceri in vita p̃ſenti. Idcircò in puſillorũ perſona loqtur Abacuc deo: mũdi ſunt oculi tui, nè videas malũ, & reſpicere ad iniqtatem non potes. Quarè non reſpicis contemptores, & taces, conculcãte impio iuſtiorem ſe? Sed Gregorius in perſona viri perfecti fatetur: Quãuis mira ſint iudicia Dei, dum iuſtis aduerſa, & impijs proſpera in mundo iſto euenium, mirabiliora tamen ſunt dum hîc iuſtis proſpera, & reprobis aduerſa cõtingũt. [Laudaui igit lætitiã, q̃ non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet & biberet, atq; gauderet: & hoc ſolum ſecùm auferret] i. conſequeretur, nec aliud deſupèr præmium præſtolaretur [de labore ſuo omnibus diebus vitę ſuę, quos dedit ei Deus ſub ſole.] Si iſtud (vt textus videt prętendere) intelligat de carnali lætitia, & corporali mãducatione atq; potatione, tunc Salomon loqtur iſta in carnalis viri perſona, vt dictũ eſt ſæpè. Si verò hęc ſpũaliter exponantur, poſſunt pertinere ad ſapientem, ad quem ſpectant conſcientię bonę lætitia, eſus & potus ſacramentalis, panis q̃ vitę & intellectũs, & aqua ſapientię ſalutaris. [Et apposui cor meũ, vt ſcirem ſapiẽtiam, & intelligerem diſtinctionẽ,] i. diſcretionẽ variumq; euentum, q̃ contingit hominibus: ità q̃ vnus proſperat, alter aduerſis affligit: vnus prœuenitur à Dño, & gratijs adimplet ab eo: iſte indefinẽter peccare, ac obdurari permittit. Vnus cęcus, alter ſurdus, aut claudus generat ſiue efficitur. [quę verſatur in terra. Eſt homo q̃ diebus & noctibus ſomnũ] ſufficientem modicum [non capit oculis] ſuis. Quod aũt modicũ eſt, reputat pro nihilo. Talis igit vigilat, vt ſtudendo, conſiderãdo, ſciſcitãdo, valeat horum inuenire

Gregorius. Ecci 15. Abac. 1. Ioan. 9. & 11. 1. Ioan. 4. Tob. 2. Iob 2. Pſal. 33. Pſal. 36. Malach. 3. & 4. Iſa. 64. Pſal. 118.

nire rationem & cauſam in ſpeciali: quod curioſum ſuperfluumq; conſiſtit. Quãuis enim monſtroſorũ effectuũ quaſdã rationes aſſignent Philoſophi, talia tamen principaliter referenda ſunt ad prouidentiã Dei. Nec poteſt q̃s tradere rõnem diſtinctam, cur anima iſta infundat corpori monſtroſo, alia corpori integro, ſed ignobili, alia corpori nobili & illuſtri. Hinc ſubditur: [Et intellexi q̃ omniũ operũ Dei,] videlicet talium abditorũ, [nullam poſſit homo inuenire rõnem eorum quę fiunt ſub ſole: & quanto plùs laborauerit ad quærendum] talium rõnem in particulari, [tãto minùs inueniet:] q̃a iuſto iudicio Deus permittet eum errare, & falſa pro veris inducere, ſicut Origeni accidiſſe timet, qui quum poſt Apoſtolos eſſet præcipuus doctor Eccleſiæ, voluit conſiderationem ſuam circa talia nimiùm profundare. Atq; ex hoc videtur magnos incidiſſe errores, ſicut in libris Periarchõn & Stromatum, & ſuper Threnos, ac Danielem, locisq; alijs inuenitur. [Etiam ſi dixerit ſapiens,] i. in ſcripturis eruditus, & qui inter homines ſapiens reputat, aut eſſe ſe credit. [ſe nõſſe] talium rõnem, [non poterit inuenire] rõnem illorum. [Omnia hæc tractaui in corde meo] per diligentem conſiderationem, [vt curioſè intelligerem] taliũ rõnem. Quod tamen vitãdum eſt, dicente Romañ. 11. Apoſtolo: Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius? Quis enim cognouit ſenſum Domini? Hieremiæ quoq; 23. ſcriptum eſt: Quis aſſuit in conſilio Domini, & vidit & audiuit ſermonem eius?

¶ Elucidatio cap. 9. Sunt iuſti atq; ſapientes. Art. 9.

HIc reprimit hominem ab omni vana ſecuritate, elatione & præſumptione, eo q̃ neſciat an placeat Deo, an habeat charitatem infuſam, an finaliter ſit ſaluãdus. [Sunt iuſti atq; ſapientes] habentes ſapientiã quæ eſt donũ, [& opera eorum in manu Dei ſunt:] i. actus eorum interiores & exteriores, ab ipſis oblati, exhibiti, & cómiſſi ſunt Deo, tanq̃ creatori ac iudici. Sunt quoquè opera eorũ in manu Dei, q̃a conſeruant à Deo, & ipſe poteſt iudicare de eis vt vult. [& tñ neſcit homo,] i. certitudinalem notitiam de iſto non habet, videlicet [vtrùm amore an odio dignus ſit.] Hoc, inquã, neſcit homo, quãuis virtuoſus ac ſapiens ſit: qm̃ neſcit an ſit in charitate & ſtatu ſalutis, an in peccato mortali. Sicq; ignorat, an mereat & dignus ſit amari à Deo, an odio haberi ab eo. Et quãuis experiat ſe Deũ diligere, ignorat tamen an diligat Deũ charitate infuſa, an ſolùm naturali & acquiſito amore, eo q̃ tanta ſit ſimilitudo & conueniẽtia actuũ harũ duarũ dilectionum, q̃ homo valet inter eos certò diſcernere, vt cõmuniter dicũt doctores. Veruntã multi pro certo ſciunt, aut ſcire poſſunt ſe eſſe in peccatis mortalibus, atq; ob hoc Deo eſſe odibiles ſecundùm pręſentem iuſtitiam: q̃d aũt finaliter fiet de eis, ignorant. [ſed omnia in futurum reſeruantur incerta:] i. Deus interim iſta occultat hominibus, ſed in futuro generali iudicio omnibus innoteſcet, q̃s à Deo electus ſit & dilectus, & q̃s præſcitus: [eo q̃ vniuerſa] ſ. proſpera & aduerſa, vita longa & breuis, vitia & virtutes [æquè] i. indifferenter, quãtùm ad apparentiam exteriorẽ, quãuis corã Deo diuerſa ſit ratio. [eueniant iuſto & impio,] quãtùm ad virtutes infuſas, & vitia eis contraria, [bono & malo] i. habenti virtutes morales, & eis carenti, [mundo] per fidem & ſapiẽtiã, [& immũdo] per hęreſim, perfidiã & errores, [immolanti victimas, & ſacrificia contemnẽti: Sicut bonus, ſic & peccator] habet iam dicta. Nam & quidam electi quãdoquè vitijs ſunt ſubiecti. Similiter virtuoſi & electi interdùm proſperant in ſeculo, & diuitijs ac honore abundant, & reprobi q̃dam premunt aduerſis. [vt perierus, ità & ille q̃ verum deierat:] i. valdè affirmat, & multùm aſſertiuè iurat, prout 1. Reg. habet: Addidit Ionathas deierare Dauid. [Hoc eſt peſſimũ inter omnia quę fiunt ſub ſole, q̃a eadem cunctis eueniũt:] i. ſimilia contingunt q̃buſdam de omni genere hominũ. Sed cùm iſtud ex diuina prouidentia, non ſine rationabili cauſa procedat, quomodò peſſimum eſt? Et reſpondendum, q̃ peſſimũ eſt, id eſt, valdè periculoſum quàm pluribus, atq; occaſio vitiorum multorũ. Propter quod ſubdit: [vndè & corda filiorũ hominũ implent malitia,] id eſt, in vitijs perſeuerant ac habituant, ſine timore peccãdo, vt dictũ eſt, cùm videant omnia quaſi indifferenter bonis & malis hominibus euenire. Veruntamen talia, quę in ſe non ſunt bona aut mala moraliter, quæ ſ. iuſtis & iniuſtis communia ſunt, Philoſophi vocant bona media ſeu indifferẽtia, ſed vulgo ſæpè peſſima, aut etiam optima eſſe videntur. Siqdem dona gratiæ gratis datæ, vt poteſtas faciendi miracula, donum prophetiæ, genera linguarum, maximè reputant à plebe communi. Sapiẽtes aũt dona gratiæ gratum facientis, incõparabiliter ampliùs magni pendunt & appetunt. Implent etiam [& contemptu in vita ſua,] ità quòd ex ſuperbia ſe inuicèm aſpernantur, vel ſuperiores ſuos & eorum iuſſiones deſpiciũt, & circa præcepta Dei tam paruam aut nullam habent curam & diligentiam, quòd ipſo facto oſtendunt ſe præcepta Dei, immò & Deum præcipientem, contemnere. Talibus Do-

1. Reg. 20.

minus Ierem. 2. ait: A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti vincula & dixiſti: Non ſeruiam. Et Oſee 4. Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael. [& poſt hæc ad inferos deducentur:] quibus dicturus eſt iudex: Ite maledicti in ignem æternum. Interim verò, quantùm ad animas, in infernum deijciuntur, quemadmodùm Ezechielis 32. habetur: Omnes hi deſcẽderunt ad terram vltimam, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendũt in lacum, & deſcenderũt ad infernum. [Nemo eſt qui ſemper viuat] vita naturæ in ſeculo iſto: quia oportet omnem hominem ſoluere debitũ mortis, quum conſtet ex contrarijs elementis, & propter reatum originalis peccati. Vndè & quotidiè famem, ſitim, & conſimilia naturę incommoda, tanquàm quotidianas ſuſtinemus infirmitates, contra quas cibo, potu, ſomno, tanquàm medicinalibus remedijs vtimur. Hinc ait Pſalmiſta: Quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem? Et impij dum moriunt, in infernum labunt. Circa hęc poſſet moueri quæſtio magna atq; difficilis, quãuis communis: An quis in hac vita abſq; reuelatione diuina poſſet certitudinaliter ſcire, ſe eſſe in charitate. Cuius ſolutionem in fine expoſitiõis huius Capituli tangam. [& qui huius rei habeat fidutiam. Melior eſt canis viuus leone mortuo.] Hoc iuxta ſuperficiem literæ conſtat, quòd res viua, quãuis ratione carens, melior ſit non moraliter, ſed bonitate rei, ente non viuo atq; cadauere. Iſte tamen non eſt ſenſus literalis, ſed Salomon metaphoricè loquens, per canem viuum, intelligit hominem in carne viuentem, vtpotè peccatorem, qui propter iracundiæ impetum, aut animi ſui irrationabilitatem, canis vocat. Vndè de qbuſdã in Iſaia dicitur: Speculatores eius cęci omnes, canes muti, non valentes latrare. Per leonem verò mortuum, intelligit hominem iniquum, ſuperbum, iam mortuum corpore: quo melior dicit peccator adhuc viuens, quoniam poteſt ſe emendare, ac vitam promereri beatam, nec eſt obſtinatus in malo totaliter, ſicut qui in mortali deceſſerunt peccato. Hinc ſubditur: [viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros.] Ideò ex conſideratione ſuæ mortalitatis, poſſunt per pœnitentiã corrigere vitam, ſeq; parare ad mortem. [mortui verò, nihil nouerunt ampliùs:] De iniuſtis mortuis loquit Salomon, quos affirmat nil ampliùs ſcire, videlicet in inferno, (eo ſenſu quo infrà ait in iſto capitulo, qa nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erũt apud inferos) quod paulò pòſt exponet. Nil qppe ſalubriter ſciũt, quo ad cõſolationẽ, releuamẽ aut pœnitẽtiã poſſint iuuari. [nec habẽt vltrà mercedem:] quia dãnati ſunt, nec ſunt in ſtatu merendi ac demerendi. In hac autem vita, etiã vitioſè viuendo, habuerunt quãdam mercedem: quoniã pro quibuſdã bonis ex genere, quę interdùm egérunt, contulit eis pius & iuſtus deus aliqd temporalis proſperitatis, vitęve longioris. Vndè diuiti condemnato Abrahã dixit: Recepiſti bona in vita tua. Verùm poſt vitam hãc, ceſſat huiuſmodi merces. [qa obliuioni tradita eſt memoria eorum.] id eſt, Deus oblitus eſt eorũ, ità qꝫ miſericordiã ſuã aufert ab eis in ſempiternũ, iuxta illud Iob 24. Obliuiſcat eius miſericordia: dulcedo illius, vermes. Vndè Oſeę 4. Dñs loqtur: Quia oblitus es meî, obliuiſcar & ego tui. Hanc obliuionẽ miſericordię Dei merent iniqui, non Deo, ſed vanitatibus inhęrendo, quẽadmodùm ſcriptũ eſt Ionę 2. Qui cuſtodiunt vanitates, fruſtrà miſericordiã ſuã derelinquũt. quocõtrà dr de electo: In memoria æterna erit iuſtus. Veruntũ puniunt citra condignũ, idcircò non penitùs priuãtur miſericordia. [Amor quoquè, & odiũ, & inuidię ſimùl periẽrunt:] i. inordinatę & vitioſæ eorũ affectiones, qbus quoſdam carnaliter amârunt, & Deum aut iuſtos odio habuerũt, iam cum ipſis dãnatæ ſunt, nec poſſunt eos iuuare. [nec habent partem in hoc ſeculo:] id eſt, à corpore eccleſiæ ſunt omninò abſciſſi, nec charitatis communionẽ aut participationẽ cum viuẽtibus habẽt, nec poſſidere poſſunt aliqd huius mundi. [& in opere quod ſub ſole geritur:] i. in operibus pietatis, quæ pro mortuis fiunt, non habent partem, qa per ſuffragia talia non iuuãtur. Prætereà per canem viuum, quidam intelligunt pauperem iuſtũ, vilem reputatum: tamen inſtàr canis Domino ſuo fidelem, & pro Deo contra peccata latrãtem, q melior eſt leone mortuo, id eſt, potente ſeculi huius defuncto. ¶Spũaliter, per canem viuum, deſignatur populus gentilis, in fide & gratia Chriſti viuens. Vndè ad Chananæam dixit Saluator: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Canis iſte melior eſt leone mortuo, id eſt, populo Iudæorum ſua incredulitate perempto, & iam corporaliter pro maxima parte deſtructo, qui de veritatibus fidei catholicæ nil aut parũ agnoſcit, atque à Deo relictus eſt, quorum amor inordinatus ad legem, & odium ac inuidia contra Chriſtum & eius Apoſtolos, periẽrunt. [Vade ergò, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum:] id eſt, corporalem ac ſpiritualem refectionem ſume cum hilaritate in Deo, ſicut iſtud iam ſæpè prehabitum eſt. [quia Deo placent opera tua:] ſi feceris ità, & quia hoc ipſum potes ſperare, & viuere cum iucunditate in ſpe. [Omni tempore ſint veſtimenta tua candida:] id eſt, opera

Mat. 25.

Pſal. 88.

Iſa. 56.

Luc. 16.

Pſal. 111.

Mat. 15.

opera tua qbus anima veſtitur, decoratur, protegitur, ſint pura & caſta. Vndè Apocalyp. 3. legitur: Qui vicerit, veſtietur veſtimentis albis. Vbi & Dominus proteſtat: Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis. De huiuſmodi veſtimentis ſanctus Iob loqtur Deo: Si fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabunt me veſtimenta mea. Atq; Ezechiel. 16. Dominus loqtur Synagogæ: Indui te diſcoloribus, & poſui amictum meum ſuper te. [& oleum de capite tuo non deficiat:] id eſt, pietas nunquàm à tua mente recedat, nec vnctio gratiæ mentem illuſtrans, tibi deſit. Poteſt quoquè per oleum ſpiritualis lætitia, ſed & claritas bonæ famæ intelligi, quum de Chriſto legatur: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię præ participibus tuis. Iſaiæ quoq; 61. Oleum gaudij pro luctu. Atq; in Canticis: Oleum effuſum nomen tuum. [Perfruere vita cum vxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, q dati ſunt tibi ſub ſole, omni tẽpore vanitatis tuæ. Hæc eſt enim pars] tua [in vita & in labore tuo:] Quidam dicunt iſtud ad literam ſpũaliter & metaphoricè eſſe intelligendum, ità vt per vxorem, intelligat mentis ſponſa, videlicet ſapientia increata, aut ſapientia ſalutaris infuſa, quę eſt donum, per quam cõplamur cum guſtu interno diuina. Vndè de ſapiẽtia dicit Sap. 8. Quęſiui ſponſam eã mihi aſſumere, & amator factus ſum formę illius. Cum hac perfruendum eſt vita, id eſt, occupandum eſt cor in amplexu, contemplatu, amore & quiete ſapientię æternalis, ſicut ibidèm additur: Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. Alij exponunt hęc de vxore legitima, cum qua, qui omninò continere non poteſt, aut non vult, debet delectabiliter viuere cum honeſtate & caſtimonia coniugali, vt omnem fornicationem deuitet. Sicq; conuerſari cum contorali, eſt pars ſua, id eſt, præcipuum quid ad ſuam ſpectans vocationem. [Quodcunque poteſt facere manus tua,] id eſt, quicquid boni agere valet tua poteſtas ſeu virtus operatiua, [inſtanter operare:] id eſt, ſine dilatione & ceſſatione proſequere & adimple: qa (vt in Euangelio ait Chriſtus) Venit nox, quandò nemo poteſt operari. Vndè & ipſe idem: Vigilate, inqt, neſcitis eũ quãdò Dñs veniat, ſerò, an media nocte, an gallicantu: nè, quum venerit repentè, inueniat vos dormientes. Ideò ſubiungitur: [qa nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quò tu properas.] Albinus & alij qdam, per inferos intelligunt mortem, in qua iſta non ſunt, ſed ſuſpenduntur præ nimia mortis anguſtia, iuxta illud: Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tuî. Alij per inferos intelligunt limbum patrum: quia Salomon loquebatur Iudæis pro tempore illo, quo iuſti omninò purgati, deſcenderunt in limbum illum ſeu Abrahæ ſinum, in quo limbo non erant opus, ratio, ſapientia, aut ſcientia ad promerendum, ſed benè ad alia. Et pro tempore iſto, per inferos intelligunt Purgatorium, in quo etiam nullum iſtorum ad promerendum conſiſtit. Nam Salomon loquitur iuſto, qui non properat * inferno damnatorum. Hæc autem duo loca creduntur eſſe in ſuperiori parte inferni, & quandoquè inferni nomine deſignantur, ſicut & limbus puerorum. Porrò doctores ſuper Quartum Sententiarũ communiter authoritatem iſtam allegant de inferiori reproborum inferno, in quo non eſt opus, id eſt, aliqua meritoria actio, nec ratio, id eſt, vſus rationis ad diſcernendum ſalubriter, nec ſapientia ad contemplandum diuina, nec ſcientia ad conſiderandum pœnitentialiter propriam conditionem. Sapientia quoq; & ſcientia, vt ſunt dona, nequaquàm ſunt in damnatis, ſicut nec charitas. Atq; (vt aliq opinantur) ratio ex vehementia ſuppliciorũ totaliter abſorbetur in illis, præſertim poſt diem iudicij. Sed obuiare videtur, quod dives epulo poſitus in inferno, deprecatus eſt Abraham, vt mitteret Lazarum in domũ patris ſui. Dæmones quoquè (quãuis damnati) valdè vigent acumine intellectũs. Thomas autem ſuper Quartum teſtatur, qꝫ ea quæ augent dolorem, & infernalium miſeriarum ſunt augmentatiua, damnati poſſunt conſiderare, immò conſiderant: non autem ea, quę alleuiatiua ſunt tormentorũ. Vndè ſuper Apocalyp. ſcribit Albertus, quòd damnati acriùs affligunt in mente, dum attendunt miſeriam ſuam æternaliter duraturam, quàm ab igne tartareo. Porrò Salomon intendebat inſtruere in his libris, non ſolùm Iudæos, ſed & vniuerſos fideles. Idcircò quod ait, quò tu properas, dixit comminando, vel auiſando, vel aſſerendo. Nam & verbum iſtud poruit dirigere ad iniquum, immò ad quẽlibet hominem, qa & venialiter peccãdo, properat homo ad infernum diſpoſitiuè. Vel, quod ait, quò tu properas, intelligendum eſt ſub conditione implicita, vtpotè, niſi emendes te, ſeu obedièris Deo. [Verti me ad aliud] conſiderandum, videlicet, An homines viribus ſuis poſſint implere, quod monui, dicens: Quodcunq; poteſt manus tua, inſtanter operare. [& vidi ſub ſole,] id eſt, Deo illuſtrante cognoui, [nec velociũ eſſe curſum,] id eſt, veloces & feruidos in actibus bonis, ſuis viribus nõ poſſe bona meritoria agere, ità qꝫ curſus, id eſt, expedita actio virtuoſa, & cõuerſatio feruida, qua non ſolùm eunt, ſed

Apoc. 3.

Iob 9.

Pſal. 44. Cant. 1.

Ioan. 9. Mar. 13.

Pſal. 6.

* inferno, & ad infernũ.

Luc. 16.

etiam currunt ad beatificũ finem, non eſt eorum, id eſt, ipſis aſſcribenda non eſt principaliter, ſed Deo & eius gratioſo auxilio, ſicut ait Apoſtolus: Gratia Dei ſum, id quod ſum. Rurſus quoquè quũ dixiſſet, Plùs omnibus laborauí: mox addidit, Non aũt ego, ſed gr̃a Dei mecum. Vndè Ioan. 15. dixit Saluator: Sine me nihil poteſtis facere. Et Oſee 13. Perditio tua ex te. In me tãtummodò auxiliũ tuum. Et iuxta hunc ſenſum ſubiungit: [nec fortiũ bellum,] id eſt, reſiſtentia ac triumphus ſeruorũ & militum Dei, contra inuiſibiles hoſtes, vitiorumq; aciem præliãtium, non ipſis, ſed Deo & eius pio ſubſidio, ſunt aſſcribendi. Cui ait Prophe-
ta: In te eripiar à tentatione, & in Deo meo trãſgrediar murum. Immò & in corporali bel-
lo ab ipſo datur victoria, ſicut ait ſcriptura: De cælo victoria eſt. [nec ſapientium panem,]
id eſt, panem vitę & intellectûs, & omnem ſalubrem refectionem, qua ſapiẽtes prælati prædicatores, reficiũt audiẽtes ac ſubditos ſeu ſeipſos, à Deo habẽt, non à ſe. Immò in vanum
laborat lingua prædicatoris, ſi deſit inſpiratio creatoris. Ideò loqtur Iſaias: Dominus dedit mihi linguã eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, q̃ laſſus eſt, verbo. Propter quod etiam orat
Apoſtolus: Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei. [nec doctorũ diuitias,] id eſt, ſpiritales opes doctorum, eſſe Domino attribuendas. De q̃bus Prouerb. 13. dictum eſt: Redemptio animę viri, diuitię eius. Atq; in Pſalmo: Gloria & diuitię in domo eius. [nec artificum
grãm,] i. acceptabilitatem, prudentiam q̃; artificũ, q̃ induſtrioſè fabricãt in ſe & in alijs ſtructurã virtutum, perfectionisq; turrim, non eſſe eorũ, ſed donũ Dei. [ſed tempus caſumq; in
oĩbus:] id eſt, in vniuerſis prędictis inueni variã mutationẽ, per temporũ interualla: quoniã vnus à celſitudine gr̃æ labitur ad laſſitudinem culpæ. Et q̃ hodiè vincit, cras vincitur: &
qui nũc docet & corripit alium, paulò pòſt indiget increpari. Ideò nullus debet præſumere, neq; inaniter gloriari: tum, q̃ quicquid gr̃æ & virtutis ſeu meriti habet, à Deo accepit:
tum quia ignorat quàm diù perſeuerabit in eis, & quia indeſinenter eget conſeruatione ac
protectione diuina. Propter quod Paulus hortatur: Qui ſtat, videat nè cadat. Deniquè huic
Salomonis ſententiæ conſonat illud quod Ieremias ait: Scio Domine, q̃ non eſt hominis
via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Similiter illud ad Romanos: Igit̃ non
volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quidã exponunt hunc paſſum ſuperficialiter
valdè, dicẽdo: Vidi nec velocium eſſe curſum: q̃a quãdoquè contingit, quòd velocior non
venit prior ad terminũ. Nec fortium bellum: q̃a quãdoquè fortior à manu forti ſuperatur,
&c. Verùm de tali curſu non loqtur hîc ſcriptura, ſed magìs de eo de quo 2. Tim. 4. ait Apoſtolus, Curſum conſummaui. Et item 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprẽhendatis. Et Pſalmiſta:
Viam mãdatorum tuorum cucurri. [Neſcit homo finem ſuum,] i. terminum vitę præſentis,
ſeu diem & horã mortis, niſi reueletur à iudice Deo, vel iure humano, aut per violentiã tradatur ad mortem, ità quòd prænuncieẽ ei quãdò ſit moriturus. Hinc orat Pſalmiſta: Notum
fac mihi Domine finem meum, & numerũ dierum meorum, q̃s eſt? Neſcit etiã homo finem
ſuum ſupernaturalem: quoniã Deus qui eſt obiectum beatitudinis noſtræ, ſeu finis obiectalis, incomprẽhenſibilis eſt. Similiter beatifica viſio Dei, q̃ eſt finis & ſalus noſtra formalis, tanta res eſt, quòd eius dignitatem ac eminentiã in hac vita plenè agnoſcere non valemus, iuxta quod ſcriptum eſt: Oculus non vidit Deus abſq; te, q̃ præparâſti expectãtibus
te. [ſed ſicut piſces capiuntur hamo] improuiſè, [& ſicut aues laqueo comprẽhenduntur]
deceptoriè, [ſic capiuntur homines] id eſt, de vita hac ſubtrahunt [tẽpore malo,] id eſt, hora diræ mortis ac particularis ſui iudicij, [cùm eis extemplò] id eſt, repentè [ſuperuenerit]
Ideò Dominus admonet: Vigilate, q̃a neſcitis qua hora Dominus veſter vẽturus ſit. Itẽmq;:
Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. [Hanc quoquè ſub ſole vidi ſapientiam,] id eſt, ſapientialem ſeu prudentem effectum: quia quod ſequitur, potuit
eſſe res geſta, vel ponitur pro exemplo: quanuis & aliter exponatur, ſicut tangẽt. [& probaui maximam] id eſt, valdè magnã. [Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex
magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentusq; eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam:] dando conſilium, qualiter hoſtibus multis pauci ciues prẽualerent, vel adiutorium implorarent à Deo,
vel aduerſarijs perſuaderent recedere. Tale quid accidit ſæpè: [& nullus deincèps] ciuium
vrbis illius, [recordatus eſt hominis illius pauperis:] In quo patent eorum inſipientia, ingratitudo, improbitas. [Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine] corporali. Sapientia quoquè, quę donum eſt, eſt dignior fortitudine, quę eſt donum. Similiter ſapientia
quę eſt virtus intellectualis, dicit dignior fortitudine, quę eſt virtus cardinalis. [Quomodò
ergò ſapientia pauperis contempta eſt [ab illis ingratis, & verba eius non ſunt audita] ab
ipſis, ceſſante neceſſitatis articulo? Nam durante obſidione, fuerunt audita. [Verba ſapientium

1.Cor.15.
Pſal.17.
1.Mach.3.
3.Eſdr. 4.
Iſa. 50.
Ephe. 6.
Pſal.111.
1.Cor. 10.
Iere.10.
Rom.9.
Pſal.118.
Pſal. 38.
Iſa. 64.
Mat. 25.
Marc.13.
Luc.12.

tium audiuntur in ſilentio] i. à quietis, prudentibus q̃; hominibus, in quibus eſt tranquillitas mentis, non paſſionum & vitiorum inquietudo. Ideò ſtulti non audiunt ea. [magìs,] id eſt, attentiùs, [quàm clamor principis inter ſtultos:] id eſt, paſſionatos & imprudentes, qui non aduertunt niſi ſibi placentia. Prętereà, per ciuitatem hanc paruam, multi intelliguntEC
cleſiam humilem, propria reputatione paruam, & quę in exordio ſuo fuit parua, ſicut in Luc.12.
Euãgelio ait Saluator: Nolite timere puſillus grex. Contra quam venit rex magnus, id eſt, Zach. 4.
diabolus, cui in Zacharia dicit: Quid tu mons magne contra Zorobabel in planum? Quem Ioan. 12.
Chriſtus principem mundi huius appellat, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Hic per
ſe & Angelos ſuos ac per tyrannos, per hęreſiarchas atque philoſophos, multipliciter oppugnauit Eccleſiã. Chriſtus autem propter nos pauper factus, per Euãgelicæ legis ſapientiam, 2.Cor.8.
liberauit Eccleſiã: Ego, inquiens, dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & Luc.21.
contradicere omnes aduerſarij veſtri. In Eccleſia autem ſunt pauci viri virtutum, & pauci
electi, ſed pauciſſimi deincèps ſunt memores Saluatoris: quoniã omnes, quę ſua ſunt, quæ-
runt, non quæ Chriſti. Inſuper poteſt per vrbem iſtam, intelligi quilibet homo, in quo ſunt Phil. 2.
pauci viri, i. boni cogitat⁹ atq; affectus viriles. In quo rex eſt ratio. Quę circundat diabolus,
& fomes tanquàm tyrannus impugnat eundem. Sed vir pauper, id eſt, intellectus aut ſyntereſis, liberat eum, remurmurando iniquitati, & erudiendo qualiter ſit reſiſtendum. Habita
autẽ victoria, interiores exteriores q̃; ſenſus, & appetitus iraſcibilis ac concupiſcilis, tãquàm
fatui ciues, cenſuram intellectûs atque ſynteresis reſpuentes, citò ac faciliter recidiuant.
[Melior eſt ſapiẽtia, quàm arma bellica] corporalia, aut etiam quàm arma bellica quędam
ſpiritualia. De quibus ait Apoſtolus: Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die ma- Ephe. 6.
lo, id eſt, quàm morales & inferiores virtutes intellectuales. Siquidem ex ſua ſpecie, & ratione ſui obiecti, eſt illis præſtantior. Plùs etiam valet ad obtinendum victoriam tam in ſpirituali, quàm corporali pugna, quàm bellica arma. [& qui in vno peccauerit,] id eſt, quodcunque mortale peccatum inciderit, [multa bona perdet:] Quia peccando amittit charitatem, cęteraſq; virtutes infuſas formatas, ad minùs quantùm ad eſſe earum formatum, quo
formantur & decorantur, atque ad operandum meritoriè redduntur idoneę à charitate,
quę eſt forma, vita, decor & vertex virtutum, motrix & imperatrix earũ. Amittit etiam oĩa
merita ſua præhabita, communionemq́ue myſtici corporis Chriſti, & deſinit eſſe membrum, miniſter ac miles Dei, fitq́ue ſeruus & membrum diaboli. Sed & ſummum & incommutabile bonum, Deum creatorem ac ſaluatorem ſuum amittit, & precioſiſſima bona gloriæ æternalis. Ideò Iacobus dixit Apoſtolus: Quicunque totam legem impleuerit, offendat Iaco. 2.
autem in vno, factus eſt omnium reus. Eccè quanta eſt peccãtis ſtultitia, qui pro modica voluptate incurrit & infligit ſibijpſi tot damna, & ſapientiam aſpernatur. Videat ſibi vnuſquiſque, nè ſapientem deſpiciat, aut ſapientiam paruipendat: quoniam hoc eſt vnum de
maximis malis, quæ geruntur ſub ſole: & planè tam malum, vt in Eccleſiaſtico dicatur: In Eccl. 26.
duobus contriſtatum eſt cor meum: Vir bellator deficiens per inopiam, & vir ſenſatus contemptus. ¶ Circa præhabita quęritur, An homo poſſet certò ſcire ſe eſſe in charitate, &
per conſequens quòd dignus ſit amore, id eſt, amari à Deo. Ad hanc quęſtionem pro vtra- 2.Pet.1.
que parte multę poſſent authoritates adduci. Quòd enim poſſet hoc ſcire, etiam ſine reuelatione, appáret ex eo, quòd princeps Apoſtolorum in ſua ait Canonica: Per bona opera
certam faciatis vocationem veſtram. Ioannes quoquè in ſua prima affirmat Epiſtola: In hoc 1.Ioan.3.
ſcimus quia in Deo manemus, & Deus in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et
rurſùs: Scimus quia ex Deo ſumus. Paulus etiam fatetur: Non ſpiritum huius mundi accepi- 1.Cor.2.
mus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. In oppoſitum
eſt authoritas huius capituli, & quòd Prouerbio. 20. Salomon loquitur: Quis gloriabitur
mundum ſe habere cor? Et demùm, quòd beatus Iob proteſtatur: Si venerit ad me, non vi- Iob 9.
debo eum: & ſi abiẽrit, non intelligam. Ad hanc quæſtionem Antiſiodorenſis in ſecunda
parte Summæ ſuæ reſpondet: Aliqui dicunt, quòd quidam ſciũt ſe non habere charitatem,
vt qui ſunt in propoſito vel actu peccandi. Aliqui dubitãt ſe charitatem habere, quoniam
habent rationes æquè fortes pro parte vtraque, vt qui incipiunt facere quod in ipſis eſt, &
proponunt non peccare decęterò. Alij putãt ſe habere charitatem, vt qui iam fecerunt multa bona opera, & diù eſt quòd non fuerunt in propoſito vel actu peccandi. Tamen adhuc
ſuſtinent primos motus, & turpia imaginantur, patiunturq́; inquietudinem muſcarum morientium, quæ perdunt ſuauitatem vnguenti, id eſt, cogitationũ diſtractiones, quę orationis dulcedinẽ tollũt. Alij ſciũt ſe charitatẽ habere, q̃ ſcilicet guſtãt dulcedinẽ Dei, & in quibus fomes ferè extinct⁹ eſt, vt in Maria magdalena & Maria Aegyptiaca, poſt plurimos fletus.

Deniquè duplex eſt ſcientia, ſ. experimenti, quæ eſt per ſigna, & ſcientia propriè dicta, videlicet cognitio alicuius per ſe noti, vt in primis principijs, vel alicuius ex illis deducti. Primo modo poteſt qs ſcire ſe charitatẽ habere, putà per ſigna q̃ ſunt tria, videlicet, iucũditas ſpũalis, deſideria bona, & opera bona. Secundo modo nullus poteſt ſcire ſe charitatem habere, niſi ex reuelatione. ¶Sciendum eſt etiam, quòd duplex eſt dilectio Dei, videlicet Naturalis & gratuita, quæ tantam habent affinitatem & coniunctionẽ adinuicẽm, quòd non poteſt aliquis diſcernere, an ſuum diligere, ſit motus dilectionis naturalis, an gratuitæ. Nam & naturalis dilectio habet delicias ſuas. Itaq; voluit Deus nos aliquo modo ſcire, quòd ſimus in charitate, tribus de cauſis: Prima, vt aliquam conſolationem habeamus in miſerijs ſeculi huius: Secunda, vt Deo gratias referamus: Tertia, vt prouocemur ad meliora. Voluit quoquè nos iſtud aliquo modo neſcire, vt cautiores ſimus, & magìs ſoliciti de noſtra ſalute. Eccẽs 9. Authoritatem autem Salomonis, dicentis: Neſcit homo an amore ſit dignus, q̃dam exponunt de amore prædeſtinationis. Hæc Antiſiodorenſis. Præterea, ſuper primum Sententiarum diſtinctione 18. ſanctus Thomas reſpondet: Potentias & habitus non poſſumus cognoſcere, niſi per actus & conatus qui proportionantur eorum naturæ, & actus per obiecta. In actu aũt animæ, eſt plura cõſiderare, ſ. ſpeciem actûs, quæ ſumitur ab obiecto, & modum, ac effectum. Si ergò accipiamus actum charitatis, qui eſt, diligere Deum & proximum, ex ſpecie actûs, non diſcernitur an ſit à charitate gratuita, vel naturali, quia vtraque verſatur circa idem obiectum. Modus verò, quem ponit habitus in opere, eſt facilitas & delectatio. Per hunc autem modum non diſcernitur, an ſit à charitate infuſa, vel naturali ſeu acquiſita. Proprius verò effect⁹ -charitatis- ſeu actus charitatis, eſt in virtute merẽdi quod nullo modo cadit in noſtram cognitionem. Ideò nemo certitudinaliter ſcire poteſt ſe eſſe in charitate. Hæc Thomas. Cui Richardus de Media Villa, ſatìs concordat. Porrò Petrus de Tharentaſia, prælegata ait diſtinctione: Illos habitus, qui habent actus omninò diuerſos, & diſſimiles ab alijs, vt fides & ſpes, poſſumus cognoſcere ſub propria ratiõe. Illos verò qui habent actus ſimiles actibus aliorum habituum, vel innatorum, vel acquiſitorum, vt charitas, non poſſumus cognoſcere cognitione perfecta in propria ratione, ſed ſolùm in vniuerſali. Vndè ſcire poſſumus habere nos dilectionem, ſed non charitatem. Et hoc quadruplici ratione. Primò, qa charitas importat Dei acceptationem, quę nos latet. Secundò, quia intellectus noſter obumbratus ex carne, hebes eſt ad ſupernaturalia. Tertiò, quoniam actus charitatis, ſimilis eſt actui dilectionis acq̃ſitę & naturalis. Quartò, propter iudiciũ Dei, q̃ ad humiliandum nos, vult nos bona noſtra latere. Propriũ quoquè effectum charitatis, quem addit ſupra naturalem dilectionem, ſcire non poſſumus, quia hic effectus, eſt quędam ineffabilis vnio ad Deum, de qua Saluator loquit̃ ad patrem: Vt ſint vnũ ſicut & nos. Hæc Petrus. Ioan. 17. Poſtremò ad idem probandum Alexander de Halis, & dominus Antiſiodorenſis, adducũt hoc argumentum: Spiritum ſanctum eſſe in te, & charitatem eſſe in te, ſunt duo conuertibilia. Primum neſcis, quoniam Spiritum ſanctum eſſe in te, non eſt ſcibile, ſed credibile: ergò nec ſecũdum ſcis. De hac materia & de ſignis per quæ probabiliter ſcitur, quòd charitas habeatur, multùm conſolatoriè loquitur ſanctus Bernardus: & multa de his dici poſſent, ſed prolixitas eſt vitanda: ideò pro præſenti ſufficiant iſta.

¶Explanatio capituli decimi: Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.

Articulus Decimus.

MVlta moralia documenta in iſto continentur capitulo. Nec eſt hîc continuatio eiuſdem materiæ, ſicut nec in Prouerbijs. [Muſcę morientes perdunt ſuauitatem vnguenti:] Ad literam, dum muſca infirma cadit in vnguentum ſuaue, manendo & moriendo in illo, deſtruit eius valorem atq; odorem: Sic, qui in vno reus eſt, plurima perdit bona: & tota meritorum congeries, vno mortali peccato deſtruitur. Vnus quoq; peruerſus & ſcandaloſus ac peſtilens, totam perturbat ac inficit communitatem. 1.Cor. 5. Propter quod ait Apoſtolus: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. ¶Spũaliter, Muſcæ morientes, ſunt cogitationes vanæ, inutiles, affectiones illicitæ, diſtractiones moroſæ, preſertim in diuino officio, quę perdũt ſuauitatem vnguẽti, i. experimentalem dulcedinem ſpũalium exercitiorũ, quę ſentiri ſolet in orationibus, meditationibus, contemplationibus, Pſalmodijs, recollecta ac ſtabili mente Deo oblatis. Immò in cunctis actibus hanc vtiquè tollit & impedit muſcarũ iſtarum admixtio, hoc eſt, miſera & deteſtanda illa diſtractio, ità q̃ homo ſine ſapore & guſtu, vaga & vana mente orat, pſallit & medita Pſal. 118. tur, ac cętera bona exercet. Hinc in Summa ſua Antiſiodorenſis diſſeruit: Pſalmiſta ait: In cuſtodiendis illis, ſ. Dei mandatis, retributio multa. Non enim tantùm pro cuſtodiendis, ſed etiam

etiam in cuſtodiendis mãdatis Dei retributio multa. Et hoc propter iucunditatem mentis, & preguſtationem dulcedinis Dei, quæ habet in diuinorũ cuſtodia mandatorũ. [Preciosior eſt ſapientia, paruaq; gloria] i. cum gloria modica, ſeu cum paruo honore, [ad tempus ſtultitia:] i. temporali inſipientia, quãuis ei adiuncta ſit honorificentia magna, quemadmodùm dictũ eſt ſuprà: Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſtulto & ſene. Vel, melior eſt ſa- Eccẽs 4. pientia quę ſimplicitate & innocentia decorat̃. Paruaq; gloria, i. humilis gloriatio de Deo in ipſo, vel de ſe in Deo, iuxta illud: Qui gloriat̃, in Domino glorietur. Ad tempus ſtultitia, id 1.Cor. 1. eſt, ſuperba ſuijpſius exaltatione atq; iactãtia. [Cor ſapientis, in dextera eius:] i. ratio & in- 2.Cor. 10. tentio ſapientis, dirigit̃ & verſat̃ circa ſpũalia & cæleſtia bona, vt benè conuerſando, obtineatea, [& cor ſtulti] i. iniqui, eſt [in ſiniſtra illius:] i. circa carnalia & terrena, aĩæ ſuę nocũa, intentũ eſt. Per dexterã eũ, bona & proſperа: per ſiniſtrã verò, deſignanẽ aduerſa & noxia. Hoc (ni fallor) eſt, quod Mat. 6. ait Saluator: Si oculus tuus fuerit ſimplex, i. recta intenLuc. 11. tio, totũ corpus tuum lucidũ erit, i. operũ tuorũ congeries erit virtuoſa & clara, & nomine ſapientis eris condignus, atq; ad dexterã iudicis ſtabis. Si aũt oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuũ tenebroſum erit. [Sed & in via ſtultus ambulans,] i. peccator in ſeculo degens & conuerſans, [cùm ipſe inſipiens ſit,] conſtituendo ſibi finem in rebus carnalibus & caducis. [omnes ſtultos æſtimat:] i. omnes reputat ſimiles ſibi, ſeu omnes putat peccare, & alicui vitio deſeruire, ſicut & ipſe ſic; ex qualitate ſuijpſius, accipit formam iudicandi de alijs. Hinc ſeculares, cõmuniter reputãt religioſos aut auaros, aut inuidos, aut alicui vitio ſimili obnoxios. Vel omnes æſtimat ſtultos, qui aliter ſentiũt quàm ipſe, & terrena iſta deſpiciunt, quę ipſe maximè appreciat̃. Vndè (vt legit̃ 4. Reg. 9.) quũ vnus ex filijs prophetarũ vnxiſſet ipſum Iehu in regẽ, principes dixerũt: Quid venit inſanus iſte ad te? Ideò & Iob 12. dicitur: Deridet̃ iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitũ, parata ad tempus ſtatutũ. Et Apoſtolus 1.Cor. 4. Nos, inq̃t, ſtulti propter Chm̃. Vndè (vt in Euãgelio legit̃) Chriſto contra auaritiã & ambitionẽ prædicãte, ſcribæ & phariſęi q̃ erãt ambitioſi ac Luc. 16. cupidi, audientes, deriſerũt eum, dicentes: Inſanit, q̃d eum auditis? Hinc reprobi tandẽm di- Ioan. 10. cturi ſunt illud Sap. 5. Hi ſunt, quos aliquãdò habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij: Nos inſenſati, vitã illorũ æſtimabamus inſaniã. Non igit̃ contriſtet̃ vir bonus, nec doleat ſapiens, quãdò ab imprudentibus & carnalibus, à negligentibus & intimoratis contemnitur, deridet̃, vituperat̃. Hinc in Prouerbijs ſuis Seneca proteſtat̃: Malis diſplicere, laudari eſt. Et rurſùs: Nondùm felix es, ſi nondùm te turba derident. Cauſam quoquè huius tam erronei iudicij impiorũ, tãgit Seneca, dicens: Omnis affectus habet, vt in quo ipſe inſanit, cętEros furere putet. Hinc ſancti patres Caſſianus & Climachus dicunt, q̃ qui alicui paſſioni aut vitio ſubiacet, pronus eſt aliũ de eadẽ paſſione aut vitio iudicare. [Si ſpũs poteſtatẽ habentis aſſcenderit ſuper te,] i. ſi impulſus diaboli tentauerit & impugnauerit te, vt ex myſtico corpore Chri traijciat te in corpus ſuũ, hoc eſt, in eccleſiã malignãtiũ, vt te faciat membrum & ſeruũ ſuum. Vel, ſi ſpũs poteſtatẽ habẽtis, i. exagitatio ſomitis, quę pluribus dominatur, impugnauerit te: Vel, ſpũs, i. indignatio habentis poteſtatẽ, i. alicuius te fortioris, aſſcenderit ſuper te, vt te perſequat̃ & opprimat. [locum tuũ nè dimiſeris:] i. à myſtico corpore Chriſti, à congregatione deuota, à ſtatu gratiæ ac ſtabilitate virtutum, à patientia ſancta, nequaquàm recedas, nec acquieſcas iniqs, ſed inuoca Deum, & per virtutes reſiſte: ac tanto inſtãtiùs occupa te in bonis, quanto acriùs impugnaris. Hinc Iacobus exhortat̃: Reſiſti- Iaco. 4. te diabolo, & fugiet à vobis. Et Paulus: Deus, inq̃t, pacis conteret ſatanam ſub pedibus ve- Rom. 16. ſtris velociter. Porrò diabolus potẽs eſt valdè. De quo Chriſtus, victor ipſius, fatetur: Dum Luc. 11. fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. Et de quo Iob 41. aſſeritur: Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Deniquè ſi hæreticus potens in philoſophia aut in ſcripturis, aut tyrannus inſurgat aduerſùm nos, locum & doctrinam Eccleſiæ nullatenùs dimittamus. [quia curatio] id eſt, reſiſtentia talis contra peccata, qua anima à læſione præſeruatur, & ſanitatem recuperat. Vel, curatio, id eſt, ſomitis ſanatio, ſeu mitigatio per reſiſtentiã contra concupiſcentiã. Curatio quoquè, i. contritio ſeu pœnitẽtia de peccatis, & ſuperatio interioris tentationis, [ceſſare faciet peccata maxima:] i. vitia multa atq; enormia, quę ex ſomite & interiori tentatione naſcuntur, niſi idonèè reſiſtatur. Nempe (vt Iacobus ait) Vnuſquiſq; Iaco. 1. tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: deindè concupiſcentia, quum conceperit, parit peccatum: peccatum verò, quum conſummatum fuerit, generat mortem. Vndè Hieronymus ait: Primum peccatum eſt, cogitâſſe, quæ mala ſunt, cum mora ſuperflua, aut complacentia aliqua. Secundũ eſt, cogitationibus acquieuiſſe. Tertium, quod deterius eſt, opere compleuiſſe. Quartum, poſt peccatũ non pœnitere, & in ſuo ſibi cõplacere delicto.

Me-

Pſal.18. Meritò igit̃ dixit propheta: Si meī nõ fuerint dñati, tũc immaculatus ero, & emũdabor à delicto maxio. [Eſt] & aliud [malũ quod vidi ſub ſole, quaſi per errorẽ egrediens à facie principis:] Si per principem intelligat̃ Deus omnipotens, tunc malum iſtud quod ſequit̃ mox in textu, nõ egredit̃ ab eo veraciter per errorẽ, ſed quaſi per errorẽ: qa inſipiẽtibus videt̃ erroneũ & iniuſtũ, quũ tamen iuſtè permitat̃ à Deo. Si verò per principẽ intelligat̃ quicunq; princeps terrenus, ſic malũ quod ſubdit̃, verè ex errore prauitateq; accidit ſæpè. videlicet, [poſitum ſtultum in dignitate ſublimi:] Vitioſi enim, ambitioſi, imperiti, frequenter ad officia promouenẽ, melioribus derelictis, de qbus ſubiungit̃: [& diuites ſedere deorſũm:] id eſt, ſpiritalibus gratijs locupletes & virtuoſos, ſubeſſe. [Vidi ſeruos in equis,] id eſt, ignobiles & vitijs ſubditos, per violentiam ad præſidentiam aſcendiſſe: [& principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos:] id eſt, eos qbus ex iure competebat præeſſe, oppreſſos & pulſos ab impijs illis. Iſtud Deus fieri ſinit propter ſubditorũ flagitia: qa frequenter dantur hominibus principes ac prælati ſecundùm ipſorum demerita hominum. Ideò per Oſeam Dominus loqtur:
Oſe.13. Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indignatione mea. De quo etiam Iob 34. inducitur: Quia ragnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Veruntamen quòd talia non ſint directè & effectiuè à Deo, conſtat ex hoc, quòd ipſe rurſùs Oſee 8. teſtatur: Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui. Aliq tamen ſua promotione fuerunt digni, & directè à Deo promoti: ſed tempore procedente, poteſtate abuſi ſunt, & tyranni effecti, ſicut & Saul. [Qui fodit foueam, incidet in eam:] id eſt, qalteri quęrit nocere, & deceptionis laqueum præparare atq; extendere, lædit ſeipſum in anima, & debitas luet pœnas, ac ſimilia patietur. Hinc Prouerb. 11. ſcriptum eſt: In inſidijs ſuis capient̃ iniqui. Et iterùm ait ſcriptura Eccleſiaſti. 27. Qui expãdit laqueum, capietur in illo. Eterñ vniuſcuiuſq; malũ redũdat in ſuum authorem, & propriam linguam detractor coinquinat, propriã mentem inuidioſus exulcerat, ſeipſum iracundus conturbat.
Pſal.7. Ideò ait Pſalmiſta de impio: Lacũ aperuit & effodit eũ, & incidit in ſoueam quam fecit. Deniquè q vitiorum occaſiones non vitant, ſed ſpontè aſſumunt, ſibijpſis ſoueã parant, & in eam labunt̃, dum ex occaſionibus talibus corruunt in peccata: ſicut q pergunt ad loca ſuſpecta, & praua admittunt conſortia. [& q diſſipat ſepem, mordebit eum coluber.] Hoc corporaliter quandoquè ſic accidit. Sed ſenſus eſt, quòd q canonicas patrum ſanctiones & Eccleſiaſticam diſciplinam, qbus muniunt̃ fideles, tranſgredit̃, à dæmone punietur, q Gene. 3. ſerpens vocatur. Vndè & Amos 5. ſcriptum eſt: Mordeat eum coluber. [Qui tranſfert lapides,] de loco ſuo ad locum indebitum, [affligetur in eis:] id eſt, q fideles (qui ſunt lapides viui, ex qbus ædificatur Eccleſia) fallit, & de Eccleſia ad hæreticorum aut ſchiſmaticorum, aut peruerſorum conſortia trahit, enormiter peccat, & tormenta ſuſtinebit perpetua, Eccleſiaſticis quoquè percutietur cenſuris. De talibus lapidibus loquitur beatiſſimus Petrus in
1.Petr.2. prima ſua Epiſtola, dicens: Et vos tanq̃ lapides viui ſuperędificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerentes hoſtias ſpirituales, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.
Iſa.54. Vndè per Iſaiã Dominus promiſit Eccleſiæ: Fundabo te in ſapphiris. [& qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.] Per ligna quoquè & arbores, paſsìm ſignantur credentes. Vndè Matthæi 12. ait Saluator: Aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam. Qui itaque ligna ſcindit, id eſt, credentes ſcandalizat, & puſillos à bono incepto auertit, atque à Chriſto præſcindit, nunc vulnera incidit vitiorum, paſſurus deincèps vulnera infernalium ſuppliciorum. Nempe væ homini per quem ſcandalum venit. Et Prouerbio. 19. dictum eſt: Malei percutientes præparati corporibus ſtultorum. [Si retuſum fuerit ferrum,] id eſt, ſi acumen ſuum amiſerit ſecuris aut clauus ex percuſſione ſuper ſaxum. [& hoc non vt priùs,] id eſt, non parùm ità acciderit, [ſed hebetatum fuerit,] id eſt, omninò obtuſum, [multo labore exacuetur.] Quòd aũt iſtud non dicatur ad literam de ferro, ſed metaphoricè de homine negligente ac duro, conſtat ex eo quod ſubditur: [& poſt induſtriam ſequet̃ ſapientia.] Tanquàm dicat: Si homo acuti ingenij, & in ſcripturis competenter inſtructus, poſtpoſito eo quod nouit, in ſuperbiam aut luxuriam corruat, & mente obtenebrat, hebes ac deſes fiat ad ea quæ Dei ſunt ac ſuæ ſalutis, non faciliter ad veram pertinget contritionem, nec recuperabitur leui labore, ſed ex intimo corde oportet ingemiſcere eum, & omnem carnalitatem hebetantem abijcere, atq; ad ſpiritualem conſurgere intellectum, conſiderando Dei iuſtitiam, & ſua nouiſſima, ſicq; poſt talem induſtriam & laborem ſequet̃ ſapientia, &
Ephe.5. ipſe ſapientiam aſſequetur. Ideò monet Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis.
Ezec. 24. Vndè per Ezechielem Dominus conteſtatur: Multo labore ſudatum eſt, vt auferretur ab ea
Ibid. nimia rubigo eius. Et iterùm: Non mũdaberis priusquã requieſcere in te faciam indignationem

meã. Periculoſum eſt ergò, peccare: periculoſius, in peccatis manere: periculoſiſſimũ, vſq; ad mortem, aut infirmitatem vel ſenium, pœnitentiam ipſam differre: quia tunc vix aliquis veraciter pœnitet, inueterata conſuetudine preſſus & victus, de qua ex fundo cordis reſipiſcere, difficulter nimìs contingit, niſi quòd per omnipotentis Dei gratiam prœuenientem faciliter fieri poteſt, quod per naturã vix effici valet. Et tñ ipſe omnipotẽs, apud quem non eſt impoſſibile, immò nec difficile, omne verbũ, in hoc ipſo difficultatẽ quandã oſtendit, aſſerens per Prophetam: Abominabilis facta es, qa mundare te volui, & non es munda-
Ezec. 24. ta. Et per Iſaiam iterùm: Prębuiſti mihi laborem in iniqtatibus tuis. Et Malachię 2. habetur:
Iſa.43. Laborare feciſtis Dominũ in ſermonibus veſtris. [Si mordeat] mordens [ſerpens in ſilentio, nihil eo minùs habet qui occultè detrahit] fratri ſuo, id eſt, ſicut lœtaliter nocet corpori ſerpens qui morſu occulto ei infundit venenũ, ità detractor propriam animam detrahẽdo occídit: Similiter animam audientis, quãtùm in ipſo eſt, & eum cui obloquitur, occídit, quantùm ad eſſe bonæ reputationis ac famæ, quod in cordibus habuit proximorum. Vndè (vt ſanctus Clemens refert) ſacratiſſimus Petrus aſſeruit, tria eſſe homicidij genera: Vnum corporale, aliud odium, tertium detractionem. Meritò igitur detractores ſunt Deo odibiles, & Iacobo proteſtãte Apoſtolo: Qui detrahit fratri ſuo, detrahit legi. Prętereà per ſerpen-
Iaco.4. tem ſilenter mordentem, intelligi poteſt diabolus, peſtifera ſuggeſtione mentem inficiens quam necat ſilentio, dum eam ſic detinet in peccato, quòd vitia ſua excuſat, nec cõfitetur. Audi hoc ô detractor maleuole & infelix, vide cui aſſimileris. Certè non ſolùm terreno, ſed infernali colubro comparat te ſcriptura. Reſipiſce ergò inſipiens, & quod tibi fieri indignaris, non facias proximis. [Verba oris ſapientis, gratia:] id eſt, gratioſa & accepta, ſapientia eũ Deo hominibus q; beneuolis amabilem & placentem, iuxta illud Eccleſiaſtic. 20. Sapiens ſeipſum in verbis amabilẽ facit. Vndè de Chriſto refert euangeliſta: Mirabant̃ omnes
Luc.4. in verbis gratię quę procedebant de ore eius. De quo Pſalmiſta prędixit: Diffuſa eſt gratia
Pſal.44. in labijs tuis. [& labia inſipientis, pręcipitabunt eum] in foueam vitiorũ, deindè in voraginem tormentorũ. In multa quoquè damna, pericula, afflictionesq; cordis & corporis incidit homo ex verbis ſuis inſipientibus, pũgitiuis, mordacibus. Vndè in Prouerbijs dictũ eſt:
Pro.15. Labia inſipiẽtis ſupplantabũt eũ. Itemq; Prouer. 13. Qui incõſideratus eſt ad loquendũ, ſentiet mala. [Initiũ verborũ eius, ſtultitia:] id eſt, ſtultè incipit loqui, & ſine deliberatione ac conſideratiõe matura, ſicut alibì dictũ eſt: Os ſatuorũ ebullit ſtultitiam. [& nouiſſimũ oris
Pro.15. illius, error peſſimus:] Quia quanto plùs ardentiùs loquit̃, tanto grauiùs peccat loquendo, & tandèm ad detractiones, mendacia, periuria, contentioſaq; verba prorumpit. Multi quoquè per ſuam facũdiam vel potiùs loquacitatem, inciderũt hęreticam prauitatem. Ideò q imponit ſtulto ſilentiũ, mitigat iras, & pręcídit varias culpas. [Stultus verba multiplicat.] Non enim habet in loquẽdo diſcretionem, & ſæpè per verba ſuperflua nititur & intendit ſuam iactare ſcientiam, cùm potiùs ſuam pandat ſtultitiã. Ideò Prouer. 29. conſcriptum eſt: Totũ ſpiritũ ſuum profert ſtultus. Compendioſè ergò loquendũ eſt, nec ſine
Pro.10. neceſſitate, fructu, ſeu rationabili cauſa protrahendus eſt ſermo. In multiloquio enim non deeſt peccatũ. [Ignorat homo qd ante ſe fuerit:] De multis enim pręteritis ignorantiã habemus: Et quę ex relatiõe, ſcripturis, aut chronicis agnoſcim⁹ de pręteritis, pauca & modiciſſima ſunt reſpectu horũ quę neſcimus de talibus. Et pręſertìm ſtultus non ſtudioſus, de talibus eſt ignarus. [& quod poſt ſe futurũ eſt, qs ei poterit indicare?] Quaſi dicat: Hominum nullus, loquendo de futuris omninò contingentibus, nec à Deo in ſacro eloquio, aut aliàs reuelatis. Ideò ſtultus, horum tam neſcius, non debet verba multiplicare, nec apud imperitos per loquacitatem velle doctus videri. Qui em̃ moderat̃ labia ſua, prudentiſſimus eſt. Vir
Pro.10. autem linguoſus non dirigetur in terra. [Labor ſtultorũ affliget eos,] id eſt, inane & immoderatum ſtudium iniquorum, quod habẽt in curioſa inquiſitione, ornata loquutione, illicita
Pſal.139. actione, ingeret eis pœnam, tam in ſeculo iſto, quàm in futuro. Multam enim in talibus inquietudinem, moleſtiam, ſolicitudinem, patiuntur. Ideò dicũt illud Sapientię 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. De qualibus ait Pſalmi-
Pſal.139. ſta: Labor labiorum ipſorum operiet eos. [qui neſciũt in vrbem pergere.] Id eſt, ad patriam tendere beatorũ, & incorporari Eccleſię militanti per fidem & charitatem, de qua vrbe fertur in Pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: Sicut lætantiũ omniũ habitatio eſt in
Apoc. 22. te. Et in Apocalypſi: Ciuitas non eget ſole neq; luna. Et in Ezechiele: Nomen ciuitatis Dominus ibidẽm. Interdùm aũt ciuitas in malo accipit̃, vt quũ Dñs ait per Amos prophetam:
Ezech.48. Non ingrediar ciuitatem. Deniquè labor hęreticorũ, paganorũ & philoſophorũ, pręſertìm
Amos 3. eorum q contra religionem chriſtianam verbis & ſcriptis plurimis acriter diſputauerunt,

vt Porphyrius atq; Auerrois, æternaliter eos affliget. Qui ſapientes fuerũt vt facerent mala, benefacere autem, id eſt, ciuitatem Domini virtutũ ingredi, neſciêrunt. [Væ tibi terra] id eſt, politia ſeu regnũ, [cuius rex] id eſt, princeps, dux, comes, aut prælatus, ſeu præſul, [puer eſt,] non ſolùm ætate, ſed & moribus & inexperientia ac imperitia. Dum enim ſupremus in populo, talis eſt, multa pericula, damna, turbationes imminent ſubditis. Nam (vt ait Philoſophus) in omni genere oportet primum eſſe potiſſimum & perfectũ. Et quo pluribus aliquis præſidet, eo ampliori prudentia, virtuoſitateq; eget. Pueri autem ſunt inexperti, & per conſequens imprudentes: quia (vt Ariſtoteles docet) ad prudentiam experiẽtia requiritur. Hinc rurſùs in Politicis ſcribit, quòd nemo eligit pueros in principes. [& cuius principes manè comedunt:] id eſt, gulæ ac luxui vacant, nec ſobrietati ſtudent atq; prudentiæ, abſtinentes quouſquè cauſas ac iudicia expediêrint ſubditorũ, ad quod ante comeſtionem aptiores eſſent, quàm poſteà. Hanc eandem ſententiam allegat Tullius à Platone dictam & ſcriptam, ſicut & eam quę ſubditur: [Beata terra cuius rex nobilis eſt,] non ſolùm carnis propagine, quę nobilitas (ſecundùm Ariſtotelem in libro Politicorũ) non eſt niſi antiquata opulentia, ſed & ſapientię ac virtutum pręclaritate. De qua in Actibus Apoſtolorum ſic dicitur: Act. 17. Nobiliores ex eis, ſuſceperunt verbum Dei cum omni auiditate, quotidiè ſcrutantes ſcripturas. Dum hæ duę nobilitates in eodem concurrunt, ſe inuicèm ornant, dicente Gregorio: Dum vna alteri ſociat, quaſi gemma carbunculi in ornamento auri locatur. [& cuius principes] ſcilicet iudices & cęteri officiati, [veſcunt in tempore ſuo,] expeditis pro poſſe cauſis Reipublicę & litibus ſubditorũ, [ad reficiendum] corpora ſua moderatè, poſt laborem & fatigationem pro bono communi, [& non ad luxuriam:] per quam ratio maximè obſcuratur. Iſa.32. Ideò ſummè principibus & prælatis cauenda. De talibus præſidentibus in Iſaia inducitur: Princeps ea quę digna ſunt principe, cogitabit: & ipſe ſuper duces ſtabit. Hinc Antigonus dixiſſe legitur Alexandro: Indignus es imperare, propter incontinentiam tuam & iuuentutem. Allegoricè, beata terra, id eſt, militans Eccleſia, cuius rex nobilis eſt, ſcilicet Chriſtus filius Dei patris, ac Reginæ virginis matris, cuius principes, id eſt, Apoſtoli, ſobrijſſimi exiterunt, primùm quærentes regnũ Dei & iuſtitiam eius, inceſſabiliterq; intenti ad procurandam hominum vniuerſorũ ſalutem. [In pigritijs humiliabitur contignatio:] Contignatio vocatur coniunctio ſeu coaptatio lignorũ & tignorum in ædificio domûs. Quemadmodùm ergò cõtignatio talis humiliatur, id eſt, diſſoluitur & cadit ex pigritia tectorum ac ciuium vrbis, qui ex ſua ignauia permittunt turres & domos ciuitatis perire, ſic ex acedia vniuſcuiuſq; hominis, perit in eo virtutũ conſtructio, & charitatis proſternitur altitudo. Ex negligentia quoquè prælatorum ſic deformatur Eccleſia, & munimenta ipſius labũtur, de qbus ait Bernardus: Arcem Sion obtinuerunt, & poteſtatiuè deincèps totam tradunt incendio ciuitatem: miſera eorum conuerſatio, plebis tuæ ô Domine Ieſu ſubuerſio eſt. Non iam ornant Eccleſiam, ſed ſpoliant, ſcandalizant, euertunt. Hinc eſt quòd Eccleſia hiſpida eſt, exanguis, deformis, & facie miſeranda. [& in infirmitate manûs, perſtillabit domus] id eſt, ex remiſſione & debilitate manuum ad operandũ & reparandũ confracta in tecto, contingit quòd guttæ cadunt per tectum: ſic ex charitatis defectu & tepefactione virtutum anima ictibus paſſionum colliditur imbribus aduerſitatũ & ventis tentationũ deijcitur, quemadmodùm Matth. 7. ait Saluator: Omnis qui audit verba mea, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam: & cecidit, & fuit ruina eius magna. Hinc tepido Apocalyp. 3. dicitur: Vtinàm calidus eſſes aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Atq; in Iſaia Dominus loquitur: Confortamini manus fatigatæ, & genua debilia roboramini. Paulus quoquè: Manus, inquit, remiſſas erigite, & rectos facite greſſus pedibus veſtris. Conformiter ex carnalitate, peruerſitate & negligentia prælatorũ & prędicatorũ, contingunt hęc mala in ſingulis quibuſq; Eccleſijs: quoniam deformata, lapſa, infirma, confracta non reformant, erigunt, roborant, neq; conſolidant. Sed ſicut ſubiungitur, [In riſu faciunt panem & vinũ,] id eſt, cum iucunditate carnali procurant & præparant ſibi victualia delicata, & populo blandiũtur, atq; placentia potiùs quàm ſalubria ſermocinanť, vt propria commoda cõſequanť, de quibus in Oſee cõqueritur Dominus: Peccata populi mei comedunt, & ad iniqtatem ſubleuant animas eorũ. Vix aliquem pro ſuis peccatis charitatiuè & iuſtè corripiunt, nè temporaliũ detrimentũ incurrant. Propter quod ſubditur: [vt epulenť bibentes: Ide quibus Iſa. 56. loquiť Deus: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, videntes vana, & dormientes, canes impudentiſſimi, neſcientes ſaturitatem. Et iterùm per Ezechielem: Nonnè oues paſcunť à paſtoribus? Lac comedebatis, & Iſa.35. Heb. 12. Oſe.4. Ezech.34.

& lana operiebamini, gregem aũt meum non paſcebatis. [Et pecuniæ obediũt omia] id eſt, Quia per pecuniam omnia iſta delectabilia, vtilia & honeſta huius ſeculi procurantur: ideò omes auaritiæ ſtudent, & amore pecuniæ relinquunt iuſtitiam. Nec hi qui præſunt, ſubditis debitam adhibent diſciplinã, nè illis offenſis, aut certè correctis & iuſtè agentibus, ceſſent adipiſci ab eis pecuniam. Sunt equidem quidam tam obtenebrati & ſceleratiſſimi, vt mâlint ſubditos peccare atq; in vitijs perſeuerare, quàm pecuniarum (quas loco emendationis accipiunt) emolumenta amittere. Quocontrà Seneca ait: Pecuniæ imperare oportet, non Seneca obedire. Et ſanctus pater Bernardus: Filij Adam, genus auarum & ambitioſum, audite: Quid vobis cum terrenis diuitijs, quæ nec veræ nec veſtræ ſunt? Aurum & argentum quid ſunt, niſi terra alba & rubea, quæ hominum error precioſiora facit, quàm ſunt? Veruntamen veri & perfecti diſcipuli Chriſti, aurum arbitrantur vt lutum, & pecuniam aſpernantur vt ſterPhilip.3. cora, intantùm, vt nec tangere eam dignentur, & videre vix acquieſcant. [In cogitatione tua regi nè detrahas, & in ſecreto cubiculi tui nè maledixeris diuiti:] id eſt, tam diligenter pręcaue obloqui ſuperioribus tuis, principibus ac prælatis, ac potentioribus, vt nec in corde tuo murmures contra eos, aut obtrectare proponas, nec in ſecretiſſimo loco id facias, quanuis iniqui ſint, ſed committe eos diuino iudicio, & ſuperioribus ſuis quos habent in terra, aut ſummo pontifici, ſeu ſynodo generali, vbi ordinatè poterunt accuſari. Dic ergò cogitatui tuo: Eccè ipſi ſunt iudices mei, non ego eorum. Non eſt meum iudicare meos ſuperiores, quibus (quanuis dyſcolis) oportet me obedire, & cum reuerentia ſubdi, intuitu & amore illius, à quo omnis poteſtas, cuius vicarij ſunt. [quia & aues cæli portabunt vocem tuam: & qui habet pennas, annunciabit ſententiã:] id eſt, quocunq; modo ipſi ſuperiores tui percipient tuam detractionem & maledictionem: quia quod ſæpè cogitaueris, tandem effundes: quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Et quoniam multi quærunt placere maioribus ſuis, aliqui deferent verba tua (te ignorante) ad eos, ſicque improuiſè punieris ab eis: ſicq; quod dicitur, Aues cæli, &c. eſt hyperbolica loquutio, & tropicus ſermo, quemadmodùm Chriſtus dixit ad Phariſæos: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et propheta: Lapis, inLucæ 19. quit, de pariete clamabit. Et communiter dicimus, parietes non celabunt. Poſſunt autem Abacuc. 2 per aues cæli, intelligi homines leues, garruli, inconſtantes, quemadmodùm Matth. 13. per aues cæli, deſignantur dæmonia. Et habens pennas, vocatur ſuperior, poteſtate ſe erigens, qui contra detrahentem ſibi proferet damnationis ſententiam. ¶Porrò myſticè prohibemur obloqui, murmurare, maledicere regi ſeculorũ omnipotenti, omnia intuenti, nè à dæmonibus accuſemur apud eundem.

¶Explicatio capituli vndecimi: Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas.

Articulus vndecimus.

HIc ad opera miſericordiæ ſpiritalia ac corporalia admonemur. [Mitte panem tuum] id eſt, corporalem ac ſpiritalem refectionem effunde, [ſuper tranſeuntes aquas,] id eſt, ſup pauperes mendicãtes, atq; domeſticos inopes, qui inſtàr aquarum multi ſunt, & mouentur hincindè, ac pergunt ad vltimum finem. Vndè & Apocalypſis 17. legitur: Aquæ multæ, populi multi. Hinc admonet Eſaias: Frange eſurienIſaiæ 59. ti panem tuum. Et iterùm: Beati, inquit, qui ſeminatis ſuper omnes aquas. [quia poſt multa Iſaiæ 32. tempora inuenies illum:] id eſt, fructum & præmium cõſequéris indè in die mortis atq; iudicij tui. Qui enim miſeretur pauperis, fœneratur Domino. Propterea Tobiæ 4. aſſeritur: Prou.19. Quomodò potueris, ità eſto miſericors. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat, & nõ patietur animam ire in tenebras. Fidutia magna corã ſummo Deo, eſt eleemoſyna omnibus facientibus eam. Hinc Chriſtus in die iudicij miſericordibus dicet: Quandiù vni ex minimis meis feciſtis, Matth.25. mihi feciſtis. [Da partes ſeptem, necnon & octo:] Per hos duos numeros determinatos, deſignari videtur numerus indeterminatus, ad inſinuandũ, quòd de omnibus quæ ſuperſunt, copioſè ſit cõmunicandum pauperibus, ſicut ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: Diuitibus 1.Tim.6. huius ſeculi præcipe, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum. Ideò tamen exprimit ſeptenarium numerum & octonarium, quoniam opera miſericordiæ ſeptem ſunt in genere, per quæ ad octo beatitudines peruenitur. Vel quoniam ſeptimus dies in lege celebris fuit, videlicet ſabbatum, (vt patet in Exodo) & die octauo fiebat circũciſio: iuxta illud Geneſis 17. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. At verò ſecundùm expoſitores Catholicos ideò ait, ſeptem & octo, vt innuat vtriuſq; teſtamenti ſcripturam in debita veneratione habendã. Vetus enim teſtamẽtum ſignificatur per ſeptem, propter ſeptimi diei celebritatem: & nouum per octo,

propter reſurrectionis octauam. [quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram:] id eſt, quæ tribulationes & anguſtiæ, quæ peſtes & prælia, ſeu quãdò & qualiter morieris. Ideò indiges facere miſericordiæ opera, vt tunc adiuuéris ac eruaris: quia (vt ait Apoſtolus) pietas
1. Tim. 4. ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futurę. Nempè (vt ait Salua-
Matth. 5. tor) Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Ideò ait Pſalmiſta: Bea-
Pſal. 40. tus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ, in die mala liberabit eum DOMINUS. [Si repletæ fuerint nubes] exhalationibus ac vaporibus humidis, [imbrem] id eſt, pluuiam [ſuper terrã effundent:] Ità & tu exẽplo naturæ, de plenitudine tuã impartire pauperibus. ¶ Spiritualiter, nubes ſunt virtuoſi prælati, cõtemplatiuiq; viri, & prædicatores ſancti, qui inſtàr nubium eleuantur à terra, & ad cæleſtia volant. Quæ quum fuerint riuis ſapientiæ ac doctrinæ repletæ, & ſupernis chariſmatibus redundantes, verba ſapientialia, inſtàr ſtillarũ, audientibus influunt, & corda eorum irrigant ac fœcundat, luceq; ſapientiæ eis infuſæ illuminant proximos, iuxta illud Iob 37. Nubes ſpargunt lumen ſuũ, quę luſtrant cuncta per circuitũ, quôcunq; eas voluntas gubernantis duxerit: ad omne quod præceperit illis ſuper faciem or
Iſaiæ 60. bis terrarũ, ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunq; loco miſericordię ſuę eas iuſſerit inueniri. De quibus loquitur Eſaias: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? quarũ pluuiam, id eſt, doctrinã & prædicationẽ Deus aufert ingratis, quemadmodùm Iſai. 5. teſtatur: Mandabo nubibus, nè pluant ſuper eam imbrem. Vndè & Actuum 16. ſic legitur: Vetati ſunt Paulus & ſui à Spiritu ſancto, loqui verbũ DEI in Aſia. Et non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Conſequenter inſinuat, quàm neceſſarium ſit, in præſenti vita operibus inſiſtere virtuoſis, quia in morte ceſſant tempus & ſtatus merendi ac demerendi. [Si ceciderit lignũ] id eſt, ſi homo per mortem corruerit; atq; deuenerit [ad auſtrum,] id eſt, ardoré ſolis iuſtitiæ, ad numerum, partem, atq; cõſortium electorum, [ſiue ad aquilonẽ,] id eſt, ad frigus iniquitatis, & ad charitatis omnimodam extinctionẽ, & ad partẽ ac numerũ reproborum. Vndè Antiſiodorenſis in Summa ſua, per auſtrum intelligit regionem ſpiritus ſancti: per aquilonẽ, regionem diaboli. [in quocunq; loco ceciderit,] id eſt, in qualicunq; affectione, diſpoſitioneq; cordis, obiérit, [ibi erit:] id eſt, in ea æternaliter & inconuertibiliter permanebit. Si enim receſſerit anima à corpore in charitate & conuerſione ad DEUM, inauertibiliter manebit ad ipſum in æternum conuerſa. Si autem in auerſione ſeu culpa mortali, inconuertibiliter & inflexibiliter manebit auerſa à DEO. Ideò aſſerit Damaſcenus libro ſecũdo: Quod angelis fuit ruina, hoc hominibus eſt mors. Quemadmodùm enim angeli tenebrarũ immutabiliter manent in illa affectione & auerſione, in qua erant peccando & corruendo ex cælo, ità & anima iugiter manet in diſpoſitione & affectione qua receſſit à corpore hora mortis. Nam tota hæc vita & tota eius duratio, eſt via & peregrinatio ad futurã: cuius viæ terminus mors eſt. Idcircò poſt mortem non manet ſtatus aut duratio promerendi aut demerẽdi. Nec damnati vnquàm pœnitent de ſuis peccatis, inquantùm fuerint offenſiua inhonoratiuaq; Dei, nec cupiunt eſſe cum DEO ex aliquo eius amore, vel ad laudem & gloriam eius. Immò ſummè & ineffabiliter odiunt DEUM, & inæſtimabiliter inuident gloriæ eius. Sed quantùm in ipſis eſt, cuperẽt æternaliter frui rebus creatis caducis, quibus in hac vita finaliter inhæſerunt, & in quarũ libidinoſo amore receſſerunt à corpore. Veruntamen in quantùm eſſe cũ DEO, eſſet damnatis euaſio tormentorum ſuorũ, forſitan vellent eſſe cum eo. Hinc quoq; aſſerit Auguſtinus: In quoquenq; inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum compræhendet mundi nouiſſimus dies:
Pſal. 113. quoniam qualis in die hoc moritur, talis in illo iudicabitur. Et Pſalmiſta: Nõ mortui laudabunt te DOMINE, neq; omnes qui deſcendunt in infernum. Et ſanctus Iob: Viam (inquit) per
Iob 16. Matth. 3. quam non reuertar, ambulo. Deniq; homo vocatur arbor ſeu lignum, iuxta illud Euangelij: Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ nõ facit fructum bonum,
Lucæ 23. excidẽt, & in ignem mittetur. Vndè & Chriſtus in paſſione: Si in viridi (inqt) ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Philoſophi quoq; dicunt hominem eſſe arborem auerſam. Nã ſicut in arbore radix eſt loco oris, attrahendo nutrimentum humoris, & eſt in parte inferiori: ſic in homine os quo ſumitur alimentum, eſt in parte ſuperiori, prout etiam ſecundo de anima tangit Philoſophus. Rurſùs, ſicut arbor ramos ſuos extendit ſurſùm, ſic homo crura ac brachia ſua veluti ramos extendit deorſùm. Ampliùs, quoniam ſole ad auſtrũ aſſcendente, cuncta vireſcunt in terra, dieſq; prolongantur, & dies fit clarior, ardor quoq; lucis ſolaris in terra augetur: rectè per auſtrũ, pars electorum & regio ſpiritus ſancti, ſeu feruor exprimitur charitatis: Per aquilonẽ verò, portio reproborũ & regio inimici: quoniam ſole illinc elongato, frigora oriuntur duriſſima, & venti indè perflant acerrimi. Vndè Hieronymum ſequens Albinus, fatetur quòd auſter in ſcripturis communiter in bonam partẽ accipitur, aquilo aũt in ma-

lã, iuxta illud in Canticis: Surge aquilo, id eſt, recede, & veni auſter. Et in Hieremia: Ab aquilone pandẽ omne malũ ſuper omnes habitatores terræ. [Qui obſeruat ventũ, nõ ſeminat:
Cant. 4. Hiere. 1. & qui conſiderat nubes, nunquàm metet:] id eſt, Qui incerta pericula nimis anxiè metuit, & qui conſiderat nubes, nunquàm faciet opera bona tempore opportuno, ſed differt ea ex timore euentũs periculorum incertorũ, & ſic poſteà aptum nõ reperiet tempus. Per quod innuit, quòd opera miſericordiæ nõ ſunt differenda ex timore futuræ cariſtiæ, præſertim dũ ſigna probabilia nõ appárent, nec ex ſimili irrationabili excuſatione. Similiter qui in ipſis pauperibus curioſè diſcernit, an ſint digni recipere, an verè indigeant, an nil mali intendant, ſæpè falletur, & eis frequenter negabit quibus eſt dandũ. Hinc docuit Chriſtus ſolicitudinem immoderatam
Matth. 6. Matth. 10. abijcere, nec temerè iudicare, nec inordinatè timere. Immò in omni euentu ſperare in DOMINO, nec de futuris immoderatam aſſumere coniecturam. Propterea ait & Seneca in libro de quatuor virtutibus: Plura ſunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt. Illud tibi præcipio, nè ſis miſer ante tempus, cùm illa quæ imminere formidas, nunquàm fortaſſè ventura ſint. Primùm reſpice, an certa ſint argumenta mali futuri. Plerunq; ſupicionibus laboramus. Neſcio quomodò magis vana perturbant. Vera enim modũ ſuum habent. Veriſimile eſt aliqd mali futurũ, non tamen ſtatim eſt verum. Quàm multa, nõ expectata, venerunt? quàm multa expectata, nunquàm cõparuerunt? Habet etiam mala ſortuna leuitatẽ. Satis citò dolebis,
Seneca. quum venerit: interim meliora cõfide. Hæc Seneca. Qui & in ſuis ait Prouerbijs: Stultũ eſt timere, quod vitari non poteſt. [Quomodò ignoras quæ ſit via ſpiritũs,] id eſt, quæ ſit operatio animæ, an ſcilicet procedat ex charitate, an non, vel qualiter anima ſit producta, & de nõ eſſe ad eſſe deducta, corporiq; infuſa. Quanuis em̃ ſciamus quòd anima creando infunditur, & infundendo creatur, tamen ipſam creationem cõprehendere non valemus, qualiter ſolo diuinæ voluntatis imperio quid eſſe incipiat, quod prorſus nõ fuit. [& qua ratione] id eſt, qua manerie, quo proceſſu, influxu & ordine, [oſſa] infantuli [compingantur] id eſt, formentur & inuicẽm cõnectantur [in ventre prægnantis:] & venarum ac oſſiũ varietatem ignoras, quomodò ex immũdo & modico ſemine formetur corpus humanũ in diuerſos artus & lineamenta atq; effigies, ac de eodem ſemine aliud quidẽ molleſcat in carnibus, aliud induretur in oſſibus, aliud in venis palpitet, aliudq; ligetur in neruis. [ſic neſcis opera Dei occulta, [qui fabricator eſt omniũ:] Nam ſicut faber per inſtrumenta diuerſa, ex vna materia efficit aliud ſic, aliud aliter: ſic DEUS omnipotens per miniſteria corporũ cæleſtiũ & motorum motuumq; eorũ, producit inferiora hæc mixta ex elementis. Omnia tamen originaliter fecit ex nihilo. Et iuxta hunc modum loquitur Plato in primo Timæi: Dicendum, inquiens, cur cõditor fabricatorq; vniuerſi, omne hoc inſtituendũ putauerit. Itaq; opera Dei ignoras, immò & neſcis, quandò & qualiter ſeu qua via ſpiritus tuus exibit de corpore tuo. Non ergò omittas aut differas miſericordiæ opera, ſpe vitæ longæuæ in ſeculo, quaſi perſõaliter indigens bonis tuis in poſterũ. His conſonat quod 2. Machab. 7. virilis & ſancta ac veneradiſſima illa ſeptem filiorum martyrũ mater, legitur ad illos in martyrio cõſtitutos, dixiſſe: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: Neq; enim ego ſpiritũ & animam donaui vobis: & ſingulorũ membra non ego cõpegi, ſed creator mundi, qui omniũ inuenit originem. [Manè ſemina ſemen tuum:] id eſt, citò & ſine dilatione, moxq; in irradiatione lucis gratiæ ſuper te, opera bona exerce, agrum cordis tui fœcunda, verbum Dei annuncia, ità vt mentem tuam in primis à ſentibus, ſpinis, ac tribulis paſſionũ ac vitiorum emundes. Hinc Oſeæ 10. ſcriptum eſt: Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ. Ac Ieremiæ 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. [& veſperè nè ceſſet manus tua:] id eſt, aſſiduè actibus virtuoſis inſiſte, vt nullam temporis tui partẽ, nullamq; durationis tuæ ætatem infructuoſè expẽdas: ſed in pueritia, adoleſcentia, iuuentute, ac ſenio adhæreas, obſequarisq; DOMINO. [quia neſcis quid magis oriatur,] id eſt, in qua temporis parte, vel in qua ætate migrabis à corpore, ſeu quid ampliùs Deo cõplaceat de te [hoc, an illud: & ſi vtrunq; ſimul] oriatur, ſeu placeat creatori, [melius erit:] id eſt, multò plùs apud Deũ erit meritoriũ, ſi ei ſeruiueris in vtraq;, ſeu qualibet tua ætate, & tam manè quàm veſperè. Quaſi dicat: Dato quòd diù victurus ſis, non tamen nocebit tibi, ſed proderit, quòd citò & manè incepiſti ei ſeruire, immò gratiſſimũ ei eſt, ſi quis iuuentutis & adoleſcentiæ ſuæ florem, vigorem, & viuacitatem ſibi obtulerit, & in ſua ſancta ſeruitute expenderit. [Dulce lumen, & delectabile eſt oculis, videre ſolem.] Poteſt hoc ſuperficialiter accipi, quòd lumẽ iſtud ſenſibile ſit amicum naturę, & perfectio quædã viſûs exterioris, ideoq; ſuaue hominibus. Similiter vita præſens, quæ luminis nomine deſignatur, dulcis appetibilisq; cõſiſtit, & delectabile eſt oculis
Tob. 5. videre ſolem. Propter quod dixit Tobias: Quale mihi gaudiũ eſt, qui in tenebris ſedeo, & lu-

men cæli nó video? Meliùs aũt exponuntur hæc de lumine increato, ità quòd Salomon tangit hîc breuiter præmium actuũ misericordię, omniumq; virtutũ, quo inflammari debemus ad benè agendum. Dulce lumen, id est, Deus qui est lux increata, immensa, superpurissima, verè & incõparabiliter dulcis est in seipso & vniuersis perfruentibus eo, in cuius clara facialiq; visione beatitudo nostra est ſta, sicut Ioan. 17. ait Saluator: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verũ Deum, & quẽ misisti Iesum Chrm. De quo subdit: Et delectabile est oculis interioribus plenè purgatis, videre clarè per speciem solem iustitiæ vnigenitũ filium Dei, de quo pater Malach. 4. loquitur, dicens: Orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ. Vndè & Sapient. 5. impij serò pœnitentes, fatentur: Iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol * sapientiæ nõ est ortus nobis. Qui sol suam intuitionẽ promittit pro præmio, Ioan. 14. dicẽdo: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum. Deniq; quum delectatio cõsurgat ex vnione potentiæ cũ conuenienti obiecto, ipseq; intellectus sit nobilissima vis animæ, & obiectũ hoc æternum ac increatum, sit infinitæ omninò amœnitatis ac cõuenientiæ: delectabilissimũ planè est, ipsum fruitiuè cõspicere. Ideò de electis ait Psalmista deo: Inebriabuntur ab vbertate domũs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniã apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Tantæ igitur beatitudinis spe & amore, simus semper bonis feruenter intenti, & timore separationis ab ea, studeamus semper ad mortẽ esse parati. Propterea subditur: [Si annis multis] id est, quantũcunq; diù [vixerit homo, & in his omnibus lętus fuerit,] id est, prospera habens, & gaudens in bonis, [meminisse debet tenebrosi temporis] id est, horę mortis, sibi indesinenter appropinquantis, quæ ob suam amaritudinẽ ac terribilitatem, nox & tenebrosa vocatur. [& dierum multorũ:] id est, durationis futuri seculi, quæ fine carebit. Hinc Ecclesiast. 11. legitur: In die bonorum, nè immemor ſis malorũ. Et Gregorius: Sic agenda est præsentis vitæ lætitia, vt amaritudo mortis, ac districtio sequentis iudicij, nunquàm recedat à memoria. Hinc Seneca dixit: Omnis dies velut vltimus ordinãdus est. [qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita:] id est, in futuro seculo, & statìm post mortẽ fiet vniuscuiusq; particulare iudicium, & mala quæ gessit, ostendentur vana fuisse, & reprehendentur, damnabuntur ac punientur. [Lætare ergò iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum:] Secundùm superficiem literæ, videtur hîc Salomon admonere ad viuendũ voluptuosè, iuxta desideria cordis & cõcupiscentiam oculorum. Et si litera ità sumatur, dicũt expositores, quòd dicat hęc verba ironicè. Nam statìm subiungit: [& scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.] Vel in persona carnaliũ dixit hæc. Quasi dicat: Cùm tot mala sint & aduersa, interìm voluptatibus fruere. Nihilominùs textus potest exponi in sensu salubri: Lætare iuuenis in adolescentia tua, id est, tempore adolescentię deo seruiens in lætitia, sicut ait Apostolus ad Philippen. 4. Gaudete in Domino semper. Et Psalmo 99. Seruite Dño in lætitia. Et in bono honesto, id est, actu virtutũ sit cor tuum iugiter occupatũ in diebus iuuentutis. Nam & mores hominis meliores sunt in iuuentute, quàm in adolescentia vel senectute, prout in libro Politicorum docet Philosophus. In adolescentia nanq; sanguine feruente, passiones sunt fortiores, qbus ratio offuscatur: In senectute verò natura declinat, & ratio incipit debilitari cõmuniter, & in vijs cordis tui, id est, exercitijs internis ac bonis, qbus mens tendit in Deum, & in intuitu oculorũ tuorum, id est, secundùm dictamẽ & iudicium oculorum interiorũ, & cõscientię atq; synteresis, & scito quòd pro his omnibus adducet te deus in iudicium, id est, copiosam dabit mercedem, quã approbauerit sua iudiciali sententia huiusmodi vitam tuã. Vndè & Apostolus 1. Corint. 15. exhortatur: Stabiles estote, abundantes in opere dñi semper, scientes quòd labor vester nõ est inanis in dño. [auferiram] per vitium [à corde tuo] id est, appetitũ vindictæ refrena, & citò indulge, quatenùs deus in suo iudicio tibi indulgeat, qui in Euangelio, ptestatur: Si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Vndè & Leuitic. 19. iussum est: Nõ quæras vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ. In Genesi quoq; Ioseph fratribus suis legitur iniunxisse: Nè iraſcamini in via. Et Iob 36. præcipitur: Nõ te superet ira, vt aliquẽ opprimas. [& amoue malitiam] id est adulterium & omnẽ luxuriam [à carne tua:] Qui em̃ fornicatur, peccat in corpus suũ: & seipsum in baptismate deo cõsecratum, facit diaboli seruũ ac membrũ. [Adolescentia em̃ & voluptas, vana sunt:] Quia à summo & incommutabili bono auertunt, impediunt, & elongant. Adolescentia tamẽ, prout est pars ætatis, non est vitiosa in se, sed in ea incitatur homo potissimè ad inania ac lasciua. Voluptas verò illegitimę copulę, est iniqua. Postremò circa illud, Lætare iuuenis in adolescẽtia tua: posset quis quærere, qualiter

* intelligentiæ

Psal. 35.

Gregorij.

Seneca.

Matth. 6.

Gene. 45.

1. Cor. 6.

liter possit iuuenis in adolescentia sua lætari, cùm iuuentus & adolescẽtia, sint distinctę partes ætatis, ità quòd tempore iuuentutis, adolescẽtia iam defluxit, nisi forsan dicatur iuuenis delectari in ea secũdùm esse quod habet in apphensione. Et rñdendũ, quòd iuuentus qñq;, sicut & hîc, extensè accipitur, prout ad adolescentiã se extendit. Et sæpè pro eodẽ sumuntur.

¶Expositio capituli duodecimi: Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Articulus duodecimus.

HOrtatur iam Salomon ad virtuosè agendum celeriter, ex cõsideratione breuitatis vitę presentis, & corruptionis assiduę corporis nostri, imminentisq; mortis. Et loquitur in isto capitulo multùm metaphoricè & obscurè: sed ex verbis quæ tandèm subiungit, dat occasionẽ intelligendi quid dicere velit: [Memento creatoris tui] non superficiali, rara, informi, sed cordiali, assidua, & formata recordatione, ità vt eius maiestatẽ toto posse honores, eius bonitatem super omnia feruidè diligas, eius iustitiam expauescas, infinitam excellentiam eius iugiter laudes, veritatem & sapientiam eius reuerenter ac lympidè contempleris, beneficia & promissa ipsius attendas, & gratus esse totis viribus semper coneris. Sic igitur Dei præsentiam incessabiliter penses [in diebus iuuentutis tuæ,] id est, statìm ab exordio ætatis adultę, hæc aliqualiter incipiendo. Et quanto plùs creueris ætate, ad pueritiam adolescentiamq; peruenièdo, tanto perfectiùs impleas iam prędicta. Itemq; iuuentus hîc sumitur, prout contra senectutẽ distinguitur, & totũ tempus adultę includit ætatis. Deniq; (protestante sancto Hilario) id potissimè deo tenemur, vt sicut totũ quod sumus, possumus & habemus, ab ipso accepimus: sic nosipsos & omne quod valemus ac possidemus, eius obsequo mancipemus, atq; ad eius ordinemus amorẽ & cultũ. Sicq; ratione beneficentię nobis ab ipso exhibitæ, debemus nos totos dilectioni & honorificẽtię eius: & multo plùs, qm̃ ipse prior dilexit nos: & maximè propter infinitam dignitatem ac honorabilitatẽ ipsius, sed & propter liberalissima eius promissa. Nequaquàm ergo obliuiscamur ipsius, sed in omni eius obsequio pensemus maiestatẽ ipsius, quatenùs cũ ingenti reuerẽtia eum exoremus, laudemus, colamus, & veneremur in omnibus. In omni quoq; tentatione reminiscamur suæ glorioſę & superuenerandę præsentię, vt erubescamus, vereamur, & omittamus in eius præsentia ipsum offendere, & viliter nos habere. [antequàm veniat tẽpus afflictionis tuę,] id est, angustię, aduersitatis, & senectutis: in qbus deo seruire, & ad ipsum cõfugere, est quodammodò necessitatis, nec ex mera libertate, puraq; charitate videtur procedere, ideò deo minùs acceptũ est. [& appropinquent anni, de qbus dicas: Non mihi placẽt.] Isti sunt anni ætatis decrepitæ & mortis amaræ, immò & quotidianæ: quia vt beatus asserit Augustinus, quandò ætas vergit ad occasum, senex plenus est querelis & nullis gaudijs. Et rursùs testatur: Cùm homines cupiunt senectutẽ, quid aliud optant, nisi longam infirmitatẽ? Sanctus quoq; Gregorius: Ipse, inqt, defectus corruptionis, quid est nisi quædam prolixitas mortis? [antequàm tenebrescant sol & lumen & stellę & luna:] Quemadmodùm Rabbi Moses ille Aegyptius magnus philosophus atq; theologus, fassus est, cõsuetudo scripturæ est, vt luminaria cæli & orbes cælestes, propter homines condita, dicantur obtenebrari, mœrere, & quasi in deterius variari, dũ homines in præcipuas labuntur aduersitates, calamitates & mortes. Vndè in Ezechiele dñs loquitur Regi Aegypti: Operiam, quũ extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam stellas eius, solem nube tegã, & luna non dabit lumen suũ: omnia luminaria cæli mœrere faciam super te. Similiter Esai. 34. quum dixisset scriptura, Interfecit eos &c. mox adiecit, Et cõplicabuntur sicut liber cęli, & omnis militia eorũ defluet. Itaq; iuxta hunc modũ loquendi potest intelligi, quòd homine in angustijs senij cõstituto, & propinquante ad mortem, sol lumenq; eius, luna ac sidera tenebrescunt, quia nõ fulgent homini tali ad eius solatium. Veruntamen expositores, per solem & lunam, cõmuniter intelligũt oculos corporales, qui omnibus membris lucent, ducatumq; præbent per lumen visuale & vim visiuam, quæ connata sunt oculis ac residenti in pupilla, senectutisq; tempore, præsertìm in morte, per debilitationem obtenebrescunt. Per stellas verò alij sensus intelliguntur, qui ornant caput sicut sidera cælum, & illuminant aliqualiter hominem, quemadmodùm astra mundũ: quia cognitio nostra intellectiua, à sensitiua sumit exordiũ, atq; per sensuum apprehensionem dirigitur homo in agendis ac euitandis. [& reuertantur nubes post pluuiam:] Per aquas & flumina ac nubes, in scripturis quandoq; significantur gratiarũ fluenta, diuinorum charismatum dona, & riui sapientiæ atq; scientiæ, de quibus Ioan. 7. loquitur Christus: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et Apocalyp. 22. Qui vult, accipiat aquam vitæ gratìs. Et Isaiæ 49. Miserator eorum reget eos. Itemq; in Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Interdùm per ista, in scripturis exprimitur tribu-

Hilarius.

Ezech. 32.

latio magna,& impetus anguſtiæ copioſæ, ſicut in Pſal.92. Eleuauerunt flumina Domine,
Pſal. 68. eleuauerũt flumina vocem ſuã.Et rurſùs:Saluũ me fac dñe,quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam.Atq; Iſaiæ 8. Adducet dominus ſuper eos aquas multas & fortes, regem Aſſyriorum.Et ità hoc loco per nubes,inſinuantur caligines inundationesq; afflictionum, quibus agonizantes copioſiſſimè inuoluuntur in corpore & anima, in ſingulis membris ac viribus,q̃bus tanquàm nubibus denſis ac tempeſtuoſis operiuntur:quæ nubes tunc reuertuntur poſt pluuias,id eſt,poſt præcedentes tribulationes, timores, preſſuras, [quandò cõmouebuntur cuſtodes domûs] id eſt,coſtę,q̃bus inteſtina vallantur,& tota ventris mollities cõſeruatur,nè intra ſe corruens cõprimatur. Poſſunt quoq; cuſtodes domûs, intelligi ſenſus exteriores,per quos cuſtoditur domus,id eſt,corpus,quod eſt animæ habitaculum,à diuerſis periculis.Rurſùs cuſtodes domûs,id eſt, hominis in quo Deus per gratiam cõmoratur,vel diabolus reſidens dominatur,ſunt intellectus & voluntas,qui imperant inferioribus viribus,& ab aduerſis multis cuſtodiunt hominem:ſed morte inſtante,multiplici concutiuntur horrore.Cuſtodes quoq; habitaculi,in quo agonizans iacet,tunc commouentur cõpaſſione,terrore & anguſtia. [& nutabunt viri fortiſſimi.] id eſt, crura ac tibiæ, q̃ totius corporis ſuſtentant ac deferunt pondus,præ infirmitate vacillabunt ac titubabũt. Quæ dicunt viri fortiſſimi,qa robuſtiſſimè præ cæteris quę in homine ſunt,cõſolidant teneritudinẽ carnis. Vel viri fortiſſimi,id eſt,q̃ anteà robuſtiſſimi erant, tunc præ ægritudine nutant.
* in minuto nũero. [& ocioſæ erunt molentes,] id eſt,dentes qui inſtàr molæ cõminuunt cibos,tunc ab officio ſuo deficient,non valentes conterere cibũ.[* imminuto numero:]quia tunc ſolent excidere,& numero minorari in ſenectute. [& tenebreſcent videntes per foramina:] id eſt, oculi
Gene. 27. caligabunt,qui per organa ſua in capite ſita ac profundata, tanquàm per foramina cernũt.
Gene.49. Vndè in Geneſi leguntur ſuis oculis Iſaac & Iacob præ ſenectute nõ potuiſſe clarè videre. [& claudent oſtia in platea,in humilitate vocis molentis:] Oſtia hominis ſunt,os eius & labia,ac cæteræ viæ ſeu aperturæ, per quas eijciuntur ſuperfluitates naturæ. Vndè orat Pro-
PSAL.140. pheta:Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtiũ circunſtantiæ labijs meis. In Eccleſiaſtico
Eccl. 28. quoq; habetur:Ori tuo facito oſtia,id eſt,labia tua ab illicita loquutione refrena.Hæc oſtia morte inſtante,clauduntur,dũ loqui nõ prævalent, & præ anguſtia afflictionũ inuicèm cõprimuntur.Ideò additur,in humilitate, id eſt,exilitate & deiectione vocis molentis, id eſt, aërem cõfringentis:quia tunc vix loqui poſſunt exiliter ac depreſſè. Hoc oſtiũ poſitum eſt in platea,id eſt,in planitie ac latitudine vultûs.Vel claudent oſtia in plateis,qm̃ ſenes ægrotantes ac agonizantes,faciunt ianuas domûs ſuæ claudi, nec egredi queunt,nec ludentium iocis alludunt,[& cõſurgent ad vocem volucris,] id eſt,in gallicantu euigilabunt ac ſurgẽt, vel neceſſitudine vrinandi,à qua diù nequeũt abſtinere, vel quia diù in vno latere non valent iacere.Nempè frigeſcente iam ſanguine,& ſiccato humore, q̃bus materia alitur ſomni, ad leuem euigilant ſonũ:deficiente quoq; vigore naturæ,nõ poſſunt diù tenere vrinam.[& obſurdeſcent omnes filiæ carminis:] id eſt, aures quæ in melodijs & cantibus delectanẽ, propter quod filiæ carminis nuncupantur. [excelſa quoq; timebunt, & formidabũt in via:] id eſt,ipſi infirmi ſenes & morti appropinquantes,verebuntur ſecreta & alta iudicia Dei,atq; ignotam ingredi metuent regionẽ.Vel excelſa,id eſt,ſupremæ vires animæ, ſcilicet intellectus & voluntas,expaueſcent mortis diſcrimen, & viam vniuerſæ cõtrement carnis. Vel lapſis poplitibus ac tremiſcẽte veſtigio,etiam in plano fluctuantes itinere,defectũ ac offendicula greſſuũ formidabũt.[florebit Amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis:] Hæc tria, putà Amygdalus, locuſta, & capparis, per metaphoram ſeni conueniunt. Amygdalus ratione caniciei,locuſta propter crurum dolorem,ac pedum tumorem:locuſta
Iohel. 1. quippe eſt animal breue & paruũ,in cruribus debile, cuius ples eſt bruchus, qui quũ alatus fuerit,& volare inceperit,locuſta vocatur,vt dictum eſt ſuper illud Ioelis:Reſiduum erucæ, comedit locuſta.Capparis,propter libidinis infrigidationem.Florebit ergò in ſene Amygdalus,id eſt,caput capillorum canicie quaſi floribus ſuis operietur.Impinguabitur locuſta, id eſt,crura dolebunt,& pedes indigeſtis humoribus tumidi fient ac grauabuntur, ac tibiæ intumeſcent,Aliqui tamen per locuſtam teneram,intelligunt mollem ventrẽ, qui tempore ſenij,incoctis ſolet impinguari humoribus, deficiente calore ad conſumendũ:& diſſipabitur capparis,id eſt,libido frigeſcet & cõcupiſcentia extinguetur,quæ nomine capparis deſignatur, eo quòd capparis herba ſit excitans luxum, & renibus valet,in q̃bus libido viget.
Lucæ 12. Propter quod ait Saluator: Sint lumbi veſtri præcincti. Porrò (vt legitur) capparis eſt genus fruteti conforme lentiſco, habens in ſummitatibus ſeminis ſui rotunda capitula, naſcens in aridis locis, & petræ adhærens, & ſuper omnia medicamina iuuat. Semen eius ſali compo-

poſitum,cibis eſt aptum:ventrem mollit,prouocatq; vrinã. Radix eius potata, paralyticis mirificè prodeſt,menſtruis imperat.Semen eius cum aceto coctum, & ore retentum, dolorem dentiũ mitigat.Radix eius ſi maſticetur, dolorem eundem compeſcit. [*quando ibit homo in domum æternitatis ſuæ,] id eſt,ſtatum & manſionem futuri ſeculi, cuius duratio finem non habet.[& circuibunt in platea plangentes.] id eſt,propinqui & amici, defunctum ad tumulum deferentes, eiusque mortem in via deflentes. [antequàm rumpatur funis argenteus.] In omnibus his repetendum eſt illud, Memento creatoris tui. Itaq; reminiſcere Dei tui indeſinenter,antequàm rumpatur funis argenteus,id eſt,ſplendida vita iſta, inſtàr funiculi diù protracta,ſeu elementorum commixtio, inſtàr funiculi in tuo corpore colligata:hoc eſt,antequàm diſſoluatur complexionis tuæ harmonia.[& recurrat vitta aurea:] Vel,vt aliqui legunt,vita aurea.Per vittam auream,quidam intelligũt animam precioſam,varijs viribus proprietatibusque intextam.Et auream vitam, quidam accipiunt vitam futuram iuſtis promiſſam,& vitijs perditam:quæ ità ſe habet ad vitam præſentem,ſicut aurum ad argentum.Poteſt quoquè per vittam auream,ſignificari nobiliſſima illa harmonia, quæ in reſurrectione futura tribuetur electis,& aliqualiter fuit ante lapſum in primis parentibus. Itaq; antequàm anima recurrat ad ſuum conditorem,& antequàm vita beata reddetur,memor ſis Dei.[& conteratur hydria ſuper fontem:] id eſt, veſica humorum aquaticorum contentiua,deſtruatur ad ſtomachum:ex quo,velut ex fonte, ſuſcipit talem humorem. Vt enim ait Cyrillus in ſuis Prouerbijs,quatuor digeſtionibus cibus percoquitur, vt deindè membris purior atque veracior tribuatur.Omnis etenim cibus,antequàm ſubſtantiæ carnis incorporetur,quatuor digeſtionibus expurgatur.Primò vadit ad ſtomachum, & ☞
ibi digeritur & ſequeſtratur purum ab impuro,& impurum emittitur per ſeceſſum. Deindè purum relictum, ad epar emittitur,ac ibi degeritur:fitq; ſanguis, & ſequeſtratur purum ab impuro:Impurum emittitur per vrinam,ac purum relictum, à venis attrahitur: & ibi tertiò digeritur,ſequeſtraturq; purum ab impuro:& impurum emittitur per ſudorem & ſputum. Deindè purum relictum, per membra ſpargitur: & in membris quartò digeritur, ſequeſtraturq; purum ab impuro:& illud impurum, quod quaſi purum eſt, ſeruatur in vaſis ſpermaticis,& in generatione emittitur:Puriſſimum autem relictum, conuertitur in membrorum ſubſtantiam,factum viuum,atq; ſubſtantia vitæ. [&*conteratur rota ſuper ciſternam,] id eſt,caput inſtàr rotæ rotundum,ſuperpoſitum cordi,quod eſt fons caloris ac vitalium origo ſpirituum. [& reuertat puluis in terram ſuam vndè erat:] id eſt,caro reſoluatur in terram,quæ,quãtùm ad materiam,prædominatur in corpore.[& ſpiritus redeat ad*eum qui dedit illum:] id eſt,ad creatorem,vt iudicetur & remuneretur. Qua authoritate cõfunduntur Apollinaris & ſui ſequaces,dicentes animas cum corporibus propagari, deſcindi, ac ſeminari,non ab extrà infundi.Et quidam Philoſophi ac Sadducæi,qui dixerunt animas hominum mori cum corpore. His metaphoricè ac parabolicè dictis, ad principium redit huius voluminis:[Vanitas] inquiens[vanitatum,dixit Eccleſiaſtes,& omnia vanitas.]Sicut in primo capitulo expoſitum eſt.Tanquàm dicat:Quum omnis homo ad finem iſtum venturus ſit, vt corpus redigatur in puluerem, & anima reuertatur ad creatorem: vaniſſimum eſt,in rebus caducis,in delicijs & mundi honoribus occupari,beatitudinem quærere,& conſtituere finem in talibus.[Cumq; eſſet ſapiẽtiſſimus Eccleſiaſtes,] prout 3.Regum 4.& 2.Paralip.9.ſuprà quoquè expoſitum eſt.Loquitur autẽ de ſeipſo,quaſi de alio, vt moris eſt authoribus ſcripturarum in proprijs loqui libris. Se quoq; commendat,non ad propriam laudem,ſed ad Dei honorem & noſtram ædificationem,vt certiùs ei credamus,eiusq; verba attentiùs contemplemur.[docuit populum] Iſraeliticum ſibi commiſſum,præſertim domeſticos ſuos,ac alios ad ipſum pro informatione accedentes, ſicut Reginam Saba. [& enarrauit quæ*fecit:]vt patuit ſuprà ſecundo capitulo.[& inueſtigans] veritatem de ſingulis,prout ſuprà Eccẽs 1. fuit expoſitum.[compoſuit parabolas multas:]videlicet tria millia, vt legitur 3.Regum 4.quæ tamen non ſunt omnes deſcriptæ, vt dictum eſt in expoſitione libri prouerbiorum.[Quæſiuit verba vtilia] ad ſalutem,[& conſcripſit] per ſe vel per alios, [ſermones rectiſſimos,] id eſt,ab omi falſitate & iniuſtitia alienos, [ac veritate plenos.] quãtùm ad ea,quæ dixit ex ratione & abſoluta aſſertione:non autem,quantùm ad ea, quę in iſto protulit libro in perſona carnalium.Vndè eſt illud Eccẽs 3. Nihil habet homo ampliùs iumento,&c.[Verba ſapientum] qui libros ſacræ ediderunt ſcripturæ,& aliorum veraciter ſapientum,ſunt[ſicut ſtimuli,] quoniam pungunt & excitant tardos, negligentes ac ſomnolentos,[& quaſi claui in altum defixi:] id eſt, firma & immobiliter vera, ſicut claui profundè incuſſi,manent firmiſſimè ſuo in loco, vel tam ſublimiter fixi, quòd nequeunt attingi

aut extrahi. Altum autem, pro profundo frequenter accipitur, ſicut in Pſalm. 68. Veni in altitudinem maris. Atque Ioann. 4. Puteus altus eſt. Sunt etiam quaſi claui, quia acuta ad increpandum, penetratiua ad inflammandum, efficacia ad interimendum omne peccatum. Vndè Hieremiæ 23. DOminus loquitur: Nonnè verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus
Eſaiæ 49. conterens petram? Per Eſaiam quoquè Chriſtus teſtatur: Poſuit me quaſi ſagittam electam, & poſuit os meum quaſi gladium acutum. [quæ] verba ſapientium [per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno:] id eſt, à Deo prouiſore vniuerſorum, & fidelium ſuorum ſummo paſtore, data ſunt per Moſen & Prophetas, qui conſuluerunt & docuerunt hæc obſeruari. Quaſi dicat: Non per me ſolùm aut principaliter data ſunt. Deindè in nouo teſta-
Matth. 23 mento per Apoſtolos & Euangeliſtas à Chriſto donata ſunt, qui eſt princeps paſtorum, & dixit: Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. [His ampliùs fili mi nè requiras:] id eſt, nil quod non contineatur aliquo modo in ſcripturis. [Faciendi plures libros nullus eſt finis:] quia ex vna conſideratione oritur alia, & iugiter nouæ conſiderationes occurrunt. Et qui ceſſare propoſuit atque quieſcere, vno quocunque libro completo, antequàm illum compleuerit, ex conſiderationibus interìm ſibi occurrentibus, incitatur ad alios componendos. [frequensque meditatio,] id eſt, diligens conſideratio, aſſiduè neceſſaria ad libros componendos, [carnis afflictio eſt:] id eſt, corpus moleſtat, caput debilitat, & interiores exagitat ſenſus, qui rationi ſubſeruiunt, & ſimilitudines atque phantaſmata repræſentant: ſicque (vt Commentator fatetur) verè fortiterque laborant. Talis quoquè meditatio eſt ſæpè laborioſa ſpiritui, cui difficile eſt quædam difficilia intelligere, de quibus vult ſcribere. Sed & cor-
Sapien. 9. pus corruptibile aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. [Finem loquendi pariter omnes audiamus:] id eſt, ſummam omnium ſcripturarum, ſaluberrimumque compendium, in cuius adimpletione tota pendet ſcriptura: [Deum time] filiali timore, [& mandata eius] tam negatiua quibus vitia prohibentur, quàm affirmatiua, quibus virtutum actus præcipiuntur, & præſertìm præcepta charitatis Dei ac proximorum, [obſerua:] perſeuerando vſque in finem. [Hoc eſt enim omnis homo:] id eſt, ad hoc conditi ſunt homines vniuerſi, & in hoc conſiſtit eorum ſalus atque perfectio maxima, in plena obſeruatione præcepti charitatis diuinæ. [Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium:] id eſt, omnium hominum actus interiores & exteriores iudicabit omnipotens: immò & bonorum actuum omiſſiones. [pro omni errato,] id eſt, ad puniendum quicquid erronè & iniquè eſt commiſſum, & omnem errorem fidei ſanctæ contrarium. [ſiue bonum, ſiue malum ſit] Hoc refertur ad illud, Cuncta quæ fiunt. Vt ſit ſenſus, Omnia iudicabit tam bona quàm mala. Vel ſic refertur ad illud: Pro omni errato, ſenſus eſt: Quòd omne erratum dijudicabit & puniet, ſiue ſit bonum ex genere, ſed peruerſa factum intentione, vt ire ad Eccleſiam ob laudem humanam, ſiue ſit malum ex propria ratione. Hinc ait
2. Cor. 5. Apoſtolus: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſſit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum.

Dicunt Hebræi, quòd propter hanc vltimam authoritatem, liber hic Salomonis receptus ſit in ſanctarum canone ſcripturarum. In alijs enim videbatur ſæpiùs deuiâſſe: hîc verò omnipotẽtis iuſtitiam declarauit, & qualiter ſeruiendum ſit ei: qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

COMMENTARIORVM IN ECCLESIASTEN, FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN CANTICVM CANTICORVM

SALOMONIS, QVOD HEBRAICE SCHIR HASCHIRIM dicitur, de Chriſto & Eccleſia, de anima cuiuſlibet iuſti, deque beata Maria, pia & continua enarratio.

PROOEMIVM.

AVDEBIT SPONSVS SVPER SPONSAM. CHRISTVM Eſaiæ 62. eſſe ſponſum, teſtatur beatiſſimus Ioannes Baptiſta, paranymphus & amicus ſponſi ipſius, loquẽs: Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt. Ioan. 3. Et de ſeipſo ibidèm ſubiungens: Amicus aũt ſponſi, qui ſtat, & audit eũ, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hinc in Euangelio de ſeipſo loquitur Chriſtus: Nunquìd poſſunt filij ſponſi Matth. 9. ieiunare, quãdiù cũ ipſis eſt ſponſus? De cuius puro & felici connubio Apocalyp. 19. legitur: Quia venerũt nuptiæ agni. Quanuis aũt tota ſuperbenedicta adorandaq; Trinitas, immò & quælibet diuina æterna & increata perſona, poſſit vocari ſponſus vniuſcuiuſq; rationalis & intellectualis creaturæ, in gratia aut gloria exiſtẽtis: ſpecialiter tamen & appropriatè cõpetit vnigenito Dei filio incarnato, eſſe ac dici ſpõſum Eccleſiæ militantis: qm̃ ſpõſus & ſpõſa, ſolent eſſe eiuſdẽ naturę. Ipſe aũt noſtrã aſſumpſit naturã in vnitate perſonę, nõ pater nec ſpũſſctũs. Præterea, q̃uis triũphanti Eccleſiæ & vnicuiq; mẽti beatę in cælo, cõpetat eſſe ſponſam verbi æterni excellẽtiùs, q̃ Eccleſiæ militanti, mentiq; viatrici ſeu animæ rationali in fide & gratia conſiſtẽti, vt infrà patebit: cõmuniter tamẽ fertur, quòd triplex ſit ſponſa Chriſti, videlicet tota vniuerſalis Eccleſia militãs, quę vocat ſponſa Domini Ieſu Chriſti generalis: & quęlibet anima fidelis & amoroſa, quæ dicit Chriſti ſpõſa particularis: Itemq; beatiſſima virgo Maria Chriſtifera, quæ Chriſti ſponſa ſingularis cenſet. Nec ſolùm vniuerſalis Eccleſia, ſed & quæcunq; particularis Eccleſia, ſponſa eſt Chriſti, & reſpectu animæ poteſt dici ſponſa cõmunis. Vndè quẽadmodùm pontifex ſummus vocatur ſpõſus Eccleſiæ, ſponſus inquã vicarialis Eccleſiæ vniuerſalis: ſic Epiſcopi dicunt Eccleſiarum particulariũ ſponſi, & vnuſquiſq; eorũ Eccleſiæ ſibi coniunctæ dicit ſponſus. Itaq; ſicut ſancti patres, illuminatiſſimiq; doctores, ab exordio Eccleſiæ primitiuæ teſtati ſunt & ſcripſerũt, Salomon ante ruinã ſuam ſpiritu ſancto repletus, prophetiæq; ſpiritu fulgens, cognouit in ſpiritu myſteria Chriſti, incarnationem, manifeſtationẽ, prædicationẽ, paſſionẽ, reſurrectionẽ, aſſcenſionẽ ipſius: cur oĩa iſta aſſumeret, ac genus liberaret humanũ: quanta quoq; & qualia dona gratiæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro ſuis conferret electis, quàm amoroſẽ & intimẽ aſſociaret & vniret ſe illis, q̃ ardenter & ſuſpirioſẽ præſtolarẽtur ipſius aduentũ, quàm gratãter ac feruidè amplecterent ipſum aduenientem. Et de omnibus his edidit Salomon librũ iſtum, q propter eminentiã ſuæ cõpendioſitatis, altitudinemq; ſuę ſentẽtiæ, & obiucunditatẽ ſuæ cæleſtis materiæ, appellatur Cantica canticorũ. Vndè elicit eos errâſſe, qui librum iſtũ putauerũt ad literã & hiſtorialiter exponendũ de Salomone & ſponſa ipſius filia Pharaonis, allegoricè aũt de Chriſto atq; Eccleſia. Sic enim materia huius libri eſſet vilis, carnalis, permodica: non ſpũalis, myſtica, præſtantiſſima, & cæleſtis: nec eſſet liber propheticus, ſed potiùs amatoriũ quoddã carmen: cùm tamẽ liber iſte ſit ſpiritualiſſimus, ac de ſyncriſſimo tractans amore, ac perfectis conueniens. Deniquè Salomon filiã Pharaonis duxit vxorem in pueritia ſua, antequàm 14. attigit annum, ſecundùm Ioſephũ: immò ſecundùm Ioſephus alios Hebræorum doctores, diù antè: nec in illa ætate credendus eſt cõpoſuiſſe hũc librum, ſed poſteà diù. Si ergò de ſe & filia Pharaonis iſta ad literam expreſſiſſet, fuiſſet narratio rei geſtę, non vaticiniũ futurorum, neq; deſcriptio ſpiritualium nuptiarum: cuius oppoſitum ſancti & illuminati doctores, in qbus ſpiritusſanctus habitare & loqui, & per eos Eccleſiam informare elegit, teſtantur. Prætereà quoniam ſuper hæc Cantica canticorum tot & tanta à ſanctis & ſapientiſſimis viris conſcripta ſunt, vt vix alicui vacet legere vniuerſa: non intendo in expoſitione tam ſententioſi voluminis nimiùm immorari, ſed potiùs ex floribus patrum floſculos quoſdam colligere: & quæ obſcuriùs dicta ſunt, clarè exprimere. Veruntamen ad intelligendum dicenda, neceſſè eſt quædam præmittere.

¶ An

¶An liber iſte ad literam expo nendus ſit de Deo & ſynagoga, vel potiùs de Chriſto & Eccleſia. Articulus primus.

IN omni ſcientia oportet inprimis ſcire, quæ ſit materia ſeu ſubiectũ aũt genus ſcibile libri illius ſciẽtiæ: ſic iam de libro iſto nece eſſe eſt cognoſcere, de quo tractet. Et de hoc ſic narrat Nicolaus de Lyra: Hebræi dicunt, quòd liber iſte loqtur parabolicè de amore Dei & plebis Iudaicę, quam ſibi deſponſauit in legis datione, ſicq; habuit eã in ſpõſam prædilectam. Expoſitores verò Catholici dicũt communiter, quòd liber iſte loquitur parabolicè de amore Chriſti & Eccleſię, accipiendo Eccleſiam, prout diuiditur contra Synagogam: quæ Eccleſia proceſſit de latere Chriſti dormientis in cruce, ſicut Eua formata ſuit de coſta dormientis Adæ: & ſic tam iſti, q̃ illi, nituntur ad ſuas intẽtiones literam applicare. Sed ſaluo meliori iudicio, vtriq; videntur in aliquo deficere. Primò, quòd ſponſam accipiunt nimis ſtrictè Iudæi, dicentes ſponſam eſſe præciſè plebem Hebraicã cum plebe conuerſa ad ipſam, Catholici verò plebẽ Chriſtianã: quia in hoc libro ponũtur aliqua, q̃ũæ non videntur conuenienter exponi, referendo ad ſtatum veteris teſtameti: & econuerſõ aliqua, quæ non poſſunt exponi conueniẽter de ſtatu noui. Ex hoc ſequitur defectus alius, quo Iudæi aliqua ad ſtatum noui pertinentia, inconuenienter exponũt de ſtatu veteris: & econuerſõ Catholici aliqua ad vetus teſtamentũ pertinentia, minùs conuenienter exponũt de ſtatu noui. Hæc Lyra. Cuius verba nõ videntur idonea, quibus ait indeterminatè, quòd catholici expoſitores dicunt hunc librũ loqui de amore Chriſti & Eccleſiæ, accipiendo Eccleſiã, prout contra Synagogam diuiditur: antiqui enim & ſancti præcipuiq; expoſitores, affirmãt hũc librum tractare de Chriſto atq; Eccleſia, prout Eccleſia Synagogã includit, immò prout deſignat electorũ omniũ ab exordio mundi congregationem & cœtum electorũ. Etenim Origenes, qui tam elegãter ſuper Cantica ſcripſit, vt Hieronymus proteſtet, quòd quanùs in cæteris ſcriptis cunctos, qui ante eum fuerunt, Doctores exceſſerit, tamen ſuper hęc Cantica ſeipſo excellentior fuit, ait: Eccleſia ſic deſiderans Chriſto coniungi, (Eccleſiam autem, cœtũ omniũ aduerte ſanctorũ) Hæc ergò Eccleſia ſit quaſi vna omniũ perſona, quæ loquatur & dicat: Omnia habeo: Repleta ſum muneribus, quę ſpõſaliorũ titulo ante nuptias ſumpſi: Dudũ em̃ dum præpararer ad coniugiũ filij Regis primogeniti oñis creaturę, miniſtrauerunt mihi angeli ſancti eius, deferentes ad me legẽ ſpõſalis muneris loco. Hæc Origenes. Certum eſt aũt, iſtud nõ conuenire Eccleſiæ, niſi ex perſona & parte Synagogę. Inſuper Anſelmus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus in Prologo ſuo ſuper Cantica, ſcripſit: Sub prophetia (quæ ſit de præterito, ac præſenti, & futuro) liber iſte ſupponi dicitur, qa oſtendit cũ quãto deſiderio fidelis Synagoga aduentũ Chriſti deſiderabat & expectabat, quod modò trãſactũ eſt. Oſtendit etiã, cum quanto gaudio hi q tempore gratiæ extiterũt, aduentũ filij Dei ſuſceperunt, & qualiter Eccleſia plenitudine gentiũ intrante, ſit aucta: quod nunc cernitur. Inſinuat quoquè, qualiter tandèm reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, quod conſtat eſſe futurũ. Iterũ ait Anſelmus: Materia huius libri ſeu operis, eſt ſponſus & ſpõſa, id eſt, Chriſtus & ſancta Eccleſia tam aduentũ Chriſti præcedens, quàm ſubſequens. Quanùs enim Patriarchæ & Prophetæ cæteriq; fideles ante aduentum Chriſti exiſtentes, dicti ſunt fidelis Synagoga: tamẽ propter vnitatem fidei, poſſunt & ipſi dici Eccleſia. Deindè poſt hęc Anſelmus ſubiecit: De hac materia tam beata, ità agit hîc Salomon, quòd inprimis oſtendit, quanto perè ſancti patres ante legẽ & ſub lege exoptauerũt Chriſti aduentũ, & q̃ gratulanter ſuſceperũt eundẽ q fuerunt tempore gratiæ. Ampliùs, ſanctus Bernardus in exordio ſecũdi ſermonis ſuper Cantica, loquitur: Ardorem deſiderij patrũ ſuſpirantium Chriſti in carne preſentiam, frequentiſſimè cogitans, compungor & confundor in memetipſo, & nũc vix contineo lachrymas: ità tædet teporis torporiſq; miſerabiliũ temporũ horum. Cui nanq; noſtrũm tantum ingerit gaudiũ gratiæ huius exhibitio, quantũ ſanctis veteribus accenderat deſiderium promiſſio? Et ſicut conſequenter docet Bernardus, in illorũ patrũ veteris Teſtamenti perſona, in exordio huius dicitur libri, Oſculetur me oſculo oris ſui, videlicet in perſona Synagogę, vel Eccleſiæ Synagogam compræhendentis. Subdit q̃ppe Bernardus: Illorũ ergò deſideriũ flagrãs & piæ expectationis affectũ, ſonat mihi vox illa, Oſculetur me oſculo oris ſui. Prætereà ſanctus Gregorius circa exordiũ expoſitionis libri iſtius, apertiſſimè dicit: Ponamus ante oculos omne genus humanum, ab exordio mundi vſq; ad finem eius, totam videlicet Eccleſiam eſſe vnam ſponſam, quæ arras ſpirituali dono per legem perceperat, ſed tamen ſponſi ſui præſentiam quærebat, quę dicit: Oſculetur me oſculo oris ſui. Eccè tot & tantorum patrum Catholicorũ teſtimonijs eluceſcit, quòd liber hic tractet de Chriſto atq; Eccleſia: nõ prout Eccleſia contra Synagogam diuiditur, ſed prout Synagogam includit: & non Synagogam

Ioan.19. Geneſ.1. Origenes. Hierony. Anſelmus Roma.9. Anſelmus Bernard. Gregor.

dunt-a

duntaxàt, ſed & ſanctos qui ab exordio mundi fuerunt, ante legem ſcriptam ſub lege naturæ. Non ergò doctores Catholici ab vna parte ponendi ſunt, tanquàm nimis extremi, cõtra Doctores Hebræos quaſi ab alia parte nimis extremos: ità vt quis modernis temporibus ſe ponat quaſi in medio inter illos, tanquàm verum intellectum libri huius præ omnibus illis introducturꝰ. Nam & præallegatos Doctores prę cipuos ſecuti ſunt expoſitores poſteriores, nec recolo me in aliquo expoſitore Catholico notabili & famoſo legiſſe, quòd liber iſte loquatur de Eccleſia cõtra Synagogam diſtincta, & præciſè de plebe Chriſtiana. Et dato quòd aliqui, reſpectu præallegatorum paruæ aut nullius authoritatis, hoc dicerent: ob hoc non eſſet indeterminatè dicendum, quòd expoſitores Catholici dicant hoc.

¶Quales debeant eſſe Lectores & Auditores libri iſtius. Articulus 2.

ORigenes in prologo ſuo ſuper Cantica, ſcribit: In verbis Cantici canticorum ille eſt cibus, de quo ait Apoſtolus: Perfectorum eſt ſolidus cibus. Si verò aliquis acceſſerit, qui ſecundùm carnem tantummodò vir eſt, huic tali non parùm ex hac ſcriptura diſcriminis periculiq; naſcet. Audire enim purè & caſtis auribus, amoris nomina neſciens, ab interiore homine ad exterioré & carnalem virum, omnem deflectet auditũ, & à ſpiritu conuertetur in carnem, nutrietq; in ſemetipſo concupiſcentias carnis, & occaſione diuinæ ſcripturæ, ad carnalem libidinem videbit incitari. Ob hoc moneo & conſilium do omni, qui nondùm carnis & ſanguinis caret moleſtijs, neq; ab affectu naturæ materialis abſcedit, vt à lectiõe libelli huius, eorumq; quæ in eo dicent, penitùs temperet. Aiũt enim obſeruari etiam apud Hebræos, quòd niſi qs ad ætatem perfectã maturamq; peruenerit, libellũ hũc nec in manibus q̃dem tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus cuſtodiri, quoniãquidem moris eſt apud eos, oẽs ſcripturas à doctoribus & ſapientibus tradi pueris, ſimiliter & eas quas deuteroſes appellãt: ad vltimũ verò quatuor iſta ſeruari, principium Geneſis, & primũ capitulũ Ezechielis, & finem eius, ſcilicet viſionem de ædificatione templi, atq; hunc librũ, ſcilicet librum hunc Cantici canticorũ. Hæc Origenes. Cuius recitationi de hac Hebræorũ conſuetudine conſonat, quod ſuper Ezechielem refert Hieronymus, apud Hebræos nullũ admitti ad prætactas quatuor partes ſcripturarũ veteris teſtameti, quouſq; tricesimum attigerit annũ ætatis. Prætereà Gregorius in Procemio ſuo ſuper Cãtica loquitur: Nominantur in hoc libro oſcula, vbera, geng, & femora: in quibus verbis non irridenda eſt ſacra ſcriptura, ſed miſericordia Dei penſanda eſt, quàm mirabiliter & miſericorditer operetur nobiſcũ, qui vt cor noſtrum ad inueſtigationem ſacri amoris accenderet, vſq; ad turpis amoris noſtri verba deſcendit. Sed vndè ſe loquendo humiliat, indè nos intellectu exaltat: quia ex ſermonibus huius amoris diſcimus, qua virtute in Deitatis amore ſerueamus. Hoc aũt nobis ſolerter intuendum eſt, nè cùm verba exterioris amoris audimus, ad exteriora ſentiẽda moueamur: & machina quæ ponitur vt leuet, ipſa magis opprimat nè leuemur. Debemus ergò in verbis iſtis corporeis, quicquid interius eſt, quærere, & loquendo de corpore, quaſi extra corpus eſſe. Debemus ad has nuptias ſponſi & ſponſæ cum intellectu intimæ charitatis, id eſt, cum veſte nuptiali venire, nè in tenebras ignorantiæ repellamur. Qui igitur librum hunc legit aut audit, nihil paſſibile aut ſenſuale habeat in corde, vt ſecundùm interioré hominem noua creatura ſit. Sacra etenim hæc ſcriptura mons eſt, quem ſi beſtia tetigerit, lapidabitur. Beſtia quippe tangit montem, quandò irrationabilibus dediti motibus, celſitudini ſacræ ſcripturæ propinquant: & eam non ſecundùm quod debent, purè ſpiritualiterq; intelligunt, ſed irrationabiliter ad ſuæ voluptatis intelligentiã flectunt. Inſupèr Cancellarius Pariſienſis, per quẽ in toto opuſculo iſto magiſtrum Iohannẽ de Gerſono doctiſſimum virum intelligo, in editione ſua ſuper Cantica fatur: Credulitatem ſecretiſſimorum ſenſuum & caſtiſſimorum affectuũ, quos fumus literalis includit, nullus abhorreat, neq; ſcandalum fœdæ carnalitatis abhorreat. Puderet referre, quid expertus audiui: offenderet enim pias aures. Eccè tot prudentiſſimis & expertiſſimis teſtibus conſtat, quales oporteat eſſe Lectores & Auditores huius libri, qui in ſuperficie carnaliſſimus eſſe videtur: ſed in vera intelligentia ſpiritualiſſimus comprobatur. Oportet, inquam, vt ſint reformati atq; à ſenſualibus affectibus depurati, nè vocabula iſta rerum carnalium aduertentes, carnalia imaginentur, ſed mox ad intellectualia & ſpiritualia eleuentur: alioquì intùs lædentur. Quid ergò agendum eſt multis religioſis atq; canonicis & alijs in ſacris ordinibus, qui in Eccleſia & diuino officio hæc audire ſeu legere habent: cùm nondùm ſint taliter emundati, & ſine fœda imaginatione in tali loco & hora vix legunt & audiunt iſta, immò ſpiritualem & veram eorum intelligentiam vix attingunt? His arbitror conſulendum, vt pro poſſe ſtudeant librum hunc verè & purè intelligere, ſicut oportet, vel ſaltem in generali cognoſcant

& pen-

Origenes. Hebr.5. Ezech.4. Hierony. Gregor.

& penſent, omnia verba libri iſtius, ſpiritualiter ac puriſſimè eſſe intelligenda: ſicq; ad memoriam Dei, ad conſiderationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſuæ Eccleſiæ & virginis glorioſę, mutuiq; eorum amoris mundiſſimi, eleuent corda ſua, meditando de talibus ſaltem in quodam communi, atq; ab omni indecenti imaginatione mox abſtrahant ſe.

¶Expoſitio primi capituli de Chriſto & vniuerſali Eccleſia. Articulus 3.

MVltifariè multisq; modis Deus Pater omnipotens æternus, ab exordio mundi per verba & ſigna, per viſiones, figuras, oracula, vnigenitum ſuũ filium prædixit incarnandum, ac liberaturum genus humanum: & hoc ipſum in lege naturæ ab Adam vſq; ad Moſen & legis ſcripturæ collationem, cognouerũt præcipui Patriarchę & ſancti viri, Adam, Seth, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob, multiq; alij homines virtuoſi, ex reuelatione diuina aut patrum ſuorum narratione, qui omnes Saluatoris aduentum & Chriſti incarnationem, apparitionem, redemptionemq; mũdi ardentiùs optauerunt, quàm æſtimare valemus. Deniquè in mõte Sinai reuelata ſunt deſuperè Moſi myſteria Chriſti, & qualiter de Chriſto facta fuit promiſſio illa: In ſemine tuo benedicentur oẽs gentes, nõ ſolùm Abrahæ, ſed etiam Iſaac & Iacob, prout in Geneſi Moſes ipſe deſcripſit. Gene. 22. Gene. 26. Gene. 28. Poſteà verò ſub lege per Dauid, Salomonem, Eſaiam, aliosq; prophetas prænunciata & deſcripta ſunt myſteria Saluatoris multo diffuſiùs, quàm ſub lege naturæ, ità quòd Iudæi ſub lege Moſis communiter crediderunt explicitè, Saluatorẽ generis humani venturũ in mundũ: quod totũ conſtat ex eo, quod Chriſtus in Euãgelio ſuis ait diſcipulis: Beati oculi q̃ vidẽt quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi reges & prophetæ & iuſti voluerũt videre quę vos videtis, & nõ viderũt, & audire quæ auditis, & non audierũt. Itaq; in perſona vniuerſorum illorum fideliũ, qui ſub lege naturæ, legeq; ſcripta fuerunt, & Chriſti aduentum ardentiſſimè cupiẽrunt, nunc dicitur: ¶Oſculetur me oſculo oris ſui. Id eſt, Saluator mundi, filius Dei, mihi tam diũ totiesq; promiſſus, per incarnationis myſterium perſonaliter veniat, naturam meã in vnitate perſonæ aſſumat, ſeipſum mihi facie ad faciem repreſentet, ore ad os mihi loquatur, inter homines conuerſetur: ſicq; in medio terræ meam operetur ſalutem. Deniquè quàm æſtuanter ſancti antiqui iſtud deſiderauerunt, perpendere poſſumus Primò ex dignitate & excellentia ſponſi iſtius, cuius nobilitas eſt immenſa, ſpecioſitas infinita, ſapientia prorſus interminabilis, opulentia illimitabilis, incircũſcripta ſuauitas, ſuper copioſiſſima pietas, & beatitudo ſine termino & menſura. Non itaq; mirum, ſi tali ac tanto tam infinitæ excellentiæ atq; dulcedinis ſponſo, optauit vniri & deſponſari hæc ſponſa. Secundò idipſum perpendere poſſumus ex magnitudine indigẽtię ſpõſæ iſtius. Erat nanq; damnata exilio, eiecta de paradiſo, iugo peccati grauata, ſeruituti ac poteſtati diaboli aliquo modo ſubiecta, atq; æternæ beatitudinis iucunditatibus deſtituta, in lacum miſeriæ lutumq; fæcis erat proiecta, nec erat qui manum porrigeret adiutricẽ, per ſubuentionẽ completam & redẽptionem finalẽ. Tertiò idem pẽſare valemus ex miro, copioſo & ſaluberrimo fructu, q̃ prouenit Eccleſiæ ex prætacto oſculo, ſponſi iſtius: quia per ipſum à cunctis malis præinductis eſt liberata, ad ſanctam libertatẽ reducta, amica, ſponſa, filia, hæres, conſors ſui creatoris effecta, chariſmatibus gratiarum mirificè decorata. Per ipſum facta eſt gẽs ſancta, populus acquiſitionis, genus electum, regale ſacerdotium, præ cunctis nationibus glorioſa. Præterea ſicut in ſponſo iſto Domino Ieſu Chriſto, eſt duplex natura, diuina videlicet & humana, ità & duplex os, putà diuinum & increatum, humanum quoquè & creatum. Os Chriſti diuinum & increatum, eſt intellectus ſeu ſapientia eius æterna, per quã loquit omnimenti benè diſpoſitæ, iuxta illud Pſalmiſtæ: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Iob quoquè 33. legitur: Semèl loquitur Deus, & ſecundò idipſum nõ repetit. Vndè quibuſdam improperat per Prophetam, dicentem: Væ filij deſertores, vt faceretis conſiliũ, & non ex me, & os meum nõ interrogâſtis. Ampliùs, hoc increato ore ſuo loquitur vnigenitus Dei vniuerſis beatis in patria immediatè ea, quæ ad eſſentiale præmiũ pertinent eorundẽ. Nempe hæc loquutio non eſt niſi manifeſtatio, qua eis oſtendit clarè ſeipſum, ſeu diuinã eſſentiam, ad intuendum ac perfruendum. Eſtq; loquutio iſta toti ſuperglorioſiſſimæ Trinitati communis, quemadmodùm & idem numero intellectus eſt in tribus adorandis ſuperdigniſſimisq; perſonis. Actiones etenim Dei ad extrà, communes ſunt ſummæ & indiuiduæ Trinitati. De effectibus autem ſuis loquitur verbum æternum quædam immediatè ſuperioribus angelicis mentibus, per quas & inferiores angelicas illuminat mẽtes de talibus: & per ſanctos angelos loquitur indè hominibus, prout in libris de Angelica & Eccleſiaſtica hierarchijs docet Dionyſius Magnus. Itaq; dum verbum æternum vnigenitus Dei, ſibijpſi cõiunxit naturam humanam hypoſtatica vnione, aſſumendo eam ad ſuum eſſe perſonale æternum

1. Petr. 2. Pſalm. 84. Iſaiæ 30. Pſalm. 73. Lucæ 10. Dionyſi.

num & increatum, tunc immediatè tetigit, circumplexus & oſculatus eſt eam, & per eã oſculatus eſt omnes nos. Propter quod ad Hebræos ſcribit Apoſtolus: Nunquàm angelos apprę hendit, ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Deindè viſus eſt in terris, & cum hominibus conuerſatus, oſculatus eſt nos, per ſeipſum alloquẽdo, inſtruendo, cõſolando fideles, eosq; Deo patri reconciliando. Deniquè diſcipulos ſuos ad ſe redeũtes conſueuit in oſculo ſancto etiam corporali recipere. Vndè per Zachariam prophetam prędixit: Gaude & lętare filia Sion, quia eccè ego venio, & habitabo in medio tui, & applicabuntur gentes multæ ad Dominũ in die illa. Hinc etiã Baruch 3. fuit prædictũ: Qui fecit ſtellas, hic eſt Deus noſter: hic adinuenit oẽm viam diſciplinæ, & dedit illã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Quęri etiã poteſt, qualiter Eccleſia humilis, auſa fuit tantę maieſtatis ſponſi oſculũ flagitare, cui exercitus cæli cũ tremore aſſiſtit, quem Cherubim Seraphimq; adorant, de quo Iob 37. legit: Magnus fortitudine & iuſtitia, & enarrari non poteſt: ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes q̃ videnť ſibi eſſe ſapientes. Ad quod breuiter reſpondendũ, quòd duo ſpecialiter incitauerunt Eccleſiam ad poſtulandum nuptiale hoc oſculũ. Primum, quoniã ipſe benigniſſimus ſponſus tam gratioſè eam præuenit, ſuam incarnationem & aduentum ei prenunciando ac promittẽdo, & ex hoc ipſa concepit fiduciam id petendi. Secundum fuit ardentiſſima charitas Eccleſiæ ad hũc ſpõſum. Charitas aũt, ſeparationis impatiẽs eſt, vnionisq; auida, & frequenter prędominando orationem tranſcendit, & ingerit ſe dilecto, quem quanto æſtuantiùs amat, tanto propinquiùs, immò & intimiùs appetit ei vniri, ac grandem parit fiduciã, reſpicitq; dilectũ potiùs vt dilectũ, quàm vt Dominũ aut maiorem. Poteſt addi & tertiũ, videlicet magnitudo neceſſitatis, quæ lege non ſtringitur. Indiguit enim vehemẽtiſſimè ſaluatore, nec ſaluari potuit niſi per iſtiuſmodi ſponſum. Conſequenter ſpõſa hæc vniuerſalis Eccleſia, cauſam aperit ſuæ petitionis, & à tertia perſona conuertitur ad ſecundam, & eũ iam alloquitur quaſi præſentem, dicendo: ¶quia meliora ſunt vbera tua vino: Ide quo, tanquàm de abſente, præmiſit, Oſculetur me oſculo oris ſui. quæ enim ſuſpirioſè eupit cæleſtis ſponſi præſentiam, eo ipſo, quo ſic ad ipſum afficitur, aliqualem eius præſentiam mox meretur. ſiquidem propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in veritate. Noluerat quoquè hæc ſponſa ſponſum ſuũ, nec loco, nec tempore circunſcribi, ſed eſſe vbiquè præſentem. Ideò vt præſentem confidenter alloqtur, & quæ quaſi orando dixit ad patrem ſponſi ſui æternũ, Oſculetur me oſculo oris ſui, ô pater æterne, vnigenitus tuus: mox ſpõſi amore plùs quàm antè ſuccenſa, non quiuit diutiùs ab eius alloquio abſtinere. Nempe qui ardentiſſimè amat, ſui ſermonis variat modum ac ordinem, ſecundùm diuerſum ſui amoris impulſum ac tactum & flammam. Ideò ſuper Cantica aſſerit Alexander: Modũ ſui ſermonis non continet amor, directo tenore non graditur. Itaq; ait: Meliora ſunt vbera tua vino. Per vbera ſponſi, ſecũdùm Origenem, intelliguntur arcana cordis ſeu pectoris Chriſti, hoc eſt, theſauri ſapientiæ & ſcientiæ in ipſo abſconditi, quibus alit ſuorũ corda fidelium. Poſſunt quoquè per duo vbera ſponſi, intelligi duo charitatis præcepta, item vetus Teſtamentũ ſpiritaliter intellectũ, ac nouum, & rurſus præcepta Saluatoris, & euangelica eius cõſilia, ſimiliter miſericordia eius & veritas: itemq; gratia præueniens, & ſubſequens. Hęc vbera meliora ſunt vino, id eſt, doctrina legis ac prophetarum, & rigore contento in lege, literaliq; ſenſu ipſius, atq; cæremonialibus ac iudicialibus legis præceptis. Magna eqdem eſt eminentia Euangelicæ legis, quæ eſt lex charitatis, & gratiam continens ac conferens, & opere exhibẽs quod prædicebatur ac promittebatur in lege atq; prophetis, ſuper ipſam legem, quæ fuit lex timoris, nec gratiam continebat, ac nihil ad perfectum adduxit. Ideò in Euangelio Ioannis ſcribit: Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Propter quod tempus Euangelicæ legis, tempus gratiæ nuncupat. ¶fragrantia vnguẽtis optimis: Id eſt, pretioſiſſimis chariſmatibus gratiæ ac virtutũ, ac ſacro ſeptenario ſpirituſancti, quibus Chriſtus ſecundùm naturam aſſumptam fuit excellentiſſimè inunctus, repletus & fragrãs, ſicut per Eſaiam teſtatur: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. Cui cantamus in Pſalmo: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. De quo in Actibus Apoſtolorum ſacratiſſimus Princeps Apoſtolorũ fatetur: Vnxit eum Deus ſpirituſancto & virtute. Inſuper vbera Chriſti, id eſt, documenta, præcepta, & Euangelica eius conſilia, fragrãt optimis vnguentis, id eſt, Eccleſiaſticis ſacramẽtis, quę ſunt medicinalia vaſa gratiarũ cæleſtium contentiua, qbus præceptorũ violationes curanť, & quorũ auxilio ipſa præcepta atq; conſilia prõpto animo adimplenť: quæ optima vnguẽta ex fonte pectoris ſponſi fluxerũt, immò & ex eius latere in cruce perforato emanâſſe dicuntur. Circa hunc locũ ſcribit qdam ſpeciali-

Hebr. 2. Baruch 3. Zacha. 2. Iſaiæ 61. Pſal. 44. Actor. 10. Hebræ. 7. Ioan. 1. Pſal. 144.

ſ

cialiter ſuper illud, Quia meliora ſunt vbera tua vino: In Hebræo habetur, qa meliores ſunt amores tui. Nomen enim Hebraicũ hîc poſitum, eſt æquiuocum ad amores & ad vbera. Hebræi ſequunt vnam ſignificationẽ, tranſlatio noſtra aliã. Sed in hoc Hebræi vident melius dicere, qa ſecundùm ꝓprietatẽ hebraici ſermonis, ſpõſa hîc alloquit ſpõſum. In commẽdatione autem ſponſi, non videtur conuenienter mentio fieri de vberibus. Eſt igitur ſenſus ſecundùm Hebræos, quòd amores ſponſi ſunt ſapidiores menti deuotæ, quàm quodcunque ſapidum corporale guſtui corporali. Circa hæc reor dicendum, quia ſi nomen illud Hebraicum eſt ad vtrunq; iſtud æquiuocũ, non potius habetur in Hebræo, amores, quàm vbera. Inſuper videtur dicendum, quòd Hieronymus aptius tranſtulit vbera, ad inſinuandum quòd ſpiritualis ſit intellectus, non ſenſus carnalis. Spiritalia etenim vbera, magis cõueniunt ſponſo quàm ſponſæ, immò & vberibus ſui alitur ſponſi, & iſtud Caſſiodorus tãgit. Amplius Ockam allegat Auguſtinũ dicentem, quòd viris propriè conueniũt mamillæ, fœminis mammæ, pecoribus vberа: immò vbera pro mamillis & mãmis accipi ſolent: ſicq; aſſerit Hugo, quòd vbera data ſunt viris in corporis ornamentũ, non ad neceſſitatem. Ergò & vbera propriè competunt ſponſo, & certè ſponſa in ſponſo libenter commemorat, quod ipſa in ſeipſa eſſe cognoſcit, quatenùs ex amborũ ſimilitudine, amor validiùs accendatur. Denique adhuc ſponſi laudib⁹ immoratur, & cur eius oſculum cupiat, referans proteſtatur: ❡Oleum effuſum nomen tuũ: ❡id eſt, non ſolùm tu ipſe, ô ſponſe, inſtar olei fuſi, ſuauis & ſplendidus es: ſed & nomen tuũ, quodcunq; ſit illud, dulciter reſonat in auribus meis, & ex ſola nuncupatione tua, dulceſcit anima mea, reficit, exhilarat, clareſcit. Inſuper nomen tuũ, id eſt, fama excellẽtię tuę toto orbe terrarũ diffuſa, fulget ac redolet, eſtq; bonus odor Dei patris, immò totius ſuperpræſtãtiſſimæ Trinitatis in oĩ loco: ſed & prædicatio maieſtatis tuę coruſcat, ſuauiterq; odorat vt oleum vaſe fuſum: & ſicut oleum cæteris humoribus ſupernatat, ſic nomen tuũ præeminet vniuerſis. Quemadmodùm etiam oleũ cęteris cibis fert condimentum, influitq; ſaporem: ſic nomen tuũ, condimentũ eſt ſcripturarũ, & ſpiritalibus edulijs animarum confert ſuauitatem. Rurſùs, ſicut oleum lenit dolores ac vulnera ſanat, ſic nomẽ tuum, ô ſponſe cæleſtis, fugat à corde mœrorem, & vitiorũ læſioni medet. De ſalubritate nominis huius, angelus ſanctus dixit ad Ioſeph: Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuũ à peccatis eorum. Siquidem Ieſus interpretatur ſaluator, qui Eſaiæ 45. ſic effatur: Deus iuſtus & ſaluans, non eſt præter me. Atque Oſee 13. Ego dominus Deus tuus, & ſaluator non eſt præter me. Etenim domino Ieſu Chriſto ſecundùm ſuam deitatem conuenit ſaluare, propria & increata authoritate & poteſtate: cui ex diuina natura cõuenit peccata dimittere, dona gratiarum per creationem infundere, beatitudinem q; æternam largiri. Porrò ſecundùm aſſumptam humanitatem, conuenit ei ſaluare, vt cauſę inſtrumentali, meritorię, eminenti, & tanquam mediatori ac ſatisfactori. Nam ſicut corpus noſtrũ comparatur ad animam noſtram, vt animæ inſtrumentũ coniunctũ, animatum & propriũ: ſic humanitas Chriſti comparatur ad eius deitatem & ad verbũ æternum, quod eam aſſumpſit, velut inſtrumentum ipſius deitatis ac verbi immediatũ, coniunctum, animatum, & proprium, vt aſſerit Damaſcenus. Inſuper, quàm ſingulare, ſalubre, & efficax ſit nomen ſponſi iſtius, pãdit princeps Apoſtolorũ, ſic dicẽs: Nec enim aliud nomen ſub cælo datũ eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. De cuius nominis maieſtate vaſcit electionis: Dedit ei Deus pater nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium, terreſtrium, & infernorũ. Prætereà oleũ effuſum nomen tuũ, id eſt, tu ipſe ô illuſtriſſime ſpõſe, oleo cõpararis, & bonitas tua omni oleo extat ſuauior, nobilitas tua omni oleo inuenitur ſplẽdidior, vnctio tua reficit mentes, pietas tua medet animarum corporumq; vulneribus, conſolatio tua lenit pœnitentialem mœrorem, & omnem inordinatam fugat triſtitiam. ❡Ideò adoleſcentulæ dilexerunt te: ❡id eſt, particulares Eccleſiæ, & animæ ſpiritaliter renouatæ, atque incipientiũ mentes, & gentes olim paganæ, ſuperbæ, carnales, inuerecũdæ: ſed per gratiã tuam cõuerſæ, & ſobriæ, pudicæ, humiles q; effectæ. Ad literã quoquè virgines ſacræ, electæ puellæ, virtuoſæ iuuenculæ, quarũ multæ pro tuo amore non ſolũ totius mundi diuitias, oble ctamenta, honores, omnemq; externũ ornatum, vanitatem ac leuitatem fœmineam cõtempſerunt: ſed & crudeliſſima mortis genera viriliſſimè pertulerunt, ac feliciſſimè triumphârunt: quemadmodùm ſacratiſſima Catharina, præclariſſima Vrſula, & eis cõſimiles aliæ demùm innumerabiles, in virginitate mentis ac corporis tibi conſtantiſſimè ſeruierũt, & vſq; in præſens quaſi innumeræ tales, in adoleſcentia ſua relinquẽtes hoc ſeculum nequam cum oĩ eius fallacia, ingrediunt cœnobia & recluſoria ſancta, in qbus perpetuò clauſę manentes, tuis caſtiſſimis in ſpiritu vacant amplexib⁹. ❡Trahe me poſt te. ❡Iſtud in ꝓſona Eccleſiæ ſub

Hierony.

2. Cor. 2.

Matth. 1.

Damaſce. Actor. 4. Philip. 2.

ſub Euangelica lege viuentis, propriè ſumitur, quæ ſciens ſuum ſponſum veniſſe, humanæ redemptionis myſteria compleuiſſe, & aſcendiſſe in cælos, appetit ſequi eum: ſed rec olens ſponſum ſuum dixiſſe, Sine me nihil poteſtis facere, inuocat gratioſum eius auxiliũ, dicens: Trahe me poſt te, id eſt, excita & tolle meũ torporẽ, accende in me tuæ charitatis ardorem, qui iugiter trahit ſurſum, quemadmodùm ignis leuat in altũ: tuæ increatæ atq; immẽſę ſuauitatis ſapore me affice, vt ad te ſolùm pure iugiterq; afficiar, tibi ſemper adhæreã, ad te indeſinenter adſpirẽ: quatenùs illam ſancti tui Apoſtoli exhortationem adimpleam: Quæ ſurſùm ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſùm ſunt, ſapite, non quæ ſuper terrã. Scio enim te, dñe Ieſu, dixiſſe: Si exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad meipſum. Et rurſùm: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eũ. Nec dubito, qn Deus pater tuus, & tu vnigenitus eius, ſitis vnus tractor, ſicut & vnus creator. Rurſùs nouiverè ab Apoſtolo dictũ: Non ſumus ſufficientes cogitare aliqd ex nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Eccè ô ſponſe cæleſtis dulciſſime Ieſu, conat ſpiritus meus tibi fideliter adhærere, in te conqeſcere, tibi per contemplationem amoroſam & contemplatiuũ amorem ſyncerè vacare: ſed retrahunt, retardant, impediũt mille impedimenta. Intellectus eñ inſtabilis eſt, ratio debilis, voluptas ad vana ac mala procliuis, ſenſualitas trahit deorſùm, quotidianæ neceſſitates in terrenis me occupant, ſenſibilibusq; inuoluunt, exteriorum ſenſuum obiecta alliciũt, acies vitiorum, mundus, & dæmonum turbæ, vndiq; nos impugnant: & certè ambulo in medio laqueorũ, in agmine grauiſſimorum periculorũ, ſed & moles miſeræ carnis me deprimit. Quid igitur mihi incumbit, niſi ad tuam cõfugere gratioſiſſimam opem, & ex intimo cordis affectu orare: Trahe me poſt te, inceſſabiliter tange, perfunde, illuſtra, adiuua & conforta cor meũ? Tu enim per Oſee prophetam dixiſti: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Item per Ieremiam: In charitate perpetua di lexi te, ideò attraxi te miſerans. Prævaleat in me domine tractus iſte, abſit ſemper lõge à me omnis tractus adulterinæ affectionis, & omnis irrationabiliũ paſſionum, ſuſpicionum ac vitiorum impulſus. ❡Curremus in odore vnguentorũ tuorum: ❡id eſt, ſi ità attraxeris me, ego & filiæ meæ ac animæ recenter conuerſæ, quibus gratiam mihi communicatam impartiri ſtudebo, celeriter appropinquabimus tibi, & viam mandatorum tuorũ curremus, igne amoris ſuccenſæ. Aeſtuanter quippe amãti nihil difficile, & ei q guſtauit quàm multa ſit abundantia dulcedinis tuę, nihil moleſtius quàm retardari à te, & à charitatis curſibus impediri. Curremus (inquã) in odore vnguentorũ tuorũ, id eſt, affecti guſtu interno ſupernorũ chariſmatũ, gratia & effectibus Eccleſiaſticorum Sacramentorũ, præguſtatione cæleſtiũ gaudiorum, affluentiaq; donorũ ſpũſſancti. Hæc ſunt vnguenta valdè ſuauia & præclara: ad quæ vt pertingere valeamus, oportet nos ſequi veſtigia inprimis ſanctæ humilitatis, patientiæ, mãſuetudinis, paſſionisq; Chriſti: & per veram cõtritionem cũ beatiſſima Magdalena proſterni ad pedes ſponſi cæleſtis, eosq; pœnitentię lachrymis vbertim lauare ac oſculari: & indè per ſatisfactionem condignam, per ſpiritualem profectum, & iugem cordis cuſtodiam, ad oſcula manuũ eius conſurgere, ficq; ordinatè per purę ac feruidæ charitatis affectiones flammigeras, per incommutabilis veritatis contemplationes ſynceras, ad oſculum oris eius mundiſſimi cum ſumma veneratione accedere, nec cũ impijſſimo traditore, polluta mente ad ſummæ ſanctitatis os deoſculandum noſipſos ingerere. Quidam præinducta exponit de Synagoga, quantùm ad exitum eius de terra Aegypti: quod nõ videt congruere, quoniam ſancti veteris teſtamẽti, nec principaliter nec finaliter optauerũt liberationẽ illam ab Aegyptiaca ſeruitute: ſed redẽptionẽ à iugo peccati, à ſeruitute diaboli, à reatu culpę originalis, à ſpoliatione gloriæ ætrnalis, cuius redemptionis figura fuit liberatio ex Aegypto. Sequtur vox Eccleſiæ ad adoleſcentulas: ❡Introduxit me Rex in cellaria ſua: ❡id eſt, per lucem & gratiam contemplationis erexit me ad incerta & occulta ſapientiæ ſuæ intelligenda, in myſticos intellectus, ad theorias ſublimes, ad intuenda abdita ſcripturarũ, ad ſpeculandum conſilium ſuperbeatiſſimæ Trinitatis de modo ſaluationis generis humani, per incarnationem & paſſionẽ verbi æterni. Deditq; mihi fidẽ formatam cũ rationib⁹ credendorũ & purificatę mentis intelligentia, vt queam ea quæ fidei ſunt, euangelizare, perſuadere, declarare, defendere: ſicq; introduxit me in ſanctuariũ ſuũ, in amplitudinem diuinarũ illuminationũ, & per eminentem gradum doni ſapientiæ, fecit me quaſi ſecretariam & conſiliariã ſuam Rex meus & Deus meus. Inſuper introduxit me in cellaria ſua, ad contemplandas manſiones cæleſtes ac gaudia ciuium ſupernorũ, vt ſciã nõ ſolùm per fidẽ, ſed etiã per prælibationẽ ſuauẽ, per experientiã certã, per reuelationẽ ſupernaturalẽ, quę ſit ſpes vocatiõis noſtræ, ità vt voce filiorum meorũ pronunciem: Nos aũt reuelata facie gloriã dñi contẽplantes, in eandẽ imaginem

Ioan. 15.

Colo. 3.

Ioan. 12.

Ioan. 6.

2. Cor. 3.

Oſee 11.

Ierem. 31.

Pſal. 118.

Lucę 7.

Matth. 26.

Pſal. 50.

2. Cor. 3.

transformamur à claritate in claritatem. Nonnè in ista cellaria fuit perductus Paulus vsq; in
2.Cor. 12. tertiũ cælum raptus, vbi audiuit verba arcana, quę non licet homini loqui? ℣exultabimus & lętabimur in te: Id est, contemplatione diuitiarum glorię tuę immensę, & in amore bonitatis tuæ penitùs infinitæ, tã vehementer lætabitur cor nostrũ, nõ solùm in patria, sed item in via, quòd iucunditas ista redundabit in corpus, iuxta illud Psal. 83. Cor meũ & caro mea exultauerũt in Deũ viuũ. In spe quoq; & prælibatione ac arra felicitatis futuræ iam gloriamur,
dicente Apostolo Ro. 5. Gloriamur in spe glorię filiorũ Dei. Et rursùs: Scimus qm̃ si terrena
2.Cor.5. dom⁹ nostra habitatiõis huius dissoluat̃, qꝑ ædificationẽ habemus ex Deo domũ nõ manufactã, æternam in cælis. Etenim si in infimis istis sensibilibus rebus videt̃ alicui gloriandũ, nõnè incõparabiliter potiùs videt̃ gloriandũ in superditissimo & superpulcherrimo fonte totius boni, in quo est oĩm bonorũ desiderabilium & pulchrorum plena & infinita possessio,
Psal.61. in quo solo tota nostra salus cõsistit, de quo prædulci & decoro versiculo cãtat Propheta: In Deo salutare meũ, & gloria mea Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est? Lætabimur ergò in te, ô sponse inclyte & decore. ℣memores vberũ tuorum: Id est, bñficiorum gratię tuæ, doctrinæ & ꝓceptorum ac cõsiliorum tuorum, de qbus iam plenius dictũ est, qbus nos alis. ℣super vinũ recti diligunt te: Inõ solùm amore naturali & acquisito, sed potiùs amore gratuito, supernaturali, infuso. Cùm em̃ sis ipsa bonitatis essentia, bonitas pura & infinita, in infinitũ pulchrior, dulcior, cõuenientior, amabilior vniuersis ac singulis, à quo quicqd bonum & amabile est, oẽm suã bonitatẽ ac amabilitatem sortitum est: qcunq; nõ diligit te, sicut tu ipse
Matth.22. iussisti, toto corde, oĩnò curuus, peruersus, ingratus, insipiẽs q; esse conuincitur. Recti itaq;,
Marci 12. id est, iusti q exhibẽt vnicuiq; quod ei tenent̃, te diligunt, qm̃ exhibent tibi seipsos, & amori
tuo ac cultui mancipãt iam se totos, ad quod nõ solùm ex tua bonitate, sed & ex beneficijs
1.Ioan.4. tuis quæ susceperunt, tenentur: & quia tu prior amãsti eos, & præparãsti eis teipsum in præ-
Ioan.14. mium. ℣Nigra sum, sed formosa] ô ℣filiæ Hierusalẽ:] Ecclesia nigrã se nominat. Primò, quoniã multi imperfecti, fragiles & infirmi ac peccatores in ea sunt: propter quod Christus cõ-
Matth.13. parat eam sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Secundò, quia &
Isaiæ 64. ipsi electi ac boni, quotidiè & frequenter in venialib⁹ peccant, & eorũ iustitiæ quasi pannus menstruatæ censentur. Tertiò, qa in vita hac varijs tribulationibus, tentationibus, aduersitatibus exercentur. Veruntamen ipsa se formosam fatetur, quoniam semper multi virtuosi & sancti in ea consistunt, & omnes qui ei verè incorporantur, charitate virtutibusq; infusis ac donis spiritussancti ornantur. Habet etiam sacramẽta, qbus quotidiè renouatur ac pulchrificatur. Itaq; nigra sum, sed formosa, ô filiæ Hierusalem, id est, animæ, seu adolescẽtulæ ac particulares Ecclesiæ. ℣Sicut tabernacula Cedar,]qui fuit secundus filius Ismaelis, & habitauit
Gene. 25. ipse Cedar cum sobole sua atq; familia in tabernaculis & in solitudine, seu deserto: sicq; tabernacula eius foris quandoq; deformia, vtpotè ventis imbribusq; exposita, intùs erant diuitijs & pecoribus plena. ℣Sicut pelles Salomonis:]qbus ipse domum suã thalamũmve ornauit, aut tabernaculum Dei seu vasa eius operuit. Meliùs tamen per Salomonẽ intelligit Christus, cuius pelles sunt speciosi vestitus ministrorum suorũ, & ornamenta cultũs diuini, mores quoquè & exteriores gestus, incessus & apparatus ipsius Christi, qbus se eius sponsa conformat pro posse. His etenim tanquã optimis pellibus vestitur ac decorat̃ Ecclesia. Denique per tabernacula Cedar possunt intelligi perfidi & gentiles, quibus infidelis Iudæa similem reputauit Ecclesiam, contemnens eandem. ℣Nolite me considerare, qꝑ fusca sim:]id est, obscura seu denigrata, iuxta sensum quo dixi, nigra sum: ℣quã decolorauit me sol:]id est, comparatione sanctitatis, perfectionis ac sapiẽtiæ spõsi mei, q est sol sapiẽtię atq; iustitiæ, fuscam me fateor: q etiã legem tantæ perfectionis cõtulit mihi, qꝑ à perfecta eius obseruatione deficio: sicq; legis suæ splẽdore me fuscam demõstrat. Rursùs decolorauit me sol, id est, intuitu & amore solis istius, videlicet sponsi, exposui me tribulationibus, persecutionib⁹ ac asperna
tionib⁹ impiorũ, laboribusq; diuersis ac multis doloribus, propter quos videor decolorata, & quasi relicta à sponso. Sed hæc omnia intùs me ornant: idcircò noliteista in me ità considerare, vt metu sustinendi talia, recedatis à fide & obediẽtia mea: sed prę̃mia illa æterna pro
his momẽtaneis afflictionibus exhibenda, perpendite, gaudete in talib⁹, sicut in Euangelio
Matth.5. sponsus hortatur: Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Postremò, per solem hoc loco quidam æstum tribulationis intelligũt. ℣Filiæ matris meæ pugnauerũt contra me.]Ecclesia primitiua ex Iudæis atq; gentilibus fuit collecta, sicq; mater Ecclesiæ partim fuit ipsa gentilitas, partim plebs Iudæorũ. Ipsam autem Ecclesiã primitiuam multis annis acerrimè impugnauerũt tam infideles ac obstinati Iudæi, quàm gentiles increduli, prout in Actibus Apostolorũ partim describitur, atq; in chronicis, ℣istorijs & Legendis

gendis sanctorum pleniùs continet̃. Iudei aũt impugnauerunt eam tam allegationibus scripturarum veteris testamẽti, quàm persecutione reali. Similiter gentiles philosophi, ratione naturali varijs modis cõtra Ecclesiã dimicãrunt, reges verò & tyranni fecerunt hoc gladio
materiali: & sicut spõsus prædixit, tradebant̃ credẽtes in eum à parẽtibus, fratribus, cognatis Lucę. 21.
& amicis, & morte afficiebant̃ ab eis. Insupèr vniuersalis Ecclesia in persona particularium Ecclesiarum, hoc est, qucunq; particularis Ecclesia dicere potest: Filij matris meæ, hoc est, hæretici q ad tẽpus fuerunt vniuersalis Ecclesię filij, de qbus in prima sua canonica ait Ioan
nes Apostolus: Ex nobis exiẽrunt, sed nõ erãt ex nobis: pugnauerunt cõtra me, qa valdè fue- 1.Ioan.2.
runt infesti Catholicis, potissimè Arriani, q & corporaliter pluribus annis persequebantur & iugulabãt fideles. Similiter impij Christiani, schismatici, principes q; iniqui & vitiosi plati pugnãt aduersùs Ecclesiã, iustos vexãdo, pusillos ac subditos scãdalizando, iniusta prælia
susci tando, aut Ecclesiasticis nõ obediẽdo mãdatis. Et certè pia mater Ecclesia, quæ à malignis spiritib⁹ & ab infidelibus populis incessanter grauissimè impugnat̃, non mediocriter contristat̃, dum filios suos, q se deberẽt mutuò cõtra prætactos hostes acerrimos adiuuare, videt cõtra se inuicèm decertare. ℣Posuerunt me custodem in vineis:]id est, infideles Iudæi
me in terra sua persequẽdo, atq; ex ea me repellẽdo, fuerunt occasio, qꝑ cœpi per totã gentilitatẽ dispergi, atq; gentilibus toto orbe terrarum euãgelizare: in qbus innumerabilia millia paganorum cõuerti, & multas fundaui particulares Ecclesias, tanquàm vineas Dei, quas
pastorali solicitudine custodiui, excolui, fœcundaui. Hinc in Apostolicis Actis Paulus &
Barnabas obduratis loquunt̃ Iudæis: Vobis oportebat primùm loq verbum Dei: sed qa re- Actor.13.
pulistis illud, & indignos vos iudicãstis vitæ æternę, eccè conuertimur ad gẽtes: sic em̃ præcepit nobis dñs: Posui te in lucẽ gentibus, vt sis salus mea vsq; ad vltimum terrę. ℣Vineã meam non custodiui: Id est, synagogã mihi cõmissam iustè reliqui, & hoc propter obstinatio- Isaiæ 49.
nem, rebellionẽ, & incorrigibilitatem ipsius. Primitiuæ nanq; Ecclesiæ, id est, Apostolis & eorum adiutoribus, iussit Christus primò prędicare Iudęis. Nam ante passionẽ suã pręcepit:
In viã gentium nè abiẽritis, sed potiùs ite ad oues, quę perierunt, domũs Israel. Post resurre- Matth.10.
ctionem verò ꝓcepit eisdẽ Apostolis: Euntes in mundum vniuersum, prędicate Euãgelium Marci 16.
omni creaturæ. Nihilominùs intentio Christi fuit, vt adhuc primò ad tempus prędicarent
Iudęis, quod & penè per tredecim annos fecerunt pro maiore parte ipsi glorioſi Apostoli,
quousq; diuisi sunt. Interim tñ à tẽpore ꝑsecutiõis factę sub Stephano, sub qua (ꝑter Apostolos) oẽs discipuli fuerunt dispersi, cœperunt per totã Galilęa atq; Samariam prędicare, sicut Actor. 8.
& Paulus ac Barnabas alibi: attamen Iudęis duntaxàt, sicut in Actibus Apostolorum manifestè habetur. Tandèm Iudęis vndiq; obduratis, ad gentilium conuersionẽ profecti sunt. Insupèr Ecclesia ex persona carnalium ac negligẽtium ꝓlatorum dicere potest: Posuerunt me
custodẽ in vineis, id est, Christus & eius Apostoli ꝓceperunt mihi cum omni diligentia prę-
sidere ac prouidere particularibus Ecclesijs Dei. sic nanq; Princeps Apostolorum hortatur: 1.Petri 5.
Pascite, qui in vobis est, gregẽ Dei. Et Paulus: Qui pest, in solicitudine, supple pst. Vineam Roma. 12.
meã, id est, vineas mihi cõmissas nõ custodiui, per singulare intelligẽdo plurale, vt moris est
in scripturis. Circa hęc ait Anselmus: Quẽadmodùm vineę quatuor modis lædunt̃ ꝓcipuè,
sic sanctę Ecclesię totidẽ aduersa, maximè in suis mẽbris teneris, solent nocere. Vineæ etem
obest asperum frigus, & vrẽs ventus, spissaq; grando, & nimia pluuia: sic sanctæ Ecclesiæ in
suis mẽbris aliquãdò nocet frigus seu torpor exẽplorum malorum: quoniã sicut frigus seu
gelu stringit atq; exterminat vineæ florem, sic malum exẽplum aufert à tenero corde concep
tæ deuotionis amorẽ. Aliquandò etiam ei obest vẽtus diabolicę suggestionis, adurẽs renes
mentis & corporis. Nocere etiã maximè solet grando pessimę detractionis & dissensionis,
quæ dissipat florem fraternæ dilectionis. Pluuia quoquè prauę doctrinę & prosperitatis assiduę, solet plerunq; statum mẽtis dissoluere, & ad amorẽ mundi reflectere: sicut ecõtrariò
prodest vineæ suauis aura cum dulci rore, sic ꝓdest Ecclesię pax cum salubri sermone. Prętereà sicut vinitores nõ custodiunt vineas, q eas nõ putant, nõ considerant, non excolunt,
nec fructum ex eis colligere enitunt: ità prælati q sibi cõmissis prauos mores, inordinata col
loquia, opera illicita non præcidunt, nec qualiter subditi circa diuinorũ obseruantiam prę-
ceptorum se habeant, intuent̃: nec corripiẽdo, corrigendo, exhortãdo, docendo, obsecrando, comminando, & orando pro eis, reformare eos cõnatur, neq; exemplis neq; verbis fatagũt fructum virtutum & spiritalem assiduumq; profectum ex ipsis producere, nequaquàm
vt tenentur vineas Dei cõmissas sibi custodiunt. Idèò sanguinem pereuntium Dominus re- Ezech. 33.
quiret ab eis. Sed quoniam primitiua Ecclesia à Iudæis dispersa, & per gẽtilitatem diuisa, in-
numerabiles persecutiões sustinuit, sicut & Paulus in suis epistolis de se patefecit, rectè sub- 2. Cor. 11.

iũgit Ecclesia:[Indica mihi quẽ diligit anima mea.vbi̇ pascas,vbi̇ cubes in meridie:]id est, tu sponse cælestis super omnia ꝓdilecte,mihi dignãter ostẽde,vbi̇ tu gratioſè cõmoreris, in quorũ cordib⁹ pabula internæ refectionis exhibeas,quos pastoraliter nutris.Indica etiã mihi,vbi̇ cubes,id est,stabiliter reqescas,quorũ mẽtes tibi charissimas luce contẽplatiõis perfundas:ità ꝙ per contẽplatiuę exercitia vitæ,te intra se iugiter cõplectunt̃,retinẽt,nec offendũt,ità vt illud Deuter.33.impleatur in eis: Amãtissimus dñi habitabit cõfidẽter:in eo quasi in thalamo tota die morabitur,& inter humeros illius requiescet.Indica(inquã)mihi, vbi̇ sic pascas,sic cubes in meridie,id est,in ꝑcipuo gratię tuę splẽdore,in magno charitatis fer-
2.Reg.23. uore,in illuminatiõe ꝑclara,quẽadmodũm in Regum libris Dauid fatetur:Spũs dñi locutus est per me,sicut meridiana lux clara est,& absq; nubibus rutilat.Quanuis aũt spõsus inter ciues regni cælestis potissimè cubet, q meridiana eius cognitione lætãtur, atq; per beatificam visionem sponso gloriæ inauertibiliter ac tranquillissimè sunt intẽti:attamen etiam in hac vita in viris contemplatiuis perfectis heroicis aliqualiter cubat: quibus scripsit Apostolus:
Colo.3. Pax Christi exultet semper in cordibus vestris, quorum vnusquisque dicere potest:In pace
Psal.4. in idipsum dormiam & requiescam.Vndè & ipse per Isaiam loquitur:Super quẽ requiescet
Isaiæ 66. spiritus meus,nisi super quietum & humilem?Hæc itaque petit sibi indicari Ecclesia,quatenùs ex eorum consideratione consoletur & glorietur in dño inter tot aduersitatũ suarum pressuras,& vt videat ipsa pia mater,in quibus prędicatio sua fructificet.Ideò quoquè postulat sibi ista monstrari, quoniam scit se sua exteriori prædicatione in audientibus nil posse proficere,nisi sponsus in illorum cordibus intùs loquatur,suaq; vnctione dociles & attẽtos faciat eos:ob hoc appetit inuenire ac scire huiusmodi auditores.Vndè subiungit:[nè vagari incipiam,]id est,nè in fructuosè discurram[post greges sodaliũ tuorũ:]id est,ad cõuenticula reproborũ,post multitudines obstinatorũ atq; hæreticorum,qui post vnam & secundam correptionẽ vitandi sunt.Vndè Eccl 32.scriptum est:Vbi̇ non est auditus, nõ effundas
Prou.23. sermonem.Et Salomon:In auribus insipientium nè loquaris,quia despicient doctrinã eloquij tui.Itemq;:Qui erudit derisorem,ipse sibi iniuriã facit. Nam & spõsus in Euãgelio iussit:Nolite sanctũ dare canibus,neq; margaritas vestras ꝓijciatis ante porcos.Verùm quãdiù
Prou.9. Matth.7. ignorat Ecclesia,qs docilis,indocilisve existat,debet oĩbus prędicare,sicut in simili loqtur
Augustin. Augustin⁹:Nesciẽtes,quis ad electorũ aut reproborũ societatem pertineat, debemus beneficium fraternæ correptionis impendere cunctis.At verò per sodales,qdam intelligũt Hæresiarchas & seductores ac impios præsidentes,qui sibi subiectos damnationi secùm inuolũũt:& sodales sponsi vocantur,vel quia se nominant eius vicarios, & vocant se Christianos: vel quia in potestate seu prelatione cum eo communicant,aut qa in natura humanitatis cum eo conueniunt.Alij,per sodales,intelligũt angelos sanctos,qui singulis gentibus & communitatibus præsunt,quemadmodùm Ecclesiastic.17. legitur:Rectorem in vnaquaque præ-
Dani.10. posuit gente.Vndè & in Daniele de Principe Græcorum & Principe Persarum aliqua con-
Dionysi⁹. tinentur. Per quos (sicut diuinus docet Dionysius) angeli sancti de choro principatuum designantur, qui sunt sodales Christi per gloriæ communionem & prælationis participationem.Ampliùs sic potest exponi,quod sponsa precatur sibi à sponso indicari, vbi̇ in meridie cubet,ità quòd quanuis sciat per fidem sponsum in membris beatorũ cubare,nihilo minùs petit sibi hoc clariori illuminatione monstrari:quatenùs synceriter contemplando gloriam beatorum,& ꝙ dignantissimè,intimè atq; dulcissimè sponsus requiescat in eis,consolationem accipiat,& ad laborandum infatigabiliter animetur, nec deuiet sequẽdo errantes.Postremò per appropriationẽ dicere possumus,ꝙ spõsus in actiuis hominibus pascit,in contemplatiuis cubat.Actiui nãq; nõ sunt tam diù tamq; frequẽter intẽti actualiter spõso, vt contemplatiui:sed certis horis pascit eos, pascituṙq; ab eis in membris suis vel in seipso, dum de eorũ bonis gaudet operibus,atq; eorũ cõgratulatur profectui. Vndè Apocalypsis 3. testatur:Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi,intrabo ad illũ, & cœnabo cum eo,& ipse mecum.In contemplatiuis aũt cubat,id est,quiescit, quoniam contemplatiui stabiliùs frequẽtiusq; vacant sponsi amplexibus,& pulchritudinẽ vultũs eius prospiciunt.Sequitur sponsi responsio ad prænductam spõsæ petitionẽ:[Si ignoras te,ô pulchra inter mulieres,]id est,qa ignorare teipsam nõ debes,nec in toto te nescis ô Ecclesia,præ cæteris gentibus gratia ac virtutibus speciosa.Sępissimè equidem in scripturis accipitur si,pro non,vt
Iob 31. cùm sanctus Iob loquitur:Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostiũ amici mei insidiatus sum.Certum est aũt,quòd Ecclesia quę teste sponso censetur pulchra,nõ ignoret seipsam:immò scit qd per naturam existat,quòd à sponso redempta sit, & baptismate renouata,varijsq; gratiarum charismatibus redempta. Itaque quoniam non ignoras te,[egredere,]

dere,]id est, in actum virtutum & in officiũ prædicationis procede,[& pasce hœdos tuos,]id est, non solùm iustos & simplices, qui oues vocantur, sed etiam peccatores & impios instrue,nutri,guberna.[iuxta tabernacula pastorũ:]id est,ad imitationem præcedentium patrum,& iuxta documẽta Apostolorũ,qui indifferenter vniuersis prædicauerũt:sicq; [& abi post vestigia gregum tuorũ:]id est, virtutes & opera electarum congregationũ sectare, nè inutiliter euageris.Optimum em̃ est & valdè securũ,tritam sanctorũ incedere viam,& eorũ inhærere vestigijs,qui cursum suum feliciter cõpleuerunt. Noli ergò immoderatè discutere aut velle cognoscere, in qbus ego per gratiam habitem,aut qui electi sint & digni, vt eis prædicatio fiat:immò quo aliqui magis corrupti sunt,eo plùs stude eis succurrere: quia etsi cõtigerit eos perire,tu tamẽ fructu tuorũ non carebis laborũ.Iuxta præhabitum sensum ait
2.Cor.13. Apostolus:An ignoratis vosipsos, nisi fortè reprobi sitis?Et denuò fatsus est: Omnibus de-
Rom.1. bitor sum,sapientibus & insipientibus. Veruntamẽ multi hunc passum aliter ac prolixè exponunt, sed explanatio ista facilior aptiorq; videtur. [Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea:]id est,ô sponsa charissima,ego cõformaui & similem feci te exercitui filiorum Israel in delectione & submersione curruũ ac equitum regis Aegypti, quem
Exod.14. cum suis in mari Rubro submersi, & exercitũ Israel per medium maris illius eduxi ac liberaui:sic te de potestate diaboli angelorumq; eius redemi.Et sicut filios Israel paui manna ac aqua de petra educta,sic te pane cælesti corpore & sanguine meo enutrio, aqua sapiẽtię poto:Et sicut illos per solitudinẽ ad terram ꝓmissionis sub velamento nubis in die, & in splẽdore ignis in nocte deduxi:sic te per desertum seculi huius exilij,ad cęlestem dirigo paradisum, sub protectione auxilij ac rore refrigerij mei, & in luce fidei ac claritate illustrationis supernæ ac charitatis feruore inter prospera & aduersa: Quẽadmodùm etiam filijs Israel in monte Sinai per Mosen legẽ dedi, sic tibi in monte terræ,ꝓmissionis per meipsum Euangelicam cõtuli legem.Hinc in Esaia asseritur: Super oẽm gloriam protectio, & tabernaculum
Isaiæ 4. erit in vmbraculum diei ab æstu,& in securitatẽ,& in absconsionẽ à turbine & à pluuia.Insuper per equitatũ dei, possunt intelligi angelicæ potestates & angeli sancti, q in scripturis vbertim appellãtur exercitus & castra atq; militia dei, iuxta illud Psal. Currus dei decẽ mil-
Psal.67. libus multiplex. In Genesi quoq; narratur: Iacob abijt via qua cœperat, fuerũtq; ei obuiàm
Gene.32. angeli dei:quos cùm vidisset, dixit:Castra dei sunt hęc. Vndè & alibi legitur:Multa sunt ni-
Iohe.2. mis castra dei fortia,& facientia verbum eius.Porrò per equitatum Pharaonis, benè accipiuntur aduersarię potestates, & angeli tenebrarum,ac acies vitiorum.Potest itaq; & sic exponi:O amica,id est,vniuersalis Ecclesia,assimilaui te equitui meo,id est,angelis sanctis in curribus Pharaonis per hoc,quòd præstiti tibi virtutẽ resistendi ac ꝓualendi malignis illis spiritibus,qbus & angeli sancti restiterunt ac ꝓualuerunt in exordio seculorum,non aquiescẽdo elationi illorũ,sed potiùs expellendo ipsos de statione cælesti,iuxta illud secundùm vnã expositionem in Apocalypsi:Factum est prælium in cęlo:Michael & angeli eius ꝓliabantur
Apoca.12. cum dracone,& draco pugnabat & angeli eius,& nõ prævaluerunt, neq; inuentus est locus eorum ampliùs in cælo.Hinc in Euangelio sponsus promittit Ecclesiæ:Eccè dedi vobis po-
Lucæ 10. testatem calcandi super serpentes & scorpiones & supra omnem virtutẽ inimici. Cui & in Psalmo 90.promittitur:Cadent à latere tuo mille,& decẽ millia à dextris tuis.Itemq;, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem & draconẽ. Ideò Paulus disseruit: Rom.16.Deus cõteret satanam sub pedibus vestris velociter.[Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.]Circa hoc loquit̃ Origenes:Paulus apostolus ait: Corpus non est vnũ membrum,
Origenes 1.Cor.12. sed multa,vos autem estis corpus Christi,& membra de membro.Et iterùm,Nemo carnem
Ephe.5. suam vnquàm odio habuit,sed fouet & nutrit eam, sicut & Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius. Per hæc igitur edocemur, quomodò sponsa Christi (quæ est Ecclesia)sit corpus Christi & membra:In quibus membris sunt aliqui,qui dicuntur oculi,pro intelligentiæ (sine dubio) & scientiæ lumine:& alij aures, pro audiendo verbo doctrinæ: alij manus,pro bonis operibus religiosisq; ministerijs: ità sunt aliqui,qui & genæ eius vocantur. Genæ autem vultũs dicuntur,in quibus honestas & verecundia animæ cognoscuntur,per quod sine dubio illi in membris Ecclesiæ declarantur,qui castitatis & pudicitię excolunt honestatem.Pro ijs ergò ad totum corpus Ecclesiæ dicitur:Quàm pulchræ sunt genæ tuæ,quarum pulchritudinem accepit ex osculo sponsi. Ex tunc enim castitas & pudicitia atq; virginitas, quæ priùs non fuerant,per Ecclesiæ genas miro decore diffusæ sunt,quæ genarũ formositas turturi cõparatur. Turturum em̃ fertur esse natura,vt neq; masculus prẽter vnam fœminam adeat aliam, neq; fœmina ampliùs quàm vnum patiatur marem, ità vt compare extincto, superstiti cum coniuge extincto sit concubitũs amor. Conuenienter

igitur ſimilitudo turturis aptatur pulchritudini, id eſt, pudicitiæ ac caſtitati genarũ Eccleſiæ, quia Eccleſia alterius viri poſt Chriſtum neſcit cõiugium, & quoniã abundantia pudicitiæ ac cõtinentiæ viget in ea. Hæc ſententialiter Origenes. Porrò Anſelmus & alij per genas ſponſæ intelligũt doctores ac prædicatores Eccleſiæ, quoniam genæ dentes intra ſe cõtinent, & per eos maſticant, terunt & in ventrẽ proijciunt cibum: ſic boni ꝓdicatores verbo Dei reficiunt audientes, & difficiliora quæq; eis quaſi maſticãdo & frangendo exponũt. Inſuper genę ſponſæ dicuntur pulchræ vt turturis, qm̃ ipſa Eccleſia pro ſuis & filiorũ ſuorum defectibus & peccatis verecundat̃, & ea cũ pœnitentiali ac ſapientiali pudore humiliter cõfitetur. ⁊collum tuum ſicut monilia:⁊ Per membra corporea in hoc libro, & per *aues ac cætera inanimata ac irrationabilia, ſpiritalium ac rationalium rerum proprietates atq; officia deſignantur: ſicq; per collum, quo caput iungitur corpori, per quod cibus deſcendit in aluum, quod etiam leuatur in altum, deſignantur prælati, qui inter Deum & populũ mediãt, & myſticum corpus Chriſti (putà Eccleſiam) ſuo capiti, videlicet Chriſto, iungunt, cui ſibi cõmiſſos recõciliare tenentur, orãdo & ſacrificando pro ipſis, eosq; corripiendo, purgãdo, ac fouendo in bonis, gratiarũ quoq; chariſmata impetrãdo eis à dn̄o. Hi inſtàr colli eriguntur in altum Eccleſiaſtica dignitate atq; Prælatica poteſtate: & ſpiritalis alimonia à capite Chriſto deſcendẽs, per ipſos in greges ipſis creditos diriuatur. Hoc collũ ornatur & aſſimilatur monilibus. Monilia nanq; ſunt, ornamenta ad claudendũ pectus formata, ſuntq; virginum ſigna deſponſatarum. Et dicitur monile, à monendo: quia dum puellæ deſponſatæ apponitur, eam hortatur, nè alterum amatorem admittat, ſed ſuo fidem ſponſo cõſeruet. Cùm itaq; boni prælati ſoliciti ſint & laborent ſubditorum ſuorum pectora adornare, atq; à prauis ea cogitationibus claudere, quatenùs ſponſo pura & inuiolata exhibeant̃, nec adulterinũ adſpiciãt ſeductorem diabolum, neq; ad aliquem ſenſualiter afficiantur: rectè monilibus cõparantur ipſi prælati. Porrò ſecundùm Gregorium, in monilibus auro gemmæ imponuntur: Per aurum ſapientia, per gemmas virtuoſa & exemplaria opera deſignantur. Cùm itaq; prælatos oporteat per ſapientiam rutilare, virtuoſis quoq; & exemplaribus actibus abundare, congruè monilia nuncupantur. Certum eſt etiam, per aurum poſſe intelligi charitatem, quæ ſic eminet inter virtutes, ſicut aurum inter metalla: & ſicut aurum habet vim lætificandi inſpicientem, triſtitiamq; depellit, ſic charitas maximè facit mentem in ſponſo ſuper omnia charo gaudere, & eius beatitudini intimè congaudere. De qua in Apocalypſi legitur: Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. Per gemmas verò, precioſiſſima illa ſeptem dona Spiritus ſancti ſumuntur. Prælatum autem oportet præ cæteris in charitate ſeruere, ac ſeptenario ſpiritus ſancti fulgere. Propter quod Chriſtus beatiſſimum Petrum conſtituturus prælatum totius Eccleſiæ, ter ſciſcitatus eſt eum: Petre, amas me plùs his? Hinc prælati dicuntur monilia. Erubeſcat ergò prælatus vocari, qui nõ ſatagit iſtis ornatibus decorari, qui vel operari omittit, quod docet: aut docere negligit, quod à ſubditis ſuis Deus requirit. Nempè, vt ait Iſidorus, tam vita quàm doctrina clareſcere debet in eo qui præſidet: quia doctrina ſine vita efficit arrogantem, & vita ſine doctrina inutilẽ. Paſtoris ſermo operibus eſt firmandus, vt quod inſtruit verbo, confirmet exemplo: turpiſſimum eſt, quem piam doctrinam ſuam proprijs reprobare operibus. At verò per ceruicem ſeu collum, Origenes intelligit membra Eccleſiæ benè ſubiecta, & obedientiæ dedita. Ceruicibus em̃ onera deferenda ſolent imponi: propter quod, rebelles & inobedientes dicuntur eſſe duræ ceruicis, & collo malè erecto incedere. Vndè per prophetam Dominus ait: Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Hinc ad inſinuandum, qꝑ per collum obedientia deſignet̃, Ieremias plurimos hortabatur: Subijcite colla veſtra iugo regis Babylonis: quanto magis ſubijcienda ſunt colla noſtra iugo Chri, dicentis: Tollite iugum meum ſuper vos? Huius colli ornamẽta, ſunt ſanctæ obedientiæ præſtantiſſima opera. Vndè cùm qdam ſanctorum patrũ vidiſſet in ſpiritu diuerſos ordines miniſtrantiũ Deo, ipſos religioſos ſub obedientia viuentes, vidit aureos torques portare. ⁊Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento:⁊ Muræna (vt legit̃) piſcis eſt, in foramine ſuo exiſtens circulatus & conglobatus: quia dũ capitur, caudã ori ſuo imponit, & circulũ de ſe facit, & ſuſtentat̃ non comedẽdo, ſed humorẽ ſugendo: ad cuius ſimilitudinẽ fiunt murænulæ, id eſt, inaures, quæ aurium ſunt ornatus. Gregorius verò dicit, qꝑ per murænulas monilia liganṫ ad collũ. Atq;, vt aliqui dicũt, murænulæ ſunt ornamẽta ex filis aureis & argenteis opere plectili facta, qbus ornantur capita fœminarũ, & oræ veſtiũ circa manus & collũ: ſicq; per murænulas intelliguntur dogmata ſcripturarũ ac ſententiæ patrũ, grandi decore permixta, ſapientiã cõtinentia, ac amore ſctõ flammigera, vtpotè igneæ legis verba, q̃ murænulæ ſunt vermiculatæ argento, id eſt, venuſtate eloquentię hincindè diſtinctæ, & varietate florũ ſui eloquij intermixtæ, ità qꝑ in prædicatione & exhortatione ſonãt egregiè, intantùm, qꝑ cordis ſecreta attingũt, compungunt, inflammãt. Siquidẽ per argentũ, nitor eloquij & ſonoritas verbi in ſcripturis ſignanṫ. Ampliùs, ſicut in ſcripturis per aurũ ſapientia, id eſt, notitia Dei exprimit̃: ſic per argentum ſcientia de rebus creatis notat̃. Cùm ergò ſcriptura ſacra nõ ſolùm de creatore, ſed etiam de creaturis verè nos inſtruit, murænulæ (id eſt, ꝑfatæ diuinorũ ſententię ac doctrinę) rectè dicuntur argẽto vermiculatæ. Has murænulas ſpõſus & eius opifices (id eſt, ſacrę ſcripturę auctores) fecerũt Eccleſiæ, vt ꝑdicaret ex eis, filijs ſuis ac ſubditis. ⁊Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuum.⁊ Rex regũ Chriſtus dn̄s, morte deuicta, aſſcendit ad patrẽ, & requieſcit ad dexterã eius: atq; ex tũc nardus ſponſæ, id eſt, eius humilitas, vel ſalubris doctrina, ac ſuauiſſima fama, virtusq; operatiua miraculorũ, dedit ꝑcipuè ſuum odorẽ, & redolentia ſua multos attraxit, curauit, atq; ſaluauit. In cuius odoris figura, Iſaac dixit de filio ſuo: Eccè odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Deniq; ſponſo hoc corporaliter recũbente in domo Phariſæi, affectuoſiſſima eius diſcipula optima illa Maria Magdalena, aromaticũ ſuũ vnguentũ nardi ſpicati precioſi fudit ſuper eundẽ, & domus impleta eſt ex odore vnguenti. ⁊faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.⁊ Myrrha amara eſt, & à putrefactione corpus ſeruat: Sicq; ſpõſa duplici ratione dilectũ ſuum vocat faſciculũ myrrhæ: Primò, ꝓpter acerbitatem ſuæ ſaluificæ paſſionis, quã tulit pro nobis, vt ſit ſenſus: Spõſus meus chariſſimus, ꝓpter ea quæ pro ſalute mea ſuſtinuit, eſt mihi materia amaræ cõpaſſionis, & cauſa ob quam multiplici dolore me ipſam cõficio in pœnitentiæ actibus & lamentis, in vigilijs, diſciplinis, laboribus, abſtinẽtijs, in fame, ſiti & frigore, in deploratione peccantiũ, in anxia adſpiratione ad ſponſum: ità quòd lachrymæ meæ ſunt mihi panes die ac nocte, prę deſiderio plenæ fruitionis ac claræ viſionis ipſius, me cupiẽte diſſolui & eſſe cũ ipſo. Secundò ſic: Faſciculus myrrhæ, id eſt, copioſa medicina cõtra putredinẽ vitiorũ, & curatiua ꝓteritarum culparũ, eſt dilectus meus mihi, qui ſuis documẽtis, ꝓceptis, conſilijs, infuſioneq; gr̃æ ac virtutum, & Eccleſiaſticis Sacramentis ac virtutũ ſuarũ exemplis, ꝓbet remedia contra oĩa vulnera vitiorũ, qui primò in baptiſmo, deindè in cõfeſſione, ab oĩ mundat & curat inquinamento. Ideò ⁊inter vbera mea cõmorabitur:⁊ id eſt, in intimis ꝓcordiorum meorũ quieſcet, & nequaquã obliuiſcar ipſius, ſed in oĩ neceſſitate, tentatione, anguſtia & ruina ad ipſum cõfugiam, inter proſpera & aduerſa intra me eũ amplectar, eum orãdo, pſallendo, meditando affabor. Et ſicut eius intuitu ac amore, oẽm carnalem delectationẽ vilemq; cõſolationem & diſſolutionẽ deſpicio, ità ex eius contemplatione oẽm inordinatum mœrorẽ ac mordacẽ triſtitiam fugo ac vinco, vt nec proſperitate diſſoluar, nec aduerſitatibus frangar. quæ enim tribulatio me poterit ſuperare, dũ quæ & quanta ipſe pro me toleraũit, intueor? Humilitas eius, mihi medicamentũ eſt contra oẽm ſuperbiæ læſionẽ: conſideratio patientiæ ac manſuetudinis eius, oẽm iracundiæ impetum curat, oẽm impatientiam tollit: feruor ſuæ ardentiſſimæ charitatis, cunctã repellit pigritiam & teporẽ. Deniq; inter vbera mea cõmorabitur, quia in omni doctrina & vtriuſq; teſtamenti ſcripturis ipſius recordabor, & ſermocinabor de eo. Vniuerſa quoq;, quæ pro mea aſſumpſit, fecit, pertulitq; ſalute, colligabo quaſi in vnũ faſciculum, quem iugiter intuebor, quatenùs incarnatio, conuerſatio ac paſſio dilectiſſimi ſpõſi mei, nũquàm à mea recedat memoria, iuxta illud in Threnis: Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Vt ſic cũ Apoſtolo dicere queam: Chro confixus ſum cruci: viuo aũt iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Et denuò: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce dn̄i mei Ieſu Chriſti. Eſt nanq; in cruce ſponſi gloriatio, dum gloriamur in hoc, quòd eius amore & imitatione aduerſum quid patimur, & cõtumelias ſuſtinemus: & rurſus, dum paſſionem ipſius tam fructuoſiſſimam eſſe perpendimus, quòd per eam recõciliati ſumus Deo omnipotenti, & liberati à diſcrimine infernali. Ideò ſubditur: ⁊botrus Cypri, dilectus meus mihi in vineis Engaddi:⁊ id eſt, ipſe qui in paſſione ſua factus eſt mihi faſciculus myrrhæ, in ſua reſurrectione, aſſcenſione, & ſpiritus ſancti miſſione, atq; in quotidiana ſua gratioſa viſitatione ac cõſolatione interna, factus eſt mihi botrus Cypri, id eſt, materia exhilarationis, ſpiritaleq; vinum inebrians mentem feruore amoris, plenitudine deuotionis, exuberantia internæ ſuauitatis: quod totum rectè per botrum Cypri infinuatur, quia in inſula Cypro vinum optimũ generatur. Sic demùm factus eſt mihi botrus in vineis Engaddi, id eſt, loci ſic dicti, quæ & ipſæ optimæ eſſe feruntur. Engaddi verò fons hœdi interpretatur. Hœdus autem fuit in lege animal immolatitium pro remiſſione culparum. Idcircò per hœdum peccatores ſignanṫ, & per fontẽ hœdi, baptiſmus ſeu pœnitentię ſacramentũ, in qbus iniq à ſuis peccatis lauantur: ſicq; ſpõſus eſt ſponſæ ſuæ botrus in vineis Engaddi, hoc eſt, in Eccleſijs renato-

Apoca. 3.

Ioan. 21.

Origenes

Eſaiæ 48.
Iere. 27.
Matt. 11.

Gregorius.

Mar. 16.

Gene. 27.

Mar. 14.

Pſal. 41.

Philip. 1.

Threno. 3

Galat. 2.

Galat. 6.

Rom. 5.

Exod. 12.

renatorũ in fonte baptiſmatis, ſeu purgatorum in ſacramento cõfeſſionis. Deniq;, quia ſub ſpeciebus panis & vini, ſpõſa dilectũ ſuũ quotidiè ſumit in ſacro myſterio, rectè eũ cõparat botro, de quo ſpõſo in lib. geneſeos Iacob patriarcha vaticinat: Ligãs ad vineã pullũ ſuum, & ad vitẽ ô fili mi aſinam ſuã: lauabit in vino ſtolam ſuã, & in ſanguine vuæ palliũ ſuum. Id- circò in eius aſſenſione ſciſcitati ſunt angeli ſanctũ: Quarè rubrũ eſt indumẽtum tuũ, & veſtimenta tua ſicut calcantiũ in torculari? Quibus rñdet, Torcular calcaui ſolus. Chriſus quippe eſt botrus, de quo in torculari paſſionis, id eſt, patibulo crucis, expreſſum eſt optimũ vinum, vtpotè ſanguis ſaluificus in ſacramento reficiens, lætificans, inebrians cõmunicantẽ. De quo ſancto edulio, ſalutariq; poculo, in alio propheta ſcriptũ eſt: Quid bonum domini, aut quid pulchrũ eius, niſi frumentum electorũ, & vinum germinans virgines? Vndè de hoc ſponſo, pphetatum fuit in Pſalmo 71. Erit firmamentũ in terra in ſummis mõtium. Vbi pro firmamento, alia litera habet, frumẽtum: alia verò, memoriale triticũ: immò tranſlatio Chaldaica aptiſſimè habet, Erit placenta tritici: quia videlicet Chriſus ſub forma tortulæ ſeu placentæ triticeæ, offertur quotidiè Deo patri in celebratione. Prætereà aliqui dicũt, quòd Engaddi eſt locus in quo balſamum creſcit, & arbor aromatica nomine cyprus, quę facit grana ſimilia granis vuæ, atq; in modũ vitis excolitur, propter quod vinea nominatur: ſicq; cyprus nõ eſſet hîc nomen inſulæ in mari mediterraneo ſitæ, de qua Barnabas fuit apoſtolus. Hinc ait & Origenes: Vua florens, cyprus vocatur: Species quoq; extrinſecùs eſt cuiuſdã virgulti, quæ dicitur cyprus, pducens fructum in modũ vuæ florentis: ſed videtur magìs ad fructum vitis ſermo reſpicere, quia vinearum Engaddi eſt ſacta memoria. Engaddi aũt ager eſt terræ Iudææ, nõ tantùm vineis, quantũ balſamis florens. Sponſa ergò adoleſcentulis loquens, Botrus, inqt, cypri, dilectus meus mihi. Tàquàm dicat: Quicqd dulcedinis in odoribus eſt & floribus virgultorũ, ſuperat ſponſus: quatenùs audientes hæc adoleſcẽtulæ, magìs ac magis ad ſponſi cõcitentur amorẽ. Inſuper videns ſponſus vniuerſalem Eccleſiam ſuo deſiderio æſtuantem, ac ſuis præconijs inhærentẽ, immò & aliorũ animas ſua charitate affectuoſis ſermonibus inflammantẽ, prorumpit in laudẽ ipſius, vt ad meliora, puocet eam. [Eccè tu pulchra es amica mea, eccè tu pulchra:] Repetitio iſta, affirmationis, affectionis, ſeriositatis, ac mouendæ attentionis eſt ſignũ, quaſi dicat: Tu ſponſa mea, ſancta & prę electa Eccleſia, pro qua tradidi me in mortẽ, tu pulchra es mente & corporis caſtitate. Pulchra per dona naturę, pulchrior per chariſmata gratiæ. Pulchra interiùs, per virtutũ & donorum meritorũq; claritates: Pulchra extrinſecùs, per venuſtiſſimos mores. Pulchra ſacramentorum decore, ornata miniſtrorũ tuorum multiplici diſtinctione, Prælatorũ & religioſorum atq; doctorũ multiformi gradu, ſtatu, ac ordine: decorata nõ ſolùm donis ſupernaturalibus gratiæ gratũ faciẽtis, ſed etiam gratiæ gratis datæ. De qbus omnibus multisq; alijs ſponſæ huius ornatibus, in Epiſtolis ad Corint. & Epheſios copioſè diſſeruit ſapientiſſimus Paulus. Et ſicut in lib. de Angelica atq; Eccleſiaſtica hierarchijs diuinus teſtatur Dionyſius, Eccleſiaſtica hierarchia inſtàr hierarchiæ Angelicę, extat diſpoſita. Propter quod Ioannes in Apocalypſi fateť: Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalẽ nouam, deſcendentẽ de cælo, à Deo paratam, tanquàm ſponſam ornatã viro ſuo, habentẽ claritatem Dei. [oculi tui columbarũ:] id eſt, columbina ſimplicitate, ſyncera intentione, acuto ac lympido ad cõtemplandũ intuitu fulges: longè à te omnis hypocriſis, omnis duplicitas cordis, omnis peruerſa intentio: me ſolùm habes præ oculis, ad meum honorẽ & gloriam omnia refers: nõ reſpicis ad cõmoda tua priuata, ſed imples quod iuſſi: Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colũbę. Etem aduertiſti quod dixi: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus tuum lucidum erit. Non es vaga aut laſciua, ſed facta, cuſtodita, pudibunda adſpectu, ſicut honeſtiſſ. condecet ſponſam, quę erubeſcit in alienum ſponſum figere viſum, immò nec propriũ, niſi cum modeſtia, intuetur: per quod bono cõtorali nõ mediocriter placet. Prætereà multæ ſunt proprietates columbæ, propter quas ei aſſimilatur & cõparatur Eccleſia, de quibus modò pertranſeo, qm infrà magìs ſuper hoc ſe offeret ſermo. Quod verò nunc de columbino Eccleſiæ viſu inductum eſt, quidam ſpecialiter de prælatis, doctoribus, & prædicatoribus eius exponunt, qui appellantur Eccleſiæ oculi, quia per ipſos illũminat filios ſuos, & proſpicit eis, ac præcauet. Proſpicit, inquã, de neceſſarijs ad ſalutem adipiſcendis, & præcauet de periculorũ euentibus, & ipſos qui alios habent dirigere & docere, oportet in omi præacta columbina ſimplicitate ac viſũs ſapientiali acumine eſſe præcipuos. Inſuper ſpõſa ex tantis ſuis præconijs, ab infallibili ſponſo ſibi aſſcriptis, nequaquàm ſuperbiẽs, immò magìs ſeipſam humilians ac ſpõſo vicẽ rependẽs, ſubiungit: [Eccè tu pulcher es dilecte mi & decorus.] quaſi d. Tibi magìs laus iſta debetur, tu pulcher in Deitatis natura, immò pulcherrimus & ſuperpulcherrimus ipſe, cuius Deitas eſt

Gene. 49.

Eſaiæ 63.

Zach. 9.

Actu. 4.

Origenes

Ephe. 5.

Dionyſi⁹.

Apoca. 21.

Matth. 10.

Matth. 5.

eſt pulchritudo penitùs infinita, fons vniuerſi decoris & gratioſitatis ac ordinis, cuius cõparatione omis pulchritudo creata, eſt velut deformitas. Tibi quoq; vnigenito patris pulchritudo appropriat, ſicut ait Hilarius: Species eſt in imagine: tu es vniuerſorũ primũ exemplar, tu veritas, ſapiẽtia, ſplẽdor, character, ars rationibus plena, atq; imago genitoris æterni perfecta. Tu etiã pulcher es in tua humanitate, quã præ omni creatura ſupbenedicta Trinitas decorauit, dans ei ſpm non ad menſuram, & totã eius capacitatẽ adimplens chariſmatibus gr̃æ, virtutum, donorum, fructuũ, beatitudinum, immò & beatifica fruitione, ac gratijs gratis datis. Nec decuit te, ô verbũ æternum, niſi tam pulcherrimã humanitatem aſſumere, quam eodem inſtante talẽ feciſti ac aſſumpſiſti. Deniq; ab omi peccato originali ac actuali immunis es, atq; in ſumma ſanctitate vixiſti, ac patrẽ tuum præ cũctis creaturis pleniſſimè honorâſti. Tu ſpecioſus forma præ filijs hominũ, & quanuis propter me factus eś opprobriũ hominũ, non habẽs ſpeciem neq; decorẽ, ſimiliſq; leproſo: hoc tñ abſq; tuo ſuſtinuiſti demerito, nec internam tuã minuit formoſitatẽ, ſed ad maiorem tui corporis ceſſit glorificationẽ: & quo propter me fuiſti deformior, eo in corde meo es pulchrior. Ideò [lectulus noſter floridus:] quia coniunctio noſtra, pura & ſancta eſt, ſpiritalis, diuina, ac cæliformis: & lectulus noſter extat pax pectoris, cõſcientiæ puritas, quies mentis, cõtemplatio amoroſa, dilectio intuitiua & amplexiua. In his libenter & benigniſſimè mecũ quieſcis, dũ ab omi exteriori tumultu me abſtraho, ab omi ſanctitatis tuæ offenſa abſtineo, & tibi ſoli intendo. In pace etem̃ locus tuus, qui ſuper quietũ quieſcis, & deliciæ tuæ ſunt eſſe cũ talibus filijs hominũ. [Tigna domorum noſtrarũ cedrina:] Domus iſtæ ſponſæ, ſunt particulares Eccleſiæ & cõgregationes deuotę: quarum tigna, ſunt perſonæ quę pſident, & ſubditos charitatiuè ſuſtentant, confortant, ſtabiliunt: quemadmodùm tigna domum, quæ perſonæ inſtàr cedrorum creſcunt in perfectione virtutum, & eminent authoritate plationum, ſtantq; in monte Libano, videlicet candidiſſimo Ieſu Chriſto monte altiſſimo, cui iugiter innituntr̃, abſtinẽt quoq; à putrefactione peccati, & virtutũ ac documentorum ſuorũ odore ac vigore infernales fugant ſerpentes: quẽadmodùm cedrus imputribilis eſt naturæ, creſcens in Libano monte, atq; ſerpentes ſuo fugans odore. [laquearia noſtra cypreſſina.] Per laquearia, quæ domũ intrinſecùs implẽt & ornãt, boni ſubditi, obedientes q; filij exprimunr̃: quę cypreſſina dicuntur, qm̃ ſicut cypreſſus eſt arbor velociter creſcẽs, baſſa ſeu humilis, imputribiliſq; conſiſtens, cuius fructus ſeu ſolia cũ oleo cocta, nobile vnguentũ efficiunt: ſic boni ſubditi ac obediẽtes, ex ſuperiorum ſuorũ exẽplis virtuoſis ac ſaluberrimis documẽtis, citò ac multũ pficiunt, vitiorũ infectionem deuitant, atq; intra ſuæ vocationis humilitatẽ manentes, pſtant proximis exempla ſalubria, tanq̃ vitalia medicamenta, ac bonæ famæ odorẽ, tanq̃ dulciſſima & curatiua vnguenta.

¶Expoſitio eiuſdem Cap. de ſponſa particulari. Art. 4.

DEtriplici ſponſa Chri, dictũ eſt in prologo huius opuſculi, videlicet vniuerſali, particulari, & ſingulari: ità quòd vnaquæq; anima in charitate exiſtens, eſt Chri ſponſa particularis, per fidẽ & charitatẽ deſponſata eidẽ, & ei per baptiſmi gratiam cõſecrata: quam Dñs & Saluator brachijs charitatis adſtringit, ac infuſione virtutũ fœcundat. Hinc aſſerit Auguſtinus, q omnis anima eſt Chri ſponſa, vel diaboli adultera: ſi em̃ in charitate eſt Chriſti, cenſetur ſponſa ipſius: ſi verò mortali ſubiacet culpæ, adultera reputatur diaboli. Itaq; quæ in iſto Salomonis volumine de vniuerſali exponũtur Eccleſia, generaliq; ſponſo, de particulari quoq; ſponſa tropologicè explanantur. Verũtamen qm̃ iuxta præhabita, in his Canticis canticorũ tractatur de amore perfecto, idcò nõ de quacunq; anima exiſtente in charitate & gratia: ſed de anima heroica, diuina, perfecta, ecſtaticè amoroſa, hęc, priè exponunr̃, quã expoſitionem pcipuè proſequiť Vercellenſis venerabilis Abbas in lib. diuini & magni Dionyſij ſtudioſiſſimus, qui & eoſdem in ſtylũ planũ redegit. Igitur anima cõtemplatiua purgata, ſancto amore flãmigera, in creaturis nequaq̃ concupitam reperiens quietẽ, ideoq; ad verũ & incõmutabile bonum, ad ſupereſſentialẽ & ſuperpulcherrimum ſponſum totis ſuſpirãs præcordijs, ex plenitudine ſynceriſſimæ ſuæ affectionis eructat verbum bonum amoriferum & ſuaue: Oſculetur me, inqens, oſculo oris ſui, id eſt, ſpõſus ille dulciſſimus, qui ſolus ſufficit mihi, qui creauit me propter ſe, nec poſſum niſi in eo quieſcere, qui ſolus totum meum affectum quietare poteſt & contentare: Hic talis ac tantus, oſculetur me oſculo oris ſui, id eſt, ſeipſum gratioſiſſimè applicet mihi, meq; pauperculã ſuæ incõparabili & infinitæ excellentiæ dignetur immediatè coniungere, tangendo & illuminando apicem intellectũs mei ad contemplandum maieſtatem & ſapientiam, veritatem ac pulchritudinem eius prorſùs immenſam: accendendo quoq; verticem voluntatis ſeu affectiuæ meæ ſuperioris, ad diligendum puriſſimè, ſtabiliter ac intenſiſſimè bonitatem

Auguſtin⁹

Pſal. 44.

Pſal. 21.

Eſaiæ 53.

Pſal. 75.

Eſaiæ 66.

Prouer. 8.

Pſal. 44.

tatem ipſius illimitatam, ad guſtandum fontanam eius dulcedinem, omni fundo, termino, ac menſura carentẽ, ad quieſcendũ in eius amplexu mundiſſimo, quatenùs tota ferar, tranſformer, abſorbearq; in ipſum, atq; in ſuæ beatitudinis exuberantiſſimo & immenſo oceano rapta demergar. Sed vndè, ô paupercula anima, pingui materiæ huic intruſa, graui corporis moli immerſa, quæ in ordine intellectualiũ ſubſtantiarum es, ſicut materia prima in ordine rerũ: vndè tibi vel præſumptio, vel audacia, aut certè fiducia petẽdi hoc oſculũ ab eo, quem polus, tellus, pontusq; metuũt, quem ſupernorũ altitudines ſpirituũ perhorreſcunt, ſub quo
Iob 9. curuantur qui portant orbẽ? Deniq; ſi præſumptuoſum videtur petere oſculũ, non dicam glorioſiſſimæ virginis Mariæ Chriſtiferæ, ſed glorioſæ virginis Catharinæ reginæ, aut Vrſulæ ſanctæ: quanto magìs pſumptuoſum appáret, petere oſculũ ſancti ſanctorũ, omnipo-
Iſaiæ 40. tentiſq; regis, cuius reſpectu totus mundus eſt velut puluis exiguus? Ad hæc qd reſpondes, ô anima, in hoc exilio, in regione hac diſſimilitudinis, in valle lachrymarum hac cõſtituta,
1. Iohan. 1. vbì ſi dixeris quòd peccatũ non habeas, teipſam ſeducis? Reſponſio animæ: Quid me reuocas ab intuitu ſpõſi mei? cur ab eius amplexu me impedis? quarè ab eius colloquio me auertis? Cur in his, quæ oẽm rationem tranſcendũt, exigis rationẽ? Ignoras, quòd charitatis ardor nõ arctetur lege cómuni? Neſcis, quòd ſicut excellentia ſpõſi huius immẽſa eſt, ſic & dignatio eius prorſus ſit infinita? Nunquìd minor eſt charitas eius aut pietas, quã maieſtas? Nonnè ipſe creauit me ad obtinendũ beatificum illud oſculũ oris ſui in patria beatorũ, hoc eſt, ad intuendum eum per ſpeciẽ, ad perfruendum ęternaliter bonitate ac dulcedine ſua, ad ſatietatem pleniſſimã, ab omni faſtidio perenniter alienã? Ipſe qui charitatẽ ſuam mihi infudit,
Rom. 9. ipſe eandem in me accendit ac ſtimulat, atq; ad poſtulandum oſculum oris ſui excitat & inflammat. Non eſt volentis, neq; currentis. Charitas ſeparationis impatiens, me coarctat: con
2. Cor. 8. ſideratio, immò & experientia dignationis miſerationisq; ſponſi, hanc parit fiduciam: fides quoq; & recolentia præteritorũ beneficiorum ipſius, me animat. Nõnè ipſe eſt, qui cùm dimes eſſet diuitijs infinitis, diues omnipotentia, nõ pecunia, & tam magnus, quòd magnitu-
Matth. 8. dinis eius nõ eſt finis; ꝓpter me factus eſt pauper & paruus, & certè tã pauper, quòd nõ habuit vbì caput ſuum reclinaret: atq; tam paruus, quòd intra vnius mundiſſimę humilimęq; virgunculæ viſcera ſe recluſit: & captus eſt rhinoceros ille, cui nullus valet reſiſtere, charitate ac puritate vnius puellę: qui deincèps obtulit ſe in mortẽ, vt ei in ęternum cõiungar, & ab ipſo deoſculer. En venter meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit, & coarctat me ſpiritus veteri mei. Loquar ergò ad ſpõſum, & reſpirabo paululùm: & nunc agitante me deſiderio erumpente, dicam ſemèl: Oſculetur me oſculo oris ſui. Dicam ſecundò: Oſculetur me oſculo oris ſui. Addam & tertiò: Oſculetur me oſculo oris ſui. Reſponſio: Nunquìd ebria es, quia ſic loqueris? nec cõtines te ſaltem rubore? Nonnè diſcretio mater eſt & auriga virtutum, ſine qua etiam charitas ipſa præcipitat? Anima: Ebria ſum, inebriata refectione & potu illius, à quo audies infrà: Comedite amici & bibite, & inebriamini
Cant. 5. chariſſimi. Deniq; ignara mihi videris iuris ac proprietatũ viriumq; amoris. Nõ audiſti pro-
Ier. 20. phetam illum in vtero matris ſanctificatum, dicentem: Factus eſt ſermo Dñi in corde meo quaſi ignis exæſtuãs, clauſuſq; in oſſibus meis, & defeci ferre nõ ſuſtinens? Et rurſus: Factus
Ier. 23. ſum, inqt, quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino, à facie Domini & à facie verborum ſanctorũ eius. Si ſermo Domini ſic inebriat & accendit, quanto magìs amor ipſius? Prætereà audi, quid horũ expertus dicat ſanctus & dulcis ille Bernardus: O quanta vis amoris, ô quãta in ſpiritu libertatis fiducia: deſiderio feror, ratione nõ ducor: nõ putetur pſumptio, vbì vi-
Pſal. 98. get ac dominatur affectio: reclamat pudor, ſed ſuperat amor. Non ignoro, quòd honor regis iudicium diligit: ſed præceps amor nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubijcitur. Ideò tibi reſpondeo, quòd in hac re diſcretio eſt, eſſe ſine diſcretione: qm̃ fons omnis diſcretionis paracletus ſpiritus ſanctus, qui infundit, præuenit & inflammat, ipſe vtiq; cuſtodit, dirigit, & gubernat. Sed nunc argumentatio relinquatur, nè mens mea à ſpõſo diutiùs impediatur. Etenim eo ipſo quo dixi, Oſculetur me oſculo oris ſui, ab eo me tangi, affici, oſculariq; ſenſi: ideò te relicto, loquar ad ipſum: Quia meliora ſunt vbera tua vino, id eſt, illuminatio tuæ veritatis æternæ, qua tu ipſe intellectum immediatè illuminas, vngis, ac doces, & inflãmatio, qua in me charitatem accendis, pietas, qua tam benigniſſimè refoues, conſolaris, & cõfortas me, deſiderabiliores ac dulciores ſunt mihi vino, id eſt, omni conſolatione carnali, omniq; inſtructione angelica & humana, fragrãtia vnguentis optimis, id eſt, ſpiritalibus chariſmatibus eis adiunctis. Nempe vbera iſta ad omnium carnalium voluptatum ducunt contemptum, ad tædium terrenorum, ad deſiderium exercitationis interną, ad ampliorem cordis cuſtodiam, ad profundiorem ſuiipſius humi-

humiliationem. Et hæc vnguenta ſunt optima, coram Deo & omnibus ſanctis ſuauiſſimè redolentia, à peccatis præſeruatiua, omniumq; inuiſibilium curatiua languorum. Hoc beatus Auguſtinus expertus, diſſeruit: Te, Domine Ieſu Chriſte, cor meum introeũnte, irradiante & Auguſtin.
oblectante, ſubitò factũ eſt mihi facile, voluptatibus illis carere, quas antè metuebam relin- 1. Cor. 1.
quere. Oleum effuſum nomẽ tuum: tu ô ſponſe, vocaris virtus & ſapientia Dei patris, tu ap- Lucæ 2.
pellaris filius virginis, tu creator ſaluatorq; diceris, de te Eſaias prædixit: Vocabitur nomen Iſaiæ 9.
eius, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis: & quocunq;
nomine deſigneris, dulceſcit clareſcitq; nomen hoc mihi, fulget in corde, ac precioſiſſimũ
reputatur à me: ideò adoleſcentulæ dilexerunt te, tua ſuauitate attractæ. Iſtæ adoleſcentulę,
ſunt animæ ꝓficientes, meritis quotidiè abundantes, quæ increatæ dulcedinis guſtum aliquantulùm perceperunt, & ex eo ad meliora ſunt prouocatæ, & ad amandum magìs accenſæ, præſertim qm̃ audiẽrunt tot & tanta bona narrari de ſponſo. Frequenter eñ contingit, quòd multa laudabilia audiendo de aliquo nunquàm viſo, accẽdamur ipſius amore, & ędificemur in eo: quãto magìs in amore ſponſi cæleſtis, ex fama ipſius debemus ſuccẽdi, cuius præconia in ſcripturis leguntur, cuius virtutes vndiq; ꝓdicantur, in quo ſcimus perfectionem ſimpliciter infinitam cõſiſtere, ſecundùm deitatis ſuæ naturam qua æqualis eſt patri, virtutes quoq; creatas, in extremo excellentiæ termino, quo poſſunt creaturæ ineſſe, & hoc ſecundùm ipſius humanitatem. Trahe me poſt te, id eſt, da mihi lucẽ & gratiam cõtemplationis tam altæ, ac tantum ſanctæ charitatis ardorẽ, vt cuncta creata tranſcendã, & tibi ſoli inhæream: ſicq; abſtractus & abſolutus ab omnibus, tam vehementer tibi intẽtus ſim, vt cęterorum omnium obliuiſcar: immò neq; meipſum, nec proprias actiones aduertam. Nam vt S. pater ait Antonius: Perfectè non orat, qui in oratione ſua nõ ità in Deum extenditur, nec tam valenter in eum defigitur, vt immemor omnium reliquorum reddatur. Curremus in odore vnguentorũ tuorũ. De vnguentis iam dictũ eſt ſuper illud, Fragrãtia vnguentis optimis. Prætereà omniũ actiones virtutũ, vnguenta ſunt, euangelicorũ quoq; impletiones cõſiliorum: ideò vnguẽta optima ritè cẽſentur actus excellentiſſimarũ virtutum, vtpotè fidei, ſpei & charitatis. Item optima vnguenta, ſunt actus virtutũ ſecundùm gradum earũ ſupremum: ſic vnguenta bona, ſunt actus boni ac meritorij incipientium: vnguẽta meliora, actus laudabiles proficientium: vnguenta optima, perfectorũ. Poſtremò vnguẽta bona, ſunt opera virtutum moralium: vnguenta meliora, virtutum intellectualiũ: optima, theologicarum. Porrò odores vnguentorum iſtorũ, ſunt delectationes puræ actibus virtuoſis annexæ: in qbus odoribus currimus, quandò prę gaudio ſpirituali & cõſolatione cęleſti, quas in dei cultu ac honorificentia experimur, Deo cum ingenti promptitudine ac celeritate obſeqmur, iuxta illud Ioſuæ 24. Seruite ei corde perfecto atq; veriſſimo. Qui ſic currit ad beatitudinis
ſuæ indeficientiſſimum fontẽ, mox vt de baſſitudine carnis mortalis exierit, ad cæleſtis pa-
latij peruenietmontẽ. Ad quod exhortans Apoſtolus: Sic, inqt, currite vt cõpręhẽdatis. Qui 1. Cor. 9.
ſic velox eſt in opere ſuo, coram rege cælorũ ſtabit: & ſequetur eius veſtigia, qui exultauit Prou. 22.
vt gigas ad currendam viam. Talem curſum nõ redarguit ſanctus Iob, quanuìs Elihu hoc ei Pſal. 18.
impoſuerit, dicens: Dixit eñ, non placebit homo Deo, etiam ſi cucurrerit cum eo. Cum ità Iob 34.
currente, currit & ſponſus, qui cũ pergentibus pergit, cum currentibus currit, cum volantibus volat, ſuas nullibì relinquens dilectas. Ad quẽ curſum inter proſpera & aduerſa infatigabiliter perągẽdum, hortatur nos Paulus, loquens: Curramus propoſitum nobis iter, ad- Heb. 12.
ſpicientes in authorẽ fidei & conſummatorẽ Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit cru
cem, cõfuſione contempta: Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſùs ſemetipſum cõtradictionem, vt nõ fatigemini animis veſtris. Sic Deus immenſus, ſua naturali infinitaq; bonitate ac amabilitate trahit ad ſe & in ſe ſuos electos, quemadmodùm libro de diuinis nominibus Dionyſius proteſtatur: Deus ſua ſuperſubſtantiali bonitate & appetibilitate (per quam eſt omnium attractiuus) ſuum ingignit amorẽ menti creatę. Deniq; ſponſa in his exaudita, grato corde ſubiungit: Introduxit me rex in cellaria ſua, id eſt, diuitias gloriæ ſuæ mihi oſtendit, infinitam opulentiam ſuam monſtrauit, affluentiam gratiæ mihi in præſenti paratæ, & ſupereffluentiã gloriæ mihi in futuro præſtandæ, ſi ei perſeuerauero, reuelauit. Vndè & ſancta Agnes aſſeruit: Oſtendit mihi theſauros incomparabiles. Hoc fit, dum mens introducitur in ſanctuarium Dei, id eſt, luce cõtemplationis perfunditur, ad intuendum quàm infinitè delicioſus, perfectus & felix ſit Deus altiſſimus in ſeipſo, quàm inæſtimabilis ſit liberalitas eius ad dandum, quàm ſupercopioſa ad remunerandũ: ex qua cõſideratione oritur gaudium grande. Vndè ſubiungitur: Exultabimus & lętabimur in te: non in nobis, ſed in te vniuerſorum bonorum datore. Gloriabimur, tuæ infinitæ felicitati con-

t gratu-

gratulando: & quo quis magis te diligit, eo vtiq; omni perfectioni & excellentiæ tuæ cordialiùs frequentiusq; cõgaudet. Et hæc est gloriatio optima, ex puro deitatis amore procedens. Exultabimus quoq;, quia tu rex cælorũ, creator vniuersorum, prior dilexisti nos: & qa tu noster creator ac iudex, factus es noster saluator & aduocatus: & quia tu munificentissime sponse tot & tanta nobis beneficia cõtulisti, maioraq;, pmisisti, quorum nequaquàm obliuisci debemus. Propter quod subditur: Memores vberum tuorũ, id est, nos memores existẽtes charitatis pietatisq; tuę & miserationũ ac consolationum, illuminationũ ac visitationum tuarum, qbus nos iugiter reficis, exultabimus & lætabimur in te, iuxta illud Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum. Gratitudo hæc semper merẽ maiora, iuxta quod sponsus fatetur:
Matth. 25. Habenti dabitur, & abundabit. Insuper qm̃ memoria beneficiorũ accendit amorem, secundùm illud Psal. 38. In meditatione mea exardescet ignis, rectè subiungit: Recti diligũt te. Tu enim es primum & summũ amabile, causa & ratio omnis amabilitatis ac boni amoris: idcircò obliquus & curuus est, qui te non amat. Nec sufficit amor tuus quicunq;, sed necessarius est amor spiritalis, meritorius & infusus, quẽ soli recti, id est, iusti habẽt ad te. Iusti quippe sunt,
Ioan. 14. qui tua obseruant præcepta: & hi soli verè te diligũt, sicut tuipse testaris: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit. Itemq;: Qui habet mãdata mea & seruat ea, ille est qui me diligit. Hęc rectitudo meretur exaudiri a dño, iuxta illud Iob 8. Si mũdus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem. Quãto anima feruida sanctitatẽ & pulchritudinẽ Dei ac sponsi sui lympidiùs cõtemplatur, tanto propriã paruitatẽ, imperfectionẽ, insufficientiam q; clariùs intuetur, humiliusq; fatetur. Idcircò à cõtemplatione sanctissimi & superpulcherrimi sponsi sui rediens ac suspensa, nigram se clamat, sciens quòd cæli
Iob 15. & 25. nõ sint mundi, nec stellæ splendeant respectu illius. Insuper, iuxta diuini Dionysij documenta in pluribus locis, perfectissima vnio atq; cognitio, qua mens Deo cõiungitur in hac vita, est per oẽm abnegationem ab ipso, ac per omnimodã ignorantiam eius, quãtùm ad qd est, ità qp ei vnitur tanquàm prorsùs ignoto. Propter quod dicit in caligine esse, ad quam dicit se nigram, quia caligo videtur esse quædã nigredo. Nihilominùs asserit se formosam, qa hęc ipsa tam humilis, ppriæ defectuositatis cõfessio, supplet eius defectũ, & ipsam perornat: & quanuis respectu sponsi sit nigra, tamen in suo genere est formosa, qm̃ sponsus nõ reqrit ab ea puritatem & perfectionẽ virtutum, nisi secundùm exigentiam facultatis, ppfessionis, vocationis, seu statũs ipsius sponsę: ideò admonet eam, vt secundùm suã vocationem ambuler dignè Deo. Sed quomodò anima peccãs asserit se quotidiè formosam? Respondet, quòd formosa est secundùm modũ viæ, non patriæ, & per exclusionẽ omnis mortalis, nõ venialis,
peccati: & quia de suis venialibus assiduè pœnitet ac purgatur, ità quòd quotidiè ampliùs
Iob 27. proficit, quàm decrescat. Et iuxta hunc sensum sanctus Iob fatebatur: Neq; reprehendit me cor meum in omni vita mea. Quoniã itaq; cõparatione sponsi, anima sancta affirmat se nigram, adiecit: Quia decolorauit me sol, id est, cõparatione ipsius deformẽ me sentio, qui solus incircunscriptibiliter lucet, & incõparabiliter sanctus est. Prætereà anima cõtemplatiua Christi sponsa, ex parte supremæ suæ portionis intellectiuæq; partis, ait: Filiæ matris mee, id est, potentię & affectiones & actus sensitiuæ partis, appetitusq; cõcupiscibilis & irascibilis
Galat. 5. & passiones earum, sensus quoq; exteriores & interiores, Pugnauerunt cõtra me. Caro enim cõcupiscit aduersùs spiritũ, & carnalia desideria militant contra animã, id est, cõtra partem
Iere. 9. eius superiorem. Similiter sensus exteriores repręsentationibus obiectorũ suorum & incustodia sua mentem nõ parùm impugnant, ità quòd mors ingreditur per fenestras, & oculus animam deprędatur. Porrò sensitiua pars, mater intellectiuę partis vocatur: qa cognitio nostra intellectiua, exordiũ sumit à sensitiua, & omniũ potentiarum, affectionũ & actionũ suarum ipsa anima dicitur mater, quia fluunt ab ea, & ipsa illarũ subiectum est & origo: sensus etiam interiores suis imaginationibus atq; tumultibus varia pariunt impedimenta recollectionis deuotionisq; menti: propter quod anima per superiores suas vires se custodire, inferioresq; vires regere necessariò indiget. Propterea subdit, Posuerunt me custodem in vineis, id est, præfatę filiæ matris meæ, cõpulerunt me & occasionem dederũt, vt sim custos virium mearum, interiorumq; sensuum & appetituũ sensitiuorum: quæ vineę appellant, quia si debitè gubernentur & excolantur, opera, pferunt virtuosa, aut dispõnũt ad ea. Vineam meam non custodiui, id est, congeriem vinearum istarũ non ità diligenter excolui, purgaui, & fœcundaui, vt debui. Vinea quoq; bona, est caro in spiritũs seruitutẽ redacta, dum membra eius exhibentur arma iustitiæ Deo, non arma iniquitatis peccato. Rursùs principalis vinea animæ, est pars eius intellectiua, in qua summæ Trinitatis cõsistit imago, quam vineam
Prouer. 4. tanquàm præcipuam debet anima per legem Dei ac gratiã custodire, iuxta illud: Omni custodia

custodi cor tuũ. Verùm hanc vineam non custodit, dum distractionibus immoratur, dum inordinatæ appetitioni dat locũ, dum ianuam mentis aperit hosti, aut rei cõsentit illicitæ, & coram Deo negligenter se habet, ipsamq; dominã ab ancilla, id est, intellectiuam à sensitiua superari permittit: quod anima amorosa & sancta interdùm se fecisse ac permisisse, nõ immeritò lamentatur. Indica mihi quẽ diligit anima mea, id est, ego ipsa quæ mei sum iuris per liberi vsum arbitrij, vel anima mea, id est, vita mea animalis seu spiritualis. Vbi pascas, vbi cubes in meridie, id est, in qbus mẽtibus tam triumphantis quàm militantis Ecclesiæ cõmoreris, eas salubriter nutriendo, atq; in eis per lumen contemplationis, aut per gloriam beatificæ fruitionis conquiescendo: quatenùs ad mentes verè beatas suspirem ac pertingere properẽ, mentes quoq; viatrices, verè virtuosas & cõtemplatiuas, sectari nõ cessem: nè vagari incipiam post greges sodalium tuorum, id est, nè decepta, sequar multitudinem animarum errantiũ, quæ virtuosas se simulant, cùm existant hypocritæ: vndè sub vestimentis ouium & specie bonitatis decipiunt simplices. Et tales animæ, greges sunt tuorum sodalium, id est, congregationes carnalium prælatorũ præsidentiumq; prauorum, qui in prælatione tecum cõmunicant, & vicarij tui dicuntur, secq; tibi cohærere affirmant, cùm potiùs diaboli sodales esse noscantur. Vel sodalium tuorum, id est, angelorũ sanctorum, qui & reprobis præsunt, & gloriæ tuæ confortes sunt. Expositio ista non multùm differt à preinductà: idcircò non immoror. Si (pro non) ignoras te, ô pulchra inter mulieres, id est, quia tu ô sponsa mea, contemplatiua feruensq; anima, scis te superadorandæ Trinitatis imaginem, sanguine meo redemptam, per sapientiam ac virtutes reformatã, meritis copiosis fulcitam: quod totũ aut certitudinaliter, aut multũ probabiliter nôsti, idcircò egredere in actus charitatis perfectos, & abi post vestigia gregum, id est, peccatrices animas, (quæ hìc mulieres vocantur, quoniam concupiscentijs muliebriter eneruantur, nec virile quid per virtutum exercitia sortiuntur) noli omninò aspernari ac fugere, sed vade post eas, earum miserias & peccata considerando, quatenùs feruentiùs depreceris pro eis, & cordialiùs ipsis condoleas, mihiq; regratieris, quòd à talium societate ac prauitate te præseruaui aut liberaui. Tu em̃ ô sponsa, tantę es perfectionis, vt ex impiorum vitijs non scandalizeris, sed compatiaris atq; proficias: immò omnia cooperantur tibi in bonum: & qui scandalizatur, pusillus est: & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorũ, id est, motus carnales & indomitos impetus passionum reprime & reforma, secundùm sanctorum patrum doctrinam, exempla ac iussa. Eqtatui meo, scilicet angelis sanctis ac sanctorum phalangis, assimilaui te amica mea, dando tibi angelicam vitam in terris, & in sanctorũ catalogo te locando, vt dicere queas: Nostra cõuersatio in cælis est. Et hoc, in curribus Pharaonis, id est, per hoc, quòd contra aciem vitiorum ac dæmonum victorialiter restitisti. Pulchræ sunt genę tuæ sicut turturis. Habet & animæ faciem suam spiritalem internam, videlicet trium superiorum virium suarum coaptationem & cõnexionem, seu ipsum intellectum, memoriam, voluntatem, cõproportionatas: cuius faciei genæ, possunt dici intellectus speculatiuus & practicus, seu intellectus agẽs atq; possibilis. Cùm ergò intellectus speculatiuus cõtemplationi insistit cum casto & sapientiali pudore propriæ paruitatis, erubescens tam imperfectus ac modicus increatæ menti maiestatis immensæ se repræsentare, dumq; intellectus practicus virtuosis vacat operibus cum pia erubescentia, propter mala admixta & imperfectionem huiusmodi operum, tunc genæ sponsæ istius instàr turturis sunt laudabiliter verecundæ, carentq; amaritudinis felle & suspicionis veneno, & amant secretum, & sponso cælesti conseruant fidelitatem, qui loquitur
Oſee 2. per prophetã: Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Hinc ait Gregorius: Tur-
Gregorius. tur, postquàm parem suum amiserit semèl, nunquàm se alteri iungit, sed semper solitariè habitans, in gemitu perseuerat: quoniam quem diligebat quærens, non inuenit: sic sancta anima à sponso adhuc absens, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderio anhelat & gemit.
Bernard. Hinc hortatẽ Bernardus: O sancta anima, esto sola, illi soli seruate ipsam, quẽ tibi ex omnibus & prę omnibus elegisti: fuge publicũ, fuge ipsos domesticos, secede ab amicis & inimicis. An ignoras te pudicũ sponsum habere, & q nequaquàm velit cæteris suam exhibere psentiam? secede igitur mente, intentione & deuotione, & spiritu magis quàm corpore. Collum tuum sicut monilia. Quemadmodùm solus intellectus omnium exteriorum sensuum nominibus designatur: ipse enim est visus seu oculus, quo veritas cernitur: ipse est auditus interior, quo verbum Dei mente percipitur: ipse gustus, quo summæ bonitatis dulcedo sentitur & cibus animæ degustatur: ipse olfactus, quo odor virtutum hauritur: ipse tactus, quo verbum vitæ attingitur & tractatur: sic intellectus est gena & os ad collum, secundùm varias suas proprietates & actiones, quibus exterioribus collo, ori, genæ assimilatur. Est itaq; collum, inquan-

tùm ad ſuperiora erigitur, ac ſua erectione à fonte totius veritatis panem intelligentiæ, gratiam contemplationis, veritatis refectionem, attrahit ac ſortitur. Hoc collum eſt ſicut monilia, quandò in ſua illuminatione & contemplatione ornatur humilitate & ſuijpſius profundiſſima deiectione, nec areſcit elatione aut vanitate, ſicut is de quo in Iob legitur: Cucurrit aduerſus Deum erecto collo. Iob 15. Murænulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. De muræna atq; murænula, & qualiter per murænulam iſtã intelligatur diſtincta ac permixta notitia ſcripturarum, dicendum eſt. Itaq; per murænulã in hoc loco accipitur ſapientialis illuminatio mentis de diuinis, cui miſcetur conſideratio propriæ paruitatis ac rerum notitia creatarũ. Talis quippe illuminatio, aurea eſt, inquantùm concernit diuina: ſed permiſcetur quaſi colori argenti, ſecundùm quod reſpicit res creatas: eſtq; mẽti valdè neceſſaria illuminatio de vtroq;, vt agnoſcat non ſolùm excellentiã creatoris, ſed & vanitatem ac dependentiam creaturę, & inſufficientiã vilitatemq; ſuijpſius. Hinc ſanctus Franciſcus non ſolùm mente raptus, ſed & corpore eleuatus in aëre, in contemplatione altiſſima cõſtitutus, clamauit: O Deus meus, quid tu, quid ego? Atq;, vt poſteà fatebatur, aperti fuerunt ei duo libri, id eſt, illuminatio duplex, in qua & Dei ſublimitatem, & propriam defectuoſitatẽ cum ingenti admiratione conſpexit. Cùm eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuũ. Deus rex noſter ante ſecula, inuariabilis, & bonorum noſtrorum non indigens, vtpotè in ſeipſo infinitè perfectus & delicioſus, quaſi ſitire videtur, dum noſtrã ſalutẽ deſiderat. Vndè in Deuteronomio per Moſen ait: Quis det talem eos habere mentem, vt timeãt me, & benè ſit eis? Deut. 5. Iſaiæ 48. Qui & per alium prophetam effatur, dicens: Vtinàm attendiſſes mãdata mea. Hinc dum ſanctis & ſalubribus actibus occupamur, à nobis reficitur, & noſtro profectui congratulatur. Itaq; dum eſſet rex in accubitu ſuo, id eſt, dum Dominus & ſaluator in mente mea mecum cœnaret atq; reficeretur, nardus mea dedit odorem ſuum, id eſt, humilitas mea erupit in actum ſublimem, & ſuauitatem regi gratiſſimã mox diffudit. Nuſquàm etenim anima clariùs proprias deprehendit defectuoſitates, ærumnas & culpas, niſi dum rapitur in lucem contemplationis, qua intuetur puritatem ac maieſtatem prorſùs incircunſcriptam luminis increati, quod quanto acutiùs contemplatur, eo plùs paruipendit ac deprimit ſemetipſam. Gene. 18. Hinc patriarcha Abraam coram maieſtate aſſiſtens: Loquar, inquit, ad Dominum, cùm ſim puluis & cinis. Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi. Sponſus iſte habet non ſolùm amabilitatem dulciſſimam, ſed & metuendam iuſtitiam, ac imperſcrutabilem & ſuperterribilem iudiciorum profunditatem: ſponſa autẽ non ſemper vnitur vniformiter ſuo ſponſo, ſed interdùm vt ſuaui, pulchro ac gratioſiſſimo ſponſo: Aliquandò autem contemplatur eum vt metuendum & inflexibilem iudicem, de quo quiſq; incertus eſt, an acceptus ſit ei, finalitérve ſaluandus, præſertim cùm comparatiuè loquendo, ſaluentur tam pauci. Et Matth. 20. iuxta hanc conſiderationem, ſit ei dilectus quaſi myrrhæ faſciculus, id eſt, bonę amaritudinis, anguſtiæ ac mœroris obiectum & cauſa. Rurſùs animazelo diuini honoris accenſa, videns regem ac ſponſum ſuperhonorabiliſſimũ à multis deſpici, inhonorari, relinqui, graui mœrore afficitur, amaritudinibuſq; impletur. Nã & miſeris ità agentibus, ac ſeipſos perdentibus, vehementer compatitur, ſicut Apoſtolus qui teſtatur: Quis ſcandalizatur, & ego non vror? 2. Cor. 11. Sicq; dilectus ſit ei myrrhæ faſciculus. Verùm hanc piam, amoroſam, & ſanctam ſponſæ afflictionem ſponſus celeriter conſolatur, & de ſuorum iudiciorũ diſpoſitione facit eam contentam. Præcipuè quoq; eam oblectat, dum conuertit iniquos & mundanos, quos ad virtuoſam ac religioſam conuerſationẽ perducit, & tunc ſponſa dicere habet: Botrus Cypri, dilectus meus mihi. Inſuper dũ vniuerſa, quæ Chriſtus pro nobis ſuſtinuit, anima virtuoſa in vnum recolligit, & congregatione vnius faſcis colligata, ſuæ hæc memoriæ tenaciſſimè indelebiliterq; infigit, dicere poteſt: Faſciculus myrrhę, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Porrò dum omnem felicitatem ac gloriam ſpõſi ſui, tam increatam ſecundùm quod Deus eſt, quàm creatam ſecundùm naturam eius aſſumptã, conſiderat: tunc ei idem dilectus eſt botrus Cypri, prout hic ſenſus ex præcedenti expoſitione clariùs innoteſcit. Eccè tu pulchra es amica mea, eccè tu pulchra. Quàm ineffabiliter ſupernaturalia dona, videlicet gratia gratificans, & virtutes infuſæ, ac ſeptẽ dona ſpiritus ſancti & actus eorũ, ornent, pulchrificent atq; nobilitent animam, quàm etiã indicibiliter vitia eam vilificent ac deforment: hinc elucéſcit, quòd anima virtuoſa vocatur & eſt ſponſa, filia & amica, hæres ac ſoror Dei ac ſponſi æterni, cui retribuitur pro mercede felicitas æternalis: Anima verò vitioſa, inimica eſt Dei, atq; adultera, filia, membrũ, ancilla diaboli, cui æterna damnatio iuſtè infligitur. Qualiter aũt habeat anima pulchritudinem naturalem, inquantùm ad creatoris ſui imaginem eſt creata, & multo præclariorem pulchritudinem per charismata

riſmata gratię ac venuſtatẽ in moribus, ex præcedenti expoſitione de facili trahitur. Eccè tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Tu quippe ô ſponſe, pulchritudinẽ meam cõmendas: ſed ego in tua potiùs q̃ in mea pulchritudine glorior, tuũ decorem, teq; ſpecioſiſſimũ libẽtiſſimè prorſùs intueor: qa te magìs q̃ me diligo, & in tuæ pulchritudinis intuitione, mea conſiſtit beatitudo, atq; ex pulchritudinis tuæ cõſideratione multiplex mihi oritur fructus, gaudium ſpirituale in dño, cõgratulatio amoroſa. Eterñ tuam ſanctitatem, ſapientiã, perfectionẽ penſando, meam in omnibus imperfectionẽ, defectuoſitatemq; cerno, & tuí cõparatione iugiter mihi vileſco. Hinc vtile & ſalubre eſt, ſeipſum reſpectu ſanctiorũ ac perfectiorũ attendere: quatenùs illorũ comparatione, tanto plùs ſe vnuſquiſq; humiliet, quãto ſe illis imperfectiorem ac defectuoſiorem cognoſcit. Lectulus noſter floridus. Quarè nõ ait, lectus noſter, ſed tanti ſpõſi repauſatoriũ, nominat lectulum? Et rñdendum, quòd aliqua poſſunt exprimi diminutiuè multis ex cauſis, videlicet ratione vrbanitatis, ratione præcipuę dilectionis, ratione magnæ humiliationis: & omnibus modis his, diminutiuè hîc dicitur lectulus. Aliquandò etiam ratione vilificationis, quàndoq; ad inſinuandum in alio gradum ſuæ paruitatis aut inferioritatis. Rurſùs ad deſignandũ ſponſi iſtius immenſitatem, dicitur lectulus: quia reſpectu tanti ſponſi, paruus eſt omnis, quo quieſcere poteſt, locus etiã ſpiritalis. Vndè & in Iſaia legitur: Coanguſtatum eſt ſtratum. Lectulus iſte quis ſit, dictũ eſt in præceden- Iſaiæ 28. ti articulo. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia cypreſſina. Domus ſpiritualis, in qua ſponſus ſupernus cum anima demoratur, eſt virtutum ſtructura, & coordinatio atq; connexio earundem: in qua domo fides ſeu timor Dei ſiue humilitas eſt fundamentum: paũimentum verò, eſt virtutum moralium ordinata locatio, quarum eſt paſſiones reprimere. Primum aũt ſolarium, eſt virtutum intellectualium ſuperlocatio, quibus dona pro ſecundo ſuperponuntur ſolario: ſpes aũt & charitas Dei ac proximi, cum actibus ſuis, tigna ſunt, totam prætactam virtutum ſtructuram ſuſtentantia & conſolidantia: laquearia verò ſeu teſtudines, quę implent atq; decorant domum, ſunt ſanctæ meditationes, virtuoſæq; affectiones, octo beatitudines, & duodecim fructus. Prætereà virtutes theologicæ faciũt domum ſpiritalem per ſe: ſimiliter virtutes morales, & item intellectuales: immò vnaquæq; virtus per gradus & actus, delectationes ac merita ſua, efficit domũ ſuam, in qua ſponſus moratur cum ſponſa: quælibet etenim virtus habet pro pauimento gradum infimum, quo competit ſtatui incipientium: gradum medium, quo conuenit ſtatui proficiẽtium: gradumq; ſummum, quo ſtatui congruit perfectorum. Deniquè ſpiritalia tigna & laquearia iſta, cedrina dicuntur & cypreſſina: quoniam boni odoris & laudabilis famæ ſunt diffuſiua, & ex ſe immaterialia bona, à corruptione vitij aliena, infernalium ſerpentium expulſiua: prout hæc ex præhabita expoſitione clariùs queunt elici ac patére.

¶ Declaratio eiuſdem capituli de ſponſa ſingulari. Art. 5.

SPonſa ſingularis & ſingulariter vnica atq; ineffabiliter prædilecta ſponſi cæleſtis, eſt virginea, puriſſima ac ſacratiſſima mater ipſius, ab ipſo ſponſo vnigenito filio ſuo fide illuminatiſſima deſponſata, ſpe certiſſima ſubarrata, charitate feruẽtiſſima amplexata, copioſiſſimè fœcundata per exuberantiſſima gratiarum chariſmata. Hinc cantica iſta in huius ſolennitatibus ſponſæ, in diuino leguntur officio. Breuiter ergò tangendum eſt, qualiter ei conueniant. Deniq; de glorioſiſſima & incomparabili virgine iſta digniſſima, ab æterno prælecta in veram matrem veri Dei, certa fide tenendum cenſetur, quòd multo excellentiùs fuit ſanctificata ac ſpiritu ſancto repleta in vtero ſuę matris, quàm glorioſus Ioannes Baptiſta, de quo Gabriel angelus prænunciauit: Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: aut Hieremias, cui locutus eſt Dominus: Priuſquàm formarem te in vtero, noui te: & antequàm exires de ventre, ſanctificaui te: aut quiſpiam aliorum, ſi qui fortè in vtero ſanctificati fuerunt, ipſo incomparabiliter ſancto ſpõſo excepto. Et ſicut incomparabilis atq; mundiſſima virgo, fuit præ cunctis in vtero matris ſupernis chariſmatibus adimpleta: ità mox vt ratione vti cœpit, aſſiduè in eiſdem præ omnibus illis profecit: ſicq; quo excellentiori puritate mens eius prælecta coram altiſſimo radiauit, & quo ad proficiendum in omni virtute ac ſapientia vigilantior, inſtantior, ſerioſior fuit, eo eminentiùs ac munificentiùs omni hora à ſpiritu ſancto vngebatur, illuminabatur, accendebatur, & incomparabiliter creuit: & quo ſpecialiùs fuit ex Deo, eo auidiùs Dei verba aduertit, fuitq; ſtudioſa & erudita in lege. Ac, ſicut teſtatur Ambroſius, ipſa legit (haud dubium quin in Ambroſi⁹ Eſaia) Eccè virgo concipiet. Immò, vt ex ſcripturis colligitur, antequàm filium Dei conce- Iſaiæ 7. pit, nouerat ſuperbeatiſſimæ Trinitatis myſteriũ, id eſt, Trinitatem perſonarũ eſſe in Deo. Cùm enim interrogâſſet ab angelo, Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Lucæ 1.

respõsum est ei ore angelico: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. In quibus adoranda Trinitas manifestè insinuatur. Quam vtiq; respõsionem ipsa intellexit. Credendũ ergò videtur, quòd ex scripturis legis ac prophetarũ, potiùs verò ex familiari & interna vnctione instructioneq; spiritus sancti, iam nouerat Deũ, immò & vnicum Dei filium, incarnandũ ac passurum ad redimendũ genus humanũ: nec dubium quin tanto affectuosiùs præ cæteris aduentum tanti desiderauerit redemptoris, quanto in charitate æstuantior extitit illis. Et quanuis præ inæstimabili & ex profundissima suæ tranquillissimæ mentis humilitate, nequaquàm præsumpserit aut putauerit de se Dei filium incarnandũ, vel ad tanta mysteria se esse electã, nihilominùs cùm ex angelico cognouisset alloquio, se ad hoc esse electam, & Dei filiũ concepturam, mox tacta à spiritu sancto, plenariè credidit, humilimè quoq; consensit, idq; fieri
Lucæ 1. feruentissimè cõcupiuit: Eccè, inquiens, ancilla dñi, fiat mihi secundùm verbum tuum. De ipsa igitur optima sapientissimaq; virguncula, vt constituta in illa hora, qua audiuit ab angelo sancto, Eccè cõcipies in vtero: & deincèps, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. congruentissimè potest exponi, quod dicit: Osculetur me osculo oris sui, id est, vnigenitus Dei sponsus cælestis, quẽ tu, ô paranymphe superne, mihi promittis, ex me incarnandũ testaris, filium meũ mox futurum affirmas, ad me ancillam suam paruulã dignetur descendere, seq; substantiæ carnis meæ tam proximè & immediatè coniungere, vt ex ea corpus sibi assumat ac hypostaticè vniat, id est, suæ increatæ personalitati vnà cũ anima rationali ab ipso creanda, & corpus hoc informatura, personali copulet vnione: vt sic natura humana ad cõstituẽdam vnam personam cum verbo æterno, assumatur ab ipso verbo Dei patris vnico filio. Insuper osculetur me osculo oris sui, id est, tam amorosè & proximè mentem meam luce sapientiæ suæ perfundat, accẽdat, & amplexetur, vt in hora ista idonea fiam ac sim cõcipere dominum Deum creatorem ac saluatorẽ meũ. Quem carne cõcipere quid prodesset, nisi hunc
Cant. 1. priùs mente cõciperẽ? sicq; beatior sim cõcipiendo fide formata, quàm carne sola. Sic dem maternitas ista, seu matrem Dei existere, donum est gratiæ gratis datæ: quod per se, habenti non sufficit ad salutem. Præterea osculetur me osculo oris sui, id est, ipse quem cælũ & terra capere nequeũt, qui nullo valet termino circunscribi, nullo intellectu creato cõprehendi, incarnatus ex me, mecum dulciter conuersetur, meo gremio cõtineatur, inter mea brachia concludatur, meisq; manibus contrectetur, & ità me osculetur osculo corporali synceriſſimo sereniſſimi oris sui. Nõ enim ambigitur, quin tu affectuosissima mater pudicissima virgo, vnicum illum tui virginei vteri fructum, speciosissimum preciosissimumq; infantulum puerum, Deum ex te natum, tibi charissimũ, interdùm sis cum ingenti reuerentia amplexata, cum charitate maxima osculata. Ipse quoq; qui in ætate virili suos confueuit ad se veniẽtes discipulos cum osculo sancto recipere corporali, te vtiquè in puericia constitutus, tanquàm dilectissimam genitricem, consueuit nonnunquàm suauiter osculari, sanctumq; collum tuum sacratissimis suis brachiolis stringere. Quòd si beati oculi & aures discipulorũ,
Lucæ 10. qui Christum viderunt ac audiẽrunt: quanto magis tu beata, quæ ipsum concepisti ac peperisti, atq; maternis eduxâsti obsequijs, ipsumq; authoritate materna tractare & deosculari valebas? quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Ista iuxta expositiones prehabitas, possunt esse verba sponsę singularis ad vnicum sponsum ac filium suũ, quę sui filij spiritalia vbera tanto specialiùs potuit cõmendare, quanto mens sua ab illis fuerat exquisitiùs, exuberantiùs, ac dulciùs enutrita, vncta & consolata. Possunt quoq; esse verba sponsi ad dilectissimam matrem suam, vt sit sensus: Tu, ô singularis sponsa, mater & virgo, osculum oris mei petisti, & ego tuæ petitioni libenter assentio: quia meliora sunt vbera tua vino, id est, charitas tua, qua zelo honoris tui creatoris serues, & proximos tuos orationibus atq; exemplis foues: & pietas tua, qua pereuntibus condoles ac subuenire desideras. Hęc, inquam, vbera tua, quibus me allicis, meliora sunt vino, id est, legis rigore & omni corporali dulcore, fragrantia vnguentis optimis, id est, sublimi contemplatione, qua diuinæ maiestatis honorabilitatem interminabilem contemplaris: ac præclara discretione, qua cuncta ordinatè decenterq; peragis. Insuper de corporalibus diuinissimæ virginis vberibus hęc quę-
unt exponi, quæ beatissima vbera prorsus deificata sunt, ex contactu assiduo ac suctione oris adorandi incarnatiq; sponsi, fragrantia vnguentis optimis, id est, lacte virginali dulcissimo, quod Dominus vniuersitatis sumpsit & suxit ex eis contra famem ac sitim, quas sponEx vitis patrum. tè ac dispensatiuè propter nos assumpsit & toleravit. Legitur de sancto Abraam cremita & anachoreta præcipuo, quòd Maria nepte ipsius ad tempus decepta ac prostituta, ipse vt eam reduceret, militarem induit chlamydem, & tanquàm alienus & secularis, cũ ea in loco turpi-

turpitudinis manducauit. Cumq; illa collum eius cœpisset stringere, & vultum deosculari, mox odorata est suauissimam fragrantiam corpusculi sancti viri, quod virtute abstinentiæ ac continentiæ suæ, etiam sensibiliter suauissimè redolebat: quo facto, illa protinùs est compuncta. Et tale quid de alijs quoquè legitur sanctis. Quanto magis piè credendum est, innocentissimum benedictissimæ virginis incomparabiliter sobriæ, castæ, ac virtuosissimæ, sacrosanctum corpusculum, deificataq; vbera suauissimo fragrâsse odore, præsertim quum tam prædominans virtus ac puritas animæ, soleat redundare ac apparére in corpore? Oleum effusum nomen tuum. Certum, quòd nomen sponsi tantò dulciùs sapuit, splendidiusq; effulsit in corde præclarissimæ virginis, quo ipsum sponsum amauit feruentiùs, contemplabatur lympidiùs, ac aptior fuit ad gustandum dulcedinem sponsi istius, vtpotè ab omni inordinata affectione ac sensuali delectatione immunissima & intacta. Illa etenim mens apta est gũstare, quàm dulcis sit dominus, quæ nulla inordinata affectione inquietatur, nec vlla sensuali delectatione afficitur. Ampliùs possunt hæc verba esse sponsi ad virginem gloriosam: Oleum effusum nomen tuum: id est, tu ipsa ô mater charissima, visceribus internæ suauitatis tota redundans, omni misericordia affluis, tu præclarissimæ famæ es, tu portas pię memoriæ absque insitę tibi dulcedinis adspersione nunquàm ingrederis, recordatio tuí reficit mentem: ideò adolescentulæ, id est, animæ innocentes ac simplices, seu recenter regeneratæ aut conuersæ, & adhuc pusillæ, dilexerunt te. Te enim præ omni pura creatura amãt vniuersæ fidelium animæ, seu cuncti fideles tanquàm summam & optimam dominam, sanctam sanctarum, aduocatam & matrem, precipuumq; refugium & cooperatricẽ reparationis humanæ, cui regnum misericordiæ est commissum. Trahe me post te. Quanuis excellentissima virgo fuerit sublimiter cõfirmata in gratia, nihilominùs fuit viatrix, & incessanter proficere poterat ac, profecit in omni virtute: & quo humilior erat, eo cordialiùs omne bonũ, omnẽ gratiam ac profectũ Deo suo ascripsit, cuius pietati ac gratię totaliter atq; humilimè fuit innitẽs, orationibusq; insistens: ideò orãs dixit, Trahe me post te, id est, tu Deus & fili ac sponse meus, præcordia animæ meæ indesinenter allice & applica tibi, cum maiori perfectione, cum calidiori affectu, cum contemplatione sublimiori. Prætereà si beatus Apostolus Paulus, multiq; alij sancti, in hac vita desiderauerunt dissolui, & esse cũ Christo, quan- Philip. 1.
to magis benedictissima ac ardentissima virgo, præsertim post sui filij ascensionẽ, extúc ergò vbertim locuta est, Trahe me post te, id est, ad regnũ gloriæ tuę me transfer, & illic me tecum constitue: instante verò sua assumptione, diuitiùs separationem nõ ferens, affectuosissimè protulit verba hæc. Ideò tunc per angelum denunciauit ei filius eius, quòd statim assumeretur. O quotiès & quàm deuotè ac feruidè post filij sui assumptionẽ ità locuta est, quandò sacra loca passionis, crucifixionis, sepulturę & ascẽsionis vnigeniti sui filij visitauit: qualiter tũc suspirauit, afficiebatur, anhelabat ad ipsum? qualiter sacri amoris æstuabat affectibus? Curremus in odore vnguentorum tuorũ. Constat beatissimã hanc præ vniuersis cursu profecisse celerrimo, & spiritualium odore charismatum allectam, indefessè ad totius fontem beatitudinis adspirâsse ac festinâsse, atq; ad imitandũ eius vestigia, suis orationibus, meritis & exẽplis innumerabiles exaltauit electas puellas, immò vtriusq; sexũs personas. In- 2. Cor. 12.
troduxit me rex in cellaria sua. Ex scripturis elicitur, quòd Paulus & Moses Deum in hac vi- Exod. 33.
ta per speciem clarè & immediatè viderunt. De Ioanne quoq; cantatur Apostolo: Nunquàm vidit tot secreta purus homo puriùs: sed piè censetur in his sacratissima virgo excepta, atq; præ cũctis priuilegiata, ità quòd rex ac filius eius, diuitias gloriæ suę ac gloriam diuitiarum suarum æternalium increatarum, clariùs, iucundiùs ac eminentiùs demonstrauerit suę felicissimæ ac præclarissimæ genitrici, quàm alicui cæterorum: sicq; per contemplationem introduxerit eam in cellaria sua, in secreta & abdita sapientię suę, in mansiones cælestes, in occultissimas ac profundissimas theorias, tanquàm familiarissimam secretariam & consiliariam suam, & tanquàm sapientissimam sponsam ac dilectissimã suam matrem, cui vtiquè secretiora aperuit. Exultabimus & lætabimur in te. Hoc virgo glorificanda in persona sua & spiritualium filiarum suarum perfectarum locuta est, quę in sponso (sicut expositũ est) gloriatæ sunt vehementer: & ipsa potissimè, quę tam pacificè, tam secretissimè ac quietissimè, tamque familiarissimè cum ipso conuersata est in terris, inspiciens & alloquens eum ad
libitum, in quem sancti angeli optant prospicere: nec poterat affectuosissima virgo adspe- 1. Petri 2.
ctibus tam gratiosissimi, speciosissimi ac delectabilissimi pueri, ex sua mũdissima carne progeniti, fatiari. Istud quoquè in persona adolescentularum, id est, proficientium animarum, sacratissimam virginem alloquentiũ, potest exponi, quę valdè exultant & gloriantur in ea, tanquàm in pulcherrima, præstãtissima, pijssima, charissima & optima domina: referẽdo ta-

men finaliter gloriationem iſtam ad Deũ totius ſalutis obiectũ. Memores vberũ tuorum ſuper vinum. Iugiter enim reminiſci debent animæ noſtræ ſpiritualiũ vberum virginis benedictæ, hoc eſt, totius charitatis & miſericordiæ eius ad nos, qbus animas noſtras tanquàm benigniſſima mater dulciter fouet: ſed & corporaliũ vberum eius debemus purè & frequenter ac delectabiliter memorari. Nonnè enim ſuauiſſima ſunt vbera illa ad contemplandum, quæ regem gloriæ nutriuerunt, quæ vniuerſæ fœcunditatis fonti alimoniã influxerunt, quæ prouiſori cæli & terrę ſuſtentaculum præbuerunt, & corpus illud digniſſimum, quo ſumus redempti, ſic alere & ad incrementa perducere ſunt electa? O vbera fœcundiſſima. O pulcherrimi fontes, ex quibus lactei riui in os atq; corpuſculũ adorandi infantuli profluxerũt.

Recti diligũt te, ò amabiliſſima ſpõſa, celeberrima virgo, deificatiſſima mater. Tota eqdem bona, pia, dulcis, ſpecioſa, amabilis es, nec quicquã feueritatis inuenitur in te. Nigra ſum, ſed formoſa. Fuiſti enim, ô ſuauiſſima virgo, nubilo dolorioſiſſimæ cõpaſſionis, triſtitiæ ac mœroris, in oñi dilectiſſimi filij tui paſſione ſaluifica, cooperta, impleta ac penetrata: immò doloris gladio perforata, eratq; tunc in te duplicatus parturiẽtium dolor: & niſi te omnipotentia filij tui conſeruâſſet, præ doloris vehementia, rupto (vt creditur) corde, mox expirâſſes: ſed reſeruauit te filius tuus Eccleſiæ ſuæ in magnum profectum credentium. Veruntamen in tot tribulationibus atq; doloribus, in tantis anguſtijs ac preſſuris manſiſti formoſa: quia & hæc tanta compaſſio & afflictio tua, fuit tibi ipſi ineffabiliter meritoria, & per eam promeruiſti facultatem efficaciamq; præcipuam ſuccurrendi omnibus nobis. Nempe ſi Paulo Apoſtolo dicere licuit, Suppleo ea quę deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia: quanto plùs ſacratiſſimæ matri Chriſti hoc dicere fas eſt? In hoc quoquè reſpléduit, ô feliciſſima domina, formoſitas tua, decor manſuetudinis tuæ, profundiſſima tua humilitas, ac tuæ ſanctitas charitatis, quòd in tota tui vnici prædilectiſſimi filij amariſſima paſſione, nullatenùs mota es aliqua indignatione, auerſione, impatiẽtia aduerſùs crudeliſſimos ſceleratiſſimoſq; tui precioſiſſimi filij perſecutores & crucifixores: à quibus & tu reputabaris vilis, iniqua, deformis, ſicut tabernacula Cedar, videlicet vt impiiſſimi ſeductoris mater infelix, cùm eſſes pulchra in anima inſtàr pellium Salomonis, & cæliformi pulchritudine perornata, aſſimilata decori veri pacifici, qui extẽdit cælum ſicut pellem. Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, id eſt, conſiderationi anguſtiarum & tribulationum mearũ non ità ſitis intentæ, ô filiæ, id eſt, animæ virtuoſæ, vt retrahamini à mearum imitatione virtutum, formidine ſuſtinẽdi afflictiones atq; aduerſitates: quia decoloratio me ſol, id eſt, amore filij mei (qui eſt ſol iuſtitiæ) omnia toleraui, cuius & vos debetis veſtigia ſequi, ac libenter eius intuitu & amore aliquid ſuſtinere, eiq́ue intimè cõdolere, qui dignatus eſt tot ac tanta pro veſtra pati ſalute. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, id eſt, ſacerdotes & ſcribæ ac phariſæi filij ſynagogæ matris meæ, me acriter perſequuti ſunt. Siquidem quicquid iniurię, detractionis, amaritudinis, conuicij ac tormenti meo filio intulerunt, totum intulerunt & mihi, quæ vnus ſpiritus eram cum vnico meo, eumq́; plùs quàm meipſam dilexi, & magis de eius, quàm de proprijs perſecutionibus affligebar: quoniam innocentia, ſanctitas ac dignitas eius, mihi præ cunctis innotuit. O quàm ferociter contra me pugnauerunt, quandò tam dilectiſſimum & incomparabilem filium, ſponſum, conſolatorem, mihi tam immaniſſimè abſtulerũt: & ſicut filiũ meum ſanctiſſimũ, ità & me impugnauerunt conuicijs & tormentis, inuidiæ iaculis, oblocutionum & irriſionum aculeis. Poſuerunt me cuſtodem in vineis, id eſt, crudeles impijq́; Iudæi filium meum pulcherrimum regem Meſſiam, eis promiſſum, tam feraliter trucidando, meruerunt finaliter relinqui à Deo, peruenitq́; ſuper eos ira Dei vſq; in finem, quia dixerunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Itemq́;: Non habemus regem niſi Cæſarem. Idcircò & ego ab eis auerſa, vineam ſynagogæ deſeruí, de qua fui, & pro qua eram ſolicita: & facta ſum cuſtos, aduocata, mater & domina vinearũ Eccleſiæ ex gẽtibus cõgregatæ. Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, id eſt, tu præamantiſſime fili rex gloriæ, da mihi iam interim, quãdiù in hoc ſeculo nequã detineor, lucidè cõtemplari, immò de die in diẽ ſplẽdidiùs intueri, qualiter in throno illo beatitudinis ſempiternæ reſideas, & in cõprehenſoribus lucis increatæ quieſcas, eosq́; ſuperſubſtãtiali tuæ deitatis pane reficias, atq; ad glorioſam tuam preſentiam me citò digneris trãsferre, nè vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorũ, id eſt, nè inter perfidos iſtos Iudæos diutiùs perſeuerem, q tuam ſic perſequuntur primitiuã Eccleſiam ex Iudaiſmo conuerſam, cuius perſecutio eſt mihi grandis afflictio. Nempe & tu, ô fili mi, inter eos adhuc cõuerſans, dixiſti: O generatio incredula, quàm diù inter vos ero? q̃diu patiar vos? qui etiam ſunt greges tuorũ ſodaliũ, id eſt, ſubditi pontificũ, q ſe iactãt Dei vicarios

Ioan. 19. Lucæ 2. Col. 1. Pſal. 103. Matth. 27. Ioan. 19. Matth. 17. Marc. 9.

rios ac miniſtros, cùm ſint pontifices Synagogę ſatanę. Sed quoniã dominus & Saluator voluit ſuã benigniſſimam genitricem per aliquot annos poſt ſuam aſſcenſionem permanere in terra ad multorum ædificationem, conuerſionemq́; ludæorum, ſpõſus ſubiungit: Si ignoras, id eſt, quoniam vtiquè non ignoras te, ô pulchra inter mulieres, id eſt, omniũ perfectiſſima fœminarum, quæ non ſpiritũ huius mundi, ſed ſpiritum q ex Deo eſt, accepiſti, vt ſcias quæ à Deo donata ſunt tibi. Vndè & in tuo cantico cecineriſti: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, eccè emẽ ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes: qa fecit mihi magna qui potens eſt, id eſt, omnipotens me ſuã cõſtituit matrem. Quoniã ergò id nõſti & ſcis, te omni puræ creaturæ prælatã in dignitate: idcircò egredere & abi poſt veſtigia gregum, id eſt, incredulos & auerſos Iudæos piè conſidera, & eorum pericula patienter attende. Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorũ, id eſt, carnales & vitioſos Iudæos, tuis reſoue oratiõibus & exemplis, vt ſaluos facias quoſdã ex eis, quatenùs per ſanctorũ patriarcharũ fidem & ſpiritualẽ ſcripturę intelligentiam nutriãtur ac informẽtur. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Hoc ſecundùm expoſitiones præhabitas, præclariſſimè cõpetit virgini glorioſiſſimę, quę vniuerſis angelicis ſpiritib' facta eſt dignior, meritis maior, mercede felicior, quę & omnem aërearum malitiã poteſtatũ prorſus in ſeipſa & in alijs multis auxilio ſuo deuicit. Pulchrę ſunt genę tuæ ſicut turturis. Virginem, preſertim adoleſcẽtulam, condecet pudor. Itaq; caſtus pudor, verecundia ſapientialis, non puerilis, erubeſcentia ſancta, non anxia & mundana, ſic abundabant in pectore virginis ſummæ, quòd & in roſeo eius vultu reſplenduerunt, eiusq́; genas corporeas pulcherrimè venuſtabant. Non procax, audax aut garrula, ſed taciturna, timorata & verecunda extitit optima virgo, inſtarq́ue turturis ſoli Deo in ſecreto intentiſſima fuit, cuius collum fuit ſicut monilia, id eſt, altitudo ſuæ magnanimitatis ac ſuæ voluntatis libertas, quę nomine colli ſignificãtur, omni humilitate, ſubiectione, & obedientia ornabantur, ità quòd nec magnanimitas eius immoderatè ſe extulit, nec humilitas eius ſe inordinatè depreſſit, nec ꝓpria libertate vnquàm abuſa eſt, immò quo extitit maior, eo verè humilior fuit. Murẽnulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argẽto. Per murẽnulas iſtas intelliguntur glorioſa præconia, quibus in ſcriptura cõmendata eſt excellentiſſima domina, quę preconia aurea ſunt, dum de conceptione, natiuitate & educatione filij Dei ex ea laudatur. Similiter dum beatitudo eius & gloria commendatur, ſeu quãdò de ſua patientia, humilitate, ſobrietate magnificatur, preconia eius vermiculantur argẽto. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuũ. Per nardum, herbam ſpicoſam, ſuauiter redolentem, atq; naturę calidæ exiſtentem, deſignatur vel humilima charitas, vel ardentiſſima humilitas, virtuoſorum actuum fructibus plena virginis admirandæ, quę nardus tam ſuauiſſimè coram ſuperexcellẽtiſſimo Rege fragrauit, quòd regem ipſum in ſinu patris quieſcentem oblectauit atq; attraxit ad aſſumendam ex virgine præelecta naturam humanam. Deindè rege hoc per incarnationis myſterium in eius vtero nouem menſibus commorante, aucta eſt fœcundiſſimæ virginis gratia, virtus, deuotio, ſeq; latiùs diffuderunt. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. Sicut nõs Ieſus Chriſtus fuit ſuæ digniſſimæ genitrici materia copioſæ lætitiæ, ità & copioſæ triſtitiæ. Et quicquid pro humani generis redemptione filius eius ſuſtinuit, ipſa per modum faſciculi recollegit, colligauit, & cordi ſuo firmiſſimè ad recolendũ impreſſit. Et ſicut quibuſdam ſanctis creditur reuelatũ, amabiliſſima virgo à filij ſui infantia grauiſſimos frequenter tolerauit dolores, inſpiciendo amantiſſimum ſuum & manus eius ac pedes tractando ſeu intuẽdo, quia certiſſimè nouerat & frequenter conſiderabat, qualiter filius ſuus eſſet ab impijſſimis crudeliter occidendus, perforandus, ac crucifigendus: ex qua conſideratione tantam interdùm compaſſionem & afflictionem incurrit, quòd venit quaſi ad ecſtaſim & defectũ: & tunc verè dicere potuit: Faſciculus myrrhę, dilectus meus mihi. Verùm ex conſideratione abundantiſſimi fructûs paſſionis filij ſui, & ex gloria ſuæ reſurrectionis, aſſcenſionis, ac plenæ victorię eius, tantam conſolationem concepit, quòd dicere quiuit: Botrus Cypri, dilectus meus mihi. Ipſa vtiquè pleniſſimè habuit dicere, Sicut abũdat Chriſti paſſio in me, ità per Chriſtum abundat conſolatio mea. Itemq́;, Secũdùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Ideò autem voluit Chriſtus matrem ſuam chariſſimam ſibi in omnibus tam præcordialiſſimè condolere, vt ipſa per hoc copioſiùs mereretur pro peccatoribus innumerabilibus exaudiri, & ſecum glorioſiùs coronari: quia vt ait Apoſtolus, Si compatimur, & conregnabimus: & ſicut ſocij ſumus paſſionis, ità & conſolationis. Hinc & iam verba bona, verba conſolatoria, à filio proferuntur ad matrem: Eccè tu pulchra es amica mea, eccè tu pulchra: quia ſplendore mundiſſimæ

1. Cor. 6. Lucæ 1. Pſal. 93. Roma. 8. 2. Cor. 1. 2. Cor. 1.

simæ virginitatis incomparabiliter radians,atq; supernaturali fœcunditate ac genitura diuina præfulgens,corporali decore,omni exteriori moralitate, cunctorum diuinorum claritate charismatum coruscans. Oculi tui columbarum,id est,columbina ac ouina simplicitate conspicui.Eccè tu pulcher es,dilecte mi & decorus.Non enim pulchritudo immensa infinitaq; sanctitas tuæ deitatis,vllam incurrit labem aut minorationem, assumendo ex me carnis substantiam,& in medio veteri mei requiescendo,atq; ex me oriendo: immò per hæc tuam pietatem,dignationem,charitatem interminabilem clariùs demonstrâsti,& in vtraq; natura tu pulcher es:vt in præinductis iam expositionibus patuit.Lectulus noster floridus, id est,cellula veteri mei,in qua per incarnatiõis mysterium quiescere elegisti,omni flore virginitatis ac fœcunditatis altissimè decoratur:spiritalisq; lectulus noster,videlicet pax interna,conscientia pura,contemplatio sancta,gremium charitatis,floridissimus & inuiolabilis iugiter fuit.In eodem quoquè materiali lectulo purissima virgo cum dilectissimo suo sponso infantulo Iesu Christo creditur frequenter quieuisse,cum interna iucunditate:& certè floridissimus extitit lectulus ille, in quo duo illi vernantissimi, suauissimi, & incomparabiles flores,virgo mater & filius Deus,cõquieuerunt:vbi genitrix sanctitatis,& ipsa sanctitas cõfluxerunt. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Per domos istas, possunt intelligi corpus virgineum matris sanctæ,& corpus saluificum vnigeniti eius. Per tigna verò cedrina & laquearia cypressina,varia horum corporum membra,instàr cedri ac cypressi odorifera,& ab omni putrefactione ac corruptione seu incineratione penitùs alie-
Actor. 2. & 13. na.Siquidem caro Christi non vidit corruptionem:nec ambigitur,quin filius ille omnipotens naturaliter bonus & pius,amantissimam ac fidelissimam matrem suam cum corpore & anima assumpserit in gloriam:ità tamen, quòd anima eius priùs per mortem fuit à corpore separata,ac paulopòst rursùs ei vnita.Potest quoquè hic locus spiritaliter explanari,intelligẽdo per domos has,animam Christi,in qua plenitudo diuinitatis granosissimè ac glorio-
Colo.2. sissimè,immò & per vnionem hypostaticam habitauit,in qua thesauri sapientiæ ac scientiæ sunt collecti,& anima virginis præamandæ,quæ anima cum ineffabili excellentia fuit templum spiritussancti,sedes sapientiæ,domus supernorum charismatum,cella cælicorum aromatum. Tigna domorum istarum,fuerunt virtutes perfectæ ac eminentes existẽtes in eis, earumq; diuinissimi actus laquearia nuncupantur.

¶Expositio 2.capituli,Ego flos campi.De Christo sponso & sponsa eius vniuersali,quæ est Ecclesia. Articulus sextus.

LOcuta est sponsa in fine præcedẽtis capituli,lectulus noster floridus: quod approbans sponsus,subiungit:[Ego flos]sed quia adiecit[campi,]videtur insinuare ipsi sponsæ,non solùm quiescendũ esse in lectulo contẽplationis,de quo ipsa iam dixerat,Lectulus noster floridus:sed interdùm egredi oportere ad campum actionis, quasi dicat sponsus:Ego per latitudinem atq; planitiem orbis terrarũ volo pdicari,& Euangeliũ meũ diffundi:idcircò te primitiuã Ecclesiam,& tuos prælatos ac posteros ad prædicã-
Lucę 8. dum idoneos,hortor lectulum contemplationis exire,& prædicare vndiquè Euangeliũ regni.sum[& lilium conuallium:]id est,humiliũ,qui seipsos reputant imos & viles, ac cæteris decliuiores,quia in talium cordibus figor ac floreo,dulciterq; odoro.Vel lilium conuallũ, id est,gentilium,in imo infidelitatis ac vitiorum suorum iacentium, quibus sum Euangelizandus,quatenùs in me credendo,per fidem & charitatem reflorcant,&actibus virtuosis re-
Origenes doleant. Deniquè per campum,qui est planities terræ,cui cultura adhibetur,Origenes intelligit populum Iudæorum, qui per prophetas colebatur ac legem. Per conuallem verò, quæ solet esse saxosa atque inculta,gentilitatem.Christus ergò, qui fuit primò flos in populo Iudæorum,factus est lilium in plebe gentilium conuersorum: quia Iudæis ob suã perfidiam derelictis, gratiam conuersionis dedit gentilibus.Insuper Christus rectè flos appellatur:Primò, ob suam teneritudinem: Secundò,ob immarcescibilem sui cordis floritionem,in omni sapientia & virtute, in omni opere bono & fructu copiosissimo, quo genus reparauit humanum:Tertiò, proprer suæ sanctitatis odorem & famæ fragrantiam: Quartò, quoniam pulcher adspectu & delectabilis ad contemplandum,ac pulchrior cæteris, sicut flos graminibus. Dicitur quoquè conuenienter flos campi, quoniam sicut in campo flos oritur sine defossione & cultura humana ex fœcundatione primordiali & influxu cælesti: sic ex præstantissima virgine natus est Christus absque seminatione virili.De quo Isaias prę-
Isaiæ 53. Isaiæ 11. dixit:Ascendet sicut virgultum,& sicut radix de terra sitienti.Itemq;ue:Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.Porrò,secundùm Gregorium,Christus flos nominatur,quoniam spinas vitiorum exterminando, mentem sponsæ ornat decore iustitiæ

& naribus cordis,dum cæleste desiderium applicat,quasi bono odore interiora animæ refocillat.Secũdùm Anselmum,Christus flos dicitur:quoniam sicut flos spem fructûs promittit,sic Christus omnibus in ipso sperantibus est spes glorię:qui etiam lilium dictus est,quoniam sicut lilium pulchrum est visu & delectabile odore atq; adspectu,ac suo odore longè positos reficit,& candorem foris demonstrat:sicq; paulatim aureum colorem intùs latẽtem pandit foris.secùs,sic Dominus Iesus ineffabiliter pulcher ac dulcis,peregrinãtes in isto exilio desiderio reficit sui amoris,& natus in mũdo,primò apparuit homo sublimis, ac tempore procedente cognitus est verus existere Deus. Postremò per florem campi, liliumq; conuallium,quidam intelligunt ipsam sponsam siue Ecclesiam in terra hac peregrinantem,virtutibus floridam,conuersatione suauem,humilitate prostratam, ac fama flagrantem. [sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias.]id est,quemadmodùm lilium spinis multipliciter eminet pulchritudine & odore ac alijs,& tamen inter eas exoritur:ità & Ecclesia sponsa mea charissima,cæteris antefertur gentibus splẽdore virtutũ, pulchritudine meritorum, & fructificatione in aliorum conuersione,& tamẽ inter perfidas nationes in isto seculo cõuersatur,impiorũq; persecutione,oblocutione,inuidia pungitur velut spinis,sicut Christus
Ioan.16. prædixit:In mũdo pressurã habebitis.Et iterùm:Eccè ego mitto vos sicut oues in medio lu-
Matth.10. porum.Hinc ad Philip. 2 scripsit Apostolus:Sitis sine querela, simplices filij Dei,sine reprę-
Thren. 4. hensione in medio nationis prauæ atq; peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria mundi, verbũ vitæ continentes. At verò nomine filiæ seu filiarũ,solent ad literam in scripturis gentes seu populi significari,iuxta illud Isaiæ 47. Descẽde,sede in puluere, filia Babylon.Et Zachariæ 9. Exulta satis filia Sion.In Threnis quoq; legitur: Gaude filia Edom. Possunt quoq; per filias,Ecclesiæ hæreticorum designari,quæ potiùs dici merẽtur prostibula dæmonum, quàm Ecclesiæ:nec vocantur Ecclesiæ absolutè,sed cum additamento diminuente.Catholici aũt hæreticorum argumentationibus,detractionibus,persecutiõibus multipliciter sunt grauati.[sicut malus inter ligna syluarũ,sic dilectus mẽ inter filios:]Malus adiectiuè, idem
Ioan.15. est quod non bonus:substantiuè verò significat lignum,cui velum nauis appendit̃,& etiam arborem quandam syluestrem, cuius pomũ vocatur málum.Itaq; sensus est:Sicut arbor illa
Ibidèm. syluestris,quę dicit̃ málus,cæteris arboribus syluestribus,quæ cõmuniter in fructu osæ sunt, præfulget & antefertur visu,odore,fructu,& gustu,sic sponsus cælestis Dominus Iesus Christus,vniuersis filijs hominũ præeminet omñi pulchritudine & odore virtutũ,fructu operum ac doctrinæ,gustu cõsolationis & refectiõis internę:cuius cõparatione alij sunt quasi ligna syluestria,ex seipsis sterilia,sed per gratiã eius fœcunda, secundùm quod dixit eisdem: Sine
Ioan.14. Matth.28. Psalm.16. Thren. 4. me nihil potestis facere.Et denuò:Ego sum vitis vera,vos palmites.Sicut palmes nõ potest ferre fructũ à semetipso,nisi manserit in vite:sic nec vos,nisi in me manseritis. [Sub vmbra illius quẽ desiderabam,sedi.]Ecclesia in hac vita quiescit & viuit sub vmbra sponsi,id est, gratiosa protectione,instructione,& illuminatiõe ipsius,qui respectu beatificæ visionis & luminis gloriæ,meliùs dicitur vmbra quàm lux,dicente Apostolo: Videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.De hac vmbra sponsus promisit Ecclesiæ, dicens:Non relinquam vos orphanos.Et rursùs:Eccè ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.Vndè & Sapientiæ 5.legitur:Dextera sua teget eos,& brachio suo defendet illos.Pro qua defensione orauit Propheta:Sub vmbra,inquit,alarũ tuarũ pro-
Psalm.118. tegę me.De qua re locutus est Ieremias:Spiritus oris nostri Christus Dominus, cui diximus, In vmbra tua viuemus inter gentes.Sine hac vmbra viuere non valemus in gratia.Hanc igitur vmbram cupit Ecclesia,immò plùs cupit ipsum sponsum,& clarum facialemq; eius intuitum:à quo quoniam interìm elongatur & distat dissimilitudine,appetit eum contempla
Psalm.18. ri in fide per donum sapientiæ,atque ab omnium visibilium & inuisibilum impugnationibus hostium, pietate ipsius defendi, angelica ope muniri, Ecclesiasticis sacramentis & prælatorum custodijs adiuuari:nec fraudatur spe sua,sicut subiungitur:[& fructus eius dulcis gutturi meo:]id est,refectio sua,qua modò me alit per diuinorum infusionẽ charismatum,per spem & contemplationem futurorum bonorum,per sacra eloquia, per sacramentorum edulia,per quotidianũ profectũ ac alijs modjs,est mihi valdè suauis:ità quòd æquanimiùs dilationem gloriosæ præsentiæ suæ sustineo,sicut testatur Propheta: Quàm dulcia
Matth.11. faucibus meis eloquia tua.Et iterùm:Dulciora,inquit,super mel & fauũ. Hinc Ioan.4.sponsus loquitur:Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,nõ sitiet in æternum,sed fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitam æternam.Et rursùs:Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.Hinc quoquè Actuum 2. narratur de primitiua Ecclesia:Sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis. Prætereà quàm copiosè & delicatè reficia-

turà ſponſo, ſubinfert: ¶Introduxit me Rex in cellam vinariam: ¶id eſt, in ſpiritualiũ alimentorum exuberantiam, in ſacram ſcripturam, & in veram ac ſpiritalẽ eius intelligentiam, quæ ſobriè inebriat mentem, in ſacram communionem, qua ſub ſpeciebus panis & vini ipſemet ſponſus verè incompræhenſibiliterq; accipitur. Introduxit me quoquè in cælestis patriæ delicioſiſſimam manſionem, dando mihi aliquantulam tantæ gloriæ prælibationem, & certam ipſius ſpem atq; notitiam amoroſam ac refectiuam. Specialiſſimè verò introducta fuit
Lucæ 22. primitiua Eccleſia in cellam vinariam, quandò in die ſacro Pentecoſtes in cœnaculo illo, in quo Chriſtus cœnam ſuam celebrauit nouiſſimam, ſpiritumſanctum accepit in igneis linguis, & tanta illius plenitudine fuit potata, quòd ſponſum ſuum cum omni fiditia Euange-
Actor. 2. lizare incepit, in tanto feruore, quòd incredduli irridendo dixerũt: Muſto pleni ſunt iſti. ¶Ordinauit in me charitatem, ¶id eſt, præordinauit ab æterno diligere me per eximios ac præcipuos charitatis effectus, ſicut iam mihi multipliciter demonſtrauit, perſonaliterq; teſtatus
Ioan. 15. eſt: Maiorem, inquiens, charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et denuò: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Immò & ipſe prior dilexit me. Ordina-
Ibidèm. uit quoquè in me charitatem, id eſt, præcepit mihi, vt quicqd ego fecero, tolerauero, habuero, ponam ſub ordine diuini amoris, id eſt, ad charitatem Dei tanquàm ad ſummã virtutem ordinem ſemper ac referam, nec aliquid agam, niſi ſit ordinabile ad Deitatis amorem, id eſt, niſi ſit tale, quòd per ipſum queam in charitate proficere. Iterùm, ordinauit in me charitatẽ, id eſt, nõ ſolùm præſtitit mihi ipſum habitum charitatis, ſed & per gratiam ſpecialem mihi donauit ordinatum vſum ſeu actum charitatis, vt ſcilicet id priùs ac maximè diligam, quod primò & maximè eſt amandũ, videlicet ipſum Deũ, deindè creata ſub ipſo ordine congruente: quia & ordo charitatis cadit ſub pcepto, vt homo inprimis ſummè & incõparabiliter toto corde diligat Deũ, deiñ ſeipſum, tertio loco parentes, deincèps propriã ſobolẽ, quintò domeſticos & propinquos ac benefactores: q oẽs noĩe proximi deſignantur, ſub quo etiam noĩe, beati in patria intelliguñt, immò & in Purgatorio exiſtentes. Circa hoc loqtur Origenes: Omnes hoĩes amant aliqd, & nullus eſt q ad id ætatis venerit vt poſſit amare, & non aliqd amet: ſed hic amor ſeu charitas, in aliquibus ſuo ordine congruẽter procedit: in plurimis verò cõtra ordinẽ, dum ſcilicet aliqd diligit, quod nõ debet, aut quod debet diligit, ſed plùs aut minùs iuſto. In illis verò, quos valdè paucos arbitror eſſe, q ſcilicet per viã vitæ incedũt, & nõ declinant ad dexterã aut ſiniſtrã, in ipſis ſolis ordinata eſt charitas. Eſt aũt menſura & ordo charitatis, vt in dilectione Dei nullus modus, nulla menſura ſit, niſi hæc ſola, vt
Matth. 22. totum exhibeas quantũ habes. In dilectione aũt proximi, aliqua eſt menſura: Diliges, inquit, proximũ tuũ ſicut teipſum. Si ergò in dilectione Dei minùs aliquid feceris quàm potes, aut certè inter te & proximũ non ſeruaueris æquitatẽ: non eſt in te charitas ordinata, nec ordinẽ ſuũ tenens. Nam ſi, vt ait Apoſtolus, ſumus alterutrùm membra, hũc affectum erga proxi-
Roma. 12. mum habere debemus, vt eos non quaſi aliena corpora, ſed vt mẽbra noſtra diligamus. Secundùm hoc ergò, quòd membra inuicèm ſumus, æqualẽm erga oẽs dilectionẽ habere debem⁹: ſecũdùm hoc verò, quòd ſunt in corpore aliqua mẽbra honorabiliora & honeſtiora, alia verò inhoneſtiora & inferiora, pro membrorũ meritis & honore librari debet mod⁹ dilectionis. Vndè magìs eſt diligendus, q in via ſalutis nos inſtruit, & à peccati præcipitio ad
1. Theſſ. 5. lucẽ reuocat veritatis, ſicut ait Apoſtolus: Abũdantiùs habeatis in charitate eos, q in Dei verbo laborant. Similiter qui gratiam inſtruendi nõ habet, ſed tamẽ innocentis & iuſtæ eſt cõuerſationis, magìs amandus eſt eo qui impiè conuerſatur: & hanc materiã prolixè & pulchrè
Ambroſi. declarat atq; proſequitur Origenes. Inſupèr Antiſiodorenſis in tertia parte ſuæ Summæ inquirit: Quis ordo obſeruandus eſt in dilectione? Ad quod reſpõdet: Ambroſius dicit, Primò debemus diligere Deũ, ſecundò noſipſos, tertiò parentes, quartò filios, quintò domeſticos, ſextò extraneos, qui ſi boni ſunt, præponendi ſunt filijs atq; domeſticis malis: Septimò & vltimò inimicos. Et dicimus, quòd nullus eſt diligẽdus, niſi quia bonus, vel vt ſit bonus: & qui magìs eſt bonus, magìs eſt diligendus, cæteris circunſtantijs paribus. Etenim quẽ ſcimus meliorẽ, debemus magìs diligere, id eſt, maius bonũ ei velle, nõ tamẽ oportet, vt diligamus eũ magìs, id eſt, maiori affectu. Nam tribus modis dicĩ aliqd plùs amari. Primò, ad maius præmiũ ſiue ad gratiã amplioré. Secũdò, maiori affectu. Tertiò, quo ad maiorẽ exhibitionem exteriorẽ. Hæc Antiſiodorẽſis. Qui loco præallegato alia multa de hac materia ſcribit, de quaetiã Thomas in Secunda Secũdæ per plures quæſtiones ſcribit pleniſſ. ¶Fulcite me floribus, ſtipate me mális, quia amore langueo. ¶Vniuerſalis Eccleſia ex perfectorũ, qui ex charitatis vehementia languent, hæc ait ad ſponſi ſodales, paranymphos, amicos, videlicet angelos ſanctos ſiue prælatos, & contemplatiuos ac prædicatores: quẽadmodùm aũt ſponſa carnalis

nalis præ deſiderio ſponſi langueſcens & afflicta de illius abſentia, floribus recreatur & pomis, ſuaui odore ac dulci ſapore: ità Eccleſia perfectorum ex feruẽtiſſimæ dilectionis impetu ſauciata, eo quòd cupitis ac inceſſabilibus ſui ſuperpulcherrimi ac ſupernobiliſſimi ſpõſi amplexibus nequeat in vita hac frui, profert hæc verba: quanuis enim amor faciat in dilecto lætari, tamen ob dilecti abſentiam, facit triſtari atq; affligi, & cruciatus huiuſmodi nominatur hîc languor. Deniquè ſicut carnalis amor prædominãs, qui amor ἔρως hereos appellatur, corpori infirmitatẽ inducit, (quia ad amorem talem conſequitur trãſmutatio corporalis exceſſiua diſcrucians, & inquietudo imaginationis, ex quibus fit homo ad refectionem ſomnumq; impotens) ſic ſpiritualis amor perfectus ecſtaticus parit redundantiã grandem in corpus partemq; ſenſitiuam, quia appetitus ſuperior mouet, immutat, & poſt ſe trahit appetitum inferiorem, quemadmodùm ſphæra cæleſtis ſuperior inferiorem, ex qua redundantia, ſicut ex prænominata, fit indiſpoſitio corporalis naturæ, & alteratio harmoniæ immoderata ac innaturalis, vt præcipuè patet in raptu, ad quem grauis concomitatur afflictio, præciuè in reditu ad ſe. Vndè in Daniele legitur: Lãgui (inquit) poſt viſionem. Ezechiel quoq; Danie. 8.
ait: Vidi, & cecidi in faciem meam. Et Iſaias: Corrui, cùm audirem: conturbatus ſum cùm vi Ezec. 44.
derem, emarcuit cor meum. Taliter ergò ſpiritali ac ſynceriſſimo languens amore Eccleſia, Iſaiæ 21.
dicit ac deprecatur: Fulcite me floribus, id eſt, replete & expolite me contẽplationibus ſpõſi mei conſolatorijs, claris ac dulcibus. Stipate me mális, id eſt, circundate & vallate me internis refectionibus ex prælibatione futuræ ſalutis, quatenùs taliter recreata, vires reſumam & gloriæ dilationem, beatificiq; adſpectûs ſponſi abſentiam æquanimiùs ferã. Inſupèr fulcite me floribus, id eſt, reformationibus membrorum ac filiorũ meorum, vt videam eos per gratiam reflorere, quos vidi in peccatis marceſcere. Stipate me mális, id eſt, quotidianis profectibus, quibus tanquàm odoriferis ſaporoſiſq; pomis reficiar. Málum, quippe nunc pro pomo accipitur arboris máli: ficq; ex intuitu profectûs mei & conuerſionis ac reformationis filiorum meorum, huius incolatum exilij ſuſtineam patienter. Nam & Apoſtolus dixit: Per- Philip. 1.
manere autem in carne, neceſſarium propter vos. Deniquè audiens ſponſus piam hanc Eccleſiæ querimoniam atque peritionem, miſertus eiſdem, ſtatim ſubuenit, & conſolatus eſt eam: prout ipſa fatetur, ſubdendo: ¶Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ¶Per læuam ſeu ſiniſtram ſpõſi, ſignificatur gratioſa conſolatio, ac preſentia eius per fidem & dona ſpiritalia in hac vita, per virtutes infuſas, per ſacramenta & præguſtationem futuræ beatitudinis: per quæ omnia ſponſus conſolatur, ſuſtentat, confortat Eccleſiam, ſicut
orauit Apoſtolus: Deus ſpei vos repleat omni gaudio in credendo, vt abundetis in virtute & Roma. 16.
gratia ſpirituſſancti. Hanc læuam tenet ſponſus ſub capite ſponſæ, id eſt, ſub ratione & mẽte ipſius, illuminando, exhilarando, roborando eam per iſta. Iuxta hũc modum Pſalmiſta loquitur de electo: Cùm ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Por Pſal. 36.
rò per dexteram ſponſi inſinuatur glorioſa manifeſtatio eius per ſpeciem, quæ Eccleſiã militantem finito vitæ huius curriculo totaliter rapit in ſe, iucũdiſſimè amplexatur, & triumphantis Eccleſiæ ſocietati eam innectit, ſicut ſponſus promiſit Eccleſiæ: Ego, inquiens, diſ- Lucæ 22.
pono vobis regnum. Et rurſùs: Pater volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant cla Ioan. 17.
ritatem quam dediſti mihi. Itemq;, Vado vobis parare locum. Et iterùm: Veniã, & aſſumam Ioan. 14.
vos ad meipſum, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Præ- Ioan. 16.
tereà pius amoroſuſq; ſponſus conſpiciens Eccleſiam charitate tam languidam, atq; ex ſua conſolatione paululùm repauſantem, pro ea non inquierãda ſolicitus eſt, ſicut ſubiungitur in eius perſona: ¶Adiuro vos filię Hieruſalem: ¶id eſt, ô Eccleſiaſticæ perſonę ſeu animę adhuc fragiles & procliues ad culpas, ¶per capreas ceruoſq; camporum: ¶id eſt, per veſtros primos prælatos, ſanctos Apoſtolos & apoſtolicos viros, ſeu per Prophetas & Patriarchas, q oẽs per capreas deſignantur ac ceruos, quoniam interioris viſûs acumine vigent, & virtutũ mõtana contemplationiſq; alta conſcendunt, in quibus paſcua animarum ſuarum requirunt, quemadmodùm capreæ cernunt valdè acutè, & paſcendo ſcandunt ad montes, ac inſtàr ceruorum agiles ſunt ad actus virtutum, & iuuant ſe inuicèm. Et ſicut deſiderat ceruus ad fon- Pſal. 41.
tes aquarum, ità ad fontem adſpirant ac ſitiunt vitæ æternæ. Quemadmodùm autem iurare
Deo non competit, propriè loquendo, niſi per ſemetipſum, ſicut ad Hebræos docet Apoſto Hebr. 6.
lus, ità non competit ei propriè adiurare, niſi per ſe. Idcircò per ceruos capreasque adiurat, inquantùm aliquid diuinæ perfectionis & authoritatis in ipſis relucet. Ampliùs propter proprietates quaſdam irrationabilium animalium, ſolent homines per talia deſignari, prout in Libro Geneſeos Iacob ſanctus dixiſſe narratur: Catulus Leonis Iuda, Neptalim ceruus Gene. 49.
emiſſus, Iſachar Aſinus fortis, fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, Beniamin Lupus ra-

Haiæ 14. pax. Sicq; Isaias, de Achaz & Ezechia loquẽs, De radice, inquit, colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Itaq; adiuro vos, id est, per iurationẽ prohibeo, ⁊nè suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã: ⁊id est, nè spõsam meã Ecclesiã, vtporè perfectiores & superiores in ea, inquietetis, perturbetis, seu à tranqllitate suæ contẽplationis & recollectiõis in Deo impediatis aut abstrahatis, implicãdo eã exterioribus curis, mundanis negocijs, actiuæ occupationibus vitæ, & nè inter vos sitis contentiosi, aut alio modo grauiter offendatis, propter quod ipsa cogatur interrumpere suæ cõtemplationis quietem, & circa vestrã pacificationem, correctionẽ, refrenationẽ solicitari ac distrahi. ⁊quoadusq; ipsa velit: ⁊id est, quousq; ipsa rationabiliter & spontè consentiat suscitari ac taliter occupari, videlicet tempore opportuno, qa interdùm vult ipsa ꝓpter cõmune bonũ forinsecùs euocari, & opera pastoralis exercere officij, dũ pręcepto aut legitima electiõe, seu ratiõabili ad hoc cõpellitur causa. Nam & Apostolus scripsit: Iudicia si habetis inter vos, cõtemptibiles qui sunt in Ecclesia,
1. Cor. 6. illos constituite ad iudicandũ. Et rursùs: Non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis.
1. Cor. 10. Circa hęc scribit Anselmus: Virtutes quas inhianter desiderare debetis, sine quibus nemo potest ad vitam peruenire æternã, in capreis ac ceruis naturaliter cõsiderantur. Caprea nãq; acumine oculorum suorũ herbas sibi vtiles à nociuis discernit, eligit, comedit, & in suum traijcit ventrem: pascendo quoquè tendit ad montium altiora. Quòd si fuerit sauciata, herbam quãdam dictamum nomine quærit, & eius tactu ferro expulso cum ipsa putredine, recuperet sanitatem: sic sancti viri acumine sui ingenij, ope spiritussancti salubres sententias à falsis discernunt & amplectuntur, atq; seipsos ac alios spiritaliter nutriendo, ad sublimitatem virtutum altitudinemq; regni cælestis toto conatu festinant. Si autem sagitta diaboli fuerint vulnerati, Christum tanquàm dictamũ requirunt, & per pœnitentiam curari nituntur. Porrò cerui has virtutes naturaliter habere dicuntur, quòd tempore sui amoris optima pascua inquirentes, regionem suam relinquũt, alienam introeũnt: & hoc noctù, quia in die videre & capi verentur. Quòd si magna aqua eis occurrerit transuadanda, sese vicariè deuehunt: ità vt primus ac fortior, super clunes suas portet caput sequentis, secundus itidèm caput tertij, & ità vsq; ad vltimum: Vltimus autem qui portatur nec portat, succedit in locum prioris, qui portat & non portatur: sicq; dictante naturali amore, alter iuuat ab altero, quousquè, quò pergunt, perueniant. Similiter sancti viri amore Christi feruentes, dum vitæ pascua quærunt, & per mare seculi huius transire habent, charitatiuè iuuant se mutuò, quousq; ad concupitam cælestis patriæ deueniant mansionem. Insuper fertur, quòd si cerui obstacula aquarum in via reperiant, quãdò à canibus insectantur, trãsiliunt ea, aut reflexis cornibus frangunt, sicq; à canum morsibus se tuentur: sic sancti viri per fidem & operationem, seu per duo charitatis præcepta, à dęmonum insectatione se muniunt. Legitur etiã, quòd ceruus caligantibus sibi præ senio oculis, manducat serpentem: quo æstuans, currit ad fontem: & eo potatus, vomit venenum, recuperat visum, ac superflua quæque deponens, quodammodò reuiuiscit: sic electi, si fortè ex tentatione diaboli, per consensum aut effectum illicitũ in se serpentem receperint infernalẽ, ad fontem pietatis diuinæ per pœnitentiã currũt, in quo, à suis loti inquinamentis, illustrantur ac reuiuiscunt. Prætereà dicuntur capreæ & cerui camporum, quoniã sancti Apostoli & apostolici viri, per spatia orbis terrarũ ad euangelizãdum vndiq; cucurrerũt, & in locis diuersis quasi in campis magna habuerunt certamina, omniq; virtute ac meritis tanq̃ camporũ floribus se ornârunt, atq; ab hominibus aliquãdò seceden tes, in secretis & solitarijs locis quasi in campis Deo vacantes, ibi meditabantur & hauriebãt à Dño, quod posteà sermocinati sunt populo. Prætereà præinductã sponsi adiurationem zelo sponsæ ad subditos inferioresq; factam, sponsa cognouit & valdè gratãter accepit. Vndè subiungitur: ⁊Vox dilecti mei.]quasi dicat Ecclesia: Adiuratio illa à spõso processit, qui intantùm me diligit, tamq; libenter in meis amplexibus, in contemplationis lectulo requescit, quòd prohibuit me suscitari quousquè egomet vellem. Et quasi quæreretur à spõsa, vbi est dilectus tuus, qualiter venit ad te, & vbi eum poterimus reperire, respondet: ⁊Eccè iste venit saliẽs in montibus, transiliens colles:]id est, per incarnationis mysterium venit in mundum à summo cælo egrediens, de cælis descendens, in ordinibus angelorum velocissimè operãs, per carnis propagationem à patriarchis prosiliens. Venit quoquè in mõtibus saliens, id est, perfectissimas virtutũ actiones exercens, pręclarissima miracula copiosissimè faciens, incõprehensibilia mysteria implens: qa diuinam naturam cum humana in vnitate personæ coniunxit, de virgine natus est, inter homines vixit, qui Deus est & cõditor angelorũ: sicq; trãsilijt colles, quia à Prophetarũ oraculis vsq; ad Apostolos se deduxit, omniumq; virtutes atq; prodigia sua omnipotẽtia ac perfectione trãscendit: sed & superbos Iudęorũ põtifices, scribas,

bas, ac pharisæos ac seniores in suis dignitatibus, scientijs & officijs gloriantes relinquendo transilijt, & ad Ecclesiam ex gentilitate electam descẽdit. Deniquè saliens venit, quia de sinu patris venit in vterum virginis, de vtero virginis in pręsepe, de pręsepio in templum: deindè vectus est in Aegyptũ, ac indè relatus, inter homines est cõuersatus: post hæc ascendit in crucem, indè descendit in monumentum atq; in limbum, indè resurgens apparuit suis discipulis, tandèm coram ipsis scãdit in cælum, redijtq; ad patrem, à cuius sinu, corde & intellectu inuariabilis ac immensus nunquàm recessit. Consequẽter sponsa exponit, qualiter suo dilecto conueniat salire in montibus, collesq; trãsilire. ⁊Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum.]Hinnulus est filius cerui ac ceruæ. De proprietatibus autem capreæ ac cerui, iam dictum est. Christus itaque capreæ comparatur, quia & ipse præ cunctis acutissimo viget intuitu oculi intellectualis: & sicut caprea visu suo clarissimo herbam sibi vtilem à nociua discernit, sic Christus iustos discernit & separat ab iniquis. Et sicut caprea in locis montanis magnos saltus exercet atq; celeriter currit: sic iuxta expositionem iam introductam, Christus venit saliens in montibus, & transiliens colles. Vndè assimilatur & hinnulo velocissimè cursitanti ac salienti, & montium iuga petenti, ac cõmoranti in arduis: qui & secundùm carnẽ ex patriarchis est natus. Patriarchę aũt & sancti viri, sicut iam patuit, cerui vocantur. Velocitas demũ capreæ, 2. Regum 2. insinuatur, quo legitur: Azahel frater Ioab velocissimus cursor fuit, quasi vnus ex capreis. Sed & propter teneritudinem suæ cõplexionis, Christus hinnulus nuncupatur. ⁊En ipse stat post parietem nostrum,]id est, multùm approximauit nobis, ità quòd inter ipsum & nos non videtur mediare nisi paries, id est, nostrę mortalitatis conditio: qua ab eius claro impedimur intuitu, & à beatifico visu: quia dum sumus in corpore, peregrinamur à Dño, & corpus hoc corruptibile aggrauat animã. Stat quoq; post parietem nostrum, id est, caliginosum interstitium, quod inter statum viatorum beatorumq; mediat, quoniam ignorantia atq; obscuritas nostræ cognitionis diuidit inter ipsum & nos. Item stat post parietem nostrum, quoniã concupiscentiæ & opera carnis passionesq; sensitiuę partis impediũt nos ab ipso: qbus sublãtis seu reformatis, mox ad nos plenè ac splẽdidè introibit. Stat demùm post parietẽ nostrum, id est, in nostra humanitate, quam assumpsit, nobis appáret, & tamen in ea nobis suam deitatem celauit. ⁊respiciens per fenestras,]id est, per assumpti corporis sensus, & per documenta atq; miracula, per quę tanq̃ per fenestras nos illustrare dignatus est. Vel per fenestras, id est, sanctos Apostolos, & per alios ꝑdicatores pastoresq; sanctos, per quos discutit, inuestigat ac edocet subditos. ⁊prospiciens per cancellos,]id est, per secretas inspirationes, per arduas vias internæ exercitationis, allocutionesq; abditas, iuxta illud Iob: Quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius. Prospicit quoq; per fenestras, id est, per directiones ꝑceptorum, & per cancellos, id est, suggestiones Euangelicorũ consiliorũ. Postremò fenestræ & cancelli, per quos inspicit sponsam, sunt ꝑparationes ac desideria cordis, quibus se ad sponsi susceptionẽ disponit, & ingressui eius se aperuit. ⁊En dilectus meus loqtur mihi, Surge:]id est, de quiete & actu contemplationis ad exercitia vitæ actiuæ procede, & de secreto ad publicum. ⁊propera]per charitatis feruorẽ & obedientiæ prõptitudinem, hoc ipsum festinãter implendo, ô ⁊amica mea,]per mutuã charitatis affectionem, ⁊columba mea,]quæ ornaris virtutibus, per proprietates colũbę significatis, vtpotè verecunda, simplex, mãsueta, non fellea nec inuidiosa. ⁊formosa mea:]id est, plena decore virtutũ, donorum ac meritorũ. ⁊& veni,]iam repetitis vicibus inuitata, & tam multis amorosis expressa nominibus, ex qbus meritò charitas tua ad me magis accẽditur. ⁊Iam emĩ hyems trãsijt,]id est, tẽpus infidelitatis, seu rigidæ obseruatiõis legis, finem accepit. ⁊imber] id est, abundantia tribulationis ⁊abijt & recessit:]de quo imbre in Euangelio legit, Descendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerũt in domũ illã, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ⁊flores apparuerũt in terra,]id est, bonæ dispositiões & inchoatiões ad actus virtutũ in hominibus inueniunt, sicut saluator dixit Apostolis: Videte regiones, qa iam albę sunt ad messem. In flore emĩ spes atq; initiũ fructũs inueniũtur. ⁊tẽpus putationis aduenit,] id est, inchoatũ nũc est tẽpus ab æterno præordinatũ conuersioni gentiliũ, in quo ipsę gentes incredulæ & iniquæ sunt spiritaliter circuncidendæ, amputando ab eis passiones & vitia, omnemq; perfidiã, sicut à vinea abciduntur sarmenta sterilia. ⁊Vox turturis audita est in terra nostra:]id est, electa pars plebis gentilis, desiderium veræ salutis ac cõuersionis cœpit habere, cœpitq; se ad gratiam præparare, ꝓuenta piè à Dño, vel angelica inspiratione, aut ex fama & aliqua auditione legis Mosaicæ. Nam & ipso Christo in terris Euangelizante, multi gentilium confluxerunt ad eum ex Decapoli & Syria, Tyro, Sidone, & alijs locis: vt ex Euãgelio probatur, atq; ex Actibus patet Apostolorum, quòd Eunuchus potens Cãdaces regi-

Iob 3.

Matth. 7.

Ioan. 4.

Matth. 4. Marci 3. Actor. 8.

næ,venit in Hieruſalem adorare,legitq; Iſaiam prophetam. [Ficus protulit groſſos ſuos,]id eſt,ſynagoga(quæ fuit aliquãdò arbor fici fœcunda)iam protulit ſenſus ſuos carnales, quibus literam ſequitur occidentem,obſeruantiamq; legalem in cæremonialibus,in qbus ponit ſpem ſuam,magis quàm in fide &gratia Saluatoris:&putat per talia mihi placere ſine in-
Auguſtin. teriori ſynceritate ac deuotiõe,cùm talia nũquàm placuerint mihi ex parte operis operati, ſed operis operantis.Ficus ergò accipit hîc pro arbore fici:& groſſi fici, propriè nuncupantur fructus immaturi,ineptiq; eſui.[Vineæ florentes dederunt odorem ſuum:]id eſt,electæ congregationes ex Iudaiſmo,per conuerſæ ſuæ conuerſationis dulcedinem me attraxerunt ad exaudiendum preces earum,vt per earũ miniſteriũ ac doctrinam incipiam gentiles con-
Actor.17. uertere.Hoc totũ eſt,quod in Actibus Apoſtolorũ aſſerit Paulus:Tempora prioris ignorantiæ deſpiciens Deus,nũc annunciat omnibus hominibus,vt oẽs vbiquè pœnitentiã agant,
pſal.101. iuxta quẽ modum ait Pſalmiſta ad dñm:Tu exurgens miſereberis Sion, quia tempus miſe-
Galat.4. rẽdi eius,qa venit tempus.Vndè rurſùs teſtat Apoſtolus:Vbi venit plenitudo tẽporis,miſit
2.Cor.6. Deus filiũ ſuum.Itemq; Eccè nunc tempus acceptabile,eccè nũc dies ſaluris. Hinc in Ac-
Actor.3. tibus Princeps Apoſtolici chori fatetur:Omnes prophetæ à Samuel & deincèps annunciauerunt dies iſtos.Itaq; per ꝓdicta videt Chriſtus primitiuã exhortari Eccleſiam ad conuertendum gentilitatem,atq; ad laborandũ pro proximorum ſalute per vitiorum amputationem & virtutum inſertionem.Vndè adhuc admonet:[Surge amica mea, ſponſa mea,& veni]ad exequendum actus præfatos,& per hanc tam frequentem eiuſdem exhortationis reiterationem inſinuare videtur,quòd primitiua Eccleſia ex Iudæis collecta,erat multùm difficilis ad relinquendum ſynagogam,vt gentilibus prædicaret.Nam multis annis poſt Chriſti aſcenſionem mãſerunt Apoſtoli in Iudæa,& cùm Princeps Apoſtolorum conuertit Corneliũ cen-
Actor.10. turionem ac ſuos,diſceptabant aduerſùs eum quidam ex Iudæis conuerſi, dicentes: Quarè introiſti ad viros præputiũ habentes?Paulus quoquè & Barnabas,vt conſtat in Actibus,diù hincindè pergebant,prædicantes ſolis Iudæis.Hinc ſponſus tam amoroſè,blandè, dulciter & frequenter primitiuam Eccleſiam ad gentium conuerſionem exhortans, ait:[columba mea]per puram & ſimplicem intentionem,[in foraminibus petræ,]id eſt,habitans in firmiſſimis munimentis fidei & virtutum,& in profundo humilitatis.[In cauerna maceriæ:] id eſt,in abſcondito protectionis diuinæ,quæ eſt ipſis credentibus murus ac paries contra aduerſarios ſuæ ſalutis. Deniquè per foramina petræ, valdè conuenienter intelligũtur,vul-
1.Cor.10. nera ſaluatoris,de quo ſanctus ait Apoſtolus:Petra autẽ erat Chriſtus. Et ipſemet dominus,
Matth.16. Super hanc petram,id eſt,ſuper meipſum,quẽ tu ô Petre confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam.Per cauernam demũ maceriæ,aptiſſimè deſignatur vulnus dominici lateris, in qbus vulneribus ac cauerna ſponſa moratur,dum dominicam paſſionem deuotè,compaſſiuè, ac ſapientaliter meditatur,eiusq; meritis ac virtuti innititur,ac fructum vulnerum horum ſacratiſſimorũ perpendens,in eis ſuam figit fidutiam,in eis omnem ſuam aduerſitatem dulcorat,in contemplatione eorum patientiam diſcit,& vniuerſam ſponſi paſſionem cordi ſuo inſcribit:quod aſſiduè faciendo fit ſponſo chariſſima.[Oſtende mihi faciem tuam:]id eſt, ſtude ac ſatage teipſam mihi puram & irreprehẽſibilem exhibere,& coram me effunde cor tuũ ſyncerè,nec in confeſſione ſacramẽtali quicquam culpæ occultes:oſtende mihi faciem tuam,id eſt,mentem tuam conuerte ad me,& pura intentione coram me ambula, ſicut dixi
Gene.17. ad Abraam:Ambula coram me &eſto perfectus:& imple quod ſcriptũ eſt,Tibi dixit cor me
Pſalm.26. um,exq;uit te facies mea,faciem tuam domine requram.Per promptam quoquè obediẽtiam oſtende mihi faciem tuam,& qa te diligo, faciem tuam ſpecioſam intueri delector.[ſonet vox tua in auribus meis:]id eſt, verba mihi placentia loquere,tamq; ſonorè,ſapienter,ac dulciter Euangelicam legem ſermocinare,& infideles conuerte, vt acceptum ſit mihi: ſubditis quoq; credentibus efficaciter ꝓdica,immò & orationibus,pſalmis,Hymnis,& canticis ſpiritualibus tam feruenter,purè,ſtabiliterq; inſiſte,vt mihi ſit gratum.[Vox enim tua dulcis,]id eſt,prædicatio,oratio,pſalmodia,locutio tua eſt virtuoſa,delectabilis,& accepta.Nam & ea, quæ dicis,agis:quæ doces,adimples:& quicqd prædicas, ad meũ ſpectat honorẽ hominũq; ſalutẽ.[& facies tua decora,]id eſt,mẽs tua,quę eſt interior facies,per dona gratię,per ſapientiam &virtutes eſt reformata ac decorata,& ad intuendũ iucunda,ideò noli hãc per aliquam inobedientiã inquinare.Conſequenter Chriſtus cõmittit prælatis & prædicatoribus ſanctis:[Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas:]id eſt,ad meũ honorem ac veſtram ſalutẽ,apprehendite,conuincite,reprobate,auferte hæreticos, ſchiſmaticos, falſoſq; fratres,& oẽs animarum deceptores,ſimulatores ac callidos: qui particulares Eccleſias & congregationes deuotas nituntur ſubuertere,plurimoſq; decipiunt, fingendo ſe mortuos

huic

huic mundo,& rigoroſam vitam forinſecùs prætendendo,quemadmodùm vulpes famelica fingit ſe mortuam,& tanquàm cadauer neglectum proijcit ſe ſeorſum, euerſis oculis, decidentibus pilis,extenſiſq; pedibus,quatenùs ignorantes & ſuperſedentes ſibi aues deglutiat.
Matth.7. Hoc eſt quod in Euangelio loquor,Attendite vobis à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ,intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces.[Nam vinea noſtra floruit:]id eſt,tota Eccleſia,quæ eſt vna vinea generalis,totalis ac integra,oẽs particulares Eccleſias ſeu vineas in ſe cõplectens ac cõtinens,quæ vinea eſt mea,tanq; dñi principalis ac redemptoris & ſummi paſtoris ac fundatoris,& veſtra,tanquàm agricolarum & vicarialiũ prælatorũ atque
Ezech.3. cuſtodũ ipſius,ſicut Ezechieli locutus ſum:Speculatorẽ te dedi domui Iſrael.Et Iſaias fatet:
Iſaiæ 21. Super ſpeculã dñi ego ſum ſtans iugiter per diẽ.Qui rurſùs ait ad ſynagogã,tãquàm ſibi ſuo
Ibidem. modo commiſſam: Tritura mea & filia areæ meæ,quæ audiui à dño,annunciaui vobis:Hæc, inquam,vinea creſcit quotidiè numero ac merito,& floret in gratia oñiq; decore virtutum: quod tẽpore Apoſtolorũ & poſteà ſæpiùs ità fuit.Ideò præcauendũ,nè à vulpibus illis, quæ fingunt ſe humiles,& reuerà viliſſimæ ſunt,lædatur.Ad hãc iuſſionem reſpondet Eccleſia, videns ſe à ſponſo tã vehementer amari,ac inceſſanter curari ac protegi.[Dilectus meus mihi,& ego illi.]Amoroſæ locutiones ſolent eſſe truncatæ,quoniã magnitudo affectionis verba abrumpit:vt cùm in Euangelio ait Saluator,videſ ac deflens Hieruſalem:Quia ſi cognoLucæ 19. uiſſes & tu,& quidem in hac die tua,quę ad pacem tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab ocu lis tuis.Quemadmodùm igitur eloquẽs Aaron fuit os Moſis, ità in talibus ratio prudens de-
Exod.4. bet ſupplere ac interpretari verba feruentis affectionis,& exceſſiui amoris.Sic ergò & nũc cùm loqtur ſponſa,Dilectus meus mihi,& ego illi:ſupplendum eſt,dilectus meus intentus, familiaris,fidelis,amoroſus atq; dulciſſimus mihi eſt,ego quoq; pro viribus meis intenta,fidelis,affectuoſa,familiaris ſum illi.Ideò per prælatos & filios meos non omittam capere vulpes demolientes.[qui paſcitur inter lilia,]id eſt,in cordibus continẽtium ac purè viuentium & in ſplendore virtutũ delectatur,quieſcit,& quaſi nutriri ſe proteſtatur. Iuſtus emꝫ dñs
Pſalm.10. & iuſtitias dilexit,& recti habitabunt cum vultu ipſius:qui ait per Hieremiã prophetam: Si
Pſal.139. ſeparaueris precioſum à vili,quaſi os meũ eris.Vndè in Apocalypſi de talibus fertur: Hi ſe-
Hiere.15. quũtur agnũ quocunq; ierit.[donèc adſpiret dies,]id eſt,vſq; ad diẽ iudicij,&quouſq; dies
Apoc.14. gloriæ æternalis adueniat:ſic paſcit ſponſus inter candidos viatores,quos tũc transferet ad pleniſſimam beatificæ fruitionis refectionem qua paſcet eos.[& inclinentur vmbræ:]quia tunc ceſſabit imperfectio noſtræ cognitiõis,& mortale hoc induet immortalitatẽ, nec diutiùs erunt electi ſedẽtes in tenebris & vmbra mortis.Omnis aũt contẽplatio vitæ preſentis, reſpectu beatificæ viſionis, vmbra eſt,& velut caligo ac ſomnus.[Reuertere:ſimilis eſto dilecte mi]Hæc verba ſunt ſponſæ,tanquàm Eccleſia in perſona prælatorum ac prædicantium dicat:Tu mihi,ô ſponſe,officium prædicationis & paſtoraliũ executionem actuũ commiſiſti:in quibus quia parata ſum tuo obedire imperio, precor, vt citò digneris reuerti ad me,applicando me tibi in exercitijs vitæ contemplatiuę,atq; in florido lectulo noſtro prę-
Ioan.15. fato me dignanter ac dulciter amplexando.Reuertaris quoquè aſſiduè ad me,per quotidianam tuæ gratiæ cõfortationẽ,ac tui gratioſi ſubſidij exhibitionem:vt quod mihi iuſſiſti,dignè adimpleam,quę ſine te nil agere queo.Inſuper reuertere ad me,quatenùs de huius inco latu exilij,& de tenebris vmbraq; mortis vitæ iſtius,ad diẽ æternitatis & ſplẽdoris,ad lumen gloriæ transferre digneris,& in hoc eſto ſimilis[capreæ hinnuloq; ceruorũ:]implendo celeriter deſiderium meum,ſicut animalia iſta,de quorum proprietatibus dictum eſt,velociſſimi motus ſunt, quoniam te clarè ac fruitiuè intueri ſummè deſidero, ſicut dixit Apoſtolus:
Rom.7. Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic quoq; ſimilis eſto capreæ ac hinnulo[ſuper montes Bethel:]id eſt,in perſonis militantis Eccleſiæ iam perfectis, quæ cupiunt diſſolui,&aptæ ſunt te protinùs frui,& rectè montes dicuntur,propter eminẽtiam
Philip.1. gratię ac virtutum ſuarum,& propter altitudinem dignitatis eis conceſſæ,quæ etiam mõtes Bethel vocantur,id eſt,mõtes Eccleſiæ,quæ eſt domus Dei.Bethel equidem,domus Dei interpretatur. Vel,ô dilecte,ſimilis eſto,id eſt,tu exiſtens ac habitãs ſuper mõtes Bethel,id eſt, ſuper oẽs choros angelorũ,q; ſunt mõtes Bethel,id eſt,triũphantis Eccleſiæ,quę eſt ſumma, pulcherrima,ac pfectiſſima domus Dei,tu(inquã)ſimilis eſto capreæ,ſicut iã expoſitum eſt.

¶Expoſitio eiuſdem Capituli de Chriſto & ſponſa particulari. Articulus 7.

LOquitur ſponſus cæleſtis ad animam amoroſam,Ego flos campi.tanquàm dicat, Rectè dixiſti,lectulus noſter floridus,quoniam ego ipſe ſum flos cãpi,id eſt,omnis intellectûs creati deuoti ac feruidi,quia in ipſo tanquàm in campo pulchro ac plano ſto,moror,quieſco ac floreo,& ipſum adorno ac florentem efficio,& ità tu ipſa

ô anima feruida, ſponſa mea, es campus floridus & decorus. Et ſicut campus exterior floribus, virgultis, ſeminibus, fructibusq; ornatur, ſic decorata es gratia virtutibusq; infuſis, donis, fructibus, meritis ac beatitudinibus viæ. Et quia ſyncera & ſimplex es, tortuoſitatibus iniuſtitiæ, ſpinis ac tribulis paſſionum vitiorumq; carens, atq; per charitatis latitudinem ad omnes etiam inimicos te extendens, inſtàr campi plana ac lata es: ideò in te tãquàm in campo amœno ac grandi libenter deambulo. Iterùm ſicut campus aratur, ſeminatur, & colitur à domino ſuo: ſic tu præpararis ad gratiam, ſeminaris ac fœcundaris à ſpiritu ſancto. Si itaq; vis, vt ſim flos tuũ ſpius, nequaquàm permittas in agro cordis tui vitia pullulare, cogitationes inutiles paſſionumq; motus manere, ſed mihi reſerua hunc campum, vt excolam, impinguem, ac fœcundificem eum, & in eo tanquàm in paradiſo deambulem, ad quod tibi neceſſè eſt, vt quo ego dignantiùs & gratioſiùs egero tecum, eo tu exiſtas humilior, gratior atq; ſubiectior, & nequaquàm tanquàm vacca laſciuiens extollaris de donis tuis. Quoniam ego ſum & lilium conuallium, id eſt, humilium, in quorum mentibus velut vallibus deſcendunt, colliguntur, multiplicantur, ac feruent gratiarum mearũ chariſmata, ſicut vallibus aquarum abundant fluenta, & radij ſolis plùs inardeſcunt: & ſicut lilium dulcem reddit odorem, eiusq; pars aduſta medicinalis efficitur: ſic ego mentem quam inhabito, dulcẽ, in ſeipſa tranquillam, alijsque benignam efficio. Igne quoquè paſſionis aduſtus, factus ſum animarum medela. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, id eſt, tu ô anima mihi fidelis, contemplationi intenta, & feruens amore: animabus ſecularibus, quæ aculeis paſſionum ſuarum pungunt ſeipſas, & per iram, impatientiam, detractionem ac conſimilia vitia lacerant alios, ità præſtantior, pulchrior, ſuauior amabiliorq; conſiſtis, vt lilium ſpinis:
2. Tim. 3. ideò ſicut lilium ornat campum, ſic tu Eccleſiam. Veruntamen quoniam omnes qui volunt piè viuere in me, perſecutionem patientur, ſic oportet & te pati aduerſa, & irriſionibus, obtrectationibus, iniurijs iniquorum quaſi ſpinis tranſfigi aut tangi: quod totum ſi æquanimiter tuleris, & bona pro malis reddideris, dulcedinemq; manſuetudinis ac pij & charitatiui ſermonis inter iniuriantes effuderis, ſicut liliũ inter ſpinas ſuauẽ ſpargit odorem, digna es nomine lilij. Si verò remordes, iraſceris, indignaris, & malum pro malo rependis, ſeu detrahendo repungis, iam deſinis eſſe ſponſa mea, nec lilium, ſed ſpinam te iudico, nec ſequeris me, qui cùm maledicerer, non remaledicebam: cùm paterer, nõ comminabar, immò pro crucifixoribꝰ meis orabã. Fac ergò ſimiliter, nec aliorũ improbitate vincaris, ſed tua potiùs charitate, manſuetudine, humilitate, beneficentia, aliorum auerſionem, iram, elationem iniuriationemq; vince, & lucrare ſic proximos tuos, ac plures mihi ſponſas acquire. Deniquè his anima virtuoſa erudita doctrinis, ſponſum commendat, dicendo: Sicut mãlus inter ligna
Pſal. 44. ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Quia ſpecioſus eſt præ filijs hominum, & tanta excellentia in omni virtute præfulgens, vt eius cõparatione cæteri ſint quaſi ligna ſylueſtria,
Prou. 30. eſtq; lignum vitæ omnibus appræhendentibus ipſum. Vndè & baiulans ſibi crucem, ac foris iam marcidus, comparauit ſe florido & immarceſcibili ligno, dicens: Si in viridi ligno
Lucę 23. hæc faciunt, in arido quid fiet? Et quoniam ipſe incomparabiliter maior me eſt, ideò comparo eum arbori mãlo, quæ ab eo comparata ſum lilio. Ipſe enim non ſolùm ſua ſanctitate ac fama odorat ſuauiter, ſed & paſcit ſalubriter, quod ego facere nequeo, niſi miniſterialiter, inquãtùm idipſum ab ipſo accepero. Sub vmbra illius, quem deſiderabam, ſedi: id eſt, cordis cuagatiões vitaui, nec per plura diſperſi me, cùm vnum ſit neceſſarium: idcirco ſub huius vnius vmbra quieſcere ſtudeo, quoniam vmbra eius à concupiſcẽtiarum feruore, à paſſionum vitiorumque æſtu refrigerat, & cupiditatis ignem extinguit. Idcircò, ô nomine, ſub vmbra tuæ omnipotentiæ à malignorum poteſtate ſpirituum ſim ſemper ſecurus, ſub alis
Iob 17. pietatis tuæ defende me, pone me iuxtate, & cuiuſuis manus pugnet cõtra me. Nempe ſi De
Roma. 8. us pro nobis, quis contra nos? Maledictus autem qui confidit in homine, & ponit carnem
Ierem. 17. brachium ſuum, & à nomino recedit cor eius. Ideò in te dñe, etiam ſi occíderis me, ſperabo? Et fructus eius dulcis gutturi meo. Etenim fructus arboris huius eſt, quicqd virtutis & gratię, quicqd conſolationis & gaudij ſpiritalis in nobis extiterit: & oñia merita noſtra ſunt eius dona, ſine cuius actuali motiõe nec aliqd meritoriè poſſumus cogitare. Et ſicut fructus eius in patria, eſt beatifica illa fruitio, qua replet, reficit, oblectat & plenè contentat omnes beatos, ac cætera gaudia eorundem, ſic fructus eius in via, eſt contemplatio illa profunda, pura ac feruida, quæ appellatur myſtica Theologia in apice intellectiuę conſiſtens, omnisq; ſynceritas, quies, oblectatio ei annexa, quæ ſuauiſſimè reficit animam in hac vita: ſed & ſacra communio, intelligentia ſcripturarum, ſpiritalis profectus, & guſtare quàm dulcis eſt nomi nus, ac alia multa ſunt fructus ſponſi iſtius. Similiter duodecim fructus ſpiritûs, de ꝗbus ad

Galata

Galatas 5. ſcribit Apoſtolus. Itaque Chriſtus verè & excellentiſſimè eſt arbor, de qua figuraliter legitur Daniel. 4. Eccè arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum, adſpectus illius erat vſq; ad terminos vniuerſæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorũ in ea: ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli, & ex ea veſcebatur omnis caro. Iſta tamen ad literam de Nabuchodonoſor dicta ſunt: ſed verba ſecundùm ſe ſumpta, applicari poſſent ad Chriſtũ multo ſublimiùs, quàm ad illum. Introduxit me rex in cellam vinariam. Cella vinaria optimè ſaporoſa, ſalubriter inebriatiua, eſt myſticæ viſio theoriæ, tam clara & ardens, quòd eleuat animam ſanctam ſuper cuncta creata, & transfert ac rapit eam in increatum illud obiectũ, ità quòd obliuiſcitur ſuiipſius ac cæterorũ, & tota in abyſſum lucis incircunſcriptibilis abſorbetur, afficitur, inflammatur, atq; ingenti iucunditate perfunditur, ità quòd ex ſententia dicere valet: Torrente voluptatis ſuæ potauit me. Pſal. 35. &
Et rurſus: Concaluit cor meũ intrà me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Hinc Auguſtinus loquitur Deo: Introducis me quandoq; in quendã ſaporem incognitum, Bernardus quoq;: Si quis, inquit, orando obtineat mẽte excedere in diuini arcani theſauros, vndè mox redeat diuino amore vehementiſſimè flagrans, æſtuansq; iuſtitiæ zelo, & ſpiritualibus ſtudijs totaliter feruens: iſte cùm ructare cœperit crapulam vini ſpiritalis lętitię, dicere poteſt: Introduxit me rex in cellam vinariam. Ordinauit in me charitatem, id eſt, gratiam diſcretionis largitus eſt, nè ex ſpiritali feruore me ipſam inordinatè affligerem, aut per intolerabilia mihi exercitia corpus deſtruerẽ. Hæc ordinatio eſt tanto plùs neceſſaria, quanto fuerit charitatis accenſio magis intenſa. Zelum quoq; charitatis oportet eſſe ſecundùm ſcientiam, nè feruens zelator ſuo feruore præcipitet ſemetipſum ac alios. Itaq; quanùs charitas dei nõ poſſet in ſeipſa eſſe nimis intenſa, aut maior quàm decet, immò quo maior, eo & melior: tamen ordinata debet conſiſtere in effectibus, qui ex ea procedunt, aut potiùs putantur procedere. Nam, vt aſſerit Auguſtinus, Virtute nullus malè vtitur: Quia videlicet actus ex virtute directè elicitus, nunquàm eſt malus, ſed ſemper bonus. Virtus tñ, præſertim intenſa, eſt ſæpè occaſio operis exceſſiui: cuius exceſſus ſeu immoderantia nõ eſt directè ac elicitiuè ex virtute, ſed potiùs ex rationis incõſideratione aut indiſcretione, qñ vehementi affectu trahitur ratio, vt minùs attendat quod cõgruit: ſicq; arbitratur ex virtute procedere, quod partim ex indiſcretione & incõſideratione progreditur. Fulcite me floribus, ſtipate me mãlis, quia amore langueo. Flores ſunt actus ſapientiæ & theologicarũ virtutum, per quas immediatè circa Deum verſatur. Mãla verò ſeu poma ſic nominata, ſunt opera exteriora pia ac virtuoſa. Petit igitur anima charitate langueſcens, floribus fulciri, id eſt, incremento diuinę cognitionis interiùs perfici, ſummæ bonitatis dilectione calidiùs inflammari, in expectatione futurorũ bonorũ per ꝓlibationẽ ſuauẽ exhilarari, in ratiõibus credendorũ illuminationeq; fidei creſcere: quatenùs tãtis ac talibꝰ roborata chariſmatibꝰ, queat diuturniùs in ſpõſi amplexibus demorari, nec more ſolito, humana fragilitate naturaliq; inſtabilitate retrahatur ac labatur deorſum. Siqdem optimum eſt talibus gratijs ſtabiliri cor, & planè beatus vir, q impleuit deſideriũ ſuũ ex ipſis. Hæc igiẽ poſtulat anima radioſa, qñ languet amore, ideò pati non valet ſeparationem à ſponſo: ſed quantùm fieri poteſt, appetit tam incõparabili ac ſupernobiliſſimo bono ſtabiliter atq; aſſiduè frui: quæ cùm deſiderâſſet à paranymphis atque ſodalibus ſponſi ſibi miniſterialiter exhiberi, mox à ſponſo eſt exaudita, ſicut ſubiungit: Læua eius ſub capite meo, id eſt, pia & gratioſa viſitatio ac cõſolatio ſponſi, ſuſtentat ac ſtabilit imbecillitatem ac labilem fluxum mentis meæ, nè pondere corporis aut ꝓpria imperfectione ab arce cõtemplatiui intuitûs ruat. Et dextera illius amplexabitur me. In patria, ſicut expoſitum eſt in precedenti articulo. Felix mens quæ ſic in Chriſti pectore requieſcit, atq; æterni verbi amplexibus ſtringitur. Quis hanc cæleſtis ſuperdigniſſimi ſponſi charitatem, dignationem, affluentiam queat exprimere, qui animã in ſinu, immò in corde ſuo ſic ſacit quieſcere, in quo mens taliter trãquillatur, quòd verè dicere poteſt, In pace in idipſum dormiam & requieſcam? Animam aũt ſic ſibi coniũctam non vult ſpõſus importunè in exterioribus occupari, vel ante tempus à ſua reuocari quiete. Ideò ſubditur: Adiuro vos filiæ Hieruſalem, id eſt, ô animæ puſillæ ſubditorũ ac cõmunitatis: per capreas ceruosq; camporũ, iuxta expoſitionem inductam: nè ſuſcitetis neq; euigilare faciatis dilectam, ſponſam meam particularem, à ſuæ contemplationis quiete, quoaduſq; ipſa velit: quæ vtiq; permittit hoc fieri congruo tempore propter fraternam ſalutem, aut vitæ huius prouiſionem. Innoteſcit ex hoc, quàm periculoſum ac improbum ſit, animam contemplationi intentã inquietare. Si enim magnæ eſſet improbitatis, familiariter loquentem cum rege terreno ſine Pſal. 38. Auguſtinꝰ Bernardꝰ. Auguſtinꝰ Heb. 13. Pſal. 126. Pſal. 4.

regis conſenſu auellere, moleſtare, aut deridere: quanto culpabilius eſt, hominem omnipotenti vniuerſorum Imperatori per contemplationem, raptum, ecſtaſimve coniunctum, abſtrahere, ſubſannare aut conturbare? Nam etſi hoc vitandum non eſſet propter hominem, ipſum tamen intuitu Dei, & propter reuerentiam eius eſſet omninò cauendum. Nec de tali homine expedit temerè iudicare: quia hoc eſſet incõuenienti inconueniens addere, ac diſcrimen augere. Veruntamen ſubditus exercitiũ ſuæ contemplationis non debet obedientiæ anteferre, nec charitati proximi in eius neceſſitate: ideò ſi à ſuperiore ſuſcitetur, aut à proximo indigẽte rogetur, obtemperet quantùm valet. Vox dilecti mei, eſt cõmiſſio quam audiui, qua commiſit nè ſuſciter, eo quòd ipſe adhuc velit me ſuis mundiſſimis applicare amplexibus, præueniendo me gratioſè ac præ ſolito copioſè. Nam eccè iſte ſponſus venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, id eſt, cum tanta celeritate ac feſtinantia venit ad me, vt ſalire magis quàm pergere videatur: & tam familiariter adiungit ſe mihi, quaſi mihi ſoli velit vniri, cohærere ac loqui. Ideò capreæ hinnuloq; ceruorum aſſimilo eum, quia & ipſe ſic viſitans me, reddit me interiori viſu acutum, & inſtàr hinnuli ad bona velocem. Verũtamen non ſe oſtendit mihi in propria claritate, ſicut eſt in ſeipſo, ideò addo: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, iuxta expoſitiones prætactas, quaſi dicat, Habet ſe inſtàr amatoris, qui ad domum veniens ſuæ dilectæ, non ſtatim ingreditur, ſed per feneſtras cancelloſq; proſpicit, & aliqualiter ſe oſtendit, quatenùs maiori ſuî deſiderio accendat amicam: ſic & ſponſus iſte infinitam ſuæ amœnitatis ac ſerenitatis amabilitatem, ſuauitatẽ ac decorem aliqualiter mihi nunc pandit, intuendamq; præbet, vt vehementiùs incaleſcam, atq; ad clarum ac beatificum eius intuitum calidiùs inardeſcam. En dilectus meus loquitur mihi, ſuo occulto diuino inſtinctu, & per inſpirationem ac directionem angelicam, per ſcripturas & per homines præſidentes & ſapientes. Surge à contemplationis ſopore, propera amica mea, id eſt, cum omni promptitudine & ardore exerce exteriora quę tibi incumbunt, columba mea, formoſa mea, & veni. Eccè quanta eſt dignitas animæ virtuoſæ ac contemplatiuæ, & quàm amabilem Deo faciunt virtutes creaturam rationalem, quæ tot amoroſis nominibus inuitatur ac nominatur à ſponſo. Iam enim hyems, id eſt, torpor acediæ, frigus inuidiæ, aut ſterilitas vltionis tranſijt. Imber, id eſt, profluuium perſtrepentium cogitationum ac tumultuantium deſideriorum carnaliũ, inſtàr imbris incidentiũ, abijt: flores apparuerunt in terra noſtra, id eſt, virtutũ ornatus eruperũt in agro cordis tui, q eſt terra mea & tua, id eſt, noſtra: mea, per creationem, dilectionem & prædeſtinationem: tua, per conceſſionem & poſſeſſionẽ. Tempus putationis aduenit, id eſt, hora nunc eſt, vt omnem culpam quantunlibèt paruam, abcidas à te, nè quid inueniatur in te quod meum offendat adſpectum, & lucem contemplationis obfuſcet. Itaq; ſicut ſole oriente, fugantur caligines, expelluntur q; tenebræ, & nebulæ diſſipantur, clareſcit aër ac mundi facies decoratur: ſic ſole ſapientiæ ſponſo cęleſti veniente atque ingrediente in animam contemplatiuam, & radiante in ea, omnis torpor acediæ propulſatur, gelu rancoris fugatur, ira ſopitur, euagationes cordis & inordinatæ affectiones pelluntur, & ſerenatur atq; exhilaratur anima tota. Ideò ſponſo adueniente, protinùs eſt ſurgendum & properandum in eius occurſum, vt cum ingenti reuerentia ſuſcipiatur, & quicquid gratiæ dederit, diligentiſſimè conſeruetur: nec aurea illa ſuæ viſitationis hora eſt negligenda, nè forſitan indignatus, poſteà etiam, quanuis rogatus, ſic aduenire recuſet. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, id eſt, oratio pudicæ, caſtæ ac ſolitariæ mentis, ad aures pietatis meæ deuenit, & mihi accepta eſt. Hinc ad animam pœnitentem & gementem, & de ſuis culpis erubeſcentem, benignè reuertor: & ità quaſi tempus vernale reſplenduit animæ. Ficus protulit groſſos ſuos. Per arborem fici, ſignificatur hîc anima fructuoſa, charitatis, pietatis & deuotionis ſuauitate referta: quæ ſtatim vt potuit, cœpit agere aliquid boni ac deuotioni inſiſtere, quanuis exercitia eius eſſent adhuc imperfecta ac immatura, faciliterq; ex vento tentationis ſeu aduerſitatis cuiuſq; labentia. Propter quod deſignantur per groſſos, qui ſunt fructus primi, immaturi, ac leui vento cadentes. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Non ſolùm Eccleſia, ſed & quælibet deuota anima meritò vinea appellatur, quæ in corpore ſuo quaſi in terra plantata, à ſpiritu ſancto principaliter & per eius miniſtros miniſterialiter colitur, à ſuperfluitate ſua purgatur, & fructus virtutum iucundos ſpiritaliter inebriãtes producit. Bonæ quoquè conuerſationis redolet fama, & interna ſuauitate perfunditur, per quam etiam ad proximos habet ſe dulciter. Hanc vineam, id eſt, animam ſuam vnuſquiſque Deo auxiliante, angelo dirigente, ſcripturis ac prælatis docentibus, debet excolere, ab æſtu concupiſcentiæ præſeruare, deuotionis pinguedine impinguare, bonis replere operibus, putare à vitijs, atq; ad perſeuerantiæ maturitatem ac vbertatem perducere.

ducere. Vineæ ergò florentes, id eſt, animæ virtuoſæ benè excultæ, dederunt odorem ſuum, quo proximos ad meliora traxerunt. Idcircò & tu, ô anima quam exhortor, illarum vigilantiam ac virtutes debes ſectari, & cauere, nè negligens inueniaris ac ſœda. Surge contemplando ſuperna, amica mea, per amicitiam mutuam: ſponſa mea, mihi per fidem, ſpem & charitatem deſponſata, à me fœcundata: & veni, vt mihi quotidiè viciniùs ac perfectiùs vniaris: columba mea, id eſt, columbinis proprietatibus decorata, & mihi dilecta. In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Præter expoſitiones præcedentis articuli ſuper hoc introductas, poſſunt per foramina petræ, intelligi tuta ac robuſta latibula gr̃æ, in quibus animæ virtuoſæ quieſcunt, & à ſuæ ſalutis hoſtibus ſe abſcondunt durante hac vita. Hęc aũt latibula, ſunt humilis recognitio, ppriæ defectuoſitatis, ſpes diuinæ ſubuentionis, timor Dei ſyncerus, & mortificatio ſuî ipſius, refugium q; ad Deum, ei iugiter inhærere. Cauerna verò macerię, eſt humilitatis profundũ, ſeu penetratiua conſideratio ſupernorũ: inter quę & nos, cælum velut maceria mediat. Oſtende mihi faciem tuã. Cùm em̃ ſim paſtor bonus, diligenter volo agnoſcere vultum pecoris mei: ideò mentem tuã iugiter orna, vt corã me reſplendeat gratia & virtute, ſapientia & feruore. Mihi quoq;, id eſt, vicarijs meis Superioribus tuis, ſecreta tua oſtende, p̃ſertìm in foro confeſſionis, & quãdò tentatione, ſcrupulo, dubitatione ſeu anxietate grauaris: effunde quaſi aquã ante me cor tuum. Sonet vox tua in auribus meis, id eſt, laudibus meis, precibus & doctrinis inſiſte, & om̃e quod loqueris, tale ſit, vt acceptũ ſit mihi, & per approbationẽ audiatur à me. Impios nanq; non audio, neq; agnoſco, eo modo, quo per prophetã eis teſtatus ſum: Cùm multiplicaueritis preces, non audiã. In Euangelio quoq;: Amèn dico vobis, neſcio vos vndè ſitis: Diſcedite à me operarij iniquitatis. Vox em̃ tua dulcis, videlicet clamor interior, vtpotè amor, virtuoſa affectio, deſideriũ ſctũm: quę adeò placent Deo, vt propter ea etiam vox oris ex ipſis procedens dulcis & placens ſit Domino. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliũtur vineas. Paruulæ vulpes iſtæ, ſunt fraus, dolus, hypocriſis, calliditas, duplicitas, vitia virtutum ſpecie operta, quæ animas virtuoſas ſpiritaliter deſtruunt, & quicqd gratiæ aut meriti habuerint, tollunt. Similiter prauę ſuggeſtiones, tentationum exordia, primi motus, inchoationes culparum: quæ mox in principio ſunt penitùs extirpanda, nè paulatìm totã inficiant animæ vineam. Has vulpes ſtudeãt præſidentes auferre de ſuorum cordibus ſubditorum, immò primo omnium à ſeipſis. Nam vinea noſtra floruit. Hoc vnicuiq; bono paſtori loquitur Chriſtus, dum paſtor cõgregationi ſibi commiſſę præeſt idoneè: ſic congregatio illa eſt communis vinea Chriſti, & eius vicarij. Dilectus meus mihi, & ego illi. Circa hoc ait Bernardus: O ſancta anima, qd dilectus tuus tibi, & tu quid illi? quæ inter vos tam familiaris fauorabilisq; locutio, vt nec penitùs tacere poſſitis, neq; quod ſentitis, exprimere valeatis? Habent enim ſuas voces ipſi affectus, quibus ſe aliquãdò produnt, etiam quandò nolunt: vt timor meticuloſas, dolor gemebundas, amor iucundas. Amor etenim flagrans ac vehemens, præſertìm diuinus, dum ſe intra ſe cohibere non valet, non attendit quo ordine, qua lege, quáve ſerie verborum ebulliat, dummodò ex hoc nullum ſuî ſentiat detrimentum. Itaq; dilectus meus mihi, & ego illi, id eſt, ſponſus ille dulciſſimus adhæret, placet, & congruit mihi, & ego illi. Qui paſcitur inter lilia, id eſt, mũdis meditationibus, virtuoſis affectionibus, ſanctis actibus delectatur, inquinamenta carnis & cordis abhorrens, quoniam non Deus volens iniquitatem ipſe eſt, & omnẽ auerſatur impietatem, immò odio ſunt ei impius & impietas eius. Si ergò vis ſponſum iſtum reficere, & refici ab eodem, talibus lilijs mentem tuam adorna, appræhenſiones phantaſticas, cogitationes q; fœdas & omnem turpem ac ſenſualem exclude affectũ, donec adſpiret dies in quo remuneret ſponſam. Reuertere. Sponſus qppe interdùm diſpenſatiuè ſubtrahit & ſuſpendit ad tempus ab anima pia conſolationis ſuæ præſentiam, deuotionem ſenſibilem, viſitationem ſolitam & internam, atq; alacritatem in cultu diuino, ità quòd anima talis interdùm veretur ſe ſponſum offendiſſe, & ideò eſſe relictam. Sponſus verò id agit, nè ipſa ex promptitudine & opulentia ſpirituali inaniter moueatur, aut ſecuritate nimia reſoluatur, ſed ppriam penſet fragilitatem, ſeq; humiliet, atq; ad ſponſum ſuſpiret frequentiùs: & ſic gratiæ mereatur augmentum, decæterò quoq; cuſtoditior extet.

Prou. 10. Thren. 2. Ioan. 9. Iſaiæ 1. Matth. 25. Bernard⁹. Pſal. 5. Sapien. 14

¶Sequitur expoſitio eiuſdem Capituli, de ſponſo & ſponſa ſingulari. Art. 8.

EGO flos cãpi. Beatiſſima virgo eſt vernantiſſimus, pulcherrimus ac redolẽtiſſimus flos campi, id eſt, ſeculi huius: in quo tanquàm loco certaminis ſumus conſtituti, qa militia eſt vita noſtra ſuper terrã. Ipſa quoq; eſt flos campi, id eſt, horti deliciarum, videlicet paradiſi cæleſtis. Et rurſùs, flos cãpi eſt, id eſt, militantis Eccleſiæ in terra peregrinãtis: cuius ipſa eſt mater, flos, regina, & aduocata, ſuis orationibus ac meritis, p̃curãs

Iob 7.

Eccle-

Ecclesiæ ornamenta virtutum ac redolentiam meritorũ. Deniq; ipsa est flos cuiuslibet animæ deuotæ eam amantis, cuius memoriam nunquàm ingreditur sine fructu, & sine suæ diffusione dulcedinis. Est lilium conuallium. Ipsa instàr lilij præclarè venustat corda humilium. rursùs, ipsa suauissima & incomparabilis virgo deifera, est lilium conuallium, id est, proles floridissima suorum parentum humilium, à quibus velut speciosissimum lilium est exorta:
Matth. 6. nec Salomon in omni gloria sua ità ornatus fuit, vt lilium istud. Et sicut lilium est flos crescens in altum, & tamen repanda ac dependentia folia granaq; aurea habens: sic optima & amabilissima virgo creuit in omniũ arcem virtutum, & nihilominùs excellentiam suarum virtutum per humilitatem depressit, fide quoq;, spe & charitate ac donis spiritûs sancti tanquàm aureis granis ornatissima extitit. Prætereà Christus est flos campi, id est, filius virginis huius, cuius vterus fuit mundissimus cãpus, omni castitate, temperantia, puritate ineffabiliter decoratus. Et lilium cõuallium, descendẽs ex progenie patrũ humilium ac parentũ virginis admirandæ, inter cuius parentes fuit omninò honorabile cõnubiũ, & torus immaculatus: & specialiter in eorum cõuentione, qua virginem dignissimã genuerunt, omnimoda fuit honestas. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quanuis eñ fuerint multæ virgines sanctæ, quarũ quædam martyrij gloriam sunt adeptæ, tñ respectu huius vnicæ virginis singularis amicæ sponsi, quasi spinæ fuisse videntur, in quantùm aliqd culpæ habebãt: & quanuis in se fuerint mundę, non tñ fuit in eis fomes prorsùs extinctus: fuerũt & alijs spinæ, qui ex earũ intuitu, mucrone concupiscentiæ pungebãtur, quanuis ipsę virgines sanctę, non fuerint in hoc ipso culpabiles. Porrò hæc vnica Dei delectabilissima virgo, totius superbeatissimæ Trinitatis media & amica ac socia, ab omni culpa fuit prorsùs immunis: fuit in ea fomes plenè extinctus, & tam intensissima castitate erat repleta, quòd intuentiũ corda sic penetrauit sua inæstimabili castitate virginea, quòd à nullo potuit cõcupiscì, immò potiùs extinxit ad horam illorum libidinem. Sub vmbra illius quẽ desiderabam, sedi. Humilima & quietissima virgo, filij sui veram deitatem omnipotentiamq; cognoscens, tãto perfectiùs sub eius protectione quieuit, & eius auxilio innitebatur, quãto erat humilior: conuersando quoq; in hoc mundo cum dilectissimo sponso ac filio suo, sub eius pietate degebat, sub eius exẽplarissima conuersatione profecit, & corã sermocinante resedit frequenter, verba prædicantis sponsi intentissimè aduertendo, in quibus & miro modo delectabatur, sicut subdendo fatetur: Et fructus eius dulcis gutturi meo. Refecit vtiq; Dñs maiestatis munificẽtissimus, vnigenitus patris, suam præstantissimam matrem copiosissimis ac suauissimis refectionibus mentis, illuminando mirificè, inflammando deificè, exhilarando assiduè, & renouando atq; augendo in ea preciosissima munera gratiarum continuè. Ampliùs, suauissima cordis refectio fuit diuinissimæ virgini, vnicum suũ quotidiè intueri, audire & contrectare verbum vitæ, & dum ipsa domina angelorum filium Dei ex se natum corporaliter lactauit, educauit, deduxit, ipse omnipotens liberalissimus filius, tam capacem & dilectissimã matrem spiritaliter copiosissimè indefinienter refecit, accendit, impleuit. Prætereà virgo gratissima, in qua & cum qua esse fuit Deo deliciosum, cõmendat filium suũ, dicendo: Sicut mãlus inter ligna syluarũ, sic dilectus meus inter filios. Nec eñ ipsa sacratissima virgo intantũ excedit cæteras filias, quãtùm vnigenitus filius eius filios cæteros, quẽ rectè ait excedere filios, sicut
Psal. 52. mãlus ligna syluatica: siquidẽ omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: & oẽs nos quasi
Isaiæ 53. oues errauimus, vnusquisq; in viã suam declinauit: eterñ oẽs peccauerũt, & egent gloria Dei,
Rom. 3. atq; (vt gloriosus dixit Ioannes baptista) q de terra est, de terra est, & de terra loquit: qui aũt
Ioan. 3. de cælo venit, super oẽs est. At verò de hac arbore loquit Alexãder: Mãlus est arbor pulcherrima, cuius fructus sumi iubetur à filijs Israel cũ palmarũ spatulis, dũ habitaret in vmbraculis, & pfert poma coloris aërei: nitentissimus quoq; viror foliorum ipsius, ità intuentibus est acceptus, ut cùm radij solis tãgunt superiora eius, ex reuerberatione fulgoris videatur aureis ramis ornatus: hæc arbor nunquàm suo fructu priuatur, estq; recta, alta, frondosa, delectans flore, recreans odore, reficiensq; sapore. Ideò rectè significat virginis filiũ dñm Iesum Christum, qui delectat nos flore suæ sanctissimæ cõuersationis, recreat odore suæ verissimæ prædicationis, & reficit sapore suæ suauissimæ consolationis: in quo nulla fuit curuitas culpæ, sed summæ perfectionis proceritas, cuius adspectus fuit consolatorius valdè, & folia, id est, verba ipsius auro sapientię radiabant. Introduxit me rex in cellam vinariam. O introduxit, ô beatissima dña, nec solùm introduxit te in cellam vinariam: sed & in ipsum vinum, cui totaliter te intinxit, quia in abyssum diuitiarum ac deliciarum suarũ te prorsùs immersit, omñ benedictione te adimpleuit, & iucunditatibus inebriauit frequenter, præsertìm in annunciatione angelica, in conceptione filij Dei, in natiuitate eiusdem, & aliâs sæpè. Ordinauit in me

in me charitatẽ: quia quicqd de naturali aut quocũq; alio in me fuit amore, totũ plenè & protestatiuè fuit subiectũ charitati, & informatum ab eo, ac iuxta eius imperiũ etiam passiones appetitûs sensitiui mei plenariè regebanť ac mouebanť: nec vnquàm fuit in me inordinata affectio, neq; ad filium meũ, quanuis vnicũ, speciosissimum, pstantissimũ atq; charissimum, fui vnquàm sensualiter affectata, sicut interdùm Apostoli; ppter quod audiẽrũt ab eo: Si nõ Ioan. 16.
abiêro, paracletus nõ veniet ad vos. Charitas quoq; mea fuit circa sua obiecta in suis actibus decentissimè ordinata, ità q; Deũ primò & maximè, ppter puram & infinitã bonitatẽ ipsius
1. Ioan. 4. dilexi purissimè. Deindè, qm̃ prior dilexit me, atq; ad tanta ac talia me prę omi creatura elegit, vt scilicet essem mater ipsius, & ppter cætera eius bñficia generalia, specialia, ac singularia. Ad assumptã verò humanitatẽ filij mei dulcissimi, habui charitatẽ valdè pcipuam, immò & vehementissimũ naturalem amorẽ gessi ad eum: quanuis etiam à tempore quo vti cœpi ratione, valdè dilexerim proximos, & in eorum charitate profecerim: tñ ab ea hora, qua propter hominum saluationẽ facta sum genitrix Dei, ineſtimabiliter dilexi genus humanũ, & in eius puro amore quotidiè creui. Immò nec passionẽ filij mei, in quantùm erat saluatiua generis humani, abhorrui. Fulcite me floribus, stipate me mãlis, qa amore langueo. Nouerat docilima ac sapientissima virgo, ante filij sui passionem neminẽ posse ad beatificã Deitatis pertingere visionẽ: idcirco vsq; ad illud tempus patientiùs pertulit huius exilij incolatum: verùm ex tunc cœpit ardentiùs ad cælestem affici mansionem, præsertìm post sui dilecti ascensionẽ. Vndè ex tunc potissimè languit charitate, suspirans ad immediatum, inseparabilem, & æternum sponsi amplexum lætissimum: ideò floribus cõcupiuit fulciri ac mãlis stipari, id est, cælestibus cõsolationibus, copiosis profectibus, ac plurimorum conuersionibus interìm consoueri ac recreari: quod vtiq; copiosissimè fuit cõsecuta, vt subditur: Læua eius sub capite meo, quia in pśenti me gratiosissimè sustentauit: & dextera illius amplexabitur me. Iam nanq; in mea assumptione ad suã me dexteram collocauit, assumptã cum corpore, corporaliter sibi vniuit: atq; ad tam claram & voluptuosissimã suę Deitatis intuitionẽ, pmouit, quantam pura creatura sine personali vnione videť capere posse. Credimus quoq;, ô supercælestis dña, omnium creaturarũ decus & gloria, te cùm puero Iesu in sua sacra infantia (qua renouata est senectus & vetustas nostra) quandoq; in eodẽ lecto dormiisse, atq; infantulum Deũ inter tua mũdissima brachia collocâsse, teq; ab eius dextera amplexatã. O quàm incomparabilis & indicibilis est excellentia, beatitudo, & gloria tua, q̃ propinquissima & familiarissima facta es Deo. Certè in quantùm es mater veri Dei, es dignitatis quodãmodò infinitę, & quãta fuit & est eminentia tuæ dignitatis, tanta & bonitatis, tãta quoq; & felicitatis. Oẽm ergò admirationẽ & capacitatẽ nostrã transcendit beatitudo & gloria tua. Adiuro vos filię Hierusalẽ, nè suscitetis neq; euigilare faciatis dilectã, quoadusq; ipsa velit. Post chri ascensionẽ ac missionẽ paracleti spiritussancti, multiplicatis fidelibus, & euidẽti fide tenẽtibus, sacrosanctã virginẽ esse veri Dei matrẽ, omes eam in maxima & admirabili reuerẽtia (vt verè decuit) habuerũt, atq; ad ipsam in omi necessitate & rationabili causa habebãt refugiũ: sed & plurimi magni ac sapientissimi etiã ex paganismo conuersi, talẽ ac tantã videre & audire pcordialiter optauerũt, vt patet de S. Ignatio. Legit item, q̃ grandis cõgregatio sanctarũ virginũ morabať cum ea, eius obsequio deputata. Cõmisit igitur spõsus cælestis omibus istis, nè importunè hanc pdilectissimam sponsam & matrẽ suam accederẽt, ad reuocandum eam de suo secreto & quietissimo actu & loco: vbì cõtemplatiuæ vitæ exercitijs, cum deuotione sibi soli ac sponso cognita, excellentissimè inhærebat. Veruntamen, qm̃ spõsus nouerat eam in proximorũ charitate æstuantissimam esse, iugiterq; paratam succurrere & suscitari pro rationabili causa, addidit, quoadusq; ipsa velit: vtpotè tempore congruo, in quo sine dubio semper fuit prompta, quoniam fructum passionis & mortis filij sui feruentissimè semper optauit. Vox dilecti mei est, qui modo ptacto hortať nè suscitet. Ecce venit saliens in montibus, transiliens colles. Hoc rectissimè dicere potuit virgo excelsa benedicta Maria, quandò ab archangelo Gabriele audiuit: Eccè concipies in vtero & paries filium, Lucæ 1.
ac cętera quæ refert Euangelista. Immò tunc vno vehementissimo saltu à throno paterno in vterum profilijt virginalem, ob cuius celeritatem alias q; rationes præhabitas, comparatur capreę hinnuloq; ceruorum. Exultauit enim vt gigas ad currendam viam. En ipse stat post Psal. 18.
parietem nostrum, id est, in carne mundissima, quam ex me assumpsit, suam latere voluit Deitatem, me quoq; cum archangelo conferente, de proximo adstitit, prospiciens per cancellos, qualiter nostrum finiremus colloquium. Dum consentiendo dixissem, Eccè ancilla Lucæ 1.
Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum: dicto celeriùs, immò instantaneè profilijt in me, & corpus assumpsit ex me. En dilectus meus loquitur mihi: qui enim per Gabrielem

loque-

loquebatur mihi forinſecùs, per ſeipſum loquebatur mihi intrinſecùs, me hortando ac incitando inſpiratione occulta ad credendũ archangelo, ad conſentiendum eius oraculo, ad cooperandũ ſummo ac diuiniſſimo incarnationis myſterio. Et dixit mihi, inſtinctu ſecreto: Surge, à cõſideratione humilima tuæ propriæ paruitatis, ad actũ nobiliſſimæ magnanimitatis: quatenùs pietati meæ omnipotentiæ inintendo, credas mox agendũ ex me, & fiendum ex te, atq; cõplendum per te, quod tibi ore nunciatur angelico, & oẽm tranſcendit naturam, nec vlla fieri poteſt creata virtute. Propera, id eſt, feſtinanter ſic age, crede, conſenti: loquere verbũ, præpara vterũ, præbe materiã, vt cõcipiar à te, & gignar ex te, qui æternaliter ſum cõceptus & natus ex patre, in quo idem eſt mihi cõcipi & gigni, qm̃ generatio illa, intellectualis, immaterialis, intemporalis cõſiſtit. O amica mea ſingularis & vnica, cuius reſpectu aliæ ſunt ancillæ, quanuis & ſuo modo amicę ſint. Colũba mea, in qua nunquàm fuit radix amaritudinis, felleáve auſteritas, ſed ſimplicitas ſapientialis inuiolata. Formoſa mea, in naturalibus donis valdè perfecta in genere tuo, corpore ſpecioſa, mente ingenioſa, optimæ indolis, priuilegio decorata, ex naturali diſpoſitione mitiſſima, pijſſima, honeſtiſſima, & ad oẽm virtutem, immò vniuerſarum virtutũ perfectionem, in termino excellentię diſpoſitiſſima, venuſtiſſima moribus, ſplendidiſſima muneribus gratiarũ infuſis, opulentiſſima meritis: & talis ac tanta, vt ſpeciem tuã non mediocriter concupiſcã, quatenùs poſt frequẽtiam angelorũ, tumultuationemq; hominũ, tandem in te requieſcam, tua pulchritudine delectatus, tua tranquillitate allectus. Iam eṁ hyems tranſit, id eſt, tempus eſt vt rigori legis terminus imponaṫ, & per me euangelica lex tradaṫ. Imber abijt, id eſt, copia ac impetus vltionũ, quas lex tranſgreſſoribus ſuis iuſſit infligi, mox finẽ accipient: hyems quoq; & imber, ſunt obſcuritas veteris teſtamenti, & tẽpeſtas in qua lex data eſt, ſeu moleſtiſſima multitudo obſeruantiarũ legalium, quod fuit graue & importabile iugũ, durę ceruici cõuenienter impoſitum, ſed à lege Euangelicæ libertatis tollendũ. Vndè ait Apoſtolus: Nox præceſſit. Et princeps apoſtolorũ: Quid, inqt, tentatis imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulorũ, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Flores apparuerunt in terra noſtra, id eſt, ſigna pclara ac florida mei aduentũs impleri cœperũt, & deinceps abundantiùs implebuntur, quia iam tempus hebdomadarũ à Daniele prædictũ aduenit. Vndè dixi Iudæis: Faciem cæli diiudicare noſtis, ſigna aũt temporum nõ poteſtis? Iam quoq; ſceptrum à Iuda ablatum eſt, dux de ſemore eius deſecit. Tempus putationis aduenit, id eſt, tempus liberationis populi Iſrael à ſuis peccatis, vt vitiorum ſuperfluitates nunc amputentur, iuxta id quod ſcribit in Daniele: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuũ, vt cõſummeṫ præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorũ. Vndè his cõſonanter loquitur Paulus: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natũ ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, id eſt, in ſynagoga inſonuit ſermo legis, vaticinium prophetarũ, annunciatio de proximo regis Meſſiæ aduentu: inſtante etiã ſaluatoris aduentu, omnipotens reuelauit aliquibus patribus Synagogæ, tempus aduentũs Chriſti adeſſe. Vndè Simeon iuſtus & timoratus reſpõſum acceperat à ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortẽ niſi videret Chriſtum dn̄i. Similiter Zachariæ iuſto Gabriel nunciauit de filio ſuo Ioanne: Ipſe pcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Ficus protulit groſſos ſuos, id eſt, Synagoga fructifera & electa, quæ creditura fuit in Chriſm, primò obſeruauit diligenter ea quæ legis erant, propter quod princeps dixit apoſtolorum: Nunq̃ comedi aliquid cõmune & immundum. Paulus quoq; faretur ſe ſine querela cõuerſatum in lege. Sed poſteà abieciẽrunt hæc tanq̃ fructus ineptos, cognita gratia Chriſti & ſpiritu ſancto accepto, ſicut in Actibus Archiapoſtolus loquit: Per gratiam dn̄i noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Vas quoq; electionis diſſeruit: Quæ mihi lucra fuerũt, hæc arbitratus ſum detrimenta eſſe. Vineæ florentes dederũt odorem ſuum, id eſt, virtuoſæ perſonæ ipſius ſynagogæ, dulciflua deſideria ſua de meo aduentu coram me effuderunt, rogantes aſſiduè pro aduentu regis Meſſiæ, quorum me trahit pia affectio, & allicit deuotio ſancta. Itaq; propter hæc oṁia iam ſurge amica mea, ſponſa mea ſingularis & optima, & veni, per mentis cõſenſum, vt me concipias tuum creatorẽ & omnium ſaluatorẽ, columba mea pudiciſſima, ſummè faceta. In foraminibus petræ, id eſt, in viribus ſeu potentijs animæ tuæ, in omni gſa ſolidatæ, cõſtantiſſimæ & firmatę, putà in intellectu ac voluntate, quæ ſunt ſpiritalia foramina, per q̃ anima intellectualiter cernit me & cupit. Vndè in Ezechiele Dn̄s ait ad Cherub qui cecidit: Foramina tua in die cõditionis tuæ parata ſunt. Fuit itaq; ſacratiſſima virgo, amica, ſponſa & columba verbi æterni in foraminibus petrę, id eſt, in intellectu ac voluntate, quia per

Rom. 13. Actuũ 15. Matth. 16. Gene. 49. Danie. 9. Galat. 4. Lucæ 2. Lucæ 1. Actu. 10. Actu. 15. Ezec. 28.

per fidem & ſapientiam ſui intellectũs, atq; per ſpem & charitatem ſuæ voluntatis, placuit ſponſo cæleſti potiſſimè. Erat in cauerna macerię, id eſt, in intellectuali memoria, per quã iugiter meditabatur diuina. Nam & (teſte Euangeliſta) Maria conſeruabat omnia verba hæc, cõferens in corde ſuo. Memoria aũt eſt receptaculum, locusq; ſpecierum, & quaſi venter ſimilitudinum rerũ, & ità rectè vocatur cauerna, immò & cauerna maceriæ, id eſt, muri ſiue parietis, videlicet animæ virtuoſæ, quæ iuxta Ezechielem interponit ſe murum inter Deum ſponſum ac iudicẽ, & inter animas peccatrices, pro quibus laborat, vt eas reconciliet deo, & protegat à maligno. Dicitur quoq; cauerna maceriæ, quia latet in corpore, quod inter Deũ & animam quaſi medius murus eſt, inquantùm frequẽter impedit à diuinis, quẽadmodùm S. Andreas cruci appenſus, dixit: Tu domine nõſti, quotiès à tuí cõtemplatione me impediuit. Oſtende mihi faciẽ tuam, id eſt, obedientialem promptitudinẽ tuæ mentis, & cor tuum conuerte ad meum amplexũ, vt per incarnationis myſterium celebrẽtur in vtero tuo nuptię perſonales, id eſt, vnio naturæ humanę cum diuina in vnitate perſonæ, & tu ipſa in nuptijs illis ſponſa mea ſingularis efficiaris. Sonet vox tua in auribus meis, ità vt dicas, Eccè ancilla Dñi, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Ac deinceps cõpleto incarnationis ſacro ſecreto, pro beneficijs tibi impẽſis gratias mihi referẽs, dicas: Magnificat anima mea dn̄m, &c. Vox eṁ tua dulcis, cùm ex plenitudine virtutũ, ſumma charitate, feruẽtiſſima deuotione, ſynceriſſima intentione emánet: ideò tuis laudibus, tuis orationibus, tuis irreprehenſibilibus verbis delector. Et facies tua decora, id eſt, mens tua pulcherrima eſt. Magnũ eſt valdè, creaturã ſic cõmẽdari à ſuperaltiſſimo ſuo opifice & infallibili creatore. Si quis ab imperitis & pueris vilibusq; perſonis laudetur, parùm appreciat: ſi aũt à iuſtis ac ſapientibus, forſitan magnipendit: quanto magìs à creatore, q̃ eſt ipſa ſanctitas ac ſapientia infinita, incõparabiliter maius eſt cõmendari? Deniq; omnia iſta ab illo loco, Surge amica mea, ſponſa mea & veni, poſſunt exponi de Chriſto, qui in ſuę benedictæ matris gloriosa aſſcenſione, iſta & conſimilia ad eam locutus eſt, eiusq; faciẽ glorificatam voluit ſibi oſtendi in throno gloriæ, quo eã iuxta ſe collocauit: ibi quoq; voluit eã affari & vocẽ eius audire. De talibus amoroſis, ardẽtiſſimis, ſuauiſſimis laudiſonis vocibus, quibus Chriſtus & mater virginea ſe mutuò alloquũtur ac laudant cũ maxima delectatione in cælo, multa in reuelationibus ſanctæ Brigidæ continentur: in qbus ſponſus ille cæleſtis in ſupernorũ preſentia ciuium faretur & aſſerit, allocutiones ac laudes ſuæ matris ſibi acceptiſſimas ineffabiliterq; ſuaues exiſtere: ſed breuitas, cui ſtudeo, phibet me illa diffuſiùs allegare. Capite nobis, tu ſponſa cum tuis, vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. Hoc regina cęlorum, vniuerſarũ electiſſima creaturarum, excellẽtiſſimè adimpleuit, quæ ſola oẽm hęreticam dicitur prauitatem interemiſſe, cuius meritis & precibus ſancti viri conuicerũt hæreſiarchas. Paruulę quoq; vulpes ſunt dæmones vitioſi ac viles, qui paruuli ſunt valore, non malignitate, & tanquàm paruuli inuiſibiliter circũquaq; diſcurrunt, atq; ob maximam ſuam inuidiam ritè paruuli nuncupantur, iuxta quod ſcriptũ eſt: Paruulum occidit inuidia. Hinc frequenter in forma paruulorum æthiopũ, ſanctis ſunt viris oſtenſi. Et niſi ſacratiſſima aduocata ac ſponſa iſta auxilietur, vineas (id eſt, Eccleſias ac animas pias) demoliuntur. Nam vinea noſtra floruit, id eſt, vniuerſalis Eccleſia, quæ cõmunis eſt Chriſto ſponſo ac matri eius digniſſimæ. Chriſtus enim eſt Deus, Dominus, ſaluator & iudex, legiferq; Eccleſiæ: Virgo aurem Chriſtifera, regina, mater, & aduocata Eccleſię pdicatur. Dilectus meus mihi, & ego illi, id eſt, ſponſus iſte omnibus ſanctis dilectus: ſed tanto ſpecialiùs mihi charus, quanto præ cæteris me in matrẽ & ſponſam ſingularẽ elegit. Hic, inquam, dilectus mihi familiariſſimè eſt intentus, cohærẽs, innixus: & ego ſimiliter illi. Qui paſcitur inter lilia, id eſt, in mentibus caſtis ac puris. Reuertere, ſimilis eſto dilecte mi, capreæ hinnuloq; ceruorum. Hoc tenerrima & affectuoſiſſima virgo ac domina dixit, vnigenito ſuo ſibi per paſſionẽ & mortem corporaliter ad modicũ tempus ablato, propter quod deſolata ac prorſùs mœſtiſſima facta, atq; de proxima eius reſurrectione certiſſima, deſiderauit, vt poſt reſurrectionẽ ſuam appareret mox ſibi, & reuertereturad eam: quod clemẽtiſſimus filius vtiq; fecit: & quo ſuauiſſima mater fuerat ei magìs compaſſa, atq; amariùs deſolata, eo in iſta apparitione copioſiùs ac dulciùs cõſolatus eſt eam filius eius. Tunc quoq; & ipſa filium exorauit, vt rediret ad ſuos diſcipulos atq; diſcipulas, præſertìm ad Magdalenam, & ſua glorioſiſſima apparitione conſolaretur gregem ſuum puſillum amariſſimè deſolatũ: quod & filius adorãdus tã celerrimè egit, vt in hoc capreæ ſit aſſimilatus & hinnulo.

¶ Elucidatio cap. 3. In lectulo meo &c. de ſpõſo & ſpõſa gn̄ali. Art. 9.

Eccleſia in fine præcedentis capituli dixit, Reuertere, cupiens gratioſum ac dulcẽ reditum ſponſi: quo tardante, ipſa fecit quod in exordio huius capituli loqtur: In lectulo

meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea:] In lectulo nanq; magis ſentitur atq; mo-
Cant. 2. leſtius toleratur ſponſi abſentia. In toto aũt hoc libro tractatur de ſpirituali cõnubio ac diui-
no amore, quaſi ſub ſimilitudinibus carnalis coniugij ac ſenſualis dilectionis. Vndè qdam
obtenebrati, putârunt Salomonem loqui ad literã de ſeipſo & cõiuge eius filia Pharaonis:
quod nequaquàm putandum, nec litera cõſonat, immò in multis indè diſcordat. Itaq; Ec-
cleſia vniuerſalis in tribulationibus & perſecutionibus cõſtituta, aut ſolitis gratiarũ affluẽ-
tijs deſtituta, atq; in pluribus deformata, teſtatur: In lectulo meo, id eſt, in quiete meditatio-
num & orationũ mearũ, & in exercitatione interna cõſcientiæ meę. Per noctes, id eſt, tẽpo-
ribus aduerſitatũ atq; in regione ac vmbra mortis, & in obſcuritate p̃ſentis notitię, q̃ eſt per
1. Cor. 13. ſpeculũ & ænigma, q̃ſiui ſponſum quẽ diligit anima mea. quanuis eñ ſponſus iſte nũquàm
relinquat Eccleſiam ſuã in toto, nec quantùm ad ea q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis: aliquãdò tñ
deſerit eã in parte, & quantùm ad dulcedinis ſuę experimentalẽ ſaporẽ, & quo ad hoc, quòd
eam perſecutionibus afflictionibus q̃; exponit. [q̃ſiui eum,] id eſt, dulcẽ eius p̃ſentiam, celе-
rem ſubuentionẽ, optaui & poſtulaui: [Et nõ inueni] tam citò vt cõcupiui. Interdùm nanq;,
vt tactũ eſt p̃cedenti capitulo, ſubtrahit ſe ad tẽpus propter cauſas ibi p̃tactas, & vt ſponſæ
ſuæ fidelitatẽ experiaĩ, & ipſa per tribulationes coronari gloriоſiùs mereaĩ, ſuoq; tẽpore ex-
Lucæ 18. audiatur perfectiùs: qa vt ſponſus in Euangelio loqtur, Oportet ſemper orare, & nõ defice-
Matth. 5. re. Et rurſùs affirmat: Beati qui perſequutionẽ patiuntur, ꝓpter iuſtitiam, q̃m ipſorum eſt re-
gnum cælorũ. [Surgã,] id eſt, ab iſta orationũ & meditationũ mearum quiete ad tẽpus ceſſa-
bo, & in operibus exterioribus bonis me occupabo, & per ieiunia, abſtinẽtias, diſciplinas &
cõſimilia pœnitẽtiæ opera quæram dilectũ. [& circuibo ciuitatẽ,] id eſt, congregationẽ to-
tam fideliũ vndiq; diligenter conſiderabo, quod eſt ſpiritaliter circuire, & à Deo incipere,
atq; ad ipſum redire, ſicut in motu circulari ad punctũ egreſſionis reditur. Nempe Eccleſia
tanquàm pia ac ſolicita mater, ſtatũ ſuorũ conſiderat filiorum. [Per vicos & plateas quęram,
quẽ diligit anima mea.] Per vicos qui ſtrictiores ſunt, poſſunt religioſi intelligi, q̃ vltra mã-
data ꝓfitentur cõſilia, & ſtrictiorẽ ambulant viã: per plateas verò, q̃ latiores ſunt, ſeculares,
qui viã mandatorũ incedunt. [q̃ſiui illũ, & non inueni] eũ in vicis his & plateis, qa tam in re-
ligioſis, quàm in ſecularibus tẽporis huius, magnã deformationẽ, & ſcandala magis q̃ ædifi-
cationẽ & opem, inueni. [Inuenerunt me vigiles q̃ cuſtodiũt ciuitatẽ:] id eſt, ꝓlati ac docto-
res fideliũ, quorũ eſt cũ vigilantia cordis cuſtodire ipſos fideles ab infernalibus lupis, à ten-
Iſaiæ 62. tationũ periculis, à laqueis vitiorũ. Vndè per Eſaiam loqtur dñs: Super muros tuos Ieruſalẽ
Rom. 12. cõſtitui cuſtodes. Et Paulus hortaĩ: Qui præeſt, in ſolicitudine, ſupple p̃ſit. Interdùm quoq;
Danie. 4. per vigiles in ſcripturis intelliguñ angeli ſancti, iuxta illud, In ſententia vigilũ decretũ eſt.
Ibidèm. Itemq;, Deſcendit ſanctus vigil. Paſtores igit angelorũ iugiter vigilent ſuper creditum ſibi
gregẽ, quẽadmodùm vni eorũ, & ſub perſona illius oñibus eis ꝓcipitur: Eſto vigilans, & cõ-
Apoca. 3. firma cætera q̃ moritura erant. His itq; vigilibus mihi occurrẽtibus interrogatoriè dixi, Nũ
quẽ diligit anima mea, vidiſtis? id eſt, eſtisne deſideratã ſponſi p̃ſentiam, opem & conſolati-
onem experti? qbus ſuper ſponſi receſſu dolentibus, pertranſiui. [& paululũ cùm pertranſ-
iſſem eos,] totã ſpem meam ponendo in pietate & gratia ſponſi, eumq; perſeuerãter quæ-
Eccl. 2. rendo, oñi humano relicto ſolatio, [inueni quẽ diligit anima mea.] Quis enim ſperauit in
Matth. 7. dñõ, & relictus eſt ab eo? Et ſponſus ipſe ꝓmiſit: Omnis qui quærit, inuenit. Sed nec eſſe eſt
perſeuerare in bono incepto. Non eñ repellit in ſempiternum dñs: quia etſi abiecit, tamen
Tobi. 3. miſerebitur ſecundùm multitudinẽ miſericordiarum ſuarũ: & ipſe poſt tempeſtatẽ donat
tranquillitatẽ, atq; poſt fletum conſolationẽ infundit: ſic & frequenter ad tempus reliquit
vaſtari ac deformari & affligi Eccleſiã, & poſtmodùm gratioſiſſimè viſitauit, conſolatus eſt,
& reformauit eandẽ: & ipſa mater Eccleſia in ſynodis ſuis frequenter impetrauit aſſiſtentiã
ſponſi opratam, atq; per ſanctos viros deſupèr miſſos, concupitam reformationẽ adepta eſt.
[tenui illum,] id eſt, conſtanter ei adhæſi ac obediui, & brachijs charitatis amplexata ſum
eum tanto auidiùs, quanto quæſiui eũ diutiùs, & quo ampliùs eius gratioſa p̃ſentia modò
indigeo. [nec dimittam] id eſt, mentẽ non auertam ab eo per negligentiam aut tranſgreſſi-
onem, nè rurſùs ab eo relinquar. Hæc ſunt verba boni & feruidi ac conſtantis propoſiti. Sic
Pſal. 72. & Apoſtolus Ro. 8. dixit: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Et Pſalmiſta: Mihi adhære-
re Deo, bonum eſt. [donèc introducam illum in domũ matris meæ, & in cubiculum geni-
Galat. 4. tricis meæ.] id eſt, quouſq; ſimùl cum illo introducar in regnũ triumphantis Eccleſiæ, quæ
eſt mater & Domina Eccleſię militantis: quod in die nouiſſimo, completo generali iudicio,
Matth. 25. vniuerſaliter fiet ac cõſummatè, cùm dixerit iudex ac ſponſus: Venite benedicti patris mei,
percipite regnum quod vobis paratũ eſt ab origine mundi. Interìm aũt Eccleſia tenet ſpõ-
ſum

ſum ſuum per fidẽ, ſpem, & charitatẽ: tunc verò deincèps poſſeſſura eſt eũ ſine difficultate
atq; reniſu ac pugna, per viſionem, cõiunctionem ac fruitionẽ felicem. Cubiculũ verò tri-
umphantis Eccleſiæ, eſt pax illa ſupernę Ieruſalem, oẽm ſenſum exuperans, ſeu puritas bea-
torum cõfirmata in bono, in qua ſecuriſſimè cõquieſcunt. Rurſùs, domus illa, eſt tota pa-
tria illa beata. Cubicula verò illius, ſunt diuerſi gradus prẽmiorũ, iuxta diuerſitatẽ & exigẽ-
tiam meritorum. De qua ait Apoſtolus 2. Cor. 5. Scimus qm̃ ſi terreſtris domus noſtra huius
habitationis corrumpaĩ, quòd ædificationem habemus ex Deo, domũ non manufactã, æter-
nam in cælis. Vel ſic: donèc introducam eum in domũ matris meæ, &c. id eſt, ad particula-
res Eccleſias, reformando eas per auxiliũ ſponſi, quæ ſunt domus & congregationes matris
meæ, id eſt, filiæ ortæ ex primitiua Eccleſia, quæ eſt mater & genitrix mea, qa prior me tẽ-
pore, & ex ea gratiam & doctrinam ſuſcepi. Cubicula aũt ſunt, diuerſi ſtatus & gradus ordi-
nesq; credentiũ. Vndè & dicitur Pſalmo 4. Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus
veſtris cõpungimini. Hoc tã ſancto ſponſæ generalis audito propoſito, Chriſtus iubet filia-
bus Ieruſalem, nè ſponſam à ſuis auellant amplexibus, dicens: [Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per
capreas, ceruoſq; cãporũ, nè ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, donèc ipſa velit.] Eſt q̃
iſte verſus prẽcedenti capitulo expoſitus, quẽ ſponſus ad inſinuandum magnitudinem ſuę
charitatis ſolicitudinis q̃, ad ſponſam, hîc repetit. Vel ibì prorulit verſum hũc ad Eccleſiam
ex ludaiſmo cõuerſam, hîc ad Eccleſiam ex gentilitate collectã, vel potiùs ad eandem, quã-
tùm ad diuerſas partes ipſius. Attamẽ etiam infrà repetitur idem. Deindè ſponſus quaſi ad- Cant. 4.
mirans ſponſę decorem, agilitatẽ ac gracilitatem, ſubiungit: [Quæ eſt iſta, quæ aſſcendit per
deſertum] id eſt, per ſolitudinẽ huius ſeculi, per medium nationis peruerſæ à Deo deſertę, Philip. 2.
per hoc ſeculum nequã, diuina inhabitatione priuatum, ſcandit ad ſublimitatẽ virtutum, ad
contemplationis faſtigiũ, ad altitudinem regni cęlorum, [ſicut virgula fumi ex aromatibus
myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij?] id eſt, ſubtilis, gracilis, ornata, ſuauis, &
in altũ ſe erigens per ſpiritalem ꝓfectũ, contemplationem ſyncerã, feruidumq; affectũ, in-
ſtàr vaporis per modũ virgulæ in altum tendentis, qui vapor cõſurgit ac oritur ex incenſi-
one aromaticæ cõfectionis, factæ ex myrrha & thure, cæterisq; pulueribus arte pigmentarij
præparatis: Per myrrham amarã, intelligendo corporis mortificationẽ, & cruciformẽ Chri-
ſti imitationem: Per thus, quod in ſacrificio Deo offertur, deuotionis ſuauitatem, ſine qua
corporalis exercitatio parùm aut nihil valet, ſeu bonę famæ odorem, & delectationẽ in actu
virtutum, aut certè feruentium orationum fragrantiã, iuxta illud in Apocalypſi: Data ſunt Apoca. 8.
ei incenſa multa de orationibus ſanctorum. Porrò per cæteros pulueres aromaticos, intelli-
gendi ſunt cæterarũ virtutum atq; donorũ actiones ac delectationes, luce diſcretionis cõ-
mixtæ ac diuini igne amoris ſuccenſę, ex quibus oñibus procedit à mente tam virtuoſa ex-
halatio ſpiritalis, rectiſſima prorſùs, ſubtilis, id eſt, pura, dulcis ac feruens ad Deum affectio,
cui ſponſa aſſimilatur, quoniã ad hoc tendit totus conatus Eccleſiæ, vt affectione huiuſmo-
di impleatur, atq; in ſpiritũ tranſformetur: quatenùs ab oñi carnalitate & vitiorum groſſi-
tie emundata, feratur ad ſponſum cæleſtem liberè ac feruenter, aſſiduè ac manenter. [En le-
ctulum Salomonis ſexaginta ambiunt fortes ex fortiſſimis Iſrael.] Per lectulum Salomonis,
deſignatur mens ſponſæ, in qua cum ſponſa ſponſus quieſcit: hunc ambiunt ſexaginta for-
tes electi ex oñi plebe fidelium, id eſt, vniuerſi paſtores idonei & p̃dicatores condigni, qui
gregem dominicum & lectulum Dei in eo cuſtodiunt, ſicut p̃dictũ eſt. frequenter autem
in ſcripturis ponitur numerus determinatus pro indeterminato, ſicut in Pſalmo: Cadent à Pſal. 90.
latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Horum autem vniuerſitas per ſexaginta in-
nuitur, quoniã ſexaginta ſunt ſexiès decem, ſeu deciès ſex. Per denariũ verò, adimpletio de-
calogi: per ſenarium, ipſa obſeruantiæ huius inſinuatur perfectio. [Omnes tenentes gladi-
os.] id eſt, arma virtutũ cõtra aëreas poteſtates & aciem vitiorũ. Specialiter verò, teſte Apo-
ſtolo, gladius ſpiritalis eſt verbum Dei, quo reſecantur peccata, & cordis aperitur duritia.
Rurſùs gladius eſt rigor iuſtitiæ, iuſta ſentẽtia ac vltio debita, iuxtà quod ſcribitur in Apo- Apoca. 1.
calypſi: De ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus. Atq; Pſal. 149. Gladij ancipi- & 19.
tes in manibus eorũ. Prælati ergò & prædicatores gladios tenent, qm̃ verba ſacræ ſcripturæ
promptè habent in ore, in memoria, in effectu, per quæ verba cuſtodiunt lectulum Chriſti:
qm̃ prædicando, hortando, comminando, corripiendo, aduerſarios humanæ expellũt ſalu-
tis, & oues ſaluatoris purgant, illuminant, & inflammant, ac corã Deo ſolicitas reddũt: quia,
vt ait Apoſtolus, Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendũ, ad exhortandũ, 2. Tim. 3.
ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bo-
num inſtructus. Hinc Chriſtus de ſeipſo ait in Iſaia: Poſuit Dominus os meũ quaſi gladium Iſaiæ 49.

acutum. Et de ipso increato sermone dicitur Hebr. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite. [& ad bella doctissimi.] Hoc planè pertinet ad pastores & prædicatores, & ad vniuersos curam animarũ sortitos, vt sint valdè exercitati in cõuersatione virtutum, in plio spiritali, in modo ac arte resistendi ac pualendi hostibus animarũ, quatenùs valeant nõ solùm seipsos à vitiorum læsionibus præseruare, à tentationũ circunuentione eruere, in dubijs informare, & de spiritali profectu instruere, sed & subditis suis ac imperitis prouidere de omnibus istis. [Vniusquisq; ensis super femur suũ propter timores nocturnos.] Spiritale femur, est vis intellectiua seu intellectus, per fidẽ & sapientiã informatus: per quẽ homo generat filios spirituales, instruendo cõuertendoq;, proximos, sicut quibusdã scribit Apostolus: In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Super hoc femur habet vnusquisq; bonus platus ac eruditor gladium, id est, verbũ Dei: quia scripturæ verba habet in intellectu, & ex intellectûs discretione, pnunciat ea, verbaq; oris sui sunt effectus & signa intellectualium suorũ verborũ. Vndè & sponso ait Psalmista: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Sic aũt vnusquisq; talium est accinctus, ppter timores nocturnos, id est, ad præcauendum sponsæ aclectulo Christi ab inordinatis timoribus, & à terribilibus, quæ in tenebris & ignorantijs, aduersitatibus & tentationibus vitę psentis solent occurrere: à qbus omnibus eripitur homo per verbum Dei, quemadmodũm scriptum est: Scuto circundabit te veritas eius, nõ timebis à timore nocturno. Sponsus quoq; in Euãgelio: Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt: sed eum timete, qui habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam, hoc est, inordinatam propulsate formidinẽ. Sicq; eruditus quicunq; fidelis fiducialiter psallit: Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Propter quod dixit Micheas: Cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Prętereà p sexaginta istos * fortissimos & accinctos, intelligi possunt angeli sancti, hominibus pro custodia deputati, iuxta illud Psalmi 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vitijs tuis. Oẽs quippe sunt administatorij spiritus. Hi expertissimi peritissimiq; consistunt ad pliandum pro suis cõtra nequissimos spiritus, quos coẽrcent, nè quãtùm volunt ac possent, impugnent & vexent nos. Illuminant quoq; mentes nostras allocutione & instructione interna. [Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.] Per ferculũ, quod dicitur cibus seu solium, designatur tota Ecclesia, in qua moratur ac residet sponsus, & eam quasi manducando incorporat sibi. Igne quoq; charitatis consumit in ea quod prauum est, ac priuatum amorem, vt cum Apostolo dicere queat: Viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Christus. Hoc ferculum fecit Christus per seipsum & suos discipulos, prædicãdo fidem & gratiam influendo, & eos quos prædestinauit, piè vocando, sicut Actu. 13. legitur: Crediderunt, quotquot præordinati erant ad vitam. Hinc Zach. 6. de Christo prædictum est: Eccè vir, oriens nomen eius, & ædificabit templum Domino, & erit sacerdos super solio suo. Hoc ferculum construxit artifex summus de lignis Libani, id est, ex electis personis, quæ sic per gratiarum charismata eminent hominibus cæteris, sicut ligna Libani, hoc est, cedrus & cypressus quæ in monte Libano oriuntur, cæteris lignis præfulgent: quia secundùm Glossam, imputribilis sunt naturæ, & boni odoris, fortia, candida, & formosa: sic electi vitiorum abhorrent putredinem, boni sunt nominis, charitate ac pietate dulcescũt, virtutibus roborantur, donis ornantur, charitate & gratia sunt decori. [Columnas eius fecit argenteas,] id est, sanctos Apostolos & apostolicos viros ac virtuosos psules & pastores fecit cæteros clariores, & in scientia scripturarum ac eloquentia præfulgentes: Ego, inquiens, dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Itemq; Cùm venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. De talibus inclytissimis viris scripsit & Paulus: Cephas, Iacobus & Ioannes, q; videbant colũnæ esse &c. [reclinatorium aureũ.] Reclinatorium appellatur pars throni superior, super quod caput reclinat se. Aureum ergo reclinatorium, est excellentissima illa persona Ecclesiæ, auro sapientiæ ac charitatis præ cunctis ornata, incomparabilis virgo Maria: in qua rex omnipotens habitare, incarnari, quiescere prælegit, altitudinem suę deitatis quasi reclinans in ea. Aurum quoq; reclinatorium sunt, personæ eminenter contemplatiuæ ac feruidæ, vt anachoretę, in quibus Dominus maiestatis præcipuè conquiescere perhibetur. Apostolis tamen nec in hac perfectione quisquam præfertur. [ascensum purpureum.] Ascensus iste tam pulcher, est ordinata virtutum connexio, in quibus ab inferioribus ad sublimiora oportet paulatim ascendere. Rursùs est coaptatio trium statuum, vtpotè status incipientium, status proficientium, & status perfectorum: per quos oportet gradatim & ordinatè ascendere: seu distinctio triplicis viæ, videlicet purgatiuæ, & perfectiuæ, & illuminatiuæ: vel cohabitudo virtutũ moralium,

1. Cor. 4.
Psal. 44.
Psal. 90.
Matth. 10.
Psal. 26.
Mich. 7.
Lucæ 21.
Ioan. 16.
Galat. 2.

ralium, intellectualiũ, & theologicarũ. Est quoq; ascensus Ecclesiæ purpureus, qa per sanguinis effusionem pro fide aut equitate ad regnũ cęleste à psenti exilio feliciter atq; celerrimè scanditur. [media charitate cõstrauit.] Media ferculi huius, putà Ecclesiæ, sunt pcepta, per quę à via ad patriam perueniturr: & Ecclesiastica sacramenta, q; ad huius itineris expeditionem valdè cooperantur: in quorũ primo, id est, baptismo omnia relaxantur peccata, quantùm ad culpam & pœnam: in confessione aũt, ad minùs quo ad culpæ remissionẽ: quorum etiam sacramentorum dignissimũ, quod Eucharistia nominatur, alio nomine viaticũ nuncupatur, qa de via ad cęlestem eleuat paradisum. Media quoq; sunt Euangelica Christi consilia, gratia, virtutes, ac merita: mediũ equidem dicitur, quòd inter duo extrema locat. Omnia media ista, sunt charitate constrata, cõplanata & informata: quoniam absq; charitate nil ,psunt, & ad charitatis plenitudinem omnia ordinantur, atq; per eam faciliter adimplętur, quæ sine ea essent vtiq; dura ac grauia ad implendũ. Ideò omnibus his dns & saluator charitatem superfudit & cõiungi pręcepit, mandãs ex charitate omnia fieri, & vniuersas Ecclesiasticas personas in charitate vniri, vnumq; effici: In hoc, inquiens, cognoscent omnes, qa discipuli mei estis, si charitatem habueritis adinuicèm. Et item: Pater, quos dedisti mihi, volo vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Sic ergò charitate constrata sunt [propter filias Hierusalẽ,] id est, ad salutem animarum fidelium, quæ sunt filiæ militantis Ecclesiæ, quæ vbertim Hierusalem nuncupantur. Propter has filias, ad subueniendum eisdẽ, media sunt charitate cõstrata: quatenùs filiæ istæ per charitatem accensæ, promptè obediant, ac perseuerare in vnitate Ecclesiæ delectentur, atq; in communione mystici corporis Christi sponsi sui permaneant ac ditentur, quoniam omnes in charitate existentes, sibi inuicèm suffragantur, & merita sua communicant atq; participant, iuxta illud: Particeps ego sum omniũ timentium tẽ. Sed qm vnigenitus Dei fecit hæc per assumptam humanitatem, rectè subinfertur monitio, vt incarnationis eius pensemus mysteria, & assumptæ humanitatis glorificationem intueamur. [Egredimini,] id est, mentes vestras leuate ad considerandum sequentia: exite de lacu miseriæ, de consuetudine praua, de negligentia ac torpore, de terrenis ad superna, de intellectûs obtenebratione, distractione, imaginationeq; fœda vana ac stolida, [& videte] oculo fidei ô [filiæ Sion,] id est, ô animæ speculatiuæ, seu ad speculandum diuina creatæ, [regem Salomonem,] id est, Christum verum pacificum, reconciliatorem perfectum, [in diademate, quo coronauit eum mater sua] in assumpta humanitate, quam ex virgine gloriosa ac benedicta assumpsit, pulcherrimè cunctis diuinis charismatibus in extremo termino excellẽtiæ decoratam: qua humanitate verbum æternũ, quasi diademate coronatur: qm quanùs in sua deitate perfectum sit, nulliusq; indigens, tñ in sua humanitate & incarnatione inenarrabiliter ac præclarissimè relucet ac declaratur infinita pietas, dignatio, charitas, munificẽtia eius ad genus humanum, & ipsum verbum æternum, per suam incarnationem & assumptam humanitatem, nos coronauit, ac nostram naturam maximè honorauit. Sic autem mater sponsi istius coronauit filiũ suũ [in die desponsationis illius,] id est, in hora incarnationis, quãdò filius Dei desponsauit sibi Ecclesiam, & virginem matrem fecit suam sponsam singularem, ac cum assumpta natura nuptias celebrauit ac inijt personales: quod totũ iucundissimè fecit ex charitate plenissima, exultans vt gigas ad currendam viam, & ad peragẽdum nostræ salutis mysteria. Ideò subditur: [& in die lætitię cordis eius:] quia de recuperatione honoris patris æterni, ac saluatione generis humani summè gaudebat. Insuper potest & ità exponi: Videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater sua, id est, Christũ in glorificatione suæ humanitatis, qua glorificatione accidentali; q; præmio, quod sua passione, pmeruit, tanquàm diademate coronatur, sicut in Psalmo 20. habet: Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et Apostolus, ptestatur: Hebr. 2. Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatũ. Et denuò: Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Propter quod Apocal. 5. asserũt sancti: Dignus est agnus, q occisus est, accipere virtutẽ & diuinitatẽ, & sapientiam & honorem & gloriam. Hinc passione instante, deprecatus est patrem: Pater, venit hora, clarifica filium tuũ. Deniq; hoc diademate coronauit Christum mater sua, id est, Iudæa seu Synagoga, de qua secundùm carnem est ortus, quia crucifixit eundem, quam crucifixionẽ ipse Christus ex summa charitate, obedientia, pietate, & patientia libentissimè sustinendo, promeruit taliter coronari à Deo patre. In die desponsationis suæ, id est, in sua resurrectione & gloriosa ascensione ad dextram patris. In qua die desponsauit sibi Ecclesiam excellentiori modo, quàm antè, conferendo ei ex tunc affluentissima gratiæ dona. Immò & tunc dicitur sibi etiam triumphantem desponsâsse Ecclesiam, lætificando eam speciali recentiq; modo de sua corporali præ-

Psal. 118.
Philip. 2.
Ioan. 17.

sentia ac triumpho, & ꝑda quam secum tulit in assendendo, qm̃ secum deduxit animas sanctorum, quas eduxit de limbo: sicq; dies illa fuit dies lætitiæ cordis sui, quam deinceps nũquàm amittit. Itaq;, ô fideles animæ, hoc modo considerate regẽ & sponsum vestrũ, q̃ tanta propter vos tolerauit, tamq; glorioſiſſimè triumphauit, quatenùs eius exemplo patientiam addiſcatis, atq; in omni afflictione, iniuria, perſecutione maneatis immobiles ac tranquilli, vt
2. Tim. 3. sic veſtro conformemini ſponſo, & paulò pòſt glorificemini ab eodem. Oẽs nanq; qui piè viuere volunt in ipſo, hac via oportet incedere: nec dignus eſt glorificari, q̃ reſpuit cõpati.

Expoſitio Capituli huius, de Chriſto & ſponſa particulari. Art. XI.

Gene. 1. IN lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea. Immateriales & incorporeæ animæ, ad ſuperglorioſæ adorandæq; Trinitatis imaginem conditæ, lectulus vtiq; ſimplex & immaterialis eſt: vtpotè tranquillitas cordis, quandò affectionibus reformatis ac ſimplificatis in Deo, paſſionum ceſſat inquietudo, & vitiorum tumultus, ipſis quoq; tentationibus citò faciliterq; reſiſtitur. Anima ergò ſic tranquillata, ſine delectatione diù eſſe non valens, nec tamen in vanitatibus atq; inſanijs falſis conſolationem admitte-
Philip. 4. re volens, magis verò cupiens adimplere quod ſcriptum eſt, Gaudete in Domino ſemper:
2. Cor. 10. Et rurſùs: Qui gloriatur, in Domino glorietur, proteſtaſ & ait: In lectulo meo, id eſt, in quiete & confidentia conſcientiæ meæ, per noctes, id eſt, in ſubtractionibus illuminationũ, cõſolationum, dulciumq; præſentiarum ſponſi ac Domini mei, & in ariditate ac contriſtationibus cordis mei, quæſiui ſpecioſum forma præ filijs hominum, quem diligit anima mea, id eſt, vis animalis ſeu ego ipſa quæ mea ſum, quia poſt neum ſpecialiter amo me. Interdùm etenim anima amoroſa diſpenſatiuè relinquitur ſibimetipſi, & conſueta alacritate, lætitia, feruore, meditationumq; ſubtilitate priuatur: & quandam inſipiditatem, ariditatẽ, ac mœrorem illabitur, ità quòd cælum ſibi æneum eſſe videtur, terraq; ferrea, & ſe eſſe relictam veretur: atq; ex conſideratione propriæ imperfectionis, fragilitatis, ac defectuoſitatis, grandem incurrit triſtitiam. In huiuſcemodi igitur noctibus reſtat, vt quærat dilectum in lectulo ſuo, ità vt ab exterioribus occupationibus & curis ſe abſtrahat, & ſe pro poſſe recolligat, miſerationesq; Domini penſans, dicat: O Domine gratioſiſſime, ſponſe ſuper omnia prædilecte, in me nõ eſt fortitudo emergendi à calamitatum iſtarum abyſſo: ſed cùm ignorem quid agere debeam, hoc ſolùm reſidui habeo, vt dirigam oculos ad te. Queſiui illum, ad obtinendum ab eo bona præfatis malis contraria. Quæſiui illum, & non inueni ità celeriter
Iob 30. atq; ſuauiter, vt optaui. Sic & ſanctus Iob loquitur Deo: Clamo ad te, & nõ exaudis me: ſto,
Pſal. 12. & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem. Hinc Pſalmiſta loquitur Deo: Vſquequò Domine obliuiſceris me in finem? vſquequò auertis faciem tuam à me? Sed non eſt ceſſan-
Pſal. 104. dum ab iſta inquiſitione ſalubri, cùm ſcriptum ſit: Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. Certumq; eſt, quòd quærens, non fruſtrabitur ſuæ quæſitionis effectu & fructu, quantùm eſt ex parte benigniſſimi Dei: veruntamen ex parte quærentis,
Iohel. 2. poſſet impedimentum accidere: ideò ſpei ſit quidã timor admixtus. Hinc etenim ſcriptum eſt: Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem? Vndè &
Ionæ 3. rex Niniuę loquitur: Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat deus, & reuertatur à furore iræ ſuę, & non peribimus? Idcircò ſubiungitur: Surgam, & circuibo ciuitatem, id eſt, quãcunq; cõgregationem fidelium, ſeu vniuerſalem Eccleſiam. Per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea, id eſt, in hominibus actiuis & contemplatiuis, in maioribus & minoribus dei ſeruis quæram dilectum, quærendo ædificationẽ & inſtructionem ab ipſis, ac modũ pertingendi ad gratiam Dei deſideratã: Hoc eſt à ſingulis deuotorum aliqd virtutis haurire, & inſtàr prudentiſſimæ apis ex aliorum floribus mellificare, id eſt, vnumquenq; ſequi in bono virtutis, quo ipſe magis abundat. Ecõtrario q̃dam peruerſi proximorum mala obſeruãt, recogitant, imitantur, & ex eis ſuas excuſant iniqtates, ſequentes quaſdam auiculas, q̃ ex ſtercoribus ſibi præparant nidos. Quæſiui illum, & nõ inueni: nam ſicut piiſſima mater interdùm abſcondit ſe ſuo infanti, vt ille eam cũ ploratu & maiori quærat affectu, atq; ad ipſam recurrere aſſueſcat: ſic ſponſus aliquãdò ſponſæ ſe ſubtrahit, vt illa gemendo, plorando, q̃rendo, affectando mereatur paulò pòſt exuberantiùs inuenire. Itaq; quòd in tali caſu ſponſus nõ inuenitur, diſſimulatio eſt, nõ ira: attamen ſponſa indè affligitur ac turbatur, iuxta illud Pſalmi 29. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatẽ. Vigiles iſti, ſunt omnes in charitate & diligentia feruidi, fraternæ ſalutis zelo ſuccenſi, qui pro communi bono Eccleſiæ ſunt ſoliciti, q̃ animæ tam anxiè ac ſalubriter ſuſpiranti, ac dilectũ q̃renti, condolent, ſubuenireq; conantur. Num quem diligit anima mea, vidiſtis? id eſt, ſi ſcitis vbi & qualiter inueniatur, mihi inſinuate: Angeli autem

autem viſitant aſſiduè animas ſibi commiſſas, & intùs eas affantur, quos animæ rogant pro directione & ope continua: nec dubitant animæ virtuoſæ, quin angeli ſancti videant Deum per ſpeciem, & ſancti viri per fidem & ſapientiæ donum: ſed ex vehementia ſui feruoris ſic loquitur, velut ſi quis exeuntem de camera regis, interroget, an viderit regem. Paululùm quùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea. Non enim potui ſuſtiſtere, gradumq; ſue figere in aliquo citra dilectum, qui creauit me propter ſe: ideò inquietum eſt Auguſtin. cor meum, niſi ei iungatur. Ideò videns ipſe perſeuerãtiam meam, & afflictionem atque inquietudinem bonam, ex ſui amoris feruore prodeuntes, miſertus eſt meſ, & oſtendit ſe mihi: quæ licèt aliquo modo inuenerim in præfatis vigilibus atque cuſtodibus, non tamen tam plenè, vt quietarer, & ſicut optaui: ſed ipſis quoquè auxiliantibus & orantibus pro me, cupitam gratię affluentiam ſum ſortita. Tenui illum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus ſalutis meæ, creator & Saluator meus, qui vniuerſis ac ſingulis infinitè eſt præferendus. Nec dimittam, immò omni maligno ſpiritui, omni tentationi & appetitioni ab ipſo retrahere me volenti, in æternum reſiſtam, nec à Deo ac ſponſo meo recedam, iuxta illud Pſalmi 29. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Cum tali propoſito ac deſiderio Deum quærere & inuentum tenere debemus, iuxta illud quod ſcriptum eſt 2. Paralip. 15. In omni corde ſuo & in tota anima ſua quæſiêrunt Dominum, & inuenerunt. Nempe qui ſic quærunt, inuenire merentur. Non enim tam incomparabile bonum cum deſidia eſt quærendum: & magnam omnipotenti infert iniuriam, qui tepidè & cum torpore cupit ei placere. Ideò Moſes afferit Deuteron. 4. Cumque quæſiêris Dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde & tota tribulatione animæ tuæ quæſiêris eum. Veruntamen in tali ac tanto propoſito cauendum, nè de ſuis viribus quis præſumat, ſed ſperet purè in Domi- Iſaiæ 50. no, & innitatur ſuper Deum ſuum. Itaque non dimittam illum, donèc introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Mater noſtra, vno modo eſt gratia Dei ac ſapientia, per quam regeneramur in Domino, cuius gratiæ ſeu ſapientiæ domus, eſt mens ſeu animæ intellectus. Cubiculũ verò poteſt dici ipſa ſyntereſis, quæ ſemper remurmurat malo, atq; ad bonum inclinat. In hanc domum ac thalamum debet ſpõſa introducere ſponſum, quia non debet quieſcere nec ceſſare ab inquiſitione ac prece, quouſq; per gratiã gratum facientem ſapientiamq; infuſam præcipuam, ſponſus mentem ſuam arq; ſynteresim firmiter inhabitare ac poſſidere omninò dignetur. Quę eſt iſta, quæ aſſcẽdit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij? Eccè anima virtuoſa Chriſti ſponſa, quæ paulò antè deſolata ac arida, per vicos & plateas, quaſi mulier præ amore viri dilecti amiſſi inſaniens, quæſiuit dilectum: nũc deſideratam gratiam alacritatis, illuminationis, inflammationis adepta, non videtur iam ità diſcurrẽs: ſed tam radioſè aſſcendit, vt paranymphi ſodalesq; ſponſi ſuper hoc admirentur, dicentes: Quæ eſt iſta quæ aſſcendit ad verticem charitatis, ad lucem cõtemplationis, ad plenitudinem cæleſtis felicitatis per deſertum, id eſt, in carne iſta mortali, in qua (ſecundùm Apoſtolũ) non habitat bo- Roma. 7. nũ: vel per deſertũ, id eſt, inter paſſiones & opera partis ſenſitiuæ ac vegetatiuæ, quas ſubijcit ſibi. Per deſertum etiam deſignaſ vallis hæc lachrymarũ. Iterùm per deſertum, ſignificatur religio à mũdi voluptatibus, inquietudinibus, vanitatibusq; remota: ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, &c. id eſt, linealiter iuſtè, tanquàm ab omni priuato commodo, & improbo ſuf amore purgata ac aliena, eſuriẽs ſitiensq; ſemper iuſtitiam, nec aliud cupiens niſi Deum & eius amorem, honorem & gloriam, & nihil ſui in ſe, tanquàm plenariè abnegans & mortificans ſemetipſam: quæ etiam eleuatio, cũctarum ſibi inuicèm connexarum actibus delectationibusq; virtutũ ornatur. Felix anima, quæ ſic iugiter cor ſurſùm habet ad Dominũ, quærens & ſapiens quæ ſurſùm ſunt, non quæ ſuper terram. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael. Lectulus Salomonis, eſt anima virtuoſa ſeu mẽs & trãquillitas eius. Nam & anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. Hunc lectulum ambit non ſolùm angelus vnus vnicuiq; ad cuſtodiam ſpecialiter deputatus: ſed & multi valdè, aut etiã millia multa, præſertim tẽpore opportuno, prout 4. Regum 6. patet de Eliſæo, in cuius circuitu apparuerunt agmina angelorũ. Similiter omnes electi in vita hac pro ſe inuicèm ſolicitantur, & mutuò ſe confortant, ambiunt ac tuentur deſiderando, orando, hortando: ad quod monens Apoſtolus: Alter, inquit, alterius onera portate. Et ipſemet Chriſtus: In hoc, Galat. 6. inquiens, cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicèm. Ioan. 15. Hinc denuò loquitur Apoſtolus Galat. 5. Per charitatem ſeruite inuicèm. Et Iacobus ait: Iaco. 5. Orate pro inuicèm, vt ſaluemini. Etenim totus populus Chriſtianꝰ, eſt quaſi vnus exercitus Dei. In exercitu aũt vnus cõſtipatur, ambitur, munitur, iuuatur ab alijs ex fortiſſimis Iſrael,

quia ſunt cæteris Deum per fidem cognoſcentibus fortiores,qui iuxta expoſitionem præhabitam in præcedenti articulo,ſunt ad bella doctiſſimi,gladijsq; accincti. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Ferculum,ſeu habitaculum iſtud,eſt quelibet anima contemplatiua,ſeu virtutũ ſtructura facta in anima,quæ ſtructura conſtat ex lignis Libani, id eſt,ex virtutibus precioſis redolẽtibus & excelſis. Columnas eius fecit argenteas. Poſſunt per columnas intelligi quatuor virtutes cardinales,ædificiũ ſpiritale in anima fortiter ſuſtentantes,videlicet iuſtitia,prudentia,fortitudo,& temperantia.Iuſtitia nanq; eſt præclariſſima virtus,& non eſt Lucifer nec Heſperus ità admirabilis ac præclarus.Prudẽtia quoquè non ſolùm eſt virtus,ſed & virtutum auriga, actuum moderatrix,ſplendor ac radius totius bonæ conuerſationis:per quam rationabile fit obſequium noſtrum,& omnia decenter ac ſecundùm ordinem fiunt in nobis,vtpotè congruo loco,ſuoque tempore & recta intentione.Porrò fortitudo eſt inclyta virtus, aggrediens viriliter ardua, nec timore mortis recedens à bonis,ac pro communi bono ſtrenuè certans. Temperantia verò, beſtialium vitiorum ac voluptatum eſt refrenatrix,incipiens hominem facere ſpiritalem,& præcipuè ipſum nobilitans ac decorans,dum à carnalibus vitijs (in quibus eſt maxima turpitudo) eum reſtringit,ſicq; ad actus intellectiuæ partis eum aptificat.Reclinatorium aureum, id eſt, Theologicarum virtutum connexionem ac ornamentum,q̃ virtutes ſunt cæteris digniores,& per eas potiſſimè ſponſus requieſcit in anima, quoniam hæ virtutes circa Deum tanquàm circa proprium obiectum immediatè & directè verſantur. Aſcenſum purpureum,id eſt,ordinationem ſeu gradus ſeptem donorum ſpirituſſancti,in quibus ordo dignitatis perpenditur,& ab inferioribus ad ſuperiora aſſcenditur.Media charitate conſtrauit. Media ſeu paimentum ſtructuræ iſtius,ſunt virtutes morales & actus earum,quas Dominus iuſſit charitate perfici ac formari,prout præcedenti articulo magis conſtat expoſitum. Quidã per media,intelligunt opera indifferentia,quæ ſcilicet in ſe non includunt rationem virtutis aut vitij,ſeu meriti ſiue demeriti:quæ tamen, ſi fiant ex charitate,virtuoſa meritoriaq; reddũtur.Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem.Iſtud iuxta præinductam præcedentis articuli expoſitionem,dirigi poteſt ad quanlibet animam Chriſti ſponſam.

¶Explanatio eiuſdem Capituli de Chriſto & ſponſa ſingulari. Artic. 12.

Pſal. 104. IN lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Sponſus cæleſtis nõ ſolùm quæritur ab eis,qui charitatem & gratiam eius nondùm habent, ſed ab his quoq;, qui ipſum iam habent per charitatẽ & gratiã.Ideò ſcriptũ eſt:Quærite faciem eius ſemper. Immò ab habẽtibus eũ quærit multo perfectiùs,affectuoſiùs& fructuoſiùs,quàm à non habentibus.Itaq; habitus quæritur,vt plenius habeatur,& gratioſiùs aſſit, ac per gratiæ incremẽta aſſiduè quaſi de nouo adueniat:ſicq; tandèm glorioſiùs poſſideatur in patria.Cùm igitur ſacratiſſima ac ſuauiſſima virgo,quanuis maximè confirmata in gratia, tamen viatrix fuit & incomparabili ardens dilectione,excellentiſſimè quoquè fuit proficiens omni die in vniuerſis chariſmatibus ſpirituſſancti.Nec enim vnigenitus & liberaliſſimus atq; pijſſimus filius eius,tot guttas virginei lactis ex deificatis ſuæ dilectiſſimæ matris vberib⁹ ſuxit: quot illuſtrationibus & ſacris ardoribus,recentiſſimis quoquè viſitationibus & præclaris profectibus electiſſimam eius animam adimpleuit.Certum eſt,quòd ipſa diuiniſſima & ſpiritualiſſima virgo,in lectulo ſuo nõ ſolùm ſpiritali,videlicet trãquilliſſimi ſui pectoris pace:ſed etiam corporali,dilectum ſuum præ cæteris cunctis ineffabiliter ardentiùs,frequentiùs,ſtabiliùs,fructuoſiusq; quæſierit,intenſiſſimè deprecando, præcordialiùs deſiderando, ſublimiùs contemplando,copioſiùs obtinendo.Ad literã demùm,tempus nocturnum ſpecialiter aptum eſt ad exercitia talia.Conformiter debemus & nos iuxta noſtræ modulum paruitatis quærere dilectum etiam in lectulo corporali:ità, vt cum præexaminatione &purgatione conſcientiæ,pergamus ad lectum,& in meditatione deuota ſeu orando obdormiamus,
Thren.2. atq; quàm citò euigilauerimus,leuemus cor noſtrũ ad Dominum,orando,meditando, laudando eundem,ſicq; implendo quod admonet Ieremias:Conſurge,lauda in nocte in principio vigiliarum,& effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini Dei tui.Quæſiui illum,& non inueni.Hoc ſuperficialiter poteſt exponi de triduo,in quo ſanctiſſima dominaquę ſuit dilectũ,cùm ille duodecim exiſtens annorum,manſiſſet ea ignorante in vrbe
Lucæ 2. Hieruſalem & in templo:in quo poſt triduum reperit eum:cumq; primò percepiſſet abſentiam tam dilectiſſimi filij,mœſtiſſima facta,dicere potuit:Surgã manè de lecto,& circuibo ciuitatẽ Hieruſalem,per vicos & plateas eius quæram dilectũ, præſertim inter cognatos & notos.Inuenerunt me vigiles,quod ad literam accidere potuit. Paululùm cùm pertranſiſſem eos,inueni dilectum in templo in medio doctorum,interrogantem illos & audiẽtem.
Ibidẽm.

Tenui

Tenui eum,dicens:Fili,quid feciſti nobis ſic?Eccè ego & pater tuus dolentes quęrebamus te.Nec dimittam:tunc quippe ardentiſſima mente amplexata fuit,& pectori ſuo puriſſimo adſtrinxit amantiſſimum puerum,plorans præ gaudio:tamen vt ſuper Lucã loquitur Origenes, non ideò ſolùm filium ſuum tam doloroſè quæſiuit, quòd putauerit eum errãſſe Origenes aut perditum eſſe;cùm ſciret eum eſſe verum Deum & hominem, cui nihil fortuitum aut improuiſum poſſet accidere:ſed potiùs verebatur,nè forſan demigrãſſet ad alia aũt ad cælos rediſſet,iterũm,cùm ſibi placuiſſet,deſcenſurus:ſicut & aliqs ſtudioſus quęrit in ſcripturis ſanctis in difficilibus locis ſenſum earum cum quodam tormento, non quòd putet errare ſcripturas,ſed quia quod continent neſcit,nec inuenire faciliter poteſt:propter quod dolens & anxius inueſtigat,quod inuenire non valet.Donèc introducam illum in domum matris meæ:fortaſis beatæ Annæ, in qua habito, vel in Templum aut ſynagogam, hoc eſt, quouſquè alia vice perſonaliter ſecum intrem materiale templũ aut ſynagogam manufactam,& exeam,nè ſic manum meã elapſus,remaneat me non ſciente.Poteſt quoquè inquiſitio iſta dilecti,referri ad tempus Dominicæ paſſionis, in quo cùm venerandiſſima mater nouiſſet filium ſuum eſſe iam captum,cum fideliſſima Maria Magdalena currebat per vrbem Hieruſalem,quouſquè percepit quòd eſſet in domo Pontificis,& cùm manè educeretur ad præſidem,occurrit filio ſuo:quem tenere,nec dimittere concupiuit, immò & mori cum ipſo,quouſquè anima ſua,ſimùl cũ anima filij pergeret ad ſanctos in limbo. Præterea ſpiritualiùs loquendo,deifera ſponſa hæc filium ſuum quæſiuit in lectulo ſuo corporali ac ſpirituali,non ſibijpſi duntaxàt,ſed & populo Iudęorũ,ac omnibus,pro quorũ ſalute fuit ſolicita & aſſiduè preces fudit,vt eis gratiã conuerſionis,reformationis,ac cõſolationis internæ acqreret,nec tamẽ pro omnibus illis exaudiebatur ad votũ,propter illorũ nimiã peruerſitatẽ,cũq; eſſet humilima,non tamẽ de meritis ſuis pſumpſit. Immò ſanctorũ patriarcharum ac prophetarũ virtutes ac merita animo perluſtrauit,& per ea petijt aliquãdò exaudiri:ſicq; per vicos & plateas quæſiuit dilectũ, quem illis tranſmigratis inuenit: quoniã meritis ſuis potiùs,quàm illorũ,exaudiebaẽ pro plurimis.Ideò ait:Paululùm cùm pertrãſiſſem illos, inueni quẽ diligit anima mea:tenui illũ,nec dimittã,id eſt,non ceſſabo ab inuocatione ipſius. Donèc introducã illũ in domũ matris meæ,& in cubiculũ genitricis meæ,id eſt, in animas congregationũ,pro qbus oro,quatenùs ipſe eas inhabitare & reformare digneẽ:quæ cõgregationes,ſunt quædã particulares domus ac filiæ totius ſynagogę,cuiꝰ & ego filia ſum.Quę eſt iſta, quæ aſſcendit per deſertũ,ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris &vniuerſi pulueris pigmentarij?De aſſcenſu quotidiani profectũs in omni virtute, ſanctitate ac deiformi perfectione honorabiliſſimæ virginis,oẽs ciues triũphantis ac militantis Eccleſię ritè eundẽ profectũ penſantes,non immeritò mirabanẽ vehemẽtiſſimè: inæſtimabiliter eũ profecit ſingulis horis,cùm haberet puriſſimũ corpus animę ſuę omninò prõptiſſimè ſubditũ atq; obtẽperans,fomitemq; prorſus extinctũ,ac diligentiã animi ſummã ac indefeſſam, charitatẽ quoquè æſtuantiſſimã,ſtans indefinẽter ſub cõtactu ſolis iuſtitiæ,q radios ſapientiæ,flumina gratiæ,charitatis ardores aſſiduè ac abundantiſſimè influxit in eã.ſed & ſuperdulciſſimus ſpirituſſanctus matrem eius à quo ipſe verè æternaliterq; procedit, cõtinuò incitauit,mouit,accendit ad incrementa profectuum. Quid verò pater æternus comparentali ſuæ non largiretur?non dubium,quin ſecretiſſimè, frequentiſſimè, exuberantiſſimè inundauit eam.Ipſa quoq; optimè ſertur aſſcẽdiſſe vt virgula fumi, quoniam eius profectui non fuit admixta aliqua curuitas culpæ,nec negligẽtia vlla:ſed linealiter prorſus rectiſſimè progrediebatur in omni bono,ſimilis vapori reſoluto ex incenſione thymiamatis optimi, ex omni aromatica ſpecie confecti: quia in profundo prætacto virginis excellẽtiſſimæ, concurrebant plurimarum actus & ordinatiſſimæ contemperationes virtutum, ſuauiſſimè redolentes apud altiſſimum. Aſſcendit autem per deſertum,per vallem hanc calamitatum ac fletuum,per terram peregrinationis præſentis,per ſynagogã à Deo relictã. Inſuper aſſcenſum eius in ſublimitate & profectu contemplationis nullus valet ſatis mirari,quàm profundiſſimè contemplabatur altitudinem imperſcrutabilis conſilij ſuperbeatiſſimæ Trinitatis, ſuper modo ſaluationis generis humani per incarnationem ac cætera myſteria verbi æterni ex ea veraciter humanati. Quẽadmodùm enim amabiliſſimę virgini ſingulariter datum eſt, vt humanę ſalutis myſteria ex ea & per eã efficerentur:ſic eminenter datũ eſt ei,vt ab eo profundiùs contemplarentur.Specialiter etiã poſſunt iſta exponi de aſſcenſu virginis illuſtriſſimæ ac regalis in ſua aſſumptione in cælos,quãdò velociſſimè ac ſplendidiſſimè ſcãdit ſuper vniuerſos angelicorũ ſpirituũ choros vſq; ad dexterã ſpõſi,& poſitus vel potiùs exhibitus eſt thronꝰ matri regis vniuerſorũ.Poſtremò,quãtùm quotidiè creuerit in dilectiõe ſynceriſſi-

ceriſſima filij ſui, immò totius ſupereſſentialis incircunſcriptibilis Trinitatis, qs poſſet concipere? Quia cùm fuerit ab omni ſenſuali affectione & inordinato amore mundiſſimè aliena, atq; in habitu charitatis perfectiſſima, maximè fuit diſpoſita ad eminentiſſima charitatis augmenta, quia ex habitu charitatis proceſſit in feruētiſſimos actus diuini amoris, & quo actus illi erant feruentiores, eo maius ſortiebantur ſanctæ charitatis augmētum. Et lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Nulli purę creaturæ tam eminenter ac verè competit eſſe lectulum, id eſt, humilem lectum Salomonis ſeu Chriſti, vt glorificandiſſimæ virgini, in qua ſummus ille pacificus elegit concipi, incarnari, ac habitare in medio vteri eius: ſpiritualiter quoquè gratioſiſſimè in mente ipſius. Hanc igitur electiſſimam omnium creaturarum, ſtatim vt in vtero matris ſuæ concepta eſt, Deus Trinitas angelis ſanctis cuſtodiendam commiſit, eamq́ue frequenter vallauit & honorauit multitudo cæleſtis militiæ, non tam ob indigentiam quàm ob reuerentiam eius. Sed & glorioſi Apoſtoli ac cæteri vtriuſq; ſexûs ſancti primitiuæ Eccleſiæ, ad eam multotiès cum ingenti reuerentia cōfluxerunt. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Præclariſſima virgo aptiſſimè dicitur ferculum, id eſt, thronus aut ſolium Salomonis, id eſt, Saluatoris, in quo fuit Deus mundum reconcilians ſibi: quoniā ipſa non ſolùm portauit vnigenitum Dei in ſua mēte per fidem, charitatem, ac iugem memoriam, veneratione mq́; præcipuam, iuxta
Ephe.3. illud Apoſtoli, Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris: ſed etiam in ſuo inuiolatiſſimo vtero tulit eum, ex ſe hominem factum. Hoc ferculum ipſemet Chriſtus, ſecundùm quod Deus, fecit, corpus benigniſſimę virginis per cauſas ſecundas formando, cuius & materiam in exordio produxit ex nihilo, animam quoq; feliciſſimā eius per ſe immediatè creando. Spiritaliter etiam fecit hoc ferculū, ſanctificando ac decorando illud per gratiā copi-
Pſalm.45. oſam, iuxta quod ſcriptū eſt: Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. Fecit aūt illud ex lignis Libani, qa corpus immaculatiſſimę virginis cōſtat ex mēbris ſanctis & incorruptis, quibus
Pſal.15. Chriſtus cōmunicauit, quod de ipſo fuit prędictū: Nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Porrò animā virginis benedictę ſanctificauit ex perfectis, inuictis, excelſis, dulciſſimiſq; virtutibus. Colūnas fecit argēteas. Vndè Prouerb. 9. ſcribit: Sapientia ędificauit ſibi domū, excídit columnas ſeptem. Per quas ſeptem dona ſpiritus ſancti accipiuntur, quæ fulciunt & ſuſtentant animam eis ornatam. Dona nanque in adiutorium dantur virtutum, & eas expedire dicuntur, id eſt, promptas facere ad agendum, in adiutorium (inquam) theologica-
Gregor. rum virtutum, prout primo Moralium docet Gregorius: & reſpectu illarum virtutum dicuntur argēteæ, quia inferiora ac nitida. Reclinatorium aureum, id eſt, ardentiſſimam charitatem, per quam pudiciſſima virgo proximè diſponebatur ad conceptionem verbi æterni: per fidem tamen fundamentaliter diſponebatur ad hoc. Propter quod dixit Elizabeth:
Lucæ 1. Beata quæ credidiſti, &c. Per humilitatem quoquè de propinquo & per modum congruitatis, quia non decuit ſummum niſi ab humilima concipi, quatenùs pietas ac gratia Dei re-
Ibidēm. cognoſcerentur in omnibus. Ideò ipſa dixit, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Charitas verò præferuida, qua Dei honorem & proximorum æſtuantiſſimè concupiuit ſaluationem, maximè deo eam vniuit, dignificauit, ac placentiſſimā fecit. In charitate igitur beatiſſimæ dominę Deus quieuit, reſedit, ac ferebatur. qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et qui diligit Deū, vnus ſpiritus eſt cum eo. Charitas quoq; adſtringit, amplexatur, & alligat ſibi dilectū. Aſſcenſum purpureū. Poſuit em aſſcenſiones in corde ſuo in valle hac lachrymarū, hoc eſt, ordinarum ac ſucceſſiuum profectum ab imo humilitatis, vſq; ad apicem charitatis. Deniquè aſſcēſus purpureus fuit dolorosa cōpaſſio, qua affectuoſiſſima ac benigniſſima mater filio ſuo paulatim tanto intentiùs condolebat, quanto paſſio eius magis appropinquauit, ità quòd ipſo die Paraſceues propter vehementiſſimū ſuæ compaſſionis dolorem, plùs quàm martyr effecta eſt. Fuitq́ue dolor talis, conſolationibus eius frequenter admixtus. Quemadmodùm enim dulciſſimè mirabiliterq́ue gaudebat, infantem puerum IESVM vultu placido conſpectando, virgineis brachijs deferendo, amplectendo, roſea facie oſculando, ſacris vberibus nutriendo: ſic planè recolendo, quod à Si-
Lucæ 2. meone audiērat, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius: immò quod à Gabriele ſancto
Matth.1. perceperat dictum eſſe ad Ioſeph de puero, Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eo-
Pſal.21. rum: quod item ex prophetis & pſalmis nouerat prophetatum de amantiſſimo filio ſuo, Foderunt manus meas & pedes meos, ac multa ſimilia, vehementiſſimè condolebat, & concutiebātur omnia viſcera eius materna ſuper innocētiſſimo filio ſuo, ità vt cum Dauid dicere
2.Reg.18. videret: O Ieſu fili mi, fili mi Ieſu, qs mihi det, vt ego moriar pro te? Media charitate cōſtauit, id eſt, quicqd ſacratiſſima virgo in ſe habuit, geſſit aut pertulit, ſpōſus ac filius eius pleniſſimo

niſſimo amore Dei & proximorum ornauit, ità quòd præfatus pijſſimæ matris dolor, ſicut ex naturali amore ac materno affectu, quo afficiebatur ad filium ſuum, præcipuè profluxiſſe videtur, ſic ex infuſa charitate, qua diuinæ maieſtatis honorationē ac mundi redemptionem præcordialiſſimè affectauit, dolor ille mitigabatur, & de fructu paſſionis filij ſui ingeſſit ei conſolationem non paruam. Conſequēter ſapientiſſima virgo fructum incarnationis, paſſionisq́; filij ſui ardentiſſimè cupiens fructificare in omnibus, adhortatur: Egredimini & videte ô filię Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua, id eſt, in aſſumpta humanitate præclariſſimè decorata, regia, ſacerdotali, & iudiciaria poteſtate magnificè ſublimata, quam aſſumpſit ex me: atq; in glorificatione humanitatis eiuſdem, quam glorificationem à me matre ſua accepit, inquantùm fui occaſio, medium ac ſubiectum ex quo ſuæ incarnationis, & miniſtratrix ſubſtātiæ ſuæ humanationis: per quam, exaltationem & glorificationem corporis ſui accidentaleq́; præmium meruit & accepit. Exinaniuit enim Philip.2.
ſe, formam ſerui accipiens, & humiliauit ſemetipſum, factus obediens patri vſq; ad mortem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen. Hæc ergò, ô filiæ Sion, id eſt, deuotæ animæ conſiderate, vt gratæ ſitis Saluatori, eiusq́ue humilitatem ſectando, mereamini glorificationis ipſius participes fieri. Cætera ex præinductis expoſitionibus patent.

¶Elucidatio Cap. 4. Quàm pulchra es amica mea. De Chriſto & Eccleſia. Art. 13.

MOdò in fine præcedentis capituli Eccleſia animas credentium fuit hortata ad conſiderandum myſteria incarnationis glorificationisq́; ſponſi ſui. Videns igitur ſpōſus ingentem ſuę Eccleſię charitatē, feruidū zelū, ſyncerā intentionem, ſolicitudinemq́; peruigilē, pro Saluatoris ſui honorificētia, cultu & gloria, & ꝓ ſubditorū ſalute, vicē rependit, & cōmendat eandē, dicēdo quaſi cū admiratiōe & ingeminatiōe, ad inſinuandū magnitudinē rei, & affirmationē ſuæ ſentētię: ¶Quàm pulchra es amica mea, q̄ pulchra es: Ecclēſia, in qua ſunt ſemper aliquę ſanctę & perfectę perſonæ, & pulcherrima & pulchrificātia Sacramēta gratiæ cōtentiua, ac ſancta officia, ſupnaturaliaq́; diuinorū chariſmatū ornamenta. Itaq; pulchra es in naturalibus, tanq̄ ad ſuperbeatiſſimæ Trinitatis imaginē & ſimilitudinē cōdita: pulchrior facta per baptiſma gra- Gene.1.
tiarūq́; munera, pulcherrima per ſanctitatē & contemplationē ſublimē, charitatisq́; perfectionē. ¶Oculi tui colūbarum: Id eſt, colūbinos oculos habēs, ſcilicet purū intuitū ac pudicū, dirigēdo viſum tuū ad ſpōſum cæleſtē, aliundeq́; auertendo, quēadmodùm pudiciſſima ſpōſa ſuū duntaxàt inſpicit ſpōſum: ſimplicē quoq; habens intentionē à felle amaritudinis alienā, duplicitatē, æmulatiōem & hypocriſim odis: ¶abſq; eo quod intrinſecùs latet, id eſt, præter beatitudinē æternalem tibi paratam, quam deguſtāſti, & quæ in tuis meritis continetur ſicut effectus in cauſa, & ſicut fructus in flore, ac forma in inchoatione. Vndè ait Apo-
ſtolus: Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Vel pul- Rom. 6.
chra es in conuerſatione exteriori, virtuoſa & exemplari, pulchra quoquè in prædicatione ſalubri, ac ædificatoria locutione: quæ pulchritudines aliqualiter appārent ad ſenſum, ſed ex interiori & inſenſibili pulchritudine dependent ac oriuntur, de qua ſequitur: Abſq; eo quod intrinſecùs latet, id eſt, præter puritatem tuā internam, charitatis feruōrem, cōtemplationis ſplendorem, indefinientem profectum mentalem, quę homines latent, Deoq́; patent. Homo enim videt in facie, Deus autem intuetur cor. ¶Capilli tui ſicut greges caprarū, quæ 1.Reg.15.
aſſcenderunt de monte Galaad. ¶In capillis multa conſiderantur. Primò, quòd ex capite immediatè naſcuntur, & illud ornant, atq; ſubtiles ſunt, & præ multitudine innumerabiles eſſe videntur. Quidam igitur per capillos Eccleſiæ intelligunt eius prelatos: quia matri Eccleſię proximiùs hęrent, & per quos ipſa parit & inſtruit, ornatq́; alios. Alij per capillos accipiunt contemplatiuos, q ſubtiles eſſe cenſentur, & à carnalitate, rudimentisq́; ſenſuum extenuati, ac graciles conuerſatu. Nonnulli per capillos, ob eorū multitudinē, intelligunt plebem cōmunem ac copiā ſubditorū: qui rectè obediendo, ſunt ornamēta capitū, id eſt, Superiorum ſuorū. Omes hi aſſimilātur gregibus caprarū: quæ, ſicut ꝓhabitum eſt, ſunt acutiſſimi viſus, & agiles motu, in mōtanis paſcentes: ſic prefati per fidem illuminatā & ſapientiā ſalutarem intuentur acutè, & diſcernunt vera à falſis, ſalubria à nociuis, celeriter quoquè diuina exequuntur præcepta, & in Eccleſiaſticis ſacramentis atq; ſcripturis aluntur, inuicēm quoquè coordinati ſunt, quę mutua ordinatio multitudinem valdè perornat. Hinc quæ à Deo ſunt, Rom.13.
ordinata eſſe feruntur. Porrò Galaad interpretatur tumulus teſtis, vel aceruus teſtimonij, vt patet Gen. 31. Idcircò per montē Galaad, deſignat ſacrę ſcripturę ſublimitas, in qua eſt abūdantia teſtimoniorū de Chriſto. Et etiā per montem hunc ſignificatur Sacramentorū vber-

tas,

tas,gratiæ ac virtutum fertilitas,quibus omnibus optimè nutriũtur fideles,ſicut ad literam in monte Galaad, bona pro pecoribus paſcua abundabant. Itaque de hoc monte aſcendunt fideles per ſpiritalem profectum ad regnum cælorum. [Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcendunt de lauacro:]Greges ouium tonſarum aſcendentes de aqua,in qualoti ſunt,tam à quantitate & onere ſuæ lanæ, quàm à ſordibus ſub lana latentibus, alleuiatæ ſunt ac purgatæ:ſic dentes Eccleſiæ,id eſt, prædicatores, doctores, & propugnatores fidei Chriſtianę(qui animarum cibaria,ſcilicet ſacras doctrinas terunt,frangunt,tranſſundunt;q; proximis)ab omni carnalium vitiorum mollitie,ab onere ſolicitudinis immoderatæ, à ſuperfluitate temporalium rerum,atque à fœditate culparum temporalibus annexarum, debent eſſe exonerati & emundati,atque ad baptiſmalis innocentiæ puritatem reducti: quatenùs, qui futuram vitam, & eius æternam, incomparabilem ac perfectam beatitudinem prædicant & commendant, inueniantur terrena contemnere,& ad futuram felicitatem toto affectu accelerare,qui etiam lachrymis pœnitentię, fletuq; oriente ex deſiderio ac dilatione cęleſtis patriæ,debent ſeipſos quotidiè baptizare, vt ſint purgati,illuminati, perfecti, quorum officium eſt alios purgare,illuminare,perficere. Hinc Chriſtus ſuos ad prædican-

Matth.10. dum mittens diſcipulos:Nihil,inquit,tuleritis in via,neq; ſaculũ,neq; pecuniam,nec duas tunicas habeatis.[Omnes gemellis fœtibus:]id eſt,oues ſic tonſæ, duplum habent fœtum, ſaltem in terris quibuſdam.[Et ſterilis non eſt inter eas,]ſic præfati dentes Eccleſiæ,duplicifœcunditate debent fulgere,videlicet exhibitione exempli,&ſermone ſalubri.In virtutibus quoquè debent cęteris fructuoſiores exiſtere,& duo charitatis præcepta implendo,tam Deo quàm hominibus,id eſt,ſibijpſis ac proximis,fructificare:ſicq; creditis ſibi talentis vti

Lucę 19. cum lucro,conceſſamq; eis gratiã cõmunicare atq; influere populo,vt dicere queant: Dñe, mna tua duas mnas fecit.[Sicut vitta coccinea,labia tua:]Labia Eccleſię ſunt hoĩes ſtudioſi, in ſcripturis periti,& ſacra dogmata ſcribentes,aut alijs propoñentes,qui cõparantur vittis coccineis,id eſt,rubeis ligaturis,quibus reſtringũtur capilli nè defluant.Et hoc duplici ratione:Primò,quia doctrinæ & locutiones eorum ſunt ſibi inuicèm coordinatę,contextę,& cohęrentes,ſicut fila in vittis.Secundò,quoniã ſicut vittę reſtringũt capillos: ſic verba idoneę prædicatiõis refrenant cogitationum diſtractiones,& affectionũ inordinationes, mentesq; audientiũ in Deũ recolligũt.Et quia de Chriſti ſalutifera paſſione,& qualiter per eam ſimus redempti,debent aſſiduè prędicare,meritò vittis aſſimilantur coccineis. Hoc vtiquè faciunt,dum inſtruunt populum,qualiter omni hora perpendere debeat in diuinę maieſtatis adſpectu ſe omnia agere,& metuẽdum Dei iudicium atque amariſſimam Chriſti paſſio-

Pſal.24. nem ſemper penſare,& illud Pſalmographi,Oculi mei ſemper ad Dominum,ruminare frequenter in corde.[& eloquium tuum dulce.]quia delectabile & iucundum, amoroſum,ſa-

Pſal.118. lubre,facundum,exemplare,& conſolatorium,iuxta quod ſcriptum eſt:Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua.Hoc eloquium,eſt ſacra ſcriptura,ſtylo plana,ſententijs plena, myſterijs grauida,in quo Deus Trinitas verè creditur,cognoſcit & laudatur, Chriſti myſteria continentur,diuina pcepta,conſilia,teſtimonia,hortamenta ac varia ſcripta ſunt documenta,& nouiſſima hominum deſcribũtur.[Sicut fragmen máli punici,ità genę tuę:]Genę Eccleſię,ſunt perſonę contemplatiuę,pacificę,pudicę,ac dulces in ſua cõuerſatione. In genis nanq; fit oſculum,& pulcher appáret color,ac citò appáret verecundię rubor,atq; amplior teneritudo ſentitur.Hæ perſonę cõparantur non málo Punico,ſed fragmini eius,ſeu fruſto máli granati:per quod ſponſus ſignificatur,cuius perfectio à nemine valet plenariè imitari, aut participari:ſed vnuſquiſque pro modulo gratiæ ſibi collatę,imitatur ipſum pro parte, & in iſtis aut illis virtutibus ſecundùm aliquem gradum.Nempe in málo ſeu pomo Punico inuenitur exterior quædam aſperitas,& dulcedo interior,granorum collectio,decor coloris,venuſta quoquè varietas ex albi rubeiq; coloris permixtione: ità in Chriſto fuit aſpe-

Pſal. 68. ritas exterioris veſtitũs. Vndè ait in Pſalmo:Poſui veſtimentum meum cilicium.Itemq;,Ego

Pſal. 34. autem,cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. Intùs verò fuit in ſuperiori parte animæ Saluatoris dulcor beatificę fruitionis.Fuit quoquè in eo granorum,id eſt, omnium virtutum ac donorũ collectio,in totius excellentię termino: & decor coloris, id eſt, honeſtiſſimus ac ſummè exẽplaris apparatus exterior in vultu,inceſſu, geſtu, ſermone & factis: venuſtiſſima item varietas ex permixtione albi rubeiq; coloris:præclariſſima vnio diuinę ac humanæ naturæ,& communio actuum vtriuſq;,idiomatum etiam cõmunicatio,quia in ipſo diuina aſcribuntur homini,& Deo humana.Nam & Deus dicit paſſus,& homo vocatur vnigenitus filius Dei,in quibus ſemper penſandum qd propter quod dicatur.Propter quod magnus & diuinus Dionyſius Chriſti actionẽ vocat Theandricã,id eſt, Deiuirilem.Tales ergò ſunt genæ Eccle-

næ Eccleſiæ,[abſq; eo quod intrinſecùs latet:]id eſt,pter interiorẽ eius ſoli Deo notã perfectionẽ,ſicut expoſitũ eſt.Habet qppe in ſecretiſſimo cordis ſinu,in apice mentis myſticam theologiã & ſapientialẽ pudorẽ,quo corã ſponſo erubeſcit in quocunq; reprehenſibiliter ſe habere,aut quãtũcunq; parùm offendere.[Sicut turris Dauid collũ tuũ, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis.]Collum,inter caput & corpus,eſt mediũ:nectitq; ea in vnũ,&ipſum erigitur,vt vndiq; longiùs ac latiùs circũſpiciatur,& imminentibus reſiſtatur periculis. Rectè ergò per collum Eccleſiæ,accipiuntur cuſtodes & curati,qui præſident,q inter Chriſtũ caput omniũ,& inter populũ mediant,& Deo reconciliant plebẽ,cui & dona gratiæ deſupèr impetrant,ac ſacramẽta miniſtrant:oculũ quoq; circunſpectionis dirigunt & circunferunt vndiq;,conſiderando ſtatum,impugnationes,indigentiamq; Eccleſiæ,vt ſuper his auiſent, & cautũ reddant populũ Dei.Iſti eleuantur in altum,non elatione,ſed prælatione, magnanimitate,perfectione,& circũſpectione.Ideò aſſimilãtur turri Dauid ędificatę cum propugnaculis,id eſt,pinnis murorũ,ex quibus cõtra hoſtes pugnatur:ſic &iſti pro ſubditis &ſibi commiſſis,contra aduerſarios ſalutis talium,pręliantur orando,virtuoſè viuendo, hortãdo, inſtruendo. [Mille clypei pendent ex ea:]id eſt,in muris turris Dauidicę,in ſignum apparatuum bellicorum ipſius.[Omnis armatura fortium.]Legitur aũt 2.Regum 23. & 1. Paral.11. Dauid rex habuiſſe trigintaſeptẽ fortes,tres fortiores,tresq; fortiſſimos: inter quos ipſemet extitit vnus,vt aliqui opinãtur. Vndè cùm dicitur,mille clypei, videtur numerus determinatus ſumi pro indeterminato. Sic,immò incõparabiliter magnificentiùs,per gyrũ Eccleſiaſticę ſublimitatis & in cõgregatione fideliũ,eſt omniũ armatura virtutũ, innumerabilesq; clypei,ad defendendũ fidem Eccleſiæ contra vniuerſos ipſius hoſtes inuiſibiles atq; viſibiles.Clypei iſti ſunt authoritates,teſtimonia & doctrinæ ſacręſcripturæ,& ſanctorũ patrum ac catholicorũ doctorũ miracula,ſanctitas,&virtutes fideliũ,aliaq; diuerſa multa ac copioſa ſpirituſſancti chariſmata. Vndè de Euangelicę legis doctrina Apoſtolus ſcribit: Quæ in Heb. 2. nos cõfirmata eſt,cõteſtante Deo ſignis & virtutibus & prodigijs,& varijs ſpũſſancti diſtributionibus.His ſcutis & armis conuincũtur hæreticæ prauitates, omniſq; infidelitatis perſuaſitas.[Duo vbera tua,ſicut duo hinnuli capreæ gemelli.]De duobus vberibus ſpõſi, dicũ eſt ſuper illud:Quia meliora ſunt vbera tua vino.Porrò duo teſtamẽta, ſeu doctrina le- Cant.1. gis Moſaicæ ac ſapiẽtia Euangelicę legis,quæ dicũtur duo vbera ſpõſi, tanquàm datoris ac dñi:ſunt etiã vbera ſpõſæ ſeu vniuerſalis Eccleſiæ,tãquàm recipiẽtis, miniſterialiterq; vtentis. Et qa hęc ſponſa humiliter ſe ſuo cõformat ſpõſo,ideò ſicut in Chriſto duo vbera etiam intelligũtur charitas eius ac pietas:ità & vbera iſta Eccleſiæ & prælatorũ ipſius, ſunt charitas & pietas,ſeu diſcretio & miſericordia,vel diligentia paſtoralis & quotidiana inſtructio: per quę omnia ſubditos ſuos maternaliter fouet,nutrit,lactat Eccleſia,ſicut Paulus teſtatur: 2.Cor. 12.
Libentiſſimè impendã & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. Et iterùm: Facti ſumus 1.Theſſ.2.
paruuli in medio veſtrí, quomodò ſi nutrix foueat filios ſuos. Rurſùs, duo vbera Eccleſiæ, ſunt ſuſtentatio filiorũ eius,tã ſpiritualis quàm corporalis. Verùm ſecũdùm Gregoriũ, duo Gregor.
vbera ſunt duo pdicantiũ ordines,quorum vnus miſſus eſt ad Iudæos,alter ad gentes,prout Paulus fatetur:Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatũ circũciſionis, operatus eſt & mihi inter Galat.2.
gentes. Vbera iſta Eccleſiæ,cõparanť gemellis hinnulis capreę,quoniã ſpiritali renouatiõe ſunt florida,humilitateq; parua,ac inuicèm cõcordantia & cõnexa,dilectionẽ quoq; & concordiã inter ſuperiores ac ſubditos,& inter ſubditos inter ſe,inter ſuperiores etiam inter ſe facientia.Iterùm,quoniã inſtàr hinnulorũ capreæ procedunt in actus virtutũ celerrimè, ac interiori viſũs acumine vigent.[qui paſcuntur in lilijs:]id eſt,quę vbera,ſeu paſtores ſignificati per hinnulos,ſpiritaliter nutriuntur in ſplendidis ac ſuauibus ſanctorũ ſententijs,doctrinis,virtutibus & exẽplis,pręſertim in candore caſtimoniæ & puritatis*flagrantia.[Do- * fragrantia.
nèc adſpiret dies:]id eſt,clara cognitio Dei per ſpeciem, ſeu dies æternitatis, aut retributio
diei generalis iudicij veniat.[& inclinẽtur vmbræ:]id eſt,obſcuritas cognitionis pręſentis, tenebræ huius exilij,vmbraq; mortis ceſſent.Interìm enim durat luctatio vberum Eccleſiæ in hac vita,ſed in die æternitatis ac beatifica viſione ceſſabit: quia ex tunc erit Deus omnia in omnibus,militansq; Eccleſia ad triumphantẽ tranſlata,& vnũ cum illa effecta, immediatè ac plenè à Deo illuminabitur ac paſcetur.[vadam ad montem myrrhæ,& ad collem thuris:]Per myrrham amarã,& corpora à corruptionibus pſeruantem,ſignificat auſteritas vitæ pœnitentialis,rigor iuſtitiæ,mortificatio carnis:per thus verò,quod dulciter redolet, & in cultu diuino accenditur,inſinuatur feruor deuotionis,ſuauitas oratiõis & contẽplatiuæ redolentia vitæ.Itaq; ſponſus teſtatur:Vadam ad montẽ myrrhæ,id eſt,eos miſericorditer viſitabo,qui in arduis pœnitentiæ exercitijs occupãtur,& rigori pœnitentiæ ſunt intenti,&

Psal. 43. seipsos salubriter mortificare nitũtur,& dicunt:Quoniã propter te mortificamur tota die.
Psalm.16. Itemq́;:Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.Hos ergo sponsus consolatur ac refouet,& gratię dona auget in eis.[Et ad collem thuris:]id est,ad eos qui in eminentia deuotionis,dulcedine orationis,& contemplatiuæ vitæ redolentijs conquiescunt. Hi familiariùs desupèr inuisuntur,gratiosiùs adimplentur,& nutriuntur in croceis,& introeuntes domum mentis,cum sapientia delectantur.Itaq; per montem myrrhæ, possunt intelligi in vita actiua constituti:per collem thuris, contemplatiui. Et quanuis sublimior sit cõtemplatiuorum vita,quàm actiuorum:actiui tamen per montẽ,contẽplatiui per collem signantur:quoniam multo plures sunt actiui,quàm contemplatiui:& quoniam contemplatio vitę
Iaco.3. huius,permodica est respectu futuræ.Sed qa in multis offendimus omnes, necesse habemus primò montem myrrhæ accedere,& per pœnitentiæ opera nos purgare: sicq́; per exercitia viæ illuminatiuæ,per orationes intentas & meditationes suaues,ad collẽ thuris venire.[Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te.]Hoc concordat Apostoli verbis, dicentis:
Ephe.5. Elegit sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neq; rugam,nec aliquid eiusmodi,
Hierony. sed vt sit sancta & immaculata:quod tamen secundùm Hieronymum super Ieremiam, & Bernardum in sermone quodam,competit Ecclesiæ pro statu futuro: attamen conuenit ei aliquo modo etiã in præsenti,quãtùm ad membra sua principaliora, quoniã semper sunt in Ecclesia aliqui sancti,immò & multi,in quibus nõ est macula culpæ mortalis.Potest quoq; contingere,quòd aliqui sint tam custoditi coram Deo,quòd interdùm ad aliquantulũ tem
☞ poris sint etiam sine veniali,dum pro suis quotidianis culpis quotidiè tantam pœnitẽtiam agunt,& tantùm accenduntur in Deo,atq; de minimis culpis sic erubescunt,quòd non solùm pro eis satisfaciunt plenè,immò etiam crescũt in charitate & in omni virtute,ità quòd
2.Cor.7. euolãt,si in tali dispositione obiẽrint.Est ergò Ecclesia tota pulchra, id est, ab ingnamentis carnis ac spiritũs mũda: in appetitu sensitiuo,per virtutes morales à passionũ immoderãtijs reformata:in intellectu,per fidem,scientiã, prudentiam, consilium,sapientiam decorata:in voluntate verò,per spem,charitatem,iustitiam:in memoria, per stabilitatem in istis: multis quoq; virtuosis abundans operibus,ac ædificatorijs verbis,meritisq́; pręclaris:&in quibusdam personis,etiam sanctitate virtutibusq́; heroicis pollens. Nec his obstat, quòd Ecclesia
Isaiæ 1. asseritur deformata,immò & meretrix facta,vt aliqui dicunt super illud Isaiæ:Quomodò facta est meretrix ciuitas fidelis?Totum enim integrale, secundùm diuersitatẽ suarũ partium,
1.Cor.1. diuersas sumit denominationes.Vndè Apostolus Corinthijs scribẽs:In omnibus, inquit, diuites facti estis in illo,putà in Christo,ità vt nihil vobis desit in vlla gratia: & tamen eisdem
1.Cor.3. paulò pòst loquitur,Cùm sit inter vos zelus & contentio,nonnè carnales estis,& secundùm hominem ambulatis?Itemq́;,Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus. Dicitur ergò Ecclesia deformata,auersa,exanguis,seu meretrix facta,quantùm ad credentes scilicet,charitatem & opera nõ habẽtes,immò verò vitijs sordidatos,quorũ animæ nõ sunt sponsæ Christi,sed adulteræ diaboli.De hoc Gregorius super Iob,& Alexander de Halis super tertiũ Sententiarũ plenius sunt locuti.[Veni de Libano sponsa mea,veni de Libano,veni.]Eccè ter sponsam inuitat venire:primò,ad commendationẽ beatissimæ Trinitatis, quæ est vnus sponsus omniũ beatorũ spirituum atq; fidelium animarũ,quanuis ratio sponsi magis propriè conueniat verbo incarnato,vt dictum est.Secundò,ad amplioręm excitationem, sicut Ierem.22.Terra,terra,terra,audi verbum dñi.Tertiò,ad insinuandũ sui amoris feruorem ad sponsam suã,Ter quoquè hortatur vt veniat,quatenùs mentis cogitatu,oris sermone,&operum exhibitione,ad ipsum accedat.Etrursùs,quia per tres virtutes Theologicas fit spiritalis iste accessus.Itaq; veni per fidem,spem,& charitatẽ de Libano,id est,de mentis renouatione ac puritate.Libanus enim,candidatio interpretatur.Secundùm Gregorium,per Libanũ,designatur baptismus,in quo purgatur Ecclesia,fidemq́; recipit,per quam vnà cum gratia ad coronam vocatur.Simili modo posset per Libanum pœnitentia,contritio,seu cõfessio accipi:omnia enim in confessione lauantur.[veni de Libano,]id est,iusta cõuersatione ad beatificam visionẽ.Veni,de merito ad præmium,de fide ad speciem, de curriculo ad quietem,de tempore ad æternitatem,de luctu ad brauium,de via ad patriam,de periculo ad securitatem,de miserijs ad salutẽ.[Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon,de cubilibus Leonum,de montibus Pardorum:]id est,coronam glorię sortieris pro di
Iohe.1. ligentia &labore,quo conuertisti ad fidem principes & magnates seculi huius.Amana eñ, *interpretatur* inquietus seu turbulẽtus:Sanir verò,fœtor:Hermon,anathema: sicq́; per Amana intelliguntur homines passionati,tyranni &persecutores iustorum,de quibus loquit Isaias:
Isaiæ 57. Impij quasi mare feruẽs,quod quiescere non potest.Per Sanir autem,gulosi & lubrici,q fœditatibus seruiunt carnis,de quibus exponitur illud Iohel.1. Cõputruerunt iumenta in stercore suo.Per Hermon,superbi & spiritalibus vitijs dediti,q sunt anathema & separati à Domino.Per Leones demùm exprimuntur homines feroces,voraces,& violenti: per Pardos,simulatores & callidi ac immisericordes:quoniã Pardus est animal crudele,varietatẽ &maculas habens colorum.Similiter diuersis vitijs indurati,signanter pardũ, iuxta quod loquitur Ieremias:Si æthiops potest mutare pellem suã,& pardus varietates suas,&vos poteritis be
Iere.13. nefacere,cùm didiceritis malũ.Porrò secũdùm Glosam,per Leones & Pardos dæmones designanter, de quibus precamur:Nè tradas bestijs animã confitentẽ tibi.Vndè & Princeps ait Apo-
Psal.73. stolorũ: Aduersarius vester diabolus,tanq̃ Leo rugiẽs circuit, q̃rens quẽ deuoret.Horũ mon
1.Pet.5. tes atq; cubilia sunt iniqui,in quorũ cordib⁹ regnabãt.Coronaberis ergò de capite Amana, id est,pro cõuersione capitaneorum ac principaliũ inter eos,qui per Amana sunt expressi. De vertice quoquè Sanir & Hermon,id est,pro eo,q; auertisti ad me sublimiores inter eos,
1.Thess.2. qui per Sanir & Hermon notantur.Hinc conuersis per se scribit Apostolus Paulus:Quę eñ est spes nostra,aut gaudiũ,aut corona gloriæ?nonnè vos ante dñm?Nec mirũ,ô spõsa,quòd toties te inuito ad gloriã.Nam[vulnerâsti cor meũ soror mea sponsa:]id est,tu Ecclesia,quę es soror per conformitatẽ naturæ,quam assumpsi,& sponsa per charitatem præcipuã,intantùm me prouocâsti ad tuum amorem, tamq́; dilecta & chara es mihi, quòd præ tuo amore & desiderio tuæ salutis mortem sustinui, & tuæ damnationi vehementissimè condolui, & quasi vulnere amoris fui percussus:ideò repeto:[vulnerâsti cor meum in vno oculorũ tuorum:]id est,per columbinum illum intuitum,quem habes ad me & per purã ac simplicem intentionem,qua meum intendis honorem.Vel in vno oculorum tuorũ,id est,in vnitate fidei qua me cernis.Habes enim oculũ sciẽtię naturalis ingenij.Habes quoquè oculum fidei,
Roma.1. quo supernaturalia intueris,per quẽ mihi ampliùs places,quoniã iustus ex fide viuit.[& in vno crine colli tui.]Per crines Ecclesiæ,sicut præhabitũ est,vno modo intelligitur populi multitudo:& per collũ,prælati:qui inter Christũ caput, &corpus communitatis sunt medij, & caput corpori illi annectũt:sicq́; per vnum crinem colli,insinuatur vnitas plebis fidelis suis præsidentibus adhærentis,vt sic capiti(quod est Christus)per obedientiam coniungantur:quod præcipuè placet sponso,qui suis ait vicarijs:Qui vos audit,me audit:& q vos sper-
Luce10. nit,me spernit.Propter quod monet Apostolus:Obedite præpositis vestris,& subiacete il-
Heb.13. lis.Præterea(vt appáret)sponsus hic loquitur per modum amantiũ,qui frequenter ex intuitu alicuius partis seu rei personæ dilectæ,ità in eius accendunt amore, vt quasi vulnerati amore perhibeantur,qui etiam ex oculorum & capillorum dilectæ adspectu solent ad eam affici valdè:sic ergò nunc asserit sponsus: Vulnerâsti cor meum soror mea spõsa,in vno oculorum tuorum,& in vno crine colli tui,id est,intantùm te amo,vt etiam quæcunq; pars tua seu res tibi coniuncta,meam dilectionem inflammet. Immò qui diligit vehementer personam,si viderit aliquam ei multùm consimilem,mox medullitùs grandi affectu concutitur.
Ioan.13. Cumq́; oculi Ecclesiæ dicantur Doctores & Magistri fidelium,præsertùm gloriosi Apostoli ac beatissimi Euãgelistæ, posset per vnum oculorum intelligi discipulus ille,quem diligebat Iesus,sanctus Ioannes:& per vnũ crinẽ,amorosa Maria Magdalena,immò potissimè beatissima virgo Maria.[Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ,soror mea sponsa.]Mammæ Ecclesiæ,sicut inductũ est,sunt charitas Dei & proximi,vel pietas & doctrina,seu vtriusq; Testamenti scientia,vel ipsi prædicatores atq; prælati,quæ vtiquè mammæ,pulchræ sunt valdè, virtuosæ,ornatæ,diuinæ,atq; vberibus sponsi consimiles.[pulchriora sunt vbera tua vino:]
Prou.8. id est,omni tẽporali materialiq́;,bono ac poculo,qa salubriùs alunt ac dulciùs.Meliora sunt etiam vbera Euangelicę compassionis,ac cõsolationis vino rigoris legalis.Similiter doctrina Christi,melior atq; perfectior est doctrina Mosis,iuxta quem modũ in Prouerb. legitur: Melior est sapiẽtia cũctis opibus.At verò sicut corporeæ mammæ sunt pulchræ, cũ fuerint plenæ ac rigidę,albæ ac modicæ:sic spiritalia vbera pulchra censenẽ,cùm per pdicationẽ & cõminationem diuinæ iustitiæ fuerint rigida:per cõmemorationẽ diuinæ pietatis & futuræ glorificatiõis,plena:per doctrinã syncerã,nil falsitatis includentẽ,alba: per planũ humilẽq́; sermonẽ,modica.Rursùs,vt asserit Beda,Prædicatores & Pastores Ecclesiæ interdùm comparantur mammis,aliquandò oculis,quandoquè dentibus:Mammis,eo quòd consolentur
1.Cor.2. pusillanimes ac infirmos,& instruunt subditos:Oculis,quoniã sapientiã loquunt inter perfectos,& bona à malis,vera á falsis discernunt:Dentibus,qa corripiunt ingetos ac reos. [& odor vnguẽtorũ tuorũ super omnia aromata:]id est, dulcedo,delecta fama, quã tu ô sponsa Ecclesia habes,ex tuis vnguẽtis,i.supernaturalibus donis spirituſſancti,&infusis virtutibus, præsertìm ex fide,spe,charitate,pstantior,spiritalior, diuinior est aromatibus materialibus

vniuerſis,& etiam virtutibus naturalibus acqſitis,philoſophicisq; ſcientijs,operibus quoq; bonis ex genere,quæ à malis hoibus fieri queunt.[fauus diſtillans labia tua ſponſa:] id eſt, melliflua verba habes,& labia tua,videlicet prælati & prędicatores,ſaluberrima atq; dulciſſima ſermocinãtur eloquia de bonitate,amabilitate,excellẽtia & beatitudine Dei in ſemetipſo:atq; de oĩi miſericordia,charitate,munificentia eius ad rationales creaturas, præſertim ad Chriſtianos:de beneficijs ac promiſſis ipſius,de myſterijs Chriſti,& de cæteris quę in diuinis continentur ſcripturis.[mel & lac ſub lingua tua:]id eſt,doctrinã habes ſalubrẽ ac dulcem puſillis incipientibusq; conuenientẽ:qualiter ſcilicet debeant carnalia atq; mortalia vitare peccata,exteriorem cõponere hominẽ,exteriores ſenſus reprimere, linguam domare,ad humilitatem,manſuetudinẽ,patientiã,charitatem ſe dare,& diuina ac Eccleſiaſtica obſeruare præcepta:& iſta deſignantur per lac,quod cibus eſt puerorum. Vndè & princeps
1.Petr.2. Apoſtolici chori hortatur:Quaſi modò geniti infantes rationabiles,lac cõcupiſcite. Paulus
1.Cor.3. quoq;:Quaſi paruulis,inquit,lac vobis dedi. Interdùm tñ per lac,innocentia & puritas deſignanẽ. Et poteſt hoc loco per lac,intelligi doctrina ad Chriſti humanitatẽ ac eius myſteria, virtutes ac opera pertinẽs:quòd ſcilicet vnigenitus Dei propter nos factus eſt homo,& conuerſatus in mundo in ſumma paupertate,profundiſſima humilitate,immobili patientia,ardentiſſima charitate,& tandèm acerbiſſimã mortem perpeſſus,& qualiter debeamus eũ ſequi in iſtis. Per mel verò,doctrina ſpectãs ad diuinitatẽ eius,qualiter ab æterno inuariabiliter natus ſit ex patre,ſeipſum in ſe concipiente,intelligẽte ac proferente,cuius prolatio eſt generatio verbi ęterni,quod eſt vnigenitus filius eius. Iterùm,per mel,accipi poteſt doctrina proficientibus ac perfectis cõueniens,qualiter debeãt ſe iugiter interiùs exercere,& mentem Deo vnire,eũq; cõtemplari ſynceriter,amare ardẽter,tenere,ſtringere,& amplecti ſta-
Heb.5. biliter. Vndè dixit Apoſtolus:Perfectorũ eſt ſolidus cibus. Et,Sapientiã loquimur inter per-
1.Cor.2. fectos. Hinc ait Fulgentius:In ſacra ſcriptura ſeu ſermone dominico,eſt quod omni profeſſioni cõgruat,quod oĩ ætati cõueniat,[& odor veſtimentorũ tuorum, ſicut odor thuris.] Virtutes & dona ſpiritusſancti,ac meritorij actus,ſunt veſtimẽta,ornamẽta ac arma Eccleſię & vniuſcuiuſq; fidelis. De qbus Eſa. 61. ait Eccleſia:Induit me dñs veſtimẽto ſalutis,& indumẽto iuſtitiæ circundedit me. Ad quod pertinet illud Pſal. 44. Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Itaq; veſtimenta dicuntur,quoniam contra ęſtum cõcupiſcentię,& frigora inuidiæ atque acediæ,ac cæterorum intemperiem & immoderantiam vitiorum defendunt. Dicuntur etiam ornamenta,quia coram Deo pulchrificant,& ad intuendum delectabilem efficiunt ipſam Eccleſiã,ac membra ipſius,iuxta illud Apocal. 3. Veſtimentis albis induaris,vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. Vocãtur & arma,quia per ea reſiſtitur hoſtibus humanæ ſalutis,vitia expugnantur,tentatio vincitur,& homo legitimè certãs,coronari
Ephe.6. mereẽ. Propter quod hortaẽ Apoſtolus:Induite vos armatur am Dei,vt poſſitis ſtare aduerſus
Ibidẽm. inſidias diaboli. Et rurſùs: Accipite, inquit, armaturã Dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo. Horũ igitur veſtimentorum odor,fama,delectatio,ſuauita sq; interna, eſt ſicut odor thuris: quoniam ſicut odor thuris dulciter afficit odoratum ſiue affectum,ſic odor ille ſpiritalium veſtium mentem:& ſicut thus odorẽ non fundit,niſi incendatur:ſic nec veſtes illæ redolent coram Deo,niſi diuino inflãmentur amore,atq; ex igne charitatis procedãt. Ampliùs, quia per thuris odorem ſolet orationis feruor ſeu deuotio deſignari,iuxta illud Apocal. 8. Aſcendit fumus aromatũ de orationibus ſanctorũ. Et in Pſal. 140. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. Hinc odor veſtimentorũ illorũ,eſt ſicut odor thuris, quoniam meritorij actus habent vim orationis,& gratiã adipiſcuntur ac gloriam,immò ſine eis oratio eſt inefficax,iuxta quod ſcriptũ eſt Prou. 28. Qui declinat aurẽ ſuam nè audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Ideò ſcriptũ eſt Ioan. 9. Scimus quoniam peccatores Deus nõ audit:ſed ſi qs cultor eſt Dei,& voluntatẽ eius facit,hunc exaudit.[Hortus cõcluſus ſoror mea ſpõſa, hortus concluſus,fons ſignatus:]id eſt,tu Eccleſia per ſimilitudinẽ rectè hortus vocaris: nec ſolùm hortus,ſed & hortus concluſus:hortus es,quẽ ego hortulanus cæleſtis colo,purgo,fœcundo,in qua tanq; in pulcherrimo horto oriũtur flores virtutũ, fructus actuũ meritoriorũ, gramina cæleſtium ferculorũ,id eſt,gratię Eccleſiaſticorũ Sacramentorũ, quibus homines, iumentis aſſimilati,ſeu tanquàm piũ obediensq; iumentum effecti, reficiuntur arbores fructuoſæ atq; frondoſæ,id eſt,homines virtuoſi.in quo horto iugiter perſeuerat viriditas ſupernæ floritionis,ac fœcunditatis internæ viror venuſtus. Hic hortus concluſus eſt,qa mul
Iſaiæ 26. tiplici circũuallatus munimine,quia Saluator ponitur in eo murus & antemurale,& dómi-
Pſal. 90. nus in circuitu eius. Angelicæ quoquè virtutes eum cuſtodiunt,ſed & prælati ipſius ac prędicatores,& viri ſancti, pro communi bono Eccleſiæ ſemper ſoliciti ac orantes: vallatur etiam

etiam & clauditur ac munitur hic hortus vallo charitatis,timore filiali,cuſtodia cordis,circunſpectione prudentiæ,quotidiano profectu, oratione aſſidua, documentis ſcripturæ: nè hæretici,ſchiſmatici,infideles,iniqui,aut inuiſibiles hoſtes valeant eum ingredi & demoliri. Poſſunt tamen pulſare,atq; forinſecùs impugnare,& quaſi primam ianuam introire ſuggerendo,corporaliterq; vexare:ſed conſenſum nequeunt extorquere, aut mẽtem deijcere, niſi ipſemet hortus iſte,ſeu exiſtentes in eo,ſponte aperiãt ac permittant. Ideò monet Apoſtolus Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Iacobus quoquè:Reſiſtite,inquit,diabolo,& fu- Iaco.4.
giet à vobis. Fons ſignatus,id eſt,opertus,nè aquæ immundæ,id eſt,falſæ doctrinæ fluant in eum. Dicitur ergò Eccleſia fons,quoniam aqua ſapientię ſalutaris abundat in ea,fluenta diuinorum chariſmatum,fons gratiæ,fons olei,fons luminis,quibus ſancta mater Eccleſia potat,refocillat,& reficit filios ſuos & vniuerſos ſpiritaliter ſitientes, ad eam pro ſalutis poculo accedentes,dicens:Omnes ſitientes,venite ad aquas. Eſt etiam in Eccleſia fons baptiſmi, Iſaiæ 55.
fons contritionis & lachrymarum,fons Euangelicę legis,ex quo riui ſapientię vndiquè deriuantur. Et vocatur fons ſignatus, ob cauſam prętactam, & etiam propter incomprehenſibilem altitudinem ſenſuum eius, & propter Sacramentorum eius, myſteriorumq; Chriſti imperſcrutabilem profunditatẽ:attamen fidelibus aliqualiter patet,immò oĩbus exhibetur ac propinatur à Prædicatoribus Euangelicæ legis,q ſapientibus & inſipientibus,fideli-
bus ac infidelibus debitores ſe eſſe fatentur. Vndè ſcriptum eſt:Erit fons patens domui Da- Zach.13.
uid,& habitantibus Hieruſalẽ. Inſupèr ſicut in horto continentur quædam manducabilia, vt poma,pira, & vuæ: quædam medicinalia, vt aquæ, herbæ, & ſpecies aromaticæ: quædam etiam ad abluendum, irrigandum ac delectandum,vt fontes & riui ac flores: ſic in Eccleſia ſunt plurimi cibi ac potus ſpirituales,& medicamina cõtra criminum vulnera, aquæ baptiſmi,riuuli doctrinarum,& flores virtutũ atq; ſententiarũ. [Emiſſiones tuæ paradiſus málorum Punicorũ cũ pomorũ fructibus.]Emiſſiones horti iſtius delicioſi ſeu ſanctæ Eccleſiæ,
ſunt ea,quæ emittuntur ex ea,vel ipſi actus emittendi. Emittit itaq; hortus iſte ex ſe bonę fa- Gala.5.
mæ odorẽ,virtutũ fragrantiam,optimos fructus ſpiritũs,de qbus ait Apoſtolus:Fructus ſpiritũs eſt charitas,gaudiũ,pax,&c. fluenta doctrinæ,miracula,ſigna,prodigia,& homines ſanctos virtuoſos ac ſapientes,per quos conuertit quamplurimos. Iſtæ emiſſiones ſunt paradiſus malorum Punicorũ,id eſt,delicioſa poſſeſſio, opulẽtia, atq; ſuauitas málorum granatorum,id eſt,preciosa encænia,& exhibitio hominum charitate ardentiũ,quorum & multi pro fide amoreq; ſponſi,ſanguinem ſuum fuderunt,ſicq; proprio rubricatæ cruore, rectè dicũtur málogranata,quæ rubent extrinſecùs, & ſuaui vigent odore, ac refectiua ſunt dulciter: ſicut & martyres ſancti ac homines feruidi,proximos exemplis ſuis alliciunt & accendunt, ac corda reficiunt deuotorũ. Ideò additur,cum pomorũ fructibus,id eſt,cum fructuoſa cõuerſatione ędificationeq; hominum,quos lucrifaciunt Chriſto,qui ſunt quaſi cibaria,dum
Chriſto incorporantur poma eius, qui eſt lignum vitæ,lignum ſapientiæ, lignũ iugiter vi- Gene.2.
ride vniuerſarum virtutũ, in medio paradiſi,id eſt,triumphantis ac militantis Eccleſiæ ſitũ. [Cypri cum nardo:]Cypri eſt hîc nominatiuus numeri pluralis:vt ſit ſenſus, Prefatæ emiſſiones tuæ,ô ſpõſa,ſunt cypri cum nardo,id eſt,ità mihi acceptæ,vt arbores aromaticæ quæ cypri dicuntur,& herba quæ nardus vocatur,acceptæ ſunt indigentibus atq; vtentibus eis. Cyprus quippe eſt eſt arbomatica arbor,in Aegypto creſcens,cuius ſemẽ candidũ ac odoriferum,in oleo coctur atq; exprimit,& indè vnguentũ regale optimũq; efficit: ideò eos ſignificat,qui de infidelitatis caligine ad fidei lumẽ conuerſi, oleo ſpirituſſancti vnguntur,& igne tribulationis duriùs excoquunt,vt ſic vnguentũ Chriſto ſummo regi delectabile efficiãtur, ità quòd dñs & Saluator per eos medetur vitijs proximorũ. Iſti quoquè nardo inunguntur. Nardus nanq; eſt aromatica herba ſpicoſa,odorifera,calida,& decliuis,humilitatẽ charitate formatã, fructuoſam,bonæq; famæ diffuſiuam,ſignificãs:quam planè virtutem iugiter amplectuntur,qui oleo ſpirituſſancti fuerint vncti. Cyprus etiam ſemine ſuo odorifero & candenti poteſt continentiã deſignare,præſertim quoniam Chriſtus in Euangelio de triplici caſtimonia,ſcilicet virginali,viduali,& coniugali,ſub nomine ſeminis loquens:Semen,in- Matth. 13.
quit,cecidit in terram,& ortum,fecit fructum,aliud centeſimum,aliud ſexageſimum,aliud Marc. 4.
triceſimum. Inſupèr emiſſiones tuæ,ô Eccleſia,ſunt[nardus & crocus:] Quid per nardum
denotetur,iam patuit. Per crocum verò(quæ eſt herba,folia coloris aurei habens,ac tãti feruoris eſt,vt febricitantibus refrigerium præſtet)deſignantur perſonæ,quę charitatis feruore ac ſapientiæ calefactiuo fulgore ornanti:ità vt in ſeipſis ac alijs æſtum concupiſcentiæ & cupiditatis extinguant,deſideriumq; ſupernorũ accendant bonorum,ac aureum exemplaritatis producãt ornatũ:qbus humilitas valdè neceſſaria eſſe cognoſcitur,propter quod hîc

nardus repetitur. Nam & per nardum potest dominicæ memoria passionis intelligi: qa vaguêtum nardi, rigorem depellit algentiũ, & membra ipso inuncta calefacere perhibetur: sic & meditatio passionis Christi intenta, accendit ad imitationem vestigiorum ipsius, torpore acediæ ac timoris excluso: quæ meditatio tam accommoda est ad spiritualem profectum, sicut humilitas. [Fistula & cinnamomum:] fistula seu casia, corticem habet durum, purpureum & amarum, valens ad curandum viscerum afflictionem, estq; breuis staturæ: idcircò significat eos, qui arduam pœnitentiæ exercitationem incedunt, & sua ac proximorum peccata acerbè deplorant: sicq; purpureo charitatis splendore venusti sunt. At verò cinnamomum aromatica arbor est, nigri cinereíve coloris, virtute ac odore præcipua, & frutice breuis, ad medicamina præstantior fistula: cuius etiam cinnamomi cortex est precioſus, instàr cannæ rotundus ac gracilis: idcircò per cinnamomum expressi sunt hi, qui ex charitate & humilitate obediunt promptè, propter quod valdè virtuosi ac boni odoris cẽsentur, curatiui superbiæ ac inobedientiæ proximorum. vniuersos hos & sanctas eorum virtutes emittit, gignit, diffundit Ecclesia. [cum vniuersis lignis Libani,] id est, sicut & cęteros fideles, virtute sublimes, ac gratiæ candidatos. Libanus enim mons est, in quo pulchræ & altæ arbores crescunt, & candidatio interpretatur. Insuper ô Ecclesia, emissiones tuæ sunt [myrrha & aloẽ cum omnibus primis vnguentis.] Myrrha, est arbor Arabiæ, habens in altitudine cubitos quinq;, similis spinæ, guttaq; eius viridis & amara: spontè emanans, est precioſior ea quę cortice læso elicitur: ideò mortificationem carnis designat, quę in principio sentitur amara, sed spe fructûs æterni floreſcit: & pungit, vt spina, sed à vitiorum præseruat putredine: & tunc maximè complacet Deo, dum tempore sanitatis ac iuuentutis spontè assumitur. Myrrha.

Porrò aloë est arbor precioſa, præclari suauissimique odoris: propter quod antiqui lignum eius, loco thymiamatis olim circa altaria adolebant seu incendebant, cuius succus est amariſſimus, tamen vnguentis plurimis congruus, vndè & corpora mortua à putrefactione præseruat, sicut & myrrha. Hinc in Euangelio legitur Nicodemus mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum attuliſſe ad vngendum corpus Dominicum, de cuius resurrectione fidem nõ habebat explicitam. Interdùm itaque myrrha & aloë pro arboribus, interdùm pro earum fructibus seu effectibus accipiuntur, & nunc personæ exprimuntur contemplatiuæ digniſſimæ, quæ vitæ huius deplangunt vitia & ærumnas, & optimus Christi odor sunt vndiquè, atque seipsos ac alios ab interiore præseruant corruptione, sua conuersatione orationeq́ue sancta. Per omnia verò prima, id est, nobiliora vnguenta, intelliguntur contemperationes actuum altiſſimarum virtutum, vt fidei, spei, charitatis, atque donorum. [fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano:] quidam exponunt hæc tanquàm sint verba sponsæ sponsum laudantis, eo quòd omnia bona præfata ex ipso sponso tãquàm ex splendidiſſimo, opulentiſſimo ac munificentiſſimo fonte principaliter oriantur, qui etiam est puteus, id est, imperscrutabilis quædam abyssus aquarum viuentium, id est, supernorum charismatum, vitam gratiæ conferentium ac vitam gloriæ promerentium. Gregorius verò, Anselmus, Beda, ac alij exponunt ità, vt sint adhuc verba Christi, sponsam, id est, Ecclesiam, commendantis: quæ est fons hortorum, quoniam vniuersalis Ecclesia particulares Ecclesias instruit, irrigat, perfundit, fœcũdat, sicut fons hortos. Est quoq; puteus aquarum viuentium, id est, profunda origo Baptismi ac Sacramenti confessionis, in quibus cuncta abluuntur peccata: sapientia quoquè, gratia ac virtutes infunduntur & reparantur: quæ aquę dicuntur viuę, quoniam iugiter fluunt, à Sacramentis suas virtutes indeficienter habentibus: quemadmodùm aquæ viuę vocantur, quæ profluunt ex vena fontana incessante, fœcũda, & erumpente diffundenteq́ue riuos: ad distinctionem aquarum, quæ ex pluuijs, niuibus, stagnísve manant ad tempus, non iugiter. Deniquè aquæ istæ fluunt impetu de Libano, id est, citò & copioſè de puritate interna & cãdidatione mentali, vel ex scriptura diuina mundissima, vel ex gratia gratificãte habituali: quę dicitur essentiam creaturę intellectualis perficere, & in habitus virtutum ac donorũ ramificare. Fluunt quoquè de Libano, id est, à capite Christo monte altissimo, in quo est gratia capitis, se deriuans ac diffundens in membra, de cuius plenitudine accepimus omnes. Postremò, impetu fluunt de Libano, id est, à superpulcherrimo spiritusancto, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei: [Surge Aquilo, & veni Auster.] Ista sunt verba sponsi. Solet autem per Aquilonem, qui est ventus duriſſimus ac constringens, diabolus designari. Item aduersitas, seu grauis tentatio, torpor quoquè pigritiæ, & frigus inuidiæ, igni charitatis contrarium. Per austrum verò, qui est dulcis & calidus ventus, accipitur spirituſſanctus, seu gratia & charitas, item prosperitas ac consolatio spiritalis. Potest itaque locus iste dupliciter explanari. Christus etenim inter-

Aloë.

Ioan. 19.

Ioan. 1.

interdùm permittit Ecclesiam suam per aduersa ac prosperа impugnari, quatenùs nec aduersis frangatur, nec prosperis extollatur: sed in vtrisq; constans ac superans, diffundat virtutum suarũ fragrantiam, & supernorum suauitatem donorum quæ habet, exemplariter manifestet. Itaq; surge, id est, exurge & vade, ô aquilo, & veni auster, id est, prosperitas mũdi [perflа hortum meum,] id est, super Ecclesiam te effunde. [& fluent aromata illius.] id est, virtutes eius innotescent, fragrabunt, ac prævalebũt. Porrò interdũ Saluator ad tempus eripit & preſeruat Ecclesiã suã à dæmonũ tentamẽtis, aduersitatibus, & malignis spiritibus: sicq; sensus est, Surge, id est, recede ô aquilo, id est, dæmon cũ machinationibus tuis, & veni auster, id est, tu spũſſancte cũ donis tuis visita hortũ meũ, id est, Ecclesiã, & fluẽt aromata illius, id est, virtutes eius ac merita abũdabunt, seq; diffundent: quoniam sine ope & affluẽtia actualiq; motiõe tua nihil valet Ecclesia, nec fluere seu meritoriè agere queũt eius aromata.

¶Declaratio eiusdem capituli, de Christo & anima virtuosa. Art. 14.

QVà cęlesti appetit spõso laudari, laudibus eius deuotè insistat. Nam sponsa particularis anima amorosa, quæ præcedenti capitulo sponsum cælestem syncera laudauit intentione, nunc commendatur ab ipso. Etenim ipse in Euangelio cõfestatur: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Itaq; ait: [Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es:] quasi dicat: Pulchritudinem meam admirata es ac laudâsti, & eius comparatione te fœdam & cõtemptibilem reputâsti, ac mihi displicere vereris: sed noli metuere, quoniam qui se paruipendit ac despicit, à me magnipenditur & laudatur, sicut in Euangelio sum locutus: Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deũ. Nec dubium, quin econtrà. Considerata ergò tua naturali imbecillitate ac fragilitate, mira & magna est pulchritudo, fortitudo, stabilitas tua, quas per dona gratiæ, & laborem tuum, diligentiamq; sortita es, & tanto commendabilior est pulchritudo, perfectio, virtuositas, sapientia tua, per gratiam & conatum tuum adepta, quanto maior est naturalis defectuositas tua: & tamen naturalis pulchritudo tua, ô anima rationalis, qua superbenedictæ Trinitatis imago vocaris, vtpotè splendore intellectûs ornata, libertate voluntatis fulcita, tenacitate memoriæ decorata, omnem sensibilem pulchritudinem etiam solis & lunæ ac siderum vincit. Verè sublimiter pulchra es, quæ à tantę pulchritudinis sponso digna es tam reuerenter laudari. Deniq; taliter pulchra est anima, quæ passionum fœditate non inquinatur, quæ carnalitati fortiter dominatur. Cuius ratio per sapientiam, prudentiam, scientiam splendet, cuius voluntas charitate Dei & proximi ardet, cuius cor circa Deum omninò afficitur, atque in diuinis totaliter occupatur: quæ Deo exhibet conscientiæ puritatem, & proximis ædificationis fulgorem, quæ in verbis ac sensibus, in vultu, in progressu seruat moralitatem. Oculi tui columbarum: quoniam nôsti quãtùm detester omnem calliditatem, duplicitatem, impudentiam, obliquitatem, hypocrisim. Nam sicut similitudo parit concordiam, complacentiam, & amorem: sic dissimilitudo origo est discordiæ, displicentiæ, atque auersionis. Hinc ego in natura deitatis, infinitæ simplicitatis existens, & essentialiter sanctus ac virtuosus, simplicitatem diligo columbinam, ac puram mentis intentionem: duplicitatem verò, simulationem, fraudem, versutiam toto corde abhorreo. [Absq; eo quod intrinsecùs latet:] id est, præter tuam secretissimam exercitationem internam, qua supergloriosissimæ Trinitatis gloriam contemplaris, & emanationem ac communicationem eius ad intrà, naturalem, superliberalissimam, ac superplenissimam, mutuam quoq; intuitionem, dilectionem, complacentiam & fruitionem trium superuenerabilium personarum, qualiter vnaquæq; æterna, increata, incircunscripta, & penitùs infinitè perfecta persona, aliã cum infinita iucunditate ac claritate inuariabiliter intuetur, cum infinito ardore diligit atq; amplectitur, & sibi inuicèm superdulcissimè complacent, ac se mutuò superdeliciosissimè perfruuntur, tamq; superbeatissimam & superuoluptuosissimam ducunt ac possident vitam. Capilli tui sicut grex caprarum. Capilli animæ virtuosæ, sunt contemplationes, meditationes, & cogitationes ex intellectu immediatè nascentes, affectiones quoquè & dilectiones ex voluntate progredientes: quæ dum circa Deum & creaturas ordinatè versantur, ità quòd ex consideratione & affectione creaturarum, ad creatoris notitiam, admirationem, dilectionem consurgunt, atq; ex creatoris contemplatione & amore intenso, creata hæc sensibilia & terrena paruipendunt ac aspernantur, & deserunt, celeriterq; ad Deum resiliunt & conscendunt: tunc ordinatæ & pulchræ, copioſæq; sunt, & veloces sicut greges caprarum. Ideò quicquid eminentiæ aut decoris in rebus creatis conspicimus, mox ad creatoris notitiam referamus: quoniam quicquid bonitatis, pulchritudinis, perfectionis in entibus est creatis, in Deo infinitè perfectiùs glo-

Matth. 10.
Marc. 8.
Lucæ 12.
Lucæ 16.

riosiusq; consistit. Similiter quicquid amabilitatis aut delectabilitatis in creaturis se nobis obtulerit, ad summi infinitiq; boni ordinemus amorẽ, tamq; incomparabiliter & ardenter afficiamur ad illud superpulcherrimum, ac superdulcissimum infinitumq; bonum, vt nil aliud nisi in ipso & secundùm ipsius voluntatem amemus, nè impleatur in nobis illud Sapiẽt.14. Sapientiæ: Creaturæ Dei factæ sunt in odium, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Anima rationalis, per intellectum & voluntatem reflexiua est super proprios actus & rediens ad seipsam; ideò cõsiderare debet proprios actus & examinare an verè sint virtuosi & puri, ac dijudicare seipsam: talis ergò discussio, examinatio, discretio, dijudicatio, priorum actuum interiorũ & exteriorum ac suijpsius, sunt dentes animæ veraciter sapientis: qui ouibus tonsis ac lotis ordinatè incedentibus cõparantur, quia sicut ab ouibus talibus ablatæ sunt lanæ & sordes, & confusi incessus siue discursus: sic præfatæ discussiones & considerationes, à vitijs sunt mundatæ, & culpas admixtas ab actibus animæ separant, ipsamq; animam purgant, ac ordinãt in seipsa & actibus suis: quod prorsùs salubre est, cùm dicat Apostolus: Si nosipsos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Hinc per Aggæum Dominus iu- Agg.1. ber: Ponite corda vestra super vias vestras. Et Prouer. 12. legitur: Cogitationes iustorum, iu- Deut. 4. dicia: hoc est quod iubet & Moses: Custodi temetipsum & animã tuam solicitè. Quod quàm acceptum sit Deo, constat per id, quod Iere. 15. ipse Dñs contestatur: Si separaueris pre- Iob 13. tiosum à vili, quasi os meum eris. Istud sanctus Iob egit, qui dixit: Vias meas in conspectu Dei arguam, & ipse erit Saluator meus. Nempe qui ità se discutit, lauat vtiq; per singulas noctes culparum lectum animæ suæ, & thalamum mentis præparat sponso, implens illud Psal. 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini. Omes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas: id est, prætactæ discretiuæ examinationes suijpsius, actuũq; suorum, duplicem habent fœcunditatem: quia in se sunt laudabiles, meritoriæ, & sapientiales: & alios animæ actus spiritualiter circuncidunt, purificant & fœcundãt. Hinc per discretionem compendiosiùs ꝓficit homo, prout sanctus pater noster gloriosus Antonius dixit: Quòd nulla virtus tam recto ac breui tramite ducit hominẽ ad perfectionem, sicut discretio. Sicut vitta coccinea labia tua: quoniã sicut vitta talis constringit capillos nè defluãt: sic animã amorosa, nè sponsum offendat in aliquo, timoratè comprimit labia sua, nè ad inutilia aperiantur: sicq; verba inutilia, nociua, peruersa, corde concepta, refrenat, nè effluant. Prouer.13. Qui enim moderatur labia sua, prudentissimus est: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. patet siquidem iaculis hostium malignorum, dicente scriptura Prou. 25. Sicut vrbs patens & absq; murorum ambitu, ità homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Hæc labiorũ repressio, est animæ contemplatiuæ necessaria valdè, nè per inutilem superfluumq; sermonem, incurrat distractionem & sponsi offensam, sicq; amittat ipsius allocutionem internam. Nec solùm claudẽda sunt corporalia labia à locutione vocali inordinata: sed & labia interiora, quibus verbum mentale profertur interiùs, sunt præseruanda ab omni cogitatione non bona: quoniam cogitationes, verba sunt corã Deo, qui Mich. 2. loquitur per Michæam: Væ qui cogitatis inutile. Atq; per Ieremiam: Vsquequò morabun- Iere. 4. tur in te cogitationes noxiæ? Et item per Isaiam: Auferte malum cogitationum vestrarum ab Isaiæ 1. oculis meis. Et eloquium tuum dulce: quia interna locutione Deum intra te laudas, exoras, meditaris, ac contemplaris: verba quoq; tua vocalia, ex charitate alijsq; procedũt virtutibus, ideò dulcia sunt. Virtus nanq; ex sua natura delectabilis est, & dulcis in actu suo: sed quòd laboriosa ac dura sentitur, ex nostra infectione cõtingit, sicut asserit Augustinus: Panis in fastidio est, delectat venenum. Sicut fragmen mali punici, ità genæ tuæ. Genæ corporales, sunt quasi duo parietes, os & linguam inter se cõtinentes: spirituales verò genæ sunt, memoria præteritorum, ac prouidentia: inter quæ continetur intuitio præsentium. Porrò málum Punicum intùs est candidum, ac foris secùs rubicundum. Intùs etiam continet grana, & redolet extrà. Dum itaq; memoria recolit nominicam passionem, futurum iudicium, & infernale supplicium, instàr máli Punici rubet foris: dum verò prouidentia cogitat gaudia regni cælestis, puritatẽq; cordis, ac veritatis splendorem, candet intùs. Dum aũt málum punicum frangitur, grana eius mox elabuntur: ità dum anima veraciter virtuosa aduersitatibus circunuallatur, virtutes quæ in ea sunt, declarantur, ac suauiter eos qui benè perpendunt, afficiunt. Tunc enim charitatem ostendit, patientiam exhibet, humilitatem declarat, mansuetudinẽq; diffundit, & orat pro inimico, immò & condolet ei, tanquàm interficienti propriã animam. Sicut turris Dauid, collũ tuum: id est, eleuatio, qua eleuas & cõiungis te sponso tuo, recta & valida est: & quanuis sit simplex in se, vtpotè actus fidei aut charitatis, vel sa-

vel sapientiæ aut latrię, tñ cæteris virtutibus cõstipatur, munitur, ꝓtegitur, sicut rex suo exercitu: sicdem virtutes & actus earũ, se mutuò iuuant ac roborant, opportunoq; tẽpore vna alteri cedit, prout rationabilis exigit causa. Hinc subditur: Quæ ædificata est cum ꝓpugnaculis, &c. Mille clypei pendent ex ea: sic virtutes inuicèm sibi cõnexæ, concurrũt in anima, & eius sunt arma. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli. Duo vbera animæ virtuosę, sunt virtus misericordiæ, & donũ pietatis, ità quòd per misericordiam cõdolet ac subuenit proximis, ꝓpter Deum, qa sunt indigentes ac miseri: per pietatem verò, quæ donum est, inquantùm sunt summæ Trinitatis imagine insigniti. Rursùs duo vbera animę, sunt intellectus benè instructus, & volũtas charitate accensa: per quæ duo spiritualiter nutrit seipsam & alios, implens, quod summus hortat Apostolus: Vnusquisq; sicut accepit gra- 1.Pet. 4. tiam, in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. Exhibitio quoq; corporalium operũ misericordiæ, & exhibitio operum misericordię spiritualium, sunt fœcunda, pulchra, atq; instàr hinnulorum capreæ agilia. Consequenter loqtur sponsus: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Dum anima per pœnitentiam Galat. 5. sua deplorat peccata, & carnẽ suam cum vitijs concupiscẽtijsq; mortificat, & de proximorum miserijs piè amaricatur, vt sic sponso cælesti pro se ac alijs miseris passo assimileturtũc anima amorosa est mons myrrhæ, ad quem Christus vadit, dum animam sic afflictam consolatur, & gratiæ incrementa ei largitur, sicut ait Apostolus: Benedictus Deus qui cõsolatur 2.Cor.1. nos in omni tribulatione nostra. Et de Deo dicitur Tobiæ 3. Post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. De quo scriptũ est & Iob 5. Mœrentes erigit sospitate. At verò dum anima Christi sponsa, suauissimis exercitijs orationum, meditationũ, contemplationum inhæret, efficitur collis thuris: ad quem sponsus accedit, dum animã his intentam, confortare, perficere, & amplecti dignatur. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Venialia ẽm peccata (vt dicitur) non ponunt propriè maculam in anima: & quanto tu venialia mala tua grauiùs ponderas, cordialiùs defles, & propter ea turpiorem te arbitraris, eo minùs reputantur à me: quia naturalem tuam fragilitatem ac instabilitatẽ perpendo, ideò prorsùs ea tibi dimitto, non imputo: immò charitatem & veram in te virtutum perfectionẽ augmento, atq; ob id te totam perhibeo pulchrã. Siquidẽ humilis tua recognitio, dolorosa confessio, verecunda deploratio, satisfactio quoq; quotidiana, assidua cordis custodia, & feruor tui amoris ad me, consumunt vt stipulam omnia illa. Quod ẽm in ardenti camino est gutta aquæ, hoc in viro perfecto peccatũ veniale. Veni de Libano sponsa mea, veni, id est, de candore gratiæ, de nuptijs viæ ac imperfectionis, ad perfectas nuptias patriæ beatorum. Beati ẽm, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Sic vocantur animæ perfe- Apoc.19. ctorum virorũ, qui euolant: Veni de carcere carnis, atq; exilio peregrinationis, ad palatium spirituum beatorum, & patriam claritatis æternæ. Audiui ẽm te sæpè dicentem: Heu mihi, Psal. 119. quia incolatus meus ꝓlongatus est. & iterùm, Quandò veniam & apparebo ante faciẽ Dei? Psal. 41. Itemq;, Educ de custodia animam meam ad confitendũ nomini tuo. Coronaberis de ca- Psal. 141. pite Amana, de vertice Sanir & Hermon, id est, pro eo quòd legitimè certando, vicisti spiritum inquietudinis mundialis ac turbulentiæ, iræ ac impatiẽtiæ, qui per caput Amana designatur, qñ Amana inquietudo seu turbulentia interpretatur: qui aũt in omni euentu manet in pace pectoris tranquillus & constans in Domino, non contristans se inordinatè, sed gratulans in aduersis, caput Amana vincit, & de eius triumpho coronari meretur. Sanir verò, interpretatur fœtor: sicq; per verticem Sanir, spiritus gulæ atq; luxuriæ designatur, quia in vitijs carnis est maior ac euidentior fœtor ac turpitudo. Qui igitur his vitijs dominat, nec infelici ac vili eorum seruituti subijcitur, de vertice Sanir desupèr gloriosè inthronizatur. Porrò Hermon dicitur anathema. Idcircò qui nihil sibi vsurpat de anathemate Hiericho, id est, nõ conformat se huic seculo, neq; cum mundo vanitatibus eius cõmunicat, sed renouatur spiritu mentis suæ, coronandus est de vertice Hermon. De cubilibus quoq; leonum, id est, pro eo quòd repausationes, torpores, dormitationes magnatũ huius seculi (q per leonem regẽ animalium figurantur) abhorruisti ac euitâsti. De montibus pardorũ, id est, victoria habita de spiritibus crudelitatis, & simulationis, atq; elationis. Itaq; quot immundos spiritus dæmoniorũ, quot genera vitiorũ, immò quot vitia superauerit anima, tot coronas, tot ꝑmia consequeẽ. Vulnerâsti cor meum soror mea sponsa: qa amore tuæ salutis factus sum homo, & crucifixus: & quanuis amarissimam pertuli corporis passionẽ, dolor tñ compassionis fuit intensior in corde animæ meæ: sicq; vulnerâsti me in vno oculorũ tuorũ, id est, in oculo tuo intellectuali, cuius illuminationẽ per fidem ac sapientiã, deindè per beatificã visionẽ intantùm desideraui, quòd discolorationẽ speciosissimi corporis mei, velationem,

nem, obſcurationẽ, atq; euerſionem exteriorũ oculorum meorũ ſidereorum, oñi vino pul-
Gene.49. chriorũ, ſuſtinui. Et in vno crine colli tui, id eſt, in naturali appetitu beatitudinis, forma-
to per charitatẽ & gratiam, quam oñis rationalis creatura naturaliter appetit. Iam etenim di-
ctũ eſt, quòd per capillos capitis, deſignant cogitationes, appetitionesq; cordis: inter quas
iſta p̃cipua eſt, & præcipuè fuit ſponſi attractiua, quòd naturaliter cupit felicitatem. Deniq;
interior oculus animæ, inquantùm per fidẽ, diſcretionem, ſcientiam, ac ſapiẽtiam adorna-
tur, potiſſimè placet ſponſo. Similiter vnus crinis colli ipſius ſpõſæ, eſt eleuatio cõtempla-
tionis, ſeu ſurſùm actio ſancti amoris, qua anima erigit ſe ad deũ. Quàm pulchrę ſunt mam
mæ tuæ, id eſt, dilectio, qua pro meo honore zelaris, & zelatio fraternæ ſalutis: ſimiliter pie-
tas tuæ cõpaſſionis, qua meã amariſſimam paſſionem recogitando, piè cõpateris, proximis
quoq; in omni eorũ afflictione, tranſgreſſione, periculis cõdoles. Vel vbera tua, id eſt, ſpiri-
talis opulentia, ac liberalitas tua, q̃bus proximis tuis cõmunicas, quicq̃d gratiæ ac virtutum
deſupèr accepiſti. Rurſùs, vbera iſta ſunt ſapientia & ſcientia. Vndè ſubiungit: Pulchriora
ſunt vbera tua vino, id eſt, ſapientia & ſcientia, q̃ ſunt dona Spiritũs ſancti, habitusq; infuſi:
ſimiliter ſapientia & ſcientia, q̃ ſunt dona gratiæ gratis datę, & notitia ſacræ ſcripturę, præ-
ſtantiores & pulchriores exiſtunt omni naturali & philoſophica eruditione ac theoria. Im-
1.Cor.1. mò ſtultam fecit Deus ſapientiã huius mundi: & prudentia carnis, mors eſt: tonantęq; cælo,
Rom.8. taceant ranæ. Et odor vnguentorũ tuorum ſuper oñia aromata, id eſt, virtutes tuæ infuſę
cum meritorijs actibus ſuis, delectationibusq; ſynceris, multo ſunt digniores ac ſalubriores
virtutibus naturalibus acquiſitis, earumq; actibus & gaudijs, de q̃bus philoſophi ac gẽtiles
locuti ſunt, & nõ mediocriter gloriati: quorum q̃dam reputati ſunt inter eos viri heroici, &
virtutes illas arbitrati ſunt ſibi ſufficere ad ſalutẽ. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, id eſt,
verba verè ſapientialia, ſalubria ac diuina, melle & fauo ſuauiora, p̃nuncias, dũ in hymnis &
pſalmis ac canticis ſpiritualibus mecũ aſſiduè fabularis, dũ mala tua accuſas, & mea benefi-
cia recõmendas, dũ teipſam totis viribus vilipendis ac deijcis, & meã maieſtatem cum oñi
reuerentia admiraris, extollis, prædicas, veneraris. Sicq; mel & lac ſub lingua tua, id eſt, ſer-
mo de mea deitate, atq; locutio de mea humanitate. Mel quoq;, id eſt, conſolatio de futura
beatiſſima & prorſùs dulciſſima refectione: & lac, id eſt, conſolatio refouens ex præſentium
munerum exhibitione & cõſideratione. Et odor veſtimentorum tuorũ, ſicut odor thu-
ris. Veſtimenta animæ, quemadmodùm patuit, ſunt virtutes & dona cum actibus ſuis: quo-
rum odor, eſt delectatio eis adiuncta. Verùm ſicut cuiuſlibet virtutis ſunt tres gradus, ſcili-
cet infimus, competens ſtatui incipientium, & ſpectans ad viam purgatiuam: medius, perti-
nens ad ſtatum proficientium, & viam illuminatiuam: & ſummus, quia ad ſtatum perfecto-
rum, viamq; vnitiuam eſt pertinens: ſic ipſarum virtutũ & actionum earum odor ſeu dele-
ctatio habet tres gradus, proportionatos gradibus actibusq; virtutũ. quo enim virtutes fu-
erint in ſuo ſubiecto magis radicatæ ac prædominãtes, eo promptiùs ac delectabiliùs ope-
rantur. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus: in quo ſunt ſemina verbi cæ-
leſtis: flores, id eſt, floridæ diſpoſitiones ad fructus virtutum. Et iuxta præcedentis articuli
expoſitionem, ſicut Eccleſiæ, ità & animæ ſuo modo competit eſſe hortum, & hortum cõ-
cluſum ac fontem ſignatum: & ea quæ dicta ſunt ibi de Eccleſia, poſſunt ad animam vir-
tuoſam facilimè applicari. Idcircò prolixitas eſt vitanda. Præterea de Eccleſia emittuntur
ac diffunduntur diuerſæ virtutes, & actus præclari ac eminentes perſonæ, quæ per mãla Pu-
nica & alia poma, per cypros ac nardum, crocum, fiſtulam, cinnamomũ, myrrham & aloen,
ſecundùm præhabitam expoſitionem, intelliguntur: ſic proportionabiliter virtutes &
actus ac perſonæ huiuſmodi, ab anima ſapiente & amoroſa, aliorum animas conuertente,
progrediuntur. Poſtremò, ſicut vniuerſalem ſponſam ſuam, ità & ſponſam ſuam particu-
larem, ſcilicet animam contemplatiuam heroicam, Chriſtus diuerſimodè viſitat, nunc per
proſpera, nunc per aduerſa. Et ità quod ſubditur, Surge aquilo & veni auſter, &c. poteſt
dupliciter exponi de huiuſmodi anima, ſicut præcedenti Capitulo expoſitum eſt de vni-
uerſali Eccleſia. Eccè quàm ineffabiliter virtutes infuſæ, & dona Spiritũs ſancti, ac merito-
rij actus dignificãt, ornant, ac beatificant animam: quæ propter illa, tam præſtantiſſimis,
affectuoſiſſimis, atque dulciſſimis appellationibus nominatur, exprimitur, collaudatur à
ſponſo cæleſti vnigenito Dei, Deo vero & homine in vna perſona: qui animam talem vo-
cat ſponſam, ſororem, amicam, columbam formoſam, pulchram, immaculatam, hortum
concluſum, fontem ſignatum, puteum aquarum viuentium, cui tot bona promittit, tot be-
neficia confert, tam familiariter, amoroſè, ac ſuauiſſimè loquitur, vt eius amore quaſi in-
ſanire quodammodò videatur. Nam & eius amore ſe perhibet vulneratum, non ſolùm
in vno

in vno oculorũ ipſius, ſed item (quod quaſi puerilius prima facie videtur ſonare) in vno cri-
ne colli ſui. Reſiſtamus igitur vitijs vſq; ad ſanguinẽ, & ſtudeamus virtutibus indefeſſè vſq; in
finem, p̃ficere in eiſdem conemur indeſinenter, vincamus noſipſos, & paſſionum immode-
rantijs nullatenùs ſuccumbamus: in puritate & charitate creſcere nõ ceſſemus, Deum ſem-
per inuocantes in adiutorem, & omnem nobis poſſibilem diligentiam apponentes, ac to-
tam noſtram fiduciam collocantes in ſponſo, & eius veſtigia ac doctrinas ſequẽtes cõtinuè.

¶Explanatio eiuſdem Capituli de Chriſto & ſponſa ſingulari. Art. 15.

EA quæ in hoc libro dicuntur de Eccleſia, quãtùm ad meliores & perfectiores in ea,
certum eſt, de nulla perſona tam eminenter & cõuenienter poſſe exponi, ſicut de
virgine glorioſa, cui ſponſus & filius ait: Quàm pulchra es amica mea, quàm pul-
chra es: tanto planè pulchrior cæteris vniuerſis, quanto in oñi gratia, virtute, do-
no, beatitudine, fructu perfectior, quanto purior, innocentior, & ab omni culpa immunior,
quãto fonti totius pulchritudinis ac decoris p̃pinquior, vtpotè vera mater illius. Immò tã
pulchra, quòd fons ille ſuperpulcherrimus, cõcupiuit decorẽ iſtius: tamq; delectabilis & iu-
cunda fuit ſuperſpecioſiſſimo vnigenito patris æterni, ad intuendũ, ad conuiuendũ, ad di-
ligendũ, quòd in ea, & cum ea præ cunctis cõmorari & conuerſari elegit in terris: & ſicut il-
le ſpecioſus forma præ filijs hominũ, ſic iſta eſt ſpecioſa præ filiabus: ergò & præ filijs ho- Pſal.44.
minũ, poſt vnicum filium ſuũ, cuius oculi columbarum, id eſt, maximè columbini, pudiciſ-
ſimi, pleniſſimè cuſtoditi, nunquàm inordinatè aperti, nunquàm in aliquẽ indecẽter dire-
cti aut fixi: cuius intentio fuit inuiolabiliter recta, ſimplex, puriſſima, nũquàm ad proprium
cõmodum aut honorẽ reflexa. Abſq; eo quod intrinſecùs latet. Incõprehenſibilis etenim
ſponſus, munificẽtiſſimus, optimus, oñipotens filius, incõprehenſibiliter, ſecretiſſimè, li- Ambroſi.
beraliſſimè operabat, radiabat, cõmunicabat ſe in matre. O quis queat excogitare aut ca-
pere, qualiter verbũ illud æternum, quod ſuo claro intuitu angelos ſanctos felicitat, mentẽ
ſuę dilectiſſimę, capaciſſimæ, ac innocentiſſimæ matris aſſiduè viſitauit, quàm copioſiſſi-
mè oñia interiora eius illuminauit, quàm calidiſſimè inflãmauit ipſius affectũ, quàm mirè
& ineffabili modò fideliſſimã & affectuoſiſſimã ſuam genitricẽ corroborauit, ornauit, per-
fecit, impleuit, totaliterq; poſſedit? quicq̃d de perfectione raptũs & ecſtaſis, quicq̃d de prę-
libatione & participatione futuræ beatitudinis fuit in alijs, multo eminẽtiùs in ea credit ex-
titiſſe. Et ſi q̃dam ſanctorũ creduntur deũ in hac vita vidiſſe per ſpeciẽ, cur non potiùs atq; 2. Cor. 12.
lympidiùs, & forſan frequentiùs ac diuturniùs ipſa? Nonnè charitas cõmunicat & oſtẽdit ſe
perſonæ, ſingulariter familiariſſimeq; dilectæ? Hoc ergò latuit in virgine ſumma intrinſe-
cùs, quæ vtiq; cum feruore, deuotione, puritate, & ſtabilitate ſoli Deo & ſibi nota vacauit,
inhæſit, intenta immerſáq; fuit: cuius interior incomparãda ſynceritas, tranquillitas, ſapiẽ-
tia, virtuoſitas reſplenduit in vultu ipſius, eamq; gratiſſimã, venuſtiſſimam, & compoſitiſſi-
mam fecit in oñibus. Capilli tui ſicut greges caprarũ. Vniuerſæ nanq; cogitationes, me-
ditationes, contemplationes, affectionesq; virginis admirandæ, erãt ordinatiſſimæ, decẽtiſ-
ſimæ, atq; mundiſſimæ, totius charitatis feruore perfuſæ, formatæ, ſplendifluæ, & cum omni
promptitudine in Deum reductæ, recollectę ac ſtabilitę. Et teſtimonia ſcripturarũ ad Chri-
ſtum ſpectantia, intra ſe prudentiſſima domina recollegit, conferens in corde ſuo, quicq̃d Lucæ 2.
de prædilectiſſimo filio ſuo audiuit ab angelo, à paſtoribus, ab Elizabeth, à Zacharia, à Si- Lucæ 1.
meone & Anna, à Ioſeph, à Magis: ità quòd de monte Galaad, de aceruo teſtimoniorũ, à tu- Matth. 2.
mulo teſtis agnoſcitur aſſcendiſſe Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſſcenderunt
de lauacro. Spirituales dentes incomparabilis dominæ, fuerunt ſubtiliſſimæ & acutiſſimæ
cõſiderationes animæ eius, quibus intra ſe triuit, & alijs trita expoſuit, ac optimè maſticata
digeſſit myſteria filij ſui: omnemq; gratiã ſibi ab ipſo conceſſam, ac beneficia Dei impenſa
generi humano per Chriſtũ. Hæ cõſiderationes, diſcretiones ac maſticationes illuſtriſſimæ
virginis, inſtar tonſarum ouiũ purę & innocentes fuerunt, ab oñi errore, admixtioneq; cul-
pæ penitùs alienæ: vtpotè aſſcendentes de totius luminis fonte, de lauacro, id eſt, de flumine
ſapientiæ virginis ſacræ, hoc eſt, de exuberãtiſſima habituali ſapientia ei infuſa. Nẽpe ſi ve- Ioan. 7.
rum eſt, quod generaliter Chriſtus diſſeruit: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ: quãto magis de fideliſſimæ & prorſùs illuminatiſſimæ virginis corde exuberã-
ter fluxerũt flumina aquę viuentis? & in ea tanquàm in amœniſſimo paradiſo, fuit fons co-
pioſus, clarus, perlucidus, diffundens ex ſe riuos lympidiſſimarũ meditationũ, ſanctiſſima-
rũq; affectionũ. Sicut fragmẽ mali Punici, ità genę tuę. Genæ generoſiſſimæ ac regiæ virgi-
nis, intelliguntur vernantiſſima pudicitia, & virginalis formidoloſitas eius ſancta, virginẽ de-
cẽs, q̃ inſtar malogranati, rubore igniti amoris ac ſplẽdore ſapiẽtiæ p̃fulgebãt ac redolebãt.
Nec

Nec dubiũ, quin & genæ eius corporeæ, ex optima cõplexione, conuenienti colore, & frequenti deoſculatione adorandi ſui filij, velut fragmen máli Punici, tẽperatè rubeſcebant, ac dulces erant. Præcedentis quoq; articuli de his verbis expoſitio, ei rectè aptatur, intelligendo per genas eius interiores, memoriã præteritorum, quæ in ea ex aſſidua ſui filij paſſione, quaſi ſanguineo fuit rubore perfuſa: atq; ꝓuidentiam futurorũ, q̃ ex conſideratione fructûs paſſionis eiuſdem, quaſi cãdens pollebat, & conſolationis refloritionem produxit in mente ipſius. Sicut turris Dauid, collum tuũ. Per collum mentis, intelligi ſolet voluntas, quę ſua libertate in altum extendit̃. Porrò voluntas virginis bñdictæ verè fuit liberrima, id eſt, ſubiectiſſima ac obedientiſſima Deo, cui ſeruire, regnare eſt, id eſt, vitijs, cõcupiſcentijs, vanitatibus, dæmonibus ꝑualere, ac dominari. Hæc voluntas reginæ ac dñæ noſtræ, per charitatem fuit altiſſima, immò ſummo vniuerſorum principio perfectè vnita, ac directiſſimè ad ipſum extenſa, per profundiſſimam humilitatẽ & inæſtimabilem pietatẽ ad miſeros inclinata, cunctis donis ac virtutibus ad voluntatem ſpectantibus, ſcilicet charitate Dei ac proximi, ſpe, iuſtitia, pietate, fortitudine, quę eſt donũ, præclariſſimè ac victorioſiſſimè decorata: in qua nihil manſit de proprio, nec de priuato amore, ſed abnegatiſſima fuit, & reſignatiſſima Deo. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli. De precioſiſſimis optimę virginis vberibus, dictũ eſt ſuprà in expoſitione primi capituli. Breuiter ergò tangẽdo, duo vbera eius, q̃bus nutrit, lactat & refouet cõfugientes ad ſe, ſunt charitas eius materna & pietas maxima, per quas prona eſt oñibus miſereri ac ſubuenire, ac velociſſima inſtàr hinnulorum, miſericorditer intueri ac refouere: de qua nil durum auſterúmve legit̃, immò omni affectui miſericordiæ videtur tota eſſe cõuerſa: Propter quod mater gratiæ, & regina miſericordiæ nuncupatur. Præterea quàm glorioſè ac flagrantiſſimè corporea eius vbera, q̃bus Deum verum ex ſe natũ lactauit, reſplendeant, nemo valet cõcipere. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Vnica Dei, paſſionẽ filij ſui iugiter in ſuo corde doloroſè gẽſtando, peccata mundi, præſertim Iudæorum, deflendo, & plurimos à vitiorũ putredine ꝑſeruando, fuit mons myrrhæ: quẽ Chriſtus inceſſabiliter, munificentiſſimè & conſolatorie viſitauit: fuitq; collis thuris, orationum ſuarũ thymiamata, meditationũ ſuarum fragrãtiam, charitatis ſuæ incenſum, pietatis ſuæ dulcedinem, immò ſe totam Deo in holocauſtum pleniſſimè offerendo: quẽ etiam collem ſponſus ipſius vbertim, gratioſè & delicioſè acceſſit, & in medio eius demoratus eſt, eus dulcedine delectatus. Sanctificauit eñ tabernaculũ hoc ſuum altiſſimus, & in medio eius non eſt cõmotus. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Hoc de virgine diuiniſſima præ cæteris cunctis cõuenientiſſimè explanat̃, quæ antonomaticè Chriſti amica aſſerit̃, & ei in omni ſanctitate & perfectione ſimilior creditur, in qua cũctæ virtutes in termino ꝑclarę excellentię ſunt inuentę. At verò de pulchro ac pulchritudine, diuinus Dionyſius tractat ſubtiliter ac profundè quarto Capitulo de diuinis nominibus: Diuina, inquiens, bonitas laudatur in ſcripturis, vt pulchrũ, & pulchritudo quæ effectiua eſt oñis pulchri. In creaturis aũt dicitur pulchrum, quod participat pulchritudinẽ. Loquentes verò de Deo, dicimus quòd ipſe eſt ſubſtantiale pulchrũ & pulchritudo, qa pulchrificat exiſtentia omnia ſecundùm ꝓpriam ſingulorũ proportionẽ, & cauſat vniuerſalem omniũ harmoniam & claritatẽ, & iuxta proprietatẽ ſolaris radij, immittit cum fulgore vniuerſitati rerum pulchrificas ſuæ fontanæ lucis diſtributiones. Iuxta horũ imitationẽ dicere poſſumus, quòd ſacratiſſima puerpera virgo Maria, eſt tota pulchra, ad intuendum delectabiliſſima, q̃ ſuis meritis, precibus, virtutibus, fama, pulchrificat & decorat millia multa, immò totam Eccleſiam, & cauſat in ipſis fidelibus concordiam, lucẽ, & charitatis vnitatẽ, quam fons totius pulchritudinis, natus ex ea, tanta pulchritudine venuſtauit, vt puræ creaturæ maior communicari aut nequeat, aut non decear. Ampliùs (vt ait Philoſophus) ad hoc quòd homo ſit corporaliter pulcher, tria requiruntur. Primum eſt, quòd ſit elegãtis ſtaturæ: ideò homines parui, nõ dicuntur propriè pulchri, quanuis valeant dici formoſi, aut ſpecioſi. Secundum eſt, congrua membrorum cõproportionatio & habitudo adinuicèm. Tertium eſt, ſuperficies viuidi & congruentis coloris. Cõformiter ad hoc quòd aliqua perſona ſit ſpiritaliter pulchra, primò requiritur, quòd ad eminentẽ quandam virtutũ proceritatem, altitudinémve peruenerit. Secundò, quòd ſit in ea virtutũ quædam proportio, & cõgrua habitudo in actibus earundẽ. Tertiò, quòd omnibus ſit ſuperfuſa diſcretio, ſeu ſapiẽtialis directio, aut charitatis floritio: ex quibus ꝓbatur electiſſima virgo fuiſſe pulcherrima, quippe quæ ad tam præeminentẽ vniuerſarum perfectionem virtutum deuenerat, & in qua virtutes ſibi inuicèm tam comproportionatæ fuerunt, & præclariſſima diſcretione iugiter regebantur, ſapientiſſima directione fulgebant, feruentiſſimo formabantur amore diuino, immò

Pſal. 45.

immò quotidiè recentiori innouatione decorabantur. Vulnerâſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulnerâſti cor meum. Quãto quis ad maiorem beatitudinẽ eſt electus, tanto ampliùs videtur Chriſtus pro ipſo paſſus. Cùm itaq; ad excellentiſſimã felicitatem & gloriam digniſſima virgo electa ſit ab æterno, nonnè pro ipſa, pro eius amore, pro eius ſalute, ſpeciali ſſimè crucifixus eſt filius eius, & ipſa veriſſimè dicere potuit illud Apoſtoli: In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me? Vulnerâſti ergò cor meum, id eſt, vehemẽtiſſimè attraxiſti me ad te, ità quòd amore tuo quaſi vulneratus videbar. In vno oculorum tuorũ, id eſt, per ſyncériſſimam cõtemplationem, qua me reuerentiſſimè ac feruentiſſimè inſpexiſti, totis tuis præcordijs me peroptans. Et in vno crine colli tui, id eſt, vna affectione cordis tui puriſſimi, qua cõmune totius humani generis bonũ præcordialiſſimè cõcupiſti. Immò tantum mihi cõplacuiſti, tam amabilis facta es mihi, quòd etiam vna quacunq; tua intuitione & affectione ad me, rapuiſti me totum in te, & placuit mihi magnificè quicqd fuit in anima tua, & quicqd proceſſit ex ea. [Quàm pulchræ ſunt mammę tuę, ſoror mea ſponſa.] Specioſiſſimæ vtiq; erant mammæ illæ internæ virginis admirandæ, dilectio Dei, charitas proximorũ, item pietas quæ eſt cultus Dei, & zelus diuini honoris atq; fraternæ ſalutis, ſapientia eius atq; ſcientia, gratia & affluentia, ac munificentia eius, cõpaſſio miſerorum: quæ oñia vino rigoris legalis, & omni naturali ſcientia, omni corporali materia fuerunt ineffabiliter pulchriora. Corporea quoq; ſpiritualiſſimæ virginis vbera, quæ regem gloriæ lactauerunt, Deo vero alimoniam præbuerunt, fontí totius boni lac puriſſimum influxerunt, ſpecioſiſſima, ſuauiſſima, honorabiliſſima, amabiliſſima facta ſunt, & miro modo deificata, ipſiſq; angelicis mentibus honoranda. Et odor vnguentorũ ſuper omnia aromata. Tãta certiſſimè eſt ſuauitas chariſmatum & meritorum, virtutum & actuum, vnctionum & diffuſionum ſereniſſimę matris Dei, quòd cuncta mundi odoramenta tranſcendit: immò & totam perfundit, adſpergit, delectat triumphantem Eccleſiam inenarrabili modo, creatoremq; vniuerſi, ac totam ſupergloriоſiſſimam Trinitatem vniuerſi ciues ſuperni in virgine Chriſtifera medullitùs laudãt, extollunt, mirantur, amant, & amplectunt̃: felicitati ac gloriæ genitricis Dñi Dei ſui inæſtimabiliter congratulantes, atq; in ea gloriantes in Dño: tam beatiſſimæ creaturæ pulchritudinẽ, poſt creatoris pulchritudinẽ, maximè admirantes, eius dulcedinẽ haurientes, eius odoribus mirificè oblectati: Deoq; gratias inceſſabiliter referentes pro omni ſalute & excellentia, quas ſuę præſtantiſſimæ cõtulit genitrici. Inſuper vniuerſa Eccleſia militans, in fœtoribus huius exilij degẽs, odore, ſuauitate, adſperſione, cõſolatione huius Deiferæ virginis, aduocatæ ac dñæ ſuæ, non mediocriter recreatur, fouetur, iuuat̃, & exhilaratur. Fauus diſtillans labia tua, ſponſa. Fons & cauſa vniuerſæ ſuauitatis, eã quam ꝓelegit in matrẽ, tanta repleuit ſuauitate, vt nec ratio capere, nec lingua queat exprimere. Itaq; labia intellectualia virginis ſanctæ, q̃bus Deum ſuũ intra cordis ſui arcana aſſiduè alloquebat̃, laudauit, orauit, ſuauiſſima eſſe noſcuntur, & ſuauiſſimũ fauum diſtillauerũt: qm̃ actus internos Deo acceptiſſimos, iam prætactos, ꝓduxerunt, immò inceſſanter producunt: ſub quibus ſacratiſſimis labijs mel & lac continentur: Mel vtiq; ardentiſſimæ charitatis & ſuauitatis internæ, ex diuina ſummi boni pleniſſima fruitione, lac quoq; refectionis ſalutiferæ ex inſpectione & dilectione humanæ filij ſui naturę ex ſe ſumptæ: ſicq; ingrediens, inuenit paſcua in Deitate: & egrediens, in Chriſti humanitate. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus cõcluſus, fons ſignatus. Delicioſiſſimus, vernantiſſimus, fructuoſiſſimus, hortus Dei eſt optima dña iſta, in qua omniũ arborum ſpiritualiũ ſpecies ſunt plantatæ, in qua lignum ſapientiæ requieuit, lignũ ſciẽtiæ boni & mali, id eſt, ſumma diſcretio immarceſcibiliter floret, in qua vniuerſæ virtutes ſunt cõſitæ, cuncta diuina chariſmata floruerunt, ſol ſapientiæ pleniſſimè radiauit: nulli venti, pluuiæ, flumina vitiorum vnquàm potuerunt locum habere: q̃ peperit eum qui creator eſt omniũ, totiuſq; mundi genuit ſaluatorem: q̃ inuiolabilis virginitatis ſignaculo indefinenter clauſa & ſignata permanſit: q̃ fons eſt gratiæ, & poſt Deum origo, mater, largitrix vniuerſorum, quæ nobis conferuntur, chariſmatum: ei nanq; regnũ miſericordiæ eſt cõmiſſum, & per manus ipſius dat nobis & dare diſpoſuit Deus, quicqd gratiæ tribuit nobis. Emiſſiones tuę paradiſus málorum Punicorum. Quicqd à dulciſſima, ditiſſima, liberaliſſima, miſericordiſſima domina noſtra, ſpõſa ac virgine iſta, emittitur &, ꝓcedit, dulce & pium eſt: verba & opera eius, Deo cunctiſq; beatis ac omnibus benè diſpoſitis mirabiliter placẽt, dulceſcunt, & grata ſunt: charitatẽ nanq; & miſericordiã excellentiſſimè redolent, & gratioſa ſunt nimis. Omnes demùm virtuoſæ perſonæ, clariſſimiq; effectus, per mála Punica pomaq; alia, per nardum, crocum, fiſtulam, cinnamomum, myrrham, thus, aloën, ac cætera in textu expreſſa, glorioſè ac eminenter emiſſa ſunt & prodiẽrunt

dierunt ex ea, iuxta expositionē prehabitam. Surge aquilo, & veni auster. Sponsus ille sapientissimus Deus & homo Christus Iesus, dilectissimam matrē suam permisit in seculo isto multipliciter cōtristari, affligi, & cōpati de excessibus hominum, de ipsius filij sui & aliorū sanctorum amarissimis martyrijs ac tormentis: & pſertim in triduo mortis sepulturæq; Christi, durissimus ventus aquilo flauit in eam, penitusq; repleuit. Verūm in hora resurrectionis & apparitionis filij sui, dulcissimus auster successit, & lætificauit eā dulciflue, ità quòd eius aromata diffuderunt se vndiq;. Postremò in eius felicissima assumptione recessit ab ea finaliter omnis mœror, quandò à filio suo tam suauiter ac frequenter est inuitata, dicente: Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni. Tunc etenim à candore gratiæ, à luce puritatis internæ, à suorum munditia meritorum, perducta est ad splendorem gloriæ æternalis, ad lucem deificæ visionis, ad ineffabilium plenitudinem præmiorum. Et quanto præ cæteris fuit hæc Christo magis cōpassa, tanto abundantiùs cum eo est glorificata & coronata. De capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, montibusq; pardorum, id est, de cōuersione & salute innumerabilium peccatorum, inquietorum, carnalium, & à Deo anteà anathematizatorum, per præfata designatorū, qui ipsius benignissimæ ac misericordissimę virgineæ matris meritis ac precibus, gratiam conuersionis & gloriam sunt sortiti. Nam & ipsa filio suo tam intensissimè cōdolendo, innumerabilibus peccatoribus gratiam & salutem promeruit, quos Deus per eam conuertere ac saluare ab æterno decreuit.

¶Elucidatio Capituli quinti, Veniat dilectus meus in hortum suum,
De Christo & Ecclesia. Articulus sextusdecimus.

PRæcedenti Capitulo Christus vocauit Ecclesiam hortū: Huic ergò appellationi se cōformans Ecclesia, Christū inuitat, vt intret hunc hortū, id est, in corda fideliū. [Veniat dilectus meus in hortū suū,] id est, gratioſe me visitet, dona sua infundēdo, cōseruando, augēdo, & perficiendo in me. tāquàm dicat Ecclesia: Vnusq; sq; in horto suo amœno & cōcluſo solet libenter deambulare, & cū dilecta sibi persona quiescere. Sponsus ergò cęlestis, q me hortū appellauit cōclusum, dignetur mihi adesse, cōsolationem, protectionem, amplexum impendere: qa continua presentia eius clementi indigeo, & sine gratioſo eius auxilio prorsùs nil valeo. Veniat ergò, obsecro, [vt comedat fructū pomorum suorū:] id est, actus fidelium piè acceptet, & delectetur in eis, ac cœnet & vescatur cum ipsis, qm̄ ipse Apoca. 3. fatetur: Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illū, & cœnabo cum eo. De
Nehem. 8. quo in Esdra asseritur: Gaudium Dñi est fortitudo vestra. Et in Psalmo 103. Lætabitur Dñs
Hiere. 32. in operibus suis, qui per Hieremiam testatur: Lætabor super eis, cùm benefecero ipsis. Itaq; poma Dei sunt ipsi fideles, quos profert arbor sapientiæ Christus dñs, quia regenerat eos in baptismo: quorum pomorū fructus, sunt boni eorum actus. Poma quoq; possunt intelligi dona gratiæ, beneficia ac virtutes, ex qbus procedunt huiusmodi actus. Ad prętactam petitionem sponsus respondet: [Veni in hortum meū soror mea sponsa:] tanquàm dicat: Tu inuitas me ingredi in hortum meū, id est, in te, & ego te inuito ingredi hortum meum paradisum cælestem seu triumphantem Ecclesiam iam per fidem, spem, contemplationē, & appe-
Psal. 41. titionem feruentem: vt cōuersatio tua in cælis sit, & dicas assiduè: Quandò veniam & appa-
Psal. 25. rebo ante faciem dei? Domine, dilexi decorem domūs tuę, & locum habitationis glorię tuę. Vel in hortum meum, id est, in cor meū, ità vt per contemplationem & feruentem affectum
Ioan. 19. coniungas te intimè mihi. Ideò nanq; mucrone diræ lanceæ permisi latus meum aperiri, vt ingrediaris per illud in cor meū. Vel in hortum meum, id est, tu ipsa, ô Ecclesia, intra temetipsam, considerando statum, deformationē, indigentiam filiorum tuorum: Sicq; procedendo ad prouidam reformationem, institutionē, custodiam filiorum tuorū. [messui myrrham meam cum aromatibus meis:] id est, spiritalia tibi fercula præparaui, qm̄ fructum seu meritū amarissimæ passionis meæ collegi, & posui in thesauro sapientiæ meę, in incessabili memoria mea, vt tibi ex isto thesauro communicem & succurram, id est, meritis passionis meæ subueniam, gratiam conferendo atq; salutem. Messui, inquam, myrrham meam cū aromatibus meis, id est, etiam fructum & merita actuum meorum virtuosorum ex charitatis dulcedine prouenientium, prętacto modo collegi, ac pro tua refectione & opere reposui. Etenim tota Christi vita in seculo isto, fuit meritoria nobis, de cuius plenitudine accipimus vniuersi, & ipse ex plenissima ac suauissima charitate laborauit, egit, orauit pro nobis. [comedā
Matt. 26. fauum meum cum melle meo.] Posset hoc accipi, quòd Dominus ac saluator in cœna proprium corpus diuinæ naturæ coniunctum, sub specie Sacramenti susceperit ac manducauit, quod fecit cum melle suo, id est, dilectionis & summæ deuotionis pinguedine ac dulcore, in quibus incessabiliter fuit, quantùm ad superiorem portionem animæ suæ. Deniq; post resurrectionem (sicut Euangelista fatetur) comedit partē piscis assi & fauum mellis. [Bibi vinum meum cū lacte meo:] id est, sanguinem sub specie vini, nō in medelam vt cæteri, sed cum omnimoda puritate & innocentiā mea, qūe nomine lactis signantur. Hinc dixit in cœna: Nō bibam ampliùs de hoc genimine vitis, donèc bibam illud vobiscū nouum in regnō patris mei. Porrò spiritaliùs loquendo, sponsus Ecclesiæ comedit fauum cum melle, id est, contemplatione dulcissima propriæ deitatis atq; assumptę humanitatis, mysteriorūq; eius, refecit seipsum. Bibi vinum meum cum lacte meo, id est, operatione iustitiæ meæ, quæ signatur per vinum, ac pietatis atq; munditiæ, quæ exprimuntur per lac, animam meam refeci, sicut in Euangelio sum testatus: Meus cibus est, vt faciam voluntatē patris mei. Et rursùm:
Ioā. 4. 14. & 8. Sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Itemq;: Quæ placita sunt ei, facio semper. Quidā verò exponunt sic, Messui myrrhā meam, id est, sanctos martyres de acerbitate martyrij remuneraui, ac transtuli ad regnum cęleste, cum aromatibus meis, id est, cū charitatiuis & insignibus confessoribus, qui in deuotionis sanctæ dulcedine mihi sunt obsequuti. Comēdi fauum meū, id est, per gratiam & gloriā mihi incorporaui Prælatos & Prædicatores idoneos, qui cælestium documentorū refectionem & suauitatem distillauerunt & infuderunt ouibus meis. Cum melle meo, id est, cum deuotis & obedientibus auditoribus eorundē. Vndè dictum est Iohel. 3. In illa die stillabunt montes dulcedinē, & colles fluent lac & mel. Bibi vinum meum, id est, eos qui in austeritate pœnitentiæ & operibus vitæ actiuæ exercitantur, mihi per incorporationis vnionem cōiunxi, cum lacte meo, id est, cum innocentibus, simplicibus, purisq; cordibus. Prætereà de Prælatis & Prædicatoribus cōgruè ait, Comedi: de alijs verò, Bibi. quod eñ comeditur, nō ità faciliter deglutitur, sed masticaē ac teritur: quod aūt potatur, celerrimè absorbetur. sic eorū qui præsunt & prædicāt, conuersationem iudex cælestis districtiùs discutit: & quicqd mali inuenerit, rigoroſiùs punit: alios verò misericordiùs tractat, quēadmodùm ait scriptura, Iudicium durissimū in his qui præsunt,
Sapiēt. 6. fiet: exiguo aūt concedet misericordia. [Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.] Tanquàm dicat: Quia tot spiritalia alimenta vobis paraui, reposui, pbeo, & qm̄ eos qui vos præcesserunt, sanctos tam copioſè remuneraui: idcircò & vos, q adhuc estis in isto exilio, & in via peregrinationis psentis, reficite animas vestras spiritalibus cibis ac potibus, gratijs & charismatibus, doctrinis atq; exemplis meis, ac pcedentium patrū & totius scripturæ, Ecclesiasticis sacramentis, potissimè Eucharistiæ sacris mysterijs. At verò ad istam manducationē & potationē non sunt apti, nisi amici mei, q diuina implent pcepta, quibus locutus
Ioan. 15. sum: Vos amici mei estis, si feceritis q̄ ego præcipio vobis. Et inebriamini charissimi, id est, vos cōtemplatiui & perfecti Prelati ac viri heroici, præfatis refectionibus nō mediocriter, vt cæteri, sed abūdantissimè vescamini, ità vt prę charitatis ardore, prę diuinarū illuminationū inundatione, ex internæ consolationis plenitudine spiritaliter ebrij sitis, & de vestra exuberantia alijs eructetis, communicetis, & superinfundatis, iuxtā illud: Memoriam
Psal. 144. abundantię suauitatis tuæ eructabunt: quod ad aliorum pastores ac prędicatores precipuè spectat. Prætereà charissimis suis Deus gloriosus ac adorandus opulentiam suā immensam pandit, communicatq; pręclariùs, eo quòd charitas sit virtus communicatiua, faciens omia esse communia. Immò quanto ardentior fuerit, tanto liberaliorē parit communicationem, & ecstasim facit, non sinens diligentem esse sui ipsius duntaxàt, sed transferens ac transformans diligentem in dilectū cum munificentissima vtiq; sitarum communione diuitiarum: sicq; sponsus, cuius natura est charitas, & qui essentialiter amor est, charissimis suis per lympidissimā illustrationē ostendit se, & suas demonstrat eis diuitias, prout in hac vita fieri potest, q mox tam superfeuerissimi ac superdelicioſissimi amabilitate obiecti, totaliter accendunt, validissimè attrahūtur, & in spiritu feruoris vehementissimè vniuntur eidē, & introducuntur ab ipso in suæ infinitatis oceanum: sicq; rapiuntur in diuitias glorię spōsi, & igne immensi liquefiunt amoris, ac defluunt à seipsis, & in superdilectissimo obdormiunt sponso: quem quo clariùs contemplantur, eo profundiùs ac intensiùs paruipendunt & aspernantur seipsos. Hi mysticę vnionem atq; intuitum theologię experientes, medio modo se habere censentur inter comprehensores ac viatores communes, quibus misericordissimè
Psal. 30. datur gustare, quàm dulcis sit Dñs, & experiri quàm magna & infinita sit multitudo dulcedinis eius, quos sponsus abscondit in abscondito vultūs sui à conturbatione & inquietudine hominum, & protegit eos in tabernaculo suo à contradictione linguarū. In quorū persona dixit Apostolus: Nos aūt reuelata facie gloriam Dñi speculantes, in eandem imaginem
2. Cor. 3. transformamur à claritate in claritatem, tanquàm à Domini Spiritu. Isti igitur sunt non solùm amici interni, sed & secretissimi filij Dei & velut consiliarij ac secretarij Dei, de quali-

Amos 3. bus loquitur Amos talium vnus: Non faciet Dominus verbũ, nisi reuelauerit secretum suũ ad seruos suos prophetas. [Ego dormio, & cor meum vigilat.] Hoc quidã exponunt in persona Christi, vt sit sensus: Ego dormio, id est, in cælesti throno ad dexteram patris glorificatus quiesco, quandoq; preces seruorum meorum exaudire differo ità, quòd videor eis dormire. Consimiliter impiorum scelera ad tempus punire dissimulo, quæ dum districtè vlci-

Psal. 77. scor, euigilare perhibeor. Propter quod ait Psalmista: Excitatus est tanquàm dormiens dñs,

Psal. 43. & percussit inimicos suos in posteriora. Et rursùs: Exurge, quarè obdormis Domine? Dormiuit etiam Dominus Iesus in triduo sepulturæ in monumento. Dispensatiuè quoq; ac vo-

Marc. 4. luntariè dormiuit interdùm in seculo isto, sicut dum erat super ceruical dormiens in naui, & suscitauerunt eum. Veruntamen cor eius iugiter ac incessabiliter vigilauit, neq; ex corporis somno intellectus eius humanus seu ratio à suo impediebatur actu, vsu, iudicio: immò in beatifica sine interpolatione fuit fruitione. Insuper vigilat semper, quia non deserit vniuersorũ vitam inspicere, nec curam gregis sui vnquàm relinqt, iuxta quod legitur in Psalmo 120. Eccè non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Immò dum preces suorum differt implere, aut peccantium vitia vindicare, cor eius vigilare asseritur: quia seruorum suorum fidelitatem, patientiam, perseuerãtiam probat, vt tempore opportuno plenius exaudiantur: & prauorum mores ac vitia tolerat, vt conuertantur: quòd si noluerint, iustior appareat eorum damnatio, pietasq; diuina glorioſiùs innotescat. Ideò nanq; dicit Apostolus:

Rom. 2. Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Secundùm duritiam aũt tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. Nolitergò ô sponsa mea Ecclesia, à spe tua deficere, aut frangi aduersis, aut pusilla animis effici, dum te ad tempus affligi permitto, exaudireq; differo, qa cor meum iugiter vigilat super te. Amplius potest hoc verbum in persona Ecclesiæ explanari: Ego dormio, id est, à sponso desuper refecta, atq; vt dictum est, quantùm ad perfectiores filios meos inebriata, in ipso Dño, creatore & saluatore meo, per fidem, spem & charitatem quiesco, per cõtemplationẽ obdormio, per raptum amplector, per ecstasim quoq; in ipsum transformor. Et cor meum vigilat, id est, ex quo nondùm plenè beata sum, nec diù in tali somno persisto, ideò & in huiusmodi eleuatione ecstatica, pro communi salute mea & filiorum meorũ solicitè oro, pro generali reformatione feruidissimè precor, ac maternæ solicitudinis vigilias cordiales exercere non negligo. Vel dormit Ecclesia, quantùm ad imperfectos, qui frequenter per negligentiam torpent: sed vigilat cor ipsius, id est, perfecti & præsidentes cõdigni super commissum vigilant gregem, iuxta illud Apocal. 3. Vigila, & confirma cætera quæ moritura erãt. Deindè subdit Ecclesia, ostendens vigilare se corde: [Vox dilecti mei pulsantis:] id est, iussio seu admonitio sponsi mei, est ista: [Aperi mihi soror mea,] mecum cõmunicans in natura, quam assumpsi, humana: [amica mea] per mutuum amorem præcipuum, [columba mea,] ad me simplici & syncera intentione conuersa. [Immaculata mea:] quia non habes maculam neq; rugam culpæ mortalis, quantùm ad perfectiores existentes in te, & quo ad membra mea per fidem & charitatem: [quia caput meũ plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.] Apostolus ait,

1. Cor. 11. Caput Christi Deus: sicq; verbum æternum est caput assumptę humanitatis. Hoc caput caussaliter plenum est rore totius gratiæ, consolationis, ac refrigerij, quia ab illo bonum omne procedit. Rursus caput Christi hominis, est mens sua humana, q̃ formaliter plena est omniũ

Esaiæ 26. supernorum rore charismatũ, de quo in Esaia asseritur: Ros tuus, ros dulcis. Porrò cincinni dicuntur collectiones pilorum in seriem vnam, per quos intelliguntur ordinatissimæ cogitationes & affectiones mentis Christi præfatæ, quæ dicuntur pleni noctium guttis, id est, stillicidijs gratiarum cõmunicabilium seu influxiuarũ in viatores: qui cõparatione Comprehensorum, noctes dicuntur, vtpotè in tenebris & in vmbra mortis sedentes, Itaq; sponsus loquens per modũ feruidi amatoris, qui nocturno tempore intemperataq; aura ex amoris magnitudine currit ad dilectam, ità quòd caput eius rore perfunditur, & crines eius imbre rorem sequente, sic quòd nec intemperie aurę, nec noctis horrore à tali reuocatur itinere: hortatur Ecclesiam, vt sibi aperiat, id est, in cor suum recipiat ipsum sponsum, & omne obstaculum gratiæ à se, omnem obicem inhabitationis diuinæ à suis filijs studeat remouere, qm̃ ipse spõsus toto affectu ad eam accelerat, & gratiam capitis existentẽ in se, per quam in sua influit membra, paratus omninò est ei cõmunicare, stillasq; suorũ charismatum mẽbris eius infundere. Vel ideò ait, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium: quoniam ipse in hac vita tempestatibus tribulationum, & pluuijs persecutionum

Psal. 68. amore sponsæ suæ repletus est, quemadmodùm protestatur: Intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam: Vẽni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Ideò sponsa debet sibi merito

protinùs aperire & grata existere. Veruntamẽ graue est ei, interrupta & suspensa contemplatione sponsi ac amoroso eius amplexu, exercitijs vitæ occupari actiuæ, ac emigrare atq; discurrere ad præsidendũ prædicandumq; alijs: Idcircò respondet: [Expoliaui me tunica mea,] id est, occupationem circa terrena & exteriora agẽda reieci, vt contemplationi insistam liberiùs. [quomodò induar illa?] quasi dicat, Graue mihi videtur occupationẽ illam laboriosam & anxiam rursùs assumere, & implicari terrenis. [laui pedes meos,] id est, affectus meos purgaui à culpis, quæ occasione occupationis huiusmodi cõtrahi solent. [quomodò inquinabo illos?] id est, indecens aliqualiter mihi videtur, affectus meos soli summo bono intẽtos, atq; in ipso simplificatos ac fixos, rursùs dispergere circa multa, & per hoc cõtrahere maculam aliquã. Quid aũt ad piam & sapientialem illam querelam fecerit sponsus, subiungit Ecclesia: [Dilectus meus misit manũ suam per foramen,] id est, operationem ac opem potestatis suæ secretã inspiratione, seu per vim intellectiuam, mihi infudit, me illustrauit, accendit & animauit. [& venter meus intremuit ad tactũ eius:] id est, mens mea ex huiusmodi infusione & tactu interno, vehementer est admirata, expauit, accensa est. Frequẽter aũt in scripturis per ventrem mens designatur, sicut in Psalmo 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Et iterùm: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Loquitur aũt sponsa instàr feruidæ amatricis, quæ ex tactu sponsi tam intensè accenditur corde, vt passio sensualis amoris redundet in corpus, & ventrẽ faciat tremere. [surrexi,] id est, ad obedientiam me accinxi, & à quiete cõtemplationis ad actum mihi iniunctũ processi, [vt aperirẽ dilecto meo:] id est, ingressui eius gratioso mentẽ meam obediendo pararẽ, corda quoq; subditorũ hortarer ad remouendũ à se impedimenta visitationis diuinæ, sicut beatissimus quoq; Ioannes legitur peregisse. [Manus meæ distillauerunt myrrham,] id est, potentiæ meæ operatiuę seu actiones virtutũ mihi desuper præstitarum, mortificationẽ carnis salubrem, amaram compunctionem, & dura pœnitentiæ opera assumpserunt, exercuerunt, & docuerunt. Hæc eñ (vt patuit) per myrrham, q̃ amara ac putrefactionis expulsiua est, designantur. [& digiti mei pleni sunt myrrha ꝓbatissima.] Sicut per manus significatur operatio seu potestas, ità per digitos discretio ac sapientialis directio. Digiti igitur spõsæ pleni sunt ꝓbatissima myrrha, id est, discretio & recta eius intentio, præfatam mortificationẽ & mortificationis doctrinã, compunctionis amaricationem ac dominicæ passionis imitationem, Deo præcipuè placitam exhibent, vt sit prorsùs rationabile nostrum obsequiũ. Itaq; myrrha probata, est castigatio carnis assumpta, & crucifixio eius per pœnitentiæ opera: Myrrha probatior, est sensitiui appetitûs à suis concupiscentijs & peccatis coërcitio: Myrrha, ꝓbatissima, est compunctio seu contritio cordis, abnegatio propriæ voluntatis, consideratio & sequela dominicæ passionis. Hæ myrrhæ corruptionem dissolutionis, vanæ gloriæ, cõcupiscentiæ, inuidię, gulæ, obscœnitatis excludunt, sanant, abijciunt: ità quòd habens eas, dicere potest cũ Ezechia: Eccè in pace amaritudo mea amarissima. Et cum Hieremia: A facie manûs tuæ dñe solus sedebam, quoniam cõminatione replẽsti me. [Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.] Pessulum dicitur lignea sera, qua pellitur ostium, dum seratur: per quod intelligitur diuinę ingressionis obstaculum, ex carne proueniẽs, ostium verò est capacitas seu dispositio cordis. Pessulum ergò ostij aperit, qui in seruitutem spiritûs redigit corpus, & inordinatã eius appetitionẽ repellit, quatenùs Deus dignetur inuisere animã. [at ille declinauerat atq; transierat.] id est, inchoatam visitationem, cõsolationem, & gratiæ affluentiam subtraxit ad tempus, & quandò se obtulit & prẽuenit, protinùs se absondit, vt quæreretur ardentiùs, & copiosiùs inueniretur: sicq; aliqualiter habitus, insensibiliter est elapsus. [Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est:] id est, mox vt sponsi exhortationem audiui, resoluta est in amorem anima mea, & omnis duritia est ab ea sublata. Nam sicut ignis resoluit plumbum, sic animam amorosam spiritualiter liquefacit flamma dilectionis, atq; in fletũ compunctionis, compassionis, complacentiæ, & abundantis lætitiæ eam resoluit. Deniq; quo habitus charitatis est in aliquo intensior circa personam quamcunq;, tanto ex personæ illius adspectu, affatu, auditu, aut recordatione, citiùs valentiusq; accenditur, liquefit, atq; resoluitur. Ideò sponsa mox vt memor fit Christi, aut vocem eius audiêrit, inflammatur, iuxta quod legitur in Psal. 38. In meditatione mea exardescet ignis. Ex qua vtiq; liquefactione, quæ fluidum facit, sponsa incitatur ad obtinendum, intuendum, degustandumq; ipsum sponsum pleniùs clariusq;, quàm antè, iuxta illud Eccĩ 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Nam & spirituales deliciæ quo ampliùs degustantur, eo auidiùs cupiuntur. Vndè & beati in patria asseruntur cum desiderio frui Deo, intuerię; eum, prout sacratissimus ait princeps Apostolorum: In quẽ desiderant angeli prospicere. Hinc subditur:

Ioan. 7.

Matth. 3.

Rom. 12.

Isaiæ 38. Ierę. 15.

1. Pet. 1.

[Quæsiui,] id est, spósum clariùs intueri, suauiùs degustare, stabiliùs amplexari desideraui ac studui. [& nó inueni] eum taliter, tamq; celeriter vt cócupiui. [vocaui,] id est, feruenter rogaui, vt ità se demonstraret mihi. [& nó respondit mihi:] id est, non exaudiuit, neq; reale responsum donauit mihi iuxta desideriú meum. [Inuenerút me custodes, q circumeunt ciuitatẽ.] Ista cósonant his, quæ dicta sunt suprà secundo capitulo, Quęsiui illú, & non inueni: inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatẽ. Nempe qui ibi vigiles, híc custodes vocantur: ideò ex dictis ibidèm, patet intelligentia horũ: sed híc subduntur, quæ ibì non cõtinentur. [Percusserunt me, & vulnerauerút me:] Custodes, id est, Prælati ac Prædicatores percutiunt Ecclesiam, id est, fideles subditos & dociles auditores, dũ eorum corda ad compunctionẽ, ad erubescentiam de peccatis pteritis, ad castigandũ seipsos per opera satisfactionis
Matth. 3. Lucæ 3. inducunt: & item dum eos iustè & charitatiuè corripiũt. Sic percusserat sanctissimus Christi præcursor venientes ad suum baptismũ Iudęos, dicendo: Genimina viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Vndè percussi dixerunt: Quid ergò faciemus? Vulnerãt quoquè eos quos diuini amoris iaculis perforant, quos ad charitatis vehementiam trahunt, ac præcordiali contritionis dolore adimplent. [Tulerunt mihi pallium meũ custodes murorum:] id est, rectores & principes Ecclesiarum ab stulerunt à me pristinæ cõuersationis imperfectionem, ignorantiæ meæ velamen, ac mœroris mei operimentum. Ampliùs, vitiosi & scandalosi Pastores ac Prædicatores, verbis & exemplis pestiferis malè percutiunt, & læsione peccati ac mortis, vulnerant simplices Deum quærentes. Et pallium, id est, vestem gratiæ ac virtutis tollunt ab eis, dum ipsos enormiter scandalizant, de qua percussione ait Apo
1. Cor. 8. stolus: Peccantes in fratres, & percutientes cõscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Prætereà de duplici custodia loquitur scriptura sacra, videlicet de custodia charitatis & solicitudinis pastoralis ac iustæ diligẽtiæ, iuxta illud Deut. 4. Custodi te metipsum & ani-
Psal. 114. Cant. 1. mam tuam solicitè. Et iterùm: Custodiens paruulos Dominus. Et suprà: Posuerũt me custodem in vineis. Et rursùs de custodia malignæ obseruationis, sicut in Psalmo 70. Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & compræhendite eum, quia non est qui eripiat. Hoc modo custodes & obseruatores Ecclesiæ circumeuntes Ecclesiam, sunt dæmones, quorum vnus dixit ad Dominum:
Iob 1. 1. Pet. 5. Circuiui terrã & perambulaui eã. propter quod & beatissimus Petrus: Aduersarius, inquit, vester diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hi custodes maligni frequenter tentationibus suis percutiunt ac sauciant corda quærentium sponsum, propter
Psal. 140. Lucæ 8. quod orauit Prophera: Custodi me à laqueo quem absconderunt mihi. Et Christus in Euãgelio: Deindè, ait, venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, nè credentes salui fiant. [Adiuro vos filiæ Hierusalem] ó particulares Ecclesiæ seu animæ virtuosæ, [si inueneritis dilectum meum:] id est, si specialem aliquam deuotionem, contemplationem, visitationẽ, à sponso susceperitis, & ei gratioſè coniunctæ fueritis, [vt annuncietis ei, quia amore langueo:] id est, vt feruenter oretis pro me, profitendo in orationibus vestris desiderio meum ad sponsum: quod adeò magnum est, vt præ vehementia suæ desideratæ præsentiæ valdè affligar: quæ afflictio, languor amoris, iuxta præhabita nuncupatur. Dicitur autem aliquid Deo annunciari, non quasi ignoranti, sed vt Domino omnia cognoscenti, vt humili recognitione ab eo aliqua impetrentur. Vult ergò vniuersalis Ecclesia, à particularibus Ecclesijs & filiabus suis & à deuotis personis orari pro reformatione communi in omni statu & politia, & pro finali vniuersorum salute. Videns autem synagoga conuersa, seu sanctus quicunq;, & præsertim filiæ Hierusalem, Ecclesiam ex gentilitate conuersam, tam spiritalem, feruentem & speciosam, quærit non ex ignorantia, sed præ admiratione, & vt audiat respósum notabile pro communi instructione: [Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ó pulcherrima mulierum?] id est, ó sponsa Ecclesia gentium præ cunctis gentibus formosa, sancta, electa, dic, qualis est sponsus tuus tibi tam charus, & ex dilecto procedens, id est, ex patre æterno super omnia creata incomparabiliter diligendo æternaliter genitus. [Qualis est dilectus tuus ex dilecto,] sicut expositum est, id est, quàm pulcher, amabilis, elegãs, & excellens: [quia sic adiurâsti nos.] id est, quia tam ardentissimè diligis eum, quòd langues eius amore, atq; ob hoc nos adiurâsti, vt si inueniremus eum, annunciemus ei quòd taliter langues. Ad hoc respondet Ecclesia: [Dilectus meus candidus,] quia secundùm suam diuinam naturam est lux, puritas, pulchritudo immensa, ex patre æterno seipsum æternaliter intelligente, & conceptum suum inuariabiliter intra se proferente, emanans ac genitus, splẽdor gloriæ, character paternæ substantiæ, candor lucis æternæ: [& rubicundus,] secundùm naturam assumptam, vtpotè speciosus forma præ filijs hominum, qui peccatum non fecit,

nec

nec inuentus est dolus in ore eius, & in passione sua rubore proprij cruoris perfusus, factus est rubicundus, sicut Iacob patriarcha prædixit: Lauabit in vino stolam suam, & in sangui- Gene. 49.
ne vuæ palliũ suũ. Vndè fertur Isai. 63. Quarè ergò rubrum est indumentũ tuũ? [electus ex millibus:] id est, præ vniuersis & singulis, qui secundùm naturã assumptã prædestinatus est filius Dei in virtute, secundùm Apostolum ad Roman. 1. de quo sanctus Euãgelista Matthę- Matth. 12.
us ex Isaia allegat: Eccè puer meus quẽ elegi, electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea. Isaię 42.
Vndè in passione dixerunt iniqui: Si rex Israel est, & si hic est Christus Dei electus, descen- Marc. 15.
dat de cruce. [Caput eius aurum optimum:] id est, mens eius sapientissima, est omni sapientia ac charitate plenissima, quorum vtrunq; significatur per aurum, iuxta illud Apocalyp. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. Vel caput eius aurum optimum, id est, pre- 1. Cor. 11.
ciosissima aurea corona in capite eius. Item caput eius est deitas sua seu Deus pater, qui caput est Christi: est optimum aurum, id est, præstantissimũ entium, cuius respectu, omne creatum est vile ac modicum, sicut aurũ cætera excedit metalla. [Comæ eius, sicut elatæ palmarum:] id est, cæsaries capillorum ipsius assimilatur folijs palmarum, non deorsùm pendentibus, sed sursùm eleuatis: propter quod dicuntur elatæ, quasi eleuatæ. [nigrę quasi coruus:] id est, protestantes grandem vigorem & immarcescibilitatem esse in sponso, secundùm quod pilorum nigredo ostendit fortitudinem ac iuuentutem esse in taliter capillato. Porrò per comam sponsi, intelligi possunt congeries cogitationum, affectionumque eius, quæ semper erant præclarissimæ, ad Deum erectæ, ordinatæ, perfectæ, ostendentes in ipso esse vniuersarum robur virtutum ac virilem ætatem, decæterò nullatenùs marcescẽtes. Rursùs, per comam sponsi, intelliguntur vel prælati atque vicarij eius, ei prælatica potestate propinquiores, sicut coma immediatè ex capite generatur & ei inhæret. Gregorius tamen per comas Christi, intelligit generaliter ipsos fideles, per fidem & charitatem Christo vt capiti inhęrentes, & quæ sursùm sunt quærentes ac sapientes. sicque de suæ salutis hostibus triumphantes, sicut palmæ assendunt in altum, & sua significatione ostendunt triumphũ. [oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotę, & residentes iuxta fluenta plenissima.] In Christo sunt oculi deitatis, iuxta illud: Psalm. 33. Oculi domini super iustos. Et
alibi: Oculi domini multo lucidiores super solẽ, circunspicientes omnes vias filiorũ homi- Eccl. 23.
num. Hi oculi sunt intellectus & sapientia Dei, seu pietatis suæ respectus: & oculis colũbarũ possunt assimilari, quoniam simplicissimi sunt atq; purissimi, ab omni malitia alienissimi. Vndè & spiritussanctus in forma columbæ voluit apparére. Oculi quoq; interiores humanitatis Christi, videlicet ratio & intellectus, sapientia & sciẽtia eius infusæ, omni vtiquè columbina simplicitate fuerunt perspendidi, & omni synceritate plenissimi. Sed & exteriores oculi eius vino fuerunt puriores ac pulchriores, in quibus interna simplicitas resplen
duit columbina, & omni pudicitia erant ornati, non vagi, sed venustissima cõpositione *fa- *facti.
ceti. Itaq; omnes hi oculi sponsi sunt, sicut columbæ existentes super riuos aquarum, id est, iuxta aquas fluentes: per quas abundantia sapientiæ, exuberantia gratiæ, puritas, opulentia, communicabilitas, designãtur: quę perfectissimè fuerunt in Christo & in oculis eius, vel per identitatem aut causalitatem, aut per inhærentiam, aut per resplendentiam, quia in creatis oculis eius fuerunt per essentialẽ identitatem seu causalitatem, in intellectualibus aũt oculis suæ humanitatis fuerunt per inhæsionem formalem, sed in corporalibus eius oculis erant per resplendentiam ac resultantiam quandã, prout interior dispositio cordis relucet in vultu & oculis, iuxta illud: In facie sapientis lucet sapientia. Quę columbę lacte sunt lotę, id est, Prou. 17.
albæ & candidę instàr lactis, quoniam tales sunt gratiosiores. Et sicut vniuersi oculi Christi sunt congruo sibi candore perlucidi, & residentes iuxta fluenta plenissima, iuxta quæ libẽter sedent columbę, quatenùs in eis cernãt imagines rapacium auium, sicq; super aquas se proijciendo, euadant vngues illarum: sic interiores oculi animę Christi, semper iuncti fuerunt plenissimę exuberantię sapientię & opulentię increatæ, in qua conspiciebant cuncta futura, dęmonumq; insidias, à quibus pręcauebat suis electis: immò & Iudęorum insidiantium sibi euasit manus vsq; ad tempus suę passioni prędordinatum. Ampliùs possunt per oculos sponsi doctores, prędicatores & prælati intelligi, qui alijs vident ac monstrant necessaria ad salutem, & sedent super riuos aquarum, id est, Ecclesiastica sacramẽta, ex quibus gratiarum munera profluunt: & iuxta libros diuinę scripturę, in quibus iugiter occupantur, & columbina simplicitate ornantur, sicq; riuulos sapiẽtię hauriũt ex scripturis, & gratia baptismali virtutibusq; infusis seu per cõtritionẽ, tanq; lacte, sunt loti, atq; à vitijs emũdati: & residẽt iuxta fluẽta plenissima, i. testamentũ vtrũq;, & iuxta vniuersos catholicorũ libros doctorũ, ac redundantiã Ecclesiasticorũ Sacramentorũ, donisq; gratię, non proprijs viribus, inniituntur.

In ſcripturis quoq; conſiderant verſutias dæmonum, impugnationesq; vitiorum, à quibus ſecundùm ſcripturarũ doctrinam præcauent ſibi ac alijs. [Genæ illius ſicut areolæ aromatum, conſitæ à pigmentarijs:] Areolę dicuntur areæ paruę, vt hortus aut aliquod ſpatiũ modicum: quæ conſitæ à pigmentarijs, id eſt, ſeminatæ ac complãtatæ à cultoribus aptis, valdè ſunt pulchræ & delectabiles ad videndum, dum aromaticæ herbæ inibi ſeminatæ aut plantatæ, egrediuntur ac virent: ſic genæ ſponſi, formoſæ ſunt atq; ad intuendum iucundæ. Quod & de corporalibus eius genis verificatur, potiùs tamen de genis mentis, id eſt, de memoria ac prouidentia animæ Chriſti, inter quas intellectus ſeu cõſideratio præſentiũ mediat, ſicut os inter genas corporeas. Porrò anima Chriſti, vniuerſa præterita, præſentia & futura cognouit: ideò genę eius multiplici fulgore radiabant notitiæ. Quidã per genas Chriſti, intelligũt martyres ſanctos, qui inſtàr genarum, rubore fulſerũt martyrij. Alij per genas eius, ſuam humilitatem & pudiciſſimum apparatũ in exteriore conuerſatione intelligunt. [labia eius lilia,] vel vt alij legũt, labia autem [diſtillantia myrrhã primã:] id eſt, interiora exterioraq; labia ſponſi, ſaluberrima documẽta propoſuerunt ad refrenandum ſe à putrefactione culparum, & ad amplectendũ mortificationẽ iniquitatum, amaritudiné cõtritionis, dolorẽ compunctionis. Propterea cõparantur myrrhæ primæ ſeu optimæ, quæ ſpontè, non ex inciſione, emanat, ſicut præhabitũ eſt. [Manus illius tornatiles,] id eſt, celeriter mobiles, [aureę, plenæ hyacinthis:] per manus Chriſti, intelliguntur eius opera virtuoſa ac miraculoſa, ad quæ peragenda expeditiſſimus ac efficaciſſimus fuit ad libitum ſuũ, quæ aurea extiterunt, id eſt, excellentiſſima, atq; ex ardentiſſima charitate manantia, & inſtàr auri delectabilia ad videndum ac ſpecioſa, quia nil culpæ fuit eis admixtum, erantq; plena hyacinthis, id eſt, gemmis ſic dictis, ſeu floribus, id eſt, ſapientialibus documentis, venuſtiſſimis moribus, & rationabiliſſimis ac vtiliſſimis cauſis, propter quas fiebant à ſponſo, videlicet, ad Dei patris honorem, ad ſupernaturalis doctrinę ac totius mũdi conuerſionẽ atq; ſalutẽ. [Venter illius eburneus, diſtinctus ſapphiris:] Ebur ſecundùm Anſelmũ, eſt os Elephãtis, qui eſt caſtiſſimũ animal frigidi ſanguinis, ſuper cuius os ignis (vt fertur) accendi nõ valet, atq; (vt dicitur) ſi alicuius viſcera ardore libidinis aut alterius infirmitatis feruerẽt, potato ſanguine Elephantis, releuamen acciperent. Itaq; per ventrẽ Chriſti, eius mortalitas, & naturalis, quam aſſumpſit, infirmitas deſignatur: ſed hæc fuit eburnea, id eſt, omni caſtitate & virtutũ conſtantia decorata, diſtincta quoq; ſapphiris, id eſt, cæleſtibus ac ſupernis operibus. Sapphirus quippe lapis eſt precioſus, ætherei ſeu cæleſtis coloris. Poteſt quoq; per ventrem Chriſti eburneũ, ſapphiris fulcitum, ſolidiſſima atq; puriſſima mens eius intelligi, quia per ventrem ſolet mens ſignificari. Rurſùs, venter ſponſi, eſt ampliſſima eius capacitas & occultatio incõprehenſibilium iudiciorum ipſius, quæ in eo quaſi in ventre latent. [Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas:] Crura ſponſi ſunt firma & inuiolabilia myſteria eius, quibus proceſſit ad redimendum genus humanũ: ideò columnis marmoreis quę valdè ſunt fortes, aſſimilantur: & fundata ſunt ſuper baſes aureas, id eſt, ſuper beatiſſimæ Trinitatis ſapientiſſimum pijſſimumq; conſilium & decretum, voluntatem ac omnipotentiam, de humani generis redemptione per Chriſtum, quibus innituntur, & quorum iudicio ac virtute facta & impleta ſunt illa myſteria, ſcilicet incarnatio, generatio ex virgine, conuerſatio in hoc mundo, paſſio, reſurrectio, aſſcenſio. Poſſunt quoquè per crura Chriſti, intelligi gloriоſi Apoſtoli, qui prædicando tulerunt Dominum Ieſum ad omnes terminos mundi, quibus præcepit: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euãgelium omni creaturæ: qui per ſpiritum ſanctum inſtàr marmorearum columnarum conſtantiſſimi inſuperabilesq; fuerũt. Et ſuper aureas baſes erant fundati, id eſt, ſuper dona chariſmatum Chriſti, & ſuper miracula ac doctrinas ipſius: vel ſuper ſcripturas legis ac Prophetarum. vndè dixit Saluator: Si crederetis Moſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Princeps quoquè Apoſtolorum: Habemus, inquit, firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis intendentes tanquàm lucernæ ardenti. Rurſùs, crura ſponſi, ſunt ſapientia & omnipotentia eius, quitotum vniuerſum ſuſtentat, portans (iuxta Apoſtolum) omnia verbo, id eſt, præcepto virtutis ſuæ, ſicut ait Pſalmiſta: Præceptum poſuit, & non præteribit. [Species eius vt Libani:] id eſt, pulchritudo eius monti Libano pulcherrimo aſſimilatur, qui mõs arboribus valdè ſublimibus ac odoriferis conſitus eſt: ſic ſponſus altiſſimus odoriſq; optimi extat, in quo omnes ſancti fundantur ac ſuſtentantur. [electus vt cedri:] id eſt, inter ſanctos præfulgens ac eminẽs, quẽadmodùm cedrus inter ligna plura & arbores. Cedrus autẽ eſt arbor valdè excelſa, imputribilis, odorifera & pręclara, vt dictũ eſt ſæpè. [Guttur illius ſuauiſſimũ:] Per guttur verba promuntur, & voces emittuntur. Idcircò per guttur Chriſti, doctrina eius accipitur, quæ verè

Elephãtis natura.

Marc. 16.

Ioan. 5.

2. Pet. 1.

Heb. 1.

Pſal. 148.

verè dulciſſima eſt. Per guttur quoquè cibaria traijciuntur in aluum, & incorporantur: ſicque per guttur ſponſi, poteſt intelligi benignitas eius, qua electos in via per gratiam, atque in patria per gloriam ſibi incorporat: quod guttur prorſùs infinitæ conſiſtit dulcedinis: ſed & guttur eius, quo poſt reſurrectionem in Apoſtolos inſufflauit ſpiritum ſanctũ, dulce eſt valdè. [& totus deſiderabilis:] quia ſecundùm Deitatis ſuæ naturam, eſt naturaliter & penitùs infinitè appetibilis atque amabilis, delectabilis & iucundus, vtpotè bonitas pura ac incircunſcripta, ſubſtantialiter felix, & interminabiliter glorioſa, immò ipſa beatitudo immenſa: ſecundùm naturam quoquè aſſumptam, vniuerſis & ſingulis puris creaturis deſiderabilior, præſtantiorque conſiſtit, eo quòd ſua humanitas ſit ad hypoſtaticũ eſſe verbi æterni aſſumpta, & in illo ſuppoſitata. [Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus] ô [filiæ Ieruſalem:] quanuis enim ſit Dominus, Rex, creator & iudex meus, charitatis tamẽ vehementia impellente, fidutiamque præſtante, confidenter voco eum amicum, tanquàm chariſſimum ſponſum, qui prior dilexit me, & tam gratioſè ac familiariter cõiunxit ſe mihi, & dixit: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Meritò igitur laudo eum, & eius lãgueo charitate, nec alibì quàm in eo poſſum quieſcere.

Ioan. 20.

Ioan. 15.

¶Explanatio eiuſdẽ Cap. de ſponſo & anima virtuoſa. Articulus 17.

VEniat dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum. Varijs modis viſitat ſponſus ille cæleſtis animam ſibi deuotam, quia interdùm quaſi nondùm rogatus adeſt, ac præuenit: & tanquàm ſaliens celerrimè aduenit, vt charitatem & pietatem ſuam demonſtret: interdùm quaſi occultat ac ſubtrahit ſe, nè anima proſperitate ſpiritualium ſucceſſiuè extollatur, aut ſibi aſſcribat, quod Dei eſt, ſed propriam debilitatem aduertat, ſeque humiliet, & ſuſpirando, orando, laborando pro gratiæ incremento, copioſiùs mereatur. Anima igitur ſpirituali alacritate ac gaudio ad tempus priuata, precatur: Veniat dilectus meus in hortum meum, id eſt, in ſuperiorem partem meam, in qua ſummæ Trinitatis reſplendet imago: hoc eſt, intellectum meum radio ſapientiæ ſuæ illuſtret, contemplationis luce perfundat totum, totumque rapiat in ſeipſum, & ſtabiliat in diuinis: voluntatem quoquè ab omni purget malitia, inordinato affectu, improboq; amore ſuijpſius priuato, & in ſummi boni amore accendat, conſeruet, perficiat: ſed & memoriam à ſuis diſtractionibus recolligat, & confortet ſemper in ſe. Veni igitur, ô dilecte, & totum hortum hunc meum occupa, poſſide ac iugiter immorare: dignare eum, ô fons totius fœcunditatis inceſſabiliter irrigare, purgare, fœcundare, circummunire, omnique flore ac fructu gratiæ ac virtutum, donorum ac beatitudinum adimplere. Hoc oro, vt comedat fructum pomorum ſuorum, id eſt, mecum cœnet, & actus meos piè acceptet, quanuis imperfecti ſint nimis, præſtetque mihi eos tam humiliter exercere, & eorum *defructuoſitatem tam contritè deflere, quòd delectetur in eis. Etenim eius poma, ſunt virtutes & dona mihi ab eo collata, quorum fructus, eſt actio eorũ virtuoſa, ſeu delectatio bona actioni annexa. Ad hãc petitionem, quaſi abſenti factam, ſponſus vbiquè præſens & omnia audiens, ſponſæ particulari reſpondet: Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa. Tanquàm dicat dignantiſſimus ac munificentiſſimus ſponſus: Tu ô anima amoroſa, inuitas me ad introëundum hortum tuum vt veſcar tecum: ſed ego viceuerſa inuito te, vt intres hortum meum, reficiarisque mecum: quia meliùs habeo præparatum ad comedendum, quàm tu: quia in me ſunt omnes theſauri ſapientiæ atque ſcientiæ, in me omnium bonorum & pulchrorum ac deſiderabilium perfecta & ſuperdiues poſſeſſio, in me ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Veni ergò in hortum meum, nec verearis aut verecunderis: non enim ancillam, ſed ſororem & ſponſam te voco. Veni non corporis greſſu, ſed ſpiritali profectu, conſideratione, intimoque affectu in hortum meum, id eſt, in cor meum, in deitatis meæ floridiſſimam amœnitatem, in plenitudinem gratiarum animæ meæ deſuper præſtitarum, in opulentiam delicioſiſſimam meritorum meorum. Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, id eſt, totius vitæ meæ laborioſæ & doloroſæ in ſeculo iſto ac acerbiſſimæ paſſionis merita, quaſi in vnum collegi ac colligaui faſciculum: vt tibi ex eo communicem, & refectionem exuberantem impẽdam. [Comedite] ergò ex ſpiritualibus alimonijs, donis ac meritis meis, [ô amici:] id eſt, ſpiritus rationales, quorum cibus eſt contemplatio veritatis, dilectio bonitatis, conſolatio ſpiritualis interiorq; profectus, ſacra cõmunio, gratię ac virtutũ infuſio & augmentũ. Et bibite ex fontibus Saluatoris, ex torrente deificę voluptatis, ex fontali ſapiẽtia creatoris. Et inebriamini chariſſimi. Ego enim abũdantia pietatis meę excedo preces votaq; ſupplicũ, & addandum paratiſſimus ſum, dummodò obicem non ponatis. Immò frequenter tam liberaliſſimè

*defectuoſitatem

raliſſimè præſto, infundo, & viſito animas prælectas, vt totum capere non valentes, clamare cogantur ac dicere: O Domine, contine vndas gratiæ tuæ, defluantq; à ſeipſis, & ſuijpſorum obliti, tranſferantur ac tranſformentur omninò in me, corpore ſoporato, ſenſibusque ſopitis, & parte ſenſitiua à ſuis actibus ad tempus ſuſpenſa. Accedite ergò ad me fontem luminis ac totius ſapientiæ ſalutaris, & illuminamini. Accedite ad me fontem amoris immẽſi, & accendamini. Accedite ad me omnipotentem, vt confortemini. Accedite ad me indeficienter opulentiſſimum, vt ditetur cor veſtrum. Accedite ad me interminabiliter miſericordiſſimum, vt miſericordiam conſequamini conſummatam. Ego, ô ſponſa mea, dormio, in Deo patre inuariabiliter quieſcendo: ſed cor meum vigilat, nunquàm immemor tui, ſed tibi ſemper intentum, & ad auxiliãdum tibi paratum: idcircò & tu ſic dormias, vt vigiles mente: tam deuotè ac ſobriè viuas, tam ardenter te occupa iugiter in diuinis, vt corpore dormiente, & tecum illo ab exterioribus repauſante, vigiles corde, vt in ſomno in viſione nocturna appaream tibi, loquensq; tecum, te inſtruam de ſecretis atq; ſalubribus, ſed & in ſomno quaſi in vigilia pſallas, ores, & mediteris ex aſſidua talium conſuetudine actuum, quatenùs ſemper parata vocem meam audire, dicere queas: Vox dilecti mei pulſantis ac dicẽtis: Aperi mihi ſoror. Inuitâſti quippe me ſicut & ego te: verùm te tardante pauliſpèr, véni in hortum meum, mox véni ad te, & verbis affectuoſiſſimis atque dulciſſimis te inuito, vt me nunc ſuſcipias hoſpitem vltrò ſe offerentem ad ingrediendum, quem paulò antè rogâſti venire. Itaque aperi mihi ianuam mentis tuæ Soror mea, quia mihi cohæres: Amica mea, quæ non ſeruili, ſed filiali ſeruis timore ac charitate. Columba mea, quæ ad me duntaxàt tuum moues adſpectum. Immaculata mea, quia in ſanctitate & iuſtitia mihi obſequeris. Quia caput meum plenum eſt rore, id eſt, de rore cæli, de benedictione cæleſti, tibi communicare paratus ſum. Ad hoc anima virtuoſa reſpondet: Expoliaui me tunica mea, id eſt, abſitè me aliter agere, quàm tu ô ſponſe hortaris. Nam exui veterem hominem cum actibus ſuis, & omni inobedientiæ & tranſgreſſioni renunciaui, & renunciare ſemper propono: ideò præſtò ſum obedire. Laui pedes meos, id eſt, affectus meos ab omni rebellione & carnalitate interioriq́ue fornicatione, per contritionem purgaui. Quomodò inquinabo illos? id eſt, nequaquàm decet nec fas eſt recidiuare. Ideò volo tibi iugiter aperire ac obedire, nè priori remiſſioni ingrata inueniar. Nam & vulnera repetita, ſunt grauiora: & ſeruo ingrato dimiſſa debita, rurſùs impoſita ſunt & ab eo exacta. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, id eſt, ſecreta viſitatione me tetigit, vel paternaliter caſtigando peccantem, aut validiùs inflammando paratam, adijciens gratiam ſuper gratiam: quia habenti datur, & bonę ac feruidæ voluntati pax interna augetur, profectus conceditur, effectus præſtatur. Hinc orat propheta Pſal. 143. Emitte manũ tuam de alto. Et Hieremias fatetur: Miſit DOMINUS manum ſuam, & tetigit os meũ. Hoc foramen eſt vena diuini ſuſurrij tam ſecreta, vt ſanctus Iob proteſtetur: Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abiêrit, non intelligam. Et ipſemet ſpõſus: Spiritus, inquit, vbì vult ſpirat: & vocem eius audis, & neſcis vndè veniat aut quò vadat. Deniquè Deus viſitat, hortatur, inflatq́ue animam modis duobus. Primo, per apparitionẽ quandam imaginariam aut allocutionem ſenſibilem, quantùm ad exteriorem interiorémve ſenſum. Cumq́ue ſic mittit manum ſuam per foramen, poteſt ipſum foramen intelligi alicuius ſenſûs apertio, vel ipſa imaginaria viſio ſeu allocutio. Secundò, per anagogicam ſeu purè intellectualem illuminationem ſeu allocutionem: & hæc ipſa illuminatio ſeu allocutio, vel intellectûs aduertentia ſiue apertio, poteſt vocari foramen, per quod virtus ſeu pietas ſpõſi ſe mittit, tangitq́ue ſponſam. Et venter meus intremuit ad tactum eius. Anagogicos etenim motus, & ſpirituales attactus mentis à Deo, exceſſiuasque illuſtrationes, atque flammigeras ſancti amoris inflammationes & viſiones diuinas concomitatur grandis alteratio corporis, debilitatio virium, diſtemperatio harmoniæ ex redũdantia ſuperioris partis in inferiorem. Propter quod locutus eſt Iſaias: Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit. Ezechiel quoquè: Amaricatus eſt, inquit, venter meus, ex imaginaria videlicet comeſtione voluminis. Vndè & Daniel dixit: Langui poſt viſionem. Veruntamen in hoc loco mens per ventrem poteſt intelligi: & per ventris tremorem, reuerentialis ac formidoloſa admiratio maieſtatis ipſius ſponſi, vt ſit ſenſus: Venter meus intremuit ad tactum eius, id eſt, ex illuminatione & inflammatione diuinæ poteſtatis in me facta, mens mea cum reuerentia & filiali pauore admirata eſt immenſitatem maieſtatis diuinæ, atq; interminabilem plenitudinem perfectionis ac gloriæ eius. Hinc Seraphim ac Cherubim dicuntur Deo cum reuerentia & metu aſſiſtere. Surrexi, vt aperirem dilecto meo, id eſt, ad amoroſiorẽ eius amplexũ, ad validiorem ſuæ bonitatis affectum, ad clariorem ſuæ ſapientiæ contemplationem me præpa-

Pſal. 33.
Iob 33.
Ephe. 4.
Ierem. 1.
Iob 9.
Ioan. 3.
Iſaiæ 16.
Ezech. 3.
Danie. 8.

præparaui ac adſpirauit: ſiquidem quanto quis ampliùs creſcit, & quãto plùs diuinæ guſtum dulcedinis experitur, quanto increatam creatoris pulchritudinem lympidiùs cœperit intueri: tanto feruentiùs ad profectum in omnibus iſtis, & ad beatificam fruitionem, & ad facialem adſpectum afficitur & anhelat, cum Apoſtolo loquens: Ego non arbitror me apprehendiſſe. Philip. 3.
Et rurſùs: Quæ priora ſunt obliuiſcens, in anteriora extendo meipſum. Hinc profectus profectibus deſeruire dicuntur, & merita ex meritis oriuntur. Et ſicut vnũ peccatum pondere ſuo trahit ad aliud, ſic vna actio virtuoſa expedit, diſponit, ac trahit ad aliam, quouſquè habitus bonus ſeu conſuetudo in anima generetur: per quam ipſa facilimè ac iucundè, quæ bona ſunt, operetur. Manus meę diſtillauerunt myrrham, id eſt, ex gratioſa Dei viſitatione præfata proceſſi mox copioſè ad bona opera, ad corporis edomationem, ad crucifixionem carnis & vitiorum, concupiſcentiarumq́; eius, ſicut hortatus eſt Paulus Col. 3. Mortificate membra veſtra quę ſunt ſuper terram. Digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima, id eſt, per diſcretionẽ & rectã intentionem, ac vitæ meæ examinationem, caſtigaui corpus meum & in ſeruitutem redegi, amore imitatiõis Chriſti, cuius etiam intuitu & amore abnegaui meipſum, & mentem meã iugo obedientiæ plenè ſubieci, ſicut ipſe propter me factus eſt obediens patri vſq; ad crucis patibulum. Etenim qui ſe dicit in Chriſto manere, & qui verè ab ipſo Chriſtianus vocatur, debet inſtàr illius ambulare, ſuæq́; paſſionis ſeq; veſtigia. De ſpirituali autem ſignificatione digitorum, & de optima myrrha & myrrhæ deſignatiõe, dictum eſt articulo præcedenti. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo, id eſt, aditum cordis mei plenè atq; totaliter ei aperui, non ſolùm repagula, vectes & oſtia, ſed peſſulum quoquè à thalamo cordis mei remoui, non tantùm vitando peccata grauiora, ſed etiam leuiora, & quicquid gratiam vultûs ſponſi poteſt offendere. Quemadmodùm enim cæcutiẽs domum ingrediens, non niſi magna, vt ſcamnum, tripodem & conſimilia, videt, in alia verò minora impingit: qui autem viſûs acumine mediocriter viget, etiam parua videt: qui autem acutiſſimi viſûs eſt, videt & minima, immò & atomos, præſertim ſole ſplendente in radijs eius: ſic puſilli, imperfecti & incipientes, modicè illuſtrati, non niſi mortalia vitia ponderant & vitare nituntur: propter quod frequenter incidunt in ea, quoniam venialia ſunt via ad diſpoſitio ad peccata mortalia: proficientes verò, notabiliter illuſtrati, venialia quoquè, præſertim groſſiora, abhorrent & euitare conantur. Porrò perfecti radio ſolis æterni fulgoroſè perfuſi, etiam minima venialia acutè perpendunt, vehementer deteſtantur, & cum iugi cuſtodia ac conſideratione aſſidua diuinæ præſentiæ effugere ſatagunt: quæ inciderunt, amariſſimè deflent, tãquàm mortalia, inceſſanter ſoliciti pro cordis ſui cuſtodia ac puritate interna. Hi peſſulum oſtij ſui referant ſponſo, omnemq́ue mentis aditum claudunt infernali adultero. At ille declinauerat atq; tranſierat. Quanto perfectiùs & virtuoſiùs diſponit ſe homo ad charitatem & gratiam, ſapientiam ac virtutes: tanto pleniùs deſupèr ea ſortitur, dummodò in inquiſitione huiuſmodi perſeueret: & quanuis perſeuerando inueniat atque proficiat, non tamen ſemper inuenit iuxta votum, hoc eſt, quantùm ad eos charitatis, ſapientiæ & virtutum effectus, quós appetit valdè: vtpotè quo ad alacritatem, conſolationem, guſtum, affluentiamq́ue ſenſibilem. Et quantùm ad hæc, dicitur ſponſus declinare ac pertranſire, & magis ad latus ſecedere, quàm recedere: ſiquidem ex vna parte incitat animã ad quærendum, & ex alia parte differt ac protrahit eam. Hinc in tali euentu oportet animam patientem manere, atque in fide & ſpe ſine omni hæſitatione inquirere: ità vt dicat, Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: certa, quàm veriſſimè dicat Pſalmiſta Deo, Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te DOMINE. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Dulciſſimè enim ſonant in auribus meis eius eloquia, eius præconia, & quicquid ſpectat ad eum, inflammat me. Quæſiui, & non inueni illum, ad votum, ſeu iuxta deſiderium meum, ſicut expoſitum eſt. Vocaui, & non reſpondit mihi. Semèl enim loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit: quoniam in ſcripturis datur ſapientialia documenta, ex quibus poſſunt elici & haberi reſponſa ad omnia: ideò non oportet, vt ſingulis ſingulatim reſpondeat. Iuxta hunc modum ſanctus Iob loquitur Deo: Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manûs tuæ aduerſaris mihi. Inuenerunt me cuſtodes qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me. Cuſtodes iſti ſunt angeli ſancti, virtuoſi prælati, prædicatores idonei: qui animam ſponſum anxiè exquirentem inueniunt, corripiunt, accendunt, & iaculo perforant charitatis, ſuiſq́; hortamentis amorem ſic incendũt in anima, vt lãgueat diligendo. Tulerũt mihi pallium meũ. Dum anima per imaginarias cõſiderationes & per ſenſibilium inſpectionem ſpõſum inquirens, illuminatur ab angelis aut eruditis & virtuoſis homini-

Iob 13.
Pſal. 9.
Iob 33.
Iob 30.

hominibus, qualiter ſponſum quærat ex immaterialium & ſpiritualiũ rerum ſpeculatione, & per fidem rationibus credendorum imbutam cum illuminatę mentis intelligentia, atque per ſapiẽtiæ donũ, & per ſupernaturales effectus, aut iuxta profundiora dogmata ſacræ ſcripturæ tunc ſalubriter auferitur animæ tali pallium ſuũ, & pallio ſubtiliori induitur ac ornatur. Adiuro vos filię Hieruſalẽ, id eſt, ô animę virtuoſæ Chriſti ſpõſæ, Si inueneritis dilectũ meũ, vt annũcietis ei, qa amore lãgueo. Eccè quomodò amor ꝓferuidus modũ ignorat, ruborẽ excludit, & quaſi ꝓcipitem facit. Cùm em̃ Chriſtus ſit oĩm fideliũ atq; feruentiũ ſpõſus & dilectus animarũ, q̃libet tamen huiuſmodi anima loq̃tur ſic de eo, quaſi ſit ſolùm ſuus dilectus: Si inueneritis, inq̃ens, dilectũ meũ. Sic ſancti viri deo oĩm dicere cõſueuerunt: Deus meus. Porrò diuinus & magnus Dionyſius, in ſuis interdùm voluminibus ait: Deus, & (ſi fas eſt dicere) meus. Nempe quo qs aliqd intenſiùs amat, eo ampliùs ſibi illud appropriat, nõ alios excludẽdo, ſed illud tanq̃ ſuũ ſolius ſit, diligẽdo. Si ergò inueneritis dilectũ per deuotionẽ optatã, vt annũcietis ei, q̃ me nõ exaudit ad votũ, quatenùs veſtra oratione me audiat, cõpatiatur q̃; mihi, etſi nõ mereor, tamen qa amore langueo, non purę alicuius creaturę aut rei variabilis & caducæ, ſed eius ſolius, & ipſe q̃ totius puri amoris magiſter eſt, optimè nouit, quàm grauis & afflictiuus ſit languor amoris, quàm moleſta ſit ei optata amici abſentia: ideò exorate viſcera miſericordiæ eius, quatenùs ſuę gratioſæ preſentiæ copiam concupitam mihi miſeræ & infirmæ ſine ampliore dilatione exhibere dignetur. Deniq̃ huic tam feruidæ amatrici, ſponſæ, animæ amoroſæ, ei morem gerentes, reſpondent: Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ? id eſt, ô anima valdè pulchra inter ſponſas ſponſi cælestis, quæ mulier appellaris, non ratione fœmineę fragilitatis, ſed cauſa prælatę fœcunditatis, quia in teactibus ſanctis abundas, fructibus quoq; virtutum pollens: etiam alios verbis & exemplis, meritis precibusq; cõuertis, iuxta quem modũ & vniuerſalis Eccleſia dicitur mulier in libro iſto, ſicut ſcriptũ eſt: Mulierem fortem quis inueniet? Dilectus meus candidus & rubicundus. Hæc omnia vſq; in finem capituli non mutantur in expoſitione. Hoc tamen adijci poteſt, q̃ Chriſtus prę ter rationes ꝓhabitas dicit candidus, quoniam pius, dulcis, & blandus eſt iuſtis, ꝓſertim in retributione: rubicundus verò, id eſt, terribilis, aſper atq; iratus reprobis & iniquis: ſiquidem irati rubeſcunt in vultu, & exardeſcunt.

Dionyſi⁹

Prou. 31.

¶ Explanatio eiuſdem Capituli de Chriſto & ſponſa ſingulari. Artic. 18.

SAeratiſſima virgo ex lege & prophetis, ex illuminatione diuina & annũciatione angelica, agnoſcens vnigenitũ patris incarnandũ, cùm ore angelico didiciſſet illum ex ſe incarnandũ, atq; hoc ipſum humilimè ac feruẽtiſſimè cupiẽs, dicere potuit, æquivalenter q̃; dixit: Veniat dilectus meus in hortũ ſuũ, id eſt, in vterũ meũ deſcẽdat, & ex puriſſimis meis ſãguinibus corpus aſſumat humanũ. Feliciſſimę itaq; virginis vẽter hortus fuit pulcherrimus, omni caſtitate & ſobrietate decoratiſſimus, virginea puritate redolẽtiſſimus, ex conceptione verbi æterni ineffabiliter dignificatus, vtpotè thronus veri Salomonis, thalamus ſponſi cælestis, templũ veri Dei effectus, ſupernaturali & ſuperexcellentiſſima fœcũditate ornatus, q̃ppe qui eũ concepit, q̃ à patre æterno æternaliter genitus eſt, & profluxit ac verus deus eſt, vniuerſorũ reparator, Saluator, iudex, ac dñs. Hic vterus locus eſt mũdiſſimæ voluptatis, hortꝰ paradiſiacę amœnitatis, ex quo nobis emanauit fluuius glorioſus vniuerſam irrigans terrã, flos campi pulcherrimus, fructus quoq; æternæ ſalutis, de quo locutus eſt vnus ſanctorũ non minimus: Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, eccè hæreditas domini, filij merces fructũs ventris. Eccè in vtero iſto cõceptus eſt, atq; ex eo verè eſt natus, qui ex corde patris in ęternitate eſt generatus, ſicut pater ipſe teſtatur: Ex vtero ante luciferum genui te. Hũc igitur vterũ vniuerſitas electorum deuotiſſimè veneret, quem nullus niſi mũdo oculo contempleť. O quàm inæſtimabiliter irrigatus, fœcũdatus, dulcificatus eſt beatiſſimæ virginis vterus, ex tam diuturna habitatione in eo fontis totius boni, à quo omnis proceſſit fœcũditas, q̃ in ſeipſo infinitè eſſentialiter q̃; ſuauis eſt. Veniat ergò dilectus meus in hortũ ſuũ per incarnationis myſteriũ. Vt comedat fructũ pomorum ſuorũ. Quemadmodùm filius Dei in vtero virginis eſt conceptus, ità in eodem nutriebaſ, non planè ſanguine menſtruali vt cæteri, ſed vtiq; puro, tanquàm pomellis dulciſſimis. At verò quoniã diuiniſſima virgo priùs cõcepit Dei filiũ corde, quàm corpore, & fide, quàm carne, ipſa optauit vt dilectus ſuus veniret in hortũ, id eſt, in cor ſuũ cũ mira eminentia gratiarũ, q̃ in cõceptione filij Dei in ea, auctæ ſunt vltra oĩm narrationem. Immò quo cæteris cũctis ſpiritualior fuit atq; feruentior, eo gratioſiſſimũ iugiterq; recentem aduentũ filij Dei patris ac ſui, in mẽtem ſuã inceſſabiliter feruentiſſimè concupiuit. Nec dubiũ, quin ità obtinuit, ſicut ſubiungitur ex ſponſi perſona: Veni in hortũ meũ ſoror mea ſponſa, id eſt, arcana ac opulẽtiam mentis meæ

Ioan. 1.

Pſal. 126.

Pſal. 109.

meæ ingredere, in me filio tuo per contemplationem obdormi, iuxta quod ſcriptum eſt: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Contemplare ſuauiter, quàm infinita ſit beatitudo mentis meæ increatæ, quàm ineffabilis quoq; extiterit beatitudo, perfectio, gratia mẽtis meæ humanę, quæ à primo ſuæ creationis inſtante, tam clarè & plenè vidit, ac fruitiuè guſtauit deitatis naturam ac ſuauitatem, quàm purè & plenè eam pura creatura videre poteſt ac fruitiuè guſtare. Has benedicti ac adorãdi filij ſui beatitudines, delicias, perfectiones, optima virgo frequenter conſiderauit cum gaudio: ſed quandò eundem tam amariſſimam mortem penſauit paſſurum, mœror ingens mox ſuperuenit, qui tamen ex conſideratione copioſiſſimi fructũs paſſionis illius mitigabatur. Veni quoquè in hortũ meũ, in paradiſum cæleſtem delicioſiſſimum, contemplando gaudia ciuium ſupernorũ, potiſſimè mei filij, tui poſt aſſcenſionem ilicò præſidentis, & ſecundùm vtranq; naturam glorioſiſſimè reſidentis. Inſuper hortũ meũ, id eſt, militantem Eccleſiã frequenter ingredere, ſtatum eius conſiderando, & pro ea rogando, eam q̃; tanquàm potentiſſima aduocata tuendo ac adiuuãdo in omnibus. Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, id eſt, pro amaritudinibus afflictionũ & paſſionis meæ glorificatus ſum corpore, & præmiũ accidentale ſortitus ſum, manifeſtatus q̃; mundo & clarificatus, ſicut patrem rogaui dicẽdo: Pater, venit hora, clarifica filium tuũ. Comedi fauũ meũ cũ melle meo, id eſt, de ꝑprię deitatis & hũanitatis meę contẽplatione reficior & exulto. Bibi vinũ meũ, id eſt, enãgelicam meã doctrinam perſonaliter deguſtaui, impleui, digeſſi, quoniã cœpi facere & docere. Cum lacte meo, id eſt, cũ propria innocẽtia, de qua gloriabar in deo patre, iniquis dicendo: Quis ex vobis arguet me de peccato? Vinũ quoquè Chriſti, fuit doctrina conſiliorũ ipſius, & eminentior ſua inſtructio: Lac aũt, traditio præceptorũ, faciliorq; doctrina ſua moralis, pro quibus oĩbus accepit in patria præmiũ accidẽtale, & omniũ electorũ hominũ conuerſionẽ ad ipſum, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Si poſuerit pro peccato anim ã ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Et denuò: Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. Itemq̃; ☞ tradidit in mortem animã ſuam, ideò diſpertiam ei plurimos, & fortiũ diuidet ſpolia. Hinc, Cõedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi, id eſt, fructu ac merito converſationis ac paſſionis meę in mundo, nunc gaudete & reficiamini mecum in cælo, & de deitatis meę plena ac contentiua fruitione inebriemini cum ſobrietate interna, ac torrente voluptatis meæ potemini cum ſecuritate iucunda, quemadmodùm vobis promiſi: Ego, inqens, diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ, vt edatis & bibatis ſuper meſam meã in regno meo. Et rurſùs: Amèn dico vobis, q̃ faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit eis. Ego dormio, & cor meum vigilat. Hoc præclariſſima ſponſa verbi æterni ſanctiſſima virgo præmi⁹enter dicere potuit, quia contemplatiuiſſimã vitam duxit, & ab exteriori tumultu, oĩq; inordinato ſtrepitu & cura ſuperflua atq; inquietudine culpæ penitùs abſtinens & ſopita, vigilantiſſima mente Deo vacauit, pro Eccleſia exorauit, actibusque virtutũ in termino excellentiæ perfectiſſimis iugiter fuit intenta. Deniquè in ſomno corporali cor eius peruigil fuit, & ex aſſidua aſſuefactione *perfecta in ſiſtendi diuinis, ex ardentiſſima & exercitatiſſima charitate, ex ſplendidiſſima & exuberantiſſima ſapientia ſibi infuſa, & cõtemplatione in vigilijs, penè aut prorſùs cõtinuè, etiã tempore ſomni, vigili corde fuit Deo cõiuncta, & pro cõmiſſa ſibi Eccleſia vigilare non ceſſat. Vox dilecti mei pulſantis, atq; dicẽtis: Aperi mihi ſoror mea, chariſſima amica mea, fideliſſima ac familiariſſima colũba mea, pudiciſſima, ſimpliciſſima, immaculata mea, quę nec minimę culpę vnquàm maculam incurriſti. Quia caput meũ plenũ eſt rore, id eſt, oĩ cęleſti benedictione, ac oĩ diuino chariſmate. Ideò de vniuerſa plenitudine gratiæ ac glorię meę paratiſſimus ſum tibi prę oĩbus liberaliſſimè & affectuoſiſſimè cõmunicare. Hoc modo ſpõſus cæleſtis omni hora ſpiritualiter pulſauit ad ianuã puriſſimę mentis, ſuę virgineę ꝑcordialiſſimę genitricis, eandem ad indefinentẽ in oĩ ſapiẽtia & virtute profectũ excitando, monendo & inflammãdo: præſertim verò in hora Annũciationis dominicę in ipſa collocutione virginis atq; Archangeli, vnigenitus patris eã admonuit intùs ad conſentiendũ, ad aperiendũ, ad ſuſcipiendũ in ſe talentũ, theſaurum, ac preciũ mundi: cui pulſationi obedientiſſima adoleſcentula libenter humiliterq; conſenſit, dicendo: Eccè ancilla dñi, fiat mihi ſecundùm verbũ tuũ. Deindè ſua beatiſſima aſſumptione inſtante, his verbis filius eius inuitauit eam ad cæleſtis paradiſi ingreſſum, ad quẽ cum incomparabili dilectione & gratulatione, reuerentia, apparatu, occurſu & gloria eã vocauit ac introduxit. Prætereà cùm introducta fuiſſet illuc in anima, & cognouiſſet protinùs ſe ſuo digniſſimo corpori reuniendam, atq; cũ illo rurſùs clariſſimè introducendã, admirans præ gaudio ait: Exui tunicam meam, ſcilicet carnem mortalẽ: Quo-

Pſalm. 4.

Ioan. 17.

Ioan. 8.

Iſaiæ 53.

Ibidẽm.

Ibidẽm.

Lucę 22.

Lucę 12.

*perfectè

Lucæ 1.

modò induar illâ? id est, qualiter denuò illud assumam? quasi dicat: Non nisi supernaturaliter ac singulari priuilegio fiet hoc. Laui pedes meos. Quemadmodùm iuxta diuini Dionysij documẽta, angeli sancti dicuntur purgari nequaquàm ab immunditia culpæ, sed à minoratione perfectionis cognitionis; quæ sic excellẽtissima nomina lauit, id est, purgauit pedes suos, putà affectus inuiolabiliter mundos à minoratione perfectionis, qa in feruore sanctorum affectuum profecit assiduè. In assumptione demùm sua in cælũ, corpore sacro relicto, lauit pedes suos, ad summam diuinæ dilectionis eminentiam pertingendo, & spiritualiũ ac corporalium pedũ suorũ puritatem innocentiamq; mõstrando, tam felicissimè emigrãdo. Quomodò ingnabo illos? Quasi dicat, Nequaquàm decet me vnquàm peccare inobedientémve esse. Insuper cùm benedictissima virgo audisset à Gabriele, Eccè concipies & paries filium, dicere potuit æquiualenterq; protulit, Exui tunicã meã, id est, ab omi copula carnali abstinere proposui, quomodò induar eã? qualiter condecens esse valebit, vt viro cõmiscear? tanquàm dicat, Non puto decere, psertim si regẽ Messiã concipiã, de quo scio pdictũ: Eccè
Isaiæ 7. virgo cõcipiet & pariet filiũ: tamẽ de modo pleniùs edoceri peropto, quomodò igitur fiet
Ambrosi⁹ istud, quoniã virũ nõ cognosco? Nam quanuis spõsum acceperim, firmũ tamẽ propositum habeo nunquàm cõueniendi cũ eo. Dilectus meus misit manũ suã per foramẽ. Quia non
Lucæ 1. virili semine, sed mystico spiramine, virtute altissimi obumbrante illũ, concepi. Et venter meus intremuit ad tactũ eius, id est, ipsum vnigenitũ patris cõcepi cum gaudio cordis exuberantissimo redũdante in corpus meum, cõcepi (inquam) ad tactũ eius, id est, ex spirituali & causali contactu omnipotentiæ suæ: quo concepto, surrexi, deuotissimè atq; humilimè regratiando pro beneficio tam immenso mihi exhibito: vt aperirẽ dilecto meo, id est, in thalamũ mentis meæ introducerem eum per ardentiorem amplexũ, per gratiæ totius ineffabile incrementum, ac decẽterò semper paratior essem ad oẽm obedientiam sanctam, & deuotissimam seruitutẽ ipsius, tanto ampliùs meipsam in cunctis humilians, quanto maior fui effecta. Surrexi quoq; orando pro alijs, vt meis orationibus corda illorũ aperirem fidei & gratię filij mei, quatenùs conuerterentur ad ipsum, & saluarentur per ipsum. Ampliùs, surgens abij in montana ad cognatam meã Elizabeth, vt mentẽ eius & cor infantuli eius nondùm nati, aperirem filio meo, ità vt cognosceretur ab eis. Manus meæ distillauerũt myrrhã, id est, operatio mea & conuersatio fuit deinceps totaliter spiritalis & mortificatiua ac aspernatiua oĩs delectationis carnalis magis quàm antè. Et digiti mei pleni myrrha probatissima. Quoniam amaritudinem passionis filij mei indesinenter tuli in corde meo cũ discretione & imitatione, & regratiatione eximia, sed & propriũ corpus discretissimè pertractaui in exercitijs virtuosis. Pessulũ ostij mei aperui dilecto meo. Quoniã iuxta expositiões inductas, nõ solùm vniuersas, etiã minimas, culpas prorsùs vitaui, sed & actus filio meo placẽtissimos, coràm eo incessanter cum omni feruore exercui, ità quòd cor meũ fuit ei iugiter reseratum, nũquàm clausum. At ille declinauerat atq; transierat. Quia etiam nonnũquàm me suã charissimam
Ioan. 19. matrem permisit dirè affligi, & de sua passione tristari, corporaliter quoq; interdùm recessit
Lucæ 2. à me, sicut dũ duodecim erat annorũ, & passione instante, & quandò ego & fratres eius quęsiuimus eũ, nec inueni eũ semper ad votũ in tali requisitu. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quia cũ summa auiditate, deuotissima affectione & ardentissimæ charitatis liquefactione, prædicationes & cętera eius verba audiui: potissimè autem liquefacta est ani-
Ioan. 19. ma mea, quandò in cruce locutus est mihi: Mulier, eccè filius tuus: & discipulo, quẽ dilexit: Eccè mater tua. Inuenerũt me custodes q circũeunt ciuitatem, id est, Prælati & maiores Iudæorũ, q mihi amãtissimũ meũ crudeliter abstulerunt, verbis & factis suis me grauissimè af-
Lucæ 2. flixerunt, ità q gladius doloris pertransiuit cor meũ, & palliũ consolationis, qua ex filij mei præsentia & auditu operiri solebam, verterunt mihi in desolationẽ extremã, tuncq; filiabus Hierusalem dicere poterã: Adiuro vos, si inueneritis dilectũ meũ, à Iudæis captum, ligatum, abductũ, vt annuncietis ei, qa amore langueo, quoniã eũ videre & inuenire nõ valeo. Rursùs, ô filiæ Hierusalẽ, nõdùm credentes, si inueneritis dilectũ meum, per fidẽ & charitatem credendo in ipsum, Vt annuncietis ei, quia amore langueo, id est, corã ipso deuotè recolite, qualiter eius amore languida fui in mundo, præsertim in passione & post assensionẽ ipsius. O quàm mira & ingens est vis sancti amoris, cuius aculeus mentem amantis medullitùs penetrat, affectum transuerberat, penetralia sic inflammat, & ebullire atq; erumpere facit, ità vt desideriorum suorum intimarumque commotionum gestus, effectus, atque indicia nequeat cohibere, nec dissimulare. pectus concutitur, & interiora omnia alterantur, oculi madent, corpus debilitatur, ardet affectio, cor æstuat profundissimè ingemiscens, ac longa suspiria trahens. Hæc languidæ vulneratæq; animæ certa censentur indicia, facies pallens,

vultus

vultus tabescens, fastidium mundi, inauditentia omnis terreni negocij, vilipensio totius carnalis affectũs, & frequens assensio charitatis cum profectu eiusdem. Cætera patent.

¶Elucidatio Cap. 6. Quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? Art. 19.

CApitulo prędcente locuta est sponsa adolescẽtulis: Adiuro vos filiæ Hierusalẽ, Cant. 5.
si inueneritis dilectũ meum, vt annuncietis ei quia amore langueo. Ex qbus verbis adolescẽtulæ ad duas motæ sunt quęstiones: Prima fuit, qualis est dilectus tuus? ad quam præinducto respondit sponsa capitulo. Secunda est, quę modò proponitur: [Quò abijt dilectus tuus] sponsus, Dei filius, quem in præcedẽtibus dixisti te quęrere nec inuenisse? Vndè elicimus, q aliquo modo recessit à te, iuxta præcedẽtis elucidationem articuli. [ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Id est, adiuuabimus te in quærẽdo, & simili intentione quæremus eũ, qua & tu, orabimusq; vt eum simul inueniamus. Ad hæc sponsa mater Ecclesia respondet: [Dilectus meus
descẽdit in hortum suum, Id est, piè & gratiosè à regalibus sedibus venit in mundũ, introi- Sap. 18.
uit corda credẽtium, & me suam visitauit Ecclesiã, quia non sic recessit aut declinauit à me, quin iugiter manet in me, id est, in multis electis & sanctis ac virtuosis hominibus. Cur autẽ Ecclesia & quælibet anima virtuosa dicatur hortus, in expositione præcedentiũ patuit. [ad areolam aromatum, Id est, ad paruam aream, in qua aromaticæ herbæ arboresq; nascuntur, hoc est, ad pusillũ gregem valdè electorũ & virtuosorũ fideliũ, in quibus specialiter & gratiosissimè demorat, sicut in Euangelio contestatur: Nolite timere pusillus grex, quia cõpla- Luc. 12.
cuit patri dare vobis regnum. Sicq; per areolam aromatũ, accipi possunt viri cõtemplatiui, & veri religiosi, qui virtutum suauitate & mentis tranquillitate, bonæ quoquè famæ fragrãt odore, alijsq; medẽtur in anima: ideò dici queunt aromata. De spirituali tamẽ significatione areolæ aromatũ, dictum est pleniùs in præcedentibus. [vt pascatur in hortis,] id est, virtuosis actibus Ecclesiæ ac congregationũ fidelium delectetur, & cœnet cum eis, cooperando eisdem, ac inuicẽ se constringant & deosculẽtur. [& lilia colligat,] id est, personas virtutum candore fulgẽtes, præcipuè continẽtes ac mẽte puras, in suorũ cõputet numero electorum, ac secernat à reprobis, ac demùm in cælesti collocet throno. Vndè & sacratissimus dixit Io
annes Baptista: Cuius vẽtilabrum in manu eius, & permundabit aream suã: & triticũ colliget Matth. 3.
in horrea sua, paleas aũt cõburet igne inextinguibili. Hinc sancto regi Iosiæ dixit: Iam col- 4. Reg. 22.
ligam te ad patres tuos. Cùm ergò hęc ità se habeant, certa sum de charitate sponsi ad me & de familiaritate ac cõmunione ipsi⁹, ideò fidutialiter dico: [Ego dilecto meo, & dilect⁹ meus mihi.] cui verbo simile est illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Vndè ex dictis ibidèm, pa Cant. 2.
tet huius intelligẽtia dicti. Itaq; ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, id est, ego illi intẽta sum, illi adhæreo, illi sum placita, ei familiariter iũcta sum: ab ipso amplector, fœcũdor, deosculor, qs me separabit à charitate ipsius? Ipse quoq; ad me habet se dulciter, familiariter, Rom. 8.
amorosè, liberaliter valdè. [q pascit inter lilia:] id est, in animabus puris suauiter redolentibus & in Ecclesijs particularib⁹ reformatis, claustris, cógregationib⁹q; deuotis delectat, reficit, conęscit. Tales etenim implẽt desideriũ sponsi, nostrã saluté esuriẽtis, & nostrũ sitiẽtis profectũ. [Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalẽ:] id est, tu vniuersalis Ecclesia mihi charissima, pulchra es intùs omi ornatu virtutũ, donorũ, & fructuũ, excellẽtijs meritorũ suauis per delectationẽ spiritalẽ, ac pectoris tranquillitatẽ, & optimã famam: pulcherrimè quoq; ordinata, & ordinatè disposita per gradus & status atq; officia, p ordines sacros & dignitates, ac potestates prælaticas, & copiosissimã abundantiã ministrorũ, sicut Ierusalẽ, id est, instãr Ecclesię triũphantis, sicut in Apocalypsi asserit: Vidi ciuitatẽ sanctã Ierusalẽ no Apoc. 21.
uã, descendentẽ de cęlo, prout hoc suprà clariùs est inductũ. Propter quod magnus Dionysius cõtestatur, Ecclesiã militantẽ se medio modo habere inter Synagogã & triumphantem Ecclesiã, quod cõsonat verbis Apostoli ad Heb. 10. Vmbrã habẽs lex futurorum bonorum, nõ ipsam imaginẽ rerũ. Vel, sicut Ierusalẽ instãr Ecclesię primitiuæ, quæ in vrbe Ierusalem cœpit, & spiritũ sanctum recepit, atq; in oĩ sanctitate & iustitia dño ministrauit, ac ordinatissima fuit, ex qua tota Ecclesia est exorta, & illius primitiuæ Ecclesiæ vestigia, ordinẽ & doctrinã secuta. Vel, sicut Ierusalẽ: quoniã sicut Vrbs illa tẽpore legis Mosaicæ fuit p cęteris vrbibus terræ sanctę ad cultũ & sacrificia Dei electa, atq; ad studium legis & ad sedẽ regni ac pontificatũs assumpta: ità Ecclesia p cũctis gentibus ad omnipotẽtis obsequiũ, sacrificia, regnum, & sacerdotiũ, electa esse cognoscitur. [terribilis vt castrorum acies ordinata.] Ecclesia Christi, spirituali & seculari potestate multiplici coordinata, miro modo vallata est, & summi pontificij sui authoritas præclara est nimis, supernaturalis ac deiformis, super oĩes extẽta, potẽs excõmunicare, damnare, ligare, soluere, tradere satanæ, & reconciliare: sub hac

poteſtate ſunt Eccleſiaſticæ poteſtates ſpirituales multæ ac variæ, efficaciam glorioſam habentes. Deindè ſequuntur poteſtates ſeculares, Imperialis, Regalis, Ducalis, & Comitalis. Inſuper ſancta Eccleſia circũmunita atq; vallata & cincta eſt ſui auxilio, præſentia, protectioneq; Saluatoris, tanq̃ muro & antemurali, angelorum quoq; cuſtodia, & prælatorũ ſuorũ diligentia paſtorali. Roborata quoq; eſt per dona gratię gratificantis ac gratię gratis datę, per ſapiẽtiã & virtutes, per ſigna atq; miracula, & toto orbe terrarum diffuſa, meritis ac multitudine perſonarum ineffabiliter firmata. Veriſſimè ergò terribilis eſt aduerſarijs & rebellibus, ſpiritibusq; malignis, ſicut caſtrorum acies ordinata: intelligendo per caſtra, multitudinem fortalitiorum adinuicèm benè diſpoſitam: quã intueri, formidiné incutit potiſſimè hoſtibus. Vel intelligendo per caſtrorum aciem ordinatam, grandem & fortem exercitum pugnatorum ac militum, conuenienter coordinatũ ac prudenter diſpoſitum, nõ nimìs conſtrictum, nec nimìs patentem: ità vt ab aduerſarijs penetrari, ſeu ab inuicèm ſeparari nõ valeat. Immò inuicèm benè concordem ac mutuò ſe ſtipantẽ, per quod exercitus talis, eſt hoſtibus ſuis maximè metuendus: ſi aũt inter ſe diſcors ſit aut diuiſus, ac inordinatè & imprudenter diſpoſitus, nõ eſt niſi victima ac ridiculum aduerſariæ poteſtatis: ſic planè vniuerſitas Chriſtianorũ, per fidem, ſpem, charitatem concordãs, ſapienter diſpoſita, & ſe inuicèm iuuans, fortiſſima terribiliſq; conſiſtit. Porrò ſi per hæreſes & ſchiſmata diuidatur, ſeu per diſcordiã cõtra ſe inuicèm prælietur: iam mox gaudent de ea aduerſarij eius, cernẽtes eã ſic debilitari & expugnabilem fieri. [Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.] In his verbis ad inflammandũ cor ſponſæ, videt ſponſus loqui per modũ feruidiſſimi amatoris, ità deuicti amore ſuæ dilectæ, vt eã nõ audeat intueri, nè ex illius inſpectione lædatur ex vehementia prædominantis amoris: quam quanto diligẽtiùs ac diuturniùs intuetur, tanto plùs amore illius accenditur & torquetur. Itaq; ait ſponſus cæleſtis chariſſimæ ſuæ Eccleſiæ: Auerte oculos tuos à me, id eſt, tam intenſè te diligo, vt ardorem huius amoris pleniùs exprimere nequeã, niſi te quaſi hortãdo, vt ceſſes ad tempus me intueri orando, meditando, pſallendo, & contemplando, qa oculi tui pudiciſſimi columbini, fecerũt me auolare, id eſt, ad tempus ſubtrahere me tibi, quantùm ad dulcem conſolatoriamq; pſentiam, vt fructuoſiùs quæras me: fecerũt me quoq; auolare, id eſt, de cælo ad terrã pro tua ſalute deſcẽdere. Poteſt & ità exponi: Auerte oculos tuos interiores à me, id eſt, non coueris me cõpræhendere velle, nec cõtemplando ſis perſecutatrix curioſa maieſtatis meæ immenſæ, qa ipſi me auolare fecerunt, id eſt, quotiès me taliter vis videre, cauſa es quòd capacitatẽ tuam me tranſcendere pando, & incõpræhenſibilem me eſſe tibi oſtẽdo. Ideò dixit Pſalmiſta: Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me: cõfortata eſt, & nõ potero ad eã. Et alibì ſcriptũ eſt: Dixi, ſapiẽs efficiar, & ipſa longiùs receſſit à me. Quidã exponũt ſic: Auerte oculos tuos à me, id eſt, oculos cupiditatis, erroris, & carnalis amoris, quos aliquãdò habuiſti, decęterò omnino abijcias, & à meo tollas adſpectu: qa ipſi me auolare fecerũt, id eſt, propter eos receſſi ab habẽtibus oculos tales, vel eos penitùs relinquẽdo, aut ad tẽpus, quouſquè huiuſcemodi oculi eruerẽtur ab eis. [Capilli tui ſicut grex caprarũ, quę apparuerũt de Galaad. Dentes tui ſicut greges ouiũ, quę aſſcẽderunt de lauacro: oẽs gemellis fœtibus, & ſterilis nõ eſt in eis.] Iſta 2. cap. ſcripta ſunt atq; expoſita. Porrò quod ſubdit, [ſicut cortex mali Punici, ità genę tuę abſq; occultis tuis:] coincidit cũ eo quod ſcriptũ eſt, Sicut fragmẽ mali Punici, ità genæ tuæ, abſq; eo quod intrinſecùs later: niſi quod hìc dicitur, ſicut cortex, ibì ſicut fragmẽ. Cortex autẽ mãlogranati forinſecùs durus eſt, aſper, deformis: intùs verò albeſcẽs, cõtinet grana alba: ſic genæ Eccleſiæ arduã vitã gerẽtis, quæ foris aduerſitatibus exerceẽ, fructum habet internũ pulchrum ac dulcẽ, immò & aliorũ fœcundatiuũ, dum acceptã gratiã in proximos adminiſtrat. [Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularũ non eſt numerus:] quanuis ſapientiſſimus Salomõ in ſenio ſuo extremè infatuatus, multas valdè habuerit vxores regales & cõcubinas & adoleſcẽtulas, iſtud tñ de ipſo ad literam nõ poteſt intelligi, cùm in libro Regum ſcriptũ ſit, Fuerunt ei vxores quaſi reginæ, ſeptingẽtę, & cõcubinæ trecẽtæ. Hoc quoq; probat Auguſtinus affirmãs Salomonẽ ſcripſiſſe hũc librũ ſuę tẽpore iuuẽtutis. Per mulieres aũt ſic deprauatus eſt tẽpore ſenectutis. De hoc loqtur Auguſtinus, diſputãs cõtra Fauſtum Manichæorũ epiſcopũ. Intelligendũ eſt ergò de Chriſto & credentiũ animabus. Quidã aũt per ſexaginta reginas, intelligũt animas hoim perfectorũ, nõ propter numeri quantitatem, ſed propter myſterij ſignificationẽ. Sexagenarius nanq; conſurgit ex ſenario atq; denario in ſe ductis, denarius verò impletionẽ ſignat decalogi. Senarius, qui dicitur primus numerus perfectus, denotat perfectionẽ meritorię actionis, non tantũ quantùm ad obſeruantiã pceptorũ, ſed etiã conſiliorũ, & quãtùm ad opera ſupererogationis. Per octoginta demùm cõcubinas,

Pſal.138.
Eccẽs 7.
Cant.4.
3.Reg.11.

cubinas, intelligunt animas proficientiũ, quę non pertingunt ad principales atq; pcipuos illos ſponſi amplexus, ad quos perductæ ſunt animæ perfectorũ, ſed adſpirant ad eos, nec ità legitimum proferũt fructũ virtutũ, vt illę. Octonarius nanq;, ſecundũ Auguſtinũ, eſt numerus diminutus & imperfectus: quoniã partes ipſius ſimùl ſumptę, minùs efficiũt, quã ſuũ totum. Per adoleſcentulas aũt innumeras, accipiũt animas incipientiũ, quæ multæ ſunt nimìs. Similiter per reginas, poſſunt intelligi animæ virginũ deuotarũ: per concubinas, animæ viduarũ: per adoleſcentulas, animæ coniugatorũ. At verò Gregorius per reginas intelligit animas ſanctorũ, qui ſe laudabiliter regũt, & carnẽ rationi omninò ſubijciũt: per concubinas, quæ non prolẽ legitimã, ſed voluptatẽ exquirunt, falſos pdicatores, qui nec Chriſti honorem, nec audientiũ ſalutẽ, ſed propriã quęrũt laudem & cõmoda ſua: per adoleſcẽtulas verò, animas vanitatibus atq; laſciuijs deditas, quarũ numerus ignorat. [Vna eſt colũba mea, perfecta mea:] id eſt, quãuis diuerſæ ſint animæ ſeu perſonæ fideles, magis aut minùs virtuoſæ, quæ deficere poſſunt ac cadere & ſpiritualiter conſtuprari, vna eſt tamẽ ſponſa mea iugiter ſancta, à columbina ſimplicitate nunq̃ deficiẽs, & ſanctitatẽ in ſe ac perfectionẽ inuiolabiliter continens, quæ errare non valet, nec tota deficere, qa à ſpiritu ſancto gubernat ac cõſeruatur, vtpotè vniuerſalis Eccleſia militãs, quæ vna eſt vnitate fidei, ſpei, & charitatis, vnione veræ concordiæ, & per eadem media ad eundem finẽ ſaluificũ tendẽs, de qua ait Apoſtolus: Elegit ſibi glorioſam Eccleſiã, non habentẽ maculam neq; rugam. Quod quanuis pro ſtatu futuro magis conueniat Eccleſiæ, ſecũdùm Hieronymũ ſuper Hieremiã, & ſecũdùm Bernardũ in ſermone, tamẽ & pro ſtatu pſenti aliqualiter cõpetit ei: quoniã quãtùm ad mẽbra ſua viua, caret mortaliũ vitiorũ & prauarum intẽtionum ruga ac macula, & ſemper habet in ſe aliquas ſanctas perſonas. totũ aũt à ſuis partibus denominationẽ ſortitur, immò denominatiões diuerſas & quaſi cõtrarias, ſicut hęc ipſa Eccleſia dicit ſancta & deformata, virgo & meretrix, ſecundùm expoſitores nõnullos ſuper illud Iſaiæ 1. Quomodò facta eſt meretrix vrbs fidelis? quoniã quidã in Eccleſia Deo pura mẽte adhęrent, plures verò mente, immò & corpore fornicanſ ab eo, put in Moralibus ſuper Iob diffuſè tractat Gregorius. [Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ:] id eſt, hæc ipſa venerabilis Eccleſia, ſubſiſtit & eſt ad laudẽ & gloriã pietatis & gratiæ Dei, ſeu increatæ ſapientiæ eius, quæ pietas, grãtia, ſapiẽtia, mater totius Eccleſiæ appellatur, qa per dona gratiæ iuſtificantis eam regenerat, fouet, maternaliterq; cuſtodit: & poteſt p matrẽ, gratia baptiſmalis intelligi, quę originaliter regenerat animas, tanquã ianua ſacramentorũ. Mater quoq; totius Eccleſiæ, poteſt vocari primitiua illa Eccleſia, ſub Apoſtolorũ regimine in Ieruſalẽ inchoata, à q̃ tota Eccleſia eſt exorta, iuxta illud Eſa. 2. De Sion exibit lex, & verbũ dñi de Ieruſalẽ. Iuxta illius primitiuæ Eccleſiæ inſtitutionẽ, regulã, ac doctrinã, ſubſiſtit & conuerſat vniuerſalis Eccleſia: quod etiã ad primitiuæ Eccleſiæ magnũ cedit pconium & honorẽ, & ad gloriæ eius augmentũ. Rurſùs, per matrẽ & genitricẽ Eccleſię militãtis, intelligit triũphans Eccleſia, quę militantẽ meritis ſuis precibusq; tuetur. Nam & gaudiũ eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte. [Viderũt illã filiæ Sion,] id eſt, pfatæ adoleſcẽtulæ ſeu animę de nouo cõuerſæ, quæ ſunt filiæ Sion, id eſt, filiæ ſpeculationis per fidẽ, quæ videt per ſpeculũ in ænigmate, & virtutes ſanctæ matris Eccleſię intuendo, mirantur & laudant eam. [& beatiſſimã prædicauerũt reginæ,] de quibus iam dictũ eſt, id eſt, animæ perfectorũ acutiùs cõſiderando dona & priuilegia almæ matri Eccleſię præſtita, faſſę ſunt eã beatiſſimam eſſe in ſpe, inchoatione, merito ac prælibatione. Nempe quo Eccleſia ſanctior gratioſiorq; cõſiſtit, eo hoc modo beatior perhibetur. [& concubinæ laudauerũt eam:] tanquàm omni alia congregatione & plebe præclariorẽ. [Quæ eſt iſta quę progreditur:] id eſt, quàm venuſta, cõmendabilis & præclara, eſt vniuerſalis Eccleſia, pergẽs de via huius exilij ad æternæ patriam claritatis, nõ quieſcens per torporẽ, quàm diù in huius vitæ verſaſ curriculo. [quaſi aurora conſurgens,] id eſt, de imperfecto ad perfectiora iugiter properãs, à tenebris ignorantiæ ad lucẽ ſapientiæ aſſcendẽs, à via purgatiua p illuminatiuam ad vnitiuam aſſcendens. [pulchra vt luna,] quoniam à ſole iuſtitiæ oẽm, quam habet, accipit lucem & claritatẽ, ſapientiam & virtutẽ. Et ſicut luna illuminat noctẽ, ac inter nocturna ſidera lucet ſplẽdidiùs, ità Eccleſia illuſtrat, docet, & dirigit ſedẽtes in tenebris & vmbra mortis huius ſeculi. Et cunctis in hoc mundo ſapientior inuenitur, determinans quid de neceſſitate ſalutis oporteat credere, agere, & tenere. [electa vt ſol,] quoniam ſponſa eſt ſolis æterni, & ei in perfectione ſimilior, ad eandẽ beatitudinem pdeſtinata atq; ventura, ad quam ille ſecũdùm aſſumptam naturam electus eſt ac peruenit. [terribilis vt caſtrorũ acies ordinata?] quod pcedenti cap. expoſitũ eſt. [Deſcẽdi in hortũ nucũ.] Iſtud tam de Chriſto q̃ de vniuerſali Eccleſia poteſt exponi. Chriſtus ergò per ſuę pietatis cõdeſcenſionẽ & opẽ, deſcen-

Auguſtin.
Gregor.
Hieron.
Bernard.
Gregor.
Ephe.6.
Lucæ15.
1.Cor.13.
Lucæ1.

dit in hortũ nucũ,id eſt,ad cogregationem fideliũ atq; conſtantiũ perſonarum,q̃ arduã ducunt vitam,& inſtàr nucũ,id eſt, contẽptibiles foris videntiimmò per ſoliditatẽ virtutũ foriter ſunt cõtra ſuę ſalutis hoſtes muniti,ſicut nux forti ac ligneo tegit tegumento,intùs verò dulcẽ cõtinet fructũ,deuotionẽ internã,mẽtis tranqllitatem,cõſcientię puritatẽ,cõtemplationisq́; gratiam,ac diuini feruorẽ amoris,ſicut nux nucleũ.Et ſicut ex nucleo extrahitur oleũ,ſic ex illorũ virtutibus cõpaſſio,pietas ac vera deuotio.Et ſicut nux in exordio corticem habet humidam,mollẽ ac viridem,q̃ veniente maturitate aret ac decidit:ſic perfecti in ſuę cõuerſionis initio vallati erant & cooperti ꝓprię carnis & ſenſualiratis mollitie, feruore,atq; humore:ſed virtutũ adueniente maturitate,caro & ſenſualitas aruerunt edomitæ ac repreſſæ,[vt viderem poma cõuallium:]id eſt,minùs pfectos attenderẽ ac iuuarẽ, immò & in humilitatis imo poſitos approbarẽ.Tamẽ per poma poſſunt & nuces intelligi,qm̃ oĩs arborũ fructus comeſtibilis,cõmuni noĩe pomũ vocat:ſicut in Euangelio ferẽ de ficu, quam Marc.11. Chriſtus acceſſit,quòd nõ erat tẽpus pomi illius.Deniq;,per ſuperiores & perfectiores Chriſtus viſitat,dirigit,&adiuuat minùs perfectos,quos tñ interiùs tangit multotiès per ſeipſum. [& inſpicerem,ſi floruiſſent vineę:]id eſt,an particulares Eccleſiæ ſeu cõgregationes, clauſtra,collegia,ad fructũ ſpiritalis vini eſſent diſpoſitæ,& floribus ſalubrium meditationum piarũq́; affectionum ornatæ ac fœcundatæ.[& germinâſſent mála Punica:]id eſt,an fructuoſi eſſent,qa in ſtatu cõtemplationis &igneę charitatis ſunt poſiti, & quorũ eſt Dominicam paſſionem iugiter ferre in corde,ac Prelati quorũ ꝑcipuè eſt ad ſanguinis effuſionẽ pro fide ac iuſtitia eſſe paratum:vt inſtàr málorum Punicorum rubeant intùs:& cõtemplationis ac dilectionis,bonæq́; famæ odore ac ſuauitate,ornantur ac fragrant,& alios attrahunt. Chriſtus itaq; tanq̃ paſtor bonus,viſitat ſuam Eccleſiam in ſingulis gradibus ac ſtatibus eius, & Ioan.10. ab vnoquoq; requirit,vt ſecundùm exigentiam ſuæ vocationis fructificet. Inſuper ipſa Eccleſia ſynodaliter cõgregata,ſeu eius Prælati & ipſa per ſuos Prælatos cõſiderat,viſitat,&reformare conaẽ particulares Eccleſias,& ſingulos gradus ac ordines.Subdit in perſona Synagogæ,in fine ſeculi conuertendæ:[Neſciui:]id eſt,dignitatem, ſanctitatem,& gratiam Eccleſiæ Chriſti non conſideraui,nec noui.Cuius annectitur ratio:[anima mea,]id eſt, voluntas ſeu ratio malè diſpoſita,ſeu animalis affectio,[conturbauit,]id eſt,inquietauit & à veritatis conſideratione impediuit ſme propter quadrigas Aminadab:]id eſt,ex conſideratione teſtatis & magnificentiæ,virtutis & gratiæ regni Iudæ, quod deſignatur per Aminadab, de cuius ſtirpe reges regni Iudæ progeniti ſunt, & per quadrigas illius,fortitudo & excellentia Exod.14. regni illius inſinuantur,atq;(vt dicitur)Aminadab cum tribu Iudę primò poſt Moſen ingrediendo fundũ maris rubri ſiccatum,promeruit regium ſceptrum, cæteris tribubus Moſen ſequi timentibus.Iudæi autem vſq; in præſens,conſiderando quàm mirabiliter & præclarè lex vetus per Moſen data fuit & confirmata & inclytè cõſeruata,ꝑcipuè à populo tribũs Iudæ,atq; ibidẽ per prophetas & ſigna præconizata, renuunt credere, legem illam per legem Euangelicam eſſe euacuatam,& Ieſum legis Moſaicæ exterminatorẽ eſſe diuinitùs miſſum. Expoſitores verò cõmuniter per quadrigas Aminadab,intelligũt quatuor Euangelia Chriſti,& primos eorundem prædicatores ſanctos Apoſtolos,qui euangelizando tanq̃ quadrigæ Marci 16. diſcurrerũt per mundum, circunferẽtes Ieſum & Euangelium eius vbiq; terrarum. Amina- Luc. 24. dab quippe interpretatur,ſpontaneus populi mei: ſicq́; per Aminadab accipitur Chriſtus, Rom.15. qui patre volẽte,ſpõtaneus pro ſalute populi ſui venit ad paſſionem,ſicut teſtatur Ioan.10. Nemo tollit animam meam à me,ſed ego pono eam.De quo Eſaias prædixit,Oblatus eſt,qa Eſaiæ 53. voluit:qui Chriſtus etiam in Pſal.39.fatetur,In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerẽ voluntatem tuam,Deus meus volui,& legem tuam in medio cordis mei. Cõturbata eſt igitur Synagoga propter quadrigas Aminadab,id eſt,ex prædicatione Euangelij Chriſti, qm̃ interim perturbaẽ propria incredulitate,&ad cõtradicendũ mouẽ propter diuerſa motiua, tamẽ irrationabilia & inſufficientia ac faciliter ſolubilia.In fine aũt cõcutietur ad credendũ Euangelio Saluatoris ꝑdicantibus Helia & Enoch.Deniq;(vt aliqui dicũt) Aminadab non eſt híc nomen propriũ,nec vna dictio ſecundùm Hebræos:ſed nomen cõmune, ſeu potiùs duo nomina appellatiua,ſignificantia populũ principantem,quod ad prętactam poteſt expoſitionẽ reduci.Conſequenter Eccleſia hortaẽ Synagogam ad conuerſionem:[Reuertere reuertere Sunamitis,reuertere reuertere,vt intueamur te:]id eſt,tu plebs Iſraelitica, redi ad verum Meſſiam Ieſum,crede in eũ,reuertere ad fidem patrum ſanctorũ,ſicut Malachias prę Mala.4. dixit,quòd Helias cõuertet cor filiorum ad patres eorũ.Reuertere ad pœnitẽtiam, ad obediẽtiam,perſeuerantiamq́; finalẽ.Reuertere à quatuor plagis terræ,ab hac extrema captiuitate, ab indurata excæcatione, ad credendum, ad obediendum omnibus quæ in quatuor

Euangelijs

Euangelijs credi ſeu implerì iubentur. Rectè demùm per Sunamitem, intelligiẽ plebs Hebræa,nunc captiuata & aſpernata: quoniam Sunamitis, captiua ſeu deſpecta interpretatur: & quoniam Suna ciuitas erat terræ ꝑmiſſionis, de qua pulcherrima illa Abiſac, vltima Dauid regis coniunx, fuit, vt patet tertio Regum, quæ & frequenter Sunamitis vocata eſt. Poſtremò huic charitatiuæ ac piæ petitioni Eccleſiæ Deus citò aſſiſtens ac fauens, reſpondet 3.Reg.1. Eccleſiæ: [Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum?] tanquàm dicat, O Eccleſia, fiet quod exhortaris, intantùm, quòd ſynagoga in fine conuertenda, erit tam fortis in fide, tam roborata in ſpe, & accẽſa in charitate, ac omni ſapientia & virtute munita,angelicis ſpiritibus circunuallata,ac multis agminibus credentium copioſa,quòd non videbis in ea niſi choros caſtrorum,id eſt,ſocietates militantium Deo,quia pro Deo ac fide mori erunt parati.Choros quoq; caſtrorum,id eſt,acies & connexiones gratiarum,virtutum,donorum ac aliorum chariſmatum diuinorum, ità quòd quę diu iam antè contra fidem pugnauit, decẽterò tecum pro fidei defenſione,contra Antichriſtum ſeu alios perfidos, dimicabit. Dicit autem Methodius martyr ac præſul in ſuo libello, quòd centum quadragintaquatuor millia Iudæorum tunc crediturorum, occidentur ab Antichriſto.

¶Declaratio eiuſdem capituli, de Chriſto & ſponſa particulari. Art. 20.

QVò abijt dilectus tuus,ô pulcherrima mulierum?quò abijt dilectus tuus,& quęremus eum tecum?Vxores & ſponſæ eiuſdem mariti aut ſponſi carnalis,rarò cõcordes & charitatiuæ atq; pacificæ ſunt adinuicèm, quoniam vna impedit aliam à deſideratis mariti amplexibus,qui dum pergit ad vnã,recedit ab alia: ideò illæ mutuò inuident ſibi. Secùs eſt de his, quæ ſponſæ ſunt ſponſi cæleſtis: quia quo ampliùs diligunt ſponſum, eo cordialiùs amant ſe inuicèm,nec vna inuidet alteri amplexus,oſcula,vnionemq́; ſponſi,ſed ſuper his inuicèm cõgratulantur, quoniam vna nõ impedit aliam à talibus bonis, ſed iuuat & promouet eam ad talia, orando pro inuicèm, & mutuò ædificando. Nec ſponſus deſerit vnam, vt viſitet aliam: immò oẽs ſimùl poteſt inuiſere,tamq́; faciliter omnibus ſimùl ſatisfacere ac vni, vt vni. Siqdem ſponſus iſte per ſuam maieſtatẽ vbiq; eſt ꝑſens,eſtq́; omnipotens.At verò particulares ſpõſę ſibi inuicèm familiares,cõqueruntur adinuicèm ſuas afflictiones, deſolationes,ariditates, quas incidũt, dum ꝑſentiam ſponſi cõcupitam nõ habent,quærunt quoq; abinuicèm ſolatium, conſilium, atq; auxiliũ:& qa vnaquæq; earum tãto extat humilior, quanto perfectior, quæuis earũ alteram vocat pulcherrimã: ſicq́; querela vnius audita de ſpõſi receſſu à ſe, aliæ cõdolentes mox dicũt:Quò abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierũ, q̃ tanto es pulchrior,quãto amore ſpõſi repletior?Quò declinauit dilectus tuus,& quæremus eum tecum?id eſt,dic nobis,in qbus mentibus putes eũ ſpecialiter habitare,gratioſiùs operari,ſalubriusq́; quieſcere,& ab eis collegimus tibi exempla virtutũ, exercitia actionum,qbus inſiſtendo valeas recuperare optatã ſpõſi ꝑſentiam,cõſolationem,amplexũ.Ad hæc ſpõſa, id eſt, anima cõtemplatiua ac feruẽs, reſpõdet:Dilectus meus deſcẽdit in hortũ ſuũ,id eſt,in quãcunq; virtuoſam perſonã,in qua tot ſunt ſpirituales arbores,quot virtutes:tot poma & fructus,quot meritorij actus:tot fõtes, quot habitus intellectuales:tot flores,quot bona,ꝓpoſita & deſideria pia. Ad areolã aromatum,id eſt,ad mentẽ,in qua ſunt theologicæ ac ſupremæ virtutes, contemplatiuiq́; actus, & exceſſiui anagogici motus ſanctę dilectionis in ſpõſum,q̃ omnia ſunt aromata prorſus prętioſiſſima & valdè corã ſponſo fragrantia.& paſcat in hortis,id eſt, in actibus ſapiẽtialibus, prudentialibus,cõſiliaribus,ac ſcientialibus intellectiuę potentię delectẽ,ſecũdùm quod actus iſti,ꝓcedunt ex ſapientia,cõſilio,ſcientia, vt ſunt dona:& ex prudẽtia, prout virtus eſt cardinalis.In actibus quoq; ſpei & charitatis, fortitudinis, pietatis, timoris filialis, ac latriæ atq; iuſtitiæ,q̃ perficiunt voluntatẽ.Itaq; tam intellectus cũ ſuis ornamẽtis, id eſt, habitibus & actibus meritorijs,hortus eſt,quàm voluntas: ſicq́; in vno totali & grandi horto, cõtinenẽ plures particulares minores.Nam & ipſa anima hortus eſt,ager ac vinea,ſimiliter q̃libet eius potentia,q̃ ſubiectũ eſt alicuius virtutis.Et lilia colligat,id eſt,quicqd boni, virtuoſi & pulchri in his hortis inuenerit,acceptet,&in memoria ſua reponat ad remunerandum tempore oportuno,atq; ad ꝑſentandũ Deo patri tanquàm aduocatus fideliũ.Etemſi ſancto Iob dicere relicuit Deo:Signâſti quaſi in facculo vniuerſa delicta mea:quanto magìs dicere potuit, Signâſti quaſi in theſauro omnia opera mea bona?Siqdem pronior eſt Deus ad pietatẽ, quàm vltionem,qui apud Eſaiam proteſtatur:Ego aũt opera eorum & cogitationes venio vt congregem.Eccè quàm glorioſum,fructuoſum ac nobile eſt huic ſuauiſſimo,benigniſſimo,affectuoſiſſimo ſponſo inhærere, vniri, vacare, immergi, qui tam gratioſiſſimè ac liberaliſſimè operatur in anima pura, illuminata, & amoroſa: quæ conſequenter cum ingenti Iob 14. Iſaiæ 66.

ait fiducia: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, id est, intendãt & vacẽt alij, q̃bus velint, cupiant & conentur placere hominibus, ad dignitates atq; officia promoueri, ditari, famari, &
Psal. 13. glorificari in seculo isto: sufficit mihi spõsus meus: Ille pars mea, ille hæreditas mea, ille totũ
Psal. 61. & summum bonũ meum, ꝑter & extra ipsum nihil quæro, nil opto: In ipso salus mea & gloriatio mea, spes mea & tota occupatio mea. Quid necesse est vagari per multa, & per inania distrahi, cũ sponsus iste sit summũ, perfectũ, infinitum, inuariabile bonũ, nulli se negãs, nullum despiciens, dũmodò syncerè se vertat ad ipsum? & in ipso est cũ plenitudine, iucunditate, & excellẽtia infinita, quicq̃d salubriter appeti potest. Ego ergò dilecto meo, à quo nullus ꝑsumat, tentet, vsurpet auertere me. Nec immeritò dico hęc: Quia dilectus meus mihi, id est, ipse quanuis sit excellentiæ tam immẽsæ, atramẽ tam dignanter, familiariter, socialiter, amorosè, ac dulciter se habet ad me pauperculã & indignã, quasi aliq̃d essem: immò velut ad sororẽ, ad amicam, ad sponsam: quia quo maior est eius maiestas, eo & maior est dignatio eius. Et vt multa paucis perstringã, quasi mihi soli haberet intendere ac vniri: ideò charitate cogente, fiduciamq̃; donante, quasi oblita excellentiæ eius, nomino eum dilectũ & sponsum: nec solùm dilectũ, sed & dilectum meũ. Intereà hac deuotione, gratitudine, charitate, syncericate suæ sponsæ delectatus misericordissimus & amantissimus spõsus, citò rependit vicem sponsæ, & ꝓrumpit in eius ꝓconia, dicens: Pulchra es amica mea. Nã ipsa propriæ imperfectionis recognitio tã amorosa & humilis, vehemẽter pulchrificat te, & quod deest per naturam, suppletur per gratiam: & quanto mihi totius pulchritudinis supersplendidissimo fonti ac lumini perfectionaliter infinito, ac superpulcherrimo ampliùs appropinquas, intimiusq̃; cõiungeris, ꝓfundiùs quoq; immergeris, eo vtiq; copiosiùs pulchrificaris, exuberãtiùs illustraris, & radio sapientiæ salutaris, fulgore altissimæ veritatis, ardore diuini ac sancti amoris abundantiùs ac magnificentiùs perfunderis, venustaris, repleris: sicq̃; supernaturali ac deiformi polita decore, amicta lumine gratiæ ac virtutũ, vt vestimento, suauis es etiã, q̃m
Psal. 30. spirituali gaudio paceq̃; pectoris es perfusa, & in castissimũ omnis boni honesti affectũ firmiter transformata, virtuosorũq̃; actuũ delectationibus exhilarata, & quàm magna sit multitudo dulcedinis increatę, tanto suauiùs ac pleniùs gustas & experiris, quãto fontali illi incircunscriptibili atq; immensæ dulcedini familiariùs soles vniri. Hinc visceribus pietatis ac
Prouer. 8. suauitatis redundas & affluis, immò & effluis, teq̃; effundis, ac delectabilis es ad amandum. Vndè & meæ deliciæ, quãuis nullius indigeam, sunt esse tecũ, q̃m mihi ex me ipso, ex ꝓpria bonitate, charitate, pietate, delectabile & iucundum est esse cum creatura, quã talem & mihi tam similem amabilemq̃; efficio. Et decora sicut Ierusalem, id est, cælesti Ierusalẽ in pulchritudine assimilata, q̃m conuersatio tua in cęlis est, & in terris vitam angelicam ducis, qa
Hierony. in carne non carnaliter, sed spiritualiter viuis, ac ciuium supernorum actibus occuparis, videlicet contemplationi, dilectioni, ac laudibus Dei. Terribilis vt castrorum acies ordinata. O quàm terribilis est anima virtuosa, sancta, contemplatiua immundis spiritibus, eorumq̃; principi, qui factus est vt nullum timeret. Nonnè anima talis sua profundissima humilitate terribilis est spiritui superbiæ, & vincit ac agitat eum in omnem ventum, quia fortissimè ei resistit, ac fugit ab ea? sic quoq; charitatis suæ ardore incendit, vincit, fugat, spiritum inuidiæ infelicis: sic & mansuetudine ac patientia sua spiritũ iræ atq; tristitiæ vertit in fugam: & breuiter quo anima seipsam plùs frangit, quo inter proximos & fratres humiliùs & exemplariùs conuersatur, quo paci & concordiæ fraternali diligentiùs studet, satagens auferre de medio omnia scandala, quo tentationibus viriliùs reluctatur, quo oñe opus dei quotidiè cum diligentia implet maiori, quo custodiæ cordis, & assiduo interiori profectui incessabiliùs instat, ardentiusq̃; inuigilat, eo omnibus aduersarijs suæ salutis terribilior cõprobatur. Qui ergò cupit dęmonibus prævalere, tãto feruentiùs virtuosis insistat operibus, quanto acriùs ab illis tentatur: correptiones & correctiones cũ regratiatione suscipiat: seipsum in cunctis humiliare ac frangere enitatur: sicq̃; omnipotentis ꝑsentiam oñia intuẽtem vigilanter perpendẽs, studeat Deo cũ ampliori syncritate ac diligẽtia quotidiè deseruire. Auerte oculos tuos, id est, oculorũ tuorũ abusum, euagationem & curiositatẽ, à me,
Matth. 5. iuxta quẽ sensum in Euangelio iussi: Si oculus tuus scandalizat te, erue eũ, & ꝓice abs te. Sic ergò auerte oculos tuos à me, nè in mea ꝑsentia pecces per euagationem, curiositatẽ, abusum
Ezec. 20. oculorum tuorũ interiorum aut exteriorum: sic eñ per Ezechielẽ præcepi: Vnusquisq; offensiones oculorũ suorum abijciat. Iuxta quẽ sensum hortatur Apostolus Col. 3. Mortificate
Deut. 22. membra vestra quæ sunt super terram. Prætereà per Mosen iussi filijs Israel, vt facerent sibi fimbrias quatuor, per quatuor angulos palliorum, ponerentq̃; in eis vittas hyacinthinas, quas cùm viderent, recordarentur omnium mandatorum meorum, nè sequerentur cogitationes

tiones & oculos per res varias fornicantes. Si ergò populo duræ ceruicis tantam indixi oculorum custodiam, quanto magìs indecẽs est atq; culpabile, vt tu q̃ sponsa mea es, per oculorum incustodiã me offendas, seu aliud qd intendas dũ mihi intendere habes? Noli ergò à me oculos columbinos auertere, nec vana & vilia intueri, q̃ iugiter habes ac meritò debes ad me oculos tui cordis dirigere. Nõnè incustoditus oculus, incustoditi cordis est signũ? Ideò oculi incustoditi me faciũt auolare, id est, à mẽte recedere. Capilli tui sicut grex caprarũ, &c. Istud suprà expositum est. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Per concubinas in scripturis frequenter intelliguntur vxores secundariæ, ac minùs principales, & tamen legitimæ, sicut in Gene. legitur Abraam filijs con- Gene. 25.
cubinarum munera cõtulisse, & constat, quòd erant eius vxores legitimæ. Sic Selpha & Bala in Gene. interdum vocantur concubinæ Iacob, quãdoq; vxores: ità & nunc per cõcubinas intelliguntur animæ virtuosæ veraciter Christi sponsæ, quãuis adhuc imperfectæ. Prætereà per reginas possunt intelligi animæ, quæ in virtutibus theologicis magìs abundãt: per cõcubinas, quæ in virtutibus intellectualibus ampliùs fulgent: per adolescentulas aũt, animæ illæ, quæ in moralibus plùs abundant virtutibus. Vel reginæ sunt, quæ magìs ardent in charitate: cõcubinæ, quæ ampliùs micant in spe, adspirantes assiduè ad syncerum & perfectum sponsi amplexum. Adolescentulæ aũt, quæ fide resplendẽt, fide, inquam, formata & operosa, non informi & mortua. Vna est columba mea, perfecta mea. Quanuis præfatæ virtutes
dicantur cõcatenatæ, ità quod habens vnam, habet & alias, dummodò aliquã habeat quan- Eccl. 44.
tum ad esse meritorium ac formatũ: nihilominùs vna anima bona magìs abundat in ista, alia
magìs in altera, iuxta quẽ sensum de vnoquoq; cantatur sanctorũ: Nõ est inuentus similis illis, &c. Sic quoq; iam sponsus de qualibet anima virtuosa perfecta fatetur: Vna est columba I. Cor. 7.
mea, perfecta mea, in quantùm q̃libet talis in aliqua perfectione præfulget. Vndè & Paulus, Vnusquisq;, inqt, donum suũ habet à Deo. Et sicut columba frequẽter in vno & eodem anno prolificat, gregatimq̃; volat, visum quoq; multotiès renouat, & caret felle, ac gemitũ habet pro cantu: sic anima Christi sponsa fructum parit virtutũ assiduè, & frequenter renouatur, illuminaturq̃; mente, & per charitatem atq; concordiam manet in catholica cõmunione ac societate, nõ segregans semetipsam, nec singularitate se diuidens, aliósve perturbans. Caret item amaritudinis, indignationis, & iracundiæ felle, vtpotè charitatis, pietatis, mansuetudinis lita melle, sicq̃; contemptis mundi solatijs pro suis ac aliorum ingemiscit peccatis: anhelat ad patriam, ac totius mundi deflet vitia & ærumnas. Vna est matri suæ, id est, quælibet anima talis, consistit ad gloriam & profectum vniuersalis Ecclesiæ, cui honorificum expediensq̃; censetur habere filias tales, communitati tam exemplares, ac pro communi bono Ecclesiæ incessabiliter deprecantes. Viderunt eam filiæ, & beatissimã prædicauerunt. Proprium quippe est animabus deuotis, charitatiuis, humilibus, nõ seipsas, sed consocias & consorores suas laudare, mirari, extollere. Idcircò dum animam tam feruidam, virtuosam, cõpositam cernunt, cõtinuò admirantur excellentiam gratiæ ei cõcessę, & valdè felicem reputant eam, ac alijs imitandam ꝓponunt, dicentes: Quę est ista quę ꝓgreditur quasi aurora consurgens? Quasi dicant, Valdè cõmendabilis & præclara est anima ista, tam effi- Psal. 83.
caciter in omni crescens proficiensq̃; virtute, & à minori lumine gratię, ad eminentioré eius Prouer. 4.
lucem conscendens, de virtute in virtutem fortiter proficiscens. Nempe iustorum semita quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectũ diem. Et rectè anima virtuosa comparatur auroræ, quoniam sicut auroræ aliqd caliginis nocturnæ miscetur, quod tanto plùs pellitur, quanto aurora altiùs eleuatur, sic animæ in principio suæ cõuersionis, dum adhuc in statu est incipientium, admiscentur caligines passionũ, ignorantiarum, ac reliquiarum præcedentium vitiorum, quæ omnes paulatim per claritatẽ gratiæ & per splendorẽ sapientiæ ac virtutum spiritualium profectuũ expelluntur. Pulchra, vt luna: q̃m sicut luna mox eclipsatur, opaco aliquo inter eam & solẽ recto: sic anima quantũlibèt virtuosa, si ad momentũ auertatur à sole sapientiæ sponso cęlesti, obtenebrat, indigetq̃; indefinenter conseruari ab illo: alioquì mox labitur. Nec in hac vita tã pulchra efficitur, quin quotidianis culpis velut lunaribus maculis respergat. Veruntũ per supernaturalia lumina cęlestium gratiarum, virtutũ, donorum, ac meritorũ, multo pulchrior est luna & cunctis cæli sideribus. Spiritualia etem & supernaturalia vehementer excedũt corporalia & naturalia cũcta. Electa vt sol, id est, elegans instàr solis: q̃m sicut sol cunctis cęli astris est pulchrior, causalior, & cętera illa illuminans: sic frequenter contingit, animã quancunq; virtuosam, in medio cõgregationis suę esse cæteris perfectioré, fructuosiorem, exemplariorẽ, ità quòd verbo, exemplo ac fama illuminat cæteros. Et certè bñdicta Deo est anima illa, cuius sapiẽtia, ꝓximorũ erro-

res,

res,ignorantias,dubitationes, perplexitates fugat,diſſoluit, certificat,cuius feruor aliorum teporem accendit, cuius manſuetudo ac patientia aliorum iram impatientiamq; confringit, cuius probitas atq; humilitas, aliorum improbitatem elationemq; reprimit & reformat. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata, ſicut expoſitum eſt. Deſcendi in hortum meum. Vnaquæq; anima virtuoſa, proprij cordis hortum debet per diligentem conſiderationem intrare:& hortum nucum, id eſt, ſuperiorem partem ſuam, videlicet intellectiuam potentiam ac voluntatem, in qbus ſunt ſolidiores virtutes, prouida examinatione perambulare, an quid virtutibus ſanctis cõtrarium ibi exurgat penſando, ſicq; videre poma conuallium,id eſt,virtutes morales & actus earũ, quæ in apperitu ſenſitiuo eſſe dicuntur,diſcutiendo eaſdem,nè quid vitij ipſis admiſceatur, & illud auferre. Si floruiſſent vineę,id eſt, an habitus intellectuales,pcedant debito modo in actũ, putà prudentia, ſcientia, ſapientia, per quas oportet dirigere actus virtutũ, vim appetitiuam ſuperiorẽ ac inferiorẽ perficientiũ. Et germinâſſent mála Punica,id eſt, ſeptem dona Spiritusſancti,quæ ſunt habitus ſupernaturales infuſi,per quos fit anima dirigibilis ac celeriter mobilis à Spirituſancto. Neſciui,id eſt,ab horũ notitia & exequutione fui aliquandò impedita. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab, id eſt, ex cõſideratione Euangelicorũ voluminum Saluatoris, iuxta pcedentis expoſitionem articuli, ſum compuncta & mota ad iſta intuenda ac peragenda. Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te. Animæ virtuoſæ ſui ſponſi ſuccenſæ dilectione, cùm viderint animam aliquam à ſponſi fidelitate ac puro connubio deuiantem ſeu lapſam, à ſpiritalibus & ſupernis ad carnalia & terrena curuatam, vehementer condolent ei: & exhortantur, vt pœnitens reuertatur ad ſponſum, reuertatur à praua cogitatione,inordinata affectiõe,ab illicita locutione, ab oñi opere malo & omiſſione iniqua,ad meditationes ſalubres, affectiones ſynceras, ad ædificatoria verba, virtuoſaq; opera,quatenùs eam ità reuerſam cum gaudio intueantur: à qua deuiante, vultum cõplacentię auerterunt. Hanc exhortationem,compaſſionem,charitatẽ adoleſcentularum approbat ſponſus,alloquens vnamquanq; illarum:Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum?id eſt,animam iſtam auerſam & lapſam,cõſpicies adhuc taliter pœnitentem, ſatisfacientem,proficientem, qꝫ vbi abundauit iniqtas, abundabit & gratia: & erunt in ea ſtructurę virtutum firmiſſimæ, ſpiritalia arma, omnisq; bellicus apparatus aduerſùs aëreas poteſtates ac acies vitiorum. Frequenter eñ contingit, vt recidiuantes, per pœnitentiam reparati, ſint ſolito cautiores: & tanto humiliores, quãto grauiùs peccâſſe ſe cernunt: tanto quoq; feruentiores, quanto maiorem ſe aduertunt eſſe miſericordiam conſecutos.

Rom.5.

¶Explanatio eiuſdem cap. de Chriſto & ſponſa ſingulari. Art. 21.

Pſal.18.

DIlectus meus deſcendit in hortum ſuum. Hoc ſacratiſſima Domina, mater dei fera, intemeratiſſima atque puriſſima virgo, ſingulariter dicere potuit, quandò vnigenitus patris in vterum eius à ſummo cælo deſcẽdit per incarnationis myſterium, & habitauit in medio eius. Cur autem vterus glorioſiſſimæ virginis, hortus dicatur, immò hortus mundiſſimus, fœcũdiſſimus, ſpecioſiſſimus, redolentiſſimus, dictum eſt ſæpè. Deniq; inuariabilis, illocalis, intemporalis, & incircunſcriptibilis Deus in ſummo cælo ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur: quoniam illic magnificentiùs operatur, euidentiusq; videtur. Dicitur quoq; indè deſcendere, non locum mutando, ſed in creatura aliquid operando. Et quanuis ad vniuerſos iuſtos dicatur deſcenderẽ, gratiam infundendo ſeu perficiendo: tamen ad vnicam ac præclariſſimam virginem deſcendit, humanæ carnis ſubſtantiam ex ea hypoſtaticè aſſumendo, atque ad ipſam, quam aſſumpſit, humanitatem deſcendit per perſonalem ſeu hypoſtaticam vnionem. Porrò vterus præſtantiſſimæ virginis, fuit hortus verbi æterni, tanquàm creatoris, electoris, & inhabitatoris. Ad areolam aromatum, id eſt, ad ipſam præelectiſſimæ virginis mentem, omnium diuinorum fructuum fertilitate pleniſſimam, à Spiritu ſancto diligentiſſimè cultam, ſeminatam, & fœcundatam, ſuauiſſimis virtutum germinibus decoratam. Immò priùs venit in mentem virginis, quàm in ventrem ipſius: ſed veniendo in ventrem, venit quoquè in mentem, augendo in ea inæſtimabiliter gratiam & virtutes, ſapientiã, dona & fructus. Vt paſcatur inter lilia. Lilia virginis incomparandæ, erant ſpiritualiſſimæ ac puriſſimæ eius affectiones, altiſſimæ contemplationes, ac cæteri actus eius interni, quibus ſponſus delectabatur potiſſimè, & tanto plùs, quo hæc virgo ſibi charior & cõplacentior fuit, & quo omes actus præfatos ex charitate principiauit eminentiore. Hinc ſponſus ad eius laudes conuertitur: Pulchra es amica mea, ſicut hoc ſæpè expoſitum eſt. Nempe, vt ait Anſelmus, tanta puritate nitebat, quòd ſub Deo maior intelligi nequit. Quid candidius ea, quam candor lucis æternę elegit in matrem,

Anſelm.

trem, quę fontem vniuerſi cõcepit peperitq; decoris, quæ roſeo pudore purpureoq; candore decẽtiſſimè fuit perfuſa, cuius apparatus ac vultus omni morali venuſtate reſplenduerũt, quæ impuritate culpæ nunquàm tacta, in omniſplendore ſapientiæ ac virtutum inceſſanter incõparabiliterq; profecit? Suauis, immò prorſùs dulciſſima. pulchrũ enim dicitur per reſpectum ad viſum:& ipſa pulchritudo, eſt ſuauitas ac q̃dam refectio oculorum exteriorũ ac interiorum. Ideò ſicut in regno cęlorum virgo digniſſima poſt filium ſuũ ineffabili ſpecioſitate præfulget, ſic intuitio pulchritudinis eius vniuerſos ciues cęleſtes ineffabiliter ſingulariterq; poſt Chriſtum delectat. Suauis, inquàm, & decora, ſicut Ieruſalem illa cęleſtis: quia in terris cõuerſans, angelica puritate pollebat. Immò tantæ ſanctitatis meritis fuit ſplendiflua, quòd ſuper vniuerſos angelicorũ choros ſpirituũ digna fuit ſublimari. Ideò pulchritudo eius quã habuit in hoc mundo, aptiùs cõparatur decori triumphantis, quàm militantis, Ieruſalem: qm̃ pulchritudo eius radioſiſſima fuit, ſine totius admixtione culpæ quãtumlibèt paruæ. Terribilis ſicut caſtrorũ acies ordinata, id eſt, inſtàr acierum ac exercituum angelicorũ ſpirituum, (qui caſtra Dei vocantur) metuenda es, ô potentiſſima vniuerſitatis regina, angelis tenebrarum & omni altitudini cõtra Deum ſe extollẽnti. Tu eñ multo ſublimiùs, imperialiùs, glorioſiùs reprimis & coërces aëreas poteſtates ab impugnatione & infeſtatione militãtis Eccleſię. Et ſicut fluit cera à facie ignis, ſicut fugit ceruulus ab inſecutione leonis, ſic deficiunt ac fugiunt à tua potentia atq; præſentia inuiſibiles hoſtes: tu caput contriuiſti ſerpentis, & omnem perimis hęreticam prauitatem. O quantùm formidant ſuperbiſſimi illi tuam profundiſſimam humilitatem, qualiter ardentiſſima charitas tua ipſos incendit, qualiter affligit crudeliſſimos & inuidioſiſſimos illos viſceroſiſſima pietas ac redundantiſſima miſericordia tua? Sic & manſuetiſſima tua dulcedo, ac dulciſſima manſuetudo, amariſſimos ſpiritus illos, in qbus prædominatur amens furor, irrationabilis concupiſcentia, & phãtaſia proterua, vehemẽter excruciat & cõtorquet. Auerte oculos tuos à me, ipſi me auolare fecerunt. Hoc iuxta præinducta, proprijſſimè poteſt accipi dictum à Chriſto ad ſuam dilectiſſimã matrem, ad inſinuandum præcordialiſſimum valdeq; ſingularem ſuum amorem ad ipſam: quaſi ſi ampliùs inſpiciatur ab ea, ferre nõ queat præ vulneratione amoris: vt intelligatur per modum hyperbolicę locutionis amatorijq; ſermonis. Nam & ſuperiùs dixit ad eam: Vulnerâſti cor meum, ſoror mea ſponſa, in vno oculorum tuorũ: quanto magìs in ambobus? & in vno crine colli tui, quanto ampliùs in multis omnibusq; crinibus tui colli? Vel ſic: Auerte oculos tuos à me, id eſt, quanuis ô vnica mea, tota tua delectatio ſit, me iugiter intueri, veruntñ non ſolùm me intuearis, ſed & commiſſam quoq; tibi Eccleſiam & miſeros ad te clamantes. Sic ergò auerte oculos tuos à me, id eſt, ad alios quoq; eos conuerte, non tamen intueri me ceſſes. Attamen oculos illos maternæ compaſſionis ac piæ ſolicitudinis, quos in terris habuiſti ad me, adhuc paſſibilem & mortalem, præſertìm tempore paſſionis, auerte omninò à me plenariè glorificato, & conuerte illos ad miſeros exulãtes, ad te lamentabiliter ac deuotiſſimè conclamantes, Eià ergò aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos cõuerte. Ipſi me auolare fecerunt, id eſt, pijſſimi tui reſpectus & colũbini intuitus, contẽplatiuiq; oculi tui attraxerũt me de ſinu pris in gremiũ vẽtris tui ac mẽtis. Capilli tui ſicut grex caprarũ. Iſtud ſuprà in elucidatiõe cap. 2. expoſitũ eſt. Sexaginta ſunt reginę, &c. Vna eſt colũba mea, perfecta mea, id eſt, quãtumlibèt aliæ animæ virtuoſæ, contemplatiuæ, pudicæ, dicuntur ſpiritualiter eſſe regiæ cõiuges meæ, aut adſpirantes ad perfectũ amplexum, tanta tñ, ô benedictiſſima parens mea, eſt eminentia tua in omni virtute, perfectione & proprietate laudanda, quòd tu ſola inter particulares perſonas es columba mea pudiciſſima, fœcundiſſima, gemitu pio ſummè repleta in ſeculo iſto, ab oñi fele alieniſſima. Et ſicut cõparatione meî nullus eſt bonus, ſic cõparatione tuí nulla perfecta, quantumcunq; præclara & magna. Immò cæterę cũctæ reginę, ſunt tuæ ancillæ. Vna eſt matri ſuę. Tu eñ, ô ſponſa, ſecundùm carnem es filia ſynagogæ, & ad eius honorem & gloriam cedit, immò & ad illius pfectum & opem, quòd tu talis ac tanta es, & quòd ipſa talem ac tantam filiam habet. Nam & meritis tuis ac precibus multi ex populo Iudæorum conuerſionis ſunt gratiam aſſecuti. Veruntamẽ infelix illa ſynagoga, pro maxima ſuí parte, ingratã induratąq; permanet: & cùm in honore eſſet, nõ intellexit. Electa genitrici ſuæ. Quanuis præclariſſima virgo ſit mater, aduocata, ac regina totius militantis Eccleſiæ, tamẽ quàm diù erat in ſeculo iſto, erat membrũ ac filia ſpiritualis ipſius Eccleſiæ: ſed huic matri ſuæ, id eſt, ad patrocinium, defenſionem, conſolationem, profectum & ſalutem huius matris tuæ, electa es deſupèr eſſe mater Chriſti, aduocata generis humani, refugium miſerorũ, mediatrix Dei ac hominum. Viderunt illam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt reginæ, ac concubinæ

Gene.32.

Pſal. 67.

Gene.3.

Can.4.

Matth.19. Marc.10.

cubinæ laudauerunt eam. Omnes eñ rationales & intellectuales creaturæ, Deo per charitatem cõiunctę, tam in militanti quàm in triumphanti Ecclesia, sacratissimam istam aut frequenter aut indefinenter adspiciunt, magnificant, laudant, tam inferiores, quàm superiores ac mediæ. Et quanto sunt eminentiores ac magis illuminatæ, tanto profundiùs atq; lympidiùs intuentur & cõtemplantur omnẽ dignitatem, excellentiam & gloriã glorioſiſſimę virginis. Hinc reginæ dicuntur eam nõ solùm videre vt filiæ, aut laudare vt cõcubinę, sed beatissimam ꝑdicare. Et meritò, qñ ipsa præstantissima ac virtuosissima virgo concepit ac genuit omnium saluatorem, totius beatitudinis fontem, sicq; ex lympida eius cõtemplatione maximè admirantur omnem perfectionem & felicitatem ipsius, dicentes: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? id est, ab infantia, qua vti ratione incepit, celerrimè incomparabiliterq; proficiens, & Christum (qui est verus dies animarum sanctarũ) præcedens, atq; ad ipsum perducens? Pulchra vt luna, qñ sicut post solem luna clariùs splendet in cælo & præest nocti, sic illustratissima dña post Christũ solem iustitiæ in tota clariùs micat Ecclesia militanti ac triumphanti, & militanti Ecclesiæ (quæ respectu triumphantis se-
Apoca.12. det in tenebris) specialiter ꝑsidet. Veruntñ incõparabiliter formosior est, quàm luna: immò luna sub pedibus eius, sed pulchra est vt luna, id est, sicut Ecclesia, quia diuersæ virtutes & gratię, quę hincindè in varijs membris Ecclesiæ fuerunt & sunt dispersæ & imperfectæ, fuerunt & sunt in ea collectæ ac valdè perfectæ. Electa vt sol, quia post Christũ hominẽ elegantissima & electissima esse cognoscitur. Et sicut sol cęteris planetis ac stellis est maior, luminosior, atq; causalior: sic felicissima mater virginea, post Christum est cęteris cunctis maior perfectione, luminosior sapientia, & virtute causalior, vtpotè genitrix veri Dei Saluatoris mundi, & innumerabilium peccatorum reductrix ad gratiam ac salutẽ. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Quia in ea fuit ordinatissima virtutũ connexio, præclarissima perfectionis cõstantia, & authoritate maternitatis Dei, cõstituta est imperatrix vniuersorũ, ac plena dñatrix aduersantium. Descendi in hortum meũ, vt viderem poma conuallium. Iuxta expositiones præhabitas, sanctissima virgo tanquàm vigilantissima ac fidelissima aduocata & protectrix Ecclesiæ militantis, in eandẽ descendit quotidiè, oẽm statum ac dispositionem Ecclesiæ considerando, preces pro ea fundendo, dona gratię impetrando. Similiter virgo deifera, quanuis peccare nõ poterat, tñ interiorum suorũ diligentissima custos cõsideratrixq; fuit, ad vehementiùs ꝓficiendum, sicq; per considerationẽ, custodiam & ꝓfectũ, intrauit assiduè hortum animæ suę, & virtutes ac opera sua pensauit. Nesciui: qa beatissima dña profecit in multis notitijs, nec à principio per experientiam sciuit fructum passionis filij sui, vt poste à: ideò subdit: Anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab, id est, affectio cordis mei me vehementer afflixit, eo quòd Euangelium filij mei videré non recipi à Iudæis, quibus quadrigæ, id est, Apostoli Christum prædicando vehentes ad audiẽ-
Rom.9. tium corda, diù ꝑdicauerunt. Si eñ Apostolus Paulus de Iudæorum excęcatione doluit tam vehementer, vt diceret: Tristitia mihi magna est, & dolor continuus cordi meo pro fratribus meis Iudæis: quanto magis optima virgo, quæ in charitate Dei & proximorum ineffabiliter fuit perfectior Paulo? Orauit igitur pijssima mater pro illis assiduè. Sed animæ credentium, videntes Iudæorũ obstinationem extremã, clamant ad suam pijssimam aduocatã: Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, id est, ad Ecclesiã ex gẽtilitate cõuersam, tuę pietatis conuerte respectũ: redi ad prælatos, redi ad subditos, redi ad peccatores, redi indulgentiam impetrando, gratiam obtinendo, conseruationẽ impendendo, ad gloriam perducẽdo. Vt intueamur te, id est, vt experiamur te nobis clementer assistere, & tuam beatitudinẽ synceriter cõtemplemur, ac demùm in patria te æternaliter videamus. Hanc petitionẽ approbat sponsus, dicendo: Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? id est, tu congregatio fidelium animarum, meritò inuocatis sponsam hanc singularem, quoniam potens est vos adiuuare, tueri, perducere, quia non potestis considerare in ea, nisi aciem virtutum firmissimam, & omnium spiritualium insuperabilem vim armorum, quæ etiam habet ad manum cælestium spirituum victoriosam militiam suo imperio obedire promptissimam, per quos potest iuuare, victoriamq; conferre.

¶Elucidatio cap. 7. Quàm pulchri sunt gressus tui, de Christo & Ecclesia. Art. 22.

Matth. 6. Ephe. 5. SAluator in Euangelio loquitur, Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Porrò thesaurus Saluatoris, est eius Ecclesia, sibi tã chara, quòd pro eius salute suũ pretiosissimum sanguinẽ fudit, & tradidit se pro ea. Ideò cor suũ est, vbi Ecclesia sua: in ea est, in eà quiescit, & cõmoratur cum ea, & de ea libenter confabulatur, & eius insistit præconijs, dicens: [Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamẽtis, filia principis?] Tota Ecclesia

clesia appellatur filia principis, id est, Christi sponsi sui, qui eã regenerauit ex aqua & Spiritusancto, atq; (vt Iacobus ait Apostolus) voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus Iacob. 1.
initium aliquod creaturæ eius. De quo Christo Esaias ꝑdixit, Vocabitur nomen eius, prin- Isaiæ 9.
ceps pacis. Et sicut in Apocal. scriptũ est, Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & Apoca. 1.
princeps regũ terræ. Potest tamen per principem intelligi Deus pater, seu Trinitas Deus, & quælibet diuina & increata persona. Huius filiæ gressus sunt pulchri, id est, actus & ꝓfectus atq; spirituales ipsius affectus, qbus tendit de via ad patriam, virtuosi sunt valdè, quia secũdùm diuina regulantur ꝑcepta: pulchri, inquàm, in calceamentis, id est, per hoc, quòd sanctorum patrum exemplis ornantur, sicut pedes per calceamenta, quia ꝑcedentium patrum exemplaria opera imitatur Ecclesia. Deniq; qm̃ tota Ecclesia est vnũ mysticũ corpus, cuius varia mẽbra, sunt diuersa supposita per actus & officia conuenienter distincta, sicq; per pedes Ecclesiæ designantur coniugati, qui instàr pedũ assiduè tangunt & calcant terram, quia in terrenis occupantur negocijs, & in corpore Ecclesiæ infimum tenent locũ: & tamen sunt pulchri valdè, dũ coniugali continentia fulgent, habentes, iuxta doctrinam Apostoli, ho- Hebre. 13.
norabile connubiũ & torum immaculatum, seruantes præcepta Dei atq; Ecclesiæ, & tẽporalia ad spiritualia referentes: sicq; transeuntes per transitoria bona, vt non amittant ęterna. [Iunctura feminum tuorũ, sicut monilia.] Quemadmodùm suprà, ità & hîc sponsus descri- Cant. 4.
bit Ecclesiam sub parabolica similitudine fœminę speciosę, sed quarto capitulo incipit descriptionem huiusmodi à superioribus partibus sponsæ, putà ab oculis: hîc aũt ab inferioribus, hoc est, à pedibus, sicut iam patuit. Quemadmodùm aũt ad ornatum fœminæ spectat compositio gressũs, & calceatio pedum: ità & congrua connexio feminum, vt nulla sit claudicatio crurium. Est equidem femen in muliere, quod femur in viro. Itaq; femina Ecclesię, sunt duo populi cõcurrentes in Christo, tanquàm in lapide angulari, per fidem, spem, charitatem, videlicet Iudęi & gentiles conuersi: quorum iunctura, est vnio eorũ concors, & cõuersatio mutua gratiosè pacifica, sicut iussit Saluator Mar. 9. Pacem habete inter vos. Et de- Ioan. 15.
nuò, Hoc est ꝑceptum meum, vt diligatis inuicèm. Paulus quoq; Ro. 15. Vnanimes, inqt, vno ore honorificetis Deum. Et rursùs: Implete gaudiũ meum, vt idẽ sapiatis, vnanimes, idipsum Philip. 2.
sentientes. Talis ergò iunctura, pulchra censetur tãquàm monilia. [Quæ fabricata sunt manu artificis] id est, sicut spiritalia ornamenta sapientiæ ac virtutum, quę summi opificis potestate ac prudentia conferuntur & contemperantur. Vndè dixit Apostolus, quòd Christus Ephe. 2.
est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, id est, vtrunq; populum effecit vnum ouile, vnũ mysticum corpus, & vnam plebem in Deo. [Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquàm indigens poculis:] id est, similis est crateri seu rotundæ mensurę vini, repletę optimo vino, ideò subditur, Nunquàm indigens poculis: Hoc est dicere, vmbilicus tuus est rotundus & benè formatus, quasi torno cõmensuratus. Per vmbilicum autem, sub quo concipitur proles, & per ventrem in quo alitur, designantur Prædicatores: quorum verbis & exemplaribus gestis, fama ac meritis homines conuertuntur, & in Deo regenerantur, alimentisq; spiritalibus in Ecclesia educantur: qui Prædicatores non indigent poculis, quia aqua sapientiæ salutaris, rore gratiæ, fluentis doctrinæ abundant, atq; de plenitudine sua propinant, id est, auditoribus suis communicant. [Venter tuus sicut aceruus tritici:] id est, aptum habens tumorem ex fœcundatione. [vallatus lilijs,] id est, puritate suaui ac candida: sicq; per ventrẽ Ecclesiæ significatur eius fœcunditas spiritualis ac pura, non carnalis & fœda, secundùm illud Ioan. 1. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Vndè & Paulus: In Christo, inquit, per Euangelium ego vos genui, Et sicut præha- 1. Cor. 4.
bitum est, per ventrem conuenienter mens seu memoria sumitur seu ipse baptismus. [Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli.] hoc suprà diffusè est declaratum. [Collũ tuum sicut turris eburnea:] Hoc est quod suprà legitur: Sicut turris Dauid, collum tuum. Sed hîc Cant. 4.
dicitur, sicut turris eburnea. Ebur nanq; est os elephantis animalis castissimi, sicq; per turrim eburneam insinuatur, quòd hi qui per collum Ecclesiæ denotantur, videlicet doctores, pastores, & qui alijs sermocinantur, debent castitate ornari, & constantes, preciosæq; conuersatiõis existere: sicut turris eburnea, fortis est & preciosa. [Oculi tui sicut piscinę in Hesebon, q̃ sunt in porta filiæ multitudinis:] Per oculos Ecclesiæ, intelliguntur Prælati, quos Deus dedit speculatores domui suæ, qui habent seipsos subditosq; dirigere, atq; de necessarijs prouidere: qui comparantur piscinis sitis in Hesebon, quæ piscinæ sunt in portis, id est, prope portas filiæ multitudinis, id est, plebis habitãtis in loco sic dicto, quæ plebs dicitur filia multitudinis, id est, nata ex populo copioso oppidi aut regni illius. Nẽpe sicut in Deu- Deut. 2.
teronomio scriptum est, Hesebon fuit ciuitas Seon regis Amorrhæorum. Vndè scriptũ est

Nume. 21. alibi: Ignis egreſſus eſt de Heſebon. Quidam per piſcinas in Heſebon, intelligunt deas piſcinas, quæ in Ieruſalem erãt, & multùm ornabãt eandem, adijcientes quod Heſebon nõ ſit hic nomen proprium vrbis ꝓpriæ, ſed commune, ſignificans cõputationem. Comparantur igitur oculi ſponſæ piſcinæ in Heſebon, qm̃ inſtãr aquarum illarum ſunt clari, precioſi, & abundantes in lumine cognitiuo. In organo quoq; oculorũ abundat aqueus humor. Claritas aũt ſapientiæ, lumen copioſum intelligentiæ, humor cõpunctionis, precioſitas ſanctę & exemplaris conuerſationis abundare debent in ꝓlatis Eccleſiæ: præſertim in epiſcopis, cæteriſq; maioribus. Hinc & per oculos Eccleſiæ, poſſunt intelligi cognitio eius contemplatiua & practica, ſeu ſapientia atq; prudentia. [Naſus tuus ſicut turris Libani, quę reſpicit cõtra Damaſcum.] Per naſum Eccleſiæ, virtus diſcretionis accipitur, qua inter bonum & malum, inter verum & falſum, inter precioſum & vile diſcernit. Et aſſimilatur turri Libani, qa ſublimis & valdè recta eſt iſta diſcretio, atq; veritatis candore præfulgida. Et reſpicit cõtra Damaſcum, q̃ interpretatur ſanguineus, qa terrenis & ſanguinolentis operibus ſe opponit. [Caput tuum vt Carmelus:] id eſt, ſimile monti Carmelo alto, pulchro, fructifero, paſcuis copioſo, q ſpinis & frutetis carere aſſerit. Quòd ſi per oculos intelligantur epiſcopi, poteſt per caput Eccleſiæ intelligi põtifex ſummus, q eſt ſummus, primus, ac generalis Chriſti vicarius ſuper totam vniuerſalem Eccleſiam, ſponſus, caput, ꝓlatus, paſtor, monarcha, doctor ac dux ipſius: per optimũ aurum, poteſt accipi plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis, in eo ſubiectiuè formaliterq; conſiſtens, vel ꝓclara ſapientia, ſeu maxima ſanctitas ad eum pertinens: quia quo plùs cæteris præeminet latiſſima iuriſdictione ac prælatica poteſtate, tanto plùs debet ſingulis preſulgere omni ſapientia, ſanctitate & exemplaritate. Sed ipſe eſt caput Eccleſię vicariale, Chriſtus verò caput eſt principale, qui eſt optimũ aurũ: quia in quantùm Deus, eſt eſſentialiter ſapientia infinita, ſanctitasq; immenſa: ſecundùm aſſumptã quoq; naturam, plenus eſt ſapientia, gratia & virtute infuſis, beatifica fruitione & omni ſuperno chriſmate. [Et comæ capitis tui, ſicut purpura regis iuncta canalibus:] id eſt, rubicundæ & nitidæ, ſicut purpura regia in aquis canalium poſita, vt in eis poſt tinctura lauetur, quatenùs color eius viuacior venuſtiorq; appareat. Porrò ſicut per caput poteſt intelligi caput vicariale & etiam principale, ità per comas capitis poſſunt intelligi præcipui poſt dñm Papam ꝓlati, & qui ei familiariùs in regimine coaſſiſtũt, qui & rubeis coutunt, ad inſinuandũ quòd charitate Dei ac proximi debeãt æſtuare, & Chriſti paſſionẽ iugiter ferre in corde, atq; pro Deo & fide ac ſubditorũ ſalute eſſe parati ad ſui ſanguinis effuſionẽ. Quòd ſi per caput Chriſtus accipiatur, comæ huius capitis ſunt glorioſi Apoſtoli & primi Saluatoris diſcipuli, qui ei familiariùs & immediatiùs adhæſerunt, atq; ab ipſo ſumpſerunt gradũ ac poteſtatem, qui omnes charitate tanquàm regia purpura ſunt ornati, atq; in canalibus, id eſt, baptiſmate & fontibus gratiæ ac ſapientiæ, expurgati & decorati. Sic ergò cõmendatis pulchritudinibus partium ſponſæ, concludit: [quàm pulchra es & decora.] quaſi dicat, valdè formoſa es intùs & foris. [Chariſſima in delicijs:] id eſt, quam oſtẽdo mihi dilectiſſimam eſſe per hoc, quòd ſpiritales meas delicias tam charitatiuè & liberaliter tibi cõmunico, & ad gaudia beatificæ fruitionis meæ deitatis, te creaui, redemi, & perducere volo: quemadmodùm paſſione mea
Ioan. 16. inſtante, diſcipulis dixi: Iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. [Statura tua aſſimilata eſt palmæ.] Palma eſt arbor victoriæ, quia victoribus in ſignum triumphi olim dabatur aurea palma cum laude & gloria. Statura ergò ſponſæ, id eſt, perſeuerantia Eccleſię, palmę ſimilis perhibetur: quoniam perſeuerando vſq;
Matt. 24. in finem, coronari meretur, ſicut in Euangelio legitur: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit. Rurſùs palma creſcendo inferiùs ſtringitur, & ſuperiùs dilatat: ſic Eccleſia paulatim proficiendo, à baſſitudine humilitatis orditur, atq; ad charitatis amplitudinem promouetur. Vndè fertur in Pſalmo: Iuſtus vt palma florebit. Rurſùs ſtatura, id eſt, rectitudo iuſtitiæ, ſeu altitudo contemplationis ipſius Eccleſiæ, palmæ aſſimilatur. [& vbera tua] id eſt,
Pſal. 91. vetus ac nouum teſtamentum, ſeu ſapientia & charitas, miſericordia quoq; & liberalitas, per quæ omnia fouet Eccleſia filios ſuos. [aſſimilata] ſunt [botris:] quoniam ſpiritale cõtinẽt vinũ, & mentẽ charitatis feruore inebriãt ac dulciter alunt. [Dixi,] id eſt, in animo meo firmiter ſtatui. [aſſcendam in palmam:] id eſt, Eccleſiam meã, quam nũc palmæ aſſimilaui, perſonaliter viſitabo, & corda credentiũ purgabo, illuminabo, perficiam: ſicq; in membris meis creſcam, dum fideles ad contemplationis verticem proficere fecerim, & ità in ipſis aſſcẽdam. [& appræhendam fructus eius:] id eſt, de ipſa Eccleſia colligam fructũ iuſtitię copioſum, quia me eam viſitante ac fœcundante, fructificabit, atq; ad laudem & gloriã meam copioſè inſiſtet omni actioni virtutũ. Deniq; palma inferiùs aſpera, & in ſuperioribus pulchra,

chra, ſuauis ac fructuoſa, figura eſt crucis, in quam propter ſalutẽ Eccleſiæ Chriſtus aſſcendit: quæ crux in inferioribus fuit aſperrima, qa in præſenti fuit maximè afflictiua: ſed fertiliſſima facta eſt meritis dominicæ paſſionis, & fructũ ꝓtulit æternæ ſalutis. Et certè ſicut in hymno deuotiſſimè canitur, Ipſa eſt arbor decora & fulgida, ornata regis purpura, id eſt, ſacratiſſimo corpore filij Dei perfuſo ſacro cruore ac ſanguine eius perfuſa eſt, de qua in alio hymno cantatur, Dulce lignũ, dulce pondus ſuſtinens, quã ſacer cruor perunxit fuſus agni corpore. [& appræhendam fructus eius:] id eſt, ſaluberrimos paſſionis & crucis meæ effectus obtinebo & cõſequar, qa redimam genus humanũ, ianuam regni cæleſtis aperiam, ſanctos de limbo educã, fortem armatum ligabo, & vaſa eius diripiam. Propter quod, pàſſione
Ioan. 12. inſtante, locutus ſum: Si exaltatus fuero à terra, oñia traham ad meipſum. Hinc in Eſaia Deus pater ait ad Chriſtũ: Parùm eſt, vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob & fæces Iſrael cõ-
Iſaiæ 49. uertendas: dedi te in ſalutẽ gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad vltimũ terræ. [Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ:] id eſt, charitatẽ & pietatẽ, ſapientiam & virtutem tuã, ô Eccleſia, tam affluenter implebo, perficiã, fructificareq; faciam, quòd filios tuos copioſè lactabis, enutries, & ad perfectionis incrementa perduces. [& odor oris tui ſicut málorũ:] Odor oris Eccleſię, eſt deuota, amoroſa, pia locutio, ſermocinatio, & inſtructio eius, ſeu fama ſuę doctrinę, quę-
2. Cor. 2. admodùm Paulus teſtat: Deus odorem notitiæ ſuæ per nos manifeſtat in omni loco, qa Chriſti bonus odor ſumus. Hic odor aſſimilatur odori málorum Punicorũ, qui fortis & bonus
Cant. 4. eſt, atq; martyrij palmam deſignat eo modo, quo iuxta prælabita per mála Punica rubentia martyres exprimuntur, quorũ conſtantiam & feruorem ac gloriam ꝑcipuè prædicat ſancta Eccleſia. [Guttur tuum ſicut vinũ optimum:] id eſt, verba ſacra ac feruida per guttur tuum
Iere. 23. prolata, ſunt ſpiritaliter audiẽtium inebriatiua, ità vt dicere queant cũ Ieremia: Factus ſum quaſi homo madidus vino à facie verborum ſanctorũ Dei. Vndè in Pſalmo 22. Calix meus inebriãs quàm præclarus eſt. Zacharię quoq; 9. Quid pulchrum Dñi, niſi vinum germinans virgines? Intereà audiens ſancta Eccleſia à ſpõſo ſe taliter commendari, repentè victa amore ipſius, quaſi interrumpens verba ipſius, ait de eo cæteris conuertendis: [dignum dilecto meo ad potandũ:] id eſt, vinum hoc ſpirituale, ſcilicet ꝑdicatio mea ſapientialis ac feruida, mihi à dilecto conceſſa, tam virtuoſa ac placita ei eſt, vt dignũ ſit quòd eam acceptet, & delectetur in ea. [labijsq; & dentibus illius ad ruminandũ.] Quoniam decet vt eam nunquàm obliuiſcatur, ſed memoriter teneat & perpendat ad remunerandum. Poſſunt quoq; per labia & dentes ſponſi, ꝑdicatores & perfectiores fideles ipſius intelligi: qui præ cæteris maſticant verba Dei, dũ eorum ſenſum intimè penſant, recogitant & adimplent, ſubdit demùm Eccleſia: [Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius:] Hoc eſt quod in ꝓcedentibus legitur
Cant. 2. atq; expoſitum eſt: Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Itaq; ego dilecto meo, id eſt, ad eum gratioſè pertineo, eius amore cõtemplationi laudibusq; intendo: & ipſe vultum ſuæ benignitatis cõuertit ad me, & gratioſè me viſitat, me clementer exaudit, nec extra me aliquis poteſt ſaluari: ſicut nec extra arcam Noę quiſquã potuit à diluuio præſeruari. Ideò cõfidenter loquor ad eum: [Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ:] id eſt, qm̃ tu, ô ſponſe, tam gratioſè me viſitâſti, tam clarè illuminâſti, tam validè accendiſti: ego tibi grata exiſtere cupio,
Ioan. 15. tuum honorem & cultũ augeri concupiſco, gratiã mihi collatam alijs opto communicare: ſed quoniam nil ſine te valeo, precor, vt ſimùl proficiſcamur ad catholicę fidei dilatationẽ, ad errantium conuerſionem, ad perditorum ſaluationem. [Veni dilecte mi, qui vbiq; preſens es, iugiter aſſis mihi in corde. [egrediamur] de ſecreto contemplationis [in agrum,] id eſt, in amplitudinem orbis terrarũ. Ager nanq; eſt mundus, vt in Euangelio fertur. [cõ-
Matth. 13. moremur in villis,] id eſt, inter eos qui latam ambulant viam, & ruſticanis moribus ſordẽt, permaneamus, quouſq; ad arctum cõuertantur iter ſalutis, & vrbana decorentur modeſtia. [Manè ſurgamus ad vineas:] id eſt, Eccleſias particulares & congregationes credentium viſitemus, ad reformandum collapſa, & vt informentur ad meliora, & faciamus hoc manè, id eſt, celeriter & feruenter, & ſtatim poſt tuam reſurrectionem manè factam, nocte antiquæ infidelitatis ad terminum ſuum deducta. [videamus ſi floruit vinea:] id eſt, conſideremus, an quæcunq; congregatio ſeu perſona conuerſa, ad proficiendum ſe præparauit, & internæ reformationis refloritionem ſortita ſit. [ſi flores fructus parturiunt:] id eſt, an virtutes &
Galat. 6. dona in actus ſuos proceſſerint, ac meritis exornentur. [ſi floruerunt mála Punica:] id eſt, an hi qui charitate & contemplatione præ alijs debent eſſe igniti ac fulgidi, vt ſunt prædicatores & viri heroici ac prælati, ad palmã quoq; martyrij ſint parati. [ibi dabo tibi vbera mea:] id eſt, tali fructificatione, conuerſione, & diuulgatione fidei ſanctæ ſimùl gaudebimus, & cupitis charitatis infuſæ fruemur amplexibus interioribus illibatis, atq; omnem prædica-

tionem & fructum, cooperationem & administrationem meã, tibi totaliter tanquàm omnis boni datori adscribam. Vtriusq; quoq; testamenti scripturas ad tuam honorificentiam augmentandam fideliter ordinabo. [Mandragoræ odorẽ dederunt] suum [in portis nostris:] Augustin' Mandragoræ (secundùm Augustinũ) sunt poma pulchra odorifera, tñ insipida. Gregorius verò accipit mandragoras pro medicinalibus ac redolẽtibus herbis. Et secundùm vtranq; significationem, per mandragoras intelliguntur excellẽtiores quiq; in sancta Ecclesia, qui vitæ synceritate & bonæ famæ odore resplendent, ac alios attrahunt, suisq; exhortationibus & exemplis animarũ vulnera curant: idcircò in portis Christi & Ecclesiæ, id est, in ipsis exordijs nouiter cõuersorum ac incipientium, fundunt suum odorẽ, ædificando, cõsolando, Rom. 14. roborandoq; tales plantationes nouellas, sicut hortatur Apostolus: Infirmum in fide susci- 1. Thess. 5. pite. Et alibi: Consolamini pusillanimes, susципite infirmos, patientes estote ad omnes. Itẽq; Galat. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite Rom. 16. in spiritu lenitatis. Hinc etiam scripsit quibusdam: Vestra obedientia diuulgatur in omni loco. [Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.] Sicut sancti patres vocantur arbores fructuosæ, formosæ, suaues: ità eorum documenta, exempla, virtutes & opera, poma dicuntur, quæ ex eis quasi de arboribus colliguntur. Ecclesia igitur pro aliorum conuersione feruenter solicita, parit sibi fidutiam, & loquitur sponso: Omnia poma noua & vetera, id est, vtriusq; testamenti scripturas, authoritates, historias, exempla & argumenta, pro fidei persuasione accommoda, diligenter collegi, memoriter teneo, & iam parata sum exponere ad tuum honorem & gloriam, pro aliorum conuersione, eruditione & confirmatione, sicut Matth. 13. & tu in Euangelio protestaris: Omnis scriba doctus in regno cælorũ, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

¶Explanatio eiusdem capituli de Christo & sponsa particulari. Art. 23.

QVàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.] Sponsus cælestis iuxta varium tactum stimulumq; amoris, varijs modis alloquitur sponsam, & diuersis eam nominibus exprimit, iam sponsam, iam sororem, iam amicam, iam columbam, iam immaculatam, iam perfectam nominans eam: & nunc, quasi non sufficiant tot appellationes, tam prædignæ & amorosæ, nominauit eam nomine in hoc libro hactenùs inaudito, videlicet filiam: nec filiam tantùm, sed filiam prin- Psal. 65. cipis, haud dubium, quin illius de quo ait scriptura: Qui dominatur in virtute sua in æternum. Si magna nobilitas est, esse prolem regis seu imperatoris terreni: quanto plùs, esse sobolem regis æterni, ineffabilis est nobilitas? Eccè quantùm dona gratiæ ac virtutũ, rationalem dignificant creaturam. Hanc excellentiam per fidem & gratiam Christi consequimur: Ioan. 1. quotquot emẽ receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hinc rursùs Ioannes hor- Ioan. 3. tatur Apostolus: Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Decuit emẽ, deo incarnato, homines quodammodò deificari. Ideò filius dei docuit nos Matth. 6. sub hac forma orare: Pater noster qui es in cælis &c. Verùm quia ità oramus, diligenter pen- Malach. 1. semus quod per Malachiam loquitur Deus: Filius honorat patrẽ suum, & seruus timet do- Iere. 48. minum suum: Si ergò pater ego sum, vbi est honor meus? Certè meritò dicitur: Maledictus Psal. 118. qui facit opus dei negligenter. Et, maledicti qui declinant à mandatis eius. Beati verò & di- Iob 23. uinæ filiationis appellatione condigni, qui cum sancto Iob ex sententia dicere habent: Vestigia Dei secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis la- Psal. 118. biorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius: vt scilicet viuam secũdùm eorum tenorem. Talis fuit qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Vnicuiq; itaq; animæ sic agenti, loquitur sponsus cælestis: Quàm pulchri sunt gressus tui, id est, valdè virtuosæ sunt tuæ actiones, intentiones, & affectiones in calceamentis, id est, in imitationibus exemplorum patrum sanctorum, qui in omni sanctitate & iustitia Deo ministrauerunt, & coram eo iugiter custoditi, timorati, synceri fuerunt, sempèr soliciti seruare vnitatem spiritûs in vinculo pacis. O filia adoptiua principis summi, de quo ait scriptura: Esther. 13. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Cùm ergò sis filia principis tanti, decet te in omnibus ordinatè, maturè, reuerenter, pcedere: siquidem filiæ regũ docentur valdè cõpositè proficisci. Hinc Deus exhor- Psal. 118. tatus est Abraam Gene. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Et Psalmista fatetur: Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Iunctura feminum tuorum sicut monilia. Femina seu femora animæ, sunt potentiæ eius, in qbus virtutes & vitia subiectiuè consistunt. Hæ emẽ possunt fructũ virtutum producere: quòd si neglexerint, spinas & tribulos germinabũt. Et potissimè femina ista sunt intellectus atq; volũtas, in quibus

bus virtutes & vitia ampliùs habent locũ: quarum virium iunctura, est earundẽ connexio ac mutua influentia. Intellectus etem voluntati ostendit, qd appetere, velle & agere debeat, qã voluntas de se cæca censetur, eiusq; obiectũ est bonum intellectum, id est, per intellectũ suam potentiam apphensum & intellectualiter cognitũ. Voluntas quoq; iam actuata, & pfertim per charitatem ornata, mouet intellectũ & excitat ad agendum per modũ imperij, quia per charitatem pcipit alijs viribus. Dum ergò intellectus voluntatem ordinatè illuminat, & ab immoderato refrenat affectu, voluntas quoq; mouet & excitat intellectum nè torpeat: tunc anima Christi sponsa est fructuosa, & virtutum germinibus tãquàm monilibus decoratur, atq; ab immoderantijs & defluxionibus refrenatur. Propter quod ait Apostolus: Abundan- Hebr. 2. tiùs oportet nos obseruare ea quæ audiuimus, nè fortè superefluamus. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nũquàm indigens poculis. Per vmbilicum, corporale alimentum defertur in ventrẽ, & deportatur ad fœtum: idcircò per vmbilicũ potest intelligi vis cogitatiua, quæ vocatur & intellectus passiuus, & inter vires sensitiuas ac intellectiuas est media, quanuis sit sensitiua atq; organica, quia cum intellectiuis potentijs conuenit in multis, & per eam species rerum ab exterioribus ac interioribus sensibus ad intellectũ peruenium, eo quòd cognitio nostra intellectiua exordiũ sumat à sensitiua. Hæc itaq; cogitatiua potentia, est tanquàm crater tornatilis: qa mediãte sensitiua memoria sibi subseruiente, promptè atq; celerimè offert & præbet intellectui imagines rerum. Vndè & crateri iugiter pleno assimilatur, qa copiosè ac fœcũdè abundat similitudinibus rerũ, quę à sensibus exterioribus per sensum communẽ & phantasiam seu vim imaginatiuam deriuantur ad ipsam. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Venter animę, est mens eius, seu intellectiua memoria, omnium capax & tenax, quæ cælestis verbi semine fœcundatur, & duodecim fructus spiritûs parit, aceruoq; tritici, comparatur, qñ desiderio puro ac feruido ad Deum erigitur, & bonorum propositorum cõceptionibus adimpletur, ac pijs affectibus impinguatur: vt fateatur, A fa- Esaiæ 26. cie tua domine concepimus & parturiuimus, & quasi peperimus spiritum salutis. Specialiter quoq; zelus animarum, seu ingens desiderium fraternæ salutis, venter fœcundus animæ amorosæ potest vocari, quia per zelum hunc sponso gratissimum, producit eidẽ sobolem spiritalem generatione castissima, vtpotè orando, prædicando, exhortando, sanctè & exemplariter cõuersando. Ideò vallatus lilijs perhibetur: non emẽ sensualiter circa proximos, sed purè intellectualiterq; afficitur. Duo vbera tua, scilicet intellectus speculatiuus & practicus, seu misericordia & veritas, sapientia & charitas, &c. sicut duo hinnuli, quia per hæc Cant. 4. anima sancta promptè, copiosè, subtiliter alit seipsam & proximos, prout istud suprà frequenter diffusiusq; expositum est. Collum tuũ sicut turris eburnea, quod in expositione quarti capituli declaratũ habetur. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon. Quemadmodùm inter sensus exteriores clarior, spiritualior, atq; nobilior dicitur visus: sic inter vires animæ interiores, nobilissimus ponitur intellectus, in quo secundùm philosophos atq; theologos pcipuos, consistit felicitas: quæ est sapientiæ actus, cùm & ipsa veritas, ptestetur ad patrem: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ. Vndè & summus ille Philosophus: Felici- Ioan. 17. tas, inqt, est speculatio optimi speculabilis, id est, cõtemplatio altissimæ veritatis. Assimilãtur igitur interiores oculi animæ amorosæ piscinis in Hesebon: Primò, ppter preciositatem & dignitatem ipsorũ: secundò, ob intellectualis luminis claritatem, de quo ait Psalmista: Si- Psal. 4. gnatum est super nos lumen vultûs tui dñe. Porrò intellectuale naturaleq; lumẽ animæ, per studium & exercitium, per informationem & lectionem acuitur, per habitus acquisitos perficitur, sed per habitus infusos, per vnctionem spiritûs sancti, per illuminationẽ angelicam, per veram cõpunctionem, expurgationemq; vitiorum, & exercitationem internam, in actibus vitæ contemplatiuæ præcipuè decoratur, augetur, cõpletur: intantùm, vt inspicere possit etiam diuina secreta, & incerta atq; occulta sapientiæ Dei sibi manifestentur: sicq; sicut in piscinis resplendent intuentium vultus, sic in lumine oculorum animæ vniuersa cernũtur, & inuisibilia Dei noscuntur, immò & anima deprehendit seipsam, & si quid culpæ in ea sit, intuet. Tertiò comparantur hi oculi piscinis Hesebon, propter fœcunditatem, qñ sicut piscinæ illæ feraces sunt piscium copiosè, sic oculi cordis desuper illustrati, & à vitiorum sordibus emundati, sanctis meditationibus, sublimibus contemplationibus, consideratio- nibusq; saluberrimis exuberanter replentur. Deindè in voluntate sanctarum feruores affe- ctionum inducunt, edificatoria quoq; verba emittunt, quia ex abundantia cordis os loqui- Lucæ 6. tur, atq; ad virtuosas & exemplares excitant actiones. Veruntamen ordine quodam hæc faciunt, quia in primis oportet conteri & mœrere de proprijs culpis, deindè compati alijs, ac dominicæ passionis recordari frequẽter: ideò dicitur, piscinis q̃ sunt in Hesebon. Hesebon

equidem cingulum mœroris interpretatur: id circò accingat & paret ſe animus ad ſalubres
Matth. 5. mœrores, cùm aſſerat ſponſus: Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabuntur. Et denuò: Væ vobis
Lucæ 6. qui ridetis. Et: Væ vobis qui habetis conſolationẽ veſtram. Naſus tuus ſicut turris Libani. Per naſum, vt tactum eſt, quo inter bonos & malos odores diſcernitur, virtus diſcretionis inſinuatur: quæ vtiq; virtus, alta & præclara eſt valdè: & contra Damaſcum, id eſt, ſanguinolentum & vitioſum hunc mundũ opponit ſe, quoniam inter ſpiritalem & carnalem diſtinguit ſuauitatem ac voluptatem: diffiniens, à ſenſualibus, fœdis, ac caducis abſtinendum eſſe oblectamentis, quoniam vana & vilia ſunt in ſe, & à ſpiritualibus ac diuinis voluptatibus &
Gregori⁹. conſolationibus impeditiua, immò ad infernalem pertrahentia acerbitatem, atq; æternalem illam beatificæ fruitionis increatæ dulcedinis auferentia voluptatẽ. Non eñ poſſumus modò gaudere cum ſeculo, & deincèps regnare cum Chriſto: ſed huic capiti oportet nos con-
Lucæ 24. formari, de quo ait ſcriptura, Nonnè hæc oportuit pati Chriſtum, & ità intrare in gloriam
Actu. 14. ſuam? Idcircò oportet & nos per multas tribulationes intrare in regnum cælorum. Iugiter ergò vigeat in nobis hæc naris ſaluberrimæ diſcretionis, & quandò occurrerit nobis delectabile aliqd aut iucundum, protinùs inſtàr canum diligentiſſimè odoremus, an verè expediat, an ſit odor aut ſuauitas eius, animæ refectiua, an potiùs ſub mellis ſpecie infectiua: & ſi ſic, ptinùs fugiamus ab ea: in ipſis quoq; ſolatijs & licitis ludis ſeu recreationibus, ab omni
Iere. 9. ſuperfluitate, diſſolutioneq; cordis abſtineamus: quatenùs qui gloriatur, in dño glorietur: & obſeruemus quod ſcriptum eſt Eccl 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Caput tuum vt Carmelus. Caput animæ, eſt ſuprema pars eius, in qua ſuperbeatiſſimæ Trinitatis relucet imago, quod caput dũ à paſſionibus & vitijs fuerit reformatũ & expurgatũ, ſicut hortatur Apoſtolus Ephe. 4. Renouamini, inquens, ſpiritu mentis veſtræ: virtutibus quoq; & donis, ꝑſertim ſapientia, charitate, & ſtabilitate ornatum, inſtàr montis Carmeli ſublime eſt, immò ad ſupremũ omniũ verticem deũ extentum aſſcendẽs atq; pertingens: ſicq; pulchrũ & fructuoſum efficiẽ, carens frutetis culparũ, ſpinisq; paſſionũ. Et comæ capitis tui ſicut purpura regis, iuncta canalibus, id eſt, cõgeries, multitudo, abundantia cogitationũ & affectionum tuarũ, ità eſt coordinata, purgata, & igne charitatis atq; dñicæ paſſionis recordationibus rubricata ac ſplendens effecta, vtpotè aquis ſapientiæ ſalutaris intincta, aquis deuotionis perfuſa, lachrymis deplorationis ꝑſentis exilij ac adſpirationis ad beatificũ dilecti intuitum irrigata, vt vere corã Deo ſit rubens & candida, tanquàm regia purpura in canalibus collocata. Hoc fit, dũ omnis cogitatio oñisq; affectio de creaturis cõcepta, ſi bona eſt, ad creatoris cõtemplationẽ & amorẽ mox ordinaꝛ: ſi praua, protinùs refutatur: nec ſolùm abijciamus cogitationes, affectionesq; malas, ſed etiã minùs bonas, q̃ ſua occupatione & immoratione à melioribus nos retardant, ſicq; (iuxta doctrinã Apoſtoli) cogi-
Hebre. 6. Pſal. 76. temus, apꝑhendamus, & exequamur meliora ac viciniora ſaluti. Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima in delicijs. Hoc à cæleſti ſponſo audiri meretur anima verè timorata, feruens ac nobilis: q̃ extra ſponſum renuit cõſolari, & tempore abſentiæ cõſolatoriæ præſen-
Iob 16. tiæ ſponſi, tanquàm pudiciſſima turtur, gemitũ aſſumit pro cantu, dicens cum ſancto Iob:
Galat. 6. Ad deum ſtillat oculus meus. Et cum diuino Apoſtolo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quòd ſi ſponſus dixerit ei illud Oſeæ, Dies multos expectabis me, non fornicaberis nec eris viro: habeo
Oſeæ 3. interim patientiam magnam, nec fornicatur à Deo. Quod intuens ſponſus, tam conſolatoriè viſitat eam, vt ipſa ex ſententia & felici experientia fateatur: Secundùm multitudinẽ do-
Pſal. 93. 2. Cor. 1. lorem meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Itemq; Sicut pro Chriſto abundat tribulatio noſtra, ità & per Chriſtũ abundat cõſolatio noſtra. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, id eſt, ad ſuperna, cæleſtia ac diuina per cõtemplationẽ & ſanctum amorem erecta es, & in affectum iuſtitiæ prorſùs conuerſa, non retorta, nec incuruata aut obliquata ad carnalia & immunda. Ideò dixi: Aſſcendam in palmam, id eſt, te familariſſimè ac gratioſiſſimè viſitabo, eo quòd tam ſimilis, concors, ac intima facta ſis mihi. ſimilitudo nanq; eſt ratio vnionis & complacentiæ ac colligationis. Ideò videns te in vili ac miſera carne tam ſpiritualem, iuſtam, puram & amoroſam effectam, complacentiam in te maximam habeo, & libentiſſimè in te moram efficio. Tu quoq;, ô anima talis, aſſcendere debes in palmam, hoc eſt, in crucem per cruciformem meĩ imitationem, & te totam mihi affige-
Galat. 2. re atq; inſeparabiliter cohærere, vt veraciter dicas: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: quòd autem nũc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me: ſicq; appræhẽdes fructus eius, id eſt, copioſè particeps eris meritorũ ac virtutũ paſſionis & mortis meæ. Et erũt vbera tua ſicut botri vineæ, id eſt, viſceribus charitatis

tatis & pietatis tota affluues, abundabis, & te alijs largiter communicabis. Et odor oris tui ſicut málorum: quia ex plenitudine internæ deuotionis, diuini feruoris, & gratioſæ illuminationis, ſaluberrima atq; dulciſſima docebis ac proferes verba: eritq; guttur tuum ſicut vinum optimum, quoniam ità loquendo, copioſè ac fortiter reficies & inebriabis audiẽtium mẽtes: quod vinum erit etiam ſpóſo præcipuè placitum. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Hoc dicere ſpectat ad animam, cuius conſcientiæ teſtimoniũ perhibet Spiritus ſanctus, quòd ſit charitate ſuccenſa, Chriſtiq; ſponſa ac filia, cuius tota affectio eſt ad ſponſum: nec diuiſum eſt cor eius, ſed verè pſallere poteſt: Confitebor tibi dñe in toto cor-
Rom. 8. Pſal. 110. de meo: cui moleſtum eſt, quicquid placet huic inſano ac miſero mundo: dulce autẽ, quicquid complacet ſponſo, & quicquid ſibi accommodum eſt ad placendum eidem, quanuis ſint aſpera & aduerſa, dura & afflictiua. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, id eſt, quocunquè perrexero, quicquid peregero, vbicunquè quieuero, tu ô dulciſſime ſponſe, miſericorditer perge mecum, & aſſis, conſerues ac protegas. In quo enim ſcire potero inueniſſe me gratiam coram te, niſi proficiſcaris ſic mecum, & in exercitijs tam actiuæ quàm contemplatiuæ vitæ, benignè aſſiſtas, dirigas, tueaꝛis? ſicq; & ego (te auxiliante) ex ſuperno & fraterno amore, conſiderando ſtatum Eccleſiæ, & pro communi bondero ſolicita, ac pro reformatione generali omni modo mihi poſſibili laborabo. Teq; agente ac dirigente, conſiderabo meipſam in cunctis, & actus potentiarum mearũ, an ſynceri ſint coram te, fructuoſi ac meritorij, atq; per hoc, omne bonum cum ingenti gratiarũ actione tibi ſemper aſſcribam, nec in exercitijs vitę actiuæ à tuo ceſſabo intuitu & amplexu.

¶ Declaratio eiuſdem capituli de Chriſto & ſponſa ſingulari. Artic. 24.

QVàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis. Sacratiſſima virgo, eſt mater & filia vnigeniti ſui, qui eſt princeps pacis: mater, inquam, ipſius, quã-
Iſaiæ 9. tùm ad carnis propagationem: filia verò, ratione creationis & adoptionis, atque æternæ prædeſtinatiõis, & ſingulariſſimæ prouiſionis: cuius incõparabilis virginis greſſus, id eſt, actus & affectus, fuerunt pulcherrimi, quia ſanctiſſimi, nulla culpæ admixtione vnq̃ fuſcati, ſed perfecti, & multę ſupererogationis cõtentiui: in calceamentis, quia ſanctorum patrum veſtigia & exempla tam eminẽter ſequuta eſt, quòd omnibus illis perfectior eſt inuenta. Sequuta eſt innocentiam atq; iuſtitiam Abel, & ineffa-
Gen. 4. 6. 12. 22. biliter innocentior ac iuſtior illo fuit: Cum Noe inter vitioſos & reprobos perfectiſſimè vixit: Obedientiam Abrahæ ſequuta eſt, & tranſcendit: Manſuetudiné Ioſeph, Moſis ac Da-
Pſal. 131. uid exceſſit: & quicquid perfectionis & virtuoſitatis fuit ſparſim in alijs, in ea collectim & cum mira excellentia fuit. Iunctura feminũ tuorum ſicut monilia. Femina deiferæ virginis, ſunt virginea eius fœcunditas, & fœcunda virginitas, ſeu fœcũditas atq; virginitas in ea ſibi inuicèm iunctæ: quæ cunctarũ virtutum ornatibus, tanquàm monilibus deſupèr fabricatis, ſunt politæ. Magnum eſt, eſſe virginem: maius autem, virginẽ tam puram, vt nunquàm inordinatũ paſſa ſit motum, nec ſtimulũ corporis nec cõcupiſcẽtiam appetitũs. Maximum verò, eſſe matrẽ ac virginem. At verò ſupermaximũ eſt, eſſe virginẽ & matrẽ veri Dei. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Per mollem vmbilicũ, accipi poteſt tenerrimæ virginis cõpaſſio in ſui filij paſſione, qua cõpaſſione præcordialiſſima meruit & obtinet nobis pauperculis & puſillis fructũ, virtutem & meritum paſſionis filij ſui. Quemadmodùm eñ (teſte philo-
Ariſtot. ſopho) fœtus per venas vmbilici attrahit ſibi nutrimentũ à matre, ità & nos per venas & merita præfatæ cõpaſſionis, fructum paſſionis Chriſti haurimus. Prętereà, quoniam (teſte Gre-
Gregor. gorio) viris luxuria eſt in lumbis, fœminis autem in vmbilico: poteſt per vmbilicũ præſtantiſſimæ dominæ, accipi incõparabilis caſtitas eius, omni humilitate ac ſapiẽtia decorata: ex qua tanquàm ex cratere, exempla caſtitatis, humilitatis ac ſapientiæ ſumimus & potamus.

Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Nõ ſolùm anima, ſed & corpus cæleſtis puerperæ, ex conceptione, deportatione, generatione & educatione veri Dei, ſupernaturaliter & inenarrabiliter diuinum effectum eſt, & velut Deificatum. Vndè & iſta præconia etiã de corpore & membris ſeu partibus corporis diuiniſſimæ virginis accipi poſſunt. Itaq; virgineus ille intemeratiſſimæ adoleſcentulæ vterus, ex prole adorãda fœcũdus atq; tumeſcens, aceruo triticeo ritè aſſimilatur. Et qm̃ idem mundiſſimus vterus, omni caſtitate ac ſobrietate redolentiſſimus extitit, meritò fertur lilijs decoratus. Spiritualiùs aũt loquẽdo, venter, id eſt, intellectus vnicæ matris, triticeo aſſimilatur aceruo: quia omni ſapientia ſalutari repletus, ad fontem ſapientiæ ſe ſemper erexit, & actibus virtutum ac donorũ in ipſo exiſtẽtium, pulcherrimè fuit ornatus. O q̃ cæliformiter, radioſè, ac munificentiſſimè irradiauit in mente virginis benedictæ ipſe, qui eſſentialiter eſt ſapiẽtia increata ac genita, incarnatus ex illa,

& regescens in ipsa, ac alimentū sumens ex ea. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ ge melli. Hoc suprà de corporalibus ac spiritualibus vberibus mūdissimæ, delectabilissimæ ac delicioſissimæ virginis sæpiùs expositū est. Collū tuum sicut turris eburnea. Collū spiri tuale virginis admirandæ, est libertas animæ eius, semper ad Deū rectè erecta, nullo culpa rum pondere pressa, nulla incursione hostili vincibilis, sed instàr eburneę turris omni virtu tum cōstantia solidata, valdeq; alta, quia ad summū bonū inauertibiliter eleuata. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon. Non dubiū, quin ex assiduo corporali intuitu Dei incarnati, ocu li matris eiusdem fuerint miro modo clarificati fidereiq; effecti, in quibus & interna puri tas, columbina simplicitas, supernaturalis sagacitas mentis virginis tantæ magnificè reluce bant, ità quòd instàr perspicuarum clarissimarumq; aquarum erant perlucidi & synceri: sed & interiores oculi eius pudicissimi, pijssimiq; respectus, acies intellectuales, fides, sapientia, scientia & prudentia, nonnè præclara luce ac lucida puritate, excellentiq; perfectione erāt perfusi & inclyti, ab oīi passionum perturbatione & vitiorū inquietudine penitùs alieni, quemadmodùm aquę piscinarū oppidi Hesebon nomine, leguntur inturbidæ atq; perspi cuæ extitisse? Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit cōtra Damascū. Nasus, vt cerni mus, duo habet foramina, quorū vnū tendit ad concauitatē palati, & necessariū perhibetur ad spiritū seu aērem attrahendū, & odoratum perficiendū. Aliud tendit suprà ad pelliculas cerebri, necessariūq; cōfistit ad expellendū superfluitates de cerebro veniētes. Ideoq;, sicut præhabitū est, per nasum significatur discretio: cuius est bona eligere, confidentiā in Deo assumere, ac nociua tanq̄ sordes abijcere: quæ discretio fuit permaxima in virgine benedi ctissima, quippe quæ in discernendo nunquàm errauit, nunquàm malo sub specie boni de cepta est, nunquàm minus pro maiori bono elegit, sed vnumquodq; sapientissimè ponde rans, tanti illud reputauit, quāti fuit existimandū. O supernaturalis perfectio, ô virgo omni um decus fœminarū, ô præclarissimū creaturarum omniū ornamentum, quàm inęstimabi liter radiabas intùs in anima? Caput tuū vt Carmelus. Caput reginę nostræ, est sancta eius voluntas, nunquàm ad inferiora hæc reprænsibiliter inclinata, sed ad eum qui essentialiter bonus est, semper altissimè ac fructuosissimè eleuata, vtpotè ardentissima charitate ple nissima: ideò monti Carmelo (qui valdè sublimis & frugifer est) similis perhibetur. Potest quoquè per caput imperatricis nostræ, sancta & summa eius intentio sursùm inuiolabiliter fixa, signari. Et comæ capitis tui, id est, pia desideria seu prudentissimę cogitationes cor dis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus. Per purpuram regis, intelligitur caro Christi, propter nos proprio sanguine rubricata: q quasi canalibus iuncta fuit, quandò guttæ san
Lucæ 22. guinis tanquàm stillicidia cruperunt ex ea, & defluxerunt in terram, de latere eius benedi
Ioan. 19. cto lancea perforato exiuit sanguis & aqua. Quoniam ergò sacratissima mater, filio suo in omni eius acerbissima passione amarissimè est compassa, & simùl cum eo pati ac mori opta uit, immò quicquid ille toleraurit in corpore, ipsa tulit in mente: meritò desideria eius ac co gitationes, assimilatæ dicuntur purpuræ regis huius. Quàm pulchra es, & quàm decora:
Gene. 24. magis planè quàm Rebecca aut Rachel, & speciosior prorsùs quàm Esther. Charissima in
Gene. 29. delicijs. Quemadmodùm enim præcūctis compassa est filio suo, nō solùm tempore passio
Esther 2. nis, sed & anteà sæpè, dum futurā eius passionē attēdit, & posteà quoq; dum factam recoluit: sic præ vniuersis & singulis datum est ei spiritualiter gloriari in Christo, & suauissimè delici ari de eius conceptu & gestatione in vtero, de eius lactatione, amplexu, deportatione in brachijs, & de mutua conuersatione cū ipso tot annis. Vnio enim & præsentia cum dilecto, parit lætitiam. Ipsa autē ardentissimè vnicum suū amauit, & eius dignitatē cognouit. Sta tura tua assimilata est palmæ. Nunquàm enim per culpam est incuruata, sed in omni virtute & sapiētia iugiter stetit erecta, ac glorioſissimè de inuisibilibus hostibus triumphauit. Vn dè victoriæ palma meruit insigniri. Et vbera tua botris. Ipsa etenim amabiliſſima dña, per suam sapientiam multos de Christi instruxit mysterijs, multis præbuit vbera consolationis, quæ sua inæstimabili charitate ac pietate instàr affectuoſissimæ genitricis atque nutricis, omnes ad se accedentes & confugientes refouit, lætificauit, & tanquàm optimo vino, spi rituali poculo recreauit. Dixi, assendam in palmam. Si per palmam intelligatur illustris sima virgo, constat, quòd vnigenitus Dei per incarnationis mysterium descendit in eam,
Lucæ 1. & apprænendit fructus eius, quia merita præclarissimæ virgunculæ tam acceptissima ha buit, quòd dignatus est fieri filius eius. Propter quod fassa est ipsa: Respexit humilitatē an cillæ suę, & sicut respexit humilitatē ipsius, ità & fidē, puritatem, charitatem, ac cæteros vir tuoſissimos eius actus. Apprænendit quoq; fructus eius, qa ex puriſsimis eius sanguinibus
Heb. 2. assumpsit & formauit sibi corpus humanum, qui (teste Apostolo) Nusquàm angelos, sed se

men

men Abrahæ apprænendit. Sanguis autem est effectus & quasi fructus eius in quo est, qui per naturalem calorem digerit, & ad sanguinis speciem perducit materiam. Porrò si per palmam intelligatur crux Saluatoris, hanc vtiquè optima mater vnà cum filio suo assen pit affectu, & per imitationem dignissimam, compassionemque maximam, ità quòd ex cellentissimè dicere potuit: Christo confixa sum cruci. Et rursùs: Ego stigmata Christi in Gal. 2. & 6
corpore meo porto. Sicque apprænendit fructus eius, id est, merita passionis Christi. Immò effectus meritorum illorum collegit, participauit, reposuit tam gratioſè, quòd omni bus nobis indè communicat. Ideò sponsus subdit ad eam: Et erunt vbera tua sicut botri vineæ. Glorioſissima nanque genitrix Saluatoris, ex consideratione, imitatione, compas sione passionis filij sui, tantam consecuta est affluentiam gratiæ, tam ineffabilem in omni charitate, sapientia, pietate profectum, quòd hæc ipsa spiritualia eius vbera redundan tissima fuerunt ac sunt ad reficiendum nos omnes vino & oleo, quæ Samaritanus infudit vulneribus à latronibus vulnerati. Et odor oris tui sicut málorum. Odor oris admira bilis virginis, est suauitas suæ orationis, dulcedo saluberrimi sui sermonis, exemplaritas verborum ipsius, laus & psalmodia, quibus Deum iugiter collaudauit, eminentissimè im plens quod scriptum est: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore Psal. 33.
meo. Ideò dictum est suprà: Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Et certè quo Cant. 2.
verba orationum, exhortationum, psalmodiarum ex maiori procedunt charitatis feruore, deuotionis suauitate, puriorique attentione, eo in auribus omnipotentis dulciùs sonant.

Guttur tuum sicut vinum optimum. Sicut per os, ità per guttur sacra verba formantur. Vndè legitur Osec 8. In gutture tuo sit tuba, id est, prædicatio altisona. Studioſissima au tem virgo conseruauit in corde suo omnia quæ audiuit de Christo ab angelo sancto, à Za Lu. 1. & 2.
charia & Elizabeth, à pastoribus, à Magis, à Simeone & Anna, & ab ipso sponso domino ac filio suo. Hæc ipsa postmodùm oportunè docuit alios, ad ipsam pro pleniori infor matione confugientes. quæ informatio fuit optimum vinum spiritualiter inebriatiuum, dignum filio suo eiusque membris ad acceptandum atque potandum. Vndè dictum est antè: Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. In Prouerbijs quoquè: Bibite vi Cant. 5.
num quod miscui vobis. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Sicut præhabitum Prou. 9.
est, locutiones vehementer amoroſæ aut doloroſæ, solent esse truncatæ, quoniam vehe mentia affectionis abrumpit & præscindit verba loquentis: & ità est in his verbis: Ego di lecto meo totaliter sum intenta, deuotiſsimè ei vacans, affectuoſissimè semper inhærens, ab eo excellentissimè sum electa, singulariter prædilecta, familiarissimè & fructuoſissimè ei coniuncta, & facta sum ei mater & sponsa, filia & ancilla, ac domina, quia subditus fuit mihi. Et ad me conuersio eius, id est, quia tam summè & vnicè me dilexit, gratè & hilari ter me adspexit, in omnibus me direxit, custodiuit, protexit, & quia tam gratioſissimè egit mecum & eius amore accensa sum, & totis præcordijs opto ipsius honorem, passionisque suæ fructum, id est, mundi salutem. ideò deprecor eum, Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, id est, meritis tuis & precibus meis conuertatur mundus ad fidem tuam, gratioſeque visitemus genus humanum, vt non in populo Iudæorum duntaxàt, sed vbiquè terrarum di uulgetur in gentibus Euangelium tuum, ac iuxta oraculum meum beatam me dicant, non Lucæ 1.
solùm ex Iudaiſmo conuersi, sed omnes generationes. Commoremur in villis, manendo pijssimè in eorum cordibus, qui erant inculti seu simplices moribus. Manè surgamus ad vineas, Visitando velociter ac benignè quaſcunque congregationes fideles, quia ipsis perи culum est in mora, qui indefinenter indigent gratia nostra & assistentia pia. Videamus si floruit vinea, id est, an vigeat religio Christiana. Si flores fructus parturiant, iuxta exposi tionem præhabitam. Ibi dabo tibi vbera mea, id est, ad tuum honorē effundam charitatem & pietatem meam super credentes, eos maternaliter confouendo ac protegendo tanquàm Ecclesiæ aduocata. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris, id est, precioſissimę virtutes tuæ & merita mea, sapientia & fama Euangelij tui, ac excellentiæ meæ suauiter sunt diffusæ ad gentes propinquas, & per sanctos Apostolos, per quorum prędicationē tanquàm per portam alij introierunt ad fidem atque Ecclesiasticam vnitatem, notificatæ sunt genti bus. Omnia poma noua & vetera, id est, quid ex Lege & Prophetis & ex Euangelica lege didici ac profeci, ad tuę maiestatis gloriā ô dilectiſsime sponse ac fili reseruaui, retuli, nūcq; communico fidelibus tuis, & cunctis electis ad te conuertendis, & per te saluandis: quorum me matrem & aduocatam constituisti.

¶Elucidatio cap. octaui & vltimi: Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ. De Christo & Ecclesia. Articulus 25.

Sicut

SIcut in fine patuit capituli præcedentis, Eccleſia ſponſum hortata eſt ad fideliũ cõuerſionẽ, atq; ad viſitationem & reformationẽ fidelium. Huic itaq; deſiderio adhuc immorans & alludens, ſubiungit: [Quis mihi det]id eſt, ô vtinàm aliqs mihi præſtet, quod tamen à ſolo Deo mihi poteſt cõferri. [te fratré meum, ſugẽtem vbera matris meæ,]id eſt, te ſpõſum verbũ æternum propter me incarnatũ, & in carne ſuſcepta ſugẽtem vbera matris meæ, i. vbera pietatis diuinæ ac gratię, qbus Chriſtus vt homo refocillatus eſt: vel vbera matris meæ, i. legis per Moſen datæ, ſeu Synagogæ, à qua per Apoſtolorũ prædicationem exordium ſumpſit Eccleſia. Quanuis autem Saluator non ſumpſerit à lege Moſaica aut Synagoga aliquam informationẽ, tamen in veritate legis ac doctrina Synagogæ protempore ſuo, ſeu tempore opportuno, delectabatur & exercitabatur, allegauitq; eas & adimpleMatth. 5. uit. Non vẽni, inquiens, legem ſoluere, ſed implere. Itemq; Si crederetis Moſi, crederetis forIoan. 5. ſan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Deniquè cùm Dominus Ieſus duodecim erat annorum, (qui ſecundùm Deitatis naturam, idem ipſe eſt, & anni eius nõ defluunt: immò mille anni ante oculos eius tanquàm dies heſterna ſunt, quæ præterijt) inuentus eſt in medio doctorũLucę 2. legis, ſugens vbera Synagogæ, id eſt, veritate legis reficiens ſe, interrogans illos & audiens. Inſuper ad literam ſuxit Chriſtus vbera virginis glorioſæ, quæ eſt mater & aduocata totius Eccleſię, inquantùm eſt eius regina & aduocata, protectrix & domina, quanuis ſit in alia cõſideratione filia eius. [vt inueniam te foris] id eſt, in gentilibus perfidiſq; Iudæis videam te regnare per fidem & gratiã, in qbus anteà non regnâſti: ità vt ipſi quoq; q tuam fidẽ & plebem in te credentẽ diù ſunt perſecuti, te & tuum Euangelium amplectantur. Vel inueniã, te foris, id eſt, viſibiliter inter homines conuerſantem, qui in Deitatis ſubſtantia incõprehenſibilis es, & inacceſſibilẽ lucem inhabitas. Sic locus iſte exponitur in perſona antiquorum fidelium, q ſub lege naturæ & ſub lege ſcripta aduentum deſiderauerũt Meſſiæ, & eius myſteria cernere cupiebant, vt dictum eſt in exordio huius voluminis ſuper illud: Oſculetur me oſculo oris ſui. [& deoſculer] id eſt, charitatiuè amplectar, atq; per cõtemplationis quietem inter brachia tuæ charitatis ſine perſecutiõe & ingetudine lęta repauſem. [& iam nemo me deſpiciat?] Cùm enim infideles fuerint ad Chriſtum cõuerſi, ceſſabũt Eccleſiã aſpernari ac perſequi, immò venerabunt eandẽ: quod per conuerſionẽ gentiliũ ac Romani imperij proMatth. 17. maxima parte impletum eſt, & ante finem mundi, quãdò Helias reſtituet omnia, pleniùs eſt cõplendum. Synagoga quoq;, quæ nunc iuſtè deſpicitur, & vndiq; eſt diſperſa ac captiua, quandò ad Chriſtum conuerſa fuerit, Antichriſto occiſo, non deſpicietur, ſed honorabilis erit. [Appręhendã tẽ]id eſt, gratulabũda deuotione te amplexabor, & per charitatẽ tenebo, ac tibi firmiter inhærebo. [& ducam] re [in domũ matris meæ,]id eſt, ad plebem Synagogę, eandẽ hortando, vt te deuotione integra amplectatur: ſicut per fidẽ ſuſceptus es à plebe gentilium, & ab ea, ſaltem in parte. Vel in domum matris meæ, videlicet æternæ ſapientiæ, vel triumphantis Eccleſiæ, illuc tecum pariter aſcendendo, & interìm adſpirando, atq; per fidem & contemplationem illuc me elevando. [& in cubiculum genitricis meę:]id eſt, in ſecretarium matris præfatæ, & ad contemplatiuarũ mentium oſcula & amplexus. [ibi me docebis,]id eſt, in actu tam virtuoſo me occuparam abundantiùs illuſtrabis de tuis myſterijs, & ad contẽplandum ſublimia tuæ diuinitatis. Docebis quoq; me in mẽbris meis, id eſt, prefatos homines inſtrues gratioſe. [& dabo tibi poculum ex vino conditũ,] id eſt, ſcientia legis Euangelicæ ac eruditione legis ſcriptæ inſtruam cõuerſos, ſeu conuertendos ad te: & de fide, ſciẽtia & deuotione eorum quaſi reficiam te, id eſt, gloriari te faciam, qui noſtram ſitisTob. 3. ſalutem, nec gloriaris in pditionibus, ſed cõuerſionibus noſtris: quoniã gaudium tuũ eſt forDan. 9. titudo, i. cõſtantia noſtra in gratia & ſalute. [& muſtũ mălorũ granatorũ meorum:] i. recentem lætitiam de cõuerſione, gloria, & triumpho pfectorum filiorum meorũ, ſcilicet contẽplatiuorum & feruidorum, martyrumq; ſanctorũ. Et certè quaſi delicatiſſimum & admirabile muſtum fuerat Chriſto, dũ hi qui paulò antè perſequebantur ſponſam ſuã Eccleſiam, conuerſi per eam, cœperũt pdicare, defendere, ac diuulgare Euangelicam legẽ, ac mori pro eo. Prætereà ſancta Eccleſia ſpiritu Prophetico pollẽs, atq; in ſpiritu vidẽs ſe iſta conſecutura per ſponſi auxilium, addit: [Leua eius] videlicet ſpõſi [ſub capite meo]id eſt, ipſe in præſenti per dona gratiæ me miſericorditer conſolatur, ſuſtẽtat, exaudit. [& dextera illius amplexabitur me:]id eſt, in futuro per dona gloriæ amplectetur me plenariè ac perfectè, quãProu. 3. dò ad ſuæ Deitatis fruitionem beatificam me perducet. Nunc enim in ſiniſtra eius experior diuitias gratiæ, & gloriam conſolationis internæ, præſertim de aliorum conuerſione, & de ſpirituali profectu meo ac filiorum meorum, tunc autem inueniam in dextera eius lõgitudinem dierum æternitatis. Cùm ergò tam amoroſè habeat ſe ad me, confido me exaudi-

tam.

tam. Huic gratulationi & quieti ſponſus aggaudẽs, & ſponſam ſuã Eccleſiam infeſtari prohibens, ſubdit: [Adiuro vos filię Ieruſalem, nè ſuſcitetis neq; cuigilare faciatis dilectam, do- Cant. 2.
nèc ipſa velit:]quod ſuperiùs bis habitum eſt atq; expoſitum: & ad diuerſas partes Eccleſiæ Cant. 3.
poteſt iuxta præmiſſa referri. Conſequenter conuerſa ſynagoga, eminẽtiam Eccleſiæ Chriſti perpendẽs, ſeu ipſa Eccleſia gratiarũ chariſmata ſynagogæ in fine præſtanda cõſiderans, cum admiratione exclamat: [Quæ eſt iſta,]quaſi dicat, Valdè præclara eſt, [quę aſcendit de deſerto]id eſt, de ſeculo iſto nequam, de valle hac lachrymarum, de ſolitudine ſeculi olim relicti à Deo, de cõuerſatione terrena aſſurgit ad conuerſationem cęleſtẽ, ad amorem atque intuitum ſupernorũ ac diuinorũ, ad altitudinẽ regni cælorũ, ſicut hortatur Apoſtolus: Quę Col. 3.
ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terram. Et Dominus: Nolite, inquit, theſaurizare ſuper terram, ſed theſaurizate vobis Matth. 6.
in cælo. [delicijs affluens,]id eſt, ſpiritualibus gaudijs conſolationibus q́ abundans, etiam in aduerſis: ſicut Diuinus fatetur Apoſtolus: Repletus ſum gaudio, abundo conſolatione in 2. Cor. 7.
omni tribulatione noſtra. Vndè in Euangelio ſponſus: Gaudete, inquit, in illa hora & exul- Matth. 5.
tate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælo. Affluit aũt Eccleſia ſancta delicijs, cõtemplando fideliter, ſapientialiterq́ cernendo ac dulciter præguſtando omnem pulchritudinem, beatitudinem, dulcedinem ſponſi, & intimè congratulando eidem, põderando quoq; beneficia eius atq; promiſſa, iuxta quod aſſerit Paulus Ro. 5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. [innixa ſuper dilectum ſuum,]id eſt, ſuper ſponſum ſuum appodians, ſeq; reclinans, hoc eſt, pietati, opi, & gratiæ ſponſi ſui, non proprijs viribus ſemper & vbiquè innitẽs, ſicut Iſaias hortatur: Quis ambulat in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Ipſe equidem dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Ideò ait Ioan. 15.
vas electiõis: Gratia Dei ſum id quod ſum. Et Deus per Oſee prophetam: Perditio tua ex te, 1. Cor. 15.
in me tantummodò auxilium tuum. Deindè Chriſtus dilectionem ſuam eximiam ad ſpon- Oſee 13.
ſam oſtendit, loquens ad eam: [ſub arbore málo ſuſcitaui te.]id eſt, virtute & merito paſſionis meæ, quam tuí amore ſuſtinui, ad gratiam ac ſalutem te vocaui & reparaui, ſicut in Euangelio ſum locutus: Sicut Moſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto, ità exaltari oportet filium ho- Ioan. 3.
minis, vt omnis qui credit in ipſum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. Vndè & princeps Apoſtolorũ in prima ſua ſcripſit canonica: Chriſtus ſemèl paſſus eſt pro peccatis noſtris, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, deglutiens mortẽ, vt vitæ æternæ efficeremur hæredes. Hinc prædictũ ab Iſaia fuit: Ipſe aũt vulneratus eſt propter iniqtates noſtras, attritus eſt pro- Iſaiæ 53.
pter ſcelera noſtra, cuius liuore ſanati ſumus. Itaq; per arborem quæ málus vocatur, crux deſignatur: qa iam ſuprà in laudibus ſpõſi locuta eſt ſpõſa, Sicut málus inter ligna ſyluarũ, ſic Cant. 2.
dilectus meus inter filios. Hæc arbor alio nomine qñquè vocat málogranatũ, & eſt pulchra valdè, fructuoſa, & alta: idcirco per eã crux Chriſti præſtantiſſima ritè exprimitur, qa eſt arbor excellentiſſimè decora ac fulgida, ornata regis purpura, electa digno ſtipite tam ſancta Ambro.
membra tangere. In qua & per quam recuperata eſt ſalus mundi, quæ rubricata ac decorata eſt precioſiſſimo ſanguine filij Dei. De qua rurſùs cantat Eccleſia: Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla ſylua talem profert fronde, flore, germine. Prætereà quidam exponunt hæc verba in perſona Eccleſiæ, quæ ſub arbore málo ſuſcitat ſponſum, id eſt, in orationibus ſuis inuocat eum, & exaudiri expoſtulat virtute ac meritis Dominicę paſſionis. [ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua:]id eſt, in Chriſti crucifixione Synagoga mater Eccleſiæ corrupit & violauit ſeipſam ſuis ſceleribus, negando, abijciendo, occidendoq; ipſum vnigenitũ Dei, hæredẽ, ſponſum, regem & Saluatorem ſibi deſupèr miſſum, dicens coram Pilato: Tolle tolle, crucifige eum. Et rurſùs: Non habemus regem niſi Cęſarem. Ioan. 19.
Itemq;, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Vndè per Ieremiam ſponſus prædixit: Matth. 27.
Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in via: dedit cõtra me vocem ſuam, ideò odiui eam. Ierem. 12.
De hoc Daniel propheta apertiſſimè eſt vaticinatus: Poſt hebdomadas, inquiens, ſeptuagin- Dan. 9.
taduas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui negaturus eſt eum: & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce futuro, & finis eius vaſtitas, & vſquè ad finẽ perſeuerabit deſolatio. Pſalmiſta quoquè, Obſcurentur oculi eorum, nè videant, & dorſum eo- Pſalm. 68.
rum ſemper incurua: Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ compræhendat eos. Cùm ergò tam ingrata & peruerſa fuerit perfida Synagoga, hortatur Chriſtus Eccleſiam, vt grata ſit ſibi. [Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum:] id eſt, me Saluatorem tuum & vniuerſa quæ pro tua ſaluatione aſſumpſi, feci ac pertuli, indelebiliter imprime cordi tuo atq; memoriæ, ſicut circunciſionis ſignũ imprimebatur & mãſit in carne, & crucis ſigno cõſigna te vndiq;. Et quia non ſufficit recordari, ſed neceſſè eſt etiam fideliter operari, ſubiungitur:

[Vt

[Vt ſignaculum ſuper brachiũ tuum:]id eſt,ſuper vim tuã operatiuam, ità vt totis viribus ex recordatione paſſionis meæ mihi obedias, me ſequaris, quemadmodùm iuſſi: Qui mihi
Ioan.12. miniſtrat,me ſequat̃.Itemq́:Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem
Luc.9. ſuam quotidiè,& ſequatur me.Qui enim ſunt mei,carnem ſuam crucifigunt cum vitijs & concupiſcentijs: & qui dicit ſe manere in me, debet ſicut ambulaui ego,& ipſe ambulare. Quidam autem exponunt hæc in perſona Eccleſiæ, quaſi ipſa roget ſpõſum, quatenùs ipſe dignetur eam ponere ſuper cor ſuum,diligendo & recordando eam aſſiduè, & etiam ponat eam vt ſignaculum ſuper brachium ſuum,ità vt brachio omnipotentiæ ſuæ eam defendat: ſed prima expoſitio aptior reputatur. Sic ergò,ô Eccleſia, memor ſis mei:[quia fortis eſt vt mors dilectio:]id eſt,qa tam fortiſſimè & perfectè dilexi te, vt pro tua ſalute acerbiſſimam ac ignominioſiſſimam mortem ſponte pertulerim.Idcircò grata ſis,& ſaltẽ taliter te aman-
1.Ioan.2. tem redilige, ſicut ait Ioãnes Apoſtolus:Diligamus eum, quoniã ipſe prior dilexit nos. Rurſùs,fortis eſt,vt mors,dilectio:quia perfecta & ſyncera dilectio,pro nulla aduerſitate, tribulatione,immò neq; pro morte effugienda,à dilecto recedit.Propter quod loquitur Paulus:
Rom.8. Certus ſum,qa neq; mors,neq; vita,neq; inſtãtia,neq; futura poterũt nos ſeparare à charitate Dei,quę eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro.Idcircò ſi diligis me,debes me ità ſuper cor tuum ac brachiũ ponere,meq́; cruciformiter imitari,ac eſſe parata ad moriẽdum,ex charitate mea pro me,pro fide atq; iuſtitia.[dura, ſicut inferus,æmulatio.] Aemulari,multa ſignificat, videlicet imitari,inuidere,amare,zelari,& iuxta hoc poteſt hoc verbum multipliciter explanari.Primò ſic:dura,ſicut inferus,æmulatio:id eſt,pœnale & laborioſum eſt mea ſectari veſtigia in omni patientia,paupertate,humilitate,continentia,& obedientia vſq; ad mortem: quod totũ his qui charitatẽ nõ habẽt,inſtàr infernalis ſupplicij, quaſi intolerabile quid videtur.Secundò ſic:Aemulatio,id eſt,inuidia qua Iudæi ingrati oderunt me,& ex odio me perſecuti ſunt,dura fuit vt inferus:quia me omninò perdere,& memoriam meam de medio
Pſal.87. tollere,meq́; in inferno detineri volebant,iuxta quod legitur in Pſalmo: Poſuerũt me in lacu inferiori,in tenebroſis & in vmbra mortis. Tertiò, dura eſt ſicut inferus æmulatio,id eſt, amatio intolerabiliter affligit amantem, & languidum facit ac vulnerat, niſi conſequatur amatum.Quartò,æmulatio,id eſt,zelus Dei,ſeu diuini honoris zelatio, eſt dura vt inferus: qa ad aggrediendum ardua atq; duriſſima,immò & mortis pericula, excitat ac inducit.Vn-
Pſal.68. dè zelator huiuſmodi loquitur Deo:Zelus domũs tuæ comedit me. Et Helias: Zelo zelatus
3.Reg.19. ſum pro Domino,& quærunt animam meam,vt auferãt eam.Talis quoquè zelus duriſſima infert ſupplicia aduerſarijs diuini honoris,vt conſtat de Phinees, qui zelo Dei commotus, pugione confodit idololatras fornicantes:& de Helia qui occidit prophetas Baal, atque de
Act.5. Principe Apoſtolorum, qui in mendoſos Ananiam ac Saphiram tulit mortis ſententiam:ſic
1.Cor.5. & Paulus inceſtuoſum Corinthium tradidit ſatanæ in interitum carnis.At verò prẽinducta quidam aliter exponunt,dicendo:Sub arbore málo,id eſt,propter originale peccatum com
Gene.3. miſſum ſub arbore vetita,quam ad literam dicunt fuiſſe málum,ſeu málogranatum.Ibi corrupta eſt mater tua,id eſt,Eua ſeu generatio carnalis,quoniam ibi tranſgreſſa eſt Eua diuinum mandatum,ſicq́; corrupta eſt mente per inobedientiam,qua mens à Deo auerſa,eſt,& violata corpore,quod ex tunc factum eſt rebelle ſpiritui,& neceſſitatem moriẽdi incurrit. Vndè & taliter corruptam peperit prolem.Nè ergò & tu ità corrumparis ac violeris, pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum,id eſt,tanquàm ſpecioſum aliquod,quod clauditur,nè cernatur ſeu auferatur,attende ac recole me ac mea præcepta. Quia fortis eſt vt mors dilectio, id eſt,ſicut author mortis fuit ad decipiendum,ſic ſpiritualis dilectio fortis eſt ad reſiſtendum ac benè agendum.Dura ſicut inferus æmulatio, id eſt, inuidia. Porrò quod ſubditur,
Gregor. Lampades eius,lampades ignis atq; flammarũ, exponit de inuidia ſanctus Gregorius, dicẽs: Sicut ignis conſumit quæ incendit,ità inuidia ab omni virtute & opere meritorio inuidos arefacit.Immò & ad perſequẽdum fideles,inflammat inuidioſos ac perfidos,quod patuit in Iudæis atq; gentilibus diù ac dirè perſequentibus Chriſtianos.Communiùs autem exponitur iſta authoritas de charitate, cuius lampades,id eſt,feruidæ inflammationes, ſeu perſonæ inflammatæ ab ea, dicuntur lampades ignis atq; flammarum: quia valenter ardent in ſe,& flammigera proferunt verba,virtuoſaq; opera,alios quoq; accendunt. Vndè dixit Saluator:
Lũcæ 12. Ignem vẽni mittere in terram,& quid volo niſi vt accendatur?Sic accenſi diſcipuli ſunt lo-
Lucæ 24. cuti:Nonnè cor noſtrum ardẽs erat in nobis(de Ieſu)dum loqueretur nobis in via? de cuius vigore adiungitur:[Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem:]id eſt,perſecutiões & aduerſitates,quæ in ſcripturis frequenter aquæ vocantur,non valent charitati, quæ perfecta eſt,præualere.Charitas quippe eſt fortiſſima ac agilima virtus,nec aliqua alia forma aut virtus

virtus tam expeditè & fortiter agit,vt charitas.Et ſicut elementum ignis, eſt alijs elementis formaliùs,actiuiùs,ac celeriùs operans,immò alia ad ſuam formam conuertens,&reſiſtentibus prævalens,eaq́; deuorans:ſic charitas cęteris virtutibus eſt diuinior,potentior,ac victorioſior.Et ſicut qualitates elementares fortiùs operari incipiunt,dũ ſua contraria ſentiunt, quod per antipariſtaſim fieri perhibetur:ſic charitas perfectorum, dum aquæ tentationum & abundantia ac impetus perſecutionum &impugnationum eam inuadunt,valentiùs operatur,ac toto ſuo vigore intra ſe recollecto,reſiſtit robuſtiùs ſuis contrarijs,comminationibuſq́; illatis conſtantior redditur,quemadmodùm in glorioſis ac beatiſſimis claruit Chriſti martyribus,qui immaniſſimas pœnas ac crudeliſſimas mortes patientiſſimè,immò & hilari animo pertulerunt,quod de ſacratiſſimis,illuſtriſſimis,tenerrimiſq́; puellis ſupermirabile fuit.Ideò additur:[Nec flumina obruẽt illã]:Intelligẽdo per flumina,impetuoſos tyrãnos, copioſoſq́; pſecutores,& exq́ſita ac plurima,q̃ inferre poſſunt,ſupplicia,qbus oñibus martyres benedicti ſpaluerunt intantùm,qꝑ perſecutores infinitis ac maximis ſanctorũ martyrũ victi miraculis,tãdèm infidelitate abiecta,facti ſunt Chriſtiani. Veruntñ ſicut aqua abũdans debilem extinguit ac obruit ignẽ,ſic charitas puſillorũ ex ſui infirmitate ſubiecti, poteſt ex perſecutiõibus & aduerſitatibus vinci:Vndè ſubiungit:[Si dederit homo oẽm ſubſtantiã domũs ſuę pro dilectione,quaſi nihil deſpiciet eã:]tanq̃ dicat:Multi ex charitate largiunt̃ ac diuidũt opes ſuas pauperibus,qui tamẽ charitatẽ nõ appreciantur, intantùm vt ex ea parati ſint mori,ꝑ Deo in veritate:ideò charitatem videnẽ deſpicere.Ordo eñ charitatis Deut.6.
requirit,vt homo Deũ ſuper oĩa incõparabiliter diligat,ità vt mãlit propriã vitã, ſeu ipſum Matth.22.
& oñia ſua amittere,q̃ Deũ relinquere:ad quod debet ſe dare,&ità ſentire ꝓ ſuppoſito auxi- Marc.12.
lio gratiæ.Vel ſic,ſi dederit homo pauperibus oẽm ſubſtantiã domũs ſuæ, id eſt, non ſolùm ſuperflua,ſed cũcta quæ poſſidet,pro dilectione obtinenda, ſeu cõſeruanda & perficienda, ſeu pro Deo quẽ amat,quaſi nihil deſpiciet eã,id eſt,charitatẽ omninò vilipendet,ſi nil amplius fecerit,id eſt,ſi putauerit ſibi iſtã largitionẽ ſufficere ad ſalutẽ,cùm per ſe nequaquàm ſufficiat,quia & ipſam cupiditatẽ, ac propriam voluntatẽ improbam,oẽmq́; interiorem af- Gregor.
fectum inordinatũ oportet abijcere:hoc eſt,abnegare,vincere & reformare ſeipſum.Parùm eſt equidẽ,abnegare ſua:multùm verò,abnegare ſeipſum:quod tamen neceſſariũ eſt,quantùm ad hoc,vt nihil ꝓceptis contrariũ habeat in ſe homo:qa regnũ cælorũ vim patiẽ,& vio- Matth.11.
lenti rapiunt illud.Vel ſic:Si dederit homo oẽm ſubſtantiã domũs ſuę pro dilectione,id eſt, pro Deo ex charitate:quaſi nihil deſpiciet,id eſt,totam ſuã poſſeſſionẽ nullius reputabit eſſe momenti aut valoris,reſpectu ſpiritualis dilectionis,cùm ei dignitatẽ ſaluberrimoſq́; effectus cœperit deguſtare & experiri,qualiter vniat mentem Deo,&diuinæ mereatur dulcedinis guſtũ,animi libertatẽ,diuinorũ contemplationẽ, ac transformationẽ in omnium fontem bonorũ:ex qbus commouebitur homo ad vniuerſorũ contemptũ atq; faſtidium terre-
norũ,ſicut in Euãgelio legitur:Simile eſt regnũ cælorũ homini negociatori,quærẽti bonas Matth.13.
margaritas:Inuenta aũt vna preciosa margarita,abijt & vendidit vniuerſa q̃ habuit, & emit eam.[ſoror noſtra paruula eſt,& vbera nõ habet.]Hæc eſt vox ſponſi ad veteres ſanctos de
primitiua Eccleſia,q̃ in Euangelio dixit:Nolite timere puſillus grex, qa placuit patri veſtro Luc.12.
dare vobis regnũ.Hæc paruula fuit numero perſonarũ & perfectione virtutũ ante miſſionẽ & ſuſceptionẽ Spiritusſancti,quãdò metu Iudæorũ ſedit clauſa, nõ audens publicè præ- Lucæ 24.
dicare,immò nec apparére.Paruula etiã fuit,id eſt, humilis & abiecta:nec habuit vbera,id Ioan. 20.
eſt,affluentiam doctrinę cæleſtis & Euãgelizandi potentiã,quibus alios cõuerteret &nutriret.[Quid faciemus ſorori noſtrę in die quandò alloquẽda eſt?]id eſt,interrogãda & examinanda de ſua noua religione ac fide ab aduerſarijs ſuis,vel alloquenda, id eſt, inſtruenda ac viſitanda à Spirituſancto per allocutionẽ internã,& admonẽda per inſpirationẽ angelicam, vt ſit ſponſa perfecta,fœcunda,magnanimis,non formidans mori pro ſponſo, ſed generans ei ſobolem copioſam per Baptiſmũ ac prædicationẽ feruentem:quę allocutio præcipuè facta eſt in die Pẽtecoſtes,quo ſpiritumſanctum in igneis linguis recepit pleniſſimè,ità quòd ſubitò facta eſt eruditiſſima in ſcripturis,ardẽtiſſima in amore,oĩm linguarum perita, omni virtute perfecta,& paratiſſima mori pro Deo.[Si murus eſt:]Eccleſia iſta,ante miſſionẽ Spiritusſancti fuit murus,id eſt,ædificiũ imperfectũ,& turrim perfectionis non habẽs:Fuit etiã murus,id eſt,aliqualiter roborata in fide & gratia,per frequentẽ Chriſti apparitionẽ,præſertim per eius aſſcenſionẽ.[ædificemus ſuper eã propugnacula argẽtea:]id eſt, authoritatibus & intelligẽtijs ſcripturarũ inſtruamus eandẽ,poteſtate quoq; faciẽdi miracula & oĩm dono linguarũ eã firmemus::quatenùs per hæc ſuã fidẽ ac prædicationẽ queat roborare,defendere,ſeq́; contra hoſtes munire, ac alios rationabiliter confutare ac vincere: quod totũ miſſo

desuper Spiritusancto ità planè peractum est, quòd multa millia aduersariorũ, multaq; turba sacerdotum per beatissimi principis Apostolorum & coapostolorum ipsius sermocinationem, virtutes, miracula, subitò sunt cõuersa. [Si ostium est,] Immò quia est, quoniam per doctrinã & ministeriũ primitiuæ Ecclesię, alij innumerabiles introierũt ad fidem. Nam & potestatẽ ligandi atq; soluendi à Christo susceperit. [Compingamus] id est, operiamus ac decoremus [illud tabulis cedrinis: id est, charitate, pietate, cæteris quoquè virtutibus & misericordię corporalibus spiritualibusq; operibus. Vel tabulis cedrinis, id est, personis cõstantibus, elegantibus, & perfectis: q̃ instar cedrorũ emineãt vita, sciẽtia, fama, miraculis, nè corrumpi queant peccatis. Vel tabulis cedrinis, id est, pijs credentiũ turbis. His verbis prouocata Ecclesia ad obtinendum à sponso huiusce modi armaturã atq; ornatũ, nõ præsumptuosè aut seipsam inaniter laudans, sed cõfidens in dño, & ei totum quod habet bonũ ascribẽs, aut certè de collata perfectione gratias agens, respondet: [Ego murus,] quia (vt tactũ est) ante Spiritussancti missionẽ fuit notabiliter roborata per resurrectionẽ, assensionem q; Saluatoris in fide & gratia: accepto aũt Spiritusancto, multo robustior & inexpugnabilior est effecta, charitatisq; glutino ac pacis vinculo adunata. [& vbera mea sicut turris:] id est, abũdantissimã prædicandi sapientiã, efficaciam, & doctrinam sortita sum ex infusione paracleti, ante cuius etiam missionẽ spõsus insufflauit in me, Accipite, inquiens, Spiritumsanctũ. Et aperuit mihi sensum, vt intelligerẽ scripturas. [ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens:] id est, totum hoc nõ meis assecuta sum meritis, sed gratia sponsi, coram quo pacẽ peperi, dum misericorditer me punit, gratis redemit, patri reconciliauit, pacemq; obtulit sponte, frequenter dicendo: Pax vobis. Et rursùs: Pacẽ meam do vobis. Non quomodò mundus dat, ego do vobis. Verunth quia pax vitæ præsentis, multis perturbationibus exterioribus, aduersitatibusq; miscet, nec admixtione quorũdianarũ caret culparũ: ideò meliùs dico, quasi reperiẽs, q̃ absolutè, reperiẽs. Vel quod ait, quasi, notat veritatẽ, nõ similitudinem tantùm, sicut Ioan. 1. scriptũ est: Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Pax verò æternitatis, quæ habet in patria, est perfecta & pura, nulli inquietudini aut culpæ admixta. At verò sancti viri ità in Deo sunt fixi, q̃ licèt desit eis pax temporis, retinẽt tamen pacem mentis, qa exterior turbatio interiorẽ corũ quietem non aufert, immò in illa gratias agunt Deo. Superior ętem pars animæ, debet esse quasi sphæra cælestis, ac regio orbis superioris: ideò sicut meteorologicæ impressiones, quæ fiunt in aëre, nõ attingũt nec inquietant orbem cælestẽ, sic inquietudines ac strepitus, q̃ fiunt forinsecùs, aut in sensitiua parte exurgunt, mentem nõ debent attingere, perturbare, obnubilare. Ex his cõsecutum est, quod infertur: [Vinea fuit pacifico:] id est, modo prætacto paruula soror facta est grãdis Ecclesia, generalisq; sponsa: quæ, vinea ob causas frequenter prænabitas nuncupatur. Et hæc fuit pacifico, id est, ad Christum, q̃ mundum Deo patri reconciliauit, pertinuit: q̃ est caput, sponsus, Saluator, iudex, legifer, rex, pastor, doctor, monarcha, protector dominusq; Ecclesię, q̃ in Euãgelio protestatur: Simile est regnũ cælorũ homini patrifamiliãs, q̃ plãtauit vineã. Fuit ergò hæc vinea Christo, [in ea quæ habet populos:] id est, in terra hac, in qua omne genus hoĩm commoratur, ex quibus Ecclesia cõgregatur. Vel in ea pace, lege, aut religione, quæ sub se continet plurimas nationes. [Tradidit eã custodibus:] id est, agricolis, vt in Euãgelio legitur: hoc est, doctoribus & prælatis cõmisit eam custodiendã, immò potestati seculari & spirituali: sed & angelis sanctis: & ipsemet dñs est principalis custos ipsius, sine cuius custodia alij nil prodessent, secũdùm illud Psal. 126. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ, frustrà vigilat qui custodit eã. Hinc ait per Isaiam: Super muros tuos Ierusalẽ cõstitui custodes. Primi aũt custodes Ecclesiæ, fuerunt sancti Apostoli, inter quos vnus cõstitutus est totius Ecclesię custos ac pontifex, scilicet beatissimus Petrus, & post eũ successores ipsius. [Vir affert pro fructu eius mille argenteos.] Fructus summus totius Ecclesiæ, est Christus Iesus, natus ex virgine de semine Dauid, de quo fructu cecinit Isaias: In illa die erit germen dñi in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Deus quoq; per Ieremiam: Suscitabo (inqt) Dauid germen iustum, & regnabit rex. Atq; Psalmista: Terra nostra dabit fructũ suũ. Sed & sancta Elizabeth ad matrem Lucæ 1. fructûs istius: Benedictus fructus ventris tui. Pro hoc fructu nunc obtinẽdo ac possidendo per fidẽ & gratiã, ac demùm in regno per gloriam, vir qcunq; fidelis, præsertìm religiosus, affert mille argenteos, id est, cũcta tẽporalia bona sua exponit, relinquit, largiť pauperibus ad gloriam Dei. Millenario aũt, tanq̃ numero maximo & perfecto, totalitas seu perfectio rei eximiť. Vel sic: Vir, i. Christus, de quo Ieremias pdixit: Mulier circundabit virũ. Et Zacharias: Eccè, vir oriens, nomẽ eius. Affert pro fructu eius mille argẽteos, id est, fideliter laborãtibus ac fructificantibus in vinea sua retribuit pro mercede mille argenteos: hoc est, remunerationem

Act. 2.
Matth. 16.
Ioan. 20.
Ioan. 14.
Lucæ 24.
Ioan. 20.
Ioan. 14.
Matth. 21.
Luc. 20.
Matth. 21.
Isaiæ 62.
Isaiæ 4.
Ierem. 23.
Psal. 84.
Lucæ 1.
Ierem. 31.
Zacha. 6.

nerationem perfectã in patria, quæ remuneratio per mille argẽteos, ob causam prætactam, notatur, in Euãgelio aũt per denarium diurnũ significatur. [Vinea mea coram me est:] Hæc sunt verba Christi de Ecclesia, quasi dicat: Ecclesiam quam custodibus tradidi, nequaquàm relinquo: sed principalis custos eius permaneo, inuisibiliter operando in animabus fideliũ, & gratiam ac virtutes infundendo, conseruando ac perficiẽdo, & instigando mentẽ ad meliora accendendoq; voluntatẽ, ac intùs regnãdo per fidẽ & charitatẽ, qui promisi Ecclesiæ: Eccè ego vobiscũ sum cunctis diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. Itemq;: Non relinquam vos orphanos. Itaq; vinea mea corã me est, i. mihi est placita, & eã piè adspicio, nec à luce ,puidentiæ meæ recedit. [Mille tui pacifici, & ducenti his q̃ custodiunt fructus eius.] Intricata est litera ista, quæ multipliciter elucidať. Primò sic: Mille, supple, argẽtei, de qbus dictũ est paulò antè, Vir affert pro fructu eius mille argẽteos, i. omnia tẽporalia, quę pro Christo expoſuisti, pacifica tibi sunt, id est, ad pacẽ æternæ salutis tibi proficiẽt, qa pro tẽporalibus virtuosè expensis æterna bona recipies. Vndè in Euangelio monui: Facite vobis amicos de mamona iniqtatis, &c. Et rursùs seruo fideli: Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dñi tui. Et ducenti, supple, argentei paci, id est, causę salutis erunt his qui custodiũt fructus eius, id est, præfatis Ecclesiæ custodibus seu prælatis, q̃ spirituales ac temporales argenteos, id est, tẽporalia & spiritualia beneficia cõmunicant & impendũt sibi commissis: propter quod duplici honore sunt digni, & duplici pmio coronabunť, gloriaturi de proprijs subditorum q̃; meritis, quẽadmodùm Danieli Gabriel ait: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmameti: & qui ad iustitiam eruditi multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Itaq; tam millenarius quàm cẽtenarius, qa vterq; perfectus est numerus, plenã salutis æternę remunerationẽ designat: ducentenarius verò, id est, duplicatus centenarius, designat ampliora benè præsidentiũ præmia. Vel per mille, designatur plenitudo futuræ mercedis: per ducentos aũt, remuneratio quædã in seculo isto, eo modo quo ait Saluator: Omnis q̃ reliquerit patrẽ aut matrẽ &c. cẽtuplũ accipiet, scilicet in præsenti, & vitam æternam possidebit. Quidam exponunt sic: Mille pacifici tui, id est, O Ecclesia vinea Dei, hi qui in te sunt pacifici, pacẽ in se conseruando, seu in alijs reformando, ac pacificè cõuersando, habebũt mille, supple, fructus retributionum & gaudiorũ cælestium, id est, copiosos ac plurimos valdè, ponendo numerum determinatũ pro indeterminato. Beati emꝑ pacifici, qm̃ filij Dei vocabunť. Et ducẽti, supple fructus, hoc est, duplex pfectio pręmiorũ cõferetur his qui custodiunt fructus eius, id est, opera bona efficiunt, & conseruant in seipsis ac alijs cum omni diligentia, custodientes corda sua ac subditorũ. Nonnulli exponunt sic: Mille, supple, fructus (vt dictũ est) erũt pacifici tui, id est, ipsius Christi, qui est pacificus & pacificator tuus, ô vinea Dei, quoniã omne bonũ Ecclesiæ, præsertìm redundat in Christũ, & accidentale præmiũ ei est indè: ducẽti verò fructus, id est, multo minor est retributio seu gloria pſidentium aliorũ, quanuis iustorũ. [Quæ habitas in hortis,] id est, tu Ecclesia quę vbiq; terrarum cõmoraris in diuersis regnis & locis vberrimis, ac particularibus Ecclesijs, cõgregatiõibusq; deuotis: sicut totũ dicit esse in partibus suis, & denominationẽ sortiť ab eis. In hortis quoq;, id est, virtutũ exercitationibus, in qbus sunt flores gratiæ, fructus virtutũ, gramina meditationũ & affectionũ sanctarũ, & in locis spiritualiter deliciosis, atq; in ipsis virtutum delicijs. [amici auscultant] te, id est, hi qui mihi obediũt, & te amant, auidè ac diligenter te audiunt: sed & Angeli sancti custodes tui, de tuo gratulantes profectu, diligẽter considerant tua eloquia, cupiẽtes vt fructuosè loquaris. [fac me audire vocẽ tuã.] Sicut superiùs dixi: Sonet vox tua in auribus meis, i. prædicationi, orationi & laudibus Dei tam assiduè ac deuotè insistas, vt in huiusmodi actibus tuis delecter. Ad hæc respondet Ecclesia: [Fuge dilecte mi:] id est, per gloriosam tuam assensionem scãde in cælũ, vt illuc te sequar, & me illuc perducas: vel fuge, id est, à Iudęorũ persecutione ad tẽpus te subtrahe, quousq; tẽpus passioni tuæ præordinatũ aduenerit: quod vtiq; Christus in Euãgelio feciſſe legiť, iuxta illud: Iesus abscõdit se & exiuit de templo. Et denuò: Iesus ergò non iam in palàm ambulabat apud Iudæos. Vel fuge, id est, tecũ celerrimè transfer me de præsentis vitæ ærũnis ad regnũ cæleste, in quo æternaliter incessabiliterq; me audias te laudantẽ. Fuge quoq; à cordibus reproborũ, & ad meam prædicationẽ corda ingredere electorũ: fuge ab obstinata & incredula Synagoga, atq; gentiles misericorditer visita. [& assimilare] id est, similẽ te ostende, hæc omnia velocissimè peragendo, [capreæ hinnuloq; ceruorum:] quæ sunt bestiæ valdè veloces, de quarũ proprietatibus dictũ est sæpè, & cur spõsus eis tam frequẽter assimiletur. Fuge, inquam, [super mõtes aromatũ.] id est, super cælos ascende, & in cælo empyreo reside, ac super omnium ordines angelorũ quiesce ad dexterã patris, qui cæli ac angeli sancti sunt mõtes aromatũ, quia cor-

Matth. 16.
Matth. 28.
Lucæ 16.
Lucę 19.
Matth. 25.
1. Tim. 5.
Dan. 12.
Matth. 19.
Matth. 5.
Ioan. 8.
Ioan. 11.

poraliter aut ſpiritualiter eminent valdè ſublimiter,& in ipſis ſunt voluptates plenæ felicitatis,ſuauiſſimiq; odores virtutum,ac perfectiſſimi actus donorum.Mõtes quoquè aromatum,ſunt corda electorum deuota,cæleſtium contẽplatiua,& quę ſurſùm ſunt ſemper quęrentia:ſuper quos montes aduenit ſponſus,gratioſè conuertens,viſitans, illuminãs atq; accendens eos,in quibus ſunt odoramẽta virtutum,remedia ſpiritualium infirmitatum,ſuauitates orationum,meditationum,diuinarumq; laudum.

¶Declaratio eiuſdem cap.de Chriſto & ſponſa particulari. Artic. 26.

Iſaiæ 6. QVis mihi det te fratrẽ meũ.O q̃ ineffabiliter dignificata eſt natura humana,&totũ genus humanũ per incarnationis myſteriũ,per verbi æterni humanationem, ità vt eũ,quem Cherubin ac Seraphin cõprædere nequeunt,& cũ reuerentia inæſtimabili ac pauore adſpiciũt,q eſt Deus & creator,iudex ac dñs noſter, immò & vniuerſorũ,fratrẽ audeamus vocare.Hãc cõfidentiã præſtitit ſumma & incõprehẽſibilis dignatio,pietas atq; dilectio eius ad nos, quatã ſupermiſericordiſſimè nos ꝓuenit,& noſtram naturã in vnitate perſonæ ſuę diuinę cõiunxit naturę.Hinc tãtæ charitatis ac pietatis cõſideratione anima inflammata,exclamat: Quis mihi det,ô vtinàm mihi ꝓſtetur,& vtinàm tu ipſe mihi cõcedas,te fratrẽ meũ,ſecũdùm naturã aſſumptam, q̃ es dñs Deus creator meus,ſecũdùm tuã maieſtatẽ diuinam ac adorandã,ſugentẽ vbera matris meæ,ſcilicet virginis glorioſæ,q gloriaris in documẽtis Euangelicæ legis,& in donis ac bonis Dei patris atq; Eccleſię militãtis,ac inſtãr ſugẽtis,profundiora ſcripturarũ myſteria elicis ex eadem,& nobis per vnctionẽ Spiritusſancti hæc manifeſtas. Vt inueniã te foris, id eſt,etiã in exterioribus occupationibus,& actiuæ exercitijs vitæ, actualiter memor ſim tui, tamq; perfecta ſim in charitatis feruore,in ſapientiali cognitione,in omni virtutũ ſtabilitate,vt à tua contẽplatione & actuali dilectione,à mẽtis recollectione & oratiõe interna non impediar per externa:immò manducãdo,laborando,cũ hoibus cõferendo, ſemper memor ſim tui,& omnia corã te faciam ordinatè.Et,ô vtinàm inueniam te foris,id eſt, in cunctis ſenſibilibus creaturis te omniũ glorioſiſſimũ creatorem contempler,ſapientiam tuam admirer,maieſtatẽ tuam honorem.A magnitudine enim ſpeciei creaturæ, potes tu omniũ cõditor conſpici & agnoſciſticq; in ordine vniuerſi,in floribus & virgultis,in arboribus,herbis & gemmis,in fœcunditate terrę,vaſtitate oceani,amplitudine aëris,magnitudine ignis elementaris,in fontibus,fluminibus ac maribus,in cælis,aſtris,planetis, animalibusq; diuerſis, excellentiam tuã immenſam ſyncerè valeam contẽplari,decenter vereri,vehemẽter diligere,deuotè laudare,ac totis ſemper viribꝰ honorare:ſicq; ex his ad interiora rapiar,ac te ſponſum deoſculer,te totis adſtringam prẽcordijs,& ꝑcordialiſſimis amplectar viſceribus. Et iam me nemo deſpiciat,id eſt,ex hac tam familiari & amoroſa tua adhæſione,deoſculatiõe, ac cõmunione tam eminenter dignificabor,vt nemo me queat rationabiliter aſpernari,tãquàm infidelem tibi ſponſo cæleſti. Inſuper anima virtuoſa zelo fraternæ ſalutis ac diuini honoris ſuccenſa,dicit:Quis mihi det,vt inueniam te foris,id eſt,in proximorum conuerſatione ac moribus,hoc eſt,vtinàm des eis ſic conuerſari,quòd in eorum vita,verbis & apparatu,gratia & pia tua præſentia inueniãtur atq; reluceãt ità,vt tu honoreris ab eis,& alij ædificẽtur in eis.Hoc quælibet religioſa perſona pro ſecularibus oret. Et deoſculer, id eſt,de tali tui inuentione foris tam cordialiter gaudeam,ac gratias tibi agam,vt præ vehemẽtia pij amoris,totus in te reſoluar,& meipſum intimè applicẽ tibi. Appræhẽdam te brachijs charitatis,& cordis affectu te ſtringam.Et ducam in domum matris meę,& in cubiculum genitricis meæ,id eſt,in mẽtes eorum,inter quos viuo ac habito,ſeu in congregationem & particularem Eccleſiam,cuius ego ſum membrum ſeu filius:hoc eſt,pro illorum conuerſione, profectu,ſalute te exorabo,& eos verbis & exemplis conabor inducere ad aperiendum tibi corda ſua per deſideria virtuoſa,& ad recipiendum ac retinendum te in ſecretario ac thalamo mentis ac conſcientiæ ſuæ,vt tibi ſemper adhæreant atq; obediant.Ibi me docebis,id eſt,in tali actione & ſtudio illuminabis me plenius de pertinentibus ad ſalutem, & diriges
1.Tim.3. me,vt efficaciter ſciam, qualiter me in domo tua inter proximos ac domeſticos oporteat conuerſari:vt cuncti ædificentur in me, nec ſim alicui lapis offenſionis, petráve ſcandali. Nempe qui ex charitate ſyncera pro communi bono & fratrum ſalute piè ſolicitatur,& pro proximorum laborat,orat,ſatagitq; profectu,vt Deus in omnibus & ab omnibus honorificetur,præcipuam illuminationem meretur,ac tali homini tanquàm amico & filio adoptiuo
Iſaię 28. chariſſimo,Deus omnipotens ſuas gratiarum diuitias impartitur.Nam & talis quodammodò reficit Deum,qui ait per Iſaiam: Hæc requies mea,reficite laſſum.Hinc ſubditur: Et dabò tibi poculum ex vino condito,id eſt,operationem tibi delectabilem exercebo, & offeram

ram ex aliorum conuerſione,deuotione ac eruditione ſalubri.Et muſtum mălorum meorũ, id eſt,ſpiritalem inebriationem deſideriorum feruentiũ mei ac proximorum, tibi cũ omni gratiarum actione aſſcribam: ſciens quòd omnia noſtra bona ac merita,tua ſint munera: & nè, ô proximi & amici,diffidatis de gratioſa aſſiſtẽtia Dei.Nã eccè lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me,id eſt,tam amicabiliter & benignè ſe habet ad me, ſicut ſponſus ad ſponſam ſuam,ſub cuius capite ponit ſuã ſiniſtram,& cum dextera ſua amplecti tur eam.Porrò quod facit mihi pauperculæ & indignæ,faciet libenter & vobis:dummodò ad hoc vos diſponatis,faciendo diligentiã veſtrã,& inuocando directionem, ꝓuentionem, aſſiſtentiam eius.Non enim apud Deũ eſt perſonarũ acceptio,nec alicui quod in ſe eſt faci- Acto.10.
enti,ſe negat.Itaq; læua eius ſub capite meo,id eſt,mentem meã nũc piè ſuſtẽtat,cõſeruat ac roborat per beneficia huius vitæ,per dona gratiæ ſuæ,per Sacramẽta Eccleſiæ,per conſolationem internam, per futurorũ bonorũ fiduciã,per feruorẽ & alacritatẽ, quas habeo in eius obſequio,ità quòd iugum eius ſuaue eſt mihi & onus leue:ex quibus ſpes mihi oritur certa, Matth.11.
quòd dextera(id eſt,gloriоſa ꝓſentia ſua & poteſtas pijſſima)amplexabitur me in cælis, q̃m ex perceptione præſentium munerũ,certa fit expectatio futurorũ.Prætereà, qui ità appetit Gregor.
ſuſtentari & amplexari à ſponſo,oẽm adulterinam,vilem,carnalẽ conſolationem deſpiciat: negligentiam oẽm & torporẽ abhorreat,& corã Deo ambulet reuerenter,cuſtoditè ac purè. Animã aũt taliter ſe habentem in graui hoc corpore,tã ſynceram,alacrẽ ac feruentẽ, tam infatigabiliter proficientẽ,meritò alij admirantur,dicẽtes:Quę eſt iſta quę aſſcendit de deſerto,id eſt, de corpore iſto mortali?De quo ait Apoſtolus:Scio q̃ non habitat in corpore meo Rom.7.
bonum,& de conſortio iniquorũ,relicto à Spirituſancto,diſcedit,properãs ad ſpiritalia ac ſuperna,aç dicẽs:Infelix ego homo,q̃s me liberabit de corpore mortis huius,de impedimẽ- Ibidẽm.
tis q̃bus me à ſpiritualibus exercitijs impedit,de paſſionibus ſenſualitatis & inquinamentis carnis mortalis? Innixa ſuper dilectũ ſuũ,tranſitorijs ſpretis,ſoli cæleſti ſponſo tota affectione adhærens,& propria defectuoſitate penſata,illius auxilio cũ omni humilitate confidenter innitens.Tali animę loquitur ſponſus:Sub arbore mălo ſuſcitaui te,id eſt, in ara crucis te ad vitã gratiæ reſuſcitaui:& quantùm in me eſt,à ſomno peccati,ab oñi pigritia te excuſſi,ità vt conſideratione dilectionis,paſſionis ac mortis meæ,meritò debeas inflãmari, & tuam ſalutẽ cum metu,timore & tremore operari,iugiterq; ſtudere vt grata ſis mihi, & mea ſecteris veſtigia,crucifigẽdo ſpiritualiter temetipſam,& mei exemplo,obediendo ac patienter viuendo vſq; ad mortẽ.Recogita ergò me,q̃ tanta pertuli propter te, nè laſſeris, & curre
propoſitũ tibi certamẽ cum gaudio,adſpiciẽs in me tuæ ſalutis authorẽ: qui propoſito mi- Heb.12.
hi gaudio,ſuſtinui crucẽ,confuſione contẽpta:q̃m propter te dignatus ſum fieri opprobrium hominũ atq; abiectio plebis,& videri vermis magis quàm homo. Et viſus ſum tanq̃ le- Pſalm.21.
proſus,& quaſi percuſſus à Deo,vt nouiſſimus virorum, vt vir dolorum. Eccè qualiter ſub Iſaiæ 53.
arbore crucis te ſuſcitaui,nè vnquàm per ingratitudinem aut negligentiam obdormias in mortẽ. Ibi corrupta eſt mater tua,ibi violata eſt genitrix tua, i. Eccleſia pro maxima parte ingrata facta eſt mihi,& paſſionis meę ſaluberrima medicina,eſt ei occaſio maioris dãnationis,eo quòd meam charitatẽ ac paſſionẽ non penſet,nec imitetꝰ,immò rebellis ſit,& carnalia aſſequatur.Quod nè tibi quoq; contingat,pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum,vt
ſignaculum ſuper brachium tuum,id eſt,mihi totaliter configaris,beneficia mea perpẽdas, Auguſtin.
& mihi totis viribus obſequaris.Omnia quæ pro te paſſus ſum,cogita atq; recogita, & quotidiè diligenter reuolue ac recole.Primò,ad recordandum nè obliuiſcendo ſeu non penſando grauiſſimè pecces,quia præcipua pars ingratitudinis, eſt beneficiorum obliuio. Secundò,ad compatiendum. Tertiò,ad imitandum & conformandum te amaritudini meæ paſſionis,omniq; charitati,patientiæ,manſuetudini,humilitati,fortitudini,atq; conſtantię, quas in paſſione mea & perſecutionibus meis exercui ac monſtraui. Quartò, ad gratulandũ de omni fructu & effectu ſalubri paſſionis ac mortis meę. Quintò ad regratiandũ. Sextò, ad admirandum quòd ego dominus maieſtatis pro te paupercula tanta ſuſtinui. Septimò, ad diligendum,vt ex conſideratione horum,quæ pro te pati dignatus ſum,meo accendaris amore. Octauò,ad contemplandum altitudinem conſilij ſapientiæ ſuperglorioſiſſimæ Trinitatis ſuper modo redemptionis humani generis pro me.Pone igitur me crucifixum ſuper cor tuum,& aſſuefce indeſinenter intueri mentaliter totius paſſionis meæ acerbitatem ità attentè,ac ſi præſentialiter & corporaliter videres me omnia illa pati:& ante horum meditationem recollige memoriã tuam in me,atq; per charitatẽ coniunge te mihi,& penſa quòd pro te ex nimia charitate hæc pertuli.Pariterq; attende,quantùm tu affligereris,ſi taliter lacerareris flagellis,pungereriſq; ſpinis,& toto corpore violentiſſima diſtentione diſſipare-

ris,ac ſpiſſis clauis perforareris:ac ſimùl aduerte,quis,qualis,& quantus ſum ego, qui omia illa ſuſtinui. Quia fortis eſt,vt mors, dilectio ſpiritualis, quam ad te habui, & qua me pro te
Ioan.15. expoſui. De qua dixi: Maiorem hac charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Etenim ſpiritualis dilectio, quantumlibet parua, maior & fortior eſt omni amore carnali,omni ſenſuali affectione,omni amore inordinato ac vitioſo: quoniam facit Deum ſuper omnia incomparabiliter diligi, & eſſe paratum pro ipſo mori, & mâlle mortem ſubire,quàm Deum offendere.Ideò lampades eius,lampades ignis atque flammarum: quia accendunt amantis præcordia, & erumpunt in verba flammigera, lucent & ardent,& feruida pariunt opera, aliosq; inflammant. Ideò aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem,neque flumina obruent eam: quæ incomparabiliter preciosior eſt omni terrena ſubſtantia: cunctaq; bona exteriora,immò & propria pro ea obtinenda,conſeruanda, perficienda,promptè ſunt expendenda.De qua dictum eſt verè:Nil durum,nil aſperum,nil graue,nil lœtale computat verus amor:quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes præualent perfectum ſuperare amorẽ?Si amor eſt,omnia vincit. Ideò vitanda eſt & prorſus ſpernenda ac abijciẽda eſt omnis carnalis & inordinata affectio,cura terrena, occupatio immoderata,& quicqd charitatẽ in nobis lædere poteſt ſiue minuere.Charitatis quoq; profectui iugiter eſt ſtudendũ,conſiderando q̃ amabilis & ſuperamabilis ſit dñs Deus noſter in ſemetipſo:beneficia etiã & promiſſa ipſius.Atq; ex cõſiderationibus his animã noſtrã excitando,hortãdo,aſſuefaciẽdo ad amorem ſuperoptimi Dei.Itẽ aſſiduè adſpirando ad ipſum cum feruenti affectu,& eius pietatem inceſſanter rogando,vt charitatẽ ſuam in nobis quotidiè augere & complere dignetur.Inſuper laudibus Dei libenter inhærendo, ac vigilanter fugiendo quicquid offenſiuum eſt eius.Prætereà de anima deuota,ad ſpiritalem profectum ac vnionem ardentẽ adſpirante,adhuc tamen puſilla &imperfecta,loquitur ſponſus ad paranymphos ſiue ſodales,quaſi de puella paruula ad amplexum anhelantẽ,ſed nondùm ſatis annoſa & nuptijs apta:Soror noſtra paruula eſt,id eſt,adhuc imperfecta & in ſtatu incipientium quodammodò poſita.Et vbera non habet,quia adhuc modicæ illuminationis ac charitatis eſſe videt. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quandò alloquenda eſt,id eſt,quandò tractabitur ſecum de ſpiritali amplexu ſpõſi,& de perfectione interna ac deſpõſatione ſecundùm ſtatum perfectum?Si murus eſt,ædificemus ſuper eum propugnacula argentea, quaſi dicat:Si iam apta videretur & per virtutes morales conſolidata,infunderemus ei ornamenta intellectualium virtutum,ſapientiæ atq; ſcientiæ illuminationes ſecretas, & intelligentias ſcripturarum in arduis locis. Si oſtiũ eſt,id eſt,tantæ perfectionis,vt per eius ducatũ alij poſſint introduci ad me:cõpingamus illud tabulis cedrinis,id eſt,actibus pietatis ſupernæ,charitatis fraternæ,vnctionis internæ,perfectionibus q; donorũ.Porrò anima pia,& quãuis nondùm perfecta,tñ perfectiõis cupida vehemẽter,terrenaq; omia amore perfectionis parata relinquere,immò & Euãgelica adimplere cõſilia cupiẽs,audiẽs ſe differri à coniunctione plena cũ ſponſo,vehemẽtiùs inflãmata ad ipſius inhæſionẽ,ſubitò, non interrogata,& cõtinere ſe neqens,ait:Ego mur⁹,& vbera mea quaſi turris.Quaſi dicat:Nolite putare,quòd nimis paruula ſim ad ſponſi amplexum,aut vberibus carens:qa tam magna & fortis ſum quaſi murus,& vbera mea ità grandia,tumida & exuberantia,vt queant turri aſſimilari.Veruntñ non p̃ſumptuoſè aut meipſam inaniter laudans,hoc dico: quia etſi ex meipſa ſum paruula,& alios lactare fouereq; impotens,tamen adiutorio ſponſi,& gratioſa p̃uentione illuminationeq; eius,ad vnionem cũ ipſo,& ad ſpiritalium vberũ actus idoneam me confido,ſaltẽ vt tendam & adſpiré ad perfectam coniunctionẽ cum ipſo.Propter quod addo:Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacẽ reperiens,id eſt,quoniam ipſe miſericorditer me præuenit,aſſumpſit,redemit,& reconciliauit patri æterno,ſicq; per ipſius chariſmata gratioſa efficior apta,nec æquanimiter ferre poſſum repulſam.Iſtud totũ dicere poteſt quęcũq; perſona,cupiens religionem intrare,ſeu perfectioni ſtudere,cęleſtibusq; vacare,cuius vbera,ſunt tam pia ac feruida deſideria:quæ tamen ab alijs retrahitur,quaſi adhuc nimis iuuenis,parua,inepta ad talia:quæ confidens in dnomino,dicat:Ego murus, quia omnia poſſum in eo qui me confortat.Et vbera mea quaſi turris,quia deſideria mea feruentia pertingunt vſq; ad ſponſum cæleſtẽ. Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacẽ reperiens,id eſt, quia ipſe iam præſtitit mihi aliqualem pectoris pacem.Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos. Vnaquæq; anima virtuoſa,ſponſa eſt Chriſti,& ager eius,domus,thronus ac vinea,cuius botri,ſunt actus virtuoſi,ſpiritaliter refectiui,& charitatis feruore inebriatiui. Hæc anima habet populos,qa ſpiritaliter diligit,p̃ximos, & pro eorũ ſalute zelat,conat,& ſi præſit, habet quoſdã ſibi commiſſos, pro quorũ profectu ſicut pro proprio ſatagit. Vir affert pro fructu eius

mille argenteos, qa Chriſtus pro eius efficaci cuſtodia largitur tam animæ ſeipſam cuſtodienti,quàm eius ſlato,retributionem in cælo plenariam. Deniq; quadruplex eſt cuſtodia hominis.Prima & maxima,qua cuſtodit à deo,qui dixit ad Iacob:Ero cuſtos tuus,quôcunq; perrexeris. Vndè orat propheta: Cuſtodi me vt pupillam oculi.Secunda, qua cuſtoditur ab angelo ſancto,iuxta illud in Pſalmo: Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiãt te in omnibus vijs tuis. Tertia,qua cuſtoditur à ſuo ſlato. Vndè dictũ eſt Ezechieli: Speculatorem te dedi domui Iſrael. Et beatiſſimo Petro: Paſce oues meas.Quarta,qua per rationẽ & gratiã cuſtodit ſeipſum,iuxta illud Deut.4.Cuſtodi teipſum & animam tuã ſolicitè.His tribus cuſtodibus cõmittit & tradit ſponſus quanlibet animam Chriſti fidelẽ. Nam & de traditione vltimæ cuſtodiæ,in Eccleſiaſtico legit:Deus creauit hominem,& reliquit eum in manu cõſilij ſui. Vinea mea coram me eſt.Dñs enim ſaluator & ſponſus, ꝓuidentiam habet vniuerſorum ac ſingulorum determinatam atq; perfectam,ꝓſertim fidelium animarũ, quæ ei ſunt placitæ,quas intuetur & conſeruat pijſſimè. Mille tui pacifici,id eſt,ô anima Chriſti ſpõſa,pacifici tui,id eſt,hi qui tibi pacẽ pectoris,temporis,& æternitatis ꝓcurant,ſunt mille,id eſt,innumerabiles,videlicet angeli ſancti & oẽs ad myſticum corpus Chriſti pertinentes, qui iuuant ſe inuicèm, & merita ſua mutuò ſibi cõmunicant. Hinc ſanctus vir Heliſæus locutus eſt:Plures nobiſcũ ſunt,quàm cum illis. Et ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius. Hoc iuxta p̃cedentis expoſitionem articuli,de prelatis accipitur,pro qbus plures ac ſpeciales fiunt orationes,& maiora angelorum adſunt præſidia. [Quæ habitas in hortis:] id eſt,ô anima virtuoſa,quæ in puritate cõſcientię & thalamo mentis quieſcis,vel in cõgregationibus cõmoraris deuotis,& nũc per fidem,cõtemplationem, deſideriũ, in cæleſtibus manſionibus habitas,& cõuerſationẽ habes in cælis.In hortis quoq;,id eſt,in amœnitatibus, fructibus,floribus,delectationibusq; virtutum,& nutriris in croceis,[Amici auſcultant te:]id eſt, amatores tuæ ſalutis angeli ac prælati idonei,& oẽs ſpiritualiter te amantes, verba & actus aduertunt, & virtuoſè te occupari deſiderant, tuaq; bona vident libenter. Ideò nè tam honorabiles ac fideles offendas,aut cõtriſtes amicos,debes iugiter boni quid agere, & verecũdari coram tantis ac talibus te turpiter, viliter, aut inhoneſtè habere. Etem̃ probus animus veretur & erubeſcit coram eo peccare,quẽ pro ſe videt piè ſolicitum. Fac me audire vocẽ tuam,id eſt, tam reuerẽter & aduertenter in orationibus tuis me alloquaris, tam purè ac feruidè in hymnis,pſalmis,ac canticis ſpiritualibus me collaudes,tam diſcretè alios exhorteris ac inſtruas, vt vox tua mihi in omnibus iſtis cõplaceat. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum ſuper mõtes aromatum. Sponſa hæc ſapienter perpendẽs, quòd ſponſus nunc per proſpera, nunc per aduerſa, nunc per conſolationem dulciſſimam, nunc per conſolationis ſubtractionem,nunc per ſeipſum,nunc per angelos vel homines virtuoſos aut præſidentes viſitet ſponſas, pro hac ipſa ſalubri viciſſitudine & alternatione ſponſum precatur,vt ſcilicet fugiat ab ea,vel ab afflictionibus eius ceſſando,eamq; celeriter cõſolando, vel conſolationem & alacritatem ſenſibilem ſubtrahendo ad tempus, vt interim quæratur feruentiùs,& ipſa anima propriam defectuoſitatem humiliùs recognoſcat,& poſt hæc ſolita benignitate ad eam celeriter reuertatur.Hinc ſanctus Iob dixit:Manum tuam lõgè fac à me. Et rurſùs: Recede paululùm ab eo, putà ab homine, vt quieſcat.Vel fuge, quia indignam me iudico tua tam gratioſa præſentia,ſicut princeps dixit Apoſtolorũ ad Ieſum: Exi à me,quia homo peccator ſum Domine.Fuge,inquam, & mane ſuper montes aromatũ, id eſt, in animabus ſanctis & dignis, charitate, deuotione, & omni virtutum ſuauitate fragrantibus requieſcas.Porrò aliæ huius particulæ expoſitiones, præhabitæ ſunt.

Iob 13. Iob 14. Lucæ 5.

¶Elucidatio eiuſdem capituli,de Chriſto & ſponſa ſingulari. Art. 27.

SIcut in quibuſdam amatorijs cantilenis,finis cum principio in verbis aut ſenſu coincidit:ità in hoc cantico canticorum,ſecundùm expoſitionem quorundam:ità quòd ſicut exordium huius libri, videlicet, Oſculetur me oſculo oris ſui,eſt verbum ſpõſæ ad myſteriũ incarnationis Chriſti ſponſi ſui affectuoſiſſimè adſpirantis,ità & initium huius capituli. Itaq; ſingularis ſponſa ſacratiſſima virgo vnigenitum dei cupiens incarnari,ex affectionis ſanctæ abundantia loquitur: Quis mihi det te fratrem meum, id eſt,ô vnigenite patris æterni,quis mihi concedat vt tu deus meus,qui cum patre & Spiritu ſancto vnus es deus,vnuſq; dñs,fias frater meus,aſſumendo naturam humanam:ſic, inquam, det te fieri & eſſe fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ,id eſt, ſcripturas legis ac ſynagogæ, de qua nata ſum,approbantem,& quaſi inſtàr ſugentis eliciendo, profunda & obſcura eius myſteria elucidantem,prędicantem,delectabiliterq; guſtantem.Vt inueniam te foris,id eſt, videam te in aſſumpta humana natura viſibiliter apparentem,& inter homines cõuerſantẽ.

Et deoſculer, iuxta tertiã primi capituli expoſitionẽ. Et iam hoc facto ex me & per me, ne-
Lucæ 1. mo me deſpiciet, immò beatam me dicẽt, & honorabunt oẽs generationes, tanquàm ſoro-
rem, matrẽ, ſingularemq; ſponſam dilectiſſimã, vnicamq; Dei incarnati amicã. Et verè non
poterũt me tãquàm ſterilẽ aſpernari, cùm fuerim mater tua, q melior mihi es, nõ ſolùm plùs
quàm decẽ filij, immò plùs quàm cæteri filij vniuerſi. In lege quippe ſterilis erat maledicta,
id eſt, opprobrio habita: ſed mater & virgo, mater potiſſimè filij ꝺei, dignitatis tã infinitę, ho-
norandiſſima cõprobaꝛ. Inſupèr poteſt hic paſſus in perſona exponi virginis glorioſæ, ar-
dẽtiſſimè cupientis fidẽ ac religionẽ vnici filij ſui toto orbe terrarũ diffundi, & ipſum ſpõ-
ſum, fratrẽ, filium, ac ꝺñum ſuũ, ab vniuerſis & ſingulis debitè honorari & coli: ſicq; inueni-
re eum foris, id eſt, in exterioribus quoq; hominum factis & moribus, & pſertìm in gentili-
tate conuerſa: quo facto, nemo eã deſpiceret, id eſt, nõ fidẽ credentiũ: ſed tanquàm ꝺei matrẽ
veneraretur, qa & honor filij ſui, honor eſt eius, ac redũdat in eã, ſicut & eius. quẽadmodùm
Ioan. 5. eñ dixit Saluator, Qui nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ q miſit illũ: ſic dicere po-
tuit, Qui nõ honorificat filiũ, non honorificat matrẽ, quæ genuit eũ: ſicut quàm plures hæ-
retici volentes patrẽ quaſi honorare, aſſeruerunt filiũ eius eo omninò minorẽ: & per hoc nõ
laudes & honorẽ, ſed blaſphemias obtulerunt: ità q negant Chriſti ꝺeitatẽ, irrogant iniuriã
maximam virgini matri, & dignitatẽ eius prorſùs diminuunt. ſed & qui Chriſti tranſgredi-
untur pcepta, nonnè & matrẽ eius agnoſcunt offendere? Appræhendã te. Beatiſſima ma-
ter dulciſſimum filiũ ſuum iugiter appræhendit ſpirituali appræhenſione, cõtemplãdo, di-
ligendo, brachijs charitatis ſtringendo eundẽ, viciſsìm quoq; eum corporaliter apphendit,
ad lactandum, ad deferendum, ad amplectendum, ad deducendũ, ac oſculandum. Et du-
Lucæ 2. cam in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. Glorioſiſſima nanq;, diebus puri-
ficationis impletis, duxit filium ſuũ ad templum, quod fuit domus ſynagogæ, & fuit in eo
quaſi cubiculum eius, videlicet ſanctum ſanctorũ. Lætis quoq; oculis deduxit eum in hora
aſſcenſionis ad cæleſtẽ Hieruſalem matrẽ ſuam, & ad thronũ gloriæ, veluti ad cubile. Ibì
me docebis. Certum, quòd Chriſtus increata ac genita ſapientia patris, matrem ſuã dulciſ-
ſimam atq; docilimã, docuerit omi hora in vita hac, inſtructione & vnctione interna. In ſu-
perna aũt Hieruſalẽ edocet eam ſua beatifica viſione, & de effectibus ſuis ac ſecretis myſte-
*angelici ſpi ritus rijs tam excellentiſſimè eã informat, vt vniuerſi * angelicorũ ſpirituũ purgentur, illuminẽ-
tur, ac perficianꝰ ab ea, vt diuinus Dionyſius faſſus eſt. Porrò quod ſubdit, Et dabo tibi po-
Dionyſ⁹. culum ex vino conditũ: qdam exponunt quaſi verbum à Chriſto, platum, & verbum ex ore
matris ſuæ rapientem, ac ei dicentẽ: Et dabo tibi poculum ex vino conditũ, id eſt, lætitiam
ſpiritualiter inebriantẽ, cui erit admixta ęterna ſecuritas, dotesq; corporis, & alia multa gau
dium illud perficientia. Nihilominùs iuxta ſenſum pphabitum, poteſt iſtud exponi in perſo-
na virginis ſacræ ad ſponſum, cui de cõuerſione & ſaluatione innumerabiliũ tranſgreſſorũ
impiſſimorumq; hominum dedit poculũ ex vino cõditum, id eſt, multiplicis iucunditatis
materiam. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabiꝫ me. Certiſſimum eſt, q
per chariſmata gratiæ, per conſolationes internas, per abundantiam meritorũ, læua Chriſti
fulciêrit mentẽ matris ſuæ dulciſſimæ, quã & dextera ſua familiariſſimè ac iucundiſſimè eſt
amplexata in cælis. Quæ eſt iſta q aſcendit de deſerto, delicijs affluẽs? Hoc in aſſumptio-
ne virginis glorioſæ dicere potuerunt cũ ingenti admiratione vniuerſi cæleſtis Hieruſalem
ciues, tam glorioſiſſimã virginis aſſumptionẽ non mediocriter obſtupeſcentes, q tunc ple-
niſſimè innitebaꝫ ſuper dilectum ſuũ, qui eam de valle hac lachrymarum ad tã excellentiſ-
ſimam felicitatem perduxit ac gloriam, ſuper vniuerſam cælorũ militiam collocãs eam. Si-
militer incomparabilem illum quotidianũ benedictiſſimæ virginis profectum in omni ſa-
pientia, virtute, dono, fructuq; ſpiritũs, oñes ſancti mirantes, potuerũt hæc verba proferre.

Sub arbore málo ſuſcitaui te, Cõſtat, quòd Chriſtus ſua cruce & amariſſima paſſione, ſuã
quoq; dilectiſſimam matrem ſaluauit: ex qua re ipſa gratiſſima mater iugiter accendebatur
filij ſui amore, & ſicut ſubiungitur, Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ, ipſa affectuoſiſ-
ſima & condolentiſſima mater virginea, vnicũ filium ſuum & cuncta eius myſteria, omnem
dilectionem eius ad nos, & amariſſimam paſſionẽ ipſius pro nobis, profundiſſimè & pror-
ſùs indelebiliter cordi ſuo impreſſit, ſanguineiſq; literis inſcripſit, & oñibus modis in prę-
cedenti articulo tactis, adorandi filij ſui recoluit paſſionem, videlicet ad cõdolendum, ad
imitandum, ad regratiandum, ad admirandum, ad gratulandum, ad diligendum, ad cõtem-
plandum ac reſoluendum: fuitq; in ea dilectio inſtàr mortis fortiſſima, pro qua ipſa deſpe-
xit pleniſſimè cuncta terrena. Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet. Hoc po-
tuit verbum æternum vnigenitus patris, ad cæleſtes ciues proferre de ſacratiſſima virgine
adhuc

adhuc in annis infantiæ exiſtente, quandò adhuc aptanõ erat concipere regẽ Meſſiam, cui-
us aduentus in mundũ tunc propinquauit. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quandò
alloquenda eſt per Gabrielẽ archangelum, annunciantẽ ei incarnationis myſteriũ, in ea, ex
ea, & per eius cõſenſum eſſe cõplendum? Si murus eſt, ædificemus ſuper eũ propugnacula
argentea. Optima virgo fuit tunc murus, qa præclariſſimè ſanctificata in vtero, & cõfirma-
ta in bono, & ante ſolitũ tempus cœpit (diuino præuenta auxilio) vti ratione, ac meritoriè
agere: ideò Deus ædificauit ſuper eam, ꝓpugnacula argentea, qa quotidiè valdè perfecit eam
omni ſapientia, virtute & gratia ad expugnandũ inuiſibiles hoſtes, & ad conterendũ caput
antiqui fraudulentiſſimiq; ſerpentis. Si oſtiũ eſt: Vtiq; oſtium fuit diuiniſſima virgo, per
quam Saluator mundi venit in carne aſſumpta ad genus humanũ, & per ipſam oñes habe-
mus acceſſum ad ſaluatorem & iudicẽ noſtrum, tanquàm per pijſſimã portam oñibus pa-
tulam & apertã. Et ſicut Chriſtus eſt Deus noſter & miſericordia noſtra, ſic ipſa eſt mater &
ꝺña noſtra, miſericordiæ ianua. Cõpingamus illud tabulis cedrinis, id eſt, latitudine cha-
ritatis, plenitudine pietatis, oñi diuinorũ ornatu & permixtione chariſmatũ, vt verè aptiſſi-
ma ſit, vt exiſtat regina miſericordiæ, genitrix gratiæ, aduocata pijſſima, refugium miſero-
rum, ſpes deſolatorũ, potentiſſima quoq; & opulentiſſima ſit ad ſuccurrendum, ad ꝓtegen-
dum, atq; ſaluandum. Deniq; ad ꝓinductam quæſtionẽ glorioſiſſima virgo reſpondet: Ego
murus per gratię affluentiã atq; in bono cõfirmationẽ, per firmum quoq; propoſitũ perpe-
tuę virginitatis, quãtùm in me eſt. Et vbera mea ſicut turris. Tãquàm dicat: Quanuis cor-
poralia vbera habeo parua, tamen ſpiritualia mea vbera (vtpotè ardentiſſima deſideria de
Meſſiæ aduẽtu, de mundi redemptione, de ſpirituali meij pſius ꝓfectu, & præſertim de oñi-
potentis Dei debita honoratione in oñibus & à cunctis) ſunt magna. Ex quo facta ſum
coram eo quaſi pacẽ reperiẽs, id eſt, gratioſiſſimè à Deo præuenta, & in eo maximè trãquil-
lata, & omninò concors & vnanimis ſecũ facta, tanquàm cõſiliaria & ſecretaria eius prima-
ria. Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos. Fœcundiſſima vitis, pulcherrima nimis
fuit præſtantiſſima virgo, eminentiſſimè deputata & cõſecrata vero pacifico Chriſto altiſ-
ſimo, & vinea iſta oñes populos habet ſibi ſubditos & commiſſos, pſertìm credentes. Tra-
didit eam cuſtodibus, id eſt, angelis ſanctis cuſtodiendã, non, nè peccaret, qa cõfirmata fuit
in bono, intantùm quòd nec venialiter poterat peccare, ſed ad reuerentiã eius, & ad cõſola-
tionẽ eius, profectũ atq; obſequium. Sub cruce quoq; eã tradidit ſancto Ioanni Apoſtolo cu Ioan. 19.
ſtodiendã, ſimiliter principi Apoſtolorũ tanquàm totius Eccleſię pſuli & plato fuit humili-
mè ſubdita. Vir affert, ꝓ fructu eius mille argẽteos, id eſt, qcunq; fidelis deſiderio & amo-
re cõplacendi virgini benedictæ, & videndi eã perpetuè in gaudio ęternali, libenter reli-qt
& præſtat pauperibus ſua terrena. Chriſus quoq; vir ſummus, cõfert pro fructu culturę ac ho
norificentiæ matri ſuæ exhibitę præmium gloriæ copioſum. Vinea mea corã me eſt. Hæc
etem præelectiſſima virgo, ab æterno valdè ſpecialiter fuit in ꝓdeſtinatione & in luce ſapiẽ-
tiæ atq; in bonitate cõplacentiæ Dei, & gratioſiſſimè fuit cũ ea, ſpecialiſſimã habens curam
ipſius. In aſſumpta quoq; humanitate filialiter ac familiariſſimè eſt conuerſatus cum ipſa.
Mille tui pacifici, id eſt, quos tu, ô benigniſſima ꝺña Deo pacificâſti, vel qalios faciunt tibi
cõcordes ac ſubditos, cõuertendo eos ad tuũ obſequium & amorẽ, ſunt mille, id eſt, multi
valdè ac penè innumeri. Qui habitas in hortis, id eſt, tu mundiſſima, ſanctiſſima, & illu-
ſtriſſima virgo, in mentibus deuotis, puris, fructuoſis ac floridis, in ſpiritalibus commorans
theorijs, in cõgregationibus religioſis, in ſanctarũ collectionibus virginũ, in exuberãtijs ac
decoribus ſpiritaliũ deliciarũ manſionibuſq; ſupernis. Amici auſcultãt te, id eſt, vniuerſi
Deũ & te amantes ac venerantes, tuam vitã, ſanctitatẽ ac dignitatem, tua miracula ac pijſſi-
ma geſta, tua eloquia cupidè audiũt, gaudioſè aduertũt, teq; ætenaliter intueri, audire & ꝓ-
ſentẽ habere ineffabiliter gliſcunt. Fac me audire vocem tuã, id eſt, mutuò colloquamur,
qa in verbis ſanctiſſimi oris tui delector: laudes quas exhibes ꝺeitati, audio gratulanter: ora-
tiones quas ꝓ fidelibus ac impijs fundis, amoroſè percipio. Fuge dilecte mi, id eſt, obſti-
nata ac pfida ſynagoga relicta, ad gentiũ cõuerſionẽ celeriter perge. Immò ſimùl à valle iſta
plorationũ, ad æternitatis beatitudinẽ, ꝓperemus, vbi in oſculo pacis quæ oẽm ſenſum ex-
uperat, ſine interpolatione æternaliter iucundiſſimè perfeueremus, illuc me trahe poſt te,
& meritis tuis ac precibus meis militantẽ Eccleſiã inceſſabiliter, ꝓtege, imple, reforma, illu-
ſtra, ac perfice, eamq; ad triumphantis ſocietatẽ Eccleſiæ, ad ſupernorũ montes aromatũ, ad
omniũ felicitatẽ cæleſtiũ ciuiũ digneris perducere. Ad laudẽ & gloriam Dei patris oñipo-
tentis, q tecum & cum Spirituſancto vnus eſt ſuper oñia Deus ſublimis & bñdictus. Amen.

¶Enarrationum in Canticum canticorum, finis.

D. Dio-

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM SAPIENTIAE, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

*prudentia

DISCE VBI SIT *SAPIENTIA, VBI SIT VIRTVS, VBI intellectus, vt scias vbi sit longiturnitas vitæ & vitæ, vbi sit lumen oculorũ, & pax. Virtus & sapientia Dei patris Christus, intantùm commendauit nobis sapientiam esse optandam, quærendam, amplectendã, quòd beatitudinem nostrã in actu ipsius constituit: Hæc est, inquiens, vita æterna, vt cognoscant te solũ Deum verum. Deniq; sanctus Ioannes apostolus ad hoc Christũ in mundum venisse fatetur, vt veri Dei notitiam nobis tribueret: Scimus, ait, qm̃ filius Dei vénit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verũ Deum. Discere ergò debemus, vbi sit sapientia: quo cognito, sciemus vbi sit vita: quia sapientia, vita est sapientis. Hinc & sanctus Iob sciscitatur: Sapientia vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Porrò Salomon ait: Vbi humilitas, ibi & sapientia. Iob verò: Eccè timor dñi ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia. Sed ad istas quæstiones patet ex scripturis responsio. Docet em̃ nos diuina scriptura, quòd Deus est sapientia, & hæc sapientia increata absolutè accepta, tribus æternis & increatis personis communis, quæ sicut sunt vna deitas, vna essentia, ità & vna sapiẽtia. Rursus docemur in sanctis scripturis, quòd in Deo sit sapientia genita, non creata. Hæc est verbum æternum, à Deo patre procedens, & in ipso inuariabiliter manens. Deincèps loquitur scriptura de multiplici sapiẽtia, creata, infusa, seu acquisita, prout super lib. patuit Salomonis, & infrà in isto iã exponendo clarebit volumine, quod specialiter lib. Sapientiæ intitulat: qa de sapientia & nomine, origine, dignitate, actibus & differentijs, potestate & efficacijs eius tractat diffuse: specialiter de Christo, q est sapientia patris, & de eius aduentu ac passione. Sed & documẽta eius sunt moralia & sapientialia valdè. Videntur autem antiqui & sancti doctores sentire, librum hunc à Salomone editum esse. Vndè Ambrosius: In libro, inquit, qui sapientia Salomonis inscribitur. Et Augustinus super Psal. loquens de Iudæis crucifixoribus Saluatoris affirmat: Vocem eorum in sapientia Salomonis cognoscimus: Morte turpissima cõdemnemus eum. Quæ verba, sicut & cætera quę ibi allegat, in hoc libro continentur. Hieronymus autem testatur, Liber sapientiæ apud Hebræos nusquàm est. Nam & ipse stylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi dicunt à Philone compositum. Sed quòd aliqui patres hunc librum Salomoni ascribunt, potuit euenire, quoniam author libri istius infrà in persona loquitur Salomonis. Et item, quia ex verbis & sententijs Salomonis creditur compilatus. Hinc Rabanus narrat: Hunc librum asserit Hieronymus non à Salomone conscriptum, sed à Philone doctissimo ac disertissimo Iudæorum, quem pseudographum nuncupat, quoniam nomen alienum sibi vsurpat. Insuper de Philone illo multa scribit Hieronymus in lib. de viris illustribus, quòd scilicet multa fecit opuscula. Et quòd ab Alexandro Romam missus, notitiam & amicitiam habuit beatissimi Petri principis Apostolorum, & de Christianis sancti Marci Euangelistæ discipulis Alexandriæ habitãtibus, edidit librum, eorundem laudibus plenum.

*prudentia — Baruch. 3. — Ioan. 17. — 1. Ioan. 5. — Iob 28. — Prouer. 11. — Iob 28. — Sapiẽt. 2.

¶Expositio primi cap. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Art. 1.

LOquuturus author libri huius de Sapientia, exordium sumit à iustitia, sine qua vera & salutaris sapientia non habetur. [Diligite iustitiã qui iudicatis terram.] Quãuis enim iustitia sit omnibus diligenda, præcipuè tamen his qui præsident alijs, q̃bus ex officio incumbit terram, id est, subditos suos in terra morãtes, iudicare. Nec enim digni sunt alios iudicare, aut in solio iudicij residere, nisi qui iusti sunt & prudentes: quum & iudicare sit actus iustitiæ, tanquàm virtutis & habitûs inclinantis ad rectè iudicandum. Est quoquè actus prudentiæ, tanquàm ipsum actum elicientis, prout Thomas in 2. 2. quæstione 58. magis declarat. Prudentia autem, secundùm Philosophum in Ethicis, non nisi virtuosis veraciter inest. Quemadmodùm ergò vile & ridiculosum est, indoctum sedere in cathedra doctrinæ, & officium docendi assumere: ità indignum, præsumptuosum & stultum

stultum est, iniustum, in solio iudicij ad faciendum iudicium, apparére. Nam & talis agit contra ordinem charitatis, quæ incipit à seipsa, & post Deum potissimè amat propriũ suum subiectum. Ipsa quoq; requirit iustitia, vt homo seipsum in primis iudicet, corripiat, & emẽdet. Propter quod ait Apostolus: Inexcusabilis es, ô homo omnis, qui iudicas, supple alium inordinatè. In quo enim alium iudicas, teipsum cõdemnas. Hinc Moses filijs Israel Deut. 1. ait: Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio probata sit in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes. Itaq; diligite iustitiam, id est, virtutẽ & actum iustitię, ità vt personaliter iusti sitis, & toto affectu æquitatem ametis, vnicuiq; quod suum est exhibẽdo, adiudicando, & cõuersando, & nec cupiditate, nec amore, nec odio, nec timore, nec aliquo modo contra iustitiam quid agatis aut iudicetis. Iudex em̃ debet esse quasi viua lex, & animata iustitia, vt semper esuriat sitiatq; iustitiam. Nihilominùs iustitiæ debent esse admixtæ clementia atq; discretio. Porrò secũdùm Ambrosiũ primo de officijs: Iustitia est virtus, quæ vnicuiq; quod suum est tribuit, alienum nõ vendicat, vtilitatemq; propriam negligit, quatenùs communem custodiat æquitatem. [Sentite de Dño in bonitate,] id est, benè sentite de Deo, quòd scilicet vniuersorũ prouidentiã habeat, & malè iudicata reiudicabit. Ideò eius iustitiam sequi conemini, & eius intuitu timeatis iudicare iniustè, nè ab eo damnemini. Vel sentite de dño in bonitate, id est, per bonitatem & virtuositatẽ, atq; connaturalitatẽ seu cõformitatẽ vestri affectûs ad Deũ, iudicate de eo sic, vt vester affectus sit diuinæ & increatæ æquitati conformis, sicq; sentiatis de eo, quòd ipse sit omniũ iudex iustissimus: non solùm per nudam & informem vestri intellectûs notitiam, sed per ipsam voluntatis bonitatẽ, æquitatem, ac synceritatem. [& in simplicitate cordis quærite illum:] id est, corde simplici, non duplici, sine simulatione, fictione, & peruersa intentione, optate & studete deo placere, cõiungi, & in gratia ac virtute proficere, omnia ordinãdo ad honorem gloriamq; ipsius. Hinc enim Eccl 1. scriptum est: Nè accesseris ad Deum duplici corde. Christus quoq; in Euangelio ait: Si oculus tuus nequam fuerit, id est, peruersa intentio, totum corpus tuum tenebrosum erit. Et alibi ait scriptura: Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Insuper in simplicitate cordis quærite illum, id est, Deum cognoscere studeatis, per abstractionem & simplificationem intellectûs vestri ab omni loco, tempore, corpulentia, imaginatione & materiali proprietate, ità vt sentiatis Deum simplicissimum esse, omninò immaterialẽ, indiuisibilem, incircunscriptibilem, & infinitè simpliciorẽ omni mente creata angelica & humana. [qm̃ inuenitur ab his, qui nõ tentãt illũ.] Quia tentare deũ, est species irreligiositatis, & cõtra illud Deut. 6. Non tentabis dñm deum. Porrò secundùm Augustinũ in libro cõtra Faustum, Tentatio Dei consistit in hoc, quòd homo ad euadendũ aliqd mali, vel ad consequẽdum aliqd boni, prætermittit facere quod in se est. Idcircò si quis omittat facere quod in se est, ad obtinendã gratiam, opem seu illuminationẽ diuinam, expectans talia ex sola Dei, pulsione, Deum tentare censetur. Deniq;, tentare, est experimentum sumere de tentato: & ex ignorantia aut dubietate videtur, pcedere. Ideò aliquid agere vel postulare, ad experiẽdum & explorandum prouidentiam seu omnipotentiam Dei, est Deum tentare, & contra reuerentiam eius. Idcircò sic quærens aut orans, nõ meretur exaudiri, sed magis repelli. [apparet aũt eis, qui fidem habent in illum:] id est, per exauditionis effectũ, vel per secretorum reuelationem, seu gratiosam illuminationem, ostendit suam benignitatem, prouidentiam ac potestatem eis, qui fide formata, id est, per charitatem & actus virtuosos ornata, honorant, inuocant, seu tendunt in ipsum. Hinc Saluator in Euangelio sæpiùs loquitur: Sicut credidisti, fiat tibi. Et, Fides tua te saluam fecit. Et, Omnia possibilia sunt credenti. Itemq;, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tolle te, & mittere in mare, & obediet vobis. Hinc scriptũ est Iac. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur. Non ergò æstimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Eccl quoq; 18. habetur: Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo tentans Deum. [peruersæ enim cogitationes] videlicet dubitare de prouidentia Dei, & consimiles, quales sunt cogitationes tentantis Deum. [separant] id est, mentem auertunt [à Deo:] quia displicent ei, & veritati ac sapientiæ eius contrariantur, sicq; faciunt cogitantem à Deo distare, non loco, sed dissimilitudine. Ideò scriptum est Isaiæ 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et Micheæ 2. Dominus comminatur: Væ qui cogitatis inutile. Denuoq; Isaiæ 1. hortatur: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. [Probata autem virtus corripit insipientes:] id est, benè exercitata & approbata virtus, putà discretio, iustitia, seu alia quæuis, reddit hominem dignum ad increpandum imperitos, qui potiùs peccant ex ignorantia aut infirmitate, seu vehementia

passio-

Rom. 2. — Ambros. — Matth. 6. — Iob 36. — Augustin. — Matth. 9. — Lu. 7. & 8. — Marc. 9.

passionis, quàm ex proposito & habitu vitioso. Tales nanq; rationabili persuasione induci faciliùs possunt ad pœnitentiam & Emendam: quia cessante passione, ignorantiáve sublata, sæpè redeunt ad cor, seq; emendant. Virtus quoq; quanto perfectior, tanto plùs inclinat ad charitatiuam & fraternam correptionem. Etenim quanto virtus fuerit maior, tanto ampliùs vitia abhorret sibi contraria. Veruntamen hi qui ex habitu prauo, electione, & certa malitia peccant, aut vix, aut non, aut difficilè corriguntur. Ideò subditur: [Quoniam in maleuolam animam] cui placet ipsa malitia, & ex electione se vertit ad vitia. [non introibit sapientia,] illa præsertim, quæ est donum Spiritus sancti, & charitati inseparabiliter est coniuncta. Talis etiam anima non acquiescit salutari doctrinæ, neq; correptionem admittit salubrem. Idcircò non eruditur, sed in suis manet peruersitatibus atq; erroribus. Ideò Prouer. 12. dictum est: Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. Et Mich. 3. Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum? [nec habitabit in corpore subdito peccatis:] id est, in homine vitioso, carnalibus inquinamentis concupiscentijs q; subiecto, victo, oppresso. Talia quippe vitia præcipuè mentem excæcant, & obtusum cor faciunt, hominemq; assimilant brutis: immò fastidium pariunt diuinorum, & causant acediam. Vndè talis homo, nec à superiori potest illuminari ob suam superbiã, neq; ab inferiori ob suam libidinem, nec vllum inuenit in eo sapientia aditum. Hinc Dominus
Gene. 6. in Gene. contestatur: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.
Rom. 8. Nempe homo carnalis caro rectè vocatur & corpus, sicut hoc loco: quia quæ carnis sunt sa-
Isaiæ 28. pit, non quæ Dei. Et vilissima seruitute subiectus est, seruitq; carni. Ideò loqtur Esaias: Quẽ docebit Dominus scientiã? Et respõdet: Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Atq; vt Iob 28. asseritur: Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium. Nam & philosophus fatetur, quòd vita carnalium sit brutalis. Vndè & Rabanus: Frustrà, inquit, blandiuntur philosophi, & hæretici, ac falsi Christiani, quòd sapientes existant. Soli enim mundi corde, sapientiam possunt accipere. Veruntamen attendendũ, quòd est quædam sapientia scholastica, acquisita, informis, & naturaliter adipiscibilis, quæ iustis ac impijs est cõmunis. Immò multi ambitiosi, libidinosi ac vitiosi, dicuntur & hoc modo sunt magni Theologi & Iuristę. Nec etiã prætacta sunt ità intelligenda, quasi iniqui pœnitere & conuerti nullatenùs queant. Sic em̃ esset desperandum de eis. Immò miseratione & gratiosa omnipotentis (qui animarũ optiRom. 5. mus medicus est) præuentione possunt repentè conuerti, ac taliter pœnitere, vt vbi abunPsal. 76. dauit iniquitas, abundet & gratia: ità vt rectè dicatur, Hæc mutatio dexteræ excelsi. Veruntamen rarò fit istud, & prædicta intelligenda sunt ad innuendum, quàm rara & difficilis sit talium vera conuersio, ad naturales causas respiciendo, iuxta quem sensum scriptum est Ierem. 13. Si potest æthiops mutare pellem suã, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, quum didiceritis malum. Itaq; vera & salutaris sapientia, quę virtutibus est cõiuncta, sine quibus nec prudentia esse valet, maleuolam animam non introibit, quãdiù talis manet
Iacob. 3. huiusmodi anima. Potest autem conuerti, sicq; sapientiam veram sortiri, de qua Iacobus ait Apostolus: Quæ desursùm est sapientia, primùm quidẽ pudica est, deindè pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Deniq; quòd sapiẽtia ista salubris infusa, non ingrediatur animam malitiosam siue maleuolam, probat subdẽdo: [Spiritus enim sanctus disciplinæ] id est, Spiritus sanctus, fons, causa, & doctor totius notitiæ disciplinaris, quę dirigit, ordinat, seu reformat habẽtem, de quo spiritu fert in Psal. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et in lib. Iudicum
Iob 33. sæpè: Factus est super eum spiritus Domini. Et, Irruit in eum spiritus Dñi. Iob quoq;. Spiritus dei, inquit, fecit me. Itemq; Esaiæ 48. Et nunc Dominus misit me, & spiritus eius. In qbus vtiq; verbis inter Dominum & spiritum eius, insinuatur distinctio, haud dubiũ quin personalis. Et quoniam ille qui perhibet ibi se missum, ad literam intelligitur Christus, prout ex circunstantia textûs probatur, in verbis illis tota superbeatissima innuitur Trinitas. Itaq; Spiritus sanctus disciplinæ [effugiet fictum,] id est, hominem simulatorem, hypocritã, versutum, duplicem corde inhabitare despiciet, quum ipse Spiritus sanctus sit simplicissimus,
Lucę 6. 12. & 13. syncerissimus, essentialiter sanctus, & spiritus veritatis. Ideò fictus talis, est sibi omninò dissimilis, & præcipuè displicens. Hinc Christus in Euangelio, cõtra hypocritas sæpissimè atq;
Matt. 6. 7. 15. 22. 23. & 24. acerrimè sermocinatur, & de hypocrisi specialissimè repræhendit scribas & pharisæos. Et maximè docet, vt omnia pura agamus intentione, syncero q; animo ad gloriam Dei, in vera humilitate, cupientes nesciri, quantùm in nobis est, nisi vt præcepta publicè impleamus, ad creatoris honorem, proximorumq; ædificationem. Estq; vitium istud tam graue, vt propter illud nec miserabilibus personis Dominus misereatur, iuxta illud Isaię 9. Propter hoc super ado-

adolescentulis eius non lætabitur Dominus, & pupillorum & viduarum eius non miserebitur, quia omnis hypocrita est & nequam. [& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu:] id est, gratiam suam abstrahet ab habentibus cogitationes vanas, imperitas, & insensatas, quæ infinitæ sapientiæ cõtrariantur, & displicent ei, quæ Prouer. 8. protestat: Ego sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus: quæ & in Euangelio ait q-
Matth. 9. busdam: Vt qd cogitatis mala in cordibus vestris? [& corripietur] ipse fictus [à superuenie-
te iniquitate] id est, demerito suæ simulationis & duplicitatis permittet in alia peccata incidere, secundùm quod vnũ peccatũ pondere suo trahit ad aliud. Sicq; idẽ peccatũ, est pec-
Rom. 1. catum & pœna peccati, scilicet vitij pcedentis. Vndè ait Apostolus: Propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominię. Et ipse Deus in Psal. 80. Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum. Vel, corripietur à superueniente iniquitate, id est, ppter culpam sibi aduenientem, debitè punietur. [Benignus est em̃ spiritus sapientiæ,] id est, Spiritus sanctus dator & inspirator totius sapientiæ salutaris, sine quo nil possumus boni cogitare aut loqui, dicẽ-
2. Cor. 3. te Apostolo: Fidutiam talem habemus ad Deum, nõ quòd sumus sufficientes cogitare aliqd
1. Cor. 12. ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Itemq;: Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, id est, cũ attentione, ex charitatis affectu proferre. De quo scriptum est Ioan. 16. Quum aũt venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. Qui etiam potest dici spiritus sapientiæ, id est, spiritus Christi, qui est virtus & sapientia genita Dei patris, à qua, pcedit sicut à patre. Hic itaq; spiritus sapientię benignus est, id est, essentialiter pius & bonus, ignis æterni amoris, immò amor æternus. [& nõ liberabit maledictum à labijs suis:] id est, hominem maledictũ, detractorem, blasphemum, induratum non eruet à vitijs suæ pestiferæ linguæ, nec à pœna æterna, quam pro ea meretur: quia cõmuniter tales iusto relinqt iudicio. Vndè & Christus in Euangelio asserit: Qui blasphemauerit in
Matth. 12. spiritum sanctum, nõ habet remissionem in hoc seculo, neq; in futuro. Sic em̃ quædã dicun-
Marc. 3. tur irremissibilia crimina, quia rarò & difficulter dimittuntur. Vel maledictum, id est, culpa maledictionis prolatæ in aliquem, non liberabit à labijs suis, id est, non sinet hominem liberari à sententia damnationis labiorum Spiritûs sancti: quam proferet ipse Spiritus sanctus contra maledicos, secundùm illud Isaiæ 30. Labia Dei repleta sunt indignatione: spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes in nihilum. Et rursùs Isaię 11. Spiritu labiorum suorum interficiet impium. [quoniam renum illius] id est, appetitionum sensualiũ ipsius maledicti: [testis est Deus.] qui ait Iere. 29. Ego sum iudex & testis. Ipse etem̃ oñia intuetur, & in iudicio contra iniquum dat testimonium, ostendens se vniuersa illius peccata cõspexisse & nõsse, qui Amos 5. fatetur: Cognoui multa scelera vestra. [& cordis illius scrutator est verus,] id est, Deus est infallibilis examinator & cognitor cogitationum, affectionumq; intellectualium hominis vitiosi, quî teste Apostolo in futuro iudicio reuelabit abs-
1. Cor. 4. condita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Qui Iere. 17. loquitur: Prauũ est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuiq; iuxta vias suas, & iuxta fructum adinuentionum suarum. [& linguę eius auditor,] id est, cognitor verborum maledicti prędicti. Quemadmodùm autem in nobis intel-
Isaiæ 5. aut 22. lectus designatur nominibus sensuum exteriorum, ità in Deo, qui ait per Esaiam: Reuelata sunt hæc in auribus meis Domini exercituũ. Et Exodi 3. dicitur: Clamor filiorum Israel venit ad me, & gemitum eorum audiui. Veruntamen sicut Spiritus sanctus dicitur corda scrutari ac inuestigare, nõ quasi ex ignorantia quadam rimando, aut quasi ardua ac difficilia sibi discutiendo & inq̃rendo, sicut homo dicitur scripturas scrutari: sed quia oñia clarissimè
1. Cor. 2. & profundissimè ac diligentissimè intuetur, iuxtà illud Apostoli: Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda Dei. Sic dicitur verba audire, nõ quasi ab extrà percipiendo, sed intrà æternaliter ac inuariabiliter inspiciẽdo ac ꝓnoscendo: nec mirum, quum ipse sit Deus. Ideò subditur: [Quoniam spiritus Dñi repleuit orbem terrarũ:] sua etem̃ maiestate incircunscripta implet ac penetrat oñia, iuxta illud Iere. 23. Nunq̃d non cælum & terram ego impleo, dicit Dñs? Omnia quoq; per eius sapientiã sunt formata, secundùm quod Gene. 1. legitur: Spiritus dei ferebat̃ super aquas. Iob quoq; 26. Spiritus Dñi ornauit cælos. Rursùs, Impleuit orbem terrarum, id est, mundũ inferiorem varijs rebus, speciebus, animalibus mixtis & necessarijs vitæ, sicut fertur in Psal. 103. Impleta est terra possessione tua. Baruch quoq; 3. dicit: Respexit terrã, & impleuit eam pecudibus. Spiritaliter demùm repleuit orbẽ terrarum, id est, habitantes vbiq; per gyrũ terræ, seu Ecclesiam toto orbe terrarũ diffusam, varijs gratiæ donis, pfertim̃ sub Euangelica lege, cuius tẽpus dicitur tempus gr̃æ. Vndè ait Apostolus 1. Cor. 12. Alij per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo sciẽtię, alij gr̃a sanitatũ, alij operatio virtu-

tum, alij genera linguarũ, alij discretio spirituũ, alij interpretatio sermonũ. Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus, diuidens singulis prout vult. Hoc in beatissimis Apostolis & primitiua Ecclesia cœptũ est fieri in Ierusalẽ, prout in Act. recitatur. Sed & bona naturæ, dona fortunę, necessaria vitę, sunt ab eo. [&hoc quod cõtinet omnia,] id est, Spiritus sanctus oẽm in se perfectionẽ cõpræhendens, in quo omnia causaliter exemplariterq; cõsistunt, relucent ac cõtinentur tãquàm in creatore, & quod cuncta cõseruat in esse, sine cuius manutenẽtia nec ad momentũ possent durare, [scientiam habet vocis:] id est, omnia quæ proferuntur per linguam, agnoscit. Sciẽtiam quoq; linguarũ confert, vt in Apostolis, multisq; alijs patuit: quibus repentè cõcessit facultatem loquendi omniũ linguis, notitiam etiam intelligendi idiomata cuncta, q & olim in ædificatione Babylonicæ turris linguas confudit, & ineffabiliter nouas instituit. Vel hoc quod cõtinet omnia, id est, homo habẽs aliqd commune cũ omni creatura, propter quod Marci 16. homo, omnis creatura vocatur, cùm dicitur: Prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Nempe cũ Deo & angelis in intellectuali perfectione cõmunicat, cũ brutis in sensitiua, cũ terræ nascentibus in vegetatiua, cũ elemẽtis & mixtis inanimatis, in esse. Scientiam habet vocis, id est, facultatẽ loquendi atq; peritiam: & sicut iam tactũ est, supernaturaliter à Spiritu sancto accepit facultatẽ, notitiamq; linguarũ, atq; intelligentiã scripturarũ, quemadmodùm Paulus fatetur 1. Cor. 14. Gratias ago Deo, quòd omniũ vestrũm linguis loquor. [Propter hoc q loquitur iniqua, nõ potest latere] Deũ omnia cognoscentẽ. Qui Iere. 23. ait: Putás ne Deus è vicino ego sum, & nõ Deus de longè? Si occultabitur vir in absconditis, & ego nõ videbo eum? [nec pteriet illũ, corripiens iudiciũ:] id est, Deus districtè omnia iudicans, nõ deseret illum impunitũ, quũ & Christus in Euangelio protestẽ: De omni verbo ociosо quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Et denuò: Ex verbis tuis, inqt, damnaberis. Vndè & Iob 24. asseritur: Deus inultum abire nõ patitur. Contra quod stulti in Esaia præsumunt, dicentes: Flagellum inundans quũ transierit, nõ veniet super nos. [In cogitationibus emi impij interrogatio erit,] id est, cogitationes iniquorũ Deus in iudicio discutiet, iudicabit, ac puniet, iuxta illud Psal. 10. Dñs interrogat iustum & impiũ. Et rursùs: Oculi Dñi super facientes mala. Vndè Esaiæ 66. protestatur, Ego aũt cogitationes eorũ venio vt cõgregem. [sermonum aũt illius auditio ad Deũ veniet.] id est, Deus per iustam sententiam ac vindictã, ostendet se audisse & scire verba iniqui, qui Gen. 18. loquutus est: Clamor Sodomorum venit ad me. Atq; ad Cain, Vox, inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me. [&ad correptionẽ iniquitatũ illius,] id est, auditio sermonũ iniqui ad Deũ perueniet, vt ab eo debitè puniatur cum vitijs sibi annexis. Vel sensus est, quòd Deus suo iusto iudicio veniet ad iniquũ, ad puniendum iniqtates ipsius, quemadmodùm Sophon. 1. disseruit, Disperdam eos q auertuntur de post tergum Dñi, & qui Dñm non exquisiêrunt. [Qm auris zeli audit omnia,] id est, intellectus Dei zelantis, id est, vehemẽter amantis animarũ salutem, & cõtra vitia æmulantis, vniuersa cognoscit. Hinc Deus vocatur zelotes & amor ac zelus, qui essentialiter charitas est, & in quo idem sunt, zelans, ac zelus. Qui Exod. 20. fatetur, Ego sum Dñs Deus fortis zelotes. [& tumultus] id est, inquietudo [murmurationũ non absconderi:] quia in iudicio manifestabitur ac grauiter punietur, quantũcunq; nunc occultetur. [Custodite ergò vos à murmuratione,] id est, eam diligenter vitate. [quę nihil pdest] Immò & plurimùm obest, atq; tam graue peccatũ est, vt asserat Augustinus, quòd populus Israel nullo peccato legitur Deum tam grauiter offendisse vt murmurãdo. Ideò ait Apostolus 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis, sicut quidam illorum murmuraverũt, & à serpentibus periêrunt. Christus quoq; peruersis in Euangelio loquens: Murmuratores, inqt, filij murmuratorũ, implete mensuram patrum vestrorũ. Nec solùm enorme est contra Deũ, sed etiã cõtra eius vicarios ex impatientia murmurare, quũ Moses murmurantibus contra se & Aaron, dicat Exodo 16. Non contra nos est murmur vestrũ, sed contra Dñm. Et Num. 11. legitur: Ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore: quod quũ audisset Dñs, iratus est, & accensus est in eos ignis domini. Si tam dirè ac subitò sunt plagati, qui itinere longo cõfecti ac lassi, murmuraverunt: quid damnationis imminet eis, qui pro leui ac modica murmurãt causa? Immò frequenter pro nõ causa, hoc est, omninò irrationabiliter ex sua gulositate, elatione, impatiẽtia, sicut de quibusdã Psal. 58. fertur: Si verò nõ fuerint saturati, & murmurabunt. Aduertant hi quod Dñs in libro Numerorũ dixit: Omnes qui murmurãstis contra me, nõ intrabitis terram super quam leuaui manum meã, vt darem eam vobis. [& à detractione parcite linguæ,] id est, linguas vestras non polluatis, nec ad supplicia obligetis, obloquẽdo per eas. Per quæ emi quis peccat, per hæc & punitur. Vndè hortatur & Apostolus Rom. 6. vt nõ exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato. Veruntã à detractione præsertim parcendum est animæ,

Actu. 2. 3. 4. &c.
Actu. 2.
Matt. 12.
Ibidem
Esaiæ 28.
Psal. 33.
Gene. 4.
Augustin.
Num. 21.
Matth. 23.
Num. 14.
Sapiẽt. 11.

animæ, nè æternaliter cõdemnetur. Est em detractio valdè enorme crimẽ, & grauius rapina ac furto. Atq; vt ait Bernardus: Lingua detractoris est gladius biceps, occidẽs nõ solùm animam detrahentis, sed etiã audientis. Immò & quãtùm in se est, animã quoq; eius, cui obloquitur, cui dat occasionẽ inuidiæ contra se, quũ perceperit sibi esse detractũ. Contra hoc pessimum virus, dicta sunt multa super Prouerbia, in qbus inter cætera Salomon ait: Cum detractoribus nè cõmiscearis, qa repentè cõsurget perditio eorũ. Et denuò: Qui detrahit alicui Prou. 13. rei, ipse in futurum se obligat. Itaq; qui detrahit, nõ parcit, sed crudelis est linguæ, qa abutitur ea, & ei iniuriatur: sicut & is, q per alia membra peccat. Hinc Apostolus Iacobus, ad probandum quàm graue sit vti lingua peruersè in maledicendo aut obloquẽdo, vtitur exẽplo naturæ, dicendo: Nunquìd fons ex eodẽ foramine emanat dulcẽ & amaram aquã? Nunquìd potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Et iterùm asserit: Qui detrahit fratri, detrahit legi. [qm sermo obscurus] id est, in occulto, platus, vt est detractio. Vel obscurus, id est, vitiosus, vtporè luce iustitiæ veritateq; carens. Vel obscurus, id est, sophisticus, & quodammodò veritatis colore opertus, quum sit fallax aut falsus. [in vacuũ non ibit.] id est, sine põdere culpæ nõ profertur, nec carebit grauamine pœnæ. [Os aũt quod mentitur] mendacio pernicioso, quod intentione nocendi pnunciatur, [occidit animam] occisione peccati. De Matth. 8. qua ait Saluator: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Atq; Ezech. Mortificabãt animas Ezech. 13. quæ nõ moriuntur. Hinc ait Psalmista: Perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ. Et pfertim iniquum est mentiri in foro iudicij falsum testimoniũ perhibendo. Immò & reus mortaliter Psal. 5. peccat, veritatẽ negando iudici, à quo pro suo excessu est occidendus: ità quòd nec timor mortis eum excusat à mortali peccato in tali mendacio. Quanto magìs, q extra talem casum mendaciter se excusant? Porrò mendaciũ iocosum, & itẽ officiosum, venialia sunt ex genere suo: quæ tamen cũ tanta cõplacentia aut assuefactione possent proferri, quòd essent mortalia. Pretercà quanuìs dictum sit, Os quod mentitur, occidit animã: aptiùs tamen dici potest, quòd anima per oris sui abusum ac motionem occidit seipsam. Ipsa nanq; per rationem tenetur membra ac organa sui corporis refrenare ac gubernare. [Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ:] id est, non ametis mortẽ culpæ viuendo erroneè, nec etiam desideretis aut vobisipsis inferatis mortẽ corporalem ex impatientia, pter vitæ præsentis aduersa, aut ex irrationabili tędio vitę, aut quasi putantes per mortem corporalẽ pœnas vitare, quasi anima sit mortalis, quum post vitam psentem sequãtur multo grauiora supplicia, maximè eos qui sibi ipsis sacrilegas injciunt manus. [neq; acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarũ:] id est, Nolite damnationem mereri per opera vitiosa. Et per manus, intelligẽda sunt cætera membra operativa, seu potiùs operativæ potentiæ. Similiter per opera, subintelligẽdæ sunt omissiones operandorum. [Qm Deus mortem nõ fecit,] Certũ est, quòd mortẽ culpæ Deus non fecit, quæ mors est formaliter ipsum peccatum, quod nõ est aliqd positiuum, quantùm ad suam deformitatẽ, nec est à Deo, sed à volũtate peruersa. Voluntas nanq; creata & libera, inquantùm ex nihilo, habet vt possit deficere & peccare: mortẽ verò corporalem (quæ nõ est nisi priuatio seu terminus vitæ, aut separatio animæ à corpore) Deus non fecit directè, sed potiùs cõcomitanter, qa per accidens sequtur vitam in mixtis. Nec est, priè aliquid positiuũ, sed quędã destructio aut expulsio formæ. Vndè mors aliquo modo à Deo est, quum Eccl 11. scriptum sit, Mors & vita à Deo est. Veruntamen inquantùm mors est pœna peccati, directè à Deo est, q testatur Deut. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam. Respiciẽdo aũt ad primam hominis institutionẽ, qua Deus instituit eum taliter immortalem, quòd nisi peccaret, nõ moreretur, Deus mortẽ directè nõ fecit, quũ scriptũ sit Sap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem. Mortẽ verò damnationis æternæ (quæ est malũ pœnale) Deus fecit & infert, sicut & cætera mala purè pœnalia, quum Isaiæ 45. affirmet: Ego Dominus faciens pacem, & creans malum. Vndè & Amos 3. ait scriptura: Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecit? Ionæ quoq; 3. Misertus est Dominus super malitiam quam loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. [nec lætatur in perditione viuorũ.] id est, in morte seu damnatione viuentiũ, inquantùm sunt viuentes, seu homines salutis capaces, & creaturæ ipsius. Immò sic vult omnes homines saluos fieri. Et per Ezechielem loquutus est: Nunquìd voluntatis meæ est mors impij, & non magìs vt conuertatur, & viuat? Veruntamen inquãtùm viui sunt impij, obstinati ac reprobi, sic Deus zelo iustitiæ lætatur in eorum perditione, sicut & iustus lætabitur quum viderit vindictam. Propter quod Prouerb. 1. ait, Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, quum vobis quod timebatis, euenerit. Ezech. quoquè 4. Complebo furorem meum in eis, & consolabor. [Creauit enim, vt essent, omnia.] id est, Cuncta originaliter produxit ex nihilo, vt vnũquodq; esset & permaneret iuxta cur-

1. Tim. 2. Ezec. 18. Pfal. 57.

Iob 14. ſum ſuæ periodi, ſicut de homine ſanctus Iob loquitur Deo: Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Quædã verò produxit incorruptibilia & immortalia, vt angelos ac animas rationales, atq; cæleſtia corpora, ac elementa, ità quòd, quo ad ſe tota, corrumpi non valent. Mixta verò fecit vt eſſent, directa intentione: ſed corruptio cõ̃ omitatur conditionem eorum, & quæ in ſeipſis perpetuari non queunt, voluit per ſucceſſionem perpetuũ eſſe ſortiri, vt ſic omnia aliquo modo diuinum eſſe participent, vt etiam docet Philoſophus. [& ſanabiles fecit nationes orbis terrarum:] id eſt, omnes homines atq; progenies fecit ſalutis capaces, & per rationem liberum arbitrium pœnitere ac reformari potentes, auxiliãte gratia Dei, multa quoq; cõceſſit naturalia remedia contra morbos. [Non em̃ eſt illis medicamẽtum exterminij:] id eſt, remedium contra mortem, quaſi dicat, Nationes poſſunt in hac vita ſanari & reformari, non aũt mortẽ corporalẽ omninò euadere, iuxta illud Pſal. 88. Quis eſt homo qui viuet, & nõ videbit mortem? Vel non eſt in illis medicamentũ exterminij, id eſt, interimendo ſeipſos, non medentur ſuis doloribus, ſed grauiores incurrunt, vt patuit. [nec inferorũ regnum in terra:] id eſt, Dæmones non poſſunt hominibus in hoc mũdo ad ſuum libitum dominari, neq; nocere, niſi homines ſponte illorũ tentamentis cõſentiant, aut deus permittat. Rurſùs, regnum inferorũ non eſt in terra, quia & his, putà iniquis, q̃bus diaboli dominãtur, nõ ità dominantur ſicut damnatis, quum iſti valeant pœnitere, & dæmonum manus euadere, illi nequaquàm. Immò iſti pœnitendo poſſunt in æternũ ſaluari, ꝓpter quod ſubditur: [Iuſtitia em̃ perpetua eſt & immortalis:] hanc autem acquirit homo veraciter pœnitendo. Nõ tamen eſt ſic intelligendum, quòd iuſtus non poſſit peccando iuſtitiam perdere, ſed quòd iuſtitia ex ſua natura poteſt perpetua permanere, cùm eius ſubiectũ ſit immortalis voluntas, & in patria perſeueret, quantùm ad actus ſuos perfectos,
1. Cor. 13. quẽadmodùm charitas, q̃ (Apoſtolo teſte) nõ excidit. Et etiam q̃m iuſtus habet ꝓpoſitũ iugiter adhærendi iuſtitiæ, & permanendi in ea, ſine quo ꝓpoſito nemo eſt iuſtus. Hinc à viris perfectis ſic diffinitur iuſtitia: Iuſtitia eſt cõſtans & perpetua voluntas, ius ſuũ vnicuiq; tribuens. Et ſumitur ibi voluntas, pro actu ſeu habitu voluntatis. Nã & ſecundo Ethicorũ Ariſtoteles docet: Ad hoc quòd actus ſit virtuoſus, tria exiguntur: Primò, vt aliquis agat ſciens: ſecundò, vt agat eligens, & ꝓpter finem: tertiò, quòd immobiliter operetur: nõ quòd actus inceſſabiliter exerceatur, ſed quo ad agentis firmũ & rectũ propoſitũ, prout in Secunda Secundæ, quæſtione lvij. Tho. plenius hæc declarat. Inſuper iuſtitia immortalis atq; perpetua
Matt. 13. perhibetur, q̃m liberat à morte peccati, & deducit ad regnũ æternum, iuxta quod ait Saluator: Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. [Iniuſtitia aũt, mortis eſt acquiſitio:] id eſt, æternam damnationẽ meretur: quẽadmodùm em̃ ex ſuo genere eſt mortale, quicqd charitati cõtrariatur, ità & quicqd repugnat iuſtitiæ. Et poteſt hoc loco per iniuſtitiam, intelligi oñe peccatum mortale, hoc eſt, oñis tranſgreſſio legis diuinæ: quę iniuſtitia cõtrariatur iuſtitiæ, quæ eſt virtus cõmunis. Iniuſtitia aũt, quæ opponit iuſtitiæ, prout eſt virtus ſpecialis ac cardinalis, eſt ſpeciale, & ex ſuo genere peccatũ mortale. [Impij aũt] præſertim qui peccant ex habitu prauo, [manibus & verbis:] id eſt, factis ac dictis [accerſierunt illã:] id eſt, in-
Iob 34. iuſtitiam ſeu mortẽ culpæ aduocauerunt & acceſſerũt, de q̃bus in libro Iob ferẽ, quòd quaſi de induſtria receſſerunt à Deo. Excogitant etem̃ & laborãt, qualiter impiam inclinationem opere exequantur. [& exiſtimantes illam amicã:] id eſt, tanquàm rem charã & congruentẽ ſibi, apꝓhendentes eã propter delectationem annexã, aut, ꝓpter alium finẽ peruerſum, [defluxerũt,] id eſt, per diuerſa vitia ſunt diſperſi. Taliũ quippe iudiciũ eſt ità corruptũ, quòd malum ſub ratione boni cõcipiunt, & lætantur quum impiè egerint, quia ex habitu vitioſo ſic inclinantur. Ideò ait philoſophus: Qualis quiſq; eſt, talis ſibi finis bonus videt̃ ac placet.
Prou. 12. Et Salomon: Via, inq̃t, ſtulti recta in oculis eius. [& ſponſiones poſuerunt ad illam:] id eſt, firmiter ſtatuerunt adhærere iniquitati, quemadmodùm ſponſus ſponſæ, de quibus Zachariæ 7. legitur: Cor ſuum poſuerunt vt adamantem, nè audirent legem. Et Ierem. 5. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Quibus Eſaiæ 28. ait ſermo diuinus: Dixiſtis, percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Hoc etenim dicunt ipſo facto, quanuis non verbo. [quoniam morte] æternæ damnationis [digni ſunt, qui ſunt ex parte illius:] vtpotè iniuſtitię, hoc eſt, iniuſti iniuſtitię ſerui, iuxta quod dicit̃ Deo Pſal. 5.
Pſal. 5. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Et, Neq; permanebunt iniuſti ante oculos eius.

¶ Explanatio 2. cap. Dixerunt impij, cogitantes apud ſe non rectè. Art. 2.

VT oppoſita iuxta ſe poſita euidentiùs innoteſcant, author huius voluminis præmiſſo vno Capitulo documẽta ſapientialia continente, & infrà de Sapientia plenius tractaturus, interponit hîc vnum Capitulum de inſipientium erroribus ac peccatis, dicens: [Dixerunt

xerunt impij, cogitantes apud ſe nõ rectè:] id eſt, ex peruerſa & perfida cogitatione loquuti ſunt verba infidelia & mendoſa, q̃a ex abundantia cordis os loquit̃, & ea quę ſunt in voce, Matth. 12.
ſunt ſigna & notæ cõceptionum affectionumq; animæ. Ideò qualis vir, talis ſermo. [Exiguũ & cum tædio eſt tẽpus vitæ noſtræ:] id eſt, breue, & tædijs afflictionibusq; admixtũ, ſicut & ſanctus Iob loquit: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Iob 14.
Paulus quoq;: Quod in ꝑſenti eſt * modicum & leue tribulationis noſtræ. [& non eſt refri- 2. Cor. 4.
gerium in fine hominis:] id eſt, quies & merces poſt mortẽ, nec tempore mortis reſtat ſpes vitæ alterius, iuxta quod ex perſona taliũ dicitur perfidorũ in Eccleſiaſte: Vnus eſt interitus Eccés 3.
hominis & iumentorũ, & æqua vtriuſq; cõditio. Et nihil habet homo iumẽto ampliùs. Eſaiæ
quoq; 22. Comedamus & bibamus, cras em̃ moriemur. [& nõ eſt qui agnitus ſit, reuerſus ab
inferis:] Quaſi dicant: Nil certi ſcitur de alia vita. hoc impij iſti faciliter ſibi perſuadẽt, non conſiderantes hiſtorias ſacrę ſcripturę, ſanctorũ Legendas, in q̃bus multi reſuſcitati legunt̃: Immò & aliqui in mortalibus defuncti, & pœnas purgatorij ac inferni experti, qui reuerſi, narrauerunt viuentibus q̃ viderunt atq; ſenſerũt. [Quia ex nihilo nati ſumus,] quantùm ad animam, & quo ad ipſam materiam primã in exordio tẽporis ex nihilo factam, ſecundùm quod ponuntur quatuor coæquæua, videlicet tempus, cælum, angelus, materia. De q̃bus in libro de quatuor coæquæuis diffuſè tractat Albertus. Vndè & Deus vocatur cõditor omniũ rerum. hæc aũt particula refertur ad illã, Nõ eſt refrigeriũ in fine hominis. Tanquàm dicãt: Sicut ex nihilo facti ſumus, ità poſt mortẽ nihil noſtri manebit. Hinc ſubditur: [& poſt hæc erimus, tanquàm] ſi [non fuerimus: q̃m ſumus * afflatus] id eſt, aër inſtàr fumi ſpiratus [eſt in * & flatus
naribus noſtris:] q̃m inſpirando, reſpirandoq; viuimus, [& ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum:] id eſt, calor naturalis modicus vt ſcintilla, & ſermone ſignificatus: cuius caloris virtute cor ſe mouet, & membris influit motũ. Et ſumitur hîc cor ꝓ parte corporea, q̃ dicitur fons caloris, & primũ viuẽs, ac vltimò moriens in animali, ſecundùm Philoſophũ. [quia extinctus cinis erit corpus noſtrum:] Poſt mortem em̃ corpus exanime incineratur. [& ſpiritus diffundetur tãquàm mollis aër:] id eſt, ſpiritus animales & vitales ac motiui deficient. Vel ſpiritus diffundetur, id eſt, in nihilum reſoluetur ac euaneſcet, ſicut mollis aër, qui à ſuo contrario fugatur, ac citò corrumpit. [& tranſibit vita noſtra] id eſt, ſuo curſu deficiet, [tanquàm veſtigium nubis] quę citò diſſoluitur. Vndè ſubiungitur: [& ſicut nebula diſſoluetur, q̃] nebula [fugata eſt à radijs ſolis, & à calore illius aggrauata:] id eſt, victa, diſperſa, ſeu preſſa deorſùm calore radiorum ſolarium, tempore magni æſtûs, quo raro pluit, ſicut & tẽpore frigoris maximi. Intenſus eq̃dem calor, vapores nubis diſſoluit ſiue cõſumit, vehemens verò frigus eos cõſtringit. [Et nomen noſtrum obliuionẽ accipiet per tempus:] id eſt, paulatìm deficiet memoria perſonæ ac nominis noſtri, iuxta illud: Futura tẽpora ob-
liuione cuncta operient. Veruntũ ſicut aliqui ob actuũ ſuorum laudabilẽ eminentiã, relin- Eccés 2.
quunt poſt ſe perpetuam ſui memoriam, ità nonnulli propter ꝑcipuam ſuam peruerſitatẽ, manent in perpetua quadam hominum memoria cum vituperijs, iuxta quod Prou. 10. ſcriptum eſt: Memoria iuſti cum laude, nomen impiorũ putreſcet. [& nemo memoriam habebit operum noſtrorum.] prout in Eccleſiaſte habetur: Non eſt priorum memoria, ſed nec Eccés 1.
eorũ q̃dem, q̃ poſteà futura ſunt, erit recordatio apud eos q̃ futuri ſunt in nouiſſimo. [Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum:] id eſt, duratio vitæ noſtræ, breuis ac defluens eſt, ſicut apparentia vmbræ, quæ ſecundùm motum ambulantis videtur procedere, & celerrimè euaneſcit. Vndè & 1. Paralip. 29. habetur: Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Et in Pſal. 101. Quia defecerunt ſicut fumus dies noſtri. [& nõ eſt reuerſio finis noſtri.] id eſt, poſt mortem non reuertemur ad vitam hanc, ſicut & ſanctus Iob: Viam, inquit, Iob 16.
per quam nõ reuertar, ambulo. [q̃m conſignata eſt] id eſt, clauſa, operta, & nunquàm appárens, q̃a nec exiſtens ipſa reuerſio: ſicq; per molẽ ſepulcro ſuperimpoſitam eſt ſublata: quẽadmodùm & Iudæi, corpore Chriſti clauſo in monumento per lapidẽ conſignatũ, putabant Matt. 27.
eius memoriam, oẽmq; ſpem ſuæ reſurrectionis, eſſe penitùs extinguendas. Vndè & in Pſalmo 48. Sepulcra eorũ, domus illorum in æternũ. [& nemo reuertetur] ad hanc vitam poſt mortem. Quod quanuis naturaliter ità ſit, miraculoſè tamen frequenter contingit oppoſitum. [Venite ergò, & fruamur bonis quæ ſunt:] id eſt, quum nõ ſit vita alia poſt præſentem nec retributio, immò nec tandèm memoria: non quæramus niſi delectabilia carni, & deſiderabilia huius mundi. Quidam aũt quanuis non crederent eſſe vitam poſt iſtam, tamen deſiderio magnæ famæ, qua in memorijs hominum remanerent, ſtuduerunt agere quædã bona & magna. Iſti verò conſiderantes famam quoq; tandèm deficere, toto impetu elegerunt vacare libidini, quemadmodùm in Eccleſiaſte ex perſona talium legitur: Comede in læti- Eccés 9.

tia panem tuũ,& bibe cum iucũditate vinum tuum: perfruere vita cum vxore quam diligis: hæc eſt emꝫ pars tua.[& vtamur creatura tanquàm in iuuentute celeriter.] id eſt, rebus creatis ad libitũ ſine mora inhæreamus.[Vino precioſo] quantùm ad guſtũ.[& vnguentis]quo ad tactum & odoratũ,[nos impleamus,]quatenùs ſinguli ſenſus noſtri delectationibus vtãtur obiectorum ſuorũ.[& non ꝓtereat nos flos tẽporis:]id eſt,adoleſcentiam,ſeu iuuentutẽ noſtræ durationis,nõ expendamus abſq; abundantia voluptatũ. [Coronemus nos roſis antequàm marceſcãt:] vt ſic ornati,mulieribus magis cõplaceamus.[nullum pratum ſit,quod nõ pertranſeat luxuria noſtra:]id eſt,in locis virentibus & amœnis noſtrã exerceamus libidinẽ. [Nemo * veſtrûm exors ſit]id eſt,ſine cõmunione & participatione [luxuriæ noſtræ. Vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ,qm̃ hæc eſt pars noſtra,& hæc eſt ſors noſtra.]id eſt,taliter delectari & viuere, eſt ꝑcipuum bonum noſtrũ & euentus fortunatior, q̃ poteſt nobis accidere,qa in his felicitatẽ cõſtituimus noſtrã,iuxta illud Eccẽs: Quid ampliùs habet homo de labore ſuo? Prætereà,qm̃ vitia iſta carnalia hominẽ intantùm excæcant, vt cadat in crudelitatem & alios ſpoliet,vt habeat vndè ſuam expleat voluptatem:& præcipuè eum exaſperant cõtra eum,à quo pro ſuis corripitur vitijs,rectè ſubiungitur de impijs iſta dicentibus: [Opprimamus pauperẽ] ſpiritu,id eſt,humilẽ [iuſtum] qui vel nõ poſſit,aut nõ optet nobis reſiſtere. [& nõ parcamus viduæ:] quũ tamen pauperes & viduæ ſint miſerabiles perſonæ,in quas exercere tyrannidẽ,eſt ſpecialiter ſeuum.[nec veterani reuereamur canos multi tẽporis:]id eſt,nõ honoremus ſenes, qui habent albos crines ex diuturnitate vitæ,quum tñ ſcriptum ſit:Coram cano capite cõſurge, & honora perſonã ſenis. [Sit aũt fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ] id eſt, poteſtate vtamur pro iure, & voluntate pro ratione, quod ꝓprium eſt tyrannis.Rex autem ſequitur rationẽ,& poteſtatẽ regulat legibus æquitatis.[Quod enim infirmum eſt,inutile inuenitur:] id eſt,inutile iudicamus ſuccumbere,impotentioremq; eſſe, ac ſubijci.Dominari verò & prævalere,reputamus beatũ,quum tamen dicat Apoſtolus,infirma mundi elegit Deus,vt cõfundat fortia, & multo ſalubrius ſit iniurias pati, quàm irrogare,Chriſto teſtante:Beati qui perſequutionẽ patiuntur propter iuſtitiam,&c. Porrò quæ ſequuntur, ſecundùm Auguſtinũ verba ſunt Salomonis, ad literam de Chriſti paſſione & perſequutione prænunciata,& litera ad hoc optimè cõſonat,nec de alio aliquo tam conuenienter aptatur.Sed huic expoſitioni nõ videntur cõſonare phabita.Pontifices nanq;,Scribæ,ac Pphariſei perſequutores Chriſti,nõ fuerunt illius perfidiæ,vt dicerent animas hominum eſſe mortales, nec ad luxurias & cætera vitia iam prætacta totaliter ſe expoſuerunt. Ad quod dici poteſt,quòd inter illos fuerunt aliqui Saduceꝰi, qui animarũ immortalitatẽ & futurum iudicium negauerunt. Cæteri aũt ità obtenebrati & carnales fuerunt, quòd etſi non verbo,tñ ipſo facto dixerunt,Venite,& fruamur bonis quæ ſunt, quemadmodùm de q̃buſdam ſcribit Apoſtolus:Dicunt ſe nôſſe Deum,factis aũt negant.Fuerũt quippe ſummè auari,& ꝑſentibus dediti. Propter quod Chriſtũ contra auaritiam ꝑdicantem, atq; terrenorum contemptum exemplo ac verbis perſuadentem,maximè abhorruerunt & irriſerunt, dicentes:Dæmonium habet & inſanit,quid eum auditis? prout in Euangelio legitur.Exponendo ergò de Chriſto,iſte eſt ſenſus: [Circũueniamus ergò iuſtum,]id eſt,Ieſum decipiamus,qa multas poſuerunt ei inſidias,& frequenter obſeruauerunt, ac quoſdam miſerunt q̃ eum caperent in ſermone.Et quanùs Ieſus omnia ſciens,nõ potuerit decipi,ipſi tñ præſumpſerũt ſe poſſe fallere eum,tanquàm hominẽ purum alijs ſimilẽ. Vndè ait Saluator in Pſal. Qm̃ gratis abſconderunt mihi interitũ laqui ſui.Et denuo: Narrauerunt vt abſconderent laqueos,dixerunt, Quis videbit eos? Et quanùs dicatur hîc ex eorum perſona, Circunueniamus iuſtũ: ipſi tamen Ieſum nõ reputauerunt, nec nominauerunt iuſtũ. Sed quia veriſſimè iuſtus fuit, ideò ad rem ipſam adſpiciendo dixerunt: Circunueniamus iuſtum,qm̃ is de quo ſic contulerunt,fuit ſummè iuſtus. Sic & Apoc.13. miniſtri Antichriſti leguntur dicturi: Quis ſimilis beſtiæ? quum tamen dicturi ſint, Quis ſimilis Chriſto? Sed qm̃ is quem pro Chriſto recipient, beſtialiſſimus erit: ideò reſpiciẽdo ad rem, ꝓnunciantur dicturi, Quis ſimilis beſtiæ? [qm̃ inutilis eſt nobis:]Chriſtus,quantùm in ſe erat,vtiliſſimus & ſaluberrimus fuit illis,eos erudiendo doctrinis,exemplis,miraculis, & charitatiuè corripiẽdo ac auiſando. Sed inutilis fuit eis, quo ad peruerſum finem ab eis intentum: qm̃ toto affectu inhiabant diuitijs atq; honoribus,quod Chriſtus vituperauit,humilitatem & paupertatem exemplis ac verbis cõmendans. Iuxta hunc modum narratur ſecundo Regum, quòd conſilium Achitophel vtile fuit Abſoloni ac ſuis,quod tamen ſceleratiſſimum erat. [& contrarius eſt operibus noſtris:] qa opera eius fuerunt ſanctiſſima, opera aũt ipſorum prauiſſima.[& improperat nobis peccata legis] Moſaicæ, id eſt, imputat & obijcit nobis peccata, quæ contra legem Moſis perpetr

Eccẽs 3.

1.Tim.5.

Leuit.19.

1.Cor.1.

Matth.5.

Titi 1.

Lucæ 16.
Ioan. 10.

Pſal.34. & 63.

2.Reg.17.

petramus ſiue admittimus,prout in Euangelio copioſè narratur.[& diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ:]id eſt,publicè reꝑhendit nos de ſtatutis & obſeruantijs quibuſdã regulaꝝ ribus,aſſerens ea eſſe vitioſa ac diuinę legi cõtraria.Nempe in Euãgelio ait:Benè irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionẽ veſtram.Et rurſùs: Quarè vos tranſgredimini præceptum Dei,vt traditionem veſtram ſeruetis?[Promittit]id eſt,firmiter aſſerit[ſe ſcientiam Dei habere,]immò & Deo patri in ſciẽtia eſſe æqualẽ,dicens Matt.11.Nemo nouit filiũ niſi pater,neq; patrẽ quis nouit niſi filius.Et Ioan.7.Mea doctrina nõ eſt mea,ſed eius qui miſit me.Et iterùm ad Iudęos ibidèm:Eſt verus q̃ miſit me,quẽ vos neſcitis, ego aũt ſcio eũ:Et ſi dixero qa neſcio eũ,ero ſimilis vobis mendax.[& filiũ Dei ſe nominat.]Immò filium naturalẽ vnigenitũ conſubſtantialẽ,dicendo Ioan.10.Ego & pater vnũ ſumus.Et rurſùs ibidèm: Pater quod dedit mihi,maius oñibus eſt.Vndè rurſùs Ioan.5.habetur:Pater meus vſq; modò operatur,& ego operor:propterea ꝑſequebanꝫ Iudæi Ieſum, quia non ſolùm ſoluebat ſabbatũ,ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Et alibi:Quem pater ſanctificauit,& miſit in mundum,vos dicitis,qa blaſphemas,qa dixi,filius Dei ſum? [factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum:]id eſt,non ſolùm repræhẽdit ac propalauit exteriora noſtra peccata,ſed etiam ſecreta vitia cogitationũ noſtrarũ manifeſtauit, iuxta illud Matt.9.Cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorũ,dixit.Et Ioan.2.habeſ:Opùs ei non erat vt q̃s teſtimoniũ perhiberet de homine:ipſe emꝫ ſciebat quid eſſet in homine. [Grauis eſt nobis etiam ad videndum.]propter rancorem & diſplicentiam, quos contra eum concepimus.[quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius:]quia in omnibus ſine perſonarũ acceptione pro veritate zelatur,nec vllum veretur,nec parcit alicui. [& immutatæ] id eſt, alijs diſſimiles[ſunt viç eius:]id eſt,actiones,inſtructiones,inſtitutionesq; eius.Quemadmodùm autem ſimilitudo eſt cauſa vnionis & complacentiæ,ſic diſſimilitudo auerſionẽ ac diſplicentiam parit,& veritas odium. Talia tamen ſunt ſcandala paſſiua & ſumpta,nõ actiua & data.[Tanquàm nugaces] id eſt,vani,fatui,& mendaces,[æſtimati ſumus ab illo:] Vndè loquitur eis in Euãgelio:Vos ex patre diabolo eſtis,& in peccato veſtro moriemini:qui ex Deo eſt, verba Dei audit:propterea vos non auditis,quia ex Deo non eſtis.Et rurſùs:Eſt pater meus qui glorificat me,quem vos dicitis,quia Deus noſter eſt,& non cognouiſtis eum. Ego autem noui eum,& ſi dixero quia non ſcio eum,ero ſimilis vobis mendax.[& abſtinet ſe à vijs] id eſt,operibus & traditionibus[noſtris,tanquàm ab immunditijs,& præfert nouiſſima iuſtorum:]id eſt,prædicat,laudat,& cũctis præſentibus anteponit finalia bona ac præmia, iuſtis pro mercede præſtanda,dicendo:Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.Et rurſùm, Ibunt iuſti in vitam æternam,& erũt ſicut angeli Dei,ac multa ſimilia.[Et gloriatur patrem ſe habere Deum.]Sicut iam patuit,& fuit hæc gloriatio ſancta & vera,non vana & falſa.[Videamus ergò,]id eſt,per effectuum euidentiam inquiramus, [ſi] id eſt, an [ſermones illius veri ſint,& tentemus] id eſt,experimentaliter ſcire conemur, [quæ ventura ſunt] illi inter aduerſa quæ infligemus ei,[& ſciemus quę erũt nouiſſima illius.] id eſt, quę finaliter ei euenient. [Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum,]ipſum defendendo & exaudiẽdo, [& liberabit eum de manibus contrariorum:]id eſt, inimicorum ſuorum. Iſtud, ſecundùm Auguſtinum,fuit totum acumen Iudæorũ.Viderunt etenim Ieſum multa & præclariſſima miracula facientem,& copioſum poſt ſe populum deducentem,ac omnium terrenorum prædicantem contemptum.Sicq; videbant ſibi ab ipſo principatum,ad quem maximè anhelabant,auferri.Ideò collegerunt conciliũ Pontifices & Phariſæi, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum.Et venient Romani,& tollent locum noſtrum & gentem.Sicq; ex vna parte metuebant eum ità dimittere,ex alia quoq; parte verebantur eum occidere,tot & tanta agentem prodigia.Ideò inuenerunt medium iſtud,vt per aduerſa & amariſſima ſupplicia explorarent, an verè eſſet filius Dei,dicentes:Si verus filius Dei eſt,non permittet eum pater occídi,ſed eruet eum de manibus noſtris.Quod ſi fecerit,agnoſcemus quòd ſit filius Dei,& credemus in eum. Si verò permiſerit eũ occídi,patebit q̃ nõ ſit niſi quod cæteri,nec ſit verus filius patris æterni.Huic demùm cõſiderationi beati Auguſtini,cõcordat Euãgelica veritas, quoniã Chriſto in cruce ſuſpẽſo,dixerũt:Si rex Iſrael eſt.Vel,ſi hic eſt Chriſtus Dei electus,deſcẽdat nũc de cruce,& credimus ei.Inſupèr teſte Auguſtino,volebãt à morte Chriſti immunes videri,ꝑpter quod tradiderũt eũ Pilato,vt morti adiudicaretur ab illo,eis accuſantibus tãtùm.Veruntamen Pilato hoc facere renuente,à propria inuidia incitati ſunt & coacti,importunè crucifixionem eius efflagitare.Hinc etiã leguntur dixiſſe Apoſtolis: Replẽſtis Hieruſalẽ doctrina veſtra, & vultis ſuper nos inducere ſanguinẽ hominis iſtius.quaſi dicãt:Nos ſumꝰ immunes à ſangui-

Ioan.8.
Ibidèm.

Matth. 15.
Ibidèm.

Ioan.10.

Matth. 13.
25.22.

Auguſtin.

Ioan.12.

Matth.27.

Act. 4.

ne eius, quem præſes per ſuos crucifixit miniſtros, & quẽ tradidit ſuus diſcipulus. His concordant ſequentia: ¶Contumelia & tormento interrogemus eũ, id eſt, inferendo ei opprobria & torméta, inquiramus & perſcrutemur an ſit filius Dei, & eruẽdus ex manibus noſtris. ¶vt ſciamus reuerentiã eius id eſt, an verè ſit honorandus vt filius Dei, & rex Meſſias. ¶& probemus patientiam illius. Ian ſcilicet impleat opere, quæ alios docuit de patiẽtiæ exhibitione. ¶Morte turpiſſima condemnemus eum: id eſt, procuremus eũ adiudicari patibulo, quæ fuit turpiſſima mors in lege, iuxta illud Deut. 21. Maledictus q̃ pendet in ligno. Quaſi dicãt: Tam ignominioſiſſimã mortẽ Deus pater nequaquàm filio ſuo infligi permittet. Ideò ſubdunt: ¶Erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius id eſt, ex verbis eus conſpiciemus atque penſabimus, quid habeat veritas: quia ſi poterimus eum extinguere, cognoſcemus q̃ mendaciter vocauit ſe filium Dei. ¶Hæc cogitauerunt iniqui prefati, ¶& errauerũt, ¶cùm in prophetis apertiſſimè prænũciata ſit paſſio Chriſti. Ideò nullam prorſùs conſequentiam habuit: Si hic eſt Chriſtus, deſcendat de cruce. Et, Si filius Dei eſt, liberabit eum de manu contrariorum: immò ſi non permiſiſſet eum pater occídi, cõſequens fuiſſet q̃ non fuiſſet Chriſtus filius Dei, de quo erat prædictũ, q̃ occideretur, & ſua paſſione redimeret mundũ. ¶excæcauit em̃ illos malitia eorum: id eſt, inuidia, impatientia, ira, amaritudo, indignatio, ſuperbia: quas cõtra Chriſtũ conceperant, ità quòd quãto plura & maiora fecit miracula, quo glorioſiùs prædicauit, & Chriſtũ ſe eſſe monſtrauit, eo plùs torquebãtur, & omnia interpretabantur in peius, ac dæmonum principi aſſcripſerunt. Et probabilis illa, quam antè habuerũt ad tempus de Chriſto, notitia, poſt paſſiones iſtas nequiſſimas fuit extincta & obfuſcata. ¶Et neſciẽrunt ſacramenta Dei: id eſt, ſecreta eius myſteria atque conſilia de modo ſaluandi genus humanum per Chriſti oblationem, ¶neq; mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, id eſt, felicitatem æternam pro actibus iuſtitiæ retribuendam. Certum eſt enim q̃ impij iſti Iudæi non habuerunt ſpem formatam, quæ ex gratia Dei, & actibus bonis procedit. ¶nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum: id eſt, non cognouerunt per fidem formatam, nec diſcreuerunt, quàm glorioſè coronandæ ſint à Deo animæ ſanctæ, ſed temporalia ſola penſabant. ¶Quoniam deus creauit hominem] ſcilicet primum noſtrum parentem Adam, ¶inexterminabilem: id eſt, impaſſibilem & immortalem, niſi peccaret. Nam animam eius condidit immortalem, & per originalem iuſtitiam manſiſſet corpus animæ perfectè ſubiectum, & à læſionibus liberum. ¶& ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum: id eſt, ad imitationem ſui ipſius, vt per intellectum, memoriam, voluntatem eſſet capax Dei, contemplando, amando, ac inhærendo, iuxta illud: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. ¶Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: id eſt, diabolus ex inuidia, qua inuidit primo parenti ac eius poſteritati beatitudinem, quam ipſe amiſerat, decepit & ad tranſgreſſionem induxit primos parentes. Qui mox ob ſuam tranſgreſſionem originali iuſtitia ſunt priuati, ſicq; mente eorum per inobedientiã à Deo auerſa, ſtatim cœpit ſenſualitas rationi reniti, & corpus ſpiritui, ſicq; corpus neceſſitati moriendi ſubiectũ eſt. Itaq; mors culpæ, per ſuggeſtionem diaboli intrauit in primos parentes, & per illam mors corporalis, ac ità in poſteros eorundem, qui originali iuſtitia deſtituti naſcuntur. ¶Imitãtur autem illum] id eſt, diabolũ, & eius inuidiam atq; malitiam, ¶qui ſunt ex parte illius:] id eſt, reprobi & iniqui, perditionisq̃ filij, quibus dicitur apud Ioannem: Vos ex patre diabolo eſtis.

¶Inſupèr ab illo loco, Circunueniamus ergò iuſtum, quidam exponunt de impijs, & de populo Iudæorum olim iuſto, de quo ſcriptura aliquandò loquitur, quaſi de homine vno: ità quòd gentiles aduerſantes populo illi, dixerunt: Circunueniamus iuſtum, id eſt, populum iuſtum Dei cultorem, quoniam contrarius eſt operibus noſtris, quia idololatriam vitat ac reprobat: & improperat nobis peccata legis, id eſt, vitia, quæ contra naturalem facimus legem: Promittit ſe ſcientiam Dei habere, ſcilicet legem deſupèr datam: Et filium Dei ſe nominar, iuxta illud Deuteronomij 14. Filij eſtote domini Dei veſtri. Vndè & Exodi 4. Dominus loquitur: Filius meus primogenitus Iſrael. Et Oſee 11. Puer Iſrael, & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filium meum. Iuſti autem, dicuntur filij Dei per adoptionem. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Quia prophetæ, Deo reuelante, frequenter nouerunt, & reprehenderunt cogitationes impiorum gentilium. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, multùm enim oderãt filios Iſrael. Quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, quia ſecundùm legis præcepta, habuerunt modum viuendi omninò diuerſum à ritu gentilium. Et iuxta expoſitionẽ præhabitam, poteſt litera ſequens aliqualiter applicari ad iſtum ſenſum, nó tamẽ propriè, vt videtur. ¶Porrò ſpiritualiter poteſt exponi de hæreticis, ac alijs perfidis, populũ catholicum tãquàm Dei filiũ adoptiuũ perſequentibus.

Matth. 27.

Matth. 12.

Gene. 1.

Ioan. 8.

Qui

Qui populus verè habet ſcientiam Dei, & gloriatur ſe dicere Deo: Pater noſter qui es in cælis, ac infideles reputat prorſùs erroneos: quem dum perfidi & iniqui perſequuntur ac ſuperant, præſumunt populum Chriſtianum à Deo relictum, ac reprobum, ignorantes quòd Deus ſuos electos in hac vita exercet, purgat ac probat per reprobos & iniuſtos. Iſtas expoſitiones, breuitati ſtudens, tango ſolùm, nõ proſequor: quia ex prima iam introducta expoſitione poſſunt facilimè elici, ac patére. Matth. 6.

¶Declaratio Cap. 3. Iuſtorum aũt animæ in manu Dei ſunt. Articulus 3.

CApitulo præcedenti deſcriptæ ſunt peruerſitates & opera impiorum, & qualiter circa Chriſtũ ſe habuerunt. Hîc deſcribuntur virtutes, actiones, proprietates, priuilegia, ac prẽmia electorum atq; ſanctorum, potiſſimè martyrum: quorum conſtantiam ac martyrium impij reputauerũt inſaniam ac perditionem. ¶Iuſtorum aũtẽ animæ in manu Dei ſunt:] Multis modis accipitur manus Dei in ſcripturis. Primò, pro omnipotentia eius, ſicq; vniuerſa creata in manu ſunt Dei, iuxta illud Pſal. 94. In manu eius ſunt omnes fines terræ. Secundò, pro conſeruatione ipſius. Sic quoquè omnia in manu Dei exiſtũt. Tertiò, pro vindicta diuinæ iuſtitiæ, iuxta illud Pſal. 20. Inueniatur manus tua oĩbus inimicis tuis. Quartò, pro gratioſo & pio auxilio, ſeu magnifico opere Dei, ſicut Exod. 14. legitur eduxiſſe filios Iſrael de Aegypto in manu excelſa. Quintò, pro præſentiali repreſentatiõe, ſicut Iſaiæ 49. Eccè in manibus meis deſcripſi te. Sextò, pro filio Dei patris. Nam ſicut Spiritusſanctus dicitur digitus Dei, quia per eum ſecreta indicat ac reuelat, prout in Euangelio loqtur Chriſtus: Si in digito Dei ejcio dæmones: ſic filius dicitur manus, ſeu dextera ac brachium patris, quia per filium omnia operatur. De quo Iſaiæ 52. aſſeritur: Parauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omniũ gentium. Septimò, pro diuina protectione, & ità iam dicitur: Iuſtorum animę in manu Dei ſunt, quia à corpore exeuntes, non pereunt, nec damnantur, vt perfidi putauerunt, ſed cuſtodiuntur à Deo, & de ſua beatitudine fiunt ſecuræ, immò ſub Euãgelica lege mox admittuntur ad gloriam animæ martyrum, & ità ſunt in manu pietatis diuinæ, per aſſecurationem ſalutis collatæ: quæ autẽ aliquid deſerunt ſecum purgabile, ſunt vſq; ad ſuę conſummationem purgationis in Purgatorij locis, in quibus tamen certæ ſunt de adeptione præſtandæ ſalutis. Porrò ante Chriſti paſſionem animæ ſanctæ nihil ſecum portantes purgabile, erant in limbo patrum, & de futura gloria erant tutæ, à qua retardabantur ob reatum naturę, qui auferri nõ poterat, niſi per Chriſtum. ¶& non tanget illos tormentum mortis: id eſt, pœna æternæ damnationis, quæ eſt mors ſecunda ac crudeliſſima. Vndè Apoca. 21. habetur: Pars iniquorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulfure, quod eſt mors ſecunda. Vel ideò ait, non tanget illos tormentum mortis, qa tormenta quę ſuſtinuerunt, nõ occiderunt eos totaliter, immò principalis pars, ſcilicet anima, manſit immortalis. Ideò ſubditur: ¶Viſi ſunt oculis inſipientium mori: id eſt, inſipiẽtes tyranni & infideles eſtimauerũt eos mori, quantùm ad corpus & animam, vel damnari in anima. ¶Et æſtimata eſt afflictio, exitus eorum: id eſt, impij illi reputauerunt exitũ iuſtorũ de ſeculo iſto, videlicet mortem, non eſſe niſi afflictionem, & nõ eſſe ianuam ad vitam beatam: quia non crediderunt eſſe vitam aliã poſt præſentem, aut crediderunt eos poſt corporalem temporalemq; mortẽ, deſcendere ad infernum in afflictionem acerbiorem. ¶Et ab itinere iuſto abiẽrunt in exterminium: id eſt, ipſi inſipientes recedentes à via iuſtitiæ, exterminati ſunt. ¶& quòd à nobis eſt iter exterminij: id eſt, in præfatam exterminationẽ, quæ eſt eradicatio ſeu iter exterminatiõis à nobis, id eſt, receſſus ac defectio ab hac vita. Vel ſenſus eſt, quòd iuſti reputatione atq; iudicio impiorũ receſſerunt à recto itinere veritatis, in exterminationẽ de qua fertur in Iſaia: Tollatur impius, nè videat gloriã Dei. Baruch quoq; 3. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. Atq; Iob 4. Vidi iniquos dño flante periſſe. ¶illi autem] ſcilicet iuſti ¶ſunt in pace] æternitatis: qa quantùm ad animã, ad quietem peruenerunt perpetuam, & ab inquietudinibus atq; laboribus vitæ præſentis requieuerunt, prout Apocal. 14. aſſeritur: Beati mortui qui in dño moriuntur: Amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcãt à laboribus ſuis. ¶Etſi] i. quãuis, ¶coram hominibus] immò & ab impijs ac tyrannis ¶torméta paſſi ſunt,] iuxta illud ad Heb. 11. Ludibria & verbera experti, inſup & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. ¶ſpes illorũ immortalitate plena eſt: id eſt, æternam ac ſecuram ſalutem eſt cõſequuta. Vel ſpes illorum, id eſt, merces ſperata ab eis, videlicet ſalus perpetua, immortalitate plena eſt, qa in nullo poteſt deficere, prout Iſaię 51. ſcriptũ eſt: Lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. ¶in paucis vexati] corporaliter, id eſt, parua & modica paſſi tormenta, cõparatione æternæ & ineffabilis felicitatis, propter quod loqtur Paulus Rom. 8. Non Sapien. 2. Lucæ 11. Iſa. 26. iuxta LXX.

4.Cor. 4. Non ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã. Itẽq;:Id quod in p̃ſenti eſt,leue & modicũ tribulationis noſtrę,æternũ gloriæ põdus operat̃ in nobis. Vel in paucis,i.corporalibus vexati,quę cõmunia ſunt hominibus ac iumẽtis,& reſpectu ſpiritualium,præſertim Matth. 25. bonorũ cæleſtis patriæ,pauca ſunt,ſicut in Euãgelio dicit̃ ſeruo fideli:Quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituã.[In multis benè diſponent̃:]id eſt,copioſa præmia conſequentur,atq; in anima & corpore glorificabũtur,ſicut Paulus & Iſaias teſtãtur, quòd oculus nõ vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderũt,quæ præparauit Deus his qui diligunt eum. Vndè Chriſtus dixit in cœna nouiſſima,Ego diſpono vobis regnum. Et rurſùs:Vado parare vobis locum.[quoniam Deus tentauit eos.]Iacobus Apoſtolus ait: Nemo cùm tentatur,dicat,quoniã à Deo tentat̃:Deus enim neminẽ tentat.quomodò ergò nũc dicitur,Deus tentauit illos?Et reſpondendũ,quòd multiplex eſt tentatio. Vna,quæ ordinatur ad ſumendum experimentum de rẽ incognita,ſicq; homines aliquandò tentãt. Alia,quæ ordinatur ad exercitationẽ & profectũ tentati,& ad informationem ædificationẽq; aliorum. Et ſic Deus tentat electos ac virtuoſos,ſicut tentauit Abrahã,Iob & Tobiã. Vndè & Moſes monet Deut. 8. Recordaberis cuncti itineris,per quod adduxit te d̃ns,vt affligeret te atq; tẽtaret.Itaq; Deus tẽtauit illos,id eſt,per aduerſa exercitauit,approbauit,purgauit,& alijs manifeſtauit illos.[& inuenit illos dignos ſe:]id eſt,ſua beatifica viſione,inquantũ ex charitate omnia æquanimiter pertulerũt ad gloriã Dei,ſpiritu ſancto actualiter cõcurrente & mouente interiùs ad taliter patiendũ. Sic cm̃ principiũ effectiuũ meritorij actũs,fuit correſpõdẽs & proportiõatum
Rom. 8. fini retributionis beatæ,id eſt,beatificæ viſioni ſeu eius obiecto. Nec obſtat illud Apoſtoli, Non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriam:qa afflictiões vitæ præſentis ſecundùm ſe cõſideratæ,non ſunt cõdignæ gloria tãta:ſed cõſideratæ modo prætacto,cum
1.Theſ. 2. charitatis & diuinæ motiõis incluſione,ſunt dignæ. Nam & idẽ Apoſtolus alibi exhortatur, vt ambuletis dignè Deo [Tanq̃ aurum in fornace probauit illos:]id eſt,ſicut aurum in igne fornacis examinat̃,an ſit verũ & bonum aurum, & ibidẽ ab admixta fæculentia expurgatur, ſplendidiusq; efficitur:ſic Deus ſuos electos in igne aduerſitatis probauit,& probatos monſtrauit,puriores effecit, & ad ſplendorem ſalutis æternæ perduxit, & quanuis quorundam
Iob 23. corpora combuſta ſint igne,aut beſtijs deuorata, animæ tamẽ maiori gratia & gloria ſunt dotatæ. Hinc & ſanctus Iob dixit:Probauit me d̃ns quaſi aurum quod per ignem tranſit. Zachariæ quoq; 13. d̃ns loqtur:Ducã eos per ignẽ,& vram eos ſicut vritur argentũ,& probabo
Iudith 8. eos ſicut probatur aurũ. Vndè & Iudith ait:Oẽs qui Deo placuerunt,per multas tribulationes tranſierũt fideles. Hinc igitur diſcamus patientiã,& in aduerſis ſicut in omnibus diuitijs gloriemur.[& quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos:]i. ſicut ſacrificiũ legis,quod holocauſtum vocatũ eſt,qa ad diuinæ maieſtatis honorẽ totaliter incẽdebatur ac cremabatur, in ſignũ,q̃ homo ſe totũ debet Deo ac cultui eius. Sicut (inquã) ſacrificiũ illud fuit Deo acceptũ ex offerẽtium fide,charitate & deuotione:ſic martyres ſancti & viri perfecti, Deo valdè accepti fuerunt per hoc,q̃ ex fidei ſynceritate,charitatis feruore, & deuotionis fragrantia, ſeipſos Deo totaliter obtulerunt,per martyrij paſſionẽ aut cultũ perfectũ. Ideò ſcriptum eſt Pſal. 115. Preciosa in cõſpectu d̃ni mors ſanctorũ eius.[& in tẽpore erit reſpectus illorũ.]id eſt,quanuis Deus ad tẽpus permittat electos ſuos ità affligi,tñ tẽpore opportuno, & ab ipſo præordinato ipſos cleméter adſpiciet, & ab oñi pœna ereptos, glorioſè ac copioſè coronabit ac prẽmiabit. Ideò Apoc. 2. ait:Eſto fidelis vſq; ad mortẽ,& dabo tibi coronã vitæ. Atq; in Pſal. 90. Cum ipſo ſum in tribulatione,eripiã eum & glorificabo eũ. Deniq; in tempore erit reſpectus illorum,id eſt,q̃ nunc in pœnis & perſequutionibus videntur viles, & quaſi à Deo relicti,in die iudicij cõſpicientur ab oñibus glorioſi. ideò ſubditur:[Fulgebũt iuſti] in corporibus glorificatis in die extremi iudicij & deincèps in cæleſtis gloria paradiſi,per dotem claritatis:incõparabiliter verò clariùs fulgebunt in corde,per lumen gloriæ & beatificam viſionẽ immediatè coniuncti lumini increato:quod erit eis obiectum, & quaſi forma,ac medium cognoſcẽdi Deum,q̃ non per ſpeciẽ creatam,ſed increatam videtur clarè &
Matth. 13. immediatè facie ad faciẽ. Hinc aſſerit etiam d̃ns:Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Malachiæq; 4. Deus teſtatur:Orieẽ vobis timẽtibus nomẽ meum ſol iuſtitiæ.[& tanq̃ ſcintillæ in arũdineto diſcurrẽt.]i. per doté agilitatis erunt celerrimè mobiles,ſicut ſcintillæ velociſſimè agitanť in arundineto,videlicet in loco quo cannę naſcunť. Idcircò ait Deus
Mala. 4. per Malachiã:Salietis quaſi vituli de armẽto. Et ſicut ignis citò cõſumit arundinetum,ſic ſancti in die iudicij velociſſimè dijudicabunt iniquos. Vndè ſubiungit̃:[Iudicabunt nationes] qm̃ aſſeſſoria dignitate,& approbatione ſentẽtiæ iudicabunt cum d̃no Saluatore, qui cunctis

ctis ſanctis promiſit:Vos q̃ ſecuti eſtis me,ſedebitis ſuper ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Iudicabunt ergo nationes,i. oẽs reprobos & iniquos, propter quod ait Apoſtolus: An neſcitis,qa ſancti de hoc mũdo iudicabũt? Et Pſalmiſta: Gladij ancipites in manibus eorum ad faciendã vindictã in nationibus.[& dominabuntur populis.]Iam interim habent dominiũ ſuper exiſtentes in ſeculo iſto,& in die iudicij apparebunt iudices ac domini perſequutorum ſuorum ac omnium iniquorũ. Hinc Malac. 3. legitur:Egrediemini & calcabitis impios. Apocal. quoq; 2. aſſerit Chriſtus:Qui vicerit,& qui cuſtodiẽrit vſq; in finem opera mea, dabo illi poteſtatẽ ſuper gẽtes,& reget eas in virga ferrea,& tanq̃ vas figuli confringent.[& regnabit d̃ns illorũ in perpetuũ:]& ipſi cũ d̃no ſuo, d̃nusq; cũ eis,quẽadmodùm iudex Apoc. 3. teſtatur, Qui vicerit,dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Hinc fertur in Daniele: Regnum & poteſtas dabitur populo ſanctorũ altiſſimi.[Qui confidunt in illum,intelligunt veritatem:]id eſt,qui cum humili fidutia inuocant Deũ conſtanter pro illuminatione interna,intelligent veritatem de neceſſarijs ad ſalutem,quia dominus illuminabit eos per ſe,aut per ſuos miniſtros. Quis enim Eccl 2. inuocauit illum,& deſpexit eũ? Ideò monet Apoſtolus Heb. 4. Adeamus cũ fidutia ad thronum gratiæ eius. Nempe qui confidunt in d̃no,non præſumunt de ingenio ſuo,ideò illumi nari merentur. Propterea hortatur Propheta: Accedite ad eum, & illuminamini.[& fideles Pſal. 33. in dilectione]id eſt,qui Deũ conſtanter & efficaciter diligunt,[acquieſcent illi:]id eſt, obedient,adhærebunt,& ſuum intellectum humiliter ſubdent authoritati fidei ac ſcripturis,redigentes intellectum ſuũ in captiuitatẽ,in obſequiũ Chriſti. Hinc ait Saluator: Si quis diligit me,ſermones meos ſeruabit. Et alibi:Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea. Etenim ſignum fidelis & verę dilectionis,eſt exhibitio operis. Dilectio enim cõformat voluntatẽ diligentis,volũtati dilecti,& quaſi ligat eas adinuicẽm,qa dilectio dicit̃ quaſi duorũ ligatio.[qm̃ donũ & pax eſt electis eius:]id eſt,electi Dei,habẽt à Deo dona gratię,pacemq; pectoris in præſenti,ac dona gloriæ ac pacẽ æternitatis in futuro. Deniq; electis ſeu prædeſtinatis Deus largitur in via omnia neceſſaria pro beatitudine obtinẽda,quemadmodùm ab æterno decreuit & præordinauit.[impij autem ſecundùm quę cogitauerunt,correptionem habebunt.]id eſt,debitas luent pœnas,& in iudicio corripient̃ ſecundùm cogitationum ſuarũ demerita. Illis etenim iudex dicturus eſt,Ite maledicti in ignem æternũ.[qui Matth. 25. neglexerunt iuſtũ,]id eſt,Deum eſſentialiter iuſtũ,& iuſta eius præcepta omiſerunt. Hinc Sophoniæ 2. præcipitur:Quærite iuſtum,quærite manſuetum,ſi quo modo abſcondamini in die furoris d̃ni.[à domino receſſerunt]per auerſionem & inobedientiam,non per localẽ diſtantiã,iuxta illud Oſee 2. Dereliquerunt d̃nũ in non cuſtodiendo. [Sapientiã em̃] quæ eſt ſapida diuinorũ notitia,[& diſciplinã] id eſt, moralia documẽta,ſeu correptionem charitatiuam,iuſtámve caſtigationẽ,[q̃ abijcit]à ſe,[infelix eſt]iam miſerijs culpæ,& demeritis pœnæ æternæ. Hoc aũt faciunt,qui recedunt à d̃no. Hinc & Prouerb. 15. ſcriptum eſt: Qui abijcit diſciplinam,deſpicit animam ſuam:Qui autem acquieſcit increpatiõibus,poſſeſſor eſt cordis. Apoſtolus quoq;:Si extra diſciplinã (inquit) eſtis,ergò adulteri & non filij Heb. 12. eſtis.[& vacua eſt ſpes illorũ:]quia inaniter ſperant obtinere ſalutem, & in rebus caducis damnabiliter figunt ſpem ſuam,& fruſtrabuntur ſine optato ſeu bono ſperato.[& labores ſine fructu,]id eſt, profectu & merito vitæ æternæ carent labores ipſorum, immò vitioſi ſunt, & damnationem meretur, quum ſit peruerſa eorum intentio.[& inhabitabilia opera ipſorum.]Ipſi per opera ſua peruerſa, nec in militanti Eccleſia habitant, tanquàm viua membra ad myſticum corpus Chriſti ſpectantia, nec cæleſtem manſionem acquirent per ea. Idcircò de non confidente in d̃no, & recedente ab eo, loquitur Ieremias: Erit Ierem. 17. tanquàm myricæ in deſerto, & habitabit in terra ſalſuginis. Tales nanque ad Eccleſiam malignantium, & ad Babylonicam pertinent ciuitatem.[Mulieres eorum inſenſatæ ſunt,] conformando ſe vitijs maritorum ſuorum:quod tamen non ſemper ſic eſt, ſed frequenter. Et iuxta hunc ſenſum ſubiungitur:[& nequiſſimi filij eorum:]quia à parentibus non informantur, nec educantur in ſalubri ſcientia, & moribus atque virtutibus, ſed magis in vitijs.[Maledicta creatura eorum:]id eſt,poſteritas,ſiue domeſtici vel cognati,pertinentes ad eos & eis conſimiles,qui cum peruerſis peruertuntur,& maiorum ſuorum ſectantur praua veſtigia.[quoniam felix ſterilis & incoinquinata:]id eſt,quæ talem non habet ſobolem, felix eſt, & felicior quàm ſi fœcunda eſſet huiuſmodi prole, quemadmodùm & Eccleſiaſtici 16. ſcriptum eſt: Melius eſt mori ſine filijs,quàm relinquere poſt ſe filios nequam. Nam & turpe eſt parentibus,tam indiſciplinatam & vitioſam habere prolem,præſertim dum ex parentum negligentia oritur infrenata malitia ſobolis. Et indè multùm augebitur parentum

tum damnatio,in quos vtiquè filiorum redundant peccata.Felix,inquam,ſterilis,dūmodò aliundè non exiſtat culpabilis. Propterea additū,& incoinquinata,id eſt, mortali vitio non fœdata.[quæ neſciuit torum in delicto:]id eſt,adulteriū nō cōmiſit,vel carnalem coniugalemq; copulam non eſt experta,itaq; virgo permanſit. Vel neſciuit torum in delicto, id eſt, quanuis extitit maritata,non tamen abuſa eſt coniugio in peccatum,voluptatem quærēdo aut alio modo:ſed ſolùm reddendo debitum aut deſiderio prolis ad Dei obſequiū educandæ,ſeu cauſa vitandi incontinentiā in contorali:ſicq; impleuit illud Apoſtoli Heb.13. Honorabile connubium & torus immaculatus.[habebit fructum]id eſt,ſpiritualem profectū, atq; internæ munditiæ incrementum in via,æternæ quoq; beatitudinis remunerationem in patria.[in reſpectione animarum ſanctarū:]id eſt,ex diuinæ pietatis reſpectu & infuſione, quibus Deus adſpicit,intuendoq; implet animas virtuoſas.De quo reſpectu dixit beatiſſima virgo:Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.Et dñs:Ad quē reſpiciam niſi ad pauperculū & contritū?Hinc & Chriſtus in Euangelio caſtitati virginali promittit fructum centeſimum,caſtitati viduali ſexageſimum,coniugali triceſimum: Semē,inquiens,cecidit in terram,& ortum,fecit fructum,aliud cēteſimum,aliud ſexageſimū,aliud triceſimū. [Et ſpado, qui non eſt operatus per manus ſuas]id eſt,vires operatiuas [iniquitatem,] peccādo verbis aut factis.[nec cogitauit aduerſus Deum nequiſſima:]id eſt,per cogitationes prauas Deum non offendit,dolendo de impotentia ſua,& voluptates optando.Dicitur equidē ſpado,impotens coëundi,ſeu eunuchus caſtratus,& tales quandoq; corrupti ac libidinoſi ſunt mente,ſicut Eccleſiaſtici 30.legitur:Spado cōplectens virginem,& ſuſpirans:talis(inquam)ſpado eſt felix,quanuis coporaliter ſterilis,eſtq; felicior vitioſis parētibus ſobolis prauæ. [dabitur enim illi fidei donum electum,]id eſt, præclarum munus puritatis internæ ac interioris profectūs,ad quod per fidem pertingitur.Atq; poſt huius incolatum exilij, donum gloriæ æternalis.[& ſors in templo Dei acceptiſſima:]id eſt,gratiſſima portio ſupernorum charismatum in militanti ac triumphanti Eccleſia. Nec ab ingreſſu excludetur materialis Eccleſię,ſicut in lege,iuxta illud Deuter. 23.Non intrabit eunuchus in Eccleſiam Dei.[Bonorum enim laborum] qui ex charitate procedunt, aſſumuntur aut tolerantur, [gloriosus eſt fructus:]id eſt retributio copioſa ac felix.Propter quod monet &Apoſtol⁹ 1.Cor.15.Stabiles eſtote,abundantes in opere domini ſemp,ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in dño. 2.quoq; Paral.15.ſcriptū eſt:Non diſſoluantur manus veſtræ,erit enim merces operi veſtro.

Lucæ 1. Iſaiæ 66. Matth.13. 1.Cor.3. Et Paulus rurſùs loquitur:Vnuſquiſq; recipiet ſecundùm ſuū laborē.[& quæ non concidat radix ſapientiæ:]id eſt,habitus ſeu donum ſapientiæ ſtabilis, quæ manet in patria, ſpadoni tali præſtabitur:talis etenim,cùm careat vitijs carnis,nec impugnetur ab eis,ad contemplationem eſt aptus:cuius radix & origo,eſt ſapientiæ donum,cuius actus eſt contēplatio ipſa.

1.Cor.13. Et hæc radix ſapientiæ dicitur non concidere,quēadmodùm charitas non excidere perhibetur.[Filij autem adulterorū]qui parentum vitia imitātur,ſiue corporaliter, ſiue ſpiritualiter adulteri ſint:& præſertim in lege idololatria appellatur adulterium ſeu fornicatio ſpiritualis.[in conſummatione erunt:]id eſt,extremæ damnationi, quæ eſt vitiorum conſummatio ac merces finalis,adiudicabuntur,iuxta quē modum legitur ad Heb.6. Cuius cōſummatio in cōbuſtione erit.[& ab iniquo toro ſemen exterminabit:] i. ſoboles nata à toro ſeu coniugibus vitioſis,de electorū numero auferetur,ſi parētum vitia imitetur. Vel ſenſus eſt, quòd coniugati iniqui,propter ſua demerita priuabuntur prolis fœcūditate.Quemadmodùm enim in lege promittebatur iuſtis fœcunditas, iuxta illud Deuter.28.Benedictus fructus vteri tui:Et in Pſal.127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domūs tuæ: ſic fœcunditatis priuatio quandoq; pro culpa irrogabatur.[Et ſi quidem longæ vitę erunt,]id eſt,dato quòd tales iniqui diù viuāt in carne,[in nihilū cōputabūtur:]id eſt, nullius virtuoſitatis aut pōderis erunt:immò quo diutiùs vixerint,eo viliores deterioresq; apparebunt.[& ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorū.]Honor qppe eſt exhibitio reuerentiæ in ſignum teſtimoniumq; virtutis.Ideò ſicut carebunt virtute,ſic & honore in ſenio:quāuis em̄ ſenectus ex ſe ſit aliquo modo venerabilis,iuxta illud Leuit.19.Honora perſonā ſenis: tñ propter vitia puerilitatis,ſeu puerſitatis ei adiuncta,ſit aſpernabilis.Propter quod Eſai.65.inducit:Puer centū annorū morietur,& peccator centū annorū maledictus erit.[Et ſi celeriùs defuncti fuerint,nō habebūt ſpem]formatā felicitatis futuræ,nec ipſam ſpei rē conſequētur [nec in die agnitionis allocutionem.]i.in die iudicij vniuerſalis ſeu particularis,quādò cuncta eorum peccata pandentur,nō poterunt pro ſe reddere rationem,nec iudici reſpondere: nec approbationis ſententiam audient ab eodē,qua dicet:Venite benedicti patris mei, percipite regnū,quod vobis paratū eſt ob origine mūdi.[Nationes enim iniquæ,diræ ſunt cōſummatio-

Matth. 25.

nis.]id eſt,crudelem habebūt finē & damnationē aſperrimam,quibus dicetur:Ite maledicti in ignē æternū. ¶Præterea ab illo loco,Mulieres eorū inſenſatę ſunt,poſſunt hęc ſpiritualiter interpretari,ità q̄ mulieres iniquorū,id eſt,ſenſualitates ſunt inſenſatę,qa rationi rebelles.Nequiſſimi quoq; filij,id eſt,actus eorū,qa ex habitu prodeunt vitioſo. Maledicta creatura illorū,id eſt,cōuerſatio ab ipſis egrediēs.Creare em̄,frequēter accipitur pro facere ſeu formare.Quoniā felix ſterilis & incoinquinata,quę neſciuit torū in delicto.Hoc de virginibus ſpecialiter accipi poteſt,& de qualibet anima caſta,quę nec in hæreſim,nec in idolatriam,neq; in mortalis peccati corruptionē eſt lapſa,quæ in futuro ſequetur agnū quōcunq; perrexerit.Et ſpado qui non eſt operatus iniquitatē.Quocircà loquitur Gloſ. Poteſt in ſterili & ſpadone ordo virginū deſignari, de quo fertur Eſaiæ 56. Non dicat eunuchus, Eccè ego lignū aridum.& talē fuiſſe eunuchum Ioannē Apoſtolū, Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ,q̄ auſus eſt dicere quod ſecula neſciērunt,In principio erat verbum. Deficit ergò cauillatio Iudæorū,quæ ſemiuiris aperit regnum cælorū, cùm pudicitia ſit in volūtate animi, non in corporis debilitate.Dabitur enim illi fidei donum electū.Vndè in Euangelio Chriſtus:Sunt,inquit,eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum.Non omēs capiunt verbum hoc,ſed quibus datū eſt.Hinc legitur Eſaię 56.Hæc dicit dominus eunuchis, Qui cuſtodiērint ſabbata mea,& elegerint quæ volui,dabo eis in domo mea locum, & nomen melius à filijs & filiabus.Filij aūt adulterorum ſpirituali adulterio,putà diſcipuli hęreſiarcharum & omnium vitioſorum imitatores,in conſummatione damnationis erunt, ſicut expoſitum eſt.Poſtremò,omnis anima cæleſti ſponſo p̄er fidem & gratiā in baptiſmate conſecrata, mortaliter peccans,adultera eſt diaboli,qui cum imitantibus ſe peribit.

Matth.25. Matth.19.

¶Declaratio cap. 4.O q̄ pulchra eſt caſta generatio cū charitate. Artic. 4.

OStenſa calamitate, vituperijs q̄; prauorum,ſubditur laus iuſtorum:[O q̄ pulchra eſt caſta generatio]id eſt, cōgregatio cōtinentiū eſt ſplēdida valdē:caſta, inquā, generatio[cū claritate:]i.ſplēdori ſapiētiæ ac diſcretionis adiūcta,vt ſint ſapientes ac prudētes, oīa ad Dei gloriam referētes, nec ſuis viribus,ſed Dei auxilio innitentes,& caſtimoniā aſſcribentes.Nam fatuæ virgines inanis gloriæ deditæ, in Euangelio reprobātur.Quēadmodùm aūt in vitijs carnis eſt maxima turpitudo & p̄cipua inhoneſtas, ità in caſtitate eſt decor ingens & honeſtas p̄clara,& quędā non ſolùm animæ, ſed corporis quoquè munditia:ſicut & vitia carnis,corpus animam̄q; contaminant.Hinc ſanctus aſſerit Cyprianus:Pudicitia eſt ornamentū nobiliū,exaltatio humiliū, nobilitas ignobilium,pulchritudo deformiū,ſolamen mœrentiū,augmentū totius pulchritudinis,decus religionis, minoratio criminū,multiplicatio meritorū vniuerſorum,ſororq; angelorum. [Immortalis eſt enim memoria illius,]id eſt, perpetua cōmemoratione ac laude eſt digna, ſecundùm illud Prou.10. Memoria iuſti cum laudibus.[quoniā & apud Deū nota eſt,& apud homines.] id eſt,approbata in mente Dei & rationabiliū hoīm.Immò & ipſi incōtinentes frequenter valdē cōmendant caſtos,& ſemp ſunt aliq in Eccleſia militāte, caſtā generationē recolentes ac collaudātes.In triūphanti verò Eccleſia nunq̄ obliuionē incurrit.[Cùm p̄ſens eſt,]id eſt, dū caſta generatio cohabitat alijs,[imitanē illā]aliq ædificati ab illa,& prouocati eius exemp̄lo,iuxta quod legit in Pſal.17.Cū ſancto ſanctus eris.[& deſiderāt eā,]i.eius p̄ſentiā habent libēter,& diù cupiūt habere p̄ſentem,etiā tūc[cùm ſe eduxerit:]i.de vita iſta receſſerit,ſi fieri poſſet.[& in perpetuū coronata triūphat,incoinqnatorū certaminū p̄miū vincēs.]i.ipſa caſta generatio poſt hāc vitā à Deo coronata,plenè triūphat,habēs p̄miū coinqnatorum certaminū,i.reſiſtentiarū virtuoſarū,qbus reſiſtit tētationibus voluptatū & carnis atq; diaboli,quas fuit vincens.[Multigena aūt]i.multiformis ac copioſa[impiorū multitudo]q̄ multi ſunt nimis,qa multi vocati,& ſtultorū infinitus eſt numerus. [nō erit vtilis:] Immò ſibipſi nociua eſt,nec proficit ad ſalutē,ſed & alios ſcādalizat,& multiplicat mala in terra.quanuis aūt iniq nō ſint directè veraciter vtiles,indirectè tñ ex ordinatiōe diuina multipliciter vtiles ſunt.Nā & Deus tā bonus & ſapiēs eſt,q̄ nō permitteret eſſe mala,inutilia ac nociua,niſi vellet & poſſet aliqua bona atq; proficua ex illis elicere.Sunt itaq; mali vtiles. Primò, quia per eos electi purganē & exercenē in vita p̄ſenti.Secūdò,quoniā bonos & ſanctos perſequēdo & occidēdo,ſunt eis maximorū bonorū occaſio, vtpotè ſublimiū meritorū ac præmiorū,vt patuit in martyribus & tyrannis.Sic & Iudæi Chriſtū crucifigendo,facti ſunt occaſio ſaluationis totius mūdi.Tertiò,qa in ipſorū relictiōe ac condēnatione relucet diuina iuſtitia.Quartò,qa ex illorū punitione augeē gloria electorū,iuxta illud Pſal. 57. Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictā.Quintò,qa in tēporalib⁹ ſæpè deſeruiūt iuſtis.[& adulterinæ plātationes]i.prauę collectiōes,q̄ fornicanē à Deo,[nō dabunt radices altas,]i.nō emittēt ex ſe

profundas radices, vt faciũt arbores bonæ: hoc eſt, ſobolem virtuoſam ſeu vitã laudabilem,
Matth. 15. ſecundùm quod tales: q̃ tamen poterũt pœnitere. Hinc ait Saluator: Omnis plantatio, quam
non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. [nec ſtabile fundamentũ collocabunt.]id
eſt, in fidei firmitate, in Dei timore, in profundo humilitatis non fundant ſe, neq; in Chriſto
ſummo & incõmutabili bono, de quo ait Apoſtolus 1. Cor. 4. Fundamentũ aliud nemo po-
nere poteſt, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. [Et ſi in ramis in tẽpore ger-
minauerint,]id eſt, ad tẽpus floruerint in ſobole, aut proſperitatibus huius vitę, [infirmiter
poſitæ]id eſt, debili fundamẽto inhærẽtes, videlicet rebus caducis, [à vento cõmouebunt:]
id eſt, irruente quacunq; tentatione, perſecutione, aut aduerſitate, per impatientiã cadent.
[& à nimietate ventorũ eradicabuntur.]id eſt, ex vehementia perſecutionum, tẽtationum,
iuſtarúmve vltionum penitùs euellentur, & corporaliter ſpiritualiterq; deficient. [confrin-
gentur enim rami inconſummati,]id eſt, propagines talium deſtruent antequàm complean
tur, qa in ſua iniqtate auferunt de medio. [& fructus illorũ inutiles & acerbi ad manducan-
dum,]id eſt, actus eorũ ſunt ſcandaloſi ac venenoſi ad imitandum, iuxta illud Deut. 32. Vua
*ouis eorũ vua fellis, & botri amariſſimi. Vndè habet Iſaiæ 59. Qui comederit de *vuis eorũ, mo-
rietur: & quod confotum fuerit, erumpet in regulum. [& ad nihilum apti] ſunt [fructus eo-
rum,]directè, & ipſis ſic operantibus, per cõparationem ad veram ſalutẽ, quanuis interdùm
per opera vitioſa conſequantur temporalia cõmoda: ſed hoc eſt ad damnationẽ eorum ma-
iorem. [Ex iniqs enim]parentibus [omnes filij q̃ naſcuntur, teſtes ſunt neqtiæ aduerſùs pa-
rentes.]id eſt, filij tales prauorum parentum, & imitatores ſcelerum paternorũ, factis aut ver-
bis teſtantur, quòd parentes eorum ſint nequam & impij, vtpotè qui filios ſuos ſic neglexe-
runt ac infecerunt. Deniq; iſtã ſententiam Chriſtus Matth. 7. compendioſiùs euidentiusq;
deprõpſit, dicendo: Omnis q̃ audit verba mea hęc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui
Lucæ 6. ædificauit domum ſuam ſupra arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt
venti, & irruerũt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et ibidẽm: Non po-
teſt, inquit, arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, ex-
cidetur & in ignẽ mittetur. Hinc loquitur Iſaię 40. Et quidem nõ ſatus, nec radicatus in ter-
ra truncus eorũ, repentè flauit in eos & aruerunt. Qui rurſùs de impio Achaz ac ſuis loquẽs:
Iſaiæ 7. Cõmotum eſt, inqt, cor eorũ, ſicut mouentur ligna à facie venti. Spiritualiter caſta genera-
tio pulchra eſt valdè, id eſt, congregatio eorum qui vita & doctrina catholici ſunt, & nulla
infidelitatis aut hæreticæ prauitatis ſeu inobedientiæ labe ſe polluunt, atq; cuſtodiunt ſe à
ſimulacris dogmatum peruerſorum, quam cõgregationẽ amant, cupiunt & ſectanr oẽs ele-
cti. Multigena verò multitudo hæreticorũ, q̃ ſicut à catholicis, ſic diſcrepant à ſeipſis: quo-
niam quidam ſunt Arriani, quidam Sabelliani, quidam Manichæi, q̃ omnes ſunt adulterinæ
plantationes, non fixæ in Chriſto, nec fundatæ in veritate. Et ſi interdùm videantur in ali-
quo benè ſentire, impulſu tentationis diabolicæ, ſeu peſtifera ſuggeſtione faciliter proſter
Ephe. 4. nuntur, ac teſte Apoſtolo circunferuntur omni vento doctrinæ, in aſtutia hominum, in ne-
quitia ad circũuentionẽ erroris: quorũ fructus, id eſt, erronei intellectus, amari ſunt infecti-
uiq; cordium: oẽs quoq; eorũ filij, id eſt, imitatores ac diſcipuli, ſunt iniq, & maiorũ ſuorum
atteſtantur erroribus. [in interrogatione ſua:]qa ſi examinent̃, qualiter ad tantã ſint deuolu
ti malitiam & errorẽ, ex eorum reſponſione patebit, quòd parentes eorum carnales ſeu ſpi-
rituales, in culpa ſint. illi ergò ità peribunt. Et quia nonnunquàm iuſti celeriter & in iuuen
tute moriuntur, ſicut & impij, ſubiungit quid indè ſit ſentiendum: [Iuſtus autem ſi morte
præoccupatus fuerit,]id eſt, præuentus inopinatè, improuiſè, celeriter, aut ante ſenium mo
riendo, [in refrigerio erit:]ità quòd talis mors ſuæ animæ non nocebit, quia in charitate &
gratia recedit à corpore. Et quanuis nõ plenè purgatus, in Purgatorio puniatur ad tempus:
tamen & ibi habet refrigerium, vtpotè certus de ſua futura ſalute, atq; ex viuorum ſuffragijs,
ex conſolatione quoq; (vt creditur piè) angelica. Ideò puſilli ſcandalizari non non debent,
Rom. 11. ſi agnouerint iuſtos citò aut improuiſè decedere, qa in talibus ſunt occulta Dei iudicia. In-
ſuper docet, q̃ quanuis iuſtus morte præoccupatus, nõ ſit ſenectutem corporalem ſortitus,
ſpiritualem tamẽ ac melioré adeptus eſt. [Senectus em̃ venerabilis eſt]veneratione quæ vir-
tuti impenditur. [non diuturna, neq; annorum numero cõputata:]id eſt, non illa quæ ſolo
tẽpore eſt ꝓtracta, qa nõ ætas corporis, ſed mẽtis maturitas, morumq;, ꝓbitas, laudé & hono
rẽ merent̃. Hinc ſubdit: [Cani auté ſunt ſenſus hominis:]id eſt, ſapientiales interioresq; ſen
ſus hoïs iuſti, ſunt verè cani, maturi, & ſpirituali ſenio decorati, vtpotè puerilitatibus ac paſ-
ſionibus puerorum & adoleſcentum iuuenumq; carentes, ſicut de ſancto Benedicto refert
Gregor. Gregorius, quòd ætatẽ moribus tranſiens, nulli animum voluptati dedit. Et de beata Agne-

te Am-

te Ambroſius: Corpore erat, inquit, iuuencula, ſed ſenectus mentis ſuæ fuit immenſa. De To Ambro.
bia quoq; narrat: Quũq; eſſet iunior oĩm, nihil tamen puerile geſſit in opere. [& ætas ſene- Tob. 1.
ctutis, vita immaculata.]id eſt, q̃ irreprehenſibiliter cõuerſatur, benè ſenex cenſetur. Conſe-
quenter ponitur, cur iuſtus qñquè tam celeriter hinc emigret: [Placẽs Deo, factus dilectus,]
i. iuſtus per opera bona Deo placẽs, & per hęc factus eius amicus, [& viuẽs inter peccatores,
tranſlatus eſt:]i. per mortẽ à vita iſta ſublatus, atq; ad aliud ſeculũ ductus. [raptus eſt,]id eſt,
repẽtè abſtractus à vita hac, [nè malitia mutaret intellectũ eius:]i. nè ex aliorũ manifeſta pra
uitate mẽs eius flecteretur ad mala paulatìm. [aut nè fictio deciperet animã illius:]id eſt, nè
ex aliorũ ſimulatione, hypocriſi, ſuggeſtionéve apparẽter bona ſeduceretur. Periculoſum
eſt eqdem, inter ſimulatores & callidos cõuerſari: qa quos per euidẽter mala nõ queũt deci-
pere, ſub ſpecie boni, & per amicitiã fictã tentãt elidere. [faſcinatio enim nugacitatis] id eſt,
deceptio vanitatis ſeu loquacitatis, [obſcurat bona:]i. verè bona facit quandoq; apparére
nõ bona, & mala facit bona putari: ità quòd homo errat in iudicãdo, ſicut errat ſenſus exte-
rior ex incantatiõe & magicę artis illuſione. Vndè ad Gal. 2. ſcribit Apoſtol⁹: Quis vos faſci-
nauit nõ obedire veritati? Eſt aũt faſcinatio propriè incãtatio, aut ſenſuũ illuſio, aut trãſmu
tatio vnius ex viſu alterius, iuxta illud Verg. Neſcio qs teneros oculus mihi faſcinat agnos. Eclog. 3.
De qua re Platonici, & Auicennà atq; Alkindius, multa etiã falſa ſcripſerũt, prout Aegidius
in tractatu cõtra errores philoſophorũ, & Thomas in Sũma contra gentiles, ac alibì pleniùs
proſequunt̃. [& inconſtantia cõcupiſcentiæ,]i. inconſtans cõcupiſcentia ac libido, quæ in-
conſtans eſt, qa ratione nõ vtitur, & impetu ſuo fertur, modisq; varijs generatur. [tranſuer-
tit ſenſum]id eſt, rationis corrũpit iudicium, & etiã exteriores ſenſus ad obiecta ſua conuer
tit, [ſine malitia.]id eſt, ex infirmitate. Hoc nanq; in multis contingit, nõ ex habitu vitioſo,
ſed ex fragilitate humana: fit etiã in vitioſis hominibus ex malitia eorũdem, q̃ ex propoſito
concupiſcentiã excitant in ſe, iuxta illud Dan. 13. Semen Chanaan, & nõ Iuda, ſpecies dece-
pit te, & cõcupiſcentia ſubuertit cor tuũ. [Cõſummatus in breui, expleuit tẽpora multa.]id
eſt, iuſtus morte præoccupatus, intra paucos annos virtuoſus effectus, vitãq; finiens, tantùm
profecit, & tantam ſalutẽ eſt conſecutus, acſi diù vixiſſet, vel ſicut quidã intra longos & mul
tos faciũt annos. [placita enim erat Deo anima eius, propter hoc properauit educere illum
de medio iniquitatũ,]id eſt, de cõſortio iniquorũ, nè cũ peruerſis peruerteretur. Et ità fuit
hoc ſignum dilectionis Dei ad eum. Quanuis aũt omnipotens poſſit electum & iuſtum eti-
am inter iniquiſſimos conſeruare immunem, ſicut & multos tales conſeruat quotidiè: ipſe
tamẽ in diuerſis electis diuerſimodè operatur, quemadmodùm & in naturalibus rebus, nec
omnia agit ſecundùm omnipotentiã ſuã, ſed aliqua potiùs iuxta ſapientiæ ſuæ decentiã, aut
penès rerum diſpoſitionẽ. Vndè prædictæ rationi de tam celeri ſubtractione iuſti, cõſonat
illud Pſal. 30. Abſcõdes eos in abſcondito facici tuæ à conturbatione hominũ. At verò to-
tum quod dictum eſt híc ab illo loco, Placens Deo, factus dilectus: aliqui dicunt ad literam
dictum de Enoch, qui licèt vixerit annis trecentis, tamen cõparatione eorũ qui tunc com-
muniter nongentis annis vixerunt, modico tẽpore videt̃ vixiſſe, & in breui expléſſe tẽpora
multa, atq; tranſlatus eſt in paradiſum, iuxta illud: Ambulauit Enoch cum Deo, & non appa- Gene. 5.
ruit: quia tranſtulit illum dñs. Et Eccl 44. habet̃: Enoch placuit Deo, & trãſlatus eſt in Para-
diſum. Sicq; litera iſta ſatis cõcordat huiuſmodi dicto. Conſequẽter oſtendit̃, qualiter inſi-
pientes ſcãdalizantur & errant ex cõſideratione tã celeris mortis iuſti. [Populi aũt vidẽtes]
iuſtũ morte ꝓoccupari, [& nõ intelligẽtes]cur Deus id faciat, [nec ponẽtes]ſunt [in præcor
dijs talia:]i. in ſecretis ſuæ mẽtis nõ pẽſant huiuſmodi q̃ ſequunt̃, videlicet, [qm̃ gratia Dei
& miſericordia in ſanctos eius:]id eſt, q̃ Deus pietatẽ & gratiam ſuã non tollit à ſuis electis,
quanuis videantur foris relinqui, nec diſtingui in morte ab impijs. [& reſpectus in electos
illius:]id eſt, q̃ Deus gratioſum ſuũ adſpectum ac benigniſſimum vultum, à ꝓdeſtinatis non
auertit finaliter, immò copioſè eos remunerat, & de gratia transfert ad gloriã. [Condemnat
aũt iuſtus mortuus viuos impios:]id eſt, in futuro iudicio cõdemnabit aſſeſſoria dignitate,
ſicut expoſitum eſt. Condemnat quoquè eos cõparatione, qa ex conſideratione & cõpara-
tione vitæ ſuæ appáret, q̃ iuſta ſit impiorũ damnatio: immò ſic minùs mali damnant peio-
res, Chriſto dicente: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cõtra generationẽ iſtã, & condemna- Matth. 12.
bunt eã. Rurſùs: Iuſtus mortuus damnat impios viuos, quia recordatio iuſtitiæ ſuæ, demon- Lucæ. 11.
ſtrat eos damnatione cõdignos. Iterùm, iuſtus defunctus dãnat iniquos viuẽtes: qa ſanctorũ
animę zelo iuſtitiæ aliquãdò expetũt de ſuis perſecutoribus vltionem, iuxta illud Apoc. 6.
Animæ interfectorũ clamabant voce magna: Vſquequò dómine, ſanctus & verus, nõ iudi-
cas & nõ vindicas ſanguinẽ noſtrum de his qui habitãt in terra? Vndè & in Euang. Chriſtus Lucæ 16.

disseruit: Deus nó faciet vindictã seruorũ suorũ clamantiũ ad ipsum die ac nocte? Dico vo-
Lucæ 18. bis, qa citò faciet vindictã illorũ. Hinc rursùs Apoc. 18. inducit: Reddite illi, sicut & ipsa red
didit vobis, duplicate duplicia secũdùm opera eius. ℣ & iuuẽtus celeriùs cõsummata, lõgam
vitã iniusti: ℟ i. iustus in iuuẽtute defunctus, & in paucis annis in virtutibus exercitatus, con-
demnat modis ptactis senem iniustũ, sicuti & scholaris citò multùm proficiẽs, cõfundit diù
frequentantẽ, & parùm vel nihil proficientẽ. Quo etenim quis diutiùs viuit, eo dãnabilior est,
si ad virtutes nó attigit: præsertim cùm alij similes ei, in breui tempore tantùm profecerint.
℣ Videbunt em finẽ sapiẽtis, ℟ id est, iniusti adspicient iustũ morte præoccupatũ, suæq; vitæ
terminũ. & non intelligent quid de illo cogitauerit deus, ℟ id est, cur decreuerit eũ ità sub-
trahere, & quantã gloriam velit ei cõferre. ℣ & quarè minuerit illũ dns: ℟ id est, quam ob cau-
sam breuiauerit dies eius. ℣ videbũt ℟ iustũ sic mortuũ, ℣ & conténent eũ: ℟ quasi inaniter vixe
rit iustè, qa tam citò beneficio vitæ priuatus est, nec ab iniustis videtur distinctus in morte.
Hinc & Iob 12. legit: Derideẽ iusti simplicitas: lampas contẽpta apud cogitationes diuitum,
vsq; ad tempus pfinitum. Vndè dns Malac. 3. talibus contemptoribus loquitur: Inualuerunt
super me verba vestra, & dixistis, Vanus est q seruit dño: ergò nũc beatos dicimus arrogan-
tes, siquidem ædificati sunt? Idcircò subiungitur: ℣ illos aũt ℟ iustorũ contemptores ℣ dns irri-
debit, sicut in Psal. 2. habetur: Qui habitat in cælis, irridebit eos. ℣ & erunt post hæc decedẽ-
tes sine honore. ℟ Nam quãuis in medio propinquorũ expirent, & magnificè sepeliantur, ta-
men eorũ animę cõfusibilissimè tractabũtur. ℣ & in cõtumelia inter mortuos in perpetuũ: ℟
id est, sine fine in suis opprobrijs inter reprobos permanebũt. De qbus dicit in Psal. 87. Sic-
ut vulnerati dormientes in sepulcris, quorũ nõ es memor ampliùs. Hinc Lucæ 16. fertur de
diuite vitioso: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Ecõtrà aũt de Lazaro iusto dici-
tur, Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. ℣ quoniã
disrũpet illos inflatos ℟ i. Deus auellet animas eorũ à suis corporib⁹ oĩnò discruciatis & intùs
corruptis. Sic qppe Osee 13. loquitur de iniquis: Occurram eis vt vrsa raptis catulis: dirum-
pam interiora eorum, & consumam eos vt leo, qui erãt inflati superbia: & hoc faciet dnõ-
nus ℣ sine voce, ℟ quoniam impij in fine vitæ præ debilitate nequeunt loqui, & in iudicio re-
spondere nó valent Deo, nec vocẽ excusationis emittere, qa vt ait Apostolus Rom. 1. Inexcu
sabiles sunt, q cùm cognouissent Deum, nó sicut Deũ glorificauerunt. ℣ Et cõmouebit illos
à fundamentis, ℟ id est, funditùs agitabit & auferet, & ab omnibus rebus, quibus quasi fun-
damentis innitebantur, tollet eos ac diuidet. ℣ & vsq; ad supremũ ℟ id est, maximè ℣ desolabũ-
tur: ℟ tam in morte, q̃ in æterna damnatione, sicut cantatur in Psal. 72. Quomodò facti sunt
in desolationem? ℣ & erunt gementes ℟ in pœnis, nec consolationem inuenient, vt constat de
Lucæ 16. diuite, qui nec guttam aquæ potuit in tormẽtorum suorum incendio impetrare: In quibus
Ierem. 23. illud Ieremiæ maximè adimpletur, Dabo eos in vexationem, & maledictionem, & stupo-
24. 25. rem, & sibilum, & opprobrium sempiternum, eo quòd non audiẽrint verba mea. ℣ & memo
ria eorum peribit, ℟ iuxta illud Iob 13. Memoria vestra comparabitur cineri, & item 20. Laus
impiorum breuis est. Ac Prouerb. 10. Nomen impiorum putrescet. ℣ Venient in cogitatione
peccatorum suorum timidi, ℟ id est, ex remorsu conscientiæ & consideratione suorũ exces-
suum, cum inæstimabili timore diuino præsentabuntur iudicio, iuxta quod Iob 15. legitur:
Angustia vallabit impium, sicut regem qui paratur ad prælium. Et rursùs ibidẽm: Sonitus ter-
roris in auribus impij. ℣ & traducent illos exaduersò iniquitates ipsorũ. ℟ id est, propter pec
cata sua abducentur eorsùm à societate sanctorum, & cõstituentur ad iudicantis sinistram,
Matth. 25. atque in ignem proijcientur æternum: quod totum eos promeruisse, protestabuntur eo-
rum facinora, quorum sibi conscij erunt, & accusabuntur à conscientia propria. Sicque iu-
stis in sublime scandentibus, ipsi deprimentur in ima.

¶ Expositio cap. 5. Tunc stabunt iusti in magna constantia. Articulus 5.

Sapien. 4. QVàm diuersimodè iustus deus post hãc vitã tractet iustos & impios, hîc narratur:
℣ Tũc ℟ scilicet in futuro generali ac finali iudicio, de quo in fine pcedentis fertur
capituli: Veniẽt in cogitatione peccatorũ suorũ timidi, ℣ stabũt iusti ℟ ad dexte-
rã iudicis eleuati in aëre ℣ in magna cõstantia, ℟ id est, in immobili securitate,
ac insuperabili fortitudine, ℣ aduersùs eos q se angustiauerũt, ℟ i. contra suos
persecutores, à qbus fuerũt oppressi atq; afflicti, cõtra quos mouebunt zelo iustitiæ, zelãtes
pro iudice, & p̃ diuinę maiestatis honore, vt satisfiat deo per cõdemnationẽ iniquorũ, p̃ in-
iurijs & offensis ipsius, nó aũt zelo inuidię aut vindictę, nisi inquantùm vindicta est effectus
iustitię: iuxta quẽ modũ, vindicta esse pars iustitiæ perhibet. ℣ & q abstulerũt labores eorũ. ℟
id est, bona eorũ opera impediuerũt, p̃ posse, & virtuosos eorũ labores ac patiẽtias in aduer-
sis, atq;

sis, atq; certamina pro Deo & fide, reputauerũt cassos & vanos, nulla mercede beata remu-
nerãdos. Laborauerũt quoq; iusti cõuertere proximos, quorũ conuersionẽ impij impedie-
bãt pro viribus. Interdùm etiã sumitur labor pro tẽporali possessione, quæ laboribus con-
gregatur & colitur, sicut in Psal. 104. Dedit illis regiones gentiũ, & labores populorũ posse-
derũt. Tales aũt labores abstulerunt impij iustis, pssertim martyribus, iuxta id ad Heb. 10. Ra
pinã bonorũ vestrorũ cũ gaudio suscepistis. ℣ Videtes turbabunt timore horribili: ℟ Nec mi-
rũ, qa horrendũ est incidere in manus Dei viuentis. Videtes, inquã, iudicẽ omnipotentẽ ira- Heb. 10.
tum, quẽ offenderũt, blasphemauerũt, spreuerũt. Qui Apoc. 1. ità describit, Vidi vestitũ po-
dére, & oculi eius vt flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardẽti, &
vox illius tanquàm vox aquarũ multarũ, & de ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat,
& facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Quibus verbis adiecit Ioannes: Et cùm vidissem
eum, cecidi ad pedes eius tanquàm mortuus. Si ergò imaginaria visio iudicis huius fuit ità Apoc. 1.
terribilis etiam sancto Ioanni, quòd ex eius horrore cecidit tãtus Apostolus tanquàm mor-
tuus: quid mirum, si iniqui & reprobi in die iudicij, ex reali & sensitiua iudicis huius visio-
ne turbabuntur timore horribili? Turbabuntur quoquè tam horribiliter ex magnifica ap-
paritione & inspectione iustorum, quos pro nihilo reputauerunt & angustiauerunt. Tertiò
turbabuntur ex suũ pssorum inspectione, quia deformiora & horribiliora erunt eorum cor-
pora, quàm fuerunt quãdò in monumentis erant pro media parte à vermibus serpentibusq;
corrosa. Quartò, ineffabiliter turbabuntur præ horrore sententiæ contra se proferẽdæ, atq;
imminentis damnationis æternæ. ℣ & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis: ℟ id est, de
hoc, quòd electi & iusti tam repentè & improuisè eis appárent in gloria tanta, & tantam sa-
lutem sunt consequuti, quam reprobi nequaquàm putauerunt eos consequuturos. Tunc vt
sanctus testatur Hieronymus, iudicaturo dnõ lugubrè mundus immugiet, & tribus ad
tribum pectora feriet, potentissimi quondàm reges nudo latere palpitabunt. Tunc Aristo-
telis argumenta non proderunt, cùm venerit filius illius pauperculæ quæstuariæ iudicare
fines terræ. ℣ gementes præ angustia spiritũs: ℟ iuxta illud Isaiæ 65. Eccè serui mei laudabunt
præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritũs vla-
labitis. Hinc ait & Apostolus 1. Thes. 5. Repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in
vtero habẽtis. Verùm iuxta Ezechielis oraculũ, ℣ Emẽt gemitibus incircunciforũ: quia non
erit gemitus pœnitentię salutaris, de quo loqtur dominus: In quacunq; hora peccator inge- Ezech. 18.
muerit pro peccatis suis, omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor. Sed erit gemitus desolatio-
nis extremæ, procedens ex feruili dolore & desperante mœrore. Vndè subiungitur: ℣ *dicẽt *dicentes
intra se, ℟ id est, cogitabunt, ℣ pœnitentiã agentes. ℟ id est, dolorem habentes de suis peccatis,
nõ vtiquè ex charitate, nec zelo iustitiæ, nec virtutis seu boni honesti amore: sed ex feruili
tantarum pœnarũ timore, & ex amore priuato ac improbo suĩ, quo aduersa refugiẽt. Pœni-
tebunt igitur se peccâsse, non inquãtùm peccata sunt offensiua in honoratiuaq; Dei, & syn-
ceritati virtutũ contraria, sed inquãtùm sunt eis tãtæ miseriæ causa. Talis fuit pœnitẽtia vi-
tiosi Antiochi, de quo 2. Mac. 9. fertur, quòd orabat sceleſtus dñm, à quo nõ erat misericor-
diam consecuturus. Pœnitẽtia quoq; Esau, de quo scriptum est ad Heb. 12. Non inuenit pœ-
nitentiæ locum, quanquàm cũ lachrymis inquisisset eam. Hoc modò solẽt miseri pœnitere
in magna infirmitate, instantiq; morte, q tẽpore iuuẽtutis ac sanitatis nolũt à vitijs abstine-
re, dicentes cũ Balaã Num. 23. Moriatur (id est, à corpore separeẽ) anima mea morte iustorũ,
vitã verò iustorũ renuunt sequi, dicẽtes cũ prauis discipulis: Durus est hic sermo. ℣ & prę an- Ioan. 6.
gustia ℟ id est, desolatione, tristitia & pressura ℣ spiritũs ℟ id est, animę suæ ℣ gemẽtes ℟ interiori
dictione, vt tactum est: ℣ Hi sunt quos aliquandò habuimus in derisum, ℟ quemadmodùm
4. Regum 9. legũtur principes dixisse ad Iehu de filio prophetarum misso ab Helisæo, Quid
venit insanus iste ad te? Nam carnalis homo non sapit ea quæ sunt spiritũs Dei, sed stultitia 1. Cor. 2.
est illi, quod pertinet ad salutem. Hinc vitijs obtenebrati, transitoria & sensibilia toto cu-
pientes affectu, eos despiciunt & irrident, quos vident talia aspernari. Hinc iusti in Psal. 43.
dicunt, Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis, subsan-
nationem & derisum his, qui sunt in circuitu nostro. ℣ & in similitudinem ℟ id est, prouerbi-
um ℣ improperij. ℟ id est, tantùm contemptimus eos velut miserrimos, quòd volentes alicui
maledicere, formã sumpsimus maledicendi ex eis, dicendo: Accidat tibi sicut Laurentio aut
Vincentio. ℣ Nos insensati, ℟ id est, vera & salutari sapientia destituti, vtpotè carnalia, non di-
uina ac spiritualia sapientes, gustantes, amantes. ℣ vitam illorum ęstimabamus insaniam, ℟ Id-
circò dixit Ezechiel insanis filijs Israel, Ego portentum vestrum. Paulus quoq; 1. Cor. 4. scri Ezech. 12.
bens: Tanq̃ purgamenta, inquit, huius mundi facti sumus, omniũ peripsema vsq; adhuc. ℣ & & 24.

finem illorum ſine honore:]id eſt, æſtimabamus quòd mortem eorum nullus honor, nulla gloria conſequeretur. Ideò ſcriptum eſt Iſaiæ 57. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet: & viri
Iob 17. miſericordiæ tollũtur, & nõ eſt qui intelligat. In †Threnis etiam Iſrael ait: Poſuit me in prouerbiũ vulgi, & factus ſum quaſi vas inutile. [Quomodò computati ſunt inter filios Dei?]id
Iob 38. eſt, inter electos & ſanctos, & inter angelos Dei, de quibus Deus loquitur ad Iob: Vbi eras, cùm me laudarent ſimùl aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? [& inter ſanctos ſors] id eſt, hæreditaria portio [illorum eſt:] quia cum ſanctis æternam beatitudinem ſunt ſortiti, prout 1. Regum 2. in Cantico Anna fatetur: Suſcitat dominus de puluere egenum, & de ſtercore eſleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. [Ergò erra-
uimus] id eſt, ex iſto perpẽdimus, nos errãſſe [à via veritatis,]id eſt, à notitia & tenore veritatis vitæ, veritatis doctrinæ, & veritatis iuſtitiæ, [& iuſtitiæ lumen non luxit nobis:] id eſt, ab
Ioan. 1. increata luce, à qua omnis procedit iuſtitia, illuſtrati non ſumus lumine ſupernaturali gratiæ ac virtutum, quia poſuimus obicem illuminationi ipſius, qui, quãtùm in ſe eſt, omnibus præſtò eſt, immò auerſos inuitat ad ſe: naturali tamen ingenio vniuerſos illuſtrat, de quo accipi poteſt illud Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui dñe. Et illud beati Ioannis:
Eccẽs 2. Erat lux vera, quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundũ. [& ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.]id eſt, Chriſtus Euangelicæ legis dator, nõ ſe infudit cordibus noſtris. Vndè & 2. Cor. 4. ſcribit Apoſtolus: Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis Euangeliũ gloriæ Chriſti. [Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis,]id eſt, in operibus, curis & occupationibus vitiorum, qbus annexæ ſunt multæ anguſtiæ, afflictiones, ac tædia. Propter quod dicitur in Eccleſiaſte: Homini bono dedit Deus ſapientiam & ſcientiam & lætitiam, peccatori aũt afflictionem & curam ſuperfluam. Aliqua etiam vitia in ſeipſis afflictione, moleſtia, atq; periculis plena ſunt: vt ira, inuidia, amaritudo, indignatio,
Iob 6. impatientia, furtum, rapina: ſed & ipſas voluptates guſtûs ac tactûs cõcomitantur multa incommoda. [& ambulauimus vias difficiles:]O quàm difficiles ac moleſtas vias, occupationes, labores, incidunt ambitioſi & lubrici: quot reſiſtentias patiunt, quotiès caſſatur eorum
Ioan. 14. conatus, & fruſtratur finc intẽto. Quàm multi eregionè cõtra eos incedunt, à quibus multotiès opprimunt, ità quòd rectè in libro Iob dictum eſt: Inuolutę ſunt ſemitę greſſuum eius. [viam aũt dñi]id eſt, arctam viam ſalutis, converſationẽ pœnitentialem, obſeruantiam præceptorum, id eſt, Euangelicæ legis doctrinam, & Chriſtum, qui ait: Ego ſum via, veritas, & vita. [ignorauimus.]id eſt, formatam practicamq; notitiam nõ habuimus rerum illarum, aut informem ac nudam notitiam. Non tamen per hoc excuſantur, quoniam iuris, quod q; ſcire tenetur, ignorantia non excuſat, ſicut nec ignorantia craſſa ſeu affectata. [Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?]Quaſi dicant: Nil profuit nobis ad ſalutẽ, immò plurimùm impediuit & nocuit, noſtrasq; animas ſpiritualiter interemit: quod cõſequenter per multas ſimilitudines pandũt. [Tranſiêrũt omnia illa tanquàm vmbra,]id eſt, velociſſimè, inſtàr vmbrę. Nam & vita præſens eſt curſus ad mortẽ, & inſtabiliſſima valdè, ità vt dicat Apoſtolus Iacobus: [quę eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicũ párẽs,
Iacob. 4. deinceps exterminabitur. [& tanq; nuncius præcurrens.]Vndè Iob 9. aſſeritur: Dies mei velociores fuerunt curſore, trãſiêrunt quaſi naues põma portãtes. Hinc ſequitur: [& tanq; nauis quæ pertrãſit fluctuantẽ]id eſt, inundantẽ [aquam: cuius, cùm pteriêrit, non eſt veſtigiũ inuenire.]id eſt, impreſſionem aut ſignũ tranſitûs eius. [neq; ſemitam carinæ illius in fluctibus:]Carina, vocatur venter nauis, ſcindens & deprimens aquam, nõ tamen relinquẽs in ea ſtabilem impreſſuram. [aut auis quæ tranſuolat in aëre, cuius nullũ inuenitur argumentum itineris illius,]id eſt, indicium ſui volatûs: [ſed tantùm ſonitus alarum verberãs leuem ventum: & ſcindens per vim itineris aêrem, cõmotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullũ ſignum inuenitur itineris illius, aut tanquàm ſagitta emiſſa in locũ deſtinatũ,]id eſt, intẽtum: [diuiſus aër]ex ſagitta volante in eo, quia duo corpora non poſſunt naturaliter eſſe in vno loco. Ideò vnum alteri cedit, & mollius duriori. [cõtinuò]id eſt, ſtatim [in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius:]aër enim eſt maximè fluxibilis, mollis, & refluens in ſe. [ſic & nos nati, continuò deſiuimus eſſe:]id eſt, ab exordio quo cœpimus eſſe, cœpimus & deficere ac corrumpi, eo quòd ſumus ex cõtrarijs compoſiti, in quibus vnum corruptiuè ſeu læſiuè agit in aliud, ſcilicet calidum naturale, in humidum radicale, & quanto plùs protenditur vita, tanto plùs breuiatur. quicquid enim præterijt, iam ex ea deperijt, & ei abſciſſum eſt: ſicq; vitę iſtius decurſus, inſtàr prædictarum volubilium rerum, omninò inſtabilis eſt, & incerta eius duratio. Vndè Iob 20. legitur de iniquo: Velut ſomniũ auolans nõ inuenietur, trãſiet quaſi
Iob 7. viſio nocturna. Et de ſeipſo ſanctus Iob loquitur: Dies mei velociùs trãſiêrunt, quàm à texẽte

tela

tela ſuccidit. Hinc loqtur & Eſaias: Oẽis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Iſaiæ 40.
Horũ ergò cõſideratione diſcamus tranſitoria aſpernari, & ſpiritualia ac diuina toto corde amplecti, & ibi ſint fixa deſideria noſtra, vbi poterimus beatitudine adimpleri æterna. [Et virtutis qdem nullum ſignũ valuimus oſtendere,]id eſt, nullũ opus habitûs virtuoſi, qa iugiter eramus malis intenti, ità q; affectiua vis noſtra, erat quaſi immobilitata in vitijs, & ſic nõ valuimus, id eſt, vix aut difficulter potuimus, aliqd boni efficere, aut virtutẽ habere, iuxta
quẽ ſenſum Chriſtus in Euangelio loquit: Quomodò poteſtis loq bona, quũ ſitis mali? Phi- Matth. 12.
loſophus quoq; affirmat, q; incontinens vult cõtinere, ſed nõ poteſt. Vel nullũ ſignum virtutis, id eſt, firmæ ſtabilitatis, iuxta illud Iob 14. Homo quaſi flos egrediẽs & cõteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodẽ ſtatu permanet. [in malignitate aũt noſtra]id eſt, vitioſitate habituata, qua ex igne ſeu feruenti affectu, & forti inclinatione habituũ prauorũ peccauimus, nõ ex ignorãtia aut infirmitate duntaxàt. [cõſumpti ſumus:]id eſt, corrupti, defuncti, & finẽ vitæ ſortiti, ſpiritualiter quoq; annihilati, & mortui corde. [Talia dixerunt in inferno hi, q peccauerunt:]iam dictũ eſt, quòd in die iudicij iſta dicturi ſint, quandò iuſti ſtabunt in magna cõſtantia cõtra eos: quomodò ergò nunc dicitur, q; in inferno dixerũt hæc? Præterea qualiter potuerunt in inferno ità prudenter loq, & ſtatum ſuũ tam rationabiliter conſiderare, quum in Eccleſiaſte legatur, Quodcunq; poteſt manus tua, inſtanter operare, Eccẽs 9.
qa nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos? Reſpondetur, quòd damnati in inferno locati, poſſunt hæc dicere etiam ante diem iudicij. Vel infernus vocatur oẽis locus punitionis damnatorũ. Ad aliud reſpondetur, q; damnati cõſiderare queunt ea quæ augmentatiua ſunt calamitatis eorũ, non ea quæ poſſent releuare eandẽ, prout pleniùs ſuper Eccleſiaſten fuit expoſitum. Et meritò iſta dixerũt, [qm̃ ſpes impij tanq; lanugo eſt, q; à vento tollit:]id eſt, vana, fallax, & facilimè periens, qa in rebus tranſitorijs & caducis figit
ſpem ſuã. Contra quẽ loquit Hieremias: Maledictus homo q cõfidit in homine, & ponit car- Iere. 17.
nem brachiũ ſuum, & à dño recedit cor eius. Porrò lanugo eſt flos tribuli, q deficcatus, leui motu fert in aërem & diſſipat, quem admodùm ſpuma ac fumus, atq; memoria hoſpitis, vna tantùm nocte alicubi hoſpitati. De qbus mox additur: [& tanq; ſpuma gracilis] ex inundatione aquæ cõſurgens, [quæ à procella] id eſt, tempeſtate [diſpergit, & tanquàm fumus q à vẽto diffuſus eſt:] id eſt, hincindè fuſus ac diſſipatus. Vndè ait Pſalmiſta: Defecerũt ſicut fu Pſal. 101.
mus dies mei. [tanquàm memoria hoſpitis vnius diei ptereuntis.]Præterea reproborũ vanitate, inſtabilitate & ęrumna deſcriptis, vt oppoſita iuxta ſe poſita lucidiùs pateant, ſubdit de electorum ꝓprietate, felicitate & gloria. [Iuſti autem in perpetuum viuent,]quia in ſeculo iſto viuunt per charitatem, quæ nunquàm excidit, & in futuro per beatam fruitionem. Et ità hîc viuunt vita gratiæ, de qua transferuntur ad vitam gloriæ. Quòd ſi ad tẽpus in purgatorio detineantur, manent ibidẽm in charitate & gratia, & vehementiſſimè adſpirant ad gloriam, cuius dilatio eis ineffabiliter eſt pœnoſa. Hinc in Euangelio aſſerit Chriſtus: Qui Ioan. 11.
credit in me, non morietur in æternum. Itemq; Si quis ſermonem meum ſeruauerit, nõ gu- Ioan. 8.
ſtabit mortem in æternũ. [& apud Dominum eſt merces eorum:]id eſt, tota eorum ſalus, ac præmium eſſentiale cõſiſtit in Deo, videlicet in immediata, clara, faciali ac fruitiua viſione ipſius: Accidentale aũt præmium cõſiſtit in rebus & obiectis creatis, ad Deũ relatis, præſertim in Chriſti humanitate: deindè in glorioſiſſimæ virginis intuitione, ac deincèps in omnium ſupernorũ ciuium mutua contuitione, ſocietate, dilectione, cõmunione. Hinc ait
in prima ſua Canonica Ioan. Apoſt. Nunc filij Dei ſumus, & nõdùm apparuit quid erimus: 1. Ioan. 3.
Scimus, qm̃ quum apparuerit, ſimiles ei erimus, qa videbimus eum ſicutì eſt. Paulus quoq; 1. Cor. 13.
Videmus, inqt, nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem. [& cogitatio illorũ apud altiſſimum.]In hac etem̃ vita conantur cogitationes ſuas ſtabilire in Deo, iuxta illud Pſal. 54. Iacta cogitatum tuum in Dñm: & tota eorum intentio fertur in Deum, ad cuius honorem ac gloriam ordinant ſe & oẽia ſua. Porrò in patria cogitatio eorum eſt immobilitata in Deo, nec ibi ſunt cogitationes volubiles ſicut modò. Nulla verò poteſt ibi euagatio cordis cõſiſtere: quoniam quicquid aliud cogitant quàm Deum, indeuiabiliter referunt in eum. [Ideò accipient regnum decoris de manu Domini:]id eſt, ſplendidiſſimũ illud regnũ cæleſte, de omnipotenti liberalitate Saluatoris, qui dicet Matth. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mũdi. De quo ait propheta Pſal.
25. Domine, dilexi decorem domũs tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et Eſaias: Nõ erit Iſaiæ 60.
tibi ſol ampliùs ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. [& diadema ſpeciei de manu Domini:] id eſt, Coronam pulchritudinis glorioſæ, quæ eſt aurea, ſcilicet præmium eſ-

ſentiale, de qua ſerẽ in Pſal. 20. Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. Itẽq; Pſal. 8. Gloria & honore coronâſti eũ dñe. [qm̃ dextera ſua teget eos,] id eſt, per virtutẽ gratioſæ ſuę p̃ſentiæ hîc eos operiet, eisq; obumbrabit cõtra ęſtum tentationũ & impugnationes cõcupiſcentiarũ. [& brachio ſuo defendet illos.] id eſt, virtute & oñipotentia ſua, atq; per dona gratiæ ſuæ cõtra inuiſibiles ac viſibiles hoſtes eos tuebitur, nõ vt non impugnent, ſed nè finaliter ac ſpiritualiter ſuperent, ſed magìs præualeant, quẽadmodùm ſcriptũ eſt Pſal. 27. Dñs fortitudo plebis ſuæ, & p̃tector ſaluationum Chriſti ſui eſt. Ideò exoramus Pſal. 16. Cuſtodi me dñe vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarũ protege me. Hinc hortat̃ Apoſtolus Ephe. 6. Cõfortamini in Dño, & in potentia virtutis eius. Et Eſaiæ 4. inducit̃: Super oẽm gloriam p̃tectio erit in vmbraculum diei ab ęſtu, & in ſecuritatẽ & abſconſionem à turbine & à pluuia. Hoc eſt quod p̃mittit̃ Pſal. 90. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, ſcuto circundabit te veritas eius. Cõſequenter deſcribitur impiorũ punitio, magìs quàm antè in ſpeciali, & loquitur de Deo quaſi de homine iudicante, irato, feq; armante, & alios in adiutoriũ aſſumente aduerſùs reos. Frequenter eqdem loquit̃ ſcriptura de Deo more humano, vt humanæ mentis imbecillitas ampliùs informetur, ac fortiùs cõpungatur. [& accipiet armaturam zelus illius,] id eſt, amor dei ad iuſtitiam, & zelatio eius cõtra iniquitatem, per modũ armantis ſe p̃cedet contra iniquos. Porrò arma dei ſunt, oñipotentia, iuſtitia, veritas eius: q̃ dicitur accipere, quãdò per ea procedit in actũ, iuxta illud Apoca. 11. Gratias agimus tibi Dñe Deus omnipotens, q̃ accepiſti virtutẽ tuam magnã. Vndè orat vir ſanctus Pſal. 34. Apphende arma & ſcutũ, & exurge in adiutorium mihi. Sic homo dicitur pedẽ ſuum accipere, quãdò cum eo aliquẽ trudit. [& armabit] id eſt, expeditam, efficacẽq; faciet [creaturam ad vltionẽ inimicorum:] id eſt, ad puniendum per creaturam ſubiectorum vitia iniquorũ, qui ſunt aduerſarij Dei, quos Deo iubente ignis ſuccendet, & cætera elementa affligent, impreſſionesq; aëris perterrebunt, ſicut Chriſtus p̃dixit Lu. 21. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terra preſſura gentiũ præ cõfuſione ſonitûs maris & fluctuũ. [inducet pro thorace iuſtitiã,] id eſt, p̃pria iuſtitia vtetur p̃ forti lorica. [& accipiet p̃ galea iudiciũ certũ.] id eſt, tã euidenter iuſtũ exercebit iudiciũ, quòd nullus poterit reclamare, oñesq; ſcient re&iſſimũ eius eſſe iudiciũ. [Sumet ſcutũ inexpugnabile, æquitatẽ:] id eſt, æquitate ſua pietati cõtemperata, pro inuĩncibili & imperforabili ſcuto vtet̃. [Acuet aũt diram irã in lanceã:] id eſt, ſeuera vltione tanquàm lancea punget reos. [& pugnabit cũ illo orbis terrarũ contra inſenſatos.] id eſt, terra, & cõtenta in ea, Deo iubente impiorũ augebunt tormenta, & creaturæ creatoris ſui vlciſcent̃ iniuriam. Nã & maximi erunt tunc terræ motus, caligo, & tẽpeſtates. [Ibunt directę emiſſiones fulgurũ,] id eſt, coruſcationes terribiles dirigent̃ in impios & horrẽda tũc fient tonitrua, multo maiora quàm olìm in Aegypto. [& tanq̃ à benè curuato arcu nubiũ exterminabunt̃,] id eſt, ſicut linęæ q̃ apparẽt in iride, quãdò ſunt nubes in aëre, citò diſpárent & diſſoluunt̃: ſic impij expellent̃ à ſuperficie terræ, & ab electorũ cohabitatione. [Et ad certũ locũ inſilient,] id eſt, in p̃funda inferorũ proijcient̃, terra os ſuũ aperiẽte, eosq; abſorbente, & ibì iuxta Eſaiã cap. 24. claudent̃ in carcere. [& à potroſa ira plenæ mittentur grandines.] id eſt, ab ira & rigoroſitate Dei, inſtàr petrarũ acuta ac dura, emittentur grandines maximæ, velut ſaxa ſuper iniquos. De his in Apoc. multa dicunt̃, figuraq; horum fuerunt q̃ ſub Moſe in Aegypto fiebãt: vbì ignis, grãdo, & fulgura pariter ferebant̃. Vndè in Pſal. 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulfur & ſpiritus p̃cellarũ, pars calicis (id eſt, pœnæ) eorũ. [excandeſcet in illos aqua maris:] id eſt, mare ſua eleuatione, turbatione ac ſonitu, quaſi iratũ ſe mõſtrabit aduerſùs malignos. [& flumina cõcurrent duriter.] i. terribiliter cõfluent, quaſi furentia, & exeuntia ſua loca. [cõtra illos ſtabit ſpiritus virtutis:] id eſt, ventus fortis vel angelica virtus, maledictos accuſans, & miniſteria exhibens in miraculoſa prædictorũ productione. [& tanquàm turbo venti diuidet illos] ab electis, ſicut in Euangelio legit̃: Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ, & mittent illos in caminum ignis. Hinc ſubditur: [& ad eremũ perducet oẽm terram iniquitatis illorũ:] id eſt, terrenam & carnalem cõgregationẽ impiorum impellet ad locum infernalẽ, quæ eſt terra deſolatiſſima, infructuoſa, terra famis & ſitis, atq; imago mortis. De qua S. Iob loquit̃: Dimitte me antequàm vadam, & non reuertar, ad terrã tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſerię & tenebrarum: vbì vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. [& malignitas euertet ſedes potentiũ.] id eſt, impietas & abuſus potentium erũt cauſa, quòd ipſi cum ſua poteſtate deijcientur ac diſperibunt, de qbus ſequenti capitulo legitur: Potentes potenter tormenta patientur. Quum ergò hæc ità ſe habeant, [Melior] id eſt, virtuoſior atq; ſalubrior [eſt ſapientia,] per quam Deo adhæreat̃ ac deſeruitur, & p̃fata mala horri-

Matt. 13.

Iob 10.

horribilia euadent̃, [quàm vires] corporales potentiũ. [& vir prudens,] q̃ diſcretè ſe habet, & vitijs ſpretis, in hæret virtutibus, rationabile obſequium exhibens Deo, melior eſt [quàm fortis] corpore, ſecundùm quod talis. De quo Amos p̃pheta teſtatur: Peribit fuga à veloce, & fortis nõ ſaluabit animam ſuã. Iuxta hunc mundũ & Salomon dixit Prouer. 16. Melior eſt patiens viro forti, & q̃ dominat̃ animo ſuo, expugnatore vrbiũ. Eccè quàm terribiliter deſcripta ſunt hîc futurũ iudiciũ, ſupplicia reproborũ, & cõſummatio mundi. Meritò ergò dixit S. Hieronymus: Siue comedo, ſiue bibo, ſiue aliud qd ago, ſemper videtur mihi tuba illa ſonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudiciũ. Si ſanctus ille ità expauit, qualiter nos formidare oportet, ac viuere timoratè? Præſertìm quum & beatiſſimus princeps dicat Apoſtolorũ: Adueniet aũt dies Dñi tanquàm fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluent̃, terra aũt & quæ in ipſa ſunt opera, exurent̃. Quũ ergò hæc oñia diſſoluẽda ſint, quales oportet nos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, expectantes & p̃perantes in aduentum diei Dñi, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? Poſtremò, & id ſciendũ, quia q̃ dictum eſt hîc de armatura Dei, cõſonat ei, vel ſumptũ videtur ex eo, quod apud Eſai. 59. ſcriptũ eſt: Indutus eſt dñs iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: Indutus eſt veſtimẽtis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli, ſicut ad vindictam, quaſi ad retributionẽ indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinẽ inimicis.

Hierony.

2. Pet. 3.

¶ Elucidatio capituli ſexti, Audite ergò reges & intelligite. Art. 6.

ADmonet author hîc ad ſapientiæ deſideriũ ac amorẽ, & qa hæc potiſſimè eſt neceſſaria his q̃ præſunt, primò illos alloquit̃: [Audite ergò reges & intelligite,] id eſt, quũ tam horrenda dãnatio inſtet iniquis, ſapientia quoq; melior ſit, quàm vires: idcircò audite auribus corporis, & intelligite audita auribus mentis: [dicite] ea q̃ dicam, [iudices finiũ terræ:] id eſt, hominũ habitantiũ vbiq; terrarũ, vt poſſitis & alios edocere. Vnuſquiſq; emẽ ſcire tenetur, & diligentiſſimè diſcere debet ea q̃ ad ſuum pertinẽt ſtatum ac gradũ: quatenùs iuxta ſuæ exigentiã vocationis, ambulet dignè Deo. Et q̃ in aliquo eſt cõſtitutus officio, illud idoneè exequatur. [p̃bete aures] cordis ac corporis per diligentem auſcultationẽ, [vos qui cõtinetis] id eſt, ſubiectas vobis tenetis, & in vnã politiam, legem, ſeu obſeruantiã conſeruatis, ſeu à trãſgreſſionibus reprimitis, [multitudines] hominum. qui emẽ eidem Superiori ſubduntur, per cõparationem ad illum, ſunt vnũ corpus, vna collectio, vna cõmunitas, & cõparantur ad illum, ſicut membra ad caput. [& placetis vobis in turbis nationum:] id eſt, cõplacentiam habetis in primatu ac p̃ſidentia veſtra, ſuper turbas ſubditorũ. Sic aũt delectari, eſt elationis, ambitionis, inſipientiæ, & gloriæ vanæ, quũ dicat Gregorius: Vnuſquiſq; p̃ſidens totiès ad apoſtaſiæ culpã labitur, quotiès hominibus p̃eſſe delectatur. Talis etenim perpendit ſuũ officium, tanquàm primatũ, & ſuĩp̃ſius dignitatẽ & eleuationẽ, non tanquàm onus ac ſeruitutẽ, nec penſat diuini iudicij diſtrictionẽ nec inſufficiẽtiam p̃priam. Delectari aũt in fructu officij, ſeu digna exequutione ipſius, vel in officio, p̃pter huiuſmodi fructũ, & hoc ſolùm in Dño, cũ humili regratiatione aſſcribendo ei oñe bonũ, nõ eſt illicitũ. Deniq; in his, per reges, iudices ac principes, intelligẽdi ſunt vtriuſq; iuris primates: vtpotè tã ſpirituales, quàm ſeculares rectores. Immò ſpirituales p̃cipuè, quorum multo maior eſt dignitas, & q̃ ad perfectionẽ tenentur maiorẽ. Hæc duo iura, ſunt duo gladij, & duo oculi, duoq; luminaria magna in ipſo Eccleſiæ corpore. Sed quo maior & clarior eſt ſol quàm luna, eo p̃ſtantior ac luminoſior eſt ſpiritualis poteſtas ſeculari. Et ſicut ſol lunã illuminat, ſic ſpiritalis ſecularẽ docereatq; dirigere habet: ſicut & anima corpus. Itaq; ô p̃ſidentes aduertite iſta: [qm̃ data eſt à Dño poteſtas vobis] platica, p̃ſidentialis authoritas, & temporale dñium, [& virtus] punitiua reorum [ab altiſſimo:] qa nõ eſt poteſtas niſi à Deo, teſte Apoſtolo, Immò & Chriſto, qui dixit Pilato: Non haberes aduerſùs me poteſtatem vllam, niſi datum tibi eſſet deſupèr. Hinc ſeculares quoq; principes, ſecundùm Apoſtolum Ro. 13. miniſtri atq; vicarij dei ſunt. Nec obſtat quod dñs loquit̃ per Oſeę, de vitioſis principibus, de qbus agitur & hîc, qa paulò pòſt ſubditur: Quũ eſſetis miniſtri regni illius, nõ rectè iudicâſtis. Nõ (inquam) obſtat, quod per Oſeæ loquutus eſt Dñs: Ipſi regnauerunt, & nõ ex me: Principes extiterũt, & nõ cognoui. Ex qbus verbis ſequi videtur, quòd non acceperunt ſuam à Dño poteſtatem. Et reſpondendum, quòd poteſtas ipſa à Deo eſt, non autem poteſtatis abuſus, ob quem dicuntur nõ regnâſſe ex Deo, niſi permiſſiuè: ſecundùm quod Oſeæ 13. proteſtatur: Dabo tibi regẽ in furore meo. De quo etiam Iob 34. aſſerit: Qui regnare facit hominẽ hypocritã, propter peccata populi. [Qui interrogabit opera veſtra,] id eſt, examinabit vos de actibus veſtris, immò & de omiſſionibus agẽdorũ. [& cogitationes ſcrutabit:] i. nõ ſolùm opera veſtra exteriora, ſed & actus veſtros interiores, videli-

Rom. 13. Ioan. 18.

Oſeæ 8.

cet

cet cogitationes & affectiones, diſcutiet, dijudicabit, diſcernet. [qm̃ cùm eſſetis miniſtri regni illius,] id eſt, ſerui & vicarij dei in regimine populi eius. Quocircà inquiritur: Qualiter vitioſi p̃ſidentes, etiã infideles, dicantur ſerui dei atq; miniſtri? Reſpondeẽ, quòd ſerui ſunt dei, nõ ſeruitute charitatis ac obediẽtiæ ſalutaris, ſed ratione generalis ſubiectionis, & quãtùm ad id, quod benè agunt, loquẽdo de benè agere in genere. Sic em̃ ſubſeruiunt Deo, etiã ignorantes, iuxta illud Ro. 13. Dei miniſter eſt, in iram ei q malè agit. Nã & per eos deus prouidentiæ ſuę affectus p̃ſequitur, prout ibidẽm rurſùs aſſerit Paulus: Dei miniſtri ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. [nõ rectè iudicâſtis] ſubditos veſtros, immò nec voſmetipſos. Si em̃ voſipſos dijudicaretis, vitam veſtrã corrigeretis. [nec cuſtodiſtis legẽ iuſtitię,] id eſt, legem naturalem, cuius renouatio atq; ſuppletio fuit lex ſcripta, vtranq; verò Euangelica lex perfecit. Vndè poteſt per legẽ iuſtitiæ, decalogus accipi, cuius p̃cepta ſunt de operibus iuſtitię. [neq; ſecundùm voluntatẽ dei ambulâſtis,] ſeruando p̃cepta, & exemplariter corã ſubditis cõuerſando, ac ſine perſonarũ acceptione, p̃ferendo ſententiã, & caſtigando peccantes. Nẽpe vt ait Ambroſius: Maximũ crimen in p̃ſidentibus eſt, quòd attendũt perſonas, nõ cauſas. [Horrẽdè & citò apparebit vobis:] id eſt, terribiliter ac celeriter iudicabit vos, & per iuſtitiæ ſuæ affectũ, per p̃tactam diſcuſſionẽ ac reprobationẽ vobis apparebit, nõ ſolùm in generali iudicio, ſed & in hora mortis veſtræ per particulare iudiciũ, mox vt anima fuerit ſeparata à corpore, dicẽte Apoſt. ad Hebr. 9. Statutũ eſt hominibus ſemèl mori, poſt hoc aũt iudicium. Vndè legit Iacob. 5. Eccè iudex ante ianuam aſſiſtit. [qm̃ iudicium duriſſimũ in his q præſunt, fiet:] id eſt, ipſos p̃ſidentes iudex cæleſtis diſtrictiſſimè iudicabit atq; acerrimè puniet, ſi præfato modo habuerint ſe: eorum em̃ peccata, cæteris paribus, ſunt grauiora: quia quo gradus & dignitas altior, eo lapſus maior & grauior: & quo dignioris ſunt officij, eo virtuotiores eſſe tenentur. Eorũ quoq; peccata plurimos ſcandalizãt, & maximum damnũ inferunt Deo: qa ſuis ſcandaloſitatibus, negligentijs, & peruerſitatibus plures trahunt ad damnationem. Sunt etiã maximè infideles ingratiq; Deo, cuius vices gerunt, nec implent. Inſupèr quũ de ſuis dignitatibus atq; officijs cõſequãtur à ſubditis ſuis commoda & honores, nec tamen cõdigna ſuorũ exequutione officiorũ hæc mereantur, nec ſubiectis impendant quod eis tenentur, ſed eos potiùs ſcandalizẽt, grauent, ac perdãt: nonnè iuſtiſſimũ eſt, vt duriſſimũ ſeu rigoroſiſſimum eis fiat iudicium? Hinc Iacobus in ſua ſcribit Canonica: Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes qa grauius iudiciũ accipitis. Itaq; quo plùs euadũt humana iudicia, eo horribiliùs incidũt in diuina: & q nunc per p̃ſidentes punit vitia ſubditorũ, paulò pòſt per ſeipſum puniet p̃ſidentium ſcelera. Qui vt Iob 34. habetur, dicit regi, apoſtata: qui vocat duces impios, q non accipit perſonas principũ, nec cognouit tyrannũ. [exiguo em̃ conceditur miſericordia,] id eſt, hominibus egenis & parui ſtatûs, faciliùs deus ignoſcit, & mitiùs iudicat eos: qa & cæteris paribus, minora ſunt eorũ peccata, id eſt, in hac vita plura habẽt aduerſa, &à maioribus corripiuntur. Ideò loqtur Eſaias: Pauperũ ſuorũ miſerebitur. Tales quoq; cõmuniter ex infirmitate, vel ignorantia peccant. [potentes aũt potenter] id eſt, intenſè & acriter [tormenta patientẽ.] Non de omnibus potẽtibus dictũ eſt hoc, quũ ſcriptum ſit Iob 36. Deus potentes nõ abijcit, quũ & ipſe ſit potens: ſed de potentibus violentis, ſuperbis, cõceſſa ſibi potentia abutẽtibus, de q̃bus glorioſiſſima virgo: Depoſuit, inqt, potentes de ſede. [Non em̃ ſubtrahit perſonã cuiuſquã deus, q eſt omniũ dominator:] id eſt, nullum quãtumlibèt paruũ, à ſua p̃uidentia & iudicio eximit aut excludit, nec ab eo, quod meruit, demit aut remouet in hora iudicij eius: [nec verebit magnitudinẽ cuiuſquã:] quũ ipſe ſit omnibus infinitè potẽtior, q ait per Iere. 49. & 50. Quis ſimilis meî, aut quis ſuſtinebit me, aut quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? [quoniam puſillum & magnũ ipſe fecit.] Nulla aũt eſt comparatio creaturæ ad creatorẽ, ſicut nec finiti ad infinitum. [& ęqualiter eſt illi cura de omnibus] hominibus, ſcilicet puſillis & magnis. Porrò cura in Deo, nõ eſt aliqua inquieta ſolicitudo, ſed tranquilliſſima prouidentia eius, quę in ipſo omnium inuariabili, p̃uiſore, vna ac ſimplex eſt: & loquendo de hominibus, vt homines ſunt, ſic ęqualiter eſt ei cura de omnibus, & omnes vult fieri ſaluos, nec eſt apud eum perſonarum acceptio. Veruntamen loquendo in ſpeciali, ſecundùm quod aliqui ſunt electi, aliqui reprobi: & hoc in multiplici differentia, quoniam quidam ſunt magis aut minùs electi & iuſti, aliqui verò magis aut minùs iniuſti ac reprobi: ſecundùm hoc habet omnipotens Deus de aliquibus curam & prouidẽtiam magis aut minùs ſpecialem. [fortioribus autem] fortitudine ſua deteſtabiliter abutentibus, [fortior inſtat cruciatio. Ad vos ergò reges] id eſt, præſidentes in Eccleſiaſtico aut ciuili regimine, [ſunt hi ſermones mei:] quia vos ſpecialiter cupio informare, tamẽ ad ſubditorum profectum, quibus valdè prodeſt bona maiorum inſtructio.

Iacob. 3.

Eſaiæ 49.

Lucæ 1.

1. Tim. 2.

[vt

[vt diſcatis ſapiẽtiam, & nõ excidatis:] id eſt, nõ deficiatis à tenore iuſtitiæ & veritatis agnitione. [Qui em̃ cuſtodiẽrint iuſtitiã,] id eſt, in veritate & obſeruatione iuſtitię vſq; in finem permanſerint, prout S. Iob fateẽr: Donèc deficiam, nõ recedam ab innocentia mea: iuſtificationẽ quam cœpi tenere, nõ deſeram. [iuſtè iudicabuntur:] Certum eſt, quòd etiam impij iuſtè iudicabuntur: ideò iſtud intelligendũ eſt de iudicio approbationis & beatæ remunerationis, de quo ait propheta P̃ſal. 7. Iudica me Dñe ſecundùm iuſtitiam meã, & ſecundùm innocentiã meam ſuper me. [& q didicerint iuſta,] id eſt, diuina p̃cepta & iura, ac ſacræ ſcripturæ ſapientialia documenta, ità vt faciant ea. [inuenient qd reſpondeãt:] id eſt, in iudicio pro ſe rationem reddere poterũt: proponentibus quoq; ſibi dubia, dabũt veram ſolutionẽ: & inquirentibus rationem & expoſitionẽ eorum quæ fidei ſunt, promptũ dabunt reſponſum. Vndè admonet princeps Apoſtolorũ 1. Pet. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionẽ omni petenti vos rationem de ea, que in vobis eſt fide & ſpe. Vndè & Paulus de inſtitutione epiſcopi loquens, ait Titi 1. Potens ſit exhortari in doctrina ſana, & * eis qui contradicunt, * reſiſtere. [Concupiſcite ergò] cõcupiſcentia intellectuali, de qua in Pſalmo 83. Cõcupiſcit & deficit anima mea in atria Dñi. [ſermones meos, & diligite illos, & habebitis diſciplinã:] id eſt, ſcientiam à magiſtris acceptã, correptionem quoq; libenter accipietis. deniq; q̃ ſequuntur, de increata ſapientia accipi poſſunt, de ſapientia quoq; quę eſt donũ præcipuũ ſpiritûs. [Clara eſt, & quæ nunquàm marceſcit ſapiẽtia.] Increata etem̃ ſapientia, eſt lux puritatis immenſę, & veritas ſuperpulcherrima omninò inuariabilis, vt infrà magìs patebit. [& facilè videẽ ab his, qui diligunt eam:] qa per fidem formatam ac donũ ſapientiæ eam cõtemplãtur. [& inuenitur ab his, qui quærũt illã.] Ipſa em̃ hortatur ac p̃teſtatur Matt. 7. Quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim q petit, accipit: & q quærit, inuenit. [Præoccupat qui ſe cõcupiſcunt:] id eſt, gratioſè p̃uenit eos, & frequenter eos illuminat & accẽdit, antequàm rogẽt, ſicut ait vir ſanctus Pſal. 58. Miſericordia eius præueniet me. [vt illis ſe prior oſtẽdat] per illuminationẽ internam: tamen in hac vita cõmuniter per ſpeculũ in ænigmate. Nam & ipſa inqt Apoca. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Atq; in Canticis: Aperi mihi ſoror mea ſpõſa. [Qui de luce vigilauerit ad illã,] id eſt, citò ac manè, & ſtatìm in exordio illuſtrationis internæ, diligenter & feruidè applicuerit ac diſpoſuerit ſe ad eã. [non laborabit:] id eſt, nõ indigebit multùm fatigari pro eius adeptione, infuſione ſeu incremento. Quũ em̃ fecerit homo quod ſuum eſt, Deus gratiam mox apponit aut perficit. Ideò ſubdit ur: [aſſidẽtem em̃ illãm foribus tuis inuenies:] id eſt, próptè & vltrò ſe offerentẽ, ac per exteriorũ ſenſuum obiecta ſe ingerentẽ ac p̃ſentem: quia in illis, tanquàm in effectibus ſuis, relucet. [Cogitare ergò de illa, ſenſus eſt cõſummatus:] id eſt, Perfectio intellectûs cõſiſtit in conſideratione & contemplatione ſapientiæ huius, ſecundùm quod ait ad patrẽ Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verũ Deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Et Iere. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & nõſſe me. [& q vigilauerit propter illam,] id eſt, continuando vigilias orauerit, & per alia exercitia ſtuduerit pro eius infuſione & incremento, [citò ſecurus erit:] id eſt, in ea & per eã intantùm p̃ficiet, quòd vanũ inordinatum timorẽ excludet, & cõfidens ac cõſtans erit in dño, & tanquàm leo cõfidens, abſq; terrore quieſcet. Sicq; cõueniet ſibi, & experietur quod ſcriptũ eſt Prouer. 15. Secura mens quaſi iuge cõuiuium. Omnia bona hæc cõfert ſapientia, p̃pter quod Prouer. 24. dictũ eſt: Vir ſapiẽs fortis eſt, & vir doctus robuſtus: cõtemplatur etem̃ omnipotentem vbiq; p̃ſentem, atq; ſperantes in ſe, p̃tegentẽ, ſine cuius permiſſione nil poteſt pars aduerſa inferre. Ideò dixit vir ſanctus Pſal. 26. Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? [Quoniam dignos ſe ipſa circuit,] id eſt, vndiq; protegit & cuſtodit, [quærens,] vt q̃ratur, id eſt, inſtigans ad ſe inquirendã. [& in vijs ſuis oſtendens ſe illis hilariter:] id eſt, in actibus ſibi placentibus, ſcilicet exequutionibus præceptorum, præſertìm in adimpletione præceptorum charitatis dei ac proximi, gratioſè manifeſtans ſe illis. In virtuoſis equidem actibus adeſt. Ideò Eccl. 2. dicitur: Diligite Dominum, & illuminabuntur corda veſtra. Et Ioan. 14. apertiſſimè proteſtatur: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. [& in omni * prudentia occurret illis.] id eſt, in omni actu quo prudenter, diſcretè, & rationabiliter occupant ſe, præbet eis ſubſidium. Ipſa quoquè in omni, id eſt, cum perfecta & ſumma prudentia facit hoc. [Initium enim illius, veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia:] id eſt, ſyncerum deſiderium inſtructionis, eſt initium acquirendi ſapientiam iſtam. Hoc enim deſiderium, facit hominem docilem & intentum ad illuminationem diuinam, angelicam ac humanam, & ad lectionem ſcripturæ, Docilitas verò ponitur prima pars prudentiæ, ac ſapientiæ infuſæ ſeu acquiſitæ. [Cura ergò diſciplinæ,]

Iob 27.

*eos

*arguere

*prouidẽtia

id eſt,

id eſt, ſolicitudo ſeu diligentia acquirendi diſciplinam, ſeu proficiendi in ea, [dilectio eſt:] id eſt, ſignum & effectus dilectionis ſapientiæ. [& dilectio, cuſtodia legum illius eſt:] id eſt, dilectio ſpiritualis, cauſa eſt obſeruationis p̃ceptorũ ſapientiæ. Ideò in prima ſua Canonica
1.Ioan.5. ait Ioannes: Hęc eſt charitas, vt p̃cepta eius cuſtodiamus. [cuſtoditio aũt legum,] id eſt, obſeruãtia p̃ceptorũ ſeu adimpletio legis naturalis & diuinæ ac poſitiuę, [cõſummatio incorruptionis eſt:] id eſt, perfecta integritas, reformatio, ſanitas mẽtis: ad beatam quoq; immortalitatem & inuiolabilem integritatem æternę ſalutis perducens. Hęc nempe integritas, eſt immunitas à peccato, quod mentem lædit, corrũpit, occídit. Vndè ait Apoſtolus 1. Theſ. 5. Integer ſpiritus veſter & anima ſeruẽt. De peccatoribus aũt fertur in Pſal. 13. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniq̃tatib⁹. Et alibì, Diuiſum eſt cor eorũ. [incorruptio aũt facit
Oſeę 10. eſſe proximũ Deo:] qa à Deo nil ſeparat nos, niſi peccatũ, Eſaia dicente: Iniquitates veſtræ
Iſaiæ 59. diuiſerunt inter Deum veſtrũ & vos. Propter quod iterùm dicitur Iſa. 27. Iſte eſt oñis fructus, vt auferatur iniquitas. Deniq; incorruptio iſta proximè mentẽ diſponit ad dona gloriæ ac ſalutẽ, quæ eſt immediata & proxima vnio mentis cũ Deo. Ex his cõcludit: [Concupiſcẽtia itaq; ſapientiæ, deducet ad regnũ perpetuum:] id eſt, ad beatificam deitatis fruitionẽ, peꝛ ꝓfectum intermedium aſſcendentẽ gradatìm atq; paulatìm, ſicut iam tactũ eſt, quia paulatìm ꝓficitur, nec ſubitò fit quis ſummus. Inſuper̀ præinducta poſſunt exponi de ſapientia creata infuſa, quæ eſt donum cũ profectu & illuminatione ſibi annexis. Nã & hæc ſapientia clara eſt, id eſt, ſplendidiſſimus habitus mentis, nõ marceſcens quãtùm in ſe eſt, & manẽs in patria, quæ facilè videtur & inuenitur: quia quicunq; habet charitatem, habet & ſapientiam iſtam, quæ per actus ſuos ꝓbabiliter poteſt cognoſci: præoccupat quoq; eos qui ſe concupiſcunt, id eſt, citò & glorioſè infunditur illis, cũ præuentione benigna, & ità in ea proficiunt: & ſi quis eam nõ habet, quàm citò veram habet contritionem, ſuſcipit ipſam: qa ſimũl cum charitate infunditur. Et qa tam neceſſaria eſt ad ſalutẽ, & primum ac nobiliſſimũ donum Spiritũs ſancti: ideò cogitare de ea, qualiter ſcilicet obtineatur, cõſeruetur, perficiatur, ſenſus eſt conſummatus, id eſt, perfecta actio interioris ſenſûs, vtpotè intellectus: ſicut increata ſapientia facit hominẽ citò ſecurum efficienter, ſic iſta formaliter: quæ & in actibus bonis facit hominem delectari in Deo, ad cuius intuitũ eleuat mentem. [Si ergò delectamini ſedibus] vel vt aliqui habent, ſtemmatibus, id eſt, dignitatibus ꝓlaturę, [& ſceptris, ô Reges populi,] id eſt, regia poteſtate aut regnis, in q̃bus delectari, in ſe vanũ, intimoratũ, & ambitioſum cenſetur, vt dictũ eſt ſuper illud: Et placetis vobis in turbis nationum. Ideò ſenſus eſt: Si delectamini, id eſt, ſi ordinatè delectari vultis ſedibus & regnis, putà in dño, & in fructuoſa exequutione officiorũ veſtrorũ, [diligite ſapientiam] increatam, tanquàm principale charitatis obiectũ: ſapientiam quoq; infuſam & acquiſitã, tanquàm mediũ pertingendi ad felicitatẽ. [vt in perpetuũ regnetis:] id eſt, in vita iſta tã virtuoſè ac meritoriè ꝓſideatis, vt de ꝓſenti regno atq; regimine transferamini ad regnũ cæleſte, in quo oẽs ſunt glorioſè coronati, iuxta id quod dictũ eſt ſuprà cap. 5. Ideò accipient regnũ decoris & diadema ſpeciei. [Diligite lumen ſapientiæ,] id eſt, ſapientiam luminoſam, mentis illuminatiuã, & lumen illud
Ioan.1. æternũ, à quo oñis ſapientia profluit. De quo Ioan. ait: Erat lux vera quæ illuminat oẽm hominem venientẽ in hunc mundũ. [oñes qui præeſtis populis:] vt ſubditos poſſitis purga-
Matth.15. re, illuminare, dirigere, immò vos ipſos in primìs irrepræhenſibiles exhibere. Cæcus enim ſi cæco ducatũ præbeat, ambo in foueam cadũt. Et rex ſeu ꝓlatus illiteratus, eſt quaſi aſinus coronatus. [Quid eſt aũt ſapientia, & quemadmodùm facta ſit,] id eſt, à Deo infuſa, vel per lectionis ſtudiũ, propriam perſcrutationẽ, aut aliorũ informationẽ acquiſita, [referam, & non abſcondam à vobis ſacramenta] id eſt, ſacra myſteria, & occulta beneficia, ac magnifica & myſtica opera [Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo:] id eſt, de ipſa ſapientia diſſerã ab exordio ſuæ ꝓductionis, qualiter ſcilicet nata ſit aut infuſa, aut in me ſeu alijs inceperit eſſe: & hoc ſequẽti capitulo ac deinceps agit hic author. Vel inueſtigabo de meipſo, ab ipſo natiuitatis meæ exordio, tractando de mea cõceptione ac natiuitate, vt ſequẽti patet capitulo. [& ponam in lucẽ] id eſt, euidenter manifeſtabo [ſcientiam illius,] id eſt, verã ſapientiæ cognitionẽ. Nam de ſapientia, tãquàm de obiecto, eſt q̃dam ſcientia, quẽadmodùm de fide & charitate. [& non ꝓteribo veritatem] neceſſariã aut vtilem ſciri de iſta materia. [neq; cũ inuidia tabeſcente iter habebo:] id eſt, inuidis de aliorũ bono triſtantibus, nec bona ſibi cõceſſa cõmunicantibus proximis, nõ aſſimilabor: immò charitatiuè ac liberaliter cõmunicabo vobis ſpiritualia bona mihi collata. [qm̃ talis homo] ſcilicet inuidus, [non erit particeps ſapientiæ:] quę eſt donũ, niſi de inuidia ſua pœnitens, obtineat charitatẽ, ſine qua donum ſapientiæ non habeẽt. Sapientia tñ ſcholaſtica acquiſita, aut etiã infuſa, quæ eſt donum gratiæ

gratiæ gratis datæ, poteſt cũ mortali peccato haberi. [Multitudo aũt ſapientium, ſanitas eſt orbis terrarũ:] id eſt, cauſa ſpiritualis curationis hominũ cõmorantiũ in hoc mundo. Sapientes etem verbo & exẽplo ædificant alios, corripiunt, purgant, illuſtrãtq; proximos, potiſſimè ſibi cõmiſſos. Et ſicut per ſanitatẽ corpus eſt aptũ ad exercendũ opera ſibi conuenien- Prou. 17.
tia, ſic genus humanũ per ſapientiã redditur aptũ ad actus ſuę ſalutis. Ideò Salomon loq̃tur: & 10.
Precioſi ſpiritũs vir eruditus. Et rurſùs: Labia * ſapientiæ erudiunt plurimos. [& rex ſapiẽs, * iuſti
populi ſtabilimentũ:] qa ſtabilit eos in vita honeſta, & in cõuerſatione pacifica, ſicq; merẽtur ſuis hoſtibus prævalere. Ideò beata eſt reſpublica, quæ à ſapientibus gubernatur, & regem habet prudẽtem cui innititur. Nã qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccl 10.
Maximè autem Chriſtus rex noſter, ſtabilimentum eſt ſuorum fidelium ſibi obedientium, quos ſtabiles atq; immobiles facit in bono, & protegit ab aduerſis. [ergò accipite diſciplinam] id eſt, moralem & ſalubrem informationem [per ſermones meos, & proderit vobis] ad ſalutem: ignorantia quippe eſt periculoſiſſimum vitium. Oportet enim in primìs ſcire, quid fieri debeat, quid vitari. Ideò teſte Apoſtolo 1. Cor. 14. Qui ignorat, ignorabitur. Et aſſerit Dominus apud Oſeam: Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit ſciẽtiam Dei: Oſeæ 4.
quia tu ſcientiam repulíſti, repellam te ego, nè ſacerdotio fungaris mihi.

¶Expoſitio Capituli 7. Sum quidem & ego mortalis homo. Art. 7.

OStenſurus author hic quid ſit ſapientia, & multa ſublimia loquuturus, propriam conditionem & defectuoſitatis ſuæ originem reducit ad memoriam, ad declarãdum quid conueniat ſibi ex ſua natura, & quid ex gratia: & nè videatur excedere ſuam menſuram. [Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis oñibus,] id eſt, cæteris in natura ſpecifica, [& ex genere terreno,] id eſt, carnali propagine [illius qui prior factus] id eſt, formatus [eſt,] ſcilicet Adæ protoplaſti parentis, de quo legitur Gene. 2. Formauit Deus hominẽ de limo terræ. [& in ventre matris figuratus ſum caro,] id eſt, caro mea in matrice ex ſemine eſt formata, & organizata atq; aptata ad animæ ſuſceptionem. Totum aũt à parte frequẽter denominationem ſortitur. [decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine,] id eſt, tanto tempore fui in vtero, & ad corpuſculi ſoliditatẽ redactus ſum ex ſanguinolento ſemine matris meæ & ex ſemine patris. Vndè ſubiungitur: [ex ſemine hominis:] vir eñ eſt perfectior in naturalibus, & ſemen eius in formatione habet ſe per modum agentis, quia in eo eſt vis formatiua, formans ſemen miniſtratũ à matre in corpuſculum fœtũs, cõcurrente influxu cæleſti, iuxta illud: Homo generat hominẽ & ſol. Et iuxta Phyſicos, ſemen viri magìs eſt cãdidum, ſemen fœminæ ſanguinolentũ. [& delectamento ſomni cõueniente:] quia in ipſa cõceptione fuit delectatio magna & naturalis, rationẽ abſorbens, ità quòd ratio fuit quaſi ſopita & dormiens, id eſt, ab vſu & actu ꝓprio ceſſans. Deniq; quanùs dicatur hìc decẽ menſium tempore, &c. nõ eſt tamen putandum, q̃ oñes fœtus humani tam diù in vtero ſint: Immò cõmuniter dicuntur nouẽ menſibus eſſe in vtero. Aliqui verò pertingunt vſq; ad decimum menſem, qui magìs vitales eſſe feruntur. Nonnulli autem ſeptimo menſe, q̃dam octauo naſcũtur. Circa hæc ait gloſſa ex Rabano: Cæleſtis Adam ſine virili ſemine natus de virgine, ꝓprium natiuitatis habet modũ, q̃ & mortis ſuæ ordinauit occaſum. Decimo menſe poſt cõceptionẽ, natiuitas eius celebratur à Chriſtianis. Et ab octauo kalendas Aprilis, quo cõceptus creditur, vſq; octauas kalẽdas Ianuarij, quandò natus traditur, ducenti ſeptuaginta dies numerantur, id eſt, decem mẽſes, & ſex dies. [Et ego natus accepi cõmunem aẽrem,] id eſt, Mox vt natus ſum, cœpi per reſpirationem aẽris viuere, ſeu actus vitales oſtendere, ſicut & cæteri. [& in ſimiliter factam decidi terram:] id eſt, egrediendo ex vtero in terrenum ſuſtentaculum deſcendẽs, receptus ſum ab obſtetrice, aut alia aſſiſtente. [& primã vocẽ ſimilem oñibus emiſi plorans:] id eſt, inſtàr aliorum infantulorũ, in vocem lamentationis erupi ſtatìm vt ventrem exiui, quaſi ipſo ploratu cõteſtans, me in vallem lachrymarum, exiliumq; veniſſe. Atq; vt dicitur, maſculus naſcens, cum gemitu dicit, A: fœmina, E; velutì conquerentes de primorũ tranſgreſſione parentum, ob quã naſcuntur ꝓles
iræ atq; miſeriæ. Veruntamen Auguſtinus in libro de ciuitate Dei recitat * Zozoſtratem ma- * zoroaſtrẽ
gicarum artium inuentorem, mox vt natus fuit, riſiſſe: quem riſum Auguſtinus monſtruoſum appellat, tanquam diabolici feſti præludium. Aliqui quoq; dicunt, Moſen natum mox ſuæ matri arriſiſſe. [In inuolumentis] id eſt, panniculorum inuolutionibus [nutritus ſum & curis magnis.] Infantuli nanq; pannis inuoluuntur, & ob ſuam teneritudinẽ atq; mollitiem, ac rationis defectum, diù & ſolicitè cuſtodiuntur & educantur. [Nemo eñ ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.] Ideò non eſt mirum, quòd inferiores ità prodeunt in hanc lucem. [Vnus ergò] in ſpecie [introitus eſt omnibus] hominibus [ad vitam] naturæ [& ſimi-

lis exitus:]vt potè mors, & quanuis diuersi diuersimodè suã finiant vitam, q̃dam morte naturali, aliqui violenta, quã aliqui inferunt sibimetipsis, alij patiuntur ab alijs: tamẽ quãtùm ad hoc, est omnibus similis exitus, quòd per separationem animę à corpore, seu per corporalis harmoniæ corruptionẽ, exeunt de hoc mundo: & item, q̃ per magnã angustiam & omnium terrenorũ derelictionem. [Propter hoc optaui,]quasi dicat, quũ tanta fuerit defectuositas originis meæ, cõstat quòd sapientiæ meæ excellentiam & gratiæ affluentiam, à meipso nõ habui, sicut nec cæteri. Immò qa in ignorantia natus sum, optaui sapientiam obtinere. Præterea, vt multi dicunt expositores, author huius voluminis in isto Capit. sicut & in q̃busdã sequentibus, in persona loq̃tur Salomonis: quod & infrà ex textu manifestè ostenditur. Salomon aũt data sibi desuper optione, sapientiã prælegit, prout 3. Regũ 3. & 2. Paralip. 1. recitatur: Nihilominùs q̃ hîc dicuntur, de quocũq; homine studioso, desiderio sapientiæ inflãmato, pro maxima possunt parte exponi. [& datus est mihi sensus:] id est, intellectus illuminatus, seu habitus sapientiæ. Fuit aũt Salomoni infusa, nõ solùm sapientia quæ est donũ, sed & illa, quæ pertinet ad munera gratiæ gratis datæ, per quã scit quis ea quæ fidei sunt, persuadere, declarare, defendere. Sapientia etiã naturalis, quæ studio humano naturaliq; ratione potest acquiri, fuit supernaturaliter ei infusa. [& inuocaui,] id est, ex intimo cordis Dñm exoraui, pro sapientiæ infusione, incremento, perfectione. [& venit in me spiritus sapientiæ:] id est, ipsum sapientiæ donũ, quod nomine spiritûs designatur, quia spiritus denotat quandam impulsionem seu motionẽ. Vndè frequenter pro vento accipitur. Porrò septẽ dona faciunt hominẽ promptè mobilem ac dirigibilem à spiritusancto, ꝓpter quod Esaias loquẽs de eis, singula exprimit cũ adiectione huius nominis spiritûs: Requiescet, inquens, super eũ spiritus Dñi, spiritus sapientiæ & intellectûs, spiritus consilij & fortitudinis, &c. Vel spiritus sapientiæ, id est, Spiritus sanctus, author, doctor & dator sapientiæ salutaris: qui dicitur spiritus sapientiæ, sicut & spiritus veritatis. De quo ait Saluator: Quum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, qui venit in hominẽ, non locum mutãdo, nec mutationem in se aliquam sustinendo, sed sua munera influendo, gratioseq; intùs agendo. [& præposui illam regnis & sedibus,] id est, authoritatibus iudicialibus, [& diuitias] corporales [nihil esse dixi in cõparatione illius:] quia incomparabiliter melior illis est, iuxta quem modum ait Apostolus Galat. 6. Qui se dicit aliq̃d esse, quum nihil sit. [Nec cõparaui illi] in dignitate [lapidẽ pretiosum, qm̃ omne aurum in cõparatione illius, arena est exigua: & tanquàm lutũ æstimabitur argentũ in conspectu illius.] id est, modicę reputationis & res vilis sicut arena. [super salutẽ] id est, plùs quàm corporalẽ sanitatem, aut tẽporalem, ꝓsperitatẽ, [& speciem] id est, pulchritudinẽ [dilexi illam:] His cõsonat illud Prou. 3. Beatus homo q̃ inuenit sapientiam, & affluit prudentia: Melior est acquisitio eius negociatione auri & argenti: Pretiosior est sapientia cunctis opibus: & om̃ia quæ desiderantur, huic nõ valent cõparari. Illud quoq; Iob: Nescit homo pretiũ eius, non dabitur aurũ obrizum pro ea, nec cõferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo vel sapphiro. Hinc & Apostolus, ꝓtestatur Phil. 3. Existimo om̃ia detrimentum esse propter eminentem scientiam Dñi nostri Iesu Christi, propter quam om̃ia arbitror vt stercora. Cætera quoq; dona gratiæ ac virtutum, ac spiritualia charismata, sunt exterioribus & corporalibus rebus præstantiora. [& proposui pro luce habere illã:] id est, pro splendida ductrice ac directrice mea in om̃ibus. Quẽadmodùm em̃ lux exterior dirigit foris, sic sapiẽtia intùs & in cunctis agendis. [qm̃ inextinguibile est lumen illius.] Lumen sapientiæ, est ipsamet sapientia lucens ac fulgida: quæ nõ est extinguibilis aut corruptibilis directè aut ex sua natura, sed quantùm in se est, manet in mente etiam in patria, & ità nõ excidit, sicut nec charitas. Indiget tamen indefinẽter conseruatione diuina, sicut & quælibet res creata. Ideò sicut mortaliter peccans charitatem amittit, quam Deus in eo cõseruare desistit: sic perdit & sapientiam, quæ est donum. [Venerunt aũt mihi omnia bona pariter cum illa:] scilicet fama, gloria, honor, opulentia. Vndè & 3. Regum 3. legitur Deus Salomoni dixisse: Quoniã petisti sapientiã, hæc quoq; quę nõ postulâsti, dedi tibi. [& innumerabilis honestas] id est, virtuositas, modestia, ꝓbitas [per manus] id est, virtutem & actiones [illius:] sapientiæ etem̃, quæ est donũ, connexa sunt alia dona, & virtutes infusæ ac meritoria opera. Sapientia quoq; ordinatũ efficit hominẽ, probatum, cõstantem, facetum. Sic & Christus disseruit: Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc om̃ia adijcientur vobis. [& lætatus sum in omnibus] gaudio spirituali, [qm̃ antecedebat me ista sapientia:] id est, actiones meas præuenit, ostendens mihi intùs, quid & qualiter operari deberẽ forinsecùs, tanquàm optima ductrix, perfundens & irradians mentem. Qui aũt in omnibus ordinatè, ꝓcedit, pacem habet, & delectabiliter operatur, nec perturba-

Esaiæ 11.

Ioan. 16.

Iob 28.

Matth. 6.

turbatur. Animus verò inordinatus, sibijpsi pœnalis ac grauis est. [& ignorabam qm̃ horum omnium mater est.] id est, tunc, quando sapientiam hanc nõdùm sortitus fui, nõ putaui q̃ tot ac tanta bona eam cõsequerentur, & orirentur ex ea, quẽadmodùm filiæ ex matre, sed de hac re experientia docuit me. [Quam] sapientiam [sine fictione didici] ex reuelatione diuina, aut alijs modis, vt dictũ est, [& sine inuidia cõmunico] proximis, docendo, exhortando, dirigendoq; alios, prout beatissimus Petrus hortatur: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrando. [& honestatem illius nõ abscondo.] id est, proprietates sapientiæ huius cunctis aperio per verba & scripta, videlicet dignitatẽ, claritatem, inextinguibilitatem, efficaciã, modestiam, & salubritatẽ ipsius. Vndè Iacob. 3. legit: Quæ desursùm est sapientia, primùm q̃dẽ pudica est, deindè pacifica, modesta, suasibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Hæc aũt docendo, alios ad sapientiæ huius amorem & amplexum allicio & accendo. [Infinitus em̃ thesaurus est] id est, opulentia valdè magna, & impreciabile bonum est sapientia [hominibus] eam habentibus. Infinitũ quippe vocat interdùm aliq̃d, insolito modo magnum. Sicq; Iudicũ 22. leguntur filij Ruben & Gad, fecisse altare infinitæ magnitudinis. [quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei,] id est, sapientes vtendo dono sapientiæ per cõtemplationem diuinorũ, & cõuersationẽ honestam ac ordinatam, facti sunt amici Dei, vtpotè Deo præcipuè chari, vniti, placentes, & conformati: qm̃ sicut vita superbeatissimi Dei, est suę æternæ veritatis, infinitæq; bonitatis cõtemplatio atq; dilectio: sic & tales, ipsius Dei veritatẽ & bonitatem pro modulo suo assiduè cõtemplantur ac diligũt, ficq; diuinorum secretorũ agnitionem merentur. Vndè Christus loquitur talibus: Vos aũt dixi amicos, qa omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. [propter disciplinæ dona cõmendati.] id est, cõmendabiles atq; laudabiles facti per opera ac merita disciplinæ, quã receperunt. [Mihi aũt dedit Deus dicere ex sententia,] id est, sententialiter loqui, seu ex certitudine, gustu interno & experientia, ꝓferre, quę doceo. [& præsumere digna horum q̃ mihi dantur:] id est, moderatè attentare talia, qualia decet me attentare, iuxta mensuram gratiæ ac sapientiæ mihi collatæ. Itaq; nõ sum ꝓsumptuosus, in altiora tendendo, aut aggrediendo ea, q̃ vires gratiæ mihi cõcessæ excedunt: nec pusillanimitas sum, non audẽdo me ad ea extendere, sed in his potiùs discretè me habeo: [qm̃ ipse sapiẽtiæ dux est,] id est, sicut Deus est author sapientiæ, eam infundendo, ità ducit ac dirigit hominẽ in vsu seu actu sapientiæ, nè immoderatè aut indiscretè se habeat vtendo sapientiæ habitu: nè scilicet aliq̃d extranei, vtpotè vana gloria, elatio, ꝓsumptio, pusillanimitas, indiscretio, negligentia, ingratitudo, aut tale q̃d, ei se misceat. Quãuis em̃ ipsis donis atq; virtutibus nemo malè vratur directè, ità quòd elicitiuè nõ nisi actio bona, ꝓcedit ex eis, tamen nisi assit auxilium Dei, & custodia cordis, multa se vitia ipsis admiscent, quæ eorũ maculant puritatẽ, & tandẽ omninò ea corrumpunt. Deniq; Deus pater, seu Trinitas Deus, ductor in om̃ibus fuit Christi hominis, qui est sapientia patris, à cuius spiritu ductus est in desertũ. Et per Esaiam testatur Spiritus Domini super me, ad euangelizandum mansuetis misit me. [& sapientium emendator.] Nam quia sapientes ac iusti quotidiè venialiter peccant, indigent disciplina. Ideò Deus eos emendat per aduersa, & per vicariorum suorum correptiones ac correctiones, per cõpunctionem quoq; internam, quam ingerit eis. Vndè fatetur Apoc. 3. Ego quos amo, arguo & castigo. Hinc Psalmista de Mose, Aaron, & Samuele loquitur Deo: Deus, tu propicius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorũ. Est quoq; Deus sapientium emendator, id est, meliorãtor, perficiendo in eis sua charismata, ac perducendo eos ad meliora & viciniora saluti. Propter quod orauit vir sanctus Psal. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis. [In manu enim illius & nos, & sermones nostri,] id est, nosipsi, & verba nostra ac documenta, constituti sumus in potestate omnipotentis: quia in esse naturæ ac gratiæ indigemus indefinenter conseruari, nec possumus aliquid meritoriè cogitare, appetere, loqui aut operari, sine auxilio gratię, actualiq; motione ipsius, sicut testatur Apostolus 2. Cor. 3. Fiduciam talem habemus ad Deum, non quòd simus sufficientes cogitare aliq̃d ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Hinc etiam scriptum est Esther 13. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita. Simili modo in manu eius est [& omnis sapientia] mentium creatarum, quæ nec ad monumentum possunt in data sibi sapientia permanere, nec ea salubriter vti, sine cõsideratione & adiutorio Dei: quod qui ritè perpendit, nõ superbit. [& operum scientiæ disciplina:] id est, moralis doctrina operũ scientiæ Ethicæ ac practicæ, ex qua opera bona reformationesq; passionum procedunt, & per scientiam potest hic specialiter prudentia designari. Deindè author libri istius, in persona Salomonis loquitur euidenter. [Ipse em̃ dedit mihi horum quæ sunt,] id est, rerum creatarum existen-

Matth. 4. Isaiæ 61.

Psal. 98.

tium in natura,[ſcientiam verã:] Sciẽtia nanq; infuſa nõ habet falſitatem admixtã, ſicut ſcientia acq̃ſita & Philoſophica ſæpiùs habet. Iſtud aũt intelligitur de ſcientia naturaliũ, quæ eſt donũ gratiæ gratis datæ. Nã ſequitur:[vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarũ.] id eſt, qualiter elementum terræ ſituetur & gubernetur à Deo, & qualiter ad alias mundi partes ſe habeat, quarum centrũ vocatur.[& virtutes elementorũ,] id eſt, aliorum trium elementorum qualitates, ac vires actiuas atq; paſſiuas,& quę ex eis poſſint produci, iuxta illud Gen.1. Producãt aquæ reptile animæ viuentis.[initium & cõſummationem & mediatatẽ temporum,] qualiter tempus ſimùl cum cælo & motu ipſius incepit,& tandèm ceſſante motu cæli deficiet,& iam interìm currat, Salomon nouit: ſimiliter, qualiter quælibet tẽporis particula diuidatur in principium, medium,& finem, ſicut & cætera continua, de quorũ numero tẽpus
Matt. 24. eſt. Veruntamen quandò motus cæli ceſſabit, tempusq; finietur, neſciuit, quũ dicat Salua-
Actu. 1. tor: De die illo & hora nemo ſcit. Et item, Nõ eſt veſtrum nõſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.[viciſſitudinũ permutationes,] id eſt, variationes mutationũ, quæ fiunt ſecundùm temporũ curſum, in quibus quandoq; prædominatur frigus, aliquãdò calor.[& cõſummationes temporum,] id eſt, complementa certarũ periodorum generabilibus ac corruptibilibus præfixarum, quia vnicuiq; earum ex ſua natura cõpetit certa menſura durationis: quæ tamẽ in diuerſis indiuiduis ex certis cauſis, ac principijs intrinſecis aut extrinſecis,& ex diuinæ prouidentiæ moderatione multipliciter variantur. Vndè de hominis periodo legitur Iob 14. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri nõ poterunt.[morum mutationes,] id eſt, qualiter iuxta cõplexionum diuerſitates diuerſi ſint hominũ mores, qui tamen poſſunt mutari de malo in bonũ, & econuerſò de bono in melius.[& diuiſiones tẽporũ] in dies, hebdomadas, menſes & annos, ſecundùm illud Gen.1. Fiant luminaria in firmamẽto cæli,& diuidant diem ac noctẽ,& ſint in ſigna & tẽpora & dies & annos.[anni curſus,] id eſt, qualiter annus duret & defluat per quatuor partes ſuas, quę ſunt, ver, æſtas, autumnus, & hyems.[ſtellarũ diſpoſitiones,] quantùm ad ſitum & motũ ac influentiã, hæc ſciuit Salomon ſaltem in generali, & q̃dam in ſpeciali. Veruntñ non ſciuit omnia hæc perfectè & in ſpeciali, quũ à quodam dicatur: Qui ſtellas numeras, quarũ tu nomina ſolus, Signa, poteſtates, loca, curſus, tempora nõſti.[naturas] id eſt, pprietates, vires, efficacias [animaliũ,] de qbus & Philoſophi, Ariſtoteles, Theophraſtus, & alij multi ſcripſerunt.[& iras beſtiarum,] quarũ multæ ſunt feroces & iracundæ,[vim ventorum,] Aliqui eñ venti ſunt calidi, aliqui frigidi, aliqui tempeſtuoſi, alij verò ſereni & quieti.[& cogitationes hominum,] quas in ſeipſis intra cordis ſecretum cognoſcere, Deo eſt, pprium, nec ſine eius reuelatione noſcũtur in via: poſſunt tamen cõiecturaliter ſciri per exteriora q̃dam indicia & geſtus ac apparatus, iuxta illud Prouerb. 27. Quomodò in aquis reſplendent vultus proſpicientiũ, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Eccl quoq; 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.[& differentias virgultorũ,] quæ diſtinguuntur ab inuicèm per differentias eſſentiales & accidentales, variaſq; virtutes & operationes,[& virtutes radicũ,] quæ habent diuerſas vires medicinales, miras, perutiles.[& quæcunq; ſunt abſconſa] id eſt, hominibus incognita,[& improuiſa,] tanquàm ſubitò & impręmeditatè euenientia.[didici] ex reuelatione, & infuſione diuina.[Omniũ enim artifex docuit me ſapientia.] id eſt, ſapientia increata, quæ eſt ars omniũ productiua, exemplaribus & idealibus rerũ rationibus
Ioan. 1. plena, iuxta illud: Quod factum eſt in ipſo vita erat. Hinc 3. Reg. 4. ſcriptum eſt: Dedit Dñs ſapientiam Salomoni,& prudentiã multam nimìs,& diſputauit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſſopũ, qui egreditur de pariete, & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. Porrò, q̃ increata ſapientia potuit eum ità docere, declarat ſubdẽdo:[Eſt eñ in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus:] Per ſpiritũ intelligentiæ ſanctũ, poteſt intelligi Spiritus ſanctus, de quo dictũ eſt ſuprà cap. 1. Benignus eſt eñ ſpiritus ſapientiæ, q̃ eſt in Chriſto, ſecũdùm naturã aſſumptã, ſecundùm illud Eſaiæ 11. Requieſcet ſuper cũ ſpiritus Dñi, ſpiritus ſapientiæ & intellectũs. Eſt quoq; in Chriſto ſecundùm quod Deus, q̃ procedit à patre & filio, & manet in vtroq;. Inſupèr vnaquæq; diuina & increata perſona eſt ſpiritus, & tota ſimùl Trinitas adoranda eſt vnus ſpiritus, ſicut & vnus Deus, quũ Ioan. 4. dicat, Spiritus eſt Deus. Sicq; in ſapiẽtia increata eſt ſpiritus ſapientię ſanctus, id eſt, mens ſeu animus intellectualis, qui eſt ipſamet ſapientia increata, ſicut in ea eſt diuina eſſentia & beatitudo, ac pulchritudo immenſa. Eſt igitur vtroq; modo in ea ſpiritus ſapiẽtiæ ſanctus, id eſt, eſſentialiter purus.[vnicus] in natura,& maximè ſimplex.[multiplex] in effectu, id eſt, mul-
1. Cor. 12. tiplices gratias præſtans, quorum vtrunq; inſinuans Paulus: Alij, inquit, per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, &c. & addit,

dit, Hæc omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult.[ſubtilis,] id eſt, omnia acutiſſimè ac profundiſſimè ſcrutans ac intuens, dicente 1. Cor. 2. Apoſtolo: Spiritus omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei. Et rurſùs ibidèm: Quæ ſunt Dei, nullus nouit niſi ſpiritus
eius.[tẽq;: Viuus eſt ſermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Ab ipſo quoq; Hebre. 4.
eſt omnis ingeniorũ ſubtilitas.[diſertus,] id eſt, eloquentiã efficaciamq; loquẽdi cõcedens,
qui & omniũ linguarum notitiam in primitiua frequẽter dedit Eccleſia,& vt infrà habetur, Sapiẽt. 10.
Linguas infantiũ fecit diſertas.[mobilis,] id eſt, maximè agilis, & omnia cætera mouens, atq; ad electorum corda ſe dirigens, & illis progreſſum in ſpirituali profectu diſtribuens. Vndè Ro. 8. ait Vas electionis: Quicunq; ſpiritu Dei agũtur, hi filij ſunt Dei. Iuxta hunc modũ loquendi diuinus Dionyſius aſſerit, diuinas ad nos illuminationes, patre moto, deſcendere. Et Dionyſ.
Plato perhibuit, primum motorem mobilem eſſe.[incoinquinatus,] quia mundiſſimus, &
incontaminabilis,& inquinata emundans:[certus,] qm̃ cuncta infallibiliter nouit,& certitudinem in verorum notitia donans.[ſuauis,] eſt eñ naturaliter dulcis,& ſummè cõueniens
ac conſolatorius, quo adſpirante, iugum Dei videt ſuaue.[amans bonũ, acutus,] qm̃ vnumquodq; intantùm diligit naturali amore, quantùm habet de bonitate: maximè tñ amat bonum gloriæ, deindè bonum gratiæ, & tertio loco bonum naturæ. Nã & ſimilitudo ratio eſt
amoris: vnũquodq; aũt quantùm habet de bonitate, tãtùm aſſimilatur Spiritui ſancto. Ideò
amat omne bonum ſecundùm quod tale, & ſic cõſeruat illud in eſſe, ſaltẽ ad tempus.[q̃ nihil vetat benefacere.] immò ad omne donum inſtigat,& quæ iuſta ſunt, fieri iubet. Sed obuiare videtur, quòd in Actibus Apoſtolorum leguntur Paulus & Silas vetatià ſpiritu ſancto Actu. 16.
loqui verbum Dei in Aſia. Et reſpondendũ, quòd bona agenda ſunt tempore opportuno, ac
deſuper ꝓſtituto. Ideò quòd Spiritus tũc, phibuit Paulo, poſt fieri iuſſit. Sic & Chriſtus ante
paſſionem ſuã prohibuit diſcipulis ꝓdicare gẽtilibus, ad quos poſteà miſit eos.[humanus,] id eſt, cõmunicatiuus & cõpaſſiuus, non per veritatẽ affectũs, ſed per ſimilitudinem operis.
[benignus,] q̃ naturaliter pius.[ſtabilis,] id eſt, inuariabilis, & nos in virtutibus ſanctis ſtabiliens.[certus, ſecurus:] quia ſcit nil ſibi poſſe reſiſtere, de ſua beatitudine infinita æternaliter tutus.[omnẽ habens virtutẽ,] id eſt, poteſtatẽ perfectam tanquàm omnipotens, in quo
vniuerſæ virtutes ſuperexcellentiſſimè ac ſimpliciſſimè continenẽ, & ſunt ipſa eius eſſentia,
qui ſubſtantialiter virtuoſus ac ſanctus eſt.[omnia proſpiciens,] Omnia nanq; nuda & aper- Hebre. 4.
ta ſunt oculis eius.[& q̃ capiat oẽs ſpiritus intelligibiles,] id eſt, omniũ intellectualiũ creaturarũ, & à materia abſtractarum cõtentiuus, q̃ illos conſeruat in eſſe, & cõprædẽdit in ſe:
& quicqd perfectionis in illis eſt diuisìm ac imperfectè, in ipſo eſt ſimpliciſſimè cũ infinita
perfectione.[mundus, ſubtilis:] ſicut expoſitum eſt. Aliqui tñ habent, mundos, ſubtiles: q̃ intellectuales creaturæ, pſertìm à materia ſeparatæ, ſunt in ſua natura puræ, quauis q̃dam ſint voluntatis peruerſæ: ſunt quoq; acutæ ingenio.[Omnibus eñ mobilibus mobilior eſt ſapientia:] Sapientia increata eo ſenſu fertur mobilis, & cunctis mobilior, quo iam dictum eſt de ſpiritu ſapientiæ, quòd ſit mobilis. Sapientia igitur cunctis mobilibus eſt mobilior, id eſt, agilior, quia velociſſimè procedit per effectum ad vniuerſa quæ vult, immò inſtantaneè: quum ſit potentiæ infinitæ, cui cõpetit agere in inſtãti, in qua viuimus, mouemur, & ſumus, qm̃ procedit ad vniuerſa per ſuam prouidentiam, gubernationẽ, rerumq; conſeruationem. Hinc ſubditur:[Attingit autem vbiq;] quum ſit incircunſcripta & omnibus influxiua,
portans omnia verbo ſuæ virtutis.[propter ſuam munditiam.] id eſt, puritatem & ſimplicitatem immenſam, in qua nõ eſt materia limitans, nec differentia cõtrahens, nec potentialitas vlla coarctans: ideò purus actus vocatur, & incircunſcriptibile lumen.[Vapor eſt enim virtutis Dei,] id eſt, ab omnipotente patre procedẽs, ſicut vapor ab aqua eleuatus virtute ſolis. Itaq; ſapientia dicitur vapor Dei ſimilitudinariè.[& emanatio quædã eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera:] id eſt, res & perſona æternaliter pfluens,& naſcens ex Deo patre: qui
intuendo ac intelligendo ſeipſum, id quod in ſe & de ſe intuetur ac noſcit, hoc intra ſe profert ac gignit: & quod ſic gignitur generatione intellectuali ſupermundiſſima & immanẽte, eſt verbũ Dei patris æternũ, & vnicus filius eius: in quo quicqd patris eſt, naturaliter atq; plenariè ſplendet ac repſentatur.[& ideò nihil inquinatũ in illam incurrit.] id eſt, nil imperfectionis, tenebroſitatis, aut maculæ inuenitur aut eſt in ea, quũ ſit verus Deus incõmutabilis & perfectus. De quo ſanctus Ioannes ait: Deus lux eſt, & tenebræ nõ ſunt in eo vllæ. 1. Ioan. 1.
[Candor eſt eñ lucis æternæ,] id eſt, ſplendidiſſima lux, procedens à patre,& ſplendor pulcherrimus, in quo pater plenè relucet ac cernitur, prout ait Ioan. 14. Qui videt me, videt & patrẽ,[& ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis,] id eſt, immaculatiſſimũ ſpeculum maieſtatis paternę, in quo & infinita excellentia patris reſplẽdet, & cuncta creata clariſſimè ideali-

terq; relucēt. Quemadmodùm enim pater vnico actu ſeipſum & vniuerſa creata intelligit, ſic vnica generatione genuit filiū, in quo ipſe perfectè reſplendet, & vniuerſa relucēt creata. Hinc ſubditur: [& imago bonitatis illius.] id eſt, ipſius ſuperboni Dei patris, cuius infinita bonitas manifeſtatur in hoc, quòd bonitatē ſuam tam plenè & infinitè cōmunicat filio ſuo, nil propriū & ſingulare ſibi reſeruans. Bonum nanq; eſt ſuî diffuſiuum. Eſt itaq; ſapiētia increata ac genita, ſeu vnigenitus patris, naturalis & perfecta imago ipſius, ipſum pleniſ-
Sapiēt. 2. ſimè repræſentās. Intellectualis aūt creatura, vocatur imago Dei imitatiua, vel potiùs ad dei imaginem condita. Deniq; de ratione filij eſt, quòd ſit ſimilis genitori. His concordat illud
Hebre. 1. Apoſtoli, loquentis de Chriſto: Qui quum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius, por-
Col. 1. tansq; oīa verbo virtutis ſuæ. Et alibi: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. [Et quum ſit vna,] id eſt, ſimplex ac indiuiſa in ſua eſſentia ac perſona, [oīa poteſt:] quia oīpotens, ſicut & pater: immò vtriuſq; eſt vna poteſtas. [& in ſe permanēs,] id eſt, inuariabiliter impermixtibiliterq; cōſiſtens, quia nil ei poteſt miſceri. [omnia innouat:] id eſt, regendo immutat, & per generationum ſucceſſionē reſtaurat hæc mixta, & elemētum terræ in Vere, autumno, hyeme, & æſtate. Animas quoq; rationales per gratiæ infuſionē ſeu augmentationē, & ſpiritalem profectum. Vndè dicitur in Pſalmo 103. Emittes ſpiritū tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Atq; Apoca. 21. Dixit qui ſedebat in throno: Eccè noua facio omnia. [& per nationes] id eſt, in diuerſis nationibus abſq; perſonarū acceptione, & per generationum ſucceſſiones, [in animas ſanctas ſe transfert, multiplicando in eis diuina chariſmata, & tam gratiæ gratum facientis, quàm gratiæ gratis datæ dona. Nā animæ ſanctæ capaciores ſunt cæteris diuinæ illuminationis & inhabitationis ſupernæ: immò iugiter ſtant quaſi in contactu ſolis æterni, à quo radios ſapientiæ, inflammationes charitatis diuinæ, ſtillicidia gratiæ frequenter ac liberaliter ſortiuntur. [amicos Dei & prophetas cōſtituit.] id eſt, eos quos ſapientia charitateq; replet, & de futuris illuminat, facit Dei amicos atq; prophetas. [Neminem eñ diligit Deus, niſi eum quicum ſapiētia inhabitat,] id eſt, niſi eos qui per charitatem vniuntur ſapientiæ increatæ, & manent in ea per adhæſionem fidelem. Vel qui ipſum ſapientiæ infuſæ donum, intra ſe habent ac ſeruant. Tales etenim diligit Deus dilectione p̄deſtinationis æternę, dummodò finaliter perſeueret. Vel ſecundùm preſentem iuſtitiam, quàm diù ſunt tales. Nam ſapientiæ donum à charitate nō ſeparatur. Qui-
Eccés 1. cunq; autem hoc dono caret, habet in ſe vitium puerilitatis dono illi contrarium, quod vocatur ſtultitia, quod cunctis ineſt iniquis, de quibus in Eccleſiaſte habetur: Stultorum infinitus eſt numerus. Præterea in lege naturæ & poſtea tempore legis ſcriptæ, multi gentiles ſancti ſunt tales, & non tantùm Hebræi. [Eſt enim hæc ſpecioſior ſole:] quo vtiq; increata ſapientia infinitè eſt pulchrior. Sapientia quoq; infuſa, quum ſit ſpirituali pollens decore, & præclariſſima inter dona, ſpecioſior eſt omni corporea venuſtate. [& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci cōparata,] id eſt, corporali claritati aſtrorum, ſeu luci ſtellis ſuperfuſæ aſſimilata, [prior inuenitur.] quoniam ſapientia increata prior eſt illa luce, non ſolùm infinita dignitate, ſed & cauſalitate atq; æternitate. Sapientia quoq; infuſa, prior eſt dignitate: immò in angelis prior fuit illa luce etiam duratione. [Illi enim ſuccedit nox:] id eſt, lucem claritatis diurnæ nox ſequitur. [Sapientiam autem non vincit malitia.] immò per donum ſapientiæ reſiſtit homo tentationi, & vincit in bono malum, ſeruans patientiam in aduerſis, & ſua probitate aliorum ſuperans ac confundens improbitatem. Quòd ſi ſapientia vinci dicatur à malitia aut inſipientia, hoc eſt ex fragilitate & libertate ſui ſubiecti, quod ſponte conſentit iniquitati. Veruntñ iſtud de increata ſapientia dictum cenſetur, quia mox ſubditur: Attingit à fine vſq; ad finē fortiter, &c. Certum eſt enim, q̄ increatam ſapientiam nulla queat malitia ſuperare, nec diabolus, potuit ſuis tentationibus vincere Chriſtum.

¶ Elucidatio 8. Capituli: Attingit ergò à fine vſq; ad finem fortiter. Art. 8.

ADhuc in iſto Capitulo de excellentia & effectibus increatæ ſapientiæ, & qualiter ſe ad eam habuerit, & quid fructûs ex ea ſit conſequutus, proſequitur author in iſto Capitulo. [Attingit ergò à fine vſq; ad finē fortiter,] Hæc eterñ ſapientia quæ ſit incircunſcriptibilis, vbiq; eſt p̄ſens, & oīa penetrat, ipſisq; eſſentijs rerū illabitur. Idcircò ab vno fine vniuerſi vſq; ad alium eius finem, ſeu de vno extremo mundi ad aliud eius extremum attingit, nec infra hos limites terminatur. Hinc Eccleſiaſtici 24. proteſtatur: Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui. Inſuper quum ſapiētia iſta ſit verè æterna, attingit à fine, id eſt, à termino in quo mundus incepit, vſque ad terminum in quo mundus ſenſibilis iſte deficiet. Propter quod Prouerb. 8. fatetur: Quandò præparabat cælos, aderam, quandò certa lege & gyro vallabat abyſſos. Rurſùs attingit à fine vſq;

vſq; ad finem fortiter: quia ſicut per eam omnia facta ſunt potenter, ſic per eam gubernantur omnia ſapienter. Vndè ſubiungit: [& diſponit omnia ſuauiter.] id eſt, cuncta regit & ordinat conuenienter, ſecundùm naturam vniuſcuiuſq; eorum permedia apta ad finem congruum ſibi, ad quem vnicuique inclinationem indidit naturalem. Nam & hominem ad ſupernaturalem condidit finem, nihilominùs impreſſit ei naturalem inclinationem ad felicitatē: & ſupernaturalis illa beatitudo, eſt homini incomparabiliter melior ac delectabilior, quàm naturalis felicitas. Hinc & Iob 28. aſſeritur: Vniuerſorū finem cōſiderat, & omnia quę ſub cælo ſunt, reſpicit. Iſtud Chriſtus ſapientia patris in Euangelio compendioſiſſimè docet, prohibens ſolicitudinem temporalium immoderatam, volens nos in Deo tanquàm in prouidiſſimo, pijſſimo ac fideliſſimo patre confidere, & declarans etiam irrationalia & inanimata, à diuina prouidentia procurari: Reſpicite, inquiens, volatilia cæli, quoniā non ſe- Matth. 6.
runt neq; metunt, & pater veſter cæleſtis paſcit ea. Denique ſubtiliores ac meliores philoſophi, ex cōſideratione decētiſſimi ordinis rerum, & propria vniuſcuiuſq; adornatione, proprietate, euentu, dixerunt hæc omnia ſub diuina prouidentia cadere. Vndè decimo de ciuitate Dei loqtur Auguſtinus: Plotinus Platonicus de prouidētia diſputans, eā à ſummo Deo vſq; ad hæc terrena & ima pertingere, floſculorum ac foliorum pulchritudine comprobat: quę omnia quaſi abiecta ac velociſſimè pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe affirmat, niſi indè formentur, vbi forma *intelligibilis & incommutabilis ſimùl habens omnia, perſeuerat. Propter hoc quinto de Ciuitate Dei rurſùs diſſeruit *inintelligibilis
Auguſtinus: Deus nec exigui & contēptibilis animantis viſcera, nec herbæ floſculū, nec arboris folium ſine ſuarum conueniētia partium & quadam veluti pace reliquit. Idcircò & in libro de Cauſis pulchrè probatur, quòd cauſa prima regit res omnes per ſinem decoris, id eſt, cum ſummo decore. Siquidem inferiora regit per ſuperiora, irrationalia per intellectualia, homines per angelos, ſed & per ſeipſum aliqua agit in rebus. Et quāuis in ſe & per ſe vniuerſa diſponat, prouidētiam tñ per cauſas ſecūdas in multis exeqtur. Prętereà quanuis in rerū regimine multa videañ indecentia & iniuſta, vt q̄ iuſti ab impijs opprimuntur, ac conſimilia, tñ in ordine ad prouidētiam Dei cūcta congruentiſſimè diſponuntur. Et frequenter quod eſſe videtur pœna, eſt medicina: & quod reputaī iniuria, eſt corona. Sed in talibus occulta ſunt & latēt nos diuina iudicia. [Hanc] ſ. increatam ſapiētiam & etiā infuſam ſapientiam, q̄ eſt donū. [amaui & exqſiui] id eſt, obtinere multipliciter laboraui. [à iuuentute mea,] in qua nō concupiſcētiæ, ſed ſapientię ſtudui: qm̄ ipſa Prou. 8. locuta eſt: Ego diligentes me diligo: & q̄ manè vigilauerit ad me, inueniet me. Vndè rurſùs Sapiēs Eccl 6. exhortatur: Fili, à iuuentute tua excipe diſciplinam, & vſq; ad canos inuenies ſapientiam. [& quæſiui ſponſam eā mihi aſſumere:] id eſt, ſtudui ei amoroſè ac familiariter adhærere, eamq; brachijs charitatis amplecti, atq; ex vnione cum ea fructum actuum virtuoſorū producere: quod totum
tam de ſapientia increata, q̄ de ſapiētia infuſa, ſuo poteſt modo intelligi. Porrò in Canticis Cant. 1.
canticorum Sapiētia iſta increata ac genita, nō ſpōſa, vt hîc ſub nomine fratris & regis ac dilecti, ſponſus vocaī. Cuius triplex, vt ibi expoſitum fuit, eſt ſponſa: videlicet generalis, q̄ eſt vniuerſalis Eccleſia, & etiam ſpōſa particularis, videlicet anima iuſti, ſpōſaq; ſingularis, quę eſt beatiſſima & incōparabilis virgo Maria. Ipſa etenim ſapientia dicitur ſponſa propter rationes iam tactas. Vndè & Prou. 7. legit: Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudētiam voca amicam. Eſt itaq; ſpōſa, quia amator ſyncerus, homo iuſtus, ſeu ſpiritus rationalis mūdus & ſanctus, ſuſcipit eam, & brachijs eam ſtringit amoris, & coniungit ſe ei, atq; ex vnione cum ea parit fructū virtutū. Eſt quoq; ſpōſus, quoniā mentē creatam applicat ſibi, & ſancta ſuccēdit dilectiōe, ſpiritualiterq; fœcundat, atq; ex ea & per eam ꝓducit opera bona, iuxta illud Iſaiæ 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Vndè dixit Apoſtolus Philip. 2. Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere. [& amator factus ſum formæ illius.] id eſt, pulchritudinis ſapiētiæ increatę, immò & ſapiētię infuſæ, q̄ eſt pulcherrimus mentis ornatus, increatæ menti ac ſapientiæ eius æternæ eam cōformans. At verò, quāuis pulchritudo toti ſuperglorioſiſſimæ conueniat Trinitati: attamen ſapientiæ genitæ ſeu verbo æterno appropriatur. Verbū nanq; eſt emanatio intellectûs, ad quod pertinet repræſentare intelligētis cōceptū. Ideò quicqd patris eſt, repræſentatur ac plenè reſulget in filio, quod ad pulchritudinis pertinet rationem. Ideò ſubtiliſſimè dixit Hilarius: Aeternitas eſt in patre, ſpecies in imagine, id eſt, pulchritudo in filio, vſus in munere, i. cōmunio in Spiritu ſancto, q̄ eſt donū patris ac filij. [Generoſitatē illius] i. nobilitatē & excellentiam ſapientiæ increatæ, immò & doni ſapientiæ, [glorificat,] i. p̄claram & ſummam eſſe manifeſtat, [contuberniū habēs Dei:] i. q-
cunq; illuminatus à Deo, & per charitatē ſapientiamq; infuſam, ſocietatē quandā habēs cū

eo,ac creatori cohabitans per charismata gratię. Talis qppe sic desupèr illustratus p fidem, ratiõibus credendorũ ornatã,& infusę sapiẽtię gustũ,ac contẽplationis acumen, nouit,confiteꝛ,magnificat sapientiã increatã,eiusq; donũ ac radium,sapientiã infusam.Et talis fuit Salomon,saltem ad tẽpus,q de deitate,eminẽtia,ac generatione æterna increatæ ac genitæ sapientiæ,euidenter locutus est Prouerb.8.Alij quoq; sancti prophętę,& prędsertim Apostoli, potissimè aũt Christus secũdùm quod homo,plenissimè adimpletus oꝛ superno charismate, suę perfectioni nõ derogãte,cõtubernalisq; patri,sicut in Apoc.testatur,Sedi cũ patre meo in throno eius:declarauit nobis suã deitatẽ,sapientiã,excellentiamq; immensam,iuxta illud Ioan.1.Deũ nemo vidit vnq;:vnigenitus filiusq est in sinu patris, ipse enarrauit. ℔sed & oĩm dñs dilexit illã.℔i.deus pater dilexit ac diligit sapientiã istã æternã,vtpotè verbũ suum æternũ & vnicũ filiũ,sicut in eius baptizatiõe ac trãsfiguratiõe locutus est:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi benè cõplacuit.Diligit (inquã) cũ dilectione intensiuè immensa, videlicet tãta,quãta seipsum.Christũ verò secundũ naturam assumptã, diligit plùs quàm totum pariter vniuersum,qamaius bonum voluit cõmunicauitq; ei, hoc est, increatũ & hypostaticũ esse verbi æterni,ad quod assumpta est humanitas Christi. ℔Doctrix est eñ disciplinæ Dei:℔id est,moralis scientiæ,per quam homines fiũt Deo placentes: quam disciplinã Christus in Euãgelio docuit copiosè,dicẽdo:Beati pauperes spiritu.Nam de plenitudine eius accepimus oẽs,&c.Et quãuis doctrina ista nõ sit causa à priori,ob quã pater diligit Christum, modis iam tactis,est tamẽ causa à posteriori,seu signũ quòd diligit ipsum,iuxta quem modum filius in Euãgelio ait,Pater nõ reliquit me solum:qa ego quæ placita sunt ei,facio semper.℔& electrix operũ illius.℔id est,opera veraciter virtuosa ac placita Deo,approbat & eligi facit,vitiosaq; reprobat,dicẽs Matth.7.Attendite vobis à falsis prophetis,&c.à fructibus eorũ cognoscetis eos.℔Et si diuitiæ appetẽtur in*terra,qd sapientia locupletius?℔Quasi dicat,Quicunq; cupit & amat diuitias tẽporales,meritò debet sapientiã istã appetere & amare:quia in ea est omniũ bonorum,omniũq; pulchrorũ ac desiderabiliũ plenitudo immẽsa, quæ Prouer.8.cõtestatur:Mecum sunt diuitię & gloria.Et iterùm Salomon loqtur Prou.17. Quid prodest stulto habere diuitias,cùm sapientiam emere non possit?qa in sapientia consistit opulentia vera.Nam & vita æterna est in actu sapientiæ,qui est primæ & summæ contemplatio veritatis.Vndè locutus est Isaias:Diuitiæ salutis sapientia & scientia.℔quæ omnia operatur.℔increata nanq; sapientia,omnium est creatrix,iuxta quod in Euangelio legitur: Omnia per ipsum facta sunt.& cuncta quotidiè moderaꝛ ac administrat & regit, quẽadmodum testatur:Pater meus vsque modò operatur,& ego operor.Cùm igitur omnia operetur, cõstat q omnium perfectiones in ea cõsistant, & ipsa vniuersis sit ditior.℔Si aũt sensus operatur,℔id est,si intellectus creatus,seu humana notitia,est actiua diuersorũ effectuum,℔quis horum quæ sunt,magis q illa,est artifex?℔Tanquàm dicat,vtiq; nullus: Quoniam sapientia increata est vniuersorum exemplaris effectiuaq; causa,à qua cuncta procedunt, sicut artificiata à suo artifice. Ex quo sequitur,quòd nihil potentius sapientia,ideoq; si quæratur potestas,ipsa verè omnipotens,summè est expetenda.℔Et si iustitiam quis diligit,℔id est,si quis appetit esse virtuosus.℔Iustitia enim vno modo dicitur esse oñis seu quælibet virtus, qm̃ per vnamquãq; virtutem homo se habet vt decet ac debet,debitumq; impendit Deo obsequm, quod etiã de misericordia clarum est,qa per eã proximis subuenitur,quod à Deo ꝓcipitur. ℔labores huius magnas habent virtutes:℔id est,actus,quibus pro sapiẽtia obtinenda ac possidenda laboratur,annexas habent ac promerẽtur virtutes ꝓcipuas,seu earum opera bona, siue profectuũ incrementa,quemadmodùm dictũ est suprà cap.3.Bonorũ laborũ gloriosus est fructus.Ipsa etiã increata sapientia taliter laborantibus infundit virtutes, aut spirituales profectus.propterea subdit:℔sobrietatẽ eñ℔id est,temperantiã℔& sapientiã℔id est,prudentiam℔docet,℔qa eas largitur,& qualiter vtendũ sit eis,inspirat:℔& iustitiã,℔quæ est virtus specialis,℔& virtutẽ,℔id est,fortitudinẽ,quæ passionẽ timoris refrenat ac moderaꝛ,& quæ ardua facit viriliter aggredi,& circa pericula mortis se strenuè gerit. Hæ sunt quatuor cardinales virtutes,de quibus subiungitur:℔quibus nihil vtilius est in vita hominibus:℔quia istæ quatuor virtutes ꝓcipuè conferunt homini ad obtinendum salutem. Veruntamen virtutes theologicæ,& etiã septem dona,sunt eis præstantiores.Sed inter virtutes morales,istæ præfulgent ac vtiliores cẽsentur.Vndè & in ordine harũ, cardinales(i.principales)dicunt: vel cardinales,qm̃ alię virtutes morales circa ipsas versantur & reducũtur,sicut ostium in cardine vertitur.De harũ quatuor virtutum cardinalium sufficientia, ratione, proprietate & distinctione,diffusè loquitur Thomas in prima 2.quæstione 61.De quibus & Seneca in libro de Copia verborum,seu quatuor virtutibus,pulchrè tractat: Si prudentiam, inquiens, ampleꝛ

Apoc.3.

1.Ioan.4.

Matth.3. & 17.

Matth.5. Ioan.1.

Ioan.8.

*vita,

Isaiæ 33.

Ioan.1. & 5.

ꝛis, vbiq; idem eris,& prout rerũ ac tẽporis varietas exigit,ità te illis accõmodabis,nec in aliquibus te mutabis,sed magìs aptabis:sicut manus eadem est,cùm in palmã extenditur,& dum in pugnũ restringitur.Prudentis propriũ est examinare cõsilia,nec credulitate incauta ac facili falli.Deniq; fortitudinem vocat magnanimitatẽ, de qua scribit:Magnanimitas, quæ & fortitudo dicit,si insit animo tuo,cũ magna fiducia vires liber,intrepidꝰ,alacer,quæ tamẽ si modũ suum excedat,faciet virũ minacem,inflatũ,turbidum, inquietum, & in quascunq; excellentias verborum atq; factorũ,neglecta honestate,festinũ.Porrò iustitia est tacita naturæ cõuentio,in adiutoriũ multorũ inuenta. Iustitia nõ nostra institutio, sed diuina lex est,& vinculũ societatis humanę:quisqs hanc sectari desideras,Deũ time priùs & ama,vt ameris ab eo.Amabis Deũ,si eum in hoc imiteris,vt omnibus velis prodesse,nulli nocere:& tunc oẽs te virum iustũ appellabunt,sequentur,venerabuntur ac diligent.Iustus autẽ vt sis, non solùm alijs non nocebis,sed nocentes pro viribus prohibebis. Temperantia demùm à brutis te diuidet,& à fœdis separabit inqnamentis,vt ratione,nõ passione,te regas.Hæc Seneca.℔Et si multitudinem sciẽtiæ℔id est,scientiam copiosam℔desiderat quis,scit præterita, & de futuris æstimat,℔id est,prænoscit,& quibusdam certam, quibusdam probabilem, dat futurorum notitiam.℔scit versutias sermonum,℔id est,cõtortas sententias,astutiasq; verborum,qbus nequeąquàm poterit falli.℔& dissolutiones argumentorum:℔de quibus omnibus instruit suos,qbus promisit:Ego dabo vobis os & sapientiam,qbus nõ poterũt resistere & cõtradicere omnes aduersarij vestri.Hinc cùm quidam surrexissent de Synagoga,disputantes cum beatissimo Stephano,non poterant resistere sapientiæ & spiritui,q loquebatur per primiceriũ martyrũ.℔signa & monstra scit,antequàm fiant,℔id est,futura mirabilia & insolita,aliquo designantia,monstratione admirationeq; digna,prænoscit.De quibus in Euangelio loquitur:Erunt signa in sole & luna.Rursùs:Surget gens contra gentem,& regnũ aduersùs regnum,& terræmotus magni erunt per loca,& pestilentię,& fames,terroresq; de cęlo,& signa magna erunt.Et Iohel 2.Dabo prodigia in cælo & in terra,sanguinem & ignem & vaporẽ fumi.Sol cõuertetur in tenebras & luna in sanguinem,antequàm veniat dies domini magnus & horribilis.℔& euentus temporũ & seculorum.℔id est, quid in singulis quibusq; temporibus & certis durationibus ac generationibus,fiet siue eueniet. ℔Proposui ergò hanc℔sapientiam increatam℔adducere mihi ad cõuiuandum,℔id est,gratiosam eius præsentiam,inhabitationem,aduentum,decreui promereri ac adipisci,orãdo & alia bona agendo,vt spiritualiter epuler secum,& ipsa mecum,delectando in ea,& per eius contemplationem,cultum,amorem,me reficiendo,quoniam ipsa Apocal.3.testatur:Ego sto ante ostium, & pulso:si quis aperuerit mihi ianuã,intrabo ad illum,& cœnabo cum eo,& ipse mecũ.℔sciens,quoniam mecum communicabit de bonis,℔id est,dona gratiæ suæ mihi distribuet, & spiritualiter me ditabit:quia quanto quis frequentiùs & affectuosiùs ipsam contemplatur, & ei se applicat,tãto plùs crescit in donis ipsius.℔& erit allocutio cogitationis & tædij mei.℔id est,sua inspiratione & illustratione cogitationes meas diriget & purgabit,meaąe tędia consolabitur & excludet:quoniam eius irradiatio mundat, exhilarat, ac dirigit mentem, & vana atque phantastica eijcit tædia.℔habebo propter hanc claritatem ad turbas,℔id est, magnæ reputationis ac famæ ero inter homines,propter sapientiam mihi infusam à sapientia increata.℔& honorem apud seniores:℔quia eos qui in sapientia clarè præfulgent,reputãt honorandos.℔iuuenis & acutus inueniar in iudicio:℔id est, vigorosus & subtilis ad iudicãdum de causis etiam arduis.℔& in conspectu potentium admirabilis ero,& facies principum mirabuntur me:℔id est,principes signa admirationis de eminentia sapientiæ mę oſtendẽt in vultu suo,se inuicèm ac me cum apparatu attonito intuendo.℔Tacentem me sustinebunt:℔id est,patienter ferent & præstolabũtur,quousq; loqui incipiam,aut verbum interruptum resumam.℔& loquentem me respicient.℔verba sapientiæ meæ diligentissimè auscultando, meamq; facundiam ac peritiam admirando.℔& sermocinante me plura,manus ori suo imponent:℔id est,loqui non pręsument,verba mea interrumpendo.℔*Propterea habebo per hanc,immortalitatẽ℔,id est,increatæ sapientiæ ero cõiunctus in vita hac,per charitatem vitamq; graitæ,& in futuro per vitam gloriæ.℔& memoriã æternã his,qui post me futuri sunt, relinquam:℔id est,in seculo isto per generationum successiones ero famosus vsq; in seculi finem.℔Disponam℔id est,regam,ordinabo,erudiam℔populos,℔ad quorum gubernationem fit homo per sapientiæ eminentiam præcipuè aptus.℔& nationes mihi erunt subditæ:℔quia tam charitatiuè ac discretè ad subditos me habebo,quòd libẽter obediẽt mihi. ℔Timebunt me audientes reges horrendi:℔id est,audiendo profunditatem verborũ meorũ, concipient reuerentialem ac formidolosum affectum ad me, quemadmodùm Nabuchodonosor rex

metu-

metuendiſſimus,auditis verbis ſancti Danielis,proſtrauit ſe, adorauitq; eũ. [& in multitudine bonus videbor,]id eſt,tã ſapienter & iuſtè loquar,q̃ oẽs audientes me,reputabũt me virtuoſum.[& in bello fortis:]quia ad prælandũ inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus præcipuè valet ſapientia:quæ facit hominem ordinatè procedere ac diuino inniti auxilio, cuſtoditumq; eſſe,& conſideranda conſiderare.Hinc Prouer.24.dictũ eſt: Cùm diſpoſitione initur bellum.& denuò cap.20.Gubernaculis tractanda ſunt bella. Prætereà omnia iſta fuerunt ad literã in Salomone cõpleta,propter excellentiam ſapientię eius:qui,vt 3.Regum 4. & 2.Paral.9.legitur,vndiq; famoſiſſimus erat:ità q̃ omnes reges per gyrum deſiderabãt vultum eius conſpicere,& verba ſapientię eius audire,deferebantq; ei munera,& fuerũt ei ſubiecti.Sed & ſanctus Iob vir ſapientiſſimus teſtatur,hæc magna ex parte completa in ſe, dicens:In platea parabãr cathedram mihi.Principes ceſſabant loqui,& digitũ ſuperponebant ori ſuo,vocẽ ſuam cohibebant duces,auris audiens beatificabat me.[Intrãs in domum meam,conqeſcam cũ illa:]id eſt,poſt occupationes externas,redeũdo ad cordis proprij diſcuſſionem,atq; ingrediens mentis cubiculũ,conſcientię thalamũ,Eccleſiam ſeu habitationem, qui etiam vacabo per contemplationem,cum grandi tranquillitate ſapientiæ increatæ,& ab omni exteriori ſtrepitu ac tumultu quieſcam in hoc inuariabili,tranquilliſſimoq̃ obiecto,in quo ſolo eſt pax pectoris ſancta ac ſalutaris.De quo dixit Propheta:In pace inidipſum dormiã & requieſcam.Hinc Iſaiæ 32.loqtur dñs:Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,& in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulẽta.[Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius,]id eſt,occupatio mentis in Deo per cõtemplationem,dilectionẽ, & laudem ipſius,nõ habet amaritudinẽ ſibi annexam directè,nec inordinatã amaricatiõem.[nec tædium cõuictus illius,]id eſt,viuifica & cõtemplatiua vnio cum ſapientia ſumma, non eſt tædioſa,ſed gaudioſa.Propter quod ſubditur:[ſed lætitiam]in contemplãdo,[& gaudium] ſpirituale in diligendo,vel lætitiam redundantem in partem ſenſitiuã,ex plenitudine gaudij exiſtentis in ſuperiori animæ parte,iuxta illud Prophetæ Pſal.83.Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Nempe quum delectatio oriatur ex vnione potentiæ cum obiecto conuenienti,ſitq̃ diffuſio animi in conceptu adeptioneq̃ boni, dum mens ſyncerè coniungitur ſummo & incõparabili bono illi,habet copioſæ delectationis incitamentum,rationem,materiam,& beatitudini Dei ſui congratulatur,atq; ex ſpe beatificę eius fruitionis exhilaratur:& quanto ſpirituales deliciæ iſtæ plùs guſtantur,tanto plùs appetuntur, ac cõplacent,& releuant mentẽ:corporales verò delectationes citò vertũtur in nauſeam, & aggrauãt corpus.Ideò ſapiẽtia loquitur Eccl 24.Qui edunt me,adhuc eſurient. Ariſtoteles quoq; fateꝫ,q̃ Philoſophia habet mirabiles delectationes ſibi admixtas. Et rurſùs: Delectationi,inqt,quæ eſt in conſideratione,nõ eſt triſtitia contraria.Itemq;, vt ait Ariſtoteles,Homo cõtemplatiuus plenus eſt iucundis theorematibus, nec extra ſe expetit delectari, quia ſe habet delectationis puræ materiã.Sed his obijci poteſt quod in Eccleſiaſte habeꝫ: In multa ſapientia multa eſt indignatio,& q̃ addit ſcientiã,addit & dolorem. Et iterùm: Cor ſapientium vbi triſtitia.Et reſpondendũ,q̃ contẽplationi ſeu cõſiderationi ſapiẽtiæ, benè adiungitur bona amaritudo,cõtritio,dolor concomitanter ex hoc,q̃ homo Deum contemplando reflectitur ad ſuſjpſius conſiderationẽ,& ad calamitatem iniquitatemq; propriam, ad conſiderandum quoq; ſtatum huius exilij, ac diſtantiam ſuià beatifica viſione: & ſic ſuis vitijs indignatur,& cũ ſancto exclamat:Heu mihi,quia incolatus meus prolõgatus eſt. Et cum Paulo:Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? [Hæc cogitans apud me,]id eſt,in me,iuxta quem modum fertur:Verbum erat apud Deum. [& cõmemorans]id eſt,frequenter reuoluens[in corde meo,quoniã immortalitas eſt in cogitatione ſapientiæ,]id eſt,quòd homo contẽplationi ſapientiæ immorãdo,immortalitatẽ gloriæ promeretur,& ipſa cõtemplatio,quæ hîc inchoaꝫ,in futuro perficitur ac perpetuaꝫ, prout Chriſtus in Euãgelio dixit:Maria optimã partẽ elegit,quæ nõ auferetur ab ea.[& in amicitia illius delectatio bona:]id eſt,q̃ virtuoſa ſit delectatio,quæ in dilectione ſapientiæ increatę cõſiſtit,quã diligere ſanctũ eſt:& q̃ quãto feruentiùs puriuſq; amaꝫ,tãto ampliùs diligentẽ delectat.Nulla eteñ virtus,nulla formã tã delectabiliter operaꝫ,vt charitas.[Et in operib' manuum illius,honeſtas ſine defectione:]id eſt,q̃ in operibus & creaturis,ſeu effectibus iuſtis & ſanctis,ſit ſapiẽtiæ æternalis indeficiẽs honeſtas, & irreprehenſibilis probitas, qa nil reprehenſibile ab ea procedit:ſed ſicut ait Pſal.Iuſtus dñs in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.Vndè iterùm proteſtatur Pſal.91.Delectaſti me dñe in factura tua,& in operibus manuũ tuarũ exultabo.[& in certamine loquelę eius,]i.q̃ in cõflictu ſeu diſceptatione ſapientialium verborum ac ſcripturarum, à ſapientia increata procedentium,ſit [ſapien-

Iob 29.

Pſalm.4.

Eccẽs 1. & 7.

Pſal.119. Rom.7. Ioan.1.

Lucæ 10.

Pſal.144.

[ſapientia,]id eſt,inſtructio doctrinalis:quia dũ ſapientes inter ſe charitatiuè & ſapientialiter diſputant ac cõferunt de ſcripturis,& contra perfidorũ errores ac hæreſes arguũt,inſtruunt audiẽtes. Vndè ait Apoſtol' 2.Tim.3.Oñis ſcriptura diuinitùs inſpirata,vtilis eſt ad docendũ,ad arguendũ,ad corripiendũ in iuſtitia.De Epiſcopo quoq; loquẽs Titi 1.Potens ſit, inquit,exhortari in doctrina ſana,& eos q̃ contradicũt, arguere. [& præclaritas in cõmunicatiõe ſermonũ ipſius:]id eſt,q̃ magna ſynceritas ac lucida veritas ſit in verbis & eruditionibus,quibus ſapiẽtia erudit ſuos,& quæ cõmunicat ſuis fidelibus, ſicut Prouer.8. conteſtatur:Iuſti ſunt omnes ſermones mei,& nõ eſt in eis prauũ quid neq; peruerſum. [circuibam quærens,]id eſt,vndiq; inueſtigãs,cuncta occurrentia cõſideraui.[vt mihi illã aſſumerem:] id eſt,ſapientiam inuenirem,& inuentam,vt ſponſam brachijs pij purię amoris amplecterer.In cunctis eteñ rebus creatis ſapientia prima relucet, ſicut artifex in opere ſuo.Ideò fertur in Canticis:Surgã,& circuibo ciuitatẽ:per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea.Iſte eſt bonus circuitus,q̃ à Deo incipit,& terminaꝫ ad ipſum. Eſt aũt & prauus circuitus,qui eſt inordinata euagatio per creata,de qua ait Propheta Pſal.11.In circuitu impij ambulant.[Puer autem eram ingenioſus,]id eſt,acuti atq; capacis intellectũs. Vndè in libro de Ciuitate Dei aſſerit Auguſtinus:Ingenioſum naſci,felicitatis eſt. Et rurſùs: Faciliter intelligere,& intellecta benè implere,plena felicitas eſt.[& fortitus ſum animam bonam:]id eſt, egregiæ indolis,vtpotè ex naturali diſpoſitione ad ſapientiã ac virtutes fortiter inclinatam. [& cùm eſſem magis bonus,]id eſt,melior factus proficiendo in virtutibus,atq; ingenitam inclinationẽ aſſiduè actuãdo,[vẽni ad corpus incoinqnatum:]id eſt,mundũ,& corpus meum in puritate,putà in caſtitate cõiugali ſeruaui,& rationi ſubieci, mũdans me ab omni inquinameto animæ & corporis. Salomon enim per multos annos fuit vir virtuoſus,iuſtus, ac cõtineus,quanùs in ſenectute ad extremã fœditatẽ & vitioſitatẽ dilapſus ſit.[& vt ſciui]id eſt,ſtatim poſtq̃ cognoui,[qm̃ aliter non poſſem eſſe continens]à vitijs & concupiſcentijs, [niſi Deus det]gratiã continendi,quia nõ eſt volentis,neq; currẽtis,ſed Dei miſerentis, qui ait Ioan.15.Sine me nihil poteſtis facere.[& hoc ipſum erat ſapiẽtię,]id eſt,actus ſeu cõſideratio ſapiẽtiæ infuſę,& donũ ac inſpiratio & illuminatio ſapientiæ increatę.[ſcire cuius eſſet hoc donũ.]Vndè ait Apoſtolus 1.Cor.2.Nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt,vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. [adij dominum,]id eſt,Deũ vbiq; præſentem mente acceſſi,dirigendo cor meum in ipſum,iuxta illud Pſalm.33. Accedite ad eum,& illuminamini.[& deprecatus ſum illum,& dixi ex totis præcordijs meis:]id eſt,intimis affectibus mentis,ſeu cum tota attentione intellectũs, affectioneq; integra voluntatis, ſecundùm illud Pſalm.110.Confitebor tibi domine in toto corde meo.

Cant.3.

Rom.9.

¶Elucidatio cap.9.Deus patrum meorum,& dñe miſericordiæ. Art. 9.

ORatio Salomonis hîc ponitur:[Deus patrũ meorũ,]ſcilicet patriarcharũ, Abrahæ,Iſaac,Iacob,& Dauid.Et quanùs ſit Deus vniuerſorũ iure creationis,conſeruationis,& gubernationis:ſpecialiter tñ per gratiã p̃cipuæ electionis voluit Deus illorũ trium patriarcharum vocari, quẽadmodùm Exod.3.legitur: Dixit Dominus ad Moſen:Hæc dices filijs Iſrael:Dominus Deus patrum veſtrorum,Deus Abraham, Deus Iſaac,& Deus Iacob,miſit me ad vos:hoc nomẽ mihi eſt in æternum,& hoc memoriale meum in generationem & generationẽ.[& dñe miſericordiæ,]id eſt,dominator miſericors,& dominus omnium miſerationũ.Dicitur ergò dominus miſericordiæ,ſicut Act. 7.dicitur Deus gloriæ,& in Pſalmo 23.rex gloriæ,id eſt,dominus miſericordiam habens,& miſericordes effectus producens.[qui feciſti omnia verbo tuo,]id eſt,per vnigenitum filium tuum,ſecundùm illud Ioann. 1. Omnia per ipſum facta ſunt.Vel verbo, id eſt, imperio tuo,ſicut cãtamus Pſal.148.Quoniam ipſe dixit,& facta ſunt:ipſe mãdauit,& creata ſunt.[& ſapientia tua]id eſt,per ſapientiã tuam[cõſtituiſti hoiem.]Omnia enim in ſapientia fecit,& ſicut Prou.3.dictũ eſt:Dñs ſapientia fundauit terrã,ſtabiliuit cælos prudẽtia.[vt dominaretur creaturæ tuæ,quæ à te facta eſt:]quẽadmodùm loqtur dñs Gen. 1. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã,& præſit piſcibus maris,& volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ,omniq̃ reptili, quod mouetur ſuper terram. Hinc additur:[vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia:]id eſt,elemento terræ & contentis in eo, vtatur ſicut eſt diuinitùs inſtitutũ:vel potiùs,vt genus hominum à ſe propagatum,rectè gubernet.Hoc aũt dominiũ ſuper inferiores creaturas homo pleniùs habuiſſet,niſi peccâſſet,adhuc tamen aliqualiter habet illud,ſecũdùm illud Pſal.8.Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius,oues & boues vniuerſas.[& in directione cordis iudiciũ iudicet:]id eſt,de iudicandis ſententiã proferat,cũ diligẽti cordis intuitu,& eleuatione mẽtis ad te,habẽdo te iudicẽ ſummũ ſemper præ oculis,

oculis,certus quòd & ipſe iudicandus ſit à te, qui malè iudicata reiudicabis. Hinc 2. Paralipom.19. rex Ioſaphat ait iudicibus ſuæ plebis: Quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit:ſit timor Domini vobiſcum,& cum diligentia cuncta facite.[da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam,]id eſt,Sapientiam tuam tibi æternaliter verè præſentem, & thronis cæleſtibus iugiter aſſiſtentem, omniumque iudicialium ſoliorum cæleſtium atque terreſtrium directiuam, quæ in Euangelio proteſtatur: Vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes,iudicantes duodecim tribus Iſrael.Sedes quoquè Dei, ſunt cæli, prout fatur Propheta: Cælum mihi ſedes eſt.Sed & animæ iuſtæ, ſunt ſedes & throni ipſius, cùm ſcriptum ſit:Anima iuſti,ſedes eſt ſapientiæ. Eſt item vnus chorus Angelorum,qui ſpecialiter Throni vocatur, per quos omnipotens ſua diſcernit iudicia, quibus Thronis infallibiliter directrix eſt ſapientia iſta. [& noli me reprobare à pueris tuis,]id eſt,de numero electorum ſeruorum tuorum nō auferas me,neque condemnes vt reprobum.[quoniam ſeruus tuus ego ſum:]id eſt,iam tibi deuotè deſeruio,& precor nè deſeras me,ſed hanc cordis mei deuotionem ſemper piè attendas.[& filius ancillæ tuæ,] videlicet Synagogæ aut Bethſabee:quæ de ſuo exceſſu pœnitens, deinceps fuit deuota, ſicque meritis matris meæ deprecor exaudiri. [homo infirmus,]id eſt,fragilis,& ad mala procliuis, [& exigui temporis,] prout 1. Paralip. 29. Dauid fatetur,Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram,& nulla eſt mora. Ideò ſanctus Iob dixit: Homo natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis miſerijs.[& minor ad intellectum iudicij & legum,]id eſt,ex meipſo inſufficiens ad intelligendum, quid de ſingulis occurrentibus ſit iudicandum,nec valens ex me pertingere ad intelligentiam legum, id eſt, præceptorum tuorum iudicialium,cæremonialium atque moralium, legisque naturalis,ac diuinæ,& poſitiuæ.Hinc 3.Regum 3.Salomon recitatur dixiſſe ad Dominum: Quis poteſt iudicare hūc populū?ſtemque: Ego ſum puer paruulus,neſciens introitum meum & exitum meum.[& ſi quis erit conſummatus inter filios hominum,]id eſt, perfectus inter homines,[ſi ab illo fugerit ſapientia tua,]id eſt,ſi ſapientia tua æterna reliquerit eum, & ſapientiam ſalutarem,quæ eſt donū,ſubtraxerit ei,[in nihilum reputabitur.] id eſt, nullius erit momenti aut ponderis coram Deo,immò ſtultus ab eo cenſebitur,dicente Apoſtolo.1.Corinth.1.Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?Conſequenter author huius voluminis in perſona Salomonis apertiſſimè loquitur:[Tu autem elegiſti me regem populo tuo,]id eſt,ad profectum Iſraelitici populi.Vndè Dauid 1.Paralip.29. Salomonem, inquit, filium meum elegit Dominus adhuc puerum & tenellum. [& iudicem filiorū tuorum & filiarum:]Quibus Deuter.14.Moſes ait:Filij eſtote Domini Dei veſtri, filij ſcilicet adoptiui. [& dixiſti,]id eſt,præcepiſti mihi [ædificare templum in monte ſancto tuo,]putà in monte Moria,in quo Abraham voluit Iſaac immolare,& in quo Iacob vidit in ſomno ſcalam pertingentem ad cælum.[& in ciuitate habitationis tuæ altare,]id eſt, altaria templi, videlicet altare holocauſti in atrio, & altare thymiamatis,quod erat in prima & exteriori templi parte,prout tertio Regum deſcribitur.[ſimilitudinem tabernaculi tui ſancti:]quia templum factum per Salomonem, conſtructum eſt ad imitationem tabernaculi Moſis,ſecundùm expoſitores.[quod præparâſti ab initio,]id eſt,in monte Sinai loquens Moſi, fieri præcepiſti ſecundùm exemplar ei in monte monſtratum. [& tecum ſapientia tua] increata ac genita, ſcilicet vnigenitus filius tuus,ô pater æterne. Opera etenim ſuperbeatiſſimæ Trinitatis ad extrà,ſunt indiuiſa.[quæ nouit opera tua,quæ & affuit tunc cùm orbem terrarum faceres:] immò cùm totum conderes vniuerſum,quia coæterna,conſubſtantialis,& coæqualis eſt tibi,quæ Prouerb.8.atteſtatur:Quandò præparabat cælos,aderam:quandò certa lege & gyro vallabat abyſſos,quandò *apponebat fundamenta terræ,cum eo eram cuncta componens. Hinc & affirmat ipſa Sapientia: Quæcunque facit pater, hæc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium,& omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. [& ſciebat quid placitum eſſet oculis tuis:]id eſt,intellectui tuo,atque iuſtitiæ ac prouidentiæ tuæ.[& quid directum] id eſt,verè rectum,& ad te ritè relatum.[in præceptis tuis,] & in executionibus eorundem. In patre nanque & filio eſt vna eademque ſapientia.[Mitte illam de cælis ſanctis tuis,]id eſt, ſapientiam increatam ac genitam mitte mihi inuiſibili miſſione,non vt illa variet locum: ſed per effectum,infundendo mihi chariſmata eius. Porrò per ſanctos cælos, poſſunt intelligi ciues ſuperni ſpiritusque angelici:in quibus ſapientia iſta,ſicut & pater, eſſe ſpecialiter perhibetur, quia in illis præclariùs operatur,& ſeipſam euidentiùs glorioſiusque demonſtrat. Vel orbes cæleſtes. Hinc quotidiè dicimus:Pater noſter qui es in cælis.[& à ſede magnitudinis tuæ,]id eſt,à throno maieſtatis tuæ immēſę,iuxta illud Pſal.18.A ſummo cælo egreſſio eius.De quo accipi poteſt illud Apoſtoli 2.Cor.12.Raptus eſt vſq; ad tertium cęlum.[vt mecum

Lucæ 22. Matth.19. Iſaiæ 66. Iob 14. Ibidem. Gene. 22. & 28. *appēdebat Ioan.5. Matth.6.

mecum ſit]per gratiam & illuminationem pijſſimam,[& mecum laboret,]id eſt,efficaciter laborare me faciat,meque in laboribus meis dirigat & conſeruet.[vt ſciam quid acceptum ſit apud te.]id eſt,quid verè complaceat tibi,nè in particularibus errem, aut ſub ſpecie boniſallar,aut vitijs paſſionibusq; cæcatus,erroneè iudicem:quia vt ait ſcriptura Prou.14.Eſt via quę videtur homini bona,& nouiſſima eius ducunt ad mortem.[Scit enim illa omnia & intelligit,]tanquàm vniuerſorum creatrix.[& deducet me in operibus meis ſobriè,]id eſt, moderatè ac diſcretè faciet me in cunctis,quæ ago,procedere,ità vt dicere poſſim:Tenuiſti manum dexteram meam,& in voluntate tua deduxiſti me.Et rurſùs: Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ,propter nomē ſuum.[& cuſtodiet me in ſua potentia.]id eſt, à ruina me præſeruabit ſua propria poteſtate,cui nullus poteſt reſiſtere.Ipſe quippe eſt principalis cuſtos electorum ſuorum,qui & per Angelos ac Prælatos cuſtodit oues ſuas. [Et erunt accepta opera mea,& diſponam]id eſt,regam ac ordinabo [populum tuum iuſtè,& ero dignus ſedium patris mei.]id eſt,dignus ero ſedere ac præſidere populo Iſrael,reſidendo in throno regali ac ſolio iudiciali,atq; in cathedra doctorali,in quibus Dauid pater meus dignè conſedit, faciens iudicium & iuſtitiam omni populo ſuo,& dixit:Docebo iniquos vias tuas.[Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei?]Quaſi dicat,nullus, niſi quantùm fuerit ei mediatè vel immediatè deſuper reuelatum:ſicq; ſcimus conſilium ſuperadorandæ & ſuperſapientiſſimæ Trinitatis ſuper modo ſaluationis generis humani per incarnationem &paſſionē verbi æterni.Sic quoquè loquitur Act.20.Paulus:Non ſubterfugi quo minùs annunciarem vobis omne conſilium Dei. Prætereà quæri poteſt,qualiter Deo aſſcribatur conſilium, cùm aſſerat Damaſcenus,conſilium eſſe ignorantis naturæ. Et reſpondendum, quòd conſilium propriè ſumptum,dicitur inquiſitio de agendis vel omittendis,& ità ex ignorantia quadam procedit.Deo igitur non aſſcribitur,niſi imperfectione iſta ſecluſa,& quantùm ad id quod perfectionis in ipſo eſt,ſcilicet quo ad diligentem conſiderationem.Itaque nemo ſcit conſilium Dei,niſi diuinitùs reueletur.Propterea ſcriptū eſt.Iere.23.Quis aſſuit in conſilio Domini,& vidit,& audiuit ſermonem eius?Et tamen eodē capitulo Dominus aſſerit, In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium meum.ſic & Apoſtolus dixit Rom.11. Quis cognouit ſenſum Domini?aut quis conſiliarius eius fuit?[Aut quis poterit cogitare,qd velit Deus?]Certum eſt,quòd Deus glorioſus & ſanctus vult omne bonum virtutum,& quicquid præcepit atq; conſuluit.Vnde & Paulus 1.Theſ.4.Hæc eſt, inquit, voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Et rurſùs 1.Tim.1.Deus vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire. Hinc ſcriptum eſt Baruch 4.Beati ſumus nos,quoniā quæ Deo placita ſunt, manifeſta ſunt nobis. Quomodò ergò nemo poteſt cogitare,quid velit Deus, niſi inquantùm Deus illud manifeſtat?Deniquè quædam ſunt indifferētia,id eſt,nec bona nec mala moraliter,ſed prodeſſe poſſunt atq; obeſſe,& de talibus latet nos,qd velit Deus,aut qd magis expediat nobis. De quibus etiam intelligendū cenſetur,quod Apoſtolus Rom.8.loquitur:Quid, ſicut oportet,oremus,neſcimus.[cogitationes em̄ mortalium timidę:]cōſtat,quòd cogitationes multorum hominū ſint audaces,præſumptuoſæ,& quorundam ſecuræ & firmæ.Attamen circa particularia multa agenda ſunt formidoloſę,quia pro certo non patet,quid ampliùs conferat ad ſalutem ſeu finem intentum,& quia neſcimus,an ſimus in charitate finaliter,ve ſaluādi: ꝓpter quod,ſicut Eccl̄i8.legitur,Sapiēs in oñibus metuit.Beatus em̄ homo,qui ſemper eſt pauidus. Vndè & ſanctus Iob:Verebar,ait,omnia opera mea. [& incertæ]ſunt[prouidentiæ noſtræ:]quia nō poſſumus omnia præuidere in particulari,quę poſſunt occurrere.Ideò ſæpè putamus eſſe expediens,quod potiùs nocet,& econuerſò. Hinc in talibus indigemus dono conſilij,quo à Spiritu ſancto dirigimur ac iuuamur,ad conſulendum,inquirēdum, & prouidendum quid magis expediat.Hinc quoq; in legibus humanis & poſitiuis oportet frequenter fieri diſpenſationes,quia non poteſt legiſlator pręuidere aut exprimere vniuerſos caſus qui poſſunt emergere.[corpus enim quod corrumpitur,]id eſt, corpus corruptibile, quod & quotidiè tendit ad corruptionem,[aggrauat animam:]id eſt, à ſpiritualibus exercitijs,& conſiderationibus intellectualibus frequenter retrahit ac impedit eam per multas & varias quotidianasq; neceſſitudines ſuas,infirmitates ac fragilitates,atq; ob fomitis infectionem.Vndè caro concupiſcit aduerſus ſpiritū.De hoc pulchrè loqtur Plato in Phædrone, oſtendens qualiter decē millia impedimenta vacationū ſeu contemplationū caro adducat ſpiritui:quæ nunc ſomno,nūc cibo & potu,nūc veſte,nunc domicilio indiget.De hoc beatiſſimus Andreas Apoſtolus in ſuo martyrio deuotiſſimè,prout in ſua Legenda narratur,locutus eſt.Veruntamē in ſtatu innocētiæ corpus nō ità animam aggrauâſſet,& multò minùs poſt reſurrectionē generalē,cùm fuerit glorificatū, eā grauabit,immò ornabit lætificabitq;

Prou.28. Iob 9. Pſal.72. Pſal.22. Pſal.50.

animam, & in omnibus ei promptiſſimè erit obediens. Et quanuis corpus corruptibile ſic animam grauet, anima tamen naturaliter ei cõiungitur, quia in multis vtile ac neceſſarium eſt animę, cui naturale eſt cognitionẽ intellectiuã à ſenſitiua accipere. [& terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ:] id eſt, detẽtio ſeu cõmoratio animæ in corpore iſto terreno mortali, frequenter trahit deorſùm, & obtũdit ac fuſcat intellectum plurima meditantem, quę varijs imaginationibus, curis, occupationibusq; externis inuoluit. Ideò clamauit Apoſtol⁹ Rom. 7. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Et Prophe ta Pſal. 141. Educ de carcere animã meam ad confitendũ nomini tuo. Vndè Iob 4. fertur: Hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumẽtur velut à tinea. [& difficilè æſtimamus quæ in terra ſunt:] id eſt, inferiora caduca ac vilia difficulter & cum incertitudine quadã cognoſcimus, ità q⁹ ea perfectè agnoſcere non valemus, quantùm ad omnia quæ circũſtant, accidentaliterq; inhærent, & de eis poſſunt inquiri. Proprias verò & eſſentiales eorũ differentias difficilimũ eſt inuenire. Quod totũ pandit opinionũ diuerſitas, quibus inter ſe diuerſificantur atq; cõtendunt philoſophi, tam gẽtiles q̃ Chriſtiani, & item Hebræi. [& quæ in proſpectu ſunt,] id eſt, quæ ſenſibus noſtris obijciuntur, ſenſibiliterque videntur, [inuenimus] id eſt, inquirendo ſeu addiſcẽdo cognoſcimus [cũ labore.] immò &
Eccés 1. & 8. frequẽter cũ erroris deceptione, iuxta illud: Cunctę res difficiles, nõ poteſt eas homo explicare ſermone. Et iterùm Salomõ dixit: Intellexi, q⁹ omniũ operum Dei nullam poteſt homo inuenire rationẽ. Hoc tamẽ dixit vt cõcionator. Hinc ſcriptũ eſt Iob 37. Nos q⁹pe inuoluimur tenebris. [quę aũt in cęlis ſunt,] id eſt, cęleſtia & ſeparata à materia ac inuiſibilia, [quis inueſtigabit?] quaſi dicat, nemo poteſt illa inueſtigare in lumine naturali, niſi valdè defectuoſè ac penitùs imperfectè: quẽadmodùm Ariſtoteles, Plato & alij ſubtiliores philoſophi aliqua indè ſcrutati ſunt. Nam & Ariſtoteles ait: Sunt ibi entia quędã ſimplicia, optimam vitam ducentia, & de ſuis ſufficiẽtia. Similiter de ordinibus, naturis, proprietatibus & actionibus intellectualiũ ſubſtantiarũ multa locutus eſt Plato. Sed dicta ac ſcripta eorũ, à veritate in pluribus defecerũt. Vndè & ipſe diſcretus ac prudentiſſimus Ariſtoteles faſſus eſt, q⁹ intellectus noſter ad illorũ cognitionẽ ſe habet, ſicut oculus veſpertilionis ad lucem ſolis. [Senſum aũt tuum] id eſt, intellectũs tui ſapientiã, iudicia, cõſilia & decreta, [quis ſcit, niſi tu dederis ſapientiã?] id eſt, de talibus illuminaueris & docueris hominem. [& miſeris ſpiritũſanctum tuum de altiſſimis:] id eſt, de throno gloriæ tuæ, & de ſummo cælo infuderis eũ menti
Iob 32. ad illuſtrandum eam de ſupernaturalibus illis. Inſpiratio nanq; omnipotẽtis dat intelligen-
1. Ioan. 2. tiam, & vnctio ſpirituſanctí docet de omnibus. Dicit aũt ſpũſanctus mitti, infundi, acdari per ſuos effectus gratioſos & gratũfacientes. Denìq; in verbis huius capituli, ſuperbenedicta Trinitas perſonarũ in ſimpliciſſimo Deo euidẽter inſinuatur. Huic quoq; verbo conſo
Ioan. 15. nat quòd aſſerit Chriſtus: Cùm aũt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatem. Ex quibus omnibus eluceſcit, q̃ neceſſaria ſit hominibus gratioſa & ſupernaturalis illuminatio Dei, pſertìm cùm ſine ea agnoſcere nequeamus, an actiones noſtræ ſint veraciter virtuoſæ ac meritoriæ. Vndè ſubiungit: [& ſi correctæ ſint ſemitæ eorum, qui in terris ſunt,] id eſt, an operationes hominũ iu terra viuentiũ, ſint à vitijs emendatæ, & per iuſtitiã ac fidem formatã directæ. [& quæ tibi placẽt, didicerint hoĩes:] id eſt, an homines ſint verè ſalubriter informati. Iſta, inquam, ſciri nõ queũt, niſi per illuminationẽ tuã, & ſpiritumſanctí miſſionẽ,
Eccés 9. cùm ſcriptũ ſit: Sunt iuſti atq; ſapientes, & opera eorũ in manu Dei ſunt: & tamen neſcit homo, vtrùm amore, an odio dignus ſit. [Nam per ſapientiã ſanati ſunt] id eſt, à vitijs expurgati, à paſſionũ immoderãtijs reformati ab originali peccato mundati. [quicũq; placuerũt tibi dñe à principio.] id eſt, ab exordio mũdi, poſt primorũ tranſgreſſionẽ parentum. Nam & ipſi primi parentes & poſteri eorundem electi per fidem, & per ſapientiæ donum ſunt recuperati, nec ſine diuina illuminatione pœnituerunt: & totum iſtud ab æterna & increata ſapientia miſericorditer perceperunt: quæ in fine ſeculorum incarnata, perfectè recupauit & ſanauit genus humanum, iuxta illud Ioan. 1. Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi.
Iſaiæ 53. Et per Iſaiã dicitur: Verè languores noſtros ipſe tulit, cuius liuore ſanati ſumus.

¶ Declaratio cap. 10. Hæc illũ, qui primus formatus eſt à Deo Articulus 10.

EXcellentiam, pietatem, & operationem ſummæ & increatæ ſapientiæ hìc oſtendit per hiſtorias rerum geſtarum. [Hæc] ſapientia [illum, qui primus] inter indiuidua ſpeciei humanæ [formatus eſt à Deo pater orbis terrarũ,] id eſt, ipſum Adam à Deo procreatum, qui fuit productiuum principiũ totius humani generis, ipſum ſequentis. [quum ſolus eſſet creatus,] id eſt, ante aliorum hominum productionem, non angelorum, qui ſimùl cum cælo empyreo ſunt plaſmati. [cuſtodiuit, id eſt, in innocentia conſeruauit,

uauit, quouſq; per fœminam & ſerpẽtem eſt victus. [& eduxit illum * de delicto ſuo.] id eſt, * à gratiam contritionis cõceſſit, per quam de ſua tranſgreſſione pœnituit. [& eduxit illum de limo terrę,] id eſt, corpus eius formauit de limo, prout habetur Gen. 1. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ. [& dedit illi virtutem continendi omnia.] id eſt, facultatẽ regendi cuncta inferiora, vel virtutem continẽdi omnia, qui ſic dedit ei originalem iuſtitiam, quòd ſi ipſe manſiſſet in ea, nõ perdidiſſet ſuam poſteritatẽ. Dedit quoquè ei virtutem continẽdi omnia, id eſt, naturã per quã in ſe cõtinet vniuerſa, habendo aliquid cõmune cum qualibet creatura: quia per intellectum & rationem cõuenit cum creatore & angelis, per ſentire cum brutis, per viuere cum plantis, per eſſe cum cæteris inanimatis. Continet etiam omnia per intellectum atq; memoriam, quia intellectiuus & memoratiuus eſt omniũ. [Ab hac] ſapientia [vt] id eſt, poſtquàm [receſſit iniuſtus,] videlicet Cain, qui poſt lapſum nõ pœnituit, ſed deſperauit: Maior eſt, inquiens, iniquitas mea, q̃ vt veniam merear. [in ira ſua,] id eſt, per ira- Gene. 4.
cundiam quam contra Abel iuſtum concepit, cui & inuidit. [per iram homicidij] id eſt, per iram eius vitioſam, ex qua fratricidium perpetrauit, ipſum Abel necando. [fraternitas depe rijt.] id eſt, frater eius extinctus eſt, dilectio quoquè fraterna ex parte ipſius deſtructa fuit. [propter quod] id eſt, propter ſapientiæ derelictionem, ſeu propter receſſum à ſapiẽtia increata, & à ſapientiæ dono, [cùm aqua deleret terram,] id eſt, diluuium ſubmergeret genus humanum. Vel propter hoc, id eſt, propter ſcelus Cain, cùm aqua diluuij deleret totã ipſius Cain poſteritatem, quæ patris ſui malignitatem fuit ſequuta, ſicq; in diluuio fuit ſoluta vindicta piaculi tanti, ſecundùm gloſſam, quæ tamen & in ipſo Cain cœpit anteà exerceri. [ſanauit iterùm ſapientia:] id eſt, genus humanum reparauit [per contẽptibile lignum,] id eſt, per arcam factam de lignis, [iuſtum gubernans:] id eſt, ipſum Noe cum ſobole ſua conſeruans, & per filios eius genus humanum multiplicans, vt patet Gen. 9. & antè. [Hæc & in cõſenſu ſuperbiæ, quum ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum:] id eſt, ſapientia conſeruauit & approbauit ipſum Abraham virtuoſum, poſtquàm peruerſæ nationes natę ex ſemine filiorum Noæ, extulerunt ſe, concorditer ſuperbientes & ſuperbè conſentientes ad ædificãdum turrim Babel, dicẽtes Gen. 11. Venite, faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius cacumen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum antequàm diuidamur in vniuerſas terras: quod etiam facere voluerũt, vt ad turrim illam confugerent, ſi decæterò diluuium inundaret. [& conſeruauit ſine querela Deo,] id eſt, ipſum Abraham ad laudem Dei præſeruauit à vitijs, & irreprehenſibiliter viuere fecit, cui dixit Gen. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. Et Gen. 15. Ego protector tuus & merces tua magna nimis. [& in filijs miſericordiarum fortem cuſtodiuit.] id eſt, poſteris Abrahæ, ſcilicet ipſis Iſaac & Iacob, & eorum poſteritati ſtabilem exhibuit pietatem, prout legitur Deuter. 10. En Dominì Dei tui cælum eſt, & cæli cælorum, terra & omnia quæ in eis ſunt: & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & elegit eos, amauitq; ſemen eorum poſt eos. [Hæc] ſapientia [iuſtum] Loth [à pereuntibus impijs] ſcilicet Sodomitis [liberauit fugientem] cũ vxore ſua, duabusq; filiabus, angelis eum educentibus. [deſcendente igne] ſulfureo [in Pentapolim:] id eſt, quinque vrbes vitio contra naturam laborantes, quarum quatuor Deuter. 29. exprimuntur, quum dicitur: Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim. [quibus] Sodomitis, id eſt, ad perpetuam eorum confuſionem atq; diffamiam. [in teſtimonium] ſcilicet [nequitiæ] eorundem [fumigabunda conſtat terra deſerta:] id eſt, terra regiõis eorum manet inhabitabilis, & fumum fœtidum teterrimũq; in ſignum fœtoris turpiſſimiq; ardoris carnalitatis eorum. [& incerto tempore fructus habentes arbores,] id eſt, in teſtimonium turpitudinis Sodomitarum, ſtant ibi arbores, quæ fructus pulchros habere videntur tempore incerto, id eſt, innaturali atque inſolito, ſicut & illi contra naturam peccauerunt: qui fructus dum manu tanguntur, in cinerem redigi perhibentur, ad oſtendendum quòd animę impiorum illorũ ſine fructu pœnitentię emigrantes, in inferno perpetuè ardent. [& incredibilis animæ memoria,] id eſt, memoriale incredulæ animæ vxoris Loth eſt ibi. [ſtans figmentum ſalis:] id eſt, ſpecies ſeu ſtatua ſalis, in quam corpus illius conuerſum eſt, ob ſuam incredulitatem & inobedientiam: quoniam contra Dei præceptum retroſpexit, prout iſta hiſtoria Gen. 19. pleniùs continetur. Cuius & ſacratiſſimus princeps Apoſtolorum in ſua 2. Canonica meminit, dicens: Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorũ in cinerẽ nñs redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt, ponens: & iuſtum Loth oppreſſum, à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. Vndè vxor Loth in ſalem conuerſa, vſque in præſens nos ſalit, dum eius exemplo ab incredulitatis & inobedientię vitijs abſtinemus, propter quod in Euangelio monat Saluator: Memores eſtote vxoris Loth. Refert Ioſephus ſe ſtatuam illam vidiſſe. Porrò Lucæ 17.

magiſter in hiſtorijs ſcribit: Verſa eſt regio illa Pentapolis in lacum ſalſum ac ſterilem, qui dicitur mare mortuum, quia nec piſces, nec aues in eo viuere poſſunt. Nauem non patitur, nec aliquam materiam aliam, niſi bituminatam. Poma nata in arboribus circumpoſitis, vſque ad maturitatem viridis ſunt coloris, quæ dum matura inciduntur, fauillam intùs habere inueniuntur. atq; vt Ioſephus recitat, præ nimia leuitate materiæ laci illius, etiam grauiſſima in eam proiecta aſſcendunt. Nam & Veſpaſianus quoſdam vinctis poſt tergum manibus proijci fecit in profundum ipſius, qui omnes quaſi vi venti ſurſùm impulſi, deſupèr fluitabant. [Sapientiam enim prætereuntes, id eſt, relinquentes, [non tantùm in hoc] inconuenientes [lapſi ſunt, vt ignorarent bona] cælestia, ſpiritualia, ac diuina, veramq; felicitatẽ & opera bona virtutum, per quæ ad illam pertingitur, quæ omnia per ſapientiam cognoſcuntur. [ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam.] Quemadmodùm eñ quidam benè feliciterq; famoſi ſunt, propter excellentiam ſuæ ſapientiæ ac virtutũ: ſic quidam malè infeliciterq; ſunt famoſi, propter exceſſum ſuæ inſipientiæ ac impietatum: quod ad incrementum calamitatis eorum, & ad augmentum damnationis ipſorum vergit & confert: quoniam in inferno participes fiunt pœnarum illorum, qui exemplis ipſorum ad vitia incitantur ac animantur: [vt in his quæ peccauerunt,] id eſt, in vitioſis actibus ſuis, [nec latére potuiſſent:] quia in publicum deducuntur, & frequẽter per pœnas à Deo inflictas, eorum manifeſtantur peccata, quod tamen omnipotens facit ad electorum ſuorum profectum atque cautelã: quatenùs exemplo cõfuſionis punitionisq; reproborũ, à vitijs abſtrahãtur. Etenim
Prou.19. peſtilente flagellato, *ſapiens ſapientior erit. [Sapientia autem hos qui ſe obſeruant,] id eſt,
*ſtultus diligenter cuſtodiunt, & per obedientiã intra ſe retinent, [à doloribus liberabit:] Nam eripit à peccatis, & à tormentis quæ infliguntur pro illis. Confert etiam mentis trãquillitatem, & ad pacem perducit æternitatis. Et quanuis electi in præſenti vita bonis & ſalubribus afficiantur doloribus, pro ſuis & proximorum peccatis, & ex deſiderio futuræ beatitudinis, ex meditatione quoquè dominicæ paſſionis: tamen de omnibus his transferuntur ad gloriam
Pſal.33. tanto maiorem, quanto hîc ampliùs tam ſalubriter affliguntur. Ideò ſcriptum eſt: Multæ tribulationes iuſtorum, & de his omnibus liberabit eos dominus. [Hæc autem] ſapiẽtia [profugum iræ fratris iuſtũ] id eſt, ſapientia increata ipſum Iacob patriarcham virtuoſum, ab ira fratris ſui Eſau fugientem in Meſopotamiam, vt patet Gen. 28. [deduxit per vias rectas,] id eſt, per ſemitas equitatis, ità quòd in fuga illa non eſt motus inuidia contra fratrem, nec per impatientiam victus, ſed, virtutibus mãſit inhærens: per vias quoq; materiales rectas ipſum perduxit, ſicut & Eliezer ſeruus Abrahæ dixit Gen. 24. Benedictus dominus, qui recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei Abrahæ. [& oſtendit illi regnũ Dei:] id eſt, gloriã electorum, & præmia virtuoſorum manifeſtauit ei in viſione in ſomno, quandò vidit imaginaria viſione ſcalam in terra ſtantem vſq; ad cælum pertingere, & dominum in cacumen ſcalæ procumbentem, ſibi mox dicere Gen. 28. Ego ſum Deus Abraham patris tui, terram in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo, & benedicẽtur in te & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Quæ vtiquè promiſſio, de Chriſto exponitur. Vndè quòd tũc de cæleſti patria & de ingreſſu in eam, reuelationem habuerit, conſtat ex eo, quòd tunc ad ſe reuerſus, protinùs dixit: Quàm terribilis eſt locus iſte: non eſt hîc aliud, niſi domus Dei & porta cæli. [& dedit illi ſcientiam ſanctorum:] id eſt, ſalutarem ſcientiam diuinorum, quæ datur ſanctis, & eſt donum ſpiritus ſancti, quod tunc auctum fuit in eo. Dedit quoq; ei tunc ſcientiam ſanctorum, id eſt, notitiam ſolito ampliorem angelorum beatorum, quos in ſcala vidit aſſcendentes ac deſcendentes. [honeſtauit illum in laboribus ſuis,] id eſt, oſtẽdit, quòd ipſe Iacob iuſtè ſe habuit, paſcẽdo & cuſtodiẽdo pecora Laban valdè laborioſè, propter quod ait Gen. 31. Die noctuq; vrebar æſtu & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis: ſic per viginti annos ſeruiui tibi. [& compleuit labores illius:] dando ei perſeuerantiam ac mercedẽ. [in fraude circumuenientium illum, affuit] id eſt, ſapientia piè adſtitit ipſi Iacob in deceptionibus, q̃bus Laban & filij eius nitebantur ipſum Iacob decipere, frequenter mutando eius mercedẽ, ſecundùm quod Iacob Gen. 31. Immutâſti, inquit, mercedem meam decem vicibus. [& honeſtum fecit illum.] id eſt, virtuoſum, & cum grandi opulentia reduxit eum ad propria, eiusq; probitatem in omnibus demõſtrauit. [cuſtodiuit illum ab inimicis] ſuis, ſcilicet à Laban & filijs eius, qui inſequebantur eũ animo perſequẽdi ac ſpoliandi. Vndè dixit ad Laban Gen. 31. Niſi Deus patris mei Abrahã affuiſſet mihi, forſitan modò me nudum dimiſiſſes. [& à ſeductoribus tutauit] id eſt, ſecurum fecit [illum.] Nam dixit ad Laban Gen. 31. Caue nè quicquam aſperè loquaris cõtra Iacob. [& certamen forte dedit illi,] videlicet luctam cum angelo, [vt vinceret] vel angelũ ſanctum nõ fortitudine, ſed deuotione, id eſt, per modũ vincẽtis

haberet

haberet ſe quadã quaſi importunitate extorquẽdo ab angelo benedictionẽ. Cùm eũ Gene. 32. diciſſet angelus, Dimitte me, iã enim aſſcẽdit aurora, reſpõdit: Non dimittã te, niſi benedixeris mihi. Vel vt vinceret aduerſarios ſuos, homines ſibi inimicantes: & pſertim, vt inuiſibiles ſuæ ſalutis vinceret inimicos. Hinc angelus dixit ei Gen. 32. Si cõtra Deũ fortis fuiſti, quãto magis cõtra homines præualebis? Gen. quoq; 48. Iacob ait ad Ioſeph: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. De hoc ſancti Iacob certamine ac triũpho, Oſee 12. ſcriptũ eſt: In fortitudine ſua directus eſt cũ angelo, & inualuit ad angelũ, & cõfortatus eſt, fleuit, & rogauit eũ. [& ſciret] id eſt, in ſeipſo per auxilia ſibi diuinitùs exhibita experiret, atq; ex diuina illuminatiõe ampliori clariùs cognoſceret, [quoniã omniũ potentior eſt ſapiẽtia] increata, quæ verè omnipotẽs eſt, & ſuis cultoribus victoriã ad libitũ tribuẽs. [Hæc] ſapientia [venditũ iuſtum non dereliquit] ſcilicet ſanctum Ioſeph, quem fratres ſui vendiderunt Iſmaëlitis, [ſed à peccatoribus liberauit eũ:] id eſt, à fratribus tunc iniuſtis, quorũ aliqui volebãt eũ occídere: à Phutiphare quoq;, & impia coniuge eius, quandò ab eis de adulterij attentatione accuſabatur. [deſcenditq; cum illo in foueã,] id eſt, in carceris lacũ, gratioſè aſſiſtens ei ibidèm, iuxta illud Gen. 39. Fuit aũt dominus cũ Ioſeph, miſertusq; illius, dedit ei gratiam in cõſpectu principis carceris. [& in vinculis non dereliquit eũ.] Vndè in Pſal. 104. Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius.] donèc afferret illi ſceptrũ regni,] id eſt, ad regiã dignitatẽ eum proueheret, dando ei gratiã exponẽdi ſomnia Pharaonis, q̃ dixit ad Ioſeph Gen. 41. Vno tãtùm regni ſolio te præcedam. Et rurſùs: Abſq; tuo imperio nullus mouebit manũ aut pedẽ in tota terra Aegypti. [& potentiam aduerſùs eos q̃ eũ deprimebãt.] Tũc enim factus eſt ſuperior atq; potentior Phutiphare & cõiuge eius, à quibus fuit incarceratus. Veruntamẽ pius & mitis Ioſeph nõ ſe vindicauit de eis, immò eorũ filiam duxit vxorem, vt patet Gen. 41. [Et mendaces oſtendit] eos [qui maculauerunt illũ;] id eſt, de præfato crimine eũ mendaciter accuſauerunt, q̃ tunc veritas rei cunctis innotuit. [Hæc populũ iuſtum & ſemẽ ſine querela, liberauit à nationibus, quę illũ opprimebant:] id eſt, ſapiẽtia liberauit Iſraeliticũ populũ de manu Aegyptiorũ, à quibus grauiſſimè premebanẽ laboribus duriſſimis, irriſionibus, & flagellis, atq; necatione infantium. Porrò populus ille Iſrael, vocatur iuſtus & ſemẽ ſine querela, id eſt, abſq; irreprehenſibilitate vitiorũ, denominando totũ à parte: quoniã aliq; iuſti & ſancti inter eos fuerũt. Attamen pro maiori parte fuerũt valdè imperfecti ac durę ceruicis. [Intrauit] ſapientia iſta [in animã ſerui Dei,] videlicet Moſis, quẽ illuminauit & cõfortauit, & miſit ad educendũ filios Iſrael. [& Exodi 3.
ſtetit] Moſes [contra reges horrẽdos:] id eſt, cõtra Pharaonẽ ac principes eius, qui & in Pſal. 104. reges vocanẽ, quo legit: Edidit terra eorũ ranas, in penetralibus regũ ipſorũ. [in portentis & ſignis,] id eſt, magnis & terribilibus prodigijs, plagis & vltiõibus, quas miraculoſè fecit cõtra Aegyptios. [Et reddidit iuſtis mercedẽ laborum ſuorũ:] id eſt, filijs Iſrael contulit ſpolia Aegyptiorũ. Nempe vt legit in Exodo, fecerũt filij Iſrael, ſicut præceperat eis dñs, & Ex. 3. & 11.
petiẽrunt ab Aegyptijs vaſa argentea & aurea, veſtemq; plurimã, & ſpoliauerũt Aegyptios. Et iuſtè id actũ, tum quoniã omnia ſunt Dei, & poteſt ea dare cui voluerit, tum q̃a Aegyptij iniuſtè grauauerant filios Iſrael multis laboribus, nec eos remunerauerunt. Ideò Deus hoc modo reddidit illis mercedem laborũ ſuorum: quod etiam de terra promiſſionis, quã contulit eis, accipi poteſt. Veruntamen dedit eis ſpiritualia præmia multo præſtãtiora, pro tanta patiẽtia atq; laboribus patiẽter exhibitis. [& deduxit illos in via mirabili:] id eſt, per deſertũ illud horribile, id eſt, in quo antè nemo tranſiẽrat, in quo ſicut Deut. 8. legitur, erãt diuerſa ſerpentium genera & animalia venenoſa, quæ tamen filijs Iſrael iuſtis nõ nocuerunt. Oſtendit quoq; eis mirabiliter viam per columnam nubis in die, & per columnam ignis in nocte, vt Exod. 13. recitatur. Hinc ſubditur: [& fuit illis in velamẽto diei,] id eſt, nubem [conceſſit eis, per quam contra ſolis ardorem operiebantur, refrigeriumq; habebant in die. [& in luce ſtellarum nocte,] id eſt, per columnam ignis illuminauit eos in nocte, quaſi per lunam & ſtellas. [& tranſtulit illos per mare rubrum:] id eſt, per deſiccatum fundum maris illius diuiſi, quod ſtetit vt murus ab vtroq; pertranſeuntium latere, prout Exod. 14. plenè deſcribitur. Deniquè mare illud vocatur rubrum, non quòd aqua illa ſit rubea, ſed quia rubea appáret, propter rubeum fundum, cuius terra & ſaxa dicũtur rubea. [& tranſuexit illos per aquam nimiam:] id eſt, per fundũ ſiccum copioſę aquę illius, vt dictũ eſt. [inimicos aũt illorum] putà Aegyptios, [demerſit in mare,] prout Exod. 14. legitur. [& ab altitudine inferorum eduxit illos:] id eſt, de profunditate inferni. per hoc enim quòd liberauit eos de morte corporali, quam incidiſſent, niſi miraculoſè continuiſſet aquas in ſuo ſitu, nè caderent ſuper ipſos: liberauit & eos de inferis, in quos animæ eorũ deſcendiſſent, ſi mortui tunc

fuiſſent. Sunt equidem quatuor loca inferni, videlicet locus damnatorum, Purgatorij, limbus patrum, & limbus puerorum. Et ad aliquem locorum illorum animæ deſcendiſſent, iuxta quem ſenſum Dan. 3. legitur: Benedicite Anania, Azaria, Miſael Dominо, quia eruit nos de inferno. Eccl. quoquè 51. Liberâſti me de altitudine ventris inferi, & ab altitudine inferorum, id eſt, grauiſſimarum afflictionum. Solet autem in ſcripturis altitudo pro profunditate accipi, iuxta illud Pſal. 68. Veni in altitudinem maris. Et Ioan. 4. Puteus altus eſt. [ideò iuſti tulerũt ſpolia impiorum.] Circa hoc dicunt quidam Hebræi, aliqui quoq; Catholici, quòd ſubmerſis Aegyptijs, & ad littus eiectis, filij Iſrael nudauerunt eos armis, & omnibus precioſis quæ ſecum detulerunt: & quòd ſpoliatio iſta fuit maior quàm prima. Et iuxta hoc dicere oporteret, quòd filij Iſrael exierunt mare rubrum in eodem littore in quo illud introierunt, cuius oppoſitum Ioſephus tenet. Quid autem circa hoc ſentiendũ potiùs videatur, ſuper Exodũ ſcripſi. Gloſſa verò exponit iſtud de prima ſpoliatione. [& decantauerunt, Domine nomen ſanctum tuum: id eſt, te Dominum laudauerunt cum cantico, qa tunc Moſes & filij Iſrael cecinerunt, dicentes Exod. 15. Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Moſes tamen totum canticum illud compoſuit metricè, & editum docuit filios Iſrael, & forſitan præcinebat eis: quemadmodùm Maria ſoror ſua fœminis, prout Exod. 15. ſcriptum eſt. [& victricem manum, id eſt, omnipotentiam [tuam,]qua viciſti Aegyptios, [laudauerunt pariter, quoniam ſapiẽtia aperuit os mutorum,]id eſt, increata ſapientia excitauit tunc Iſraelitas ad Dei præconium, qui antè à laudibus Dei, quaſi muti fuerunt, nec contra Aegyptios oppreſſores ſuos loqui audebant, & forſan aliqui naturaliter muti, tunc ſupernaturaliter loqui, ac Deum laudare exorſi ſunt. [& linguas infantium fecit diſertas:]id eſt, paruulos Hebræorum fecit in laude Dei facundos, & forſitan anticipatus eſt in quibuſdam infantibus linguę vſus in laude hac Dei. [direxit opera eorũ]id eſt, facta Iſraelitarum [in manibus prophetæ ſancti,]id eſt, per obſequium & ducatum, per doctrinam atq; miracula Moſis, qui fuit illorum director, doctor, legiſlator ac princeps. ¶ Inſuper quoniam multa huius capituli verba cantat Eccleſia de beatiſſimis martyribus & confeſſoribus ſanctis, tangendum eſt breuiter, qualiter illis conueniãt verba iſta. [Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas,]id eſt, per obſeruantiam præceptorum ſeu Euangelicorum cõſiliorum de loco huius exilij ad patriam beatorum: quemadmodùm autem infantuli nequeunt ambulare niſi ducantur, ſeu paruo curriculo innitantur: ſic fideles indigent indeſinenter iuuari, ſuſtentari, ac duci à Deo, nè ſemitas exeant æquitatis. Alioquì regiam viam citò relinquerent, declinando ad dexteram vel ſiniſtram. Ideò orat vir ſanctus, Pſal. 85. Deduc me Domine in via tua. Et Pſal. 118. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum. [Et oſtendit illi regnum Dei,]dando ei gratiam contemplandi ac præguſtandi gaudia regni cæleſtis. [Et dedit illi ſcientiam ſanctorum,]id eſt, intelligentiam ſcripturarum Apoſtolorum, Euangeliſtarũ, ac Prophetarum, vel illuminationem angelorum ſanctorum: donum quoq; ſciẽtiæ, quod infunditur cordibus omnium electorum. [Honeſtauit illum in laboribus.]id eſt, actibus virtuoſis, fecit eum ſtudioſè, fructuoſè, ac perſeueranter intẽtum. [Et compleuit labores illius,]perducẽdo eos ad finem beatum. [In fraude circunuenientium illum, affuit.]id eſt, à fraudibus inuiſibilium ac viſibilium hoſtium ac tyrannorum eripuit eum ac præſeruauit, per illuminationem & directionem internam, per inſpirationem angelicam. [Et honeſtum fecit illum,]id eſt, ſpiritualiter locupletem, totique mundo venerabilem, canonizando eundem, & per diuerſa miracula ſanctum ſuum mirificando. [Cuſtodiuit illum ab inimicis]præfatis, non vt eum non perſequerentur aut trucidarẽt, ſed nè per impatientiam aut aliam culpam corrueret. [Et à ſeductoribus]qui conati ſunt per blandimenta & vana promiſſa, aut philoſophica argumenta, vel cõminationes & pœnarum acerbitates decipere Chriſti electos, [tutauit illum,]per ſapiẽtiam ſalutarem atq; conſtantiam. [Et certamen forte dedit illi, vt vinceret,]quia cõtra diabolũ, mundũ & carnẽ iuſſit eũ fortiter præliari ac prævalere, Nolite, inquiens, timere eos qui corpus occidunt. Non enim coronatur, niſi qui legitimè certauerit. [Et ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia,]id eſt, victoriam ſuam nõ ſibi ipſi, ſed Chriſto aſcriberet, à quo ſibi promiſſum fuit: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. [Hæc venditum iuſtũ nõ dereliquit.]Nam multi ſancti fuerunt perfidis venditi, ſed à ſapiẽtia ſumma nequaq; relicti. [Sed à peccatoribus liberauit eũ,]per patientiã & glorificationem in cælis æternam. [Deſcenditq; cum illo in foueam.]Certum eſt, quòd feliciſſimis martyribus in omi eorũ cruciatu acerrimo gratioſiſſimè adſtitit. [Donèc afferret illi ſceptrũ regni,]i. in cęleſti gloria coronaret. [Hæc]ſapientia [populũ iuſtũ,]videlicet Chriſtianum,

Matth. 10. 2. Tim. 2. Lucæ 21.

[liberauit

[liberauit à nationibus perfidorum. Reddidit Deus mercedem laborũ ſanctorum ſuorum,] id eſt, pro virtuoſis eorum laboribus contulit ipſis copioſiſſimũ præmium etiam vltra cõdignum, nec ſolùm in patria, ſed etiam conſolando, ſpiritualiterq; ditando, & magnificando eos in via. [Et deduxit eos in via mirabili,]id eſt, in conuerſatione ſancta, perfecta, hæroica, quę ſuper hominẽ eſt, & ſupernaturalis omninò. Item in via mirabili, id eſt, in fide catholica & euangelica lege, quæ rationẽ tranſcendunt. [Et fuit illis in velamẽto die] in proſperis & iucũdis, & in omi ſpirituali profectu, qui dies vocatur interior, obumbrauit eis per gratiam humilitatis, nè extollerentur. [Et in luce ſtellarũ nocte,]id eſt, in aduerſis & aſperis, ac ſubtractione conſolationis internæ, contulit eis lumen quoddam ſidereum, ad conſiderandum, quòd in tali euentu patientia ſit habenda, ac diuina pietas inuocanda, eiusq; cõſolatio poſtulanda, vana quòq; conſolatio contemnenda, nè deijciantur, penſantes quòd per multas tribulationes oporteat nos intrare regnum cælorũ, & quod ait ſcriptura Eccl. 11. In die bonorum, nè immemor ſis malorum: & in die malorum, nè immemor ſis bonorum. Ampliùs fuit eis in velamento die, id eſt, in luce vitæ præſentis eos benignè protexit, iuxta quod ſcriptum eſt Pſal. 60. Protegar in velamento alarum tuarũ. Et rurſùs Pſal. 62. In velamento alarum tuarum exultabo. [& in luce ſtellarũ nocte,]id eſt, tempore mortis diræ, luce miſerationis ſupernæ corda eorum perfudit & illuſtrauit, vt in ſtatu gratiæ & conuerſione ad Deum, diſcederẽt de hac vita. [Tranſtulit illos per mare rubrũ,]id eſt, per baptiſmũ, quę ſignificauit mare rubrum, fecit de filijs iræ filios adoptionis diuinæ ac ſanctæ Eccleſiæ, dicente Apoſtolo: Eripuit nos de preſenti ſeculo nequam, & tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ. Vndè & ipſa Sapientia dixit Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Vel per mare rubrum, id eſt, per imitatiuam dñicę paſſionis meditationem, quæ cõpendioſè ducit ad gloriã. Rurſùs per mare rubrũ, id eſt, per martyrij palmam ſeu quotidianam mortificationẽ ſalubrem. [Et tranſuexit illos per aquam nimiam,]id eſt, per abundantiã tribulationum, quẽadmodùm ſcriptũ eſt Pſal. 65. Trãſiuimus per ignẽ & aquã. Itemq; Pſal. 92. Eleuauerũt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarũ multarũ. Poteſt etiã per nimiam aquã, abundantia gratiæ deſignari. Vndè ait Saluator: Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ ſitiet in æternũ: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitã æternã. [Inimicos aũt illorum]ſcilicet reprobos & iniquos, [demerſit in mare,]id eſt, in vitiorũ ſuorum inquietudine ac amaritudine ipſos damnauit. Impij eteñ quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt, vt Eſa. 57. aſſeritur. Et in afflictionũ grauiſſimarũ profunditatẽ illos proiecit. [Et ab altitudine inferorum eduxit illos,]id eſt, electos eripuit de poteſtate infernaliũ tenebrarũ, à iugo peccati, à ſtatu dãnationis, in quo quandoq; fuerunt, ſicut ait Apoſtolus Titi 1. Fuimus eñ & nos aliquandò inſipientes, odibiles, odientes inuicẽm. [Ideò iuſti tulerunt ſpolia impiorũ,]id eſt, peccatores abſtraxerunt dęmonibus, & cõuerterũt eos ad Chriſtũ, gratiam quã acceperant cõmunicantes proximis ſuis, quod viri ſancti copioſè fecerũt, orando, pdicando, exẽpliterq; viuendo, ipſisq; gratiã conuerſionis, pmerẽdo, per ſuperabundantẽ meritorũ ſuorum erogationẽ, prout loqtur Paulus Col. 1. Supleo ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Et denuò 2. Titi 2. Omnia, inqt, ſuſtineo, ppter electos, vt & ipſi conſequantur ſalutẽ. De his ſpolijs ſcriptũ eſt Iſaiæ 53. Fortiũ diuidet ſpolia. In Euangelio quoq;: Quũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet: Si aũt fortior illo ſuperuenerit, ſpolia eius diſtribuet. [Et decãtauerunt, Dñe nomen ſanctum tuũ,]gratias agentes Deo patri per filium eius, dicẽtes illud Apoc. 5. Dignus es dñe accipere librum, & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Et rurſùs ibidẽm: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. [Et victricem manum tuam] qua aẽreas debellâſti poteſtates, [laudauerũt pariter,]illud Apoc. 7. cõcinentes: Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarũ actio, honor & virtus & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorũ. [Qm̃ ſapientia aperuit os mutorũ,]id eſt, ora gentiliũ cõuerſorũ, qui muti erant à laudibus Dei, cõuertit in laudes ipſius, & pdicatores fecit ex eis, iuxta illud in Pſal. 67. Lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipſo. Ora quoq; Apoſtolorum & diſcipulorũ, qui à tempore paſſionis Chriſti non audebant prædicare & apparére, aperuit glorioſiſſimè in ſancto Pentecoſtes die, miſſo & eis infuſo Spiritu ſancto: quo facto, mox orſi ſunt conſtantiſſimè prędicare, multaq; millia conuerterũt aſſiduè. Corporaliter etiam Chriſtus mutos fecit loquentes. Immò quàm plures linguis eorum abciſis eloqui fecit & euangelizare. [Et linguas infantium fecit diſertas.] ſ. in die palmarum, quandò pueri Hebræorum cantauerunt, dicentes: Oſanna filio Dauid, benedictus qui

Actu. 14. Galat. 1. & Col. 1. Ioan. 4. Lucæ 11. Apoc. 4. Actu. 2. Matth. 21.

venit in nomine Domini. Quandò impletum eſt illud Pſal. 8. Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudem. Sed & multi infantuli in Euangelica lege ſupernaturaliter ſunt loquuti. [Direxit opera eorum] id eſt, Chriſtianorum Deus pater direxit [in manibus prophetę ſancti,] id eſt, in virtute & gratia, in fide & lege, p̃ceptis atq; conſilijs Chriſti: qui eſt magni cõſilij angelus: & propheta, de quo quidam verè dixerunt: Propheta magnus ſurrexit in nobis. Et rurſùs: Hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum.

Iſaiæ 9. Lucæ 7. Ioan. 6.

¶Explanatio capituli vndecimi, Iter fecerunt per deſerta. Art. xi.

BEneficia æternæ & increatæ ſapiẽtiæ exhibita populo Iſrael ex Aegypti terra educto, & ipſorum Aegyptiorum iuſtæ punitiones hîc recitantur. [Iter recerunt] filij Iſrael per Moſen educti [per deſerta, quæ non habitabantur.] Quanuis em̃ fuerit ibi vnum totale deſertum, in quo pro maxima parte fuerunt pergentes, tamẽ illud in diuerſis partibus ſuis diuerſa ſortitur vocabula, vtpotè deſertum Aegypti, deſertũ Ethã, deſertum Pharan, deſertum Sur, deſertum Moab, deſertũq; Idumęæ, vt patet in Exodo. De quo legitur Iere. 2. Nõ dixerunt, vbi eſt Dominus, qui aſſcendere nos fecit de terra Aegypti, qui tranſduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terrã ſitis & imaginem mortis, per terrã in qua non ambulauit vir, neq; habitauit homo. [& in locis deſerti] illius totalis [fecerũt caſas:] id eſt, tabernacula de arboribus, in cuius rei memoriam præcepit Dominus feſtũ tabernaculorũ ſeruari, vt Leuit. 23. & Deut. 16. patet. Ad Hebræos quoq; 11. ſcribitur de Abraam: Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis, tãquàm in aliena, in caſulis habitando cũ Iſaac & Iacob. [Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicauerunt:] hoc cœptum eſt fieri, quandò vt Exod. 17. legitur, Ioſue & miſſi cũ eo, pugnauerunt contra Amalechitas, & eos in ore gladij fugere compulerunt. [Sitiêrunt, & inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima,] hoc contigit, quandò in deſerto Raphidim aqua defuit eis, & Deo iubente Moſes percuſſit petrã Oreb, de qua mox aqua copioſa manauit, bibitq; populus. Vndè ſubiungitur: [Et requies ſitis de lapide duro:] id eſt, ceſſatio à ſiti, ſeu ſitis extinctio, per hoc quòd potauerunt aquam fluentem de ſaxo illo duriſſimo, prout præallegato Exodi narratur capitulo, Vocatur demũ petra illa altiſſima, vel quia ſitè ſita, vel propter excellentiam tanti miraculi in ea peracti. Sed quomodò dicitur hîc, inuocauerunt te, quum ſcriptum ſit prætacto cap. quòd iurgati ſunt contra Moſen, & murmurauerunt contra eũ, quibus & dixit: Cur tentatis Dominum? Et reſpondendum, quòd quidam de melioribus ſimùl cum Moſe Dominum inuocauerunt, de quibus Dominus dixit ad Moſen: Sume tecum de ſenioribus Iſrael. Sequitur de pœnis Aegyptiorum: [Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorũ,] id eſt, Aegyptij aduerſarij Iſraelitarum, qui Aegyptij paſſi ſunt ſitim, quũ Deus conuertiſſet aquas eorum in ſanguinem, ẽà defectione potûs ſuit: id eſt, ex defectu aquæ, quam ſolebant potare. [& in eis] ſ. in aquis [quum abundarent filij Iſrael,] quia in terra leſſen, in qua morabantur, aqua non fuit in ſanguinem verſa, vt loquitur Auguſtinus. [Lætati ſunt] de beneficijs Dei & abundantia potûs. [per hoc] beneficium [quum illis deeſſet,] id eſt, dum deeſſet Aegyptijs ſufficientia potûs, [benè cum illis actum eſt:] id eſt, cum filijs Iſrael factum eſt gratioſè, quia non fuerunt plagati ſicut Aegyptij. Vndè Dominus ait Exo. 7. Percutiam aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem: piſces quoq; qui ſunt in flumine, morientur, & putreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij, bibentes aquam fluminis. Aliqui autem dicunt, quòd etiam in terra leſſen aqua fuit in ſanguinẽ commutata. Sed quandò filij Iſrael hauſerunt ex flumine, ſtatim reuertebat̃ ſanguis ad aquæ naturã. De hoc ſuper Exodũ dictũ eſt pleniùs. [Nã pro fonte qdem ſempiterni fluminis,] id eſt, pro aqua Nili inſtàr fontis potabili, q̃ dicitur flumen ſempiternũ, qa eſt vnus de quatuor fluuijs paradiſi, & Gen. 2. vocat̃ Gion, circumiẽs oẽm terrã Aethiopiæ, & ibi dicit̃ Gion. Indè aũt in Aegyptũ deſcendẽs, vbi Nilus voca, & per diuerſa loca ibidẽm diuidit̃, vt dictũ eſt ſuper Gen. 2. cap. [humanũ ſanguinẽ] id eſt, ſanguinẽ in colore ſimilẽ ſanguini hominis, [dediſti iniuſtis:] id eſt Aegyptijs [ad potandũ] conuertendo aquas eorum in ſanguinẽ, quam plagam iuſtè perpeſſi ſunt, qm̃ peccauerunt infantulos Hebræorum ſubmergendo in flumine. Vndè adijcitur: [Qui] ſcilicet filij Iſrael [quum minuerentur in traductione infantium occiſorum,] id eſt, pauciores numero fierent, per hoc q̃ eorum infantes occidebantur per ſubmerſionem in Nilo. [dediſti illis] putà Hebræis [abundantẽ aquam] ad potandũ [inſperatè.] id eſt, p̃ter ſpem, vel non conuertendo aquas terræ Ieſſen in ſanguinem, vel ſanguinem hauſtum ab eis, reducendo in aquæ naturam. [oſtendens per ſitim quę tunc fuit] in Aegyptijs, [quẽadmodùm tuos] ſcilicet filios Iſrael, [exaltares] per diuerſa beneficia atq; miracula, [& aduerſarios illorum necares,] vtpotè Aegyptios, q̃ vel ſiti, vel corrupti ſanguinis potatione lœtaliter ſunt afflicti.

Num. 33. Exod. 17. Exod. 17. Exod. 2.

[Quum

[Quum em̃ tentati ſunt,] id eſt, quum etiam filij Iſrael per aduerſa & ſitim probati ſunt, & paternaliter caſtigati, [& qdem] id eſt, certè ſeu vtiq; [cũ miſericordia diſciplinã accipientes] id eſt, correctionẽ à Deo clementer, quia ad ſuã emendationẽ, & quia poſt diſciplinam cõſequuti ſunt conſolationẽ. [Sciêrunt,] id eſt, cognouerunt [quẽadmodùm cũ ira iudicati impij] id eſt, Aegyptij à Deo ſeueriter puniti ſine cõſolatione ſequente, [tormenta paterẽtur:] qa de temporali pœna ad æternam, plapſi ſunt: frequenter tamẽ, Moſe exorante, Deus abſtulit inflictam plagam Aegyptijs, iuxta illud Pſal. 104. Et nõ exacerbauit ſermones ſuos. Sed illis in ſua obſtinatione manentibus, ſtatim duriùs ſunt plagati, quouſq; totaliter periêrunt. Hinc ſubditur: [Hos qdem] putà Hebræos, [tanquàm pater monens, p̃basti,] id eſt, paternaliter per aduerſa exercitâſti, iuxta quod dictũ eſt ſuprà cap. 3. Tanquàm aurũ in fornace, p̃bauit illos. [illos aũt] ſ. Aegyptios [tanquàm durus rex interrogans, cõdemnâſti:] id eſt, rigoroſè peremiſti, ſicut rex per tormenta extorquet confeſſionẽ exceſſûs à reo, & dãnat confeſſum. ſic & Apoſtolus Ro. 11. loqtur: Vide ſeueritatem & bonitatẽ Dei: ſeueritatẽ in eis qui periêrunt: in te aũt bonitatem, ſi tamen permanſeris in bonitate. [abſentes enim & p̃ſentes ſimiliter torquebant:] id eſt, tam illi Aegyptij, qui nõ erant cum Pharaone, quàm p̃ſentes eidem, eiſdem plagis puniebantur. deindè ſubditur de Hebrẽis, propter quorum oppreſſionem iniquam ſic puniebantur Aegyptij. [Duplex em̃ illos acceperat tædiũ:] id eſt, duplici tædio affligebãtur: [& gemitus cum memoria præteritorũ.] id eſt, tædiũ & gemitus fuit in eis, propter mala ſeu aduerſa p̃ſentia, iuxta illud Exod. 2. Ingemiſcentes filij Iſrael, p̃ter opera & etiã ex recordatione præteritarum afflictionũ, quas diù ſuſtinuerunt, qa iam antè proprios amiſerũt infantulos. Vel cum memoria p̃teritorum, id eſt, ex recordatione proſperitatum, quas patres eorum tempore Ioſeph in Aegypto habebãt: qui em̃ aduerſitatibus premitur, grauiùs affligitur, quãdò ſe quandoq; proſperatũ fuiſſe reminiſcitur. Vndè S. Iob dixit: Ego quondàm ille opulentus, repentè ad nihilum redactus ſum. Boethius quoq;: Infeliciſſimum, inqt, infortunij genus eſt, fuiſſe felicẽ. [Quum em̃ audirent per ſua tormenta benè ſecum agi,] id eſt, quũ filij Iſrael didiciſſent, quòd Deus eos paternaliter ſic, p̃baret ad p̃fectum eorum, [cõmemorati ſunt Dñm:] id eſt, Deum & eius pietatẽ vtiliter cõſideraverũt, [admirãtes in finem exitûs:] id eſt, obſtupeſcentes de ſua pia eductione finali ex Aegypto & tribulationibus illis. [Quem em̃ in expoſitione praua proiectũ deriſerunt,] id eſt, Moſen ex iniquo Pharaonis p̃cepto in aquis expoſitum, quẽ irriſerũt tam Aegyptij quandò primò venit ad Pharaonẽ ad educendum Hebræos, quàm Hebræi, quorũ vnus dixit ad eũ: Quis te cõſtituit iudicem aut principẽ ſuper nos? & alij qui dixerunt Moſi: Recede à nobis, vt ſeruiamus Aegyptijs. [in finem euentûs mirati ſunt. Nõ ſimiliter iuſtis faciẽs,] id eſt, Deus fuit ipſis Hebræis ſuis cultoribus nõ taliter faciens, ſicut Aegyptijs, vt patet ex dictis: quod & generaliter accipi poteſt, qm̃ aliter agit Deus cum iuſtis, aliter cum iniuſtis, ſicut & diuerſimodè peccant. Nam teſte ſcriptura, Septiès cadit iuſtus, & reſurgit: Impiũs aũt quum in profundum venerit peccatorum, contemnit: Conſequenter tangitur cauſa derelictionis & punitionis Aegyptiorum: [Pro cogitationibus aũt inſenſatis, iniquitates illorum:] id eſt, per inſipientiſſimas Aegyptiorum cogitationes, q̃bus ſenſerunt creaturis cultũ latriæ exhibendũ, permiſſi ſunt ad prauiſſima facta corruere, atq; in ſuis obdurari exceſſibus. [Quæ quidem] id eſt, q̃ iniquitates fuerũt, [q̃ errantes] per incredulitatẽ, [colebant muros ſerpentes & beſtias ſuperuacuas,] id eſt, viles atq; inutiles, ſeu earũ imagines, nullã vocẽ formare potentes. Vndè dicitur Iſa. 2. Vt adorarent talpas & veſpertiliones, quæ dicuntur mutę, vel qa raucum & modicum ſonum, aũt quia non articulatam vocem producunt. Hinc quoq; ait Apoſtolus Ro. 1. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrum & ſerpentium & quadrupedũ, ob tantam impietatẽ, [immiſiſti illis multitudinẽ mutorũ animalium in vindictã,] videlicet ranas, cyniphes, muſcas, locuſtas, bruchos, vt patet in Exod. & in Pſal. [vt ſcirẽt] id eſt, ex qualitate ſuarũ pœnarum aduerterent, [quia per quæ quis peccat, per hæc] id eſt, eadẽ vel ſimilia [& * punitur:] vt pœna correſpõdeat culpæ, ſicut Sodomitæ, qui per ardorẽ & fœtorem ſceleratiſſimæ immunditiæ peccauerũt, per ardorẽ intenſiſſimũ & fœtorẽ teterrimũ ignis ſulfurei ſunt puniti. [Non em̃ impoſſibilis] id eſt, impotens [erat omnipotens manus] id eſt, virtus [tua, q̃ creauit orbem terrarũ ex inuiſa materia] id eſt, ex materia primò informi & confuſa ac tenebroſa, iuxta illud Gen. 1. Terra aũt erat inanis & vacua, & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi. Quod qualiter intelligẽdum ſit, ibi diffuſè expoſitum eſt. Vel dicitur orbis terrarũ creatus ex inuiſa materia, qa materia prima ſecundùm ſe, nõ eſt qd, nec quanta, nec qualis, quũ ſit expers oẽm ſubſtantialis accidentalisq; formæ. Sed quum creare, ſit ex nihilo facere, quomodò orbis terrarũ dicitur

Iob 16. Exod. 2. Exod. 14. Prou. 24. & 18. *torquetur

creatus

creatus ex materia? Et reſpondendum, quia vt in exordio Geneſis legitur: In principio creauit Deus cælum & terrã. ſicq; elementum terræ immediatè à Deo ꝓductum eſt in ſua forma atq; materia. Idcirco q; dicitur creatum ex informi inuiſaq; materia, intelligendũ eſt, quòd factum ſit ex forma & materia, tanquàm ex ſubſtantialibus partibus ſuis, nõ quaſi ex præiacenti materia, quanuis aliqui aliter optinentur, vt ſuper Geneſim dictũ eſt. Crearé aũt frequenter ſumitur extenſè, pro facere. Vndè & Deus dicitur omniũ creator, quanuis multa ex materia facta ſint præiacente. [immittere illis multitudinẽ vrſorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas & ignotas beſtias,] id eſt, feras iracundiſſimas, antè nõ viſas, [aut vaporem igneũ ſpirantes,] vt dracones, [aut fumi odorẽ,] id eſt, afflictiuum fœtorẽ [proferẽtes, aut horrendas ab oculis] ſuis [ſcintillas emittentes, quarum nõ ſolùm læſura] id eſt, vulneratio, morſus, intoxicatio [poterat illos] ſcilicet Aegyptios [exterminare, ſed & adſpectus per timorẽ occidere:] id eſt, tam exceſſiuum timorẽ poterãt Aegyptijs incutere, quòd ex timore obiſſent. paſſiones nãq; partis ſenſitiuæ, fiunt cũ corporali trãſmutatione, & quãto ſunt intenſiores ac magìs prædominantes, tanto plùs lędunt cõplexionem, & ſua nimietate poſſunt mortẽ inducere, ſicut & Ecci 30. legitur: Multos occidit triſtitia. Et Daniel ex
Dan. 10. viſione perterritus: Dñe, inquit, in viſione tua diſſolutę ſunt cõpages meę, ſed & halitus meus intercluditur, & nihil in me remãſit viriũ, & emarcui. [ſed & ſine his] id eſt, abſq; læſione ferarum iſtarum, [vno ſpiritu] id eſt, ſola indignatione iuſſionéve tua, aut miniſterio vnius angelici ſpiritũs, [poterant occidi] ipſi Aegyptij, [perſequutionẽ paſſi ab ipſis factis ſuis,] id eſt, ꝓpter impia opera ſua plagati: vel ab ipſis factis ſuis, id eſt, ꝓpter manufacta ídola ſua, ac idololatrias, & pſertìm propter exceſſus eorum in filios Iſrael. [& diſpergi] id eſt, diuerſimodè perdi [per ſpiritũ virtutis tuæ:] id eſt, per imperiũ oñipotentiæ tuæ, vel per ſpiritum angelicũ, tua virtute creatũ. [ſed omnia in menſura & numero & pondere cõſtituiſti:] Hoc ad literam videt inductũ, ad aſſignandum cauſam cur Deus iuſtus ac ſapiens puniuit Aegyptios per minuta ac vilia animalia, qa videlicet talia coluerunt. Et ità oñia Aegyptiorũ tormenta diſpoſuit & effecit miniſterio angelorum in menſura, id eſt, certa, ꝓportione: vt quo maiora erant peccata, eo & maiora eſſent ſupplicia, iuxta illud Apoca. 18. Quantùm glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentũ & luctum. Vndè Eſaiæ 27. teſtaꝫ altiſſimus: In menſura contra menſuram, quũ abiecta fuerit, iudicabo eam, id eſt, in menſura iuſtitiæ ſeu pœnæ, iudicabo eã, contra menſuram, id eſt, ad puniendũ eius iniqtatem ſecundùm ipſius quantitatẽ. Sic quoq; ſupplicia inferuntur in numero certo, prout meretur & exigit numeroſitas culpæ, eo quòd nulla culpa maneat impunita. Atq; in pondere, qm̃ quãto quis peccat ex maiori libidine, & intenſioris prauitatis affectu, eo acutiorem meretur ac ſortitur punitionẽ. Poteſt etiam per menſuram certa duratio pœnæ intelligi: quanuis em̃ pœnæ inferni ſint æternales, pœnæ tamẽ vitę pſentis ſunt tẽporales, q̃ diuinitùs moderanꝰ ac diſpenſantur. Sicq; plagæ Aegyptiorum fuerũt ſibi inuicèm ſuccedentes, ac tempore certo durantes, ſecundùm quod Pharao petijt ſibi & ſuis ignoſci, & plagas auferri. Prætereà verba iſta per ſe ſumpta, pfundiùs poſſunt exponi. Inprimìs etem̃ dicere poſſumus, quòd omnia ſimùl ſumpta, id eſt, totũ vniuerſum cõſtitutum & factũ ſit in menſura: quia finitum eſt in dignitate & eſſe ſpecifico, in quantitate & poteſtate, & item in numero: qm̃ vnus eſt mundus, non multi aut innumerabiles, vt qdam imaginati ſunt. In pondere quoq;, quo oñia tendunt ad centrum, inclinationemq; habent ad propriũ finem. Inſuper q̃libet res ſubſiſtens, facta eſt in menſura, qm̃ habet eſſe limitatum ac determinatam naturã. Facta eſt quoq; in numero, inquantùm cõſtat ex eſſentialibus ſuis partibus aut principijs, vt ex forma & materia, vel ex actu & potentia, ſiue ex quod eſt & quo eſt, & certã differentiam habet, qua ad gradum aliquem eſſentialis perfectionis ſuæ cõtrahitur: & in põdere, id eſt, in naturali inclinatione ad propriũ finem. Hinc Auguſtinus aſſerit, oñia facta in modo, ſpecie & ordine: per modum, intelligens menſuram: per ſpeciem, numerũ: nam & ſpecies rerum ſe habent, vt numeri: per ordinem, pondus: Ad quæ reducuntur tria, quæ in lib. lxxxiij. quæſtionum inducit, dicẽdo: quod conſtat, quod diſcernitur, quod congruit. Vnumquodq; etem̃ per ſuum eſſe conſtat, per naturã ſpecificam ſeu formam cognoſcitur, per ordinem congruit. Ampliùs quum deus dicatur cauſa vniuerſorum efficiens & exemplaris atq; finalis, cauſat hæc tria in rebus ſecundùm quandam appropriationem. Nam inquantùm cauſa efficiens, dat eſſe: inquantùm cauſa exemplaris, largitur ſpeciem: inquãtùm cauſa finalis, imprimit pondus ſeu ordinẽ ad propriũ finẽ. De hac materia poſſunt multa introduci ſubtilia, quæ in opuſculo de venuſtate mundi & pulchritudine Dei induxi. Hinc ait ſcriptura de creatore Pſal. 146. Qui nu-
Iob 28. merat multitudinẽ ſtellarũ. Et in libro Iob: Qui fecit ventis põdus, & aquas appendit in mẽſura.

ſura. Vndè dixit Boethius: Oñia quæ à primæua rerũ origine, ꝓceſſerunt, ratione numerorum ſunt cõdita. In his Deus mundum conſtituit, regit, ac iudicabit. In his iuſtus iudex nec cõpræhendi poteſt, nec repræhendi. Oñia in clauſura horum trium latent abſcondita, quæ clauibus ſapientiæ, iuſtitiæ, ac iudicij Dei reſerabuntur, quãdò illuminabuntur abſcondita tenebrarũ, & reuelabuntur conſilia cordiũ. [Multùm em̃ valere, tibi ſoli ſuperat ſemper:] id eſt, nõ ex impotentia immiſiſti Aegyptijs animalia illa minima in vindictam, quoniam æternaliter omnipotens es, & ſemper facere potes maiora ac plura, quàm facis, immò infinitiès plura, quum ſis infinitæ potentiæ. [& virtuti brachij tui quis reſiſtet?] id eſt, poteſtati maieſtatis tuæ nullus poteſt reſiſtere. Poteſt etiam per brachiũ dei, filius eius intelligi, iuxta illud Pſal. 97. Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctũ eius. Itemq;, Fecit potentiam in Lucæ 1. brachio ſuo. [Quoniam tanquàm momentũ] id eſt, ſtylus ſeu lingua [ſtateræ, ſic ante te eſt orbis terrarum:] id eſt, paruæ & modicæ reputationis, immò dependens inceſſanter à te, & tanquàm puluis exiguus reſpectu maieſtatis tuæ immenſæ, iuxta quẽ modum loqtur Eſaias, Iſaiæ 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentũ ſtateræ reputatæ ſunt. [& tanquàm gutta roris antelucani,] id eſt, roris qui ante lucẽ deſcendit, & ſolis ardore mox deficcaꝫ. [ſed miſereris omniũ.] Nam creator vniuerſa piè conſeruat in eſſe, & ꝓuidet creaturis, viatoribus quoq; miſericors eſt. [qm̃ omnia potes:] ſicq; omnipotentia tua plena eſt pietate ac ſapientia, nõ tyrannide nec violentia. Immò ſubſtantialiter eſt ipſa bonitas, pietas, & ſapiẽtia tua, quæ etiam damnatos punit citra cõdignum. [& diſſimulas peccata hominũ propter pœnitentiam:] id eſt, ea punire differs, & habes te quaſi nõ videas, quatenùs interim pœniteãt, & ſaluentur, iuxta illud Iſaiæ 30. Propterea expectat Dñs, vt miſereaꝫ veſtrî. Vndè ait Apoſtolus Rom. 2. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? [& diſſimulas peccata hominũ propter pœnitentiam, id eſt, per pœnitentiam hominũ ea dimittis, & impunita tranſire permittis, non infligendo ſaltem pœnã æternam, ſed illam mutando in temporalẽ: poſſetq; eſſe tanta contritio, quòd tota pœna dimitteretur: quoniam ipſa contritio, eſt magna ſpẽ taneaq; ſuſj ꝓſius interior punitio. [Diligis em̃ omnia quæ ſunt:] inquãtùm ſunt, & tuam bonitatem participant: ſic em̃ tibi aliqualiter aſſimilantur, & amabilia, nõ odibilia, extant. Natura quippe ſecundùm ſe conſiderata, pura eſt atq; amabilis: propter quod frequenter in prophetis tota gens, etiam iniqua, nomine filiæ & nomine virginis deſignatur, ſicut dicitur Iſaiæ 47. Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon: ad inſinuandũ, quòd natura hominum in ſe inſtàr virginis pura ſit, & inſtàr filię exiſtat amabilis, vt ſuper Eſaiam tangit Hieronymus. [& nihil odiſti eorum quæ feciſti:] quãtùm ad id quod habet creatura à te: ſed quantùm ad id quod habet ex libera voluntate, poteſt odibilis fieri, nõ in ſe, ſed per comparationem ad culpam, prout infrà cap. 14. habetur: Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Et in Pſal. 5. Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ. Iſte eſt amor Dei ad creaturas naturalis. Porrò amore prædeſtinationis amat ſolos electos. Vndè teſtatur per prophetam: Ia- Malach. 1.
cob dilexi, Eſau autem odio habui. Vniuerſos quoq; qui in charitate exiſtunt, amat amore præſentis iuſtitiæ. [Nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti.] Omnia enim fecit, ꝓpter bonum conuenientemq; finem, vt ſuo modo bona ſint, & benè ſit eis. [Quomodò aũt poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?] quaſi dicat, nequaquàm: quoniam tanta eſt dependentia creaturæ ad creatorem, vt nec ad momentũ queat ſubſiſtere, aut durare ſine illius voluntate & conſeruatione. Immò plùs dependet ab illo, quàm ſplendor à luce, aut dies à ſole, aut quæuis creatura ab alia. [aut quod à te vocatũ nõ eſſet, cõſeruaretur?] id eſt, Impoſſibile eſt aliqd conſeruari, niſi te imperante. [Parcis aũt omnibus,] eo modo quo dictũ eſt, Miſereris omniũ. [qm̃ tua ſunt Dñe.] Cauſa em̃ naturaliter amat & cõſeruat ſuum effectũ, & bonus creator, ꝓpriæ creaturæ libenter, ꝓpiciatur, dũmodò illa nõ ſe figat in malo. [q amas animas.] id eſt, rationales animas ſpecialiter diligis, qm̃ ad ęternam beatitudinẽ, ad tuiſp ſius beatificam fruitionẽ eas creâſti & ordinâſti, ſaltẽ antecedente voluntate, & quãtùm in te eſt, qui oñes homines vis fieri ſaluos: veruntamẽ quoſdã, non omnes, pdeſtinâſti: corpora verò propter animas dilexiſti & cõdidiſti. ¶Iuxta myſticum intellectũ, ſicut filij Iſrael iter fecerũt per deſerta inhabitabilia, ſic veri Chriſti fideles per vaſtitatẽ ſeculi huius tendũt ad patriam regni cæleſtis: ſtantq; ſpiritualibus armis accincti contra hoſtes ſuæ ſalutis: de quibus ſe vindicant, dũ tanto inſtantiùs ſeruiunt Deo, quanto acriùs ab illis tentãtur ac impugnantur, vt recedant ab eo. Sitiunt quoq; eſuriuntq; iuſtitiam, & inuocant Deum patrẽ, qui Matth. 5.
de petra altiſſima tribuit eis aquam, id eſt, de plenitudine gratiæ Chriſti eis, ꝓpinat, ac meritis ſaluatoris virtuteq; ſuę ſalutiferę paſſionis ſpiritaliter reficit eos. Quemadmodùm etiam reprobi, perfidi, hæretici, ſchiſmatici, atq; in vitijs obſtinati, moriuntur in præſenti, morte

peccati,

peccati, deindè morte infernalis ſupplicij, ex ſpiritualis inopia defectuq; poculi, de quo loqtur filius Dei: Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Sic electi & veri Chriſtiani miſericordiâ conſequuntur finalem, & aqua ſapientiæ, poculo conſolationis internæ, rore illuſtrationis ſuperne potantur. Quibus Matth. 11. clamat Saluator: Venite ad me omes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Porrò iniquis & reprobis dat pro fonte ſempiterni fluminis, id eſt, pro communicatione & infuſione donorum gratiæ & gloriæ vnigeniti Dei, (de quo in Pſalmo 35. Inebriabuntur ab vbertate domûs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ) humanum ſanguinem bibere, id eſt, ſanguinolentis ac turpibus operibus delectari, & perſequutione iuſtorum gaudere, aut trucidare ſe inuicèm, ità quòd ſanguis ſanguinem tangit, vt Oſeæ 4. habetur. Poſtremò, ſicut Aegyptij ſunt puniti per parua & vilia animalia, qualia coluerunt: ſic indurati Iudæi, pagani, hæretici, ſchiſmatici, qui fabularum ſuarum & vanitatum atq; errorum colunt figmenta magìs, quàm Deum atque Catholicam veritatem, infernalibus traduntur beſtijs deuorandi, & exterminat eos multitudo viliſſimorum ſpirituum immundorum.

Ioan. 7.

¶Expoſitio Capit. 12. O quàm bonus & ſuauis eſt Dñe ſpiritus tuus. Art. 12.

REcitantur hîc beneficia filijs Iſrael præſtita tempore ingreſſionis in terram promiſſionis ſub Ioſue. [O quàm bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus] ſcilicet Spiritus ſanctus [in omnibus.] ipſe enim eſt ſubſtantialiter bonus & dulcis in ſe, bonus quoq; & dulcis in omniũ gubernatione, & ſuorum chariſmatum cõmunicatione. Hoc author admiratiuè præmittit ex conſideratione pietatis & gratiæ Dei circa Iſraelititicũ populum. [Ideoq; hos qui exerrant,] id eſt, à via veritatis & ſalutis ac gratiæ deuiãt, [partibus corripis,] id eſt, particulariter & ſegregatìm caſtigas & punis, quatenùs vnus emendetur exemplo alterius, atq; pœniteat: & quanuis interdùm plures ſimùl corripiãtur, rarò tamẽ aut nunquàm iniquorũ collectio, vniuerſæve gentes & nationes iniquæ. [& de quibus peccant admoneas alloqueris:] id eſt, per inſtinctum diuinũ & angelicum, per flagella & beneficia, per miracula & doctrinas, exhortaris iniquos de his, in quibus peccant: vt ſcilicet ceſſent peccare, nec abutantur rebus creatis. ideò ſubditur: [vt relicta malitia] infidelitatis, idololatriæ, ac habitûs vitioſi, [credant in te Domine] per fidem formatã. [Illos eñ antiquos inhabitatores terræ tuæ ſanctæ,] videlicet ſeptem, vel potiùs decem gentes Chananæorum, habitantes olìm in terra promiſſionis: quæ ſancta vocatur, quia in ea tẽpore veteris teſtamenti viguit cultus dei, & in fine veteris legis, inchoante noui tempore teſtamenti, completa ſunt ibì myſteria Chriſti, & primitiua Eccleſia conuerſata eſt ibì ſanctiſſimè. [quos exhorruiſti,] non ob id quod erant, ſed quod fecerant, ſicut ſubiungitur: [qm̃ odibilia tibi opera] id eſt, peccata grauiſſima [faciebant per medicamina,] id eſt, ſortilegia atq; auguria, per quæ ſibi quærebant mederi. [& ſacrificia iniuſta,] idolis immolata, immò dæmonibus, dicente Apoſtolo: Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant. [& filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia:] quia propriam ſobolem offerebãt in holocauſtum idolis ſuis, iuxta illud in Pſal. Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt dæmonijs. [& comeſtores viſcerum hominũ,] quia de carnibus ſacrificatis aliquid comedebant, vt aliqui dicunt, iuxta illud Pſalmi 105. Comederunt ſacrificia mortuorum. Aliqui verò opinantur oppoſitũ, aſſerentes, quòd iſte ſit metaphoricus ſermo: quẽadmodùm de oppreſſore & cupido officiato cõmuniter dicit, quòd hominum ſit comeſtor. Secundùm quoq; Micheã Dñs loqtur: Qui comedunt carnẽ populi mei. Et in Pſalmo 26. fertur: Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. Iob quoq; 19. Quarè perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? [& deuoratores ſanguinis:] quia ex ſanguine pecorum immolato ſumpſerunt in vſum ſuũ. [& authores parentes] id eſt, generatiua principia [animarũ inauxiliatarũ] id eſt, ſobolis ſuæ auxilio parẽtum propriorum deſtitutæ. Nam contra legem naturalem ac diuinã, occidebant & dijs ſuis offerebant propriam prolẽ, quam potiùs à morte debebant defendere. [perdere] id eſt, occídere & auferre [voluiſti à medio ſacramento tuo] id eſt, à terra ſancta in medio terræ habitabilis ſituata, in qua ſacra implẽſti myſteria [per manus parentum noſtrorum,] ſcilicet duodecim tribuum ſub Ioſue, ſicut in libro eius deſcribitur. [vt dignam perciperent peregrinationem puerorũ Dei:] id eſt, meritò acciperẽt terram ſanctam in hæreditatem, in qua pueri Dei, Abraam, Iſaac & Iacob, fuerunt peregrinati, ſecundùm illud Baruch 3. Dedit illã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſibi. [quę tibi omniũ charior eſt terra.] id eſt, pro tempore illo magìs erat electa, vt in ea verus Deus coleretur, & Chriſti myſteria cõplerentur, ac primitiua conuerſaretur Eccleſia. [Sed & his tanquàm hominibus peperciſti:] id eſt, Chananæis

2. Cor. 10.

Pſal. 105.

Mich. 3.

næis tribuiſti pœnitentiæ locũ, & qdam eorum fuerunt conuerſi, vt Gabaonitæ, & aliarum trium vrbium habitatores, vt Ioſuæ 9. habetur: [Et miſiſti anteceſſores exercitûs tui veſpas,] id eſt, animalia parua ſic dicta, quæ (vt aliqui ſcribunt) præceſſerunt populũ Iſrael, qui vocatur hîc exercitus Dei, qui venenatis ſuis aculeis multos occiderũt Chananæorum, vt ſubditur: [vt illos paulatìm exterminarent.] Alij per veſpas intelligunt acerrimos timores, atq; anguſtias Chananæorũ, formidantium Iſraelitarũ aduentũ, prout Ioſuę 2. habeẽ: Irruit in nos terror veſter, & elanguerunt oẽs habitatores terræ. Vndè ex vehementi timore Euæi dicuntur fugiſſe à terra illa ante Hebræorũ ingreſſum. [Non quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis:] id eſt, nõ ideò præmiſiſti ſic veſpas, quòd nõ potueris per filios Iſrael aut miniſterio angelico ſubdere Chananæos illos Hebræis, [aut beſtijs fœuis,] id eſt, ferocibus, [aut bello duro exterminare illos] iniquos, [ſed partibus iudicans,] id eſt, paulatìm & per partes illos eijciens & occídens, [dabas pœnitentiæ locũ] reſiduis, vt dictum eſt. Ideò quoq; non ſimùl exterminauit illos, nè terra illa tam magna, prò grãdi parte redigeretur in ſolitudinẽ, & ſic beſtiæ multiplicarẽtur in ea contrà Iſraelitas: qm̃ filij Iſrael non poterant totam terram illam ſufficienter populare tam citò, vt Deut. 7. legitur. [non ignorans qm̃ iniqua eſt natio eorũ,] putà Chananæorũ, id eſt, à iuuentute & pueritia vitijs aſſueta, [& naturalis malitia illorũ,] id eſt, in cõſuetudinẽ ducta, quæ eſt altera natura, & quia ex diſpoſitione ſuæ cõplexionis erant multùm proni ad vitia. Veruntñ ſicut peccatum eſt cõtrà rationẽ, quæ deprecatur & inclinat ad optima: ſic eſt cõtrà naturam benè inſtitutã ſeu integram, nõ corruptam, & innaturale: propter quod Tullius virtutem diffiniens: Virtus, inqt, eſt habitus naturæ rationiq; cõſentaneus. [& qm̃ non poterat mutari cogitatio cordis illorũ] praua ad bonũ [in perpetuum.] id eſt, valdè difficulter poterant flecti & emendari, vt potè obſtinati, non tamẽ ſimpliciter incõuertibiles erant, vt potè liberum habentes arbitriũ, nondũ determinatè fixum ad vnum. [Semen eñ erat maledictum ab initio] ſecundæ ætatis mundi. Nam mox poſt diluuiũ, quum Cham filius Noę oſtendiſſet fratribus ſuis patris ſui virilia, loquutus eſt Noe: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis. Veruntñ maledictio illa Gene. 9.
Chanaan filij Cham, & Chananæorum natorũ ex Chanaan, non fuit niſi addictio ad qdam temporalia mala pœnalia: qm̃ filij pro parentum peccatis nõ maledicũtur, quantùm ad animam, per ſpiritualium ſubtractionẽ bonorum, vt pleniùs dixi ſuper Geneſim, & ſuper Ieremiam, ac alibi ſæpè. Veruntñ ex illa maledictione poterant poſteri proniores eſſe ad vitia, ægrè ferentes ſeruituti ſe eſſe ſubiectos. Vel ſenſus eſt, quòd in pſcientia Dei erant maledicti, id eſt, præſciti ac reprobi. Nihilominùs bonus & pius Deus fecit pro illorum cõuerſione, quod erat in ſe, & quia tam difficulter cõuertibiles erant, paulatìm ac diù admonuit eos. [nec timens aliquẽ, veniã dabas peccatis illorũ] id eſt, non diſtuliſti punitionẽ Chananæorum, nec pepercíſti qbuſdam eorum ex timore alicuius ſuperioris aut potentioris, quum tu ſis vniuerſis ac ſingulis infinitè potentior incomparabiliterq; ſublimior, nec appellari poteſt à tuo iudicio. [Quis eñ dicet tibi, qd feciſti?] i. nullus te repræhẽdere poteſt, iuxta illud Rom. 9. O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunqd dicit figmẽtum ei, qui ſe finxit, qd me feciſti ſic? Hoc, inquam, nemo poteſt dicere de iure, quanuis de facto quis irrationabiliter dicat: [aut quis ſtabit contra iudicium tuũ?] ad reſiſtendum efficaciter ei, ſecundùm illud Iſaiæ 45. Væ qui cõtradicit factori ſuo: Nunqd dicit lutum figulo ſuo, qd facis? [aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominũ?] id eſt, Nullus poterit ante te cõpárére ad vindicandum in te punitionem aut cõdemnationem iniquorum, quos pœnis adiudicas. Quia in ditione tua cuncta ſunt poſita, & nõ eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati, aut tuum Eſth. 13.
reprobare iudicium. Ideò Iob 9. fertur, Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimoniũ dicere. Vndè rurſùs ſanctus Iob faſſus eſt: Verè ſcio, qp Iob 9.
non iuſtificetur homo cõpoſitus Deo: ſi voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpõdere vnum pro mille. [aut quis tibi imputabit, ſi periẽrint nationes quas tu feciſti?] id eſt, Nullus valet tibi iuſtè imputare pereuntiũ peccata ac tormenta. Qm̃ quantùm in te eſt, nullum perire permittis: Immò per inſtinctus diuinos atq; angelicos ac alijs varijs modis ad ſalutem hortaris. Qui per Ezechielem loquutus es, Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, & non vt cõuertatur à vijs ſuis, & viuat? Veruntñ quidam omninò peruerſi, conãtur in Deũ retorquere pereuntium culpam, de qbus ait Pſalmiſta: Quoniam declinauerunt in te mala. Pſal. 20.
Contra quos ad Romanos diſputat Paulus. [nec eſt alius Deus quàm tu:] Ideò ſuperiorem non habes, neq; æqualem à te diuerſum. [cui cura eſt de omnibus.] id eſt, vniuerſorũ prouidentiam habes, ſpecialiter tñ intellectualium creaturarũ, potiſſimè electarũ, propter quod dixit Apoſtolus 1. Cor. 9. Nunquid de bobus cura eſt Deo? Diuinæ aũt prouidentiæ diſpo-

ſitio aut præcognitio,ad vniuerſa & ſingula diſtinctè ac plenariè ſe extẽdit, ſicut cognitionis requirit perfectio, exequitur aũt prouidentiam ſuam in multis per cauſas ſecundas.Ideò Luc.12.ait Saluator:Nonnè quinq; paſſeres veneunt diſpondio, & vnus ex illis nõ eſt in obliuione corã deo?Veſtri aũt & capilli capitis omnes numerati ſunt.[vt oſtendas qm̃ non iniuſtè iudicas,]id eſt,iudicialiter ſeu ſententialiter profers [iudiciũ.Neq; rex] qui in ſuo officio ſequitur rationẽ, ſapientiam, & virtutes, [neq; tyrannus] qui vtitur voluntate pro ratione, & impetum ſequitur paſſionum:[in cõſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti,]id eſt,diſcutere poterunt,aut cõqueri valebunt, cur impios perire permiſiſti, aut cõdemnâſtiẽ Hinc dñs Iob 40.loquit:Nunquid condemnabis me,vt tu iuſtificeris?[Quũ ergò ſis iuſtus, iuſtè oĩa diſponis:]dando vnicuiq; quod meretur. Nec obſtat quòd multa piè diſponit, Pſal. 24. & q vniuerſæ viæ eius miſericordia & veritas: qm̃ ipſe tam bonus eſt, vt iuſtum ſit,eũ quæ- Pſal.144. dam clementer ac piè diſponere.Immò miſerationes eius ſuper oĩa opera eius.Vndè & Ia- Iacob.2. cobus ait:Superexaltat aũt miſericordia iudicium.Idcircò quũ Deus dicitur oĩa iuſtè diſponere, intelligendum eſt, quòd vniuerſa decenter, & ſicut dictat ſapientia eius, diſponit. Sicq; cantatur in Pſal.144. Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis. ſed & quantùm ad finalem retributionem,omnia iuſtè diſponit:& iniuſtitiam culpæ,per æquitatẽ ſupplicij recõpenſat atq; inſtaurat.[ipſum quoq; qui nõ debet puniri,]id eſt,innocentem ac iuſtum,[condemnas,]id eſt,tẽporalibus pœnis quandoq; adiudicas,ad maius meritũ ſuũ,& ad aliorũ ædificationẽ,& ad patientiæ ſuæ exercitationẽ,probationem, & cõronationẽ: vt Iob, Tobiam, Iob 9. & Paulum. Vndè ſanctus Iob: Multiplicabit, inqt, vulnera mea, etiam ſine cauſa,id eſt,ſine culpa mea.[& exterum eſtimas à tua virtute,]id eſt,permittis reputari extraneum à tua protectione,qa ſecundùm exteriorem apparentiã,ità te habes ad eum, quaſi nõ pertineat ad te. Vndè amici Iob & Tobiæ inſultauerunt eis tanquàm hypocritis, & à Deo relictis: propter Iob 12.30. quod Iob dixit:Deridetur iuſti ſimplicitas, & rurſùs: Nunc in eorum canticum verſus ſum, & 19. itemq;:Fratres mei elongauerunt à me,& noti mei quaſi alieni receſſerũt à me. Deniq; iſtud in Chriſto maximè patet,q quæ nõ rapuit,exoluit: quẽ propter ſcelus populi ſui pater percuſſit intantùm, quòd reputatus fuit tanquàm leprosus, & percuſſus à Deo, & humiliatus. Eſaiæ 53. [Virtus enim tua, iuſtitiæ initium eſt:]id eſt, tu ipſe, ſeu ſanctitas aut omnipotentia tua, eſt cauſa,regula,& menſura oĩs iuſtitiæ ac virtutis.ideò eo ipſo,quòd tu iudicas aliqd eſſe iuſtum,ſequitur,q ſit iuſtum.Et quicqd agis, eo ipſo quòd illud à te, q eſſentialiter bonus & Eſaiæ 40. ſanctus es,agitur,bonũ & irreprehenſibile eſt,ideò loquitur Eſaias: Cũ quo inijt cõſilium, & inſtruxit eum,& docuit eum ſemitam iuſtitiæ,& erudiuit eum ſcientia, & viam prudẽtiæ oſtendit illi?Ideò ait Matt.20. An nõ licet mihi, quod volo,facere?[& ob hoc quòd omniũ dominus es,]authoritate creationis,iudiciaria poteſtate,& omnipoteti imperio, nõ tamen omnium dominus eſt per debitam inferiorũ ſubiectionem atq; obſequium. propter quod in Euangelio loqtur Luc.6. Quid dicitis mihi,Domine Domine,& nõ facitis quę dico?Malachiæ quoq; 1.Si Dñs ego ſum,vbi eſt timor meus?[omnibus te parcere facis,]id eſt,ꝓpria voluntate ac pietate cunctis te exhibes piũ. Nam & reprobos in p̃ſenti à multis retrahis vitijs inſtinctu diuino, & per angelorũ cuſtodiam multa quoq; beneficia tribuis impijs & ingratis:damnatos etiã minùs quàm meruerunt,affligis.Ideò Lu.6.aſſerit Chriſtus:Altiſſimus, benignus & miſericors eſt ſuper ingratos & malos.[Virtutem eñ tu oſtendis]id eſt,omnipotentiam tuã varijs modis declaras in operibus naturæ ac gratiæ, in naturalibus & ſupernaturalibus, in actibus iuſtitiæ & pietatis, [tu qui nõ crederis in virtute eſſe cõſummatus:] id eſt,quẽ perfidi,qdam putant non eſſe oĩpotentẽ, & in omni poteſtate perfectum, de q- bus Iob 22. ferẽ: Quaſi nihil poſſit facere oĩpotens, ità æſtimauerunt eum. [& * hos qui te *horum neſciunt]eſſe,& in omni perfectione eſſe immenſum, [*in audacia traducis,]id eſt, ꝓpter *audaciam eorum ſtultã audaciam,qua ſe putant impunè peccare, & audacter prouocant Deum, ducis de culpis eorum ad debitas pœnas. interdùm tñ aliquos tales miſericorditer traducit de tãta ignorantia ac perfidia,ad fidei veritatẽ ac gratiam. Traducit quoq; & tales, dum iuſto iudicio permittit eos de vitijs in vitia prolabi.[Tu aũt dominator virtutis,]id eſt, dominator virtuoſus ac potens,vel dominator,cauſa oĩs creatæ virtutis,[cum tranquillitate iudicas] id eſt,cũ pace imperturbabili & ſumma quiete. Nã ſine occupatione & inquietudine regit & iudicat vniuerſa,quũ ſit potentiæ & ſapientiæ penitùs infinitæ. Veruntñ in ſcripturis aſcribunt Deo q̃dam animi paſſiones, vt quòd cum ira, furore, indignationeq; iudicet, quæ oĩa intelligenda ſunt tropicè,quantùm ad ſimilitudinẽ operis,nõ quo ad inquietudinem mentis.Propter quod ait Ierc.7. Nũquid me ad iracundiam ꝓuocant? nonnè ſemetipſos in cõfuſionẽ vultûs ſui?[& cum magna reuerentia diſponis nos,]id eſt,magnificè & præclarè, prout

prout tuam condecet maieſtatem. Vel etiam cum reuerentia magna, qa multùm honorificas homines,quòd tam benignè eos gubernas, & eorũ pœnitẽtiam præſtolaris, ac iugiter eis offers gratiam & amicitiam tuã, ſanctoſq; angelos ad eorum cuſtodiam deputas. Ideò ait Pſal.Minuiſti eum paulominùs ab angelis.[Subeſt eñ tibi, quũ volueris, poſſe.]id eſt,Pote- Pſal. 8. ſtas ad oĩa tibi placentia peragenda, adeſt tibi iuxta libitum tuũ. [Docuiſti aũt populum tuum per talia opera,]id eſt, per opera tuæ pietatis & æquitatis, qm̃ oportet iuſtũ eſſe & humanum:]id eſt,vt ipſi exemplo tui, ſint iuſti ſimùl & pij, iuſtitiam & clementiã contemperando per diſcretionem. Vndè in Euangelio ait Saluator:Eſtote miſericordes, ſicut & pater Lucæ 6. veſter cæleſtis miſericors eſt. Apoſtolus quoq; 1.Cor.4.& 11.Eſtote, inqt,imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. & iſtud ad p̃ſidentes præcipuè ſpectat. Omnium tñ intellectualium creaturarũ perfectio eſt ,ſuo creatori in virtutibus aſſimilari. [& bonæ ſpei feciſti filios tuos:]id eſt,filijs Iſrael dediſti ſpem veniæ impetrandæ dũ peccarent.[q iudicans,das locũ in peccatis pœnitentiæ:]id eſt, tẽpus & facultatẽ pœnitendi das hominibus quãdò peccant, qa non ſtatim eos cõdemnas,ſed ad pœnitentiã exhortaris.[Si eñ]id eſt,qa [inimicos ſeruorũ tuorum]id eſt,Aegyptios & Chananæos aduerſarios filiorũ Iſrael,[& debitos morti]qa mortẽ temporalẽ ac infernalẽ,ꝓmeruerunt, [cũ tanta cruciâſti attentione,]id eſt, cũ tam pio moderamine & cõſideratione fragilitatis humanæ,puniendo eos paulatim, & cũ interpolatione,vt interim pœniterent. [& liberâſti] eos à plagis inflictis, Moſe exorante, & pœnã differendo,ac aliquos cõuertendo,vt dictũ eſt. Nã & vulgus promiſcuũ Aegyptiacũ innumerabile,exiuit cũ filijs Iſrael de Aegypto.[dans tẽpus & locum, per q̃ poſſent mutari à malitia:] vexatione eis intellectũ præbente,[cũ quanta diligentia iudicâſti filios tuos,]id eſt,vtiq; cũ ampliori miſeratione diſpoſuiſti filios Iſrael, & peccantes paternaliter corripuiſti, & caſtigâſti pro eorũ ſalute,[quorũ parentibus] ſcilicet Abraæ,Iſaac, & Iacob, [iuramenta & conuentiones dediſti bonarũ promiſſionũ,]id eſt,cũ iuramento eis ꝓmiſiſti,dare eorũ poſteritati terrã promiſſionis, immò & bona gratiæ ac gloriæ,ꝓmiſiſti eiſdẽ, ſicut in Miſſa cõtatur Michael repſentet animas in lucẽ ſanctã, quã olim Abraæ,ꝓmiſiſti & ſemini eius.Nã Abraæ dixit Gen.15.Merces tua magna nimis. Dedit quoq; patriarchis illis cõuentiones harũ promiſſionum,qa multa p̃cepit eis,cũ huius cõditionis adiectione: Quòd ſi facerẽt ea, dares eis huiuſmodi bona.[Quũ ergò nobis diſciplinam das,]paternaliter caſtigando in vita hac,nè æternaliter pereamus, iuxta illud Prou.3.Quia quẽ diligit Dñs,corripit,& quaſi pater in filio complacet ſibi.[inimicos noſtros.]ſcilicet infideles [multipliciter flagellas,]eos in ſua duritia relinquendo,& nõ ſolùm tẽporaliter,ſed æternaliter puniẽdo. Vndè & Salomon ait Prou.11. Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? [Vt bonitatẽ tuã cogitemus,cõſiderando quàm paternè ac piè agas nobiſcũ,[iudicantes:]id eſt,prudẽter diſcernentes correctionẽ noſtrã à reproborũ punitione.Vel iudicantes, id eſt, dũ proximos iudicamus,vt ſimus eis benigni & indulgentes,nobiſcũ miſericorditer egit. Vndè in Euangelio Matth.18. dicitur ſeruo iniquo:Serue nequã,oĩe debitũ dimiſi tibi,qa rogâſti me. Nonnè ergò oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?Hinc hortat Apoſtolus Ephe. 4. Donantes vobiſmetipſis,ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. [& quũ de nobis iudicat,] id eſt,quũ pro noſtris culpis iudicamur & punimur in p̃ſenti, [ſperemus miſericordiã tuã] obtinere,qa nõn iudicas bis in idipſum,& pœnæ vitæ p̃ſentis ſunt medicinales. [Vndè & illis q in vita ſua inſenſatè & iniuſtè vixerunt,]videlicet Aegyptijs, q inſipienter ſe habuerũt ad Deũ,& iniuſtè ad Hebræos,quos oppreſſerũt,[per hæc q̃ coluerunt,]id eſt, per parua & villa animalia,q̃ adorauerunt,[dediſti ſumma tormenta:]id eſt, valdè magna ſupplicia, immittendo eis ranas, muſcas, cyniphes, bruchos, locuſtas, qm̃ talpas, veſpertiliones, ſerpentesq; coluerunt:& qa non pœnituerũt in pœnis his,adepti ſunt pœnas æternas. Ideò ſubdit: [Etem̃ in erroris via duriùs errauerunt,]id eſt,in ſuã idololatria ac cæteris vitijs permanſerunt,pro maiori parte vſq; ad mortẽ, [deos æſtimantes hæc, q̃ in animalibus ſunt ſuperuacua,]id eſt,vilia & inutilia bruta p̃fata,[infantiũ inſenſatorũ more viuentes:]id eſt, ſtultè & pueriliter, nõ penſantes tam vilia nõ eſſe colenda. [Propter hoc tanquàm pueris inſenſatis iudiciũ in deriſum dediſti:]id eſt, Aegyptijs intuliſti deriſibile illud ſuppliciũ muſcarũ & ſimilium beſtiolarũ, ſicut pueri inſenſati ſolent deriſibiliter corrigi. [Qui aũt ludibrijs]id eſt,pœnis illis irriſione aſpernationeq; dignis, [& increpationibus] Moſis, ſeu Dei puni- entis [nõ ſunt correcti,id eſt, nõ pœnituerunt veraciter & cõſtanter, [dignũ iudicium Dei experti ſunt:] qa in mari rubro ſubmerſi ſeu aliter mortui, perpetuò ſunt damnati. [In his eñ quæ patiebanꝰ, moleſtè ferebant,]id eſt,ipſas ſuas punitiones ægrè & impatienter ſuſtinuerunt:[in q̃bus patientes]id eſt, pœnã magnam habentes,[indignabanꝰ] cõtra Deũ He-

brærorũ eos ſic punientem,cuius oñipotentiæ inuidebãt, ſicut Apoca.16.ſcribitur de q̃buſdam:Manducauerunt linguas ſuas præ doloribus, & nõ egérunt pœnitentiã, vt darent gloriam Deo: ſed blaſphemauerunt nomẽ Dei habentis poteſtatẽ ſuper has plagas. [per hæc q̃ putabant deos,in ipſis quũ exterminarentur,videntes illum,quẽ olim negabant ſe nôſſe,verum Deũ agnouerunt:] litera intricata eſt. Eſt igit̃ ſenſus & ordo verborũ: Aegyptij aut etiã Chananæi,videntes,id eſt,aliqualiter cognoſcentes illum, quẽ olim negabant ſe nôſſe, ſcilicet Deum Iſrael,de quo Pharao dixit Exod.5. Quis eſt Dñs vt audiam vocẽ eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dñm, & Iſrael non dimittam. Cognoſcẽtes,inquã, illum per hæc flagella, quũ exterminarent̃,quæ putabãt eſſe deos,id eſt,idola eorũ,quæ putabant eſſe deos ſuos,ſeu deos inter ipſos,deſtruerẽtur à deo,q̃ in dijs Aegyptiorũ exercuerat vltionẽ, vt ferũ in Exodo:vel à filijs Iſrael, q̃ idola Chananæorũ diſſipauerunt, ſicut in Deuteronomio ſæpiſſimè iuſſum fuit: agnouerunt verum Deũ, q̃a experiebant̃ eum eſſe̊ potentiorẽ oñibus dijs ipſorum,à q̃bus iuuari nõ poterant:& oñipotentẽ in multis p̃digijs,ſicut in ſtatione ſolis & lunæ,& maris rubri diuiſione:non tñ honorauerũt eũ vt deũ.Idcircò inexcuſabiles erãt,ideò ſubdit:[Propter quod & finis cõdẽnationis eorũ,] i. finalis ſeu vltima & plena cõdemnatio illorũ,[veniet ſuper illos:] & hoc in die generalis iudicij,q̃n cũ corpore & anima dãnabunt.

Exod.5.

¶Declaratio Cap.13. Vani autem ſunt omnes homines,in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Articulus decimustertius.

REprobatur hîc idololatria,nõ ſolùm Aegyptiorum aut Chananæorum,ſed gentium vniuerſarum. [Vani autem ſunt omes homines, in q̃bus non ſubeſt ſciẽtia Dei:] id eſt,qui veri deo carent notitia. Vanum nanq; vocatur,quod ad finẽ propter quẽ inſtitutum eſt,nõ pertingit,quẽadmodùm vana eſt medicina,quæ ad ſanitatem nõ confert. Quum ergò finis & ſalus hominum ſit Dei cognitio,ſicut aſſerit veritas Ioan.17.Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verum deum: homines qui ad Dei notitiam nõ pertingunt, rectè vani cenſentur. Et horũ triplex eſt genus. Quidam em̃ habẽt cognitionẽ Dei,non ſolùm naturalem,ſed etiam theologicam, & ſupernaturalẽ illam,quæ eſt donum gratiæ gratis datæ,& ſtudio poteſt acquiri: tamen nõ habent ſcientiam Dei,quæ eſt donum,& charitati ſemper cõiũcta eſt: & iſti ſunt vani, quũ ſint extra charitatẽ & ſtatum ſalutis,ſeu in peccato mortali. Alij ſolùm habẽt cognitionem dei naturalem, philoſophicã, acquiſitam,ignorantes ſacram ſcripturam, & fide carentes:& iſti ſunt vaniores & infideles. Alij neſciunt vnum ſummũ vniuerſorum principium eſſe,& oñi deitatis notitia deſtituuntur,vt q̃dam idololatræ, de quibus hîc agitur, & iſti perhibentur vaniſſimi. Porrò primum genus poteſt ſubdiuidi. Nã aliqui habentes ſupernaturalem ſcientiam Dei traditam in ſcripturis, & quæ eſt donum gratiæ gratis datæ, habent veram fidem, vt mali catholici. Alij carent fide,ſicut hæretici. [& de his quæ videntur bona,] id eſt,ex rerũ creatarum notitia,quæ aliquid bonitatis participant,& quibuſdã meliora appárent quàm ſunt. [nõ potuerunt] id eſt,nõ curauerunt,nec ſtuduerunt, ſeu facili conatu nequibãt, [intelligere eũ qui eſt,] ſcilicet verum Deum,qui ſolus eſt,ipſum eſſe ſeparatum,plenum, indepẽdens, incirc̃unſcriptum,purum,ſimpliciſſimum, infinitè perfectum, in ſeipſo incõmutabiliter æternaliterq; conſiſtens:quod tantæ eſt excellentiæ,vt eius comparatione omne creatũ eſſe, ſit quaſi non eſſe. Ideò primum nomen Dei ponitur Eſſe, ſeu Qui eſt. Qui Moſen nomen ſuum ſciſcitanti legitur reſpondiſſe: Ego ſum qui ſum. Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt,miſit me ad vos. Cui ſanctus Iob dixit:Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonnè tu qui ſolus es? De quo legitur Iere.51. Qui fecit omnia,ipſe eſt: Dñs exercituum nomen eius. [Neq; operibus attendẽtes,agnouerunt quis eſſet artifex:] id eſt,creaturarum cõſiderationi vacantes,nõ agnouerunt quòd productæ eſſent ab vno ſummo artifice. [ſed aut ignem, aut ſpiritum,] id eſt,ventum ſeu ætherem,[aut citatum] id eſt, cõmotum aut mobilem [aërem, aut gyrum ſtellarũ,] id eſt,circulum ſiderũ,ſeu zodiacum, qui eſt circulus obliquus,in quo mouentur planetæ,habens duodecim ſigna. Vndè legit 4.Reg.23.Deleuit Ioſias eos, q̃ adolebant ſoli & lunæ & duodecim ſignis. [aut nimiã] id eſt,abundantiſſimam [aquã,] videlicet elementũ aquę,ſiue oceanũ,[aut ſolem & lunã rectores orbis terrarum,deos putauerũt] id eſt, æſtimauerũt eſſe principales rectores inferiorum ac deos. Nẽpe aliquo modo verum cenſeẽ, quod Ariſtoteles ait: Oportet hũc mundum eſſe cõtiguum lationibus ſuperiorũ, vt tota eius virtus indè guberneẽ: ſicq; cæleſtia corpora agunt & influunt in elemẽta ac mixta, & inſtrumentaliter regunt ea:nõ tamẽ directè agunt in ſuperiorẽ partem animæ rationalis, nec ea neceſſitant. Hinc ſol ſuo acceſſu in zodiaco dicit̃ cauſa generationis in inferioribus: & ſua elongatione, cauſa corruptionis. Ad quod etiã ſuper ſecundum Sententiarum Thomas

Exod.3.

Iob 14.

mas diuinum Dionyſium allegat & ſequitur:[Quorũ] entium creatorũ [ſi] pro qa[ſpecie] id eſt,decore [delectati] idololatræ, [deos putauerũt, ſciant quanto his dñator eorum ſpecioſior eſt.] id eſt,aduertant & ſciant,q̃ creator & rector eorũ,vtiq; infinitè ſit ſpecioſior ipſis. Deniq; ſummi philoſophi,planetas & ſtellas ac orbes cęleſtes,dixerunt eſſe animatos & deos. Nihilominùs cognouerunt primã cauſam, ſcilicet Deũ, eſſe incõparabiliter dignioręẽ ac pulchrioręẽ, vtpotè primum actum,& infinitam virtutẽ. Vndè in primo Timęi Plato inducit opificem vniuerſi, ſtellis orbibuſq; loquentem: O dij deorum, quorum pater & opifex ego. Ariſtoteles quoq; tertio de anima, Solẽ appellat patrẽ virorũ ac deorũ. Et quãuis iſti in aliq̃bus errauerunt,minùs tamen,quàm illi, q̃ iſtis creatis attribuebãt principalem authoritatẽ, deitatem,& formoſitatẽ. [Speciei em̃ generator] id eſt, Deus oñis pulchritudinis inſtitutor & author,[hæc oñia conſtituit.] id eſt,fecit:ideò quicq̃d perfectionis ac pulchritudinis inẽſt iſtis,multo p̃clariùs eſt in illo. [Aut ſi virtutem & opera eorũ mirati ſunt,] id eſt, q̃a cauſalitatẽ & effectus Solis ac lunæ,aut cõſimilium,ſunt admirati, [intelligant ab ipſis,] id eſt, ex cõſideratione ipſorum,[q̃m qui hæc conſtituit,] id eſt, creauit,[fortior] id eſt, cauſalior atq; potentior [eſt illis:] & quicq̃d efficaciæ habent,ab illo ſortiti ſunt,& ab eodẽ inceſſanter dependet. [A magnitudine em̃ ſpeciei & creaturæ,] id eſt,ex cõſideratione magni decoris rerũ & ipſarum creaturarum, [cognoſcibiliter poterit creator horũ videri:] id eſt, Deus omnium cauſa intelligi. Quanuis em̃ incomp̃henſibilis ſit,quãtùm ad q̃d eſt, nec cognoſci per cauſam,id eſt,ſciri nõ poſſit à priori,tñ cognoſcibilis eſt,q̃a eſt,& à poſteriori, per ſuos effectus:quũ omne cauſatum,ſit q̃dam ſimilitudo ſuæ cauſæ. Sic & oñis creatura, eſt q̃dam participata ſimilitudo,& velut q̃dam radius creatoris. Ex ordine quoq; cauſarum, & mobilium & mouentium,atq; regentiũ,& ex ordine vniuerſi, & decentiſſima concatenatione & coordinatione ſpecierum ipſius,atq; ex alijs multis concluditur,q̃ ſit vnum primũ & ſummum ens,prima omnium cauſa,primus rector & motor. Rurſùs,quũ non ſit proceſſus in infinitum,& videamus multa ſuum eſſe aliundè ſortiri:neceſſum eſt, deueniread vnum primũ & increatũ. Et q̃a nihil eſt imperfectũ, niſi inquantùm diſtat à fonte ſuæ perfectionis,oportet hoc primum ens fateri omninò perfectum atq; æternum. Vndè ex his conſiderationibus cognouerunt meliores philoſophi multa vera & alta de Deo,quemadmodùm ſcribit Apoſtolus:Inuiſibilia Dei à creatura mundi,per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur: ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, ità vt ſint inexcuſabiles: q̃a quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Veruntũ iſti qui nobiles creaturas dixerunt deos, ſunt minùs reprehenſibiles,quàm qui viliſſimas beſtiolas deos putabant. Ideò ſubditur: [Sed tamen adhuc in his] ità errãtibus [minor eſt querela,] id eſt, culpa ſeu reprehenſio, quàm in alijs de q̃bus dicetur. [Et hi em̃ fortaſsìs errant Deum quærentes, & volentes inuenire.] Nõ dubium quin errent: idcirco quòd ait,fortaſsìs,referendum eſt ad participia illa, quærentes & volentes. Forſitan em̃,dicendo nobiliora quæq; eſſe deos,quærunt, inuenireq; volunt Deum, quem æſtimant aliquem magnum. [Eterem̃ quum in operibus illis cõuerſentur,] id eſt, quum occupent ſe in cõſiderationibus creaturarum Dei,[inquirunt ſcire, & perſuaſum habent,] id eſt, tanquàm probabile tenent,[q̃m bona ſunt quę videnẽ:] & ſic in aliquo modo benè ſentiunt de creatis,& de Deo,quo ad hoc, quòd nobilioribus & cauſabilioribus rebus attribuunt deitatem. Non tamen ſunt totaliter excuſabiles. Propterea ſequitur: [Iterùm autem nec his debet ignoſci] error eorum, immò damnatione ſunt digni. [Si em̃ tantùm potuerunt ſcire,] id eſt, in ſcientia proficere,[vt poſſent æſtimare ſeculum:] id eſt, probabilem habere cognitionẽ de mundo,& de ordine,curſu,ſucceſſioneq; rerum,[quomodò huius Dñm faciliùs non inuenerunt?] id eſt,in hoc negligenter & irrationabiliter ſe habebant, q̃ ex rebus creatis & p̃tactis earum cõſiderationibus,ſtatim nõ attenderunt, oñia iſta ab vno primo principio p̃fluxiſſe,quum oñis multitudo,p̃cedat ab vno,& oñe participatum ac dependens & imperfectum,reducatur finaliter ad aliquod imparticipatum, indepẽdens,ac perfectum. Deniq; ſicut nihil eſt incõpræhenſibilius Deo, quantùm ad q̃d eſt: ſic nihil facilius aut certius eſt Deo,quantùm ad q̃a eſt. Immò multi magni dixerunt, q̃ deum eſſe, ſit per ſe notũ. Veruntñ Deum cognoſcere,quantùm ad aliqua attributa ipſius,difficile eſt. ſicq; verificat̃ quod aſſerit Plato: Genitorem opificemq; vniuerſi, tam difficile inueniri, quàm inuentum impoſſibile dignè effari. Et hoc cõſonat ei quod ſcriptum eſt Iob 37. Dignè eum inuenire nõ poſſumus,& enarrari nõ poteſt:quod tñ de intentione Dei, quo ad q̃d eſt, poteſt intelligi. Cõſequenter oſtendit̃, q̃ prædictis infeliciores ſunt, q̃ rebus inanimatis ac vilibus deitatẽ attribuebãt. [infelices aũt ſunt] id eſt,æternaliter cõdemnati, aut digni dãnari. [& inter mortuos ſpes illorũ eſt,] id eſt,nõ plùs ſperandũ de eorũ ſalute, quàm de mortuorũ, id eſt, rerum

Rom.1.

non viuentiũ, ſeu in vitijs defunctorũ felicitate, [q appellauerũt deos opera manuũ] ſuarũ, id eſt, idola fabrefacta, [aurũ & argentũ,]id eſt, idola facta ex auro & argento, cõſimilibúsve materijs, q̃ opera manuum [hominũ] ſunt, quantùm ad formã eorum artificialẽ. Vndè ſubiungit: [artis inuentionẽ,] qa per humanæ artis excogitationẽ ità formata ſunt. [& ſimilitudines animaliũ,] deos dixerũt, [aut lapidẽ inutilem,]id eſt, lapideã ſtatuam factã de ſaxo vili, quod cõculcatur velut inutile. Omne tñ creatum eſt ad aliqd vtile. [opus manũs antiquæ.]

Eſaiæ 44. id eſt, formatũ à manu in vitijs veterati. Vel addit hoc, qm̃ idola vetuſtiora amplius honorabant. Deindè ad oſtendendũ idololatrarũ fatuitatẽ, exemplificat. [Aut ſi quis artifex faber] id eſt, faber lignarius de ſylua [lignum rectũ ſecuerit,]id eſt, cũ ſecuri abciderit, [& huius doctè eradat oẽm corticem,]id eſt, peritè deponat vel purget corticẽ eius. [& arte ſua vſus, diligenter fabricet vas inutile] id eſt, valdè vtile, iuxta gloſſam, ſecundùm illud Virgilianũ: Nunquàm imprudentibus (id eſt, multùm prudentibus) imber obfuit. Vel inutile, id eſt, intùs vtile, putà ad vſus domeſticos, [in cõuerſationem vitæ:] id eſt, ad humanũ conuictũ, ad quẽ vaſa lignea requruntur. Poſſet quoq; ſic legi: Vas in vtile, id eſt, in vas vtile. vt in vtile, duę ſint dictiones. [reliquijs aũt huius operis] id eſt, reliqua parte ligni ità eraſi, [ad ꝓparationẽ eſcæ abutatur:] id eſt, ignẽ ex ea faciat pro cibo coquẽdo, [& reliquũ horũ] id eſt, reſiduum partium ligni huius, [quod ad nullum vſum facit,]id eſt, de quo non format vas aut inſtrumẽtum in vſus humanos, videlicet lignũ curuũ, [& verticibus]id eſt, globoſis eminẽtijs ſeu nodis apparentibus [plenũ, ſculpat diligenter per vacuitatẽ ſuam,]id eſt, per ꝓpriam vanitatem & mentẽ inanẽ, [& per ſcientiam artis ſuæ figuret illud,]imprimẽdo ei formã artificialẽ, [& aſſimilet illud imagini hominis,]id eſt, figurę humanæ, [aut alicui ex animalibus] irrationabilibus [cõparet] id eſt, cõformet [illud,]imprimẽdo ei figurã beſtialẽ, [perliniẽs rubrica,]id eſt, rubeo colore, [& rubicundũ faciens fuco,]id eſt, tinctura, q̃ fit de herba, quę etiã fucus vocat. Sed & qdã ſuperpoſitus color dicit fucus. Interdùm quoq; fraus, mendaciũ, aſtutia, dicit fucus: qa ſupponit veritati aut falſitati colorandæ. [colorẽ illius, & oẽm maculam, q̃ in illo eſt perliniens, & faciat ei dignã habitationẽ,]ſ. templũ, altare, aut aliũ locũ, quẽ arbitratur cõgruere huiuſmodi deo ſuo. [& in pariete ponens illud, & cõfirmãs] id eſt, fortiter figens in loco [ferro] id eſt, cũ clauis [nè fortè cadat, ꝓſpiciens illi] id eſt, ꝓuidens periculo caſûs illius, [ſciens, qm̃ non poteſt adiuuare ſe.]id eſt, ipſo facto ſuo oſtẽdit ſe id ſcire, quanuis aliundè deceptus, putet aliqd numinis eſſe in illo. [Imago eñ eſt inanimata, & opùs eſt illi adiutorium.]id eſt, adiutorio ſuſtentationis huiuſmodi indiget, nè ruat ex loco ſuo. [& de ſubſtantia ſua] id eſt, facultatibus [& de filijs ſuis, & de nuptijs votũ faciens,]vt ſcilicet bona ſua aut prolẽ cõſecret dijs, aut alio modo de eis diſponat, [inquirit] ab illa imagine, qd agere debeat. [Nõ erubeſcit loqui cũ illo, q ſine anima eſt:] id eſt, cũ homine ſculpto inanimato: [& pro ſanitate qdem]obtinenda aut conſeruanda, [infirmum] id eſt, impotentem [deprecatur, & pro vita ſua] conſeruanda [mortuũ rogat,]id eſt, non viuentẽ, [& in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere, petit ab eo q ambulare nõ poteſt, & de acqrendo] lucro, [& de operando, & de omniũ rerum euentu, petit ab eo, q in oẽibus inutilis eſt:] qa nec ſe, nec alios poteſt defendere aut iuuare. Veruntñ Triſmegiſtus erroneè poſuit ſtatuas animatas, ſenſu & ſpiritu plenas, imbecillitatẽ aut incolumitatẽ hominibus faciẽtes: quod penitùs falſum eſt, prout in ſumma contra Gentiles, ſanctus Thomas diffuſè proſequitur ac demonſtrat. Dæmones verò per idola dabant reſponſa, & hominibus multipliciter illudebant, ac quoſdam fecerunt infirmos: qui ad inuocationem deorum videbantur ſanari, dæmonibus à vexatione ceſſantibus: quorum deceptiones, per glorioſos Apoſtolos patefactæ ſunt & conuictæ. Poſtremò dictis in iſto capite, conſonant quæ Iſaiæ 44. de iſta materia plenè ſcribuntur: Plaſtæ, inquit, idoli omnes nihil ſunt. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia nõ

Pſal.113. vident, neq; intelligunt, vt confundantur, & cætera quæ ibi ſequũtur. Vndè Pſalmiſta: Oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient.

¶Elucidatio cap. 14. Iterùm alius nauigare cogitans, & per feros fluctus. Art. 14.

VAnitatem & pietatẽ idololatrarũ, in marinis negocijs ac periculis idola inuocãtiũ hîc oſtendit. [Iterùm alius nauigare cogitãs, & per feros]id eſt, crudeles quãtùm ad effectũ, ſeu periculoſos [fluctus iter facere incipiẽs, ligno portante ſe, fragilius lignũ] id eſt, idolũ ligneũ frangibilius naue qua vehitur, [inuocat:] quod prorſùs ſtultiſſimũ eſt & iniquum, vtpotè nõ inuocare creatorẽ, qui nauigantibus dedit rationem & artem fabricandi nauigia, ſed idolum humana arte formatũ. [Illud enim]ſ. idolum [cupiditas acquirẽdi excogitauit,]id eſt, vna cauſa formationis culturæq; idolorũ, auaritia fuit artificũ, qui vt plùs lucrarenť, fecerunt imagines multùm formoſas & quaſi vitales.

Hinc

Hinc Act. 19. Demetrius artifex idolorum, concitans ſuos collegas aduerſus Paulum: Sciris, inquit, quia de hoc artificio acquiſitio eſt nobis? [& artifex ſapientia] id eſt, arte [ſua] practica [formauit. Tu autem pater gubernas prouidentia] id eſt, O pater cæleſtis, tu per prouidentiam tuam gubernas homines in terra & mari, quod patet: [quoniam dediſti in mari viam,]id eſt, per fundum maris rubri hincindè diuiſi, dediſti populo Iſrael iter, [& inter fluctus ſemitam firmiſſimam,]quandò duxiſti filios Iſrael per Iordanem, vna parte aquarum Iordanis ſtante fixa in tumulo vno inſtàr turris, & alia decurrẽte deorſùm, [oſtẽdens] per illos miraculoſos effectus, [quoniam potens es in omnibus ſanare,]id eſt, ab omni periculo maris eripere, [etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare:] id eſt, quanuis aliquis tentet mare ſeu aquas perambulare pedeſter ſine nauigio, ſecundùm quod Chriſtus ambulauit ſuper mare, & admirabile vas illud infinitæ miſericordiæ Dei, contemplatiuiſſima atque ſanctiſſima illa Maria Aegyptiaca. [Sed vt non eſſent vacua] id eſt, infructuoſa [ſapientiæ tuæ opera,]ſcilicet diuitiæ temporales ad vſum ordinatæ humanum, [propter hoc etiam & exiguo ligno] id eſt, ligneæ naui [credunt homines animas ſuas,]id eſt, ſeipſos, ſperantes adiutorio nauis non periclitari in mari, & vitam ſuam exponentes euentibus maris valdè incertis, [& tranſeuntes mare] ad vendendum merces quas deferunt ſecum, vel ad emendum ea, quæ alibi plùs abundant. [per ratem] id eſt, per nauem [liberati ſunt] à maris periculis. Sequitur alia nauigiorum ac nauigationum vtilitas: [Sed & ab initio] ſecundæ ætatis, quæ cœpit tempore Noæ, [quum perirent] id eſt, diluuio mergerentur [ſuperbi gigantes,]qui tunc præcipuè erant rei, & magna cauſa diluuij, [ſpes orbis terrarum,]ſcilicet Noe & ſoboles ſua, in quibus manſit genus humanum, & ſpes recuperationis illius, [ad ratem]id eſt, ad arcam, quæ & nauis vocatur, [confugiens] ex Dei præcepto, [remiſit ſeculo ſemen natiuitatis,]id eſt, poſt diluuium propagauit filios ac filias, per quas recuperata eſt hominum multitudo. [quæ]natiuitas [manu tua erat gubernata.]id eſt, proceſſum habuit & propagationem, ſecundùm potentiam & ſapientiam tuam. [Benedictum eſt enim lignum,]id eſt, ſuo modo laudibus dignum. Deoque conſecratum, [per quod fit iuſtitia:]id eſt, tua iuſta ordinatio adimpletur, ſicut extitit arca, quæ fuit typus Eccleſię. In qua arca, principe Apoſtolorum teſtante, paucæ, id eſt, octo animæ ſeu perſonæ ſaluę factæ ſunt 1. Petr. 3. per aquam: quæ aqua fuit baptiſmi figura, per quem animæ electorum ſaluantur. Potiſſimè autem benedictum eſt lignum ſaluificæ crucis, per quod Chriſtus per viam cuiuſdam iuſtitiæ redemit genus humanum, ſuſtinens amariſſimam mortis pœnam ex ardentiſſima charitate & obedientia ſumma ad ſatisfaciendum pro humani generis culpis. [Per manus autem quod fit idolũ,]id eſt, idolum quod fit per artificis manũ, [maledictum]id eſt, vituperatum ac deteſtatum [eſt & ipſum]idolum, [& qui fecit illud:]ſcilicet artifex, qui fecit illud vt coleretur. [quia ille quidẽ]ſcilicet artifex [operatus eſt]materiam tantorum facinorum intentione peruerſa ac praua radice, [illud autem]idolum, [cùm eſſet fragile]id eſt, faciliter corruptibile, [deus cognominatus eſt:] & ità fuit peccandi occaſio, & idololatrandi materia. [Similiter autem odio]id eſt, odibiles [Deo]ſecundùm præſentem iuſtitiam, vt dictum eſt ſuprà. [ſunt impius & impietas eius.]Impius propter impietatem, & impietas propter ſeipſam. Vndè Iſaiæ 1. teſtatur: Feſtiuitates veſtras odiuit anima mea. Et Ieremiæ 12. Facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua, dedit contra me vocem ſuam: ideò odiui eam. Atque Oſee 9. Exoſos habui eos, propter malitiam adinuentionum ipſorum. Etenim quod factum eſt,]ſcilicet idolum, vel potiùs dæmonium in idolo habitans ac reſpondens, [cum illo qui fecit] idolum manu propria, aut per artificem fieri procurauit aut iuſſit, [tormenta patietur] æterna, tanto acerbiora, quanto grauius ſcelus eſt idololatria. [Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus:] id eſt, Deus oculo pietatis & indulgentiæ non adſpiciet idola, id eſt, dæmonia eis præſidentia, iuxta quod ſcriptum eſt: Pſal.95. Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Indurati enim ſunt dæmones, & irremiſſibilia ſunt eorum peccata, & peccant grauiſſimè, procurantes ac vſurpantes ſibi diuinos honores, auertentesque à creatoris obſequio creaturas rationales. [quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt:]Iſtud ad literam, iuxta textûs connexionẽ, de dæmonibus dictum videtur, qui ſecundùm ſuam bonam naturam creaturę ſunt Dei, ſed concomitanter, & per propriæ voluntatis peruerſitatem, factæ ſunt in odium, quia ſeipſos fecerunt Deo odibiles, & eos quos vincũt & ad idololatriam trahunt, Deo faciunt odioſos. [& in tentationem animæ hominum:]quia ex ſua inuidia aſſiduè tentant animas ad eam beatitudinem, quam ipſi perdiderunt, creatas. Vndè præhabitum eſt: Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem Sapien. 2. terrarum. [& in muſcipulam pedibus inſipientium:]id eſt, in deceptionem affectibus ac

greſſibus iniquorum,q̃ capiuntur,& irretiti tenentur à malignis ſpiritibus:q̃bus qui cõſen tiunt,verè ſunt inſipientes,qa atrociſſimis hoſtibus ſuis p̃bent cõſenſum:quod agẽdo occi- dunt atq; eternę damnationi adſtringunt ſeipſos.Sapientibus verò & iuſtis tentamenta vin centibus,facti ſunt dæmones in exercitiũ & coronam.Inſupèr verba hæc per ſe ſumpta, ſic poſſunt intelligi,quòd creaturæ iſtæ huius mũdi inferioris,putà diuitiæ,delicię & honores, ſenſuumq̃ obiecta,factæ ſunt in odium,& in tentationem animarũ hominum,& in muſci- pulam pedibus inſipiẽtium:quia in iſtis rebus creatis eſt aliquid boni delectabilis,vtilis & honeſti,videlicet aliquid pulchritudinis,& vtilitatis,& voluptatis,& honorabilitatis,per quod appetibiles ſunt,& humanum alliciunt appetitum:Sapientes verò & virtuoſi, non af- ficiuntur ad eas,nec eis vtuntur,niſi ſecundùm legem diuinã,rectamq̃ rationem.Ideò crea- turæ hæ eis deſeruiunt atq; proficuæ ſunt. Homines verò carnales,cupidi,libidinoſi,ambi- tioſi attrahuntur ab eis,ſicut mures alliciuntur à nucleo nucis in muſcipula poſitæ.Non enĩ conſiderant eas per comparationem ad Deum,ad vltimum finem,ad animarum ſuarum ſa- lutem,ſed ſolùm quo ad propriam voluptatem,aut tranſitoriam vtilitatem,ſeu temporalem honorem.Ideò ſicut mures capiuntur muſcipula,ſic ipſi per obiecta creata circunuentione
Iob 18. diabolica.Hinc fertur in Iob:Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius iuxta ſe-
Pſal.139. mitam.Ad quod pertinere myſticè poteſt illud in Pſalm. Cogitauerunt ſupplantare greſſus meos,& funes extenderunt in laqueum,iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.[initiũ enim fornicationis] ſpiritalis,ſcilicet ſuperſtitiõis idololatricæ,[eſt exq̃ſitio]id eſt, excogitatio, procuratio,formatio[idolorũ:& adinuentio illorum,corruptio vitæ eſt.]id eſt, infectio & maculatio cõuerſationis humanæ,& directè formaliterq̃ deſtructio vitæ,charitatis ac gra- tiæ,quæ conſiſtit in amore & cultu ſummi boni,cui vitæ directè contrariatur amor & ado- ratio idolorum.Deniq; cùm omnis anima ſit ſponſa Dei,aut adultera diaboli:& deſponſa- tio illa cùm Deo,per omne mortale peccatum tollatur:cõſtat,quòd omne peccatũ mortale ſit fornicatio ſpiritualis,id eſt,receſſus mẽtis à ſpõſo cæleſti,& vnio q̃dam cum diabolo,ac conſtupratio mẽtis ab illo. Hinc auaritiam appellat Apoſtolus idolorum ſeruitutem. Spe- cialiſſimè tñ idololatria eſt fornicatio ſpiritualis,qm̃ creaturam pro creatore aſſumit in deum. Similiter hæretica prauitate corrumpi, eſt ſpiritualiter fornicari.[Non enim erant ab initio,]qa in prima mundi ætate non erant,propter recẽtem memoriam creationis mundi, ex qua patuit cũctis,vnũ eſſe verũ Deũ,ſolũ adorandũ.[neq; erunt in perpetuum.]Nam per Chriſti Apoſtolos & eorũ diſcipulos,idololatria,p̃ maxima parte extincta fuit: nunq̃ tamen ex quo incepit,fuit in toto deſtructa.Nam & in aquilonaribus quibuſdã partibus mundi vi- get adhuc,vt in libro de fide & legibus refert Guilhelmus Pariſiẽſis. Sed & poſt Machome- ti deteſtabilẽ legem,immò potiùs fæcẽ & ſordẽ,multùm inualuit idololatria in populo Tar- tarorũ.Sed ante ſeculi finẽ totaliter deſtruẽda aſſerit,p̃ſertìm q̃ãdò Antichriſto occiſo,to- tum penè genus humanũ conuertetur ad Chriſtum,pauciſſimis induratis Antichriſti dem- ptis miniſtris,q tamen nõ putantur fore idololatrę,qa Antichriſtus idololatriam reproba-
1. Theſ. 5. bit,ſimulãs ſe Moſis legẽ ſeruare.Et de illis dixit Apoſtolus:Cùm dixerint, pax & ſecuritas, repentinus eis ſuperueniet interitus,ſicq̃; verificatur quod ſubditur:[Neq; erunt in perpe- tuum,]id eſt,ſemper nõ erunt.[Superuacuitas enim hominũ]id eſt,vanitas & defectus verę ſapientiæ,[hæc adinuenit in orbe terrarum,& ideò breuis illorum]ſcilicet idolorum [finis inuentus eſt.]Philo enim creditur libri huius conſcriptor,q Alexandriæ habitauit tempo- re quo beatiſſimus princeps Apoſtolorũ Romæ ſedit,& Marcus in Alexandria prædicauit: tuncq̃ue per glorioſos Apoſtolos & eorum cooperatores,idololatria vndiquè valdè extin- guebatur. Conſequenter docetur, qualiter idololatria ſumpſit exordium. [Acerbo enim luctu dolens pater] de morte filij ſui ante ſe defuncti, [citò ſibi rapti] id eſt, per mortem ſubtracti [filij fecit imaginem] pro ſua conſolatione & filij veneratione. [& illum qui tũc quaſi] id eſt, verè vt [homo mortuus fuerat,]ſicque quaſi,hîc denotat veritatem,non ſimi- litudinem tantùm.[nunc]ſcilicet facta eius imagine,[tanquàm Deum,]quum non eſſet ali- quid Deitatis,[colere cœpit] propter aliquam eminentiam, quæ videbatur eſſe in filio, quandò vixit. [& conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.]Per ſacra,intelliguntur feſ- ta,templa, vel altaria,aut ritus colendi,conſecrata filio mortuo aut eius imagini, cui ſacri- ficia iuſſit pater offerri. [Deindè interueniente tempore, conualeſcente iniqua conſuetu- dine,]aliter ſacrificandi,[hic error] ſuperſtitioſus colendi defunctum,aut eius imaginem, tanquàm lex cuſtoditus eſt,& tyrannorũ imperio colebant figmenta,]videlicet idola.Nam quidam tyranni iuſſerunt ſuiſp̃ſorum imagines coli,vt ſubditur.[Et hos]tyrannos[quos in palàm]id eſt,p̃ſentialiter homines ſubditi eis[honorare nõ poterãt,propter hoc quod lõgè eſſent,]

eſſent,]id eſt,ob hoc q̃ longa locorum diſtantia erant abſentes abinuicèm,[è longinquo fi- gura illorum allata,]id eſt,imagine talium tyrannorum apportata ad ſubditos longè abſen- tes,[euidentem imaginem regis,quem honorare volebant, fecerunt]iuxta formam imagi- nis eis miſſę,[vt illum qui aberat,tanquàm p̃ſentem colerent ſua ſolicitudine.]Auxit autem idololatriam pulchritudo imaginum.Ideò ſubditur:[Prouexit autem]id eſt, promouit [ad horum]idolorum[culturam & hos qui ignorabant,]id eſt,ſimplices & indoctos, neſciẽtes nihil eſſe numinis in illis figmentis, [artificis eximia diligentia] ad faciendam formoſam imaginẽ.[Ille enim]artifex[volens placere illi qui ſe aſſumpſit,]id eſt,principi à quo induc- tus fuit ad formandum imaginẽ.[elaborauit arte ſua]pictoria,[vt ſimilitudinem in melius figuraret:]id eſt,idolũ faceret pulchrius quo valebat.[Multitudo aũt hominũ] indoctorum [abducta per ſpeciem operis,]id eſt,per pulchritudinẽ idoli facti decepta,[eum q ante tem pus]ſcilicet nondùm facta eius imagine,[tanq̃ homo honoratus]fuit cultu duliæ tanquàm parens,aut princeps,ſeu iudex, [nunc deũ æſtimauerunt,] facta eius imagine,impendentes ei latriæ cultum.[Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio,quoniã aut affectui,aut regibus deſer- uientes homines,]id eſt,ſubditi cupientes regibus ſuis placere,vel adulari,aut propria com moda cõſequi,ex idolorũ formatione aut cultu,vt dictum eſt.[incommunicabile nomen] id eſt,deitatem,ſeu eius appellationẽ,quæ pluribus ſubſtantialiter diuerſis conuenire non poteſt,[lapidibus & lignis]id eſt,idolis ligneis ac ſaxeis[impoſuerunt.] Veruntñ per quan- dam imitationẽ & participationem diuinarũ proprietatum,aliqui appellati ſunt dij, immò & Deus,ſicut ad Moſen dñs dixit:Conſtitui te Deum Pharaonis. Et Chriſtus in Euangelio: Exod.7.
Illos,inquit,dixit deos,ad quos ſermo Dei factus eſt.Et Pſal.Deus ſtetit in Synagoga deorũ. Ioan.10.
Sicq; in lege Moſis præſidentes ac iudices,dij vocantur,iuxta illud in Exodo: Dijs non de- Pſal.81.
trahes.Et rurſùs ibidẽ:Seruus applicabitur ad deos.Vera aũt deitas & cultus latrię,creaturis Exod.22.
nequeunt cõuenire.propter quod dñs ait per Iſaiã:Ego dñs:hoc eſt nomen meum:gloriam Iſaiæ 42.
meam alteri non dabo,& laudem meã ſculptilibus.Ideoq; incõmunicabilitatem diuini no- minis tangit Pſal.dicendo:Quoniam quis Deus præter deũ noſtrum?Vndè aſſerit Ieremias: Pſal.17,
Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua,confuſus eſt omnis cõflator in ſculptili,qa mẽ- Ier.51.&10
dax cõflatio eius,nec ſpiritus eſt in eis.Vana ſunt opera eius,& riſu digna,in tempore viſita tionis ſuæ peribũt.Et denuò:Dij,inquit,qui non fecerũt cælũ & terrã,pereant de terra.De- incèps tangũtur facinora idololatriam conſecuta:[Et nõ ſuffecerat errâſſe eos circa Dei ſci entiam:] i. peruerſitati idololatrarũ ſatìs nõ fuit,tam inſipiẽter ſentire de Deo, ſeu nomen eius cõmunicare vilibus rebus.[ſed & in magno viuẽtes inſcitiæ bello,]id eſt,in grandi inſi pientia,per quam Deo,& omni veritati ac honeſtati, veræq; beatitudini repugnabant.[tot & tam magna mala,]id eſt,tam enormia ſcelera,quę mox exprimentur,[pacẽ appellant:]id eſt,ſalubria reputant ſibi.[Aut emĩ filios ſuos ſacrificãtes]idolis,q̃bus quandoq; propriã ſo- bolem offerebant in holocauſtũ,[aut obſcura ſacrificia facientes,]ſicut in ſacris Iſidis Aegy ptiæ & Cereris,q̃ fiebant nocturnis temporibus,[aut inſaniæ plenas vigilias habẽtes,]quia in nocturnis ſuis vigilijs turpiſſima & inſenſatiſſima opa cõmiſerunt, & interdùm ſacerdo- tes reddebantur arrepticij,ex diabolico ſpiritu loquentes,& quaſi vaticinãtes,ſeu q̃dam oc- culta pandentes,[neq; vitã neq; nuptias mundas iam cuſtodiũt:]qm̃ vitam ſuã ſpiritualibus atq; carnalibus maculãt vitijs,& connubia per adulteria fœdant. [ſed alius alium per inuidi am occidit,aut adulterans contriſtat,]polluendo coniugem eius: [& omnia] quæ ſequũtur peccata,[commixta ſunt,ſanguis]id eſt, effuſio ſanguinis,[homicidiũ,furtum & fictio,cor- ruptio] id eſt, violatio fidelitatis,ſeu defloratio virginũ,[& infidelitas,turbatio & periuriũ, tumultus,]i. inquietudo paſſionum ſiue ſeditio,[bonorũ Dei immemoratio,]id eſt,obliuio beneficiorum Dei,[animarũ inq̃natio,natiuitatis immutatio,] id eſt, innaturalis & Sodo- mitica cõmixtio,aut animaliũ diuerſarum ſpecierũ illicita coniunctio,[nuptiarũ incõſtan tia]id eſt,repudiatio contoralis,vel mutua vxorum mutatio ad fruendũ,[inordinatio mœ- chiæ,]id eſt,adulterationis[& impudicitiæ.Infandorum]id eſt,innominandorũ[enim ido- lorum cultura,omnis mali cauſa eſt:]quia omnia vitia poſſunt oriri,& quaſi oriuntur ex ea: ſimiliter multa mala pœnalia in p̃ſenti & in futuro.[& initiũ] non q̃ ſit prius tẽpore omni- bus alijs vitijs:qa vt patuit,in prima mũdi ætate nõ fuit:ſed grauitate quodãmodò primum eſt,& in certo genere.[& finis]id eſt,conſummatio vitiorum,quia per alia vitia merentur homines tandem in illud corruere.Et ità ſecundùm diuerſas cõſiderationes, vocatur cauſa, initium, & finis omnium vitiorum: & eadem ſpecie, non numero, idololatria hæc recipit prædicata. [Aut enim dum lætantur] idololatræ,[inſaniunt,] irrationaliter aut arrepticiè ſe habendo:[aut certè vaticinantur falſa]ex inſpiratione diabolica, [aut viuunt iniuſtè, aut

periu-

periurant citò. Dum enim confidunt in idolis, quæ ſine intellectu & ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant: id eſt, non putant, nec metuunt ſe lædendos aut puniẽdos, [Vtraque ergò illis euenient dignè.]id eſt, bina ſupplicia meritò patiẽtur: Vnum pro idololatria, aliud pro periurio. Vel pro periurio, & pro eo quòd putabant ſe periurare ac peccare impunè. [non enim iurantium eſt virtus,]id eſt, iurare non eſt commendabile, nec iuranti imputatur in laudem iurare. Ideò ait Saluator Matthæi 5. Ego dico vobis, non iurare omninò. Non quòd iurare ſit ſemper illicitum, ſed quia ruinæ vicinum eſt, nec ſine rationabili aut neceſſaria cauſa aſſumendum: pro qua, ſi admittatur, actus virtutis eſt, quæ latria nuncupatur. Sic enim iurauit Apoſtolus: Ego, inquiens, Deum teſtem inuoco in animam meam. Et iterùm: Deus mihi teſtis eſt. Vndè ſcriptum eſt: Dominum Deum timebis, & per nomen eius iurabis. [ſed peccantium pœna perambulat ſemper]id eſt, pœna iniquorum continuò augmentatur [in iuſtorum præuaricationem]id eſt, per hoc quòd præuaricantur quæ iuſta ſunt, videlicet diuina præcepta. Pœna quoquè peccantium eſt, quòd demerito culpę prioris permittuntur cadere in ſequens peccatum: & ità hęc perambulat ſemper, id eſt, aſſiduè creſcit, dum de vitijs cadũt in vitia, & de minoribus ad maiora. Ampliùs, ſicut magiſter in hiſtorijs refert: Nemroth compulit homines ignem adorare. Iudæi autem dicũt, quòd Iſmael fecit de luto ſimulacra. Alij dicunt, quòd Ninus rex Aſſyriorum de morte Beli patris ſui vehementiſſimè dolens, fecit ei imaginem, quam coli præcepit, & confugientibus ad eam tribuit libertatem. De iſta materia, & de origine ac reprobatione idololatriæ, ſubtiliter ſcribit Lactantius in Libro aduerſus gentes. Thomas quoquè in Secunda Secundæ quæſtione 94. In itinerario verò ſancti Clementis diffuſè tractatur, qualiter gentiles diuerſimodè idola coluerunt. Quidam etenim poſuerunt totum mundum eſſe vnum Deum, non propter corporalem ſubſtantiam, ſed propter animam eius, dicentes: Deũ non eſſe niſi animam, mundum ratione ac motu regentẽ. Propterea toti mundo & omnibus eius partibus æſtimabant diuinum exhibendũ honorẽ: cuius opinionis videtur & Varro fuiſſe.

Rom. 1. Deut. 6. Thomas.

¶Expoſitio Capituli decimiquinti: Tu autem Deus noſter ſuauis & verus es.

Articulus decimuſquintus.

REcitatur hîc deuotio Iudæorum ad Deum ſub lege. [Tu autem Deus noſter]qui quanuis ſis omnium Deus per creationem, generalemq; prouidentiam & conſeruationem, ſpecialiter tamen Deus noſter, per multiplicem pietatem & gratiam tuam in nobis, per cultum quoq; & deuotionem noſtram, quos tibi impẽdimus. [ſuauis & verus es,]immò ſuauitas infinita, & veritas per eſſentiam, verus quoq; in omnibus verbis tuis atq; promiſſis, [patiens,]id eſt, longanimis, nõ ſtatim vlciſcens, ſed clemẽter peccantium pœnitentiam præſtolans. Patientia autem, prout eſt virtus moralis, paſſionem triſtitiæ moderans ac refrenans, non competit Deo, niſi quantùm ad ſimilitudinem operis. [& in miſericordia diſponens omnia,]i. mundũ piè miſericorditerq; gubernãs, qa miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua. Qui pluis ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem tuũ facis oriri ſuper bonos ac malos, multaq; beneficia largiris ingratis. Nihilominùs Deus diſponit omnia in ſua iuſtitia, & item in ſapientia ſua. Iuſtus enim dñs in omnibus vijs ſuis, qui & omnia in ſapientia fecit. Hæc nanq; in eiſdem cõcurrunt effectibus, & ſapienter contẽperantur, vt dictũ eſt pleniùs. [Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus:]id eſt, adhuc in tua poteſtate, quam nuſquàm euadere poſſumus, permanemus: teq; verè Deum & creatorem noſtrũ eſſe agnoſcimus & fatemur ſaltem informi notitia, & ſic tui manemus adhuc per fidem, atque faciliùs recuperari poterimus, quàm infideles fidei fundamẽto carentes, ſicut in Euangelio teſtatur: Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum. [ſcientes magnitudinem tuam,]id eſt, maieſtatem & pietatem tuam, qua potes & paratus es nobis ignoſcere: idcircò non deſperamus, nec idola adoramus. [& ſi non peccauerimus,]mortalia euitando & in bonis perſeuerando, [ſcimus quoniam apud te ſumus computati]id eſt, inter electos numerati, atque in libro vitæ & prædeſtinationis æternæ conſcripti, in quo certus eſt numerus electorum. Vndè dixiſti: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. [Nôſſe enim te] per fidem formatam, & per ſapientiæ donum, [conſummata iuſtitia eſt, id eſt, perfectio vitæ præſentis, & felicitas inchoata. Et ſumitur hîc iuſtitia, prout eſt virtus communis. Porrò nôſſe te clarè per ſpeciem, eſt conſummata & plena perfectio omnis mentis creatæ. Vndè Iere. 9. Dominus loquitur: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorieẽ diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, q gloriaĩ, ſcire & nôſſe me. [& ſcire] modo ptacto per fidẽ & ſapientiã, [iuſtitiam tuam]increatam [& virtutem,]id eſt, omnipotentiã tuam, [radix eſt immortalitatis:]id eſt, actio

Matth. 5. Lucæ 6. Matth. 21. Matth. 5. Lucæ 6.

actio meritoria futuræ felicitatis ac beatæ incorruptibilitatis, quæ eſt immortalitas gloriæ, qua mens creata inauertibiliter eſt Deo vnita per fruitionem felicem, corpus quoq; dotem immortalitatis habebit. Vel ſcire, per ſcientiam actualem & operoſam, iuſtitiam & virtutem tuam, id eſt, ſciendo exercere actus iuſtitiæ ac virtutum infuſarum, radix eſt immortalitatis, quia ad immortalitatem beata mperducit. [Non enim in errorem]idololatriæ [induxit nos hominum malæ artis excogitatio:]id eſt, adinuentio hominum impiorum, qui arte prꝛaua operati ſunt idola. [nec vmbra picturæ:] id eſt, apparentia imaginis. [Labor ſine fructu,]i. quæ pictura facta eſt infructuoſo labore, [& effigies]id eſt, ſimilitudo [ſculpta]& decorata [per varios colores, cuius adſpectus inſenſato dat concupiſcentiam,]id eſt, affectũ inſipientis inſpectoris inclinat ad idoli cultum atq; amorem. Iſtud ad literã recitat author huius voluminis de populo Iudæorũ temporis ſui. Nam tempore Iudicum & Regum ſæpiùs idola coluerunt, etiam pro parte ad aliquod tempus poſt reditum à Babylonica captiuitate ſub Antiocho rege: ſed à tempore quo præfuerunt Ionathas ac Simon fratres Iudę Machabęi, ac deindè, non videntur in idololatriam lapſi. Nec ſtatuam Gaij Imp. miſſam eis ad adorandum, adorare acquiêrunt. Propter quod Gaius eis vehemẽter indignans, ab Herode qui ſanctum Iacobum decollauit, placatus eſt. [& diligit]ipſe inſenſatus [mortui imaginis effigiem ſine anima.]id eſt, inanimatam formam imaginis non viuentis, ſeu idoli. [Malorum] id eſt, vitiorum [amatores, digni ſunt morte]æternæ damnationis, immò & temporali. Quum enim quis peccat mortaliter, meretur à Deo relinqui, & à diabolo perimi. [qui ſpem habent in talibus,]putà in idolis, ſeu hominibus impijs, quorũ ſunt idola illa repræſentatiua. [& qui faciunt illos, & qui diligunt]eorum imagines vt colantur. [& qui colunt]Sic & Apoſtolus ait: Digni ſunt morte, non ſolùm qui faciunt ea, ſed & qui conſentiunt facientibus. Deindè per exemplum oſtendit idololatriæ fatuitatem. [ſed & figulus mollem terram] ſcilicet lutum [premens manibus,]aptando illud ad vaſis formationem, [laborioſè fingit] id eſt, format ad vſus noſtros vnumquodque vas, [& de eodem luto]id eſt, de vna parte eiuſdem luti, [fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa,] id eſt, vaſa apta & ordinata ad vſum honeſtum, vt quòd manducetur ex eis. [& ſimiliter quæ his ſunt contraria,]id eſt, de alia eiuſdem luti parte, format vaſa ad viles vſus. [horum autem vaſorum quis ſit vſus,] id eſt, ad quem vſum ſint aptiora, [iudex eſt figulus:] quia vnicuique in ſua arte perito & experto credendum eſt. His conſonat illud Apoſtoli Roman. 9. An non habet poteſtatem figulus ex eadem maſſa faciendi vas aliud in honorem, aliud in contumeliam? [Et cum labore vano]id eſt, prorſus inutili [Deum fingit de eodem luto,]id eſt, luteum idolum, quod ipſe alijque idololatræ nominant Deum. Pauperes quippe, qui de precioſis materijs non poterant ſibi idola procurare, de vilioribus materijs, ſcilicet ligno, ſaxo, luto, ea procurauerunt. [ille] ſcilicet figulus [qui paulò antè de terra factus fuerat,]id eſt, ex elementis compoſitus, in quibus in corpore humano terra prædominatur. [& poſt puſillũ reducit ſe vndè acceptus eſt.] id eſt, ex intrinſeco principio tendit ad mortem, per quam reſoluitur in ea, ex quibus corpus ſuum fuit compoſitum, quoniam ex contrarijs cõſtat. [repetitus animæ debitum quam habebat:]id eſt, exactus, Deo iubente propriam animam exhalare, ſicut requirit humana conditio. Vndè legitur Lucæ 12. Hac nocte animam tuam repetunt à te. Et ălibi dicit ſcriptura: Reuertatur puluis in terram ſuam, vndè erat, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum. [Sed eſt illi] videlicet figulo [cura, non quia laboraturus eſt] idola faciendo, [nec quoniam breuis illi vita eſt,]id eſt, de hoc, quòd vita ſua non diù durabit, hoc eſt, non ſolùm ſolicitatur propter laborem, quem habebit in idolorum formatione, nec propter vitæ ſuę incertiſſimam breuitatem. [ſed concertatur aurificibus & argentarijs:]id eſt, contendit & arguit cum artificibus operantibus ex auro & argento: non quòd artificiata ſua ſint magis precioſa, quàm artificiata illorũ: ſed quòd vel ſubtiliùs facta ſint, ſeu magis accommodè, quia paruo ſumptu poſſunt formari, & à cunctis etiam pauperibus faciliter obtineri. [ſed & ærarios]id eſt, artifices operantes ex ære, [imitatur,]faciendo idola ſimilia imaginibus factis ab illis. Et quia illi quoquè concertantur aurificibus ac argentarijs, ſecundùm ſenſum iam tactum: & quoniam idola illorum ærea, poſſunt à communi populo ſatis faciliter adipiſci. [& gloriam præfert,]id eſt, in hoc præponit artem ſuam arti ærariorum, quòd idola ſua lutea faciliùs emuntur & acquiruntur, quàm ærea. [quoniam res ſuperuacuas fingit,]videlicet luteas imagines. [Cinis eſt enim cor eius,]id eſt, propter amorem ſuum inordinatum ad terrena, cor ipſius figuli cinis vocatur & vile vt cinis, cinerique conforme: ſicut qui adhæret meretrici, vnũ corpus fit cũ illa: & qui Deo adhæret, vnus eſt ſpiritus per amorem. Per adhæſionem nãq; affectionis, vnũ alteri aſſimilatur, ſicut Auguſtinus teſtatur: Si terram amas,

Act. 12. Rom. 1. Eccles 12. 1. Cor. 6. Auguſtin.

amas, terra es. Hinc expositoriè subditur: [& terra superuacua, spes illius:] id est, in terrenis figit spem suã. Immò in luteo idolo, & in luto de quo efficit statuã. [& luto vilior vita eius] id est, propter peccata sua, ipse & cõuersatio sua, viliores sunt luto, sicut & Aristoteles asserit,
Aristotel. Impiũ hominẽ brutis milliès vilioré. Nam & eo ipso quo figit spem suã in re vili, facit ea se viliorem, quia facit se medium, & illud finẽ. Finis autem ponitur dignior his quæ ordinantur in ipsum. [Quoniam ignorauit, qui se finxit:] id est, Deum à quo tanquàm à prima prin
Iob 10. cipali; causa formatus est, etiam quantùm ad corporis formaturam, sicut sanctus Iob protestatur: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totũ in circuitu. Memento, quæsò, quòd sicut lutum feceris me. [& qui inspirauit illi animam] quam Deus creando infundit. Deniq; nõ solùm tam vilis est, qui nullam penitùs habet Dei notitiã etiam nec informem: sed item qui non habet notitiam Dei formatam, id est charitati coniunctam, q etsi dicat nõsse se Deum, factis tamen negat. [& amat quæ operatus est,] id est, idola à se facta, tanquàm deos. [& qui inspirauit ei spiritum vitalem,] id est, Deum à quo habet animam intellectualem, [non agnouit:] ideò iusto Dei iudicio permissus est cadere in tantam vesaniam, vt neglecta salute animæ suæ, lutum adoret, & solùm quæ carnis sunt quærat. [sed æstimauerũt lusum esse vitam nostram] id est, vitam nostram non æstimabant à creatore institutam ac ordinãtam ad veram beatitudinem in futuro, ad quam per virtutũ exercitia pertingeretur: sed ad præsentia bona, videlicet voluptates & opes terrenas tantummodò ordinatã, & esse letæ quid, tan-
Sapien. 2. quàm ludum, atq; in luxu, & lusibus consistere summum vitæ nostræ bonum, non in spiritualibus rebus. Hinc suprà dixisse narrantur iniqui: Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, qa ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tanquàm si non fuerimus: Fruamur ergò bonis quæ sunt: nullum pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra: vbiq; relinquamus signa lætitiæ. [& conuersationem vitæ compositam ad lucrũ:] id est, humanæ vitę conuictum & operationem, arbitrati sunt datos ac constitutos ad augendũ temporalia bona. [& oportere vndecunq; id est, quocunq; modo siue per fas, siue per nefas. Ideò subditur: [etiam ex malo] id est, iniustè, seu per fraudem violentiamq; [acquirere] transitoria bona, non ponentes prouidentiam Dei, nec futurũ iudicium, immò nec vitam aliã post præsentem. Vndè superiùs cap. 2. dicunt: Opprimamus pauperem iustum, sit aũt fortitudo nostra lex iniustitiæ. O quàm multi, adhuc tales esse nõ verentur, q furto, rapina, taxillatione, vsura, fraude, mendacio, periurio aut Simoniaca prauitate studẽt temporalia cõgregare. Verũtamen hos errores etiam nobiliores philosophi, Plato, Aristoteles, Socrates, reprobauerunt, docentes hominem, quantùm ad meliorem sui partem, habere conuenientiam quandam, cõmunionẽ atq; consortium cum intellectualibus, immortalibus, incorporeisq; substãtijs, & virtutibus debere vacare, iustitiam, sapientiamq; amplecti, & per has ad beatitudinem proficiscí, prout Plato in Phædrone & Mennone ac Timæo disseruit. Aristoteles quoq; decimo tetigit Ethicorum, disputans cõtra poëtam Simonidem, asserentem quòd homo, cùm sit mortalis, mortalia sapere ac q̃rere debeat. [Hic emẽ] vtpotè figulus idolifex, [scit] i. meritò scire debet, & faciliter potest perpendere, [se super omnes delinquere,] id est, præ cũctis hominibus quodammodò grauiùs peccare, qui ex terræ materia] putà ex luto [fragilia vasa & sculptilia] id est, idola [fingit:] quæ idola, cùm fuerint formata, ornantur ac complanantur quadam sculptura. [Omnes enim insipientes & infelices] & idololatræ, & cæteri vitiosi, qui nunc miseri
Isaiæ 16. sunt, miseria culpæ ad æternę pœnę miseriã pertrahẽte, [supra modũ animæ suę superbi,] id est, vltra propriam conditionem & potestatem se extollentes, sicut in Isaia & Ieremia fertur
Ierem. 48. de Moab: Superbus est valdè, superbia & arrogãtia eius plùs quàm fortitudo ipsius. [sunt inimici populi tui:] tales enim persequuntur ac odiunt iustos, & sæpè dominantur eis per fastum atq; tyrannidẽ: quia per tales Deus exercet, probat, purgat, coronat suos electos, sicut ait scriptura Eccl 13. Pascua diuitum pauperes. Hinc subditur: [& imperantes illi] iuxta illud Abacuk 1. Impius prævalet aduersùs iustum. [quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt,] in quo patet eorum insipientia. [quibus] idolis [nec oculorum visus est, neq; nares ad percipiendum spiritum:] id est, ad attrahendum aërem, vel ad sentiendum odoris vapo-
Psal. 113. rem, [neq; aures ad audiendum, neq; digiti ad tractandum: sed & pedes eorum pigri] id est, impotentes [ad ambulandum. homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est,] scilicet ipse artifex homo, qui animam quasi mutuò accepit à Deo, vt eam virtutibus ditet, & ipsam sic exornatam suo restituat creatori. [is finxit illos:] id est, idola illa formauit: idcircò non viuunt nec sentiunt., nec sensus nec membra humana conueniunt eis vniuocè, sed metaphoricè potiùs. [Nemo enim sibi similem homo poterit fingere.] id est, nullus homo potest formare Deum similem sibi, vitalem & intellectualem, præsertim cùm de ratione Dei sit, esse quid

quid altius homine. [Cùm sit enim mortalis] ipse homo idolifex, [mortuum] id est, non viuẽtem [fingit manibus iniquis:] id est, per manus suas sceleratas, quas exhibet arma iniquitatis tãto peccato. [Melior est enim ipse his quos colit:] id est, falsis dijs seu idolis, [quia ipse quidem vixit] cùm esset mortalis [illi autem] scilicet idola [nunquàm.] Viuum autem & intellectuale, est melius entibus quæ non viuunt. Sed obuiare videtur, quod dixit iam paulò antè, luto vilior vita illius. Et respondendum, quòd bonitate ac dignitate naturæ specificæ, melior est artifex idolis, sed moribus peior ac vitijs vilior est quàm illa. [sed & animalia] irrationalia [miserrimi] idololatræ [colunt:] qui meritò appellantur miserrimi, quoniam colunt ea, quibus ipsi sunt digniores: idcircò tali cultu non salutem, sed calamitatem mercantur: hoc est quod subditur: [Insensata enim] videlicet animalia irrationalia [comparata his] idololatris, [illis] id est, præfatis idololatris [deteriora sunt:] id est, viliora in natura & specie. [sed nec adspectu aliquod ex his animalibus] id est, nullum horum irrationalium animalium, suo adspectu sensitiuo [bona potest conspicere:] id est, ea quę verè bona sunt ac salutaria, valet discernere cùm careat ratione. Idcircò nec proprios noscit cultores, ideò stultum est colere illud. Vel sensus est, quòd homo suo adspectu seu consideratione, nõ potest perpendere aliquod irrationalium animalium esse bonum, seu bona includere, propter quę colendum existat. [effugerunt autem Dei laudem,] id est, miserrimi idololatræ recesserũt à laudibus creatoris, & fugerunt ab eius obsequio, seruiẽtes creaturæ magis, quàm creatori: ideò Rom. 1.
effugerunt [& benedictionem eius.] id est, dona gratię Dei non sunt consequuti, quia auerterunt se indè, dilexeruntq; maledictionem, & veniet eis.

¶Elucidatio Capituli 16. Propter hæc & his similia. Articulus 16.

HIstoriæ quædã veteris Testamenti in isto capitulo, sicut & in quibusdam alijs, breuiter recitantur cum declarationibus earũdem. [Propter hæc & his similia] id est, prætacta in præcedenti capitulo scelera, & potissimè idololatriæ crimina, [passi sunt dignè tormenta,] id est, idololatræ iustè perpessi sunt diuersa supplicia: atq; ad literam fit de Aegyptijs sermo, sicut ex consequentibus innotescit. [& per multitudinem bestiarum exterminati sunt,] id est, valdè afflicti, putà per ranas, muscas, cyniphes, à quibus tamen non leguntur occisi. [pro quibus tormentis] id est, vice & loco tormẽtorum illorum Aegyptijs inflictorum, [benè disposuisti populũ tuum] Israel, [quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui,] id est, rem ab eis concupitam boni saporis, ideò subditur: [nouum saporem,] id est, cibum noui saporis, quem anteà non erant experti, [escam parãs] id est, mittens ac prouidens [eis ortygometram,] id est, coturnicem, iuxta illud in Psal. 104. Petiérunt, & venit coturnix: hoc est, auium illarũ multitudinem copiosam. Vndè Num. 11. legitur: Ventus egrediens à Domino, arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra. [vt illi quidem] puta Aegyptij [concupiscentes escam] more consueto [propter ea quæ illis ostensa & missa sunt,] id est, ex horrore paruorum venenatorum & vilium animalium, scilicet ranarũ, muscarũ, &c. per quæ plagati fuerunt, [etiam à necessaria concupiscentia] id est, appetitione alimentorum, [auerterentur,] in pœnam suorum facinorum: nam ranæ illæ innumerabiles atq; fœdissimæ, intrauerunt reliquias ciborum Aegyptiorum, vt Exod. 16. habetur. Sicq; cibi illi eis in nauseam vertebãtur. [hi autem] scilicet filij Israel [in breui inopes facti,] quia quæ secum detulerunt ex Aegypto, citò fuerunt comesta, ità quòd ex inopia indigerunt supernaturali Dei prouisione. [nouam gustauerunt escam:] id est, conturnices & etiam manna. Veruntamen carnes illas petiêrunt peruersi & ingrati, ipsum manna fastidiẽtes, atq; dicentes: Anima nostra arida est, nihil aliud respiciũt oculi nostri nisi man. [oportebat emẽ] Num. 11.
secundùm ordinem diuinæ iustitiæ [illis] vtpotè Aegyptijs [sine excusatione] id est, euasione [quidem superuenire interitum,] potissimè his qui in mari rubro demergebantur, quia induratissimi erant, nec ex tot ac tantis prodigijs fuerunt conuersi. propter quod inexcusabiles fuerant: illis, inquam [exercentibus tyrãnidem,] id est, crudelitatem in Israelitas, quos ferociter oppresserunt, [his autem] scilicet Hebræis [tantùm ostendere] per euidẽtiam facti, quemadmodùm inimici illorum] puta Aegyptij [exterminabantur] per plagas eis inflictas, quod fuit ad filiorum Israel consolationẽ, qui zelo iustitiæ de Aegypti percussionibus poterant gloriari. Sed quia his obijci posset, quòd etiam filij Israel per serpentes plagati sunt, subditur: [etenim cùm superuenit illis] putà Hebræis [sæua bestiarũ ira,] videlicet furor serpentium q eos inuaserunt, eo quòd contra nm murmurâssent, dicẽtes ad Mosen: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, vt Num. 21. describitur. Vndè subiungitur: [morsibus peruersorum] id est, feralium

[colubrorum exterminabantur:]quia multi de populo Iſrael,ab illis ſerpẽtibus occidebantur.[ſed non in perpetuum permanſit ira tua:]id eſt,punitio illa tua iuſta.Deo nanq; iubẽte,Moſes fecit &erexit ſerpentem æneum,quem intuendo ſanabantur percuſſi.[ſed ad correctionem in breui turbati ſunt:]id eſt,ad modicum tempus fuerunt ità plagati, vt decæterò meliùs ſe haberent:& qui occiſi fuerunt per temporalem mortem,euaderent ęternalem: quam & euaſerunt,qui in ſua temporali punitione pœnituerunt.[ſignum habẽtes ſalutis,]
Num. 21. videlicet ſerpentem æneum,qui fuit ſignũ curationis præfatæ,nõ cauſa.Vndè dñs Moſi dixit:Fac ſerpentẽ æneum,& pone eum pro ſigno.[ad cõmemorationem mandati legis tuæ,] id eſt,quatenùs ſigno illo admoniti,decęterò memores eſſent prȩceptorũ legis quam dediſti per Moſen.[Qui enim cõuerſus eſt,] id eſt,quicunq; ex filijs Iſrael pœnituit,& pœnitendo ſerpentemq; æneum intuendo curabatur.[non per hoc quod videbat,]id eſt,nõ virtute illius ænei ſerpẽtis[ſanabatur,ſed per te omniũ ſaluatorem.]id eſt, virtute tua diuina q ſaluas non omnes, ſed cunctos qui ſaluãtur.Iuxta quem ſenſum fertur in Pſal.144.Alleuat dominus oẽs qui corruunt,& erigit omnes eliſos. Porrò Deo proprium eſt ſaluare. Qui Iſaiæ 45.teſtatur:Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me.Oſee quoq; 13. Ego dominus Deus tuus,& Saluator non eſt præter me.Prærerea Deus per ſerpentẽ æneũ ſic voluit ſubuenire, ad præfigurandum myſterium paſſionis,redemptionisq; Chriſti.Ideò ait gloſſa:Non ſerpens ęneus ſaluauit illos,ſed ſacramentũ myſterij,id eſt,mors Chriſti in ſerpente p̃figurata.Chriſtus quippe antiquum ſerpentem triumphauit in cruce,& eius venenum deuicit:vt qui verè imaginem Chriſti & eius paſſionem conſpexerit,ſaluetur.Vndè dicitur Ioan. 3.Sicut Moſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto,ità exaltari oportet filium hominis:vt omnis qui credit in ipſum, non pereat,ſed habeat vitam æternã.Rectè æneus ſerpens in ligno ſuſpenditur. Aes enim cæteris durabilius eſt metallis. In ſerpente ergò Chriſtus mortuus deſignatur, in ære æternus inſinuatur:quia mortuus per humanitatem,quaſi non mortuus eſt per diuinitatem.
Num. 21. [In hoc autem]miraculo, quo ità ſanâſti percuſſos ab ignitis ſerpentibus,per ænei ſerpentis intuitum,[oſtendiſti inimicis noſtris,]putà Aegyptijs, quandò hoc ipſum deuenit ad eorum notitiam. Vel Aegyptijs,qui egreſſi erant Aegyptum cum filijs Iſrael, & anteà quandoquè erant aduerſarij Iſraelitarum.[quia tu es qui liberas ab omni malo: illos enim]putà Aegyptios [locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus,]Ex quo elicitur,quòd aliqui Aegyptiorũ obiẽrunt ex punctionibus morſibusq; muſcarũ ac locuſtarũ,quod tamẽ in Exodo non legitur euidẽter.[&non eſt inuenta ſanitas animę]id eſt,vitę animali[eorum:]qa curati non ſunt, ſed occiſi, nec anima eorum pœnituit. Veruntamen ad tempus ſuſpendit & interrupit Deus plagas Aegyptiorum, ſed impœnitentibus paulò pòſt grauiores inflixit.[qa digni erant]Job duritiã & impœnitẽtiam ſuã [ab huiuſmodi]plagis [exterminari.Filios aũt tuos]adoptiuos Hebræos,q de ſuo exceſſu pœnituerãt,[nec draconum,nec venenatorum] ſcilicet ignitorum ſerpentium[vicerunt dentes:] id eſt,morſus dentium nõ occiderũt.Deniq; draco ſerpens quidã eſt & maximus inter ſerpentes, ſicut elephantus inter bruta terræ, & gryphes inter aues.[miſericordia enim tua aduenięs,]id eſt,illis ſuccurrens per æneũ ſer-
Num. 21. pentis intuitum,ſicut prædictum eſt,[ſanabat illos:]qui pœnitentes confugerũt ad Moſen, deprecãtes vt oraret pro eis.[immemoria enim ſermonũ tuorũ] id eſt, propter obliuionem verborum ac p̃ceptorum tuorum[exterminabantur:]ficq; quod dicitur, immemoria, vna eſt dictio,vel duæ ſunt dictiones,vt ſit ſenſus:In memoria,id eſt,ad hoc,vt decęterò memores ſint corde & opere ſermonũ tuorũ,exterminabantur,id eſt, lædebantur. [& velociter ſanabantur,]qui pœnitebant per modũ p̃habitũ. Vel exterminabantur,id eſt, quidã occidebantur,vt alij q ſanabantur,memores tuſ eſſent:& ita quanuis q̃ dicitur, exterminabãtur & ſanabanẽ,videatur ad eoſdẽ referri,tamẽ ad diuerſos refertur, iuxta vnã regularũ Tichonij. Iuxta quem modum fertur in Pſal.77.Cùm occideret eos,quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebãt ad eũ.[nè in altam]id eſt,profundã,grauem & obſtinatam [incidentes obliuionẽ]maieſtatis & beneficientiæ tuæ,[non poſſent tuo vti adiutorio:]id eſt,omninò inhabiles fierẽt & inepti ad impetrandũ auxilia pietatis ac gratiæ tuæ. Nempe qui ingratus eſt de prȩteritis donis,futuris indignus eſt.[Etenim neq; herba]medicinalis naturalis,[neq; malagma]id eſt,medicamentũ ſeu emplaſtrũ artificiale,[ſanauit illos]à morſu ſerpẽtum,& multo minùs à vulneribus animarũ,[ſed tuus dñe ſermo,q ſanat omnia.]id eſt,imperium tuũ. ſic em̃ in ſcripturis ſumit̃ ſermo,ſeu verbũ,iuxta illud Pſal.148.Ignis,grãdo,nix,glacies,ſpiritus procellarũ,quæ faciũt verbũ eius.Itemq; Pſal.102. Benedicite dño angeli eius, potentes virtute,facientes verbũ illius.Et Apoſtolus Heb.1.dicit,Portãsq; omnia verbo virtutis ſuæ.q ſanat omnia q̃ ſananẽ,vel quædã de omnibus,ſeu oñia,quãtùm in ſe eſt. Etenim dixiſſe

dixiſſe Dei,feciſſe eſt,ſecundùm Hieronymum.Et idem eſt aliquid fieri Deo volẽte,& Deo agente,ſecundùm Auguſtinum.Profundiùs tamen per ſermonem Dei,intelligitur verbum patris æterni,de quo Heb.4.ait Apoſtolus:Viuus eſt ſermo Dei & efficax.Hic ſermo,Saluator eſt mundi,per quem ſicut pater omnia fecit,ſic cũcta refecit.[Tu es dñe qui vitę & mortis habes poteſtatem:]id eſt,vitã naturæ,vitam gratiæ,vitamq; gloriæ,dare,cõſeruare,atque auferre potes:vitam q̃ppe naturæ aufert directè,tanquàm malum pœnæ,vitam gratiæ,indirectè & permiſſiuè:vitam gloriæ nunquàm aufert à beatis,quãuis de potentia abſoluta hoc poſſit,ſed ab his qui ad horã ad eam admiſſi creduntur,vt Paulus & Moſes,abſtulit eã.Hinc 2. Cor. 12.
ait Apocalypſis 1.Habeo claues mortis & inferni.[& deducis ad portas]i. ingreſſum [mortis,& reducis:]id eſt,corporaliter quos vis occídis,& eoſdẽ dum vis,ad nutum rurſùs viuifi- Exod. 19. & 34.
cas.Quod & Chriſtus inter homines corporaliter cõuerſans,ſæpiùs fecit,& multo frequentiùs per ſuos diſcipulos.Vndè Deut.33.Ego,inquit,occídam,& ego viuere faciam. Ad portas demùm ſpiritualis mortis,nõ niſi permiſſiuè deducit.Portæ verò mortis corporalis,poſſunt etiam dici infirmitates incurabiles & lœtales.Inſuper ad portas mortis infernales effici enter deducit eos,q in culpa moriũtur mortali, & quos vult ex ſpeciali gratia indè reducit, iuxta illud 1.Reg.2.Deducit ad inferos & reducit.[Homo autẽ occídit qdem per malitiam] id eſt,per propriam atq; ſpontaneam prauitatem cogitationis,affectionis,locutionis,commiſſionis,aut omiſſionis[animam ſuam]morte culpę,de qua loqtur Chriſtus:Dimitte mor- Matth. 8.
tuos ſepelire mortuos ſuos.Atq; Apocalyp.3.Nomen habes quòd viuas, ſed mortuus es. & Lucæ 9.
ipſa malitia formaliter eſt mors animæ:ſed inquantùm ex propria oritur voluntate, dicitur homo per ipſam malitiam ſuam occídere animam:nec poteſt alter occídere animam hominis huius aut alicuius alterius, niſi diſpoſitiuè, & homine iſto volente,cuius peccatũ eſt aliquo modo voluntarium.Ideò nulla nocebit ei aduerſitas,nulla tẽtatio, nulla iniuria, ſi non dominetur ei propria culpa, vel conſenſus illicitus.[& cùm exiẽrit ſpiritus,nõ reuertetur:] id eſt,cùm anima de corpore per mortem exiẽrit, non redibit in illud de lege communi,naturali; curſu:quanuis ſupernaturaliter poſſit corpori ſuo rurſùs vniri.Ideò ſanctus Iob di- Iob 16.
xit:Viam per quam non reuertar,ambulo.[nec reuocabit]quis [animam quæ recepta eſt]à Deo,qui corpori eam immiſit,id eſt,poſt exitum à corpore, alicui receptaculo ſecundùm ſuorum exigẽtiam meritorum deputata eſt à iudice Deo.Porrò de receptaculis animarum, quæ & quot ſint,quarto Sententiarum tractatur.Iam equidem ſunt,infernus,Purgatorium, limbus puerorum,& regnum cælorum.Sed ante Saluatoris aduentũ, fuit & limbus patrum. [ſed tuam manum]id eſt,poteſtatẽ[effugere,impoſſibile eſt:]iuxta quod ait Pſalmiſta:Quò Pſal. 138.
ibo à ſpiritu tuo?& quò à facie tua fugiam?Ideò Ionas qui fugit à facie domini,deprehenſus Ionæ 1.
fuit in mari.Hinc conſultiſſimum eſt,vt qui omnipotentis manum non valemus effugere, non ceſſemus ad eius pietatem obedienter humiliterq; confugere. [negantes enim te nõſſe impij]putà Aegyptij, quorum rex dixit:Neſcio dominum.[per fortitudinem brachij tui fla- Exod. 5.
gellati ſunt]varijs plagis,ſicut expoſitum eſt.[nouis aquis & grandinibus,& pluuijs perſecutionum,]id eſt,debitam punitionem paſſi ſunt,[& per ignẽ conſumpti,]id eſt,per aquas, grandines,pluuias inſolito modo generatas,& ſuperuenientes.Nam & fluuij Aegyptiorum computruerunt,& ſuas ripas forſitan exeuntes,damna intulerunt eiſdẽ. Et vt legitur Exod. 9. Dñs pluit ſuper terrã Aegypti grandinem copioſam ac maximam, & ſimùl cum grandine deſcendit ignis & diſcurrentia fulgura, ex quibus multi Aegyptiorum extincti ſunt. [Quod enim mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit,]ſpecialiter ignem, cui ſua frigiditate & humiditate contrariatur,[plùs ignis valebat,]id eſt,ignis ille qui ſimùl ferebatur cum grandine & pluuia, intenſiùs viguit & grauiùs nocuit ipſis Aegyptijs, quoſdam eorum incendendo, & terræ naſcentia quædam vaſtando.[vindex eſt enim orbis iuſtorum,] id eſt, vniuerſitas creaturarum,te iubẽte,vlciſcitur iuſtorũ iniurias,& contra iniuſtos conſurgit,ac creatoris inhonorationem parata eſt vindicare. [Quodam enim tempore] dum ſcilicet Aegyptij varijs plagis puniebantur, [manſuetabatur ignis,]id eſt, vim ſui caloris non exercebat in quædam,vt ſubditur:[nè comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia,] id eſt, nè parua ac vilia animalia à Deo miſſa ad puniendos Aegyptios, læderentur ab igne qui ferebatur mixtim cum grandine. [ſed vt ipſi videntes] id eſt, vt Aegyptij conſpicientes qualiter ignis ille non egit in illas beſtiolas ipſis nocuas, ſed eorum iumenta vtilia, ſcilicet equos,boues,vaccas,combuſſit.[ſcirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perſequutionem:]id eſt,ex tanto ſigno aduerterent,quòd Deo iubente paterentur huiuſmodi plagas.[Et quodam tempore in aquã ſuper virtutem]id eſt, vltra naturalem vim ſuam[ignis ardebat vndiquè] quandò videlicet ignis ſimùl cũ imbre & grandine ferebatur,

vt dictum eſt,[vt iniquam terræ nationem exterminaret,] id eſt,Aegyptios dirè vexaret,& quoſdam eorum occideret.[pro quibus]id eſt, vice & loco tãtarum plagarum,[angelorum
Exod.16. eſca]ſcilicet manna miniſterio angelorum exhibito ac deſcendente,[nutriuiſti populũ tuum]Iſrael,[& paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore.] Nam angeli formauerũt manna in cælo aëreo,& fecerunt illud ſimùl cum rore deſcendere.Filij autem Iſrael collegerunt manna,quod erat quaſi ſemen coriandri, & indè fecerunt panes: ità quòd ſine eorum labore manna peruenit ad eos.[omne delectamentum in ſe habẽtem,& omnis ſaporis ſuauitatem.]Naturalis ſapor mãnæ fuit vnus, de quo Exod.16.ſcriptum eſt:Manè ros iacuit per circuitum caſtrorum,& apparuit in ſolitudine manna minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram:quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque eius quaſi ſimilæ cum melle.Idcirco quod dicitur hîc habuiſſe omne delectamentum & omnis ſaporis ſuauitatem,non erat naturale,nec ex natura & vi mannæ,ſed diuina virtute:quemadmodùm etiam ipſum manna in ſe (vt dictum eſt) dulce,videbatur iniquis inſipidum,q dixerunt:Anima noſtra naueat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Iuſtis verò & Deo gratis ſapiebat
Num.21. quaſi omnium habens ſaporum ſuauitatem.Hinc ſubditur:[ſubſtantiam enim]id eſt,opulentiam tuam,[& dulcedinem]id eſt,piam & charitatiuam munificentiam] tuam,quam in filios]adoptiuos,quales tunc erant multi in Iſrael, [habes, oſtendebas] per tam præclarum miraculum,& delicatam iuſtorum illorum refectionem,[& deſeruiẽs]mãna[vniuſcuiuſq;] iuſti[voluntati,ad quod quiſq; volebat,conuertebatur.]id eſt,ad præbendum talem ſaporem,qualem talium quiſq; optauit,ſapiendo nunc vt panis,nunc vt carnes, nunc vt piſces. [Nix autem & glacies]id eſt,nix & grandines(quæ ſunt aquæ congelatæ,& cum igne, vt dictum eſt,deſcendebant)[ſuſtinebant vim ignis,& non tabeſcebãt:]id eſt,abſq; corruptione & liquefactione ſuſtinebant ſupernaturaliter ignis illius calorem. [vt ſcirent, quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis:]id eſt,quatenùs filij Iſrael aduerterẽt,& ſuper hoc gratias Deo referrẽt zelo iuſtitiæ,quod ignis illefardẽs in grandine, & in pluuia coruſcãs,] deſtruxit terrænaſcentia Agyptiorum.[Hoc autem ſi rerùm, vt nutrirentur iuſti, ignis etiam
Dan.3. ſuæ virtutis oblitus eſt:]id eſt,hoc rurſùs mirabile fuit, quòd ignis ſuã naturalem actionem non exercuit in quibuſdam,vt iuſti nutrirentur ex his, quæ ignis (vt naturaliter potuiſſet) non conſumpſit.Aliqui autem exponunt iſtud de Anania,Azaria,Miſaële,quos ignis fornacis non læſit,vt nutrirentur;id eſt,in vita manerent,atque reficerentur. Alij applicant iſtud ad filios Iſrael in Aegypto,qui habitabant ibi in terra Ieſſen,quam ignis ille Aegyptios vaſtans,non intrauit,nec Hebræorum læſit iumenta: quum tamen naturaliter ſe forſitan diffudiſſet in terram Ieſſen,& læſiſſet ibidẽm pecora Hebræorum. [Creatura enim] etiam inanimata[tibi factori deſeruiens,excandeſcit]id eſt,acuitur & quaſi ira feruens, intenſè mouetur[in tormentum]id eſt,ad inferendum pœnas[aduerſùs iniuſtos:] id eſt, ipſis iniuſtis ac reprobis non ad bonum correctionis,ſed ad malum extremæ perditionis eorum.[& lenior] id eſt,mitior ac conueniẽtior[ſit ad beneſaciendum pro his, qui in te confidunt,] id eſt, ſperantibus in te]ad profectum ac ſalutem ipſorum. Finaliter tamen ad honorem & gloriam tuiſpſius, qui es vniuerſorum vltimus finis,ad quem omne bonum eſt referendum,qui & propter teipſum operatus es omnia. [Propter hoc & tunc omnia transfigurata,] id eſt, ignis, aqua, manna,de quibus iam dictum eſt, mutata tunc à naturali curſu, proprietate,& actione,ità quòd ignis in aqua plùs viguit,ſicut præhabitum eſt. [omnium nutrici gratiæ tuæ]id eſt,tuæ gratioſitati,ſeu gratioſæ voluntati omnibus prouidenti,[deſeruiebant,] obediendo eidem ad nutum:[ad voluntatem horum qui à te deſiderati ſunt,]id eſt,iuxta deſiderium & petitionem filiorum Iſrael,quorum profectum & ſalutem ſpecialiter deſiderâſti,de quibus Deuter.5.locutus es Moſi:Quis det talem eos habere mentem,vt benè ſit eis? Iſaiæ quoquè 48.Vtinàm attendiſſes mandata mea,[vt ſcirent filij tui,quos dilexiſti dominc,]id eſt,filij Iſrael ſpecialiter tibi chari,quibus in veteri teſtamento multa & magna beneficia ſpecialia,tam ſpiritualia quàm corporalia tribuiſti.De quibus ſcriptũ eſt Deut.4.Non eſt alia natio tam grandis.Et rurſùs Deut.7.Te elegit dñs,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram,quia dilexit vos dominus. [quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines:]id eſt,quòd non ſoli fructus nati ex terra,ipſos homines alunt,[ſed ſermo tuus]id eſt,tua inſtructio & doctrina,[hos qui in te crediderunt] fide formata,[conſeruat] in eſſe,ſtatuq; gratiæ ac virtutum:& ſic ſpiritualiter reficit atq; viuifi-
Matth.4. cat eos,iuxta illud:Nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.
Deut.8. Ideò admonemur Iaco.3.In mãſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ,quod poteſt ſaluare animas veſtras.[Quod enim ab igne nõ poterat exterminari,]ſcilicet manna quod coquebat & indura-

durabatur ad ignẽ.[ſtatim ab exiguo ſolis radio calefactũ tabeſcebat,]id eſt,liquefiebat[vt notũ omnibus eſſet,qm̃ oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuã,] id eſt, quatenùs cũctis filijs Iſrael innoteſceret,quòd ante ſolis ortum,adſpectum, ſeu elationem notabilem ſuper noſtrum horizontem,vel antequàm ſol magnum in terra calorem produceret,oportuit eos accedere ad colligendum manna,quod vocat benedictio Dei,id eſt,donũ ab eo gratis exhibitũ. Vndè & Abigail 1.Reg. 25.ait ad Dauid:Accipe benedictionẽ ancillę tuę,id eſt, eſcam quã attuli ad te.Hinc Exod.16.fertur:Colligebãt manè ſinguli,quãtum ſufficere poterat ad veſcendũ.Cumq; incaluiſſet ſol,liquefiebat.[& ad ortum lucis te adorare,]id eſt,ſtatim Sole oriente, & radios ſuper terram diffundẽte,te inuocare,& grates tibi refundere pro beneficijs tuis:itaq; quod ait,oportet ad ortum lucis te adorare,nõ eſt intelligendum,q ſecundùm legẽ Moſis iuſſum aut licitũ fuerit adorare verſùs orientẽ,ſed ad occidentẽ:quia & tabernaculũ Moſis tẽplumq; Salomonis reſpiciebant ad occidentẽ,& ab oriente intrabatur in ea.Nam in Exodo iuſſum fuit,verſùs occidentẽ fieri adorationem,& hoc,vt populus Iſrael veri Dei cultor,à gentibus diſtingueret,q ferè oẽs verſùs orientem orabant, ad honorem ſolis ac planetarũ,qui oẽs ab illa cæli parte ſuper terrã aſcendunt.Hinc ab Ezechiele increpantur,q verſùs orientẽ orabant.Hinc quòd dictũ eſt,ad ortũ ſolis,non denotat ſitum loci, ſed certam temporis horã,de qua loquit Iſaias cap.26.De manè vigilabo ad te.Et Pſalmiſta: Pſal.5.
Manè adſtabo tibi,& videbo.Vndè & Eccl 39.legitur:Sapiens cor ſuũ tradet ad vigilandum diluculo, ad dñm qui fecit illum.Sic ergò oportet adorare,& Deo regratiari.[Ingrati enim ſpes tanquàm hybernalis]id eſt,hyemalis[glacies tabeſcet,]id eſt,ſpes ingratorum nõ conſequetur ſalutem.Sed ſicut glacies calore citò diſſoluitur,ſic illa priuabitur optato effectu. [& diſperiet tanquàm aqua ſuperuacua:]id eſt,omninò peribit,& ipſe ingratus damnationem incurret:ſicut aqua ſuperflua defluendo citò percurrit,ac deficit.Hinc dictũ eſt ſuprà cap.5.Spes impij tanquàm lanugo.Et in Pſal.1.Iter impiorũ peribit.Iob quoquè 40.legitur de iniquo:Eccè ſpes eius fruſtabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur. Sic & ſpes perfidorum Iudæorum,regem Meſſiam adhuc præſtolantium, & domino Ieſu Chriſto ingratiſſimorũ,quæ ſpes frigore infidelitatis atq; duritia obſtinationis inſtàr glaciei cõſtricta eſt,apparente Sole iuſtitiæ Chriſto domino,penitùs confundetur.

¶Elucidatio cap.17.Magna enim ſunt iudicia tua domine. Artic. 17.

QVàm diuerſimodè deus ſe habeat circa electos & reprobos,hîc docetur.[Magna enim]id eſt,ſancta,iuſta,ſapientialia,& pclara[ſunt iudicia tua domine,] id eſt, decreta ſapientiæ atque iuſtitiæ tuæ, ſeu earundem effectus,in rationalibus creaturis,cenſuræ quoquè ſapientiæ tuæ in temetipſo. Vndè ait Pſalmiſta: Iuſtitia tua ſicut montes Dei,iudicia tua abyſſus multa.Hinc clamat Apoſto- Pſal.35.
lus Roman.11.O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.Vndè & Apocalypſis 15. fertur: Magna & mirabilia ſunt opera tua domine, Deus omnipotens, iuſta & vera iudicia tua. Horum iudiciorum ratio poteſt eſſe occulta,non autem iniuſta.[Et inenarrabilia verba tua]id eſt,verba illa interna,quæ tu Deus in cordibus loqueris electorum, plenè exprimi nequeunt: præſertim profundiora illa eloquia & ſecreta, quæ meliùs intelligi poſſunt quàm eloqui.Vndè & ſanctus Apoſtolus 2. Corin. 12.affirmat ſe audiuiſſe arcana verba,quæ non licet homini loqui.Eccleſiaſtici quoquè 36. oratur:Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis. Frequẽter etiam per verba deſignantur facta, ſeu opera quæ ſignificantur per verba,quæ Dei opera frequenter inenarrabilia ſunt.[propter hæc indiſciplinatæ animæ errauerunt:]quæ tua iudicia non verentur,nec tuis obediunt verbis,ſed incultæ ſunt moribus atque indomitæ,quales fuerunt Aegyptij,de quibus ſubiungitur:[Dum enim perſuaſum habent iniqui,] id eſt, quoniam ſibijpſis perſuaſerunt,[poſſe dominari nationi ſanctæ Iſraeliticæ plebi,quam putabant non poſſe liberari à Deo ſuo de ſeruitute ipſorum,vinculis tenebrarum,]id eſt,infidelitatis & errorum ſuorum,[& longæ noctis]id eſt,obſtinatæ excæcationis [compediti,] id eſt,mente ligati & capti.Vel vinculis tenebrarum palpabilium,quas ſuſtinuerunt,& longæ noctis,quia tribus diebus durauit illa caligo,vt legitur Exod. 10. [inclusi ſunt tectis] qa intra tantum tempus nullus ſe mouit de loco ſuo.[fugitiui.] quia timore imminentium plagarum, quandoquè hincindè fugerunt, [perpetuæ prouidentiæ iacuerunt:] id eſt, diuinæ prouidentiæ erant, vellent nollent, ſubditi & proſtrati, ſuſtinendo ineuitabiliter pœnas, quas Deus eis inferre præordinauit.[Et dum putant ſe latére in obſcuris peccatis,]id eſt, diuinæ prouidentiæ non patére in occultis peccatis,quæ vel ſecretè, vel in tenebris faciunt,iuxta illud Pſalm. 138. Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio

Isaiæ 29. mea in delicijs meis. De quibus ait Propheta: Quorum sunt in tenebris opera, & dicũt, nominus non videt. [tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt,] id est, propter suam terrimam obliuionem, qua obliuiscebantur Dei, qua corda eorum erant operta, tãquàm velamento, sicut ait Apostolus Ephes. 4. Tenebris obscuratũ habentes cor. [pauentes horrendè,] id est, terribiliter formidantes ex plagis imminentibus aut infligendis, [& cum admiratione nimia perturbati:] quia de tanta sua deuastatione ac deiectione, maximè mirabantur ac turbabantur, videntes filos Israel, quos paulò antè pro nihilo reputabãt & oppressérũt, tam inopinatè superiores eis effectos, seu desupèr defensatos: ità quòd rex Aegypti cõpulsus est veniam postulare à Mose, & liberationem à plagis immissis. [neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat.] id est, etiam in suis latibulis, in quæ confugerunt ex plagarum horrore, vehementer timebant. [Quoniam sonitus descendens,] id est, de aëre veniẽs, putà tonitruum, vel quicunq; aëris fragor, [perturbabat illos.] homines enim in aduersitatibus & diffortunijs positi, faciliter perterrentur. [& personæ tristes illis apparentes, pauorẽ illis præstabãt.] Homines quippe formidolosi & angustijs pleni, patiũtur in somno, immò & in vigilia, tempore noctis præsertim, imaginationes terribiles: & sæpè apparent eis miserabilium personarum phantasmata, timorem eis incutientia, ad quod dæmones sæpè cooperantur. Ideò ferturin Psalmo: Misit in eos iram indignationis suæ immissiones per angelos malos. Nam & sanctus Iob in percussionibus positus, dixit: Terrebis me per somnia, [& ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere:] id est, ignis nulla sua claritate aut vi poterat Aegyptijs lucem exhibere triduo illarum palpabilium tenebrarum, propter nimiam densitatem earum. [nec siderum lympidæ flammæ] id est, claræ scintillationes & irradiationes stellarum [illuminare poterant illam noctem horrendam,] tam diù durantem. Vel quia aër capax non fuit, nimiùm ingrossatus, vt aliqui dicunt: vel vt potiùs creditur, quoniam sicut Deo iubente sol radios suæ lucis subtraxijt Aegyptijs tribus diebus, sic planetæ & stellæ noctibus illis. [apparebat autem illis subitaneus ignis timore plenus.] hoc dispensatiuè contingere potuit ad maiorem Aegyptiorum afflictionem, vt suam inspicientes dispositionem & cladem ad modicam moram, grauiùs angustiarentur. Vndè subiungitur: [& timore percussi illius, quæ nõ videbatur, faciei,] id est, valdè perterriti imaginaria apparitione facierum miserabilium, quæ in veritate non aderant, [æstimabant deteriora esse quæ videbantur:] id est, putabant quòd magis periculosa & nociua essent quæ apparebant, quàm erant: sicut communiter putant hi, quibus talia appárent in somno. [& magicę artis appositi erant derisus:] id est, cęteris miserijs & flagellis Aegyptiorum apposuit Deus irrisiones, & confusiones magorum & maleficorum, quos Pharao aduocauit, vt resisterent Mosi, cœperuntq; ei resistere, sed defecerunt, non valendo producere cyniphes, vt dicitur Exod. 8. Et paulò pòst fuerunt vulnerati vulceribus vesicarum turgentium, ità quòd stare non poterãt coram Pharaone, nec seipsos, nec alios adiuuare, vt patet Exod. 9. Hinc additur: [& sapiẽtiæ gloriæ correctio:] id est, Deus addidit illis correctionem vanæ gloriationis, qua de sapiẽtia magorum gloriabantur, quam gloriationem Deus correxit. [cum contumelia,] ostendens magorum insipiẽtiam, per confusibilem ipsorum vulnerationem præfatam. [illi enim] scilicet Magi, [qui promittebant timores & perturbationes expellere se ab anima languente,] id est, qui præsumpserunt & asseruerunt, q; ab Aegyptijs expellerent anxietates & inquietudines, quas sustinuerunt ex plagis Dei, [hi cũ derisu pleni timore languebãt:] id est, sicut & cæteri, vulnerati fuerũt, ac territi ex flagellis altissimi. [Nam etsi nihil illos ex mõstris perturbabat,] id est, quãuis magi illi non terrebantur ex monstrorũ terribilium facierũ apparitione, quoniã assueti erant talia sæpè videre, quemadmodùm Balaam, alloquente eum asina sua, non fuit turbatus, vtpotè talibus monstris assuetus, secundùm Augustinum, [trãsitu animalium, & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant.] Quia postquàm in seipsis experti fuerunt acerbitatem plagationis eis infligatæ, cœperunt timere, etiam solo adspectu ac sonitu animalium nociuorum. Hinc 2. ad Tim. 2. scribit Apostolus: Quemadmodùm Iamnes & Mambres restiterunt Mosi, ità & hi resistunt veritati: sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. [& aërem quem nulla ratione qs effugere posset,] id est, sine cuius respiratione nemo potest viuere, [negantes se videre:] nõ quod aër sit exteriori visu directè visibilis, sed mediante luce perceptibilis: quem, durante densitate palpabiliũ tenebrarum, ità percipere non valebant. [Frequẽter enim præoccupãt pessima] id est, maxima pœnalia mala sæpè pueniunt, seu citiùs adesse putantur, q̃ adsint, [redarguente cõscientia,] id est, ex remorsu propriæ cõscientiæ, qua impius sibi suorũ cõscius vitiorũ suspicatur sibi assiduè aduersa instare, q̃ se nosci promeruisse.

[Quum

[Quum sit enim timida nequitia,] id est, timidum faciat hominẽ ratione præfacta: propter quod fures & latrones semper sunt pauidi, metuentes iugiter deprehendi. [dat testimonium cõdemnata:] id est, accusat seipsam, & iustè se damnari testatur atq; puniri ipsa sua inordinata formidine. alij habẽt: Data est in omniũ cõdemnationẽ, id est, à Deo iudice ordinatè ad ipsorum reorum punitionẽ & condemnationẽ. Inordinatus etenim animus, sibijpsi frequenter est grauis: & timor quẽ parit nequitia in suo subiecto, est q̃dam eius punitio. [Semper enim præsumit sæua perturbata cõscientia:] id est, cõscientia neqtiosa iugiter suspicatur, præsupponit, seu putat sibi affutura & ppinqua esse dura, ferociaq; torméta. Sicq; patitur supplicia antequàm veniant, sicut & Leo papa testatur: Quòd rea cõscientia intra se patit, quicqd Dei bonitate differt. [Nihil em est timor] huiusmodi inordinatus ex neqtia oriens cũ sua matre, putà nequitia, [nisi psumptionis] pfatæ, qua quis praua cõscientia suspicatur sibi instare tormenta, [adiutoriũ:] qa fouet & auget talem psumptionẽ, quam causat neqtia. Est quoq; timor iste [ditio cogitationis auxiliorũ:] qa ex timore solet pcedere tremor corporis, palloroq; vultus, adulatio & humiliatio q̃dam: ex qbus manifestatur, q̃ timens cogitat qualiter pòssit obtinere auxilia cõtra imminentia sibi aduersa. [& dum abintrò minor est expectatio,] id est, dũ ex seipso minùs cõfidit se auxilia adepturum, minusq; ea expectat, [maioré putat potentiam eius causæ, de qua tormentũ præstat:] id est, eum ex cuius cõsideratione cõcipit metũ & afflictionẽ in corde, reputat esse potentiorẽ ad nocendum sibi quàm est, & grauiora putat sibi ab illo imminere aduersa, quàm imminent. Timor nanq; deijcit eũ, pusillanimẽq; cõstituit: sed & ipsa irrefrenata passio timoris, à recto abducit iudicio rationis, sicut & cæteræ passiones. Deniq; his concordat quod Iob 15. legitur: Sonitus terroris semper in auribus impij, & quum pax sit, ille insidias suspicatur. Itemq;: Angustia vallabit impium, sicut regem qui paratur ad prælium. Quod etenim impius intulit alteri, suspicatur sibi posse inferri. Econtrà, nihil quietius innocente, synceraq; mente, quæ sicut non nocuit proximis, sic nec sibi præsumit nocendum esse ab illis. Hinc innocentia, iustitia, sapientia vera, præstant fiduciam & confidentiam bonam, & imperterritum flatuunt animum. Propter quod ait scriptura Prouer. 28. Fugit impius nemine persequente. Iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Et rursùs Prouer. 1. sapientia ait: Qui me audiẽrit, absq; terrore quiescet, & abũdantia perfruetur, malorum timore sublato. Vndè Gene. 44. habetur de Iuda, qui cum fratribus suis non verè accusabatur de furto: Accedens autem propiùs, confidenter ait. Aristoteles quoq; fatetur, quòd hi qui melius habent se in diuinis, sunt fiduciæ melioris. Sequitur de Aegyptiorum punitione. [illi autem qui in potentẽ venére noctem,] id est, Aegyptij, qui inciderunt in tempus illud tenebrosum palpabiliũ tenebrarum. [& ab infimis, & ab altissimis sup[illegible]entẽ,] id est, quę nox causabatur partim ex terra & aqua, id est, ex vaporibus & exhalati[illegible] ascendẽtibus de terra & aqua, & ingrossantibus aërem: partim verò ex causa altissima, [diuino imperio, angelicoq; ministerio, atq; ex spissitudine nubiũ, illuminationem aëris impedientium, vt aliqui dicunt: veriùs tamẽ putatur quòd ex supernaturali subtractione radiorum solarium, [eundem somnum dormientes,] id est, somnũ grauem & tædiosum nocti illi consimilem. [aliquandò monstrorum] eis in somno terribiliter apparentium, vt dictum est, [exagitabatur timore, aliquádò animæ deficiebant tractione.] id est, separatione à corpore. Nam intra triduum illud multi Aegyptiorum præ timore & angustia obiérunt, & vt narrant Hebræi, multi quoq; ex filijs Israel, qui nolebãt exire Aegyptũ, tunc obiérunt. Ideoq; Deus tam diù protraxit tenebras illas, nè Aegyptij mortem perciperent Hebræorum. Vel animæ Aegyptiorum deficiebant tractione, id est, nimia terribilium rerum imaginatione, quasi extra se ducebantur, debilesq; fiebant. [subitaneus enim illis] Aegyptijs [& insperatus] id est, improuisus [timor superuenerat] ex plagis eis infligatis. Talis autem timor plùs torquet, qm̃ iacula præuisa minùs feriunt. Nam in Exod. vbi de plaga tenebrarum illarum tractatur, non legitur Deus præcauisse Aegyptios de hac plaga: sicq; improuisè creditur eis superuenisse. Præterea nox illa vocatur potens: Primò, quia tam diù durauit: Secundò, quia tenebrosissima fuit: Tertiò, ratione suorũ effectuum p̃dictorum, per quos ità afflixit Aegyptios. [Deindè si quisquã ex illis decidisset] ex timore in terrã, [custodiebatur in carcere sine ferro reclusus:] id est, in loco quo cecidit, manfit absq; vinculis ità detentus, àc si fuisset incarceratus. Nam tribus diebus nullus illorum se mouit de loco suo, nec vidit proximum suum. Et sumitur hîc si, pro quia, quemadmodùm in verbis sequentibus. [Si enim rusticus quis erat, aut pastor] pecorum, [aut agri laborum operarius,] id est, cultor agrorum, quales vtiq; multa millia fuerant in Aegypto, [præoccupatus] id est, in[illegible]uisè præuentus [esset] tenebris illis, & lapsus in eas in agro, aut alibi vbicunq;, [ineffugibi-

Exod. 10.

Iob 5.

Exod. 10.

lem ſuſtinebat neceſſitatem:] id eſt, ineuitabiliter cogebatur manere in loco illo, euadere nequiens, nec cernere valens quò iret. [vna enim catena] id eſt, concluſione & detentione, [tenebrarum] illarum [omnes] Aegyptij [erant colligati,] non valentes locum mutare, & ità erãt attoniti ac formidoloſi, quòd quicquid audiẽrunt, intulit eis timorem, quemadmodùm homo vehementer formidans, terretur ex ſonitu ſolùm aut ſtrepitu muris. Hinc ſubditur: [ſiue ſpiritus] id eſt, vętus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos, auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrẽtis nimiùm,] id eſt, ſonus cauſatus ex curſu aquarum, [aut ſonus validus præcipitatarum petrarum,] id eſt, lapidum à ſurſùm proiectorum deorſùm; [aut ludentium animalium curſus inuiſus,] id eſt, factus extra intuitum Aegyptiorum illorum, [aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus echo,] vt potè ex repercuſſione reflexûs. [deficientes faciebant illos præ timore:] id eſt, debilitabant Aegyptios, qui ex ꝑdominante timore iugiter ſuſpicabãtur ſibi grandia imminere pericula. [Omnis enim orbis terrarum] id eſt, totus mundus [lympido illuminabatur lumine,] id eſt, claro lumine Solis, [& non impeditis operibus continebatur:] id eſt, proprios actus expeditè naturaliterq; exercuit, dempto territorio Aegyptiorum. Vndè ſubiungitur: [ſolis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox,] durans per triduum. Alibì verò dies & nox conſueto curſu fiebant. [imago tenebrarum, quæ ſuperuentura illis erat:] id eſt, nox illa fuit figura, imago, & ſignum infernalium tenebrarum, in quas erant deſcenſuri poſt vitam hanc: quia non fuerunt conuerſi ſaltem pro parte maiori. [ipſi ergò ſibi erant grauiores tenebræ.] id eſt, propria incredulitate ac obſtinatione plùs obtenebrauerunt ſe intùs, quàm forinſecùs obſcurabantur, ſuiſq; ſceleribus fuerunt ſibi cauſa, quòd corruerunt in tenebras infernales, temporalibus illis tenebris grauiores.

¶ Declaratio Cap. 18. Sanctis autem tuis maxima erat lux. Art. 18.

REcitantur adhuc in iſto capitulo effectus diuinæ iuſtitiæ circa Aegyptios, effectus quoq; pietatis diuinę circa Hebręos. [Sanctis autem tuis] ſcilicet filijs Iſrael, inter quos erant aliqui ſancti & iuſti, aliorum comparatione perpauci. [maxima erat lux, [quia nõ ſolùm illuminabantur forinſecùs ſole iſto materiali, viſibili, ſed multo ſalubriùs intùs ſole ſapientiæ, de quo ſuprà dixerunt iniqui: Sol intelligentiæ nõ eſt ortus nobis. Quanuis autem ſol materialis non luxit eis ſplendidiùs, quàm alijs gentibus: tamen dicitur eis maxima lux fuiſſe, iuxta conſuetudinem ſcripturarum, in quibus luminaria cæli dicuntur obſcurari, dum homines quibus lucent, incidunt in magna aduerſa: & clariùs relucere, dum homines proſperantur. [& horum quidem] ſcilicet Hebræorum [vocem audiebant] Aegyptij eis viciniores, quia Hebræi alta voce Deum laudabant. [ſed figuram] id eſt, perſonas & præſentialem lineamentorum corporum eorundem imaginem [non videbant] Aegyptij in præfatis tenebris triduo conſtituti. [& quia non & ipſi eadem paſſi ſunt,] id eſt, ex quo Hebræi non ſunt puniti per eaſdem plagas, per quas Aegyptij puniebantur, [magnificabãt] id eſt, magnificè laudabant [te] Domine, [& qui antè læſi erãt,] id eſt, Hebræi ab Aegyptijs multipliciter iniuriati in rebus, perſonis atq; infantulis ſuis, [qæ non lædebantur] plagis Aegyptiorum, [gratias tibi agebant, & vt eſſet differentia] inter eos & Aegyptios, [te Deum petebãt:] id eſt, te verum Deum inuocabãt, Aegyptij verò deos ſuos. [Propter quod ignis ardentẽ columnam ducẽ habuerunt ignotæ viæ,] id eſt, dediſti eis columnã ignis, quæ eos ꝑceſſit in aẽre, mota ab angelo, & viam quam antè nõ ambulauerãt, ipſis monſtrauit. [& ſolem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti.] id eſt, contuliſti eis in die ducatum ſolis ſine læſura, & per columnam nubis quæ in die viam monſtrauit, & contra ſolis ardorem ac læſionem ſuper Hebræos obumbrauit, refrigerium eis præſtans: Solem, inquam, boni hoſpitij, quia duxit ad bonum hoſpitium aẽrem illuſtrando. Non quòd filij Iſrael hoſpitabantur in via illa in domibus aliorum, ſed in proprijs tentorijs, papilionibusq; manſerunt, vbì nubes quieuit: quoniam iuxta motum & quietem nubis, procedebant & quieſcebant, prout omnia iſta in Exodo per diuerſa narrãtur capitula. [Digni quidem illi] putà Aegyptij [carere luce] ſolis, qua caruerunt in triduo illo, interiori quoq; illuminatione ſolis iuſtitiæ. Immò iniqui omnibus Dei beneficijs ſunt indigni, & pane quo veſcuntur, & aẽre quem reſpirant, & terra quam calcant. [& pati carcerem tenebrarum,] id eſt, aẽrem illum tenebroſiſſimum, quo tanquàm in carcere tenebantur, nõ valentes ſe mouere de loco, [qui incluſos cuſtodiebant filios tuos,] id eſt, filios Iſrael diù tenuerunt in terra ſua ſic coarctatos, quòd eam egredi non valebant. [per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculis dari.] id eſt, ſplendor & veritas legis Moſaicæ, quæ data eſt à Deo in monte Sinai, & quinquageſimo die poſt exitum de Aegypto, cœpta eſt dari. Immò in Aegypto, quandò

Sapiẽt. 5.

Exod. 14.

Deus

Deus præcepit Moſi qualiter doceret filios Iſrael ritum celebrandi manducandiq; paſcha, & qualiter ſanctificaret Deo omne primogenitum filiorum Iſrael, pecorumq; eorum, prout Exod. 12. & 13. legitur. Quanuis autem lex Moſis primò data ſit filijs Iſrael, conſequenter tamen hoc factum eſt ad aliarum gentium illuminationem: quia & multi gentiliũ ante aduentum Chriſti, fuerunt ad eam conuerſi, vel ſaltem vnum Deum ex ea colere didicerunt, ſicut & Ptolemæus rex, ad cuius inſtantiam tranſlati ſunt libri veteris teſtamẽti. Deindè per Chriſtum & eius Apoſtolos libri legis ac prophetarum, ad totius mundi profectum deducti ſunt. [Cùm cogitarent] Aegyptij [iuſtorum] id eſt, Hebræorum [occídere infantes,] id eſt, maſculos infantulos ſubmergere: quod nõ cogitauerũt ac decreuerunt, ſed & opere cõpleuerunt ad tempus, vt legitur Exod. 2. [& vno expoſito filio,] ſcilicet Moſe, qui fuit in fiſcella poſitus in flumine, [& liberato,] id eſt, ſublato de aqua ad imperium filiæ Pharaonis, vt Exod. 2. deſcribitur, quod factum eſt [in traductionem illorum,] id eſt, ad extirpationem & mortem Aegyptiorum, qui per Moſen ſunt vaſtati. Vel introductionem, id eſt, eductionem Hebræorum per Moſen ex Aegypto. [multitudinem filiorum abſtuliſti,] id eſt, primogenitos Aegyptiorum occídiſti, in pœnam crudelitatis eorũ commiſſæ in Hebræorum infantulos, prout Exod. 12. recitatur. [& pariter illos perdidiſti in aqua valida.] id eſt, in mari rubro ſubmerſiſti Aegyptios. [Illa enim nox] in qua omne primogenitum Aegypti percuſſum eſt, [antè eſt cognita à patribus noſtris.] Deus enim prædixit eam Moſi, & per Moſen prænunciata eſt vniuerſo populo ſuo, vt Exod. 11. & poſteà legitur. [vt verè ſcientes] patres noſtri [quibus iuramentis] id eſt, promiſſionibus Dei iuramento firmatis, [crediderunt,] Nam vt patet in Geneſi, Deus frequenter promiſit, atq; iurauit ſanctis patriarchis, Abraæ, Iſaac, Iacob, dare eorum poſteritati terram promiſſionis. [animæquiores eſſent.] id eſt, longanimiùs ſuſtinerent dilationem impletionis promiſſionum illarum, placatioresq; eſſent interìm in aduerſis. [ſuſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorũ,] id eſt, à populo Iſrael gratanter accepta eſt liberatio ſuij ꝓrorum, qua à plagis Aegyptiorum erepti ſunt. [iniuſtorum autem exterminatio.] id eſt, etiam deuaſtationem Aegyptiorum populus tuus gratanter accepit, gaudens zelo iuſtitiæ ex aduerſariorum ſuorum punitione, iuxta quod ſcriptũ eſt: Lætabitur iuſtus quum viderit vindictam. [ſicut enim læſiſti aduerſarios noſtros] Aegyptios, [ſic & nos prouocans] ad amorem tuum, & ad gratiarum actionẽ, [magnificaſti] per multa & magna beneficia atq; miracula. [abſconſe eñ ſacrificabant iuſti pueri bonorum,] id eſt, filij Iſrael poſteri ſanctorum patriarcharũ, occultè in Aegypto immolabant agnum paſchalem metu Aegyptiorũ, vt Exod. 12. refert: [& iuſtitiæ legem] id eſt, præceptum illud iuſtum de agno paſchali, [vnanimiter impleuerunt.] Poſteà quoq; legem Moſis cõcorditer acceperunt, atq; implere propoſuerunt, dicẽtes Moſi: Loquere tu nobis, & audiemus, & poſteà: Omnia quæ loquutus eſt Dñs, faciemus, & erimus obedictes. [ſimiliter bona & mala receꝓturos iuſtos,] id eſt, audiẽtes ꝙ iuſti interdùm paterentur nõ ſolùm proſpera, ſed item aduerſa, cõcorditer diſpoſuerunt hoc acceptare. [patri iam decantantes laudes.] id eſt, Deo omnium creatori ſuper hoc laudes & gratiarũ actiones canentes, iuxta illud Iudith 8. Non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram euenìſſe credamus. [Reſonabat autẽ inconueniens inimicorum vox,] id eſt, confuſa & deordinata vociferatio Aegyptiorum, in ſuis plagis vlulantiũ & inſanientiũ. [& flebilis audiebatur planctus ploratorũ infantium.] id eſt, Aegyptiorum qui deplorabant primogenitos ſuos occiſos. Veruntamẽ primogeniti ſic occiſi, nõ fuerunt omnes infantes, immò multi eorum fuerunt virilis ætatis. Vel ſenſus eſt, quòd audiebatur flebilis ſeu mirabilis vox infantium ploratorum, id eſt, frequenter plorantium, quia in plagis illis infantes & pueri Aegyptiorum aſſiduè flebant. [Simili autem pœna ſeruus] Aegyptius [cum Domino ſuo] Aegyptio [afflictus eſt, quoniam ſerui communicabant dominis ſuis in vitijs contra filios Iſrael. [& popularis] id eſt, vulgaris [homo cum rege] Pharaone [ſimilia paſſus eſt. [Similiter ergò omnes] Aegyptij nobiles, & ignobiles [vno nomine mortis] id eſt, violenta morte occiſos, [mortuos habebant innumerabiles.] & ſumitur hìc omnes collectiuè, non diſtributiuè. Hinc legitur Exod. 12. Factum eſt in noctis medio, percuſſit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio eius, vſq; ad primogenitũ captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. [Nec eñ ad ſepeliendum] mortuos [viui ſufficiebant.] Siqdem in tota Aegypto non erat domus, in qua non erat mortuus: [quoniam vno momento] id eſt, improuiſè ac ſubitò [quæ erat præclarior natio eorum, exterminata eſt:] id eſt, nobiliores Aegyptiorum

Gene. 17. 26. & 28.

Pſal. 57.

Exod. 20. & 24.

rum ſimùl cũ rege ſuo in mari rubro ſubmerſi ſunt. [De oĩbus eñ] Aegyptijs [nõ credẽtes] Deo vero, ac Moſi [ꝓpter beneficia] quæ Deus impendit Aegyptijs, liberando eos frequẽter à plagis inflictis, poſt quarũ ceſſationẽ manſerunt in ſuis duritijs. [Tunc quũ primũ fuit exterminium] in eſt, interfectio [primogenitorũ, ſponderunt populum dei ſe eſſe,] id eſt, ex magna formidine cœperunt ſe Deo ſubijcere, & eius oĩpotentiam cõfiteri, eiusq; gratiã implorare. Tunc eñ Pharao dixit ad Moſen & Aaron: Abeuntes benedicite mihi. Vr- Exod.12.
gebantq; Aegyptij egredi populum Dei, dicentes: Oĩes moriemur. Vndè legitur nũs prę- Exod.11.
dixiſſe ad Moſen de Pharaone: Deſcendent oĩes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me, dicẽtes: Egredere tu & oĩs populus qui ſubiectus eſt tibi. [dum eñ medium ſilentium cõtineret oĩa,] id eſt, cuncta iſta inferiora in nocturno eſſent ſilentio, quod mediũ fuit inter exordium & terminũ noctis. [& nox in ſuo curſu medium iter haberet,] id eſt, in medio eſſet ſuæ durationis, cõſiſtentis in cõtinuo fluxu, quum ſit de numero ſucceſſiuorum. Vndè iam
allegatum eſt: Factum eſt aũt in noctis medio, percuſſit Dñs oĩne primogenitũ. [omnipo- Exod.12.
tens ſermo tuus] id eſt, vnigenitus filius tuus verbũ æternum, cuius oculis oĩa nuda ſunt
& aperta. De quo ait propheta Pſal.32. Verbo Dñi cæli firmati ſunt. Et Deus pater Pſal.44. Heb. 4.
Eructauit cor meum verbum bonũ. [Dñe, exiliens de cælo, à regalibus ſedibus] id eſt, cæleſtibus thronis, [durus] id eſt, rigoroſus & iuſtus [debellator] Aegyptiorũ [in mediã exterminij terram, ꝓfiluit] id eſt, à ſummo cælo in oẽm terram Aegypti deſcendit, & quaſi ſaliẽs celerrimè venit, nõ locum mutando, ſed per angelum ſuæ iuſtitiæ rigorẽ in Aegyptios exercendo. Aliq verò per omnipotentẽ Dei ſermonẽ, intelligunt iuſſionem Dei de occiſione Aegyptiorũ. [gladius acutus] id eſt, ſimilis enſi oĩa incidenti, qa cuncta q̃ tetigit, interfecit. Nã & de increato Dei patris ſermone ait Heb. 4. Apoſtolus, quòd penetrabilior ſit omni gladio ancipiti. [in ſimulatũ] id eſt, verum, nõ fictum [imperium tuũ] de Aegyptiorũ interitu [portans,] id eſt, ſecum ferens & exequẽs, [& ſtans in terra] per effectũ ſuæ iuſtitiæ, [repleuit oĩa] id eſt, q̃dam de oĩnibus [morte:] qa in qualibet domo Aegyptiorum occidit primogenitum vnum, Deo ſic ꝓuidente, ꝙ in qualibet domo fuit primogenitus aliquis. [& vſq; ad cælũ attingebat ſtans in terra.] Conſtat, ꝙ increatus ſermo Dei ſit incircunſcriptus, ſicut & pater, & oĩa impleat. Angelus verò exequutor attingebat vſq; ad cælum aërium, & quouſq; ſe ſua actio extendebat. Angeli eñ dicuntur eſſe in loco diffinitiuè, & ſic in vno, ꝙ non in alio, qñ vbi operantur, ibi ſunt. [Tunc cõtinuò viſus ſomniorũ malorum turbauerunt illos,] ſcilicet Aegyptios tã in occiſione primogenitorũ, quàm paulò antè, quæ viſiones imaginariæ & horrendæ, erant præſagia occiſionum mox futurarũ, aut ſigna ꝓſentium, & excitationes dormientium, ad percipiẽdum mortẽ primogenitorum. [& timores ſuperuenerunt inſperati, & alius alibi, ꝓiectus ſemiuiuus.] id eſt, medius mortuus, id eſt, alius hĩc, alius ibi impellebat à plaga ſibi inflicta, ſiue ab angelo percutiente, [ꝓpter quã moriebatur, cauſam demonſtrabat mortis:] id eſt, tam violenta, improuiſa, atq; horribili morte oſtẽdebat, ꝙ ob impietatẽ in infantes Hebræorum cõmiſſam, qui infantuli erant hincindè in flumen ꝓiecti, taliter moriebatur. [Viſiones eñ, quæ illos turbauerunt] in ſomno & immittebantur, vt creditur, ab angelis tenebrarũ, iuxta illud in Pſalmo 77. Immiſſiones per angelos malos. [Hæc præmonebãt,] id eſt, plagã hanc deſignabãt, vt tactũ eſt, [nẽ] Aegyptij [neſcij quarè mala patiebantur, perirẽt:] id eſt, æternaliter damnarentur, neſcientes, ob quã culpam ſuam, mala illa pœnalia ſuſtinebant, per quæ Deus, quantùm in ſe fuit, ex ſua pietate immẽſa admonuit ipſos, vt per tormenta illa ſuas aduerterent culpas, & pœniterent, ac crederẽt: ſicq; per temporalia illa ſupplicia, euaderẽt ſempiterna. [Tetigit aũt tunc] non quandò filij Iſrael erant adhuc in Aegypto, ſed diù pòſt, quandò fuerunt in deſerto: quod totum tẽpus, fuit tempus perrectionis ad terram promiſſionis. Ideò ſic exponendũ eſt: Tunc, quandò erant in via ad obtinendã terram eis promiſſam. [& iuſtos] ſcilicet filios Iſrael, inter quos
fuerunt aliqui iuſti, [tentatio mortis] id eſt, murmuratio contra Moſen & Aaron, morte di- Num.16.
gna, ac morte punita: quæ tentatio fuit ambitionis atq; inuidiæ, qñ Chore cum ſuis, Dathan quoq; & Abiron & Hon inuidebãt principatui Moſis & pontificio Aaron, dicẽtes: Sufficiat vobis q̃ omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dñs: cur eleuamini ſuper populum Dñi? prout Numerorum 16. ſcriptum eſt. [& commotio in eremo facta eſt multitudinis:] id eſt, ſeditio multorum cõtra Moſen & Aaron, nõ ſolùm ducentorum quinquaginta virorum qui cum Chore fuerunt, & thurificando combuſti fuerunt: ſed & multorum millium, qui abſorptis Dathan, Abiron & Chore à terra, commoti ſunt valdè. Vndè in Numeris legitur:
Num. 16. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra Moſen & Aaron, dicens: Vos interfeciſtis populum Dñi. [ſed non diù permãſit ira tua.] id eſt, pœna propter hoc ſcelus à Deo illis inflicta, citò ſortita eſt finẽ. [Properans eñ homo ſine querela] id eſt, Aaron pontifex iuſtus deprecari pro populis, qui murmurauerunt, atq; incẽdio puniebantur, [proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum,] id eſt, ſpiritualẽ armaturam ſui pontificalis officij, vtpotè [orationẽ:] arma eteñ ſacerdotis, ſunt orationes & lachrymæ, vt ſanctus ait Ambroſius. [& per incenſum deprecationẽ allegans,] id eſt, thurificando exorans cũ allegatione meritorũ ſanctorum patriarcharum, quorũ merita allegauit, vt oratio ſua illorum meritis exaudibilior fieret: allegans quoq; (vt probabile eſt) promiſſiones diuinitùs factas Abraæ, Iſaac, & Iacob, pro poſteris eorũ, de introductione ipſorum in terram promiſſionis. Sic nanq; & Moſes allegans orauit, quandò filij Iſrael aureum vitulũ adorauerunt. [reſtitit iræ,] id eſt, punitioni murmuratorũ, [& finem impoſuit neceſſitati,] id eſt, anguſtiæ mortis, quã multi tunc ſuſtinuerunt, [oſtendens, qñ tuus eſt famulus:] per hoc nanq; quòd tã feruenter orauit pro murmurantibus contra ipſum aduerſarijs ſuis, & ꝙ tam citò ac mirabiliter exaudiebatur à Dño, patuit quòd verè eſſet miniſter placitus Deo, & pontifex dignus. Deniq; ad intelligẽdum hæc, recurrendum eſſet ad hiſtoriam libri Numerorũ, in qua inter cetera legitur, quòd Num.16.
quum Moſes & Aaron ad tabernaculum cõfugiſſent, & Dñs vellet vniuerſam illã murmuratorum multitudinem repentè occídere, Moſes dixit ad Aaron: Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incẽſum deſupèr, pergens citò ad populum, vt ores pro eis. Iam eñ ingreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Quod cùm feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos ac viuẽtes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit: & percuſſa ſunt quatuordecim millia hominum. [Vicit aũt turbas] id eſt, improbitatem tribuum Iſrael, & prætactã eorum plagam extinxit, [non virtute corporis, nec armatura potentiæ,] id eſt, non corporali fortitudine, nec armorum potentia, [ſed verbo illum, qui ſe vexabat, ſubiecit] id eſt, oratione ſua extinxit ignem, qui plebem illam incenderat, & ex cõſequenti vexauit & ipſum Aaron illis cõpatientem. Vel per vexatorem illum, intelligitur ſpiritus, cuius miniſterio incendiũ infligebatur. [iuramenta patrum & teſtamentum cõfirmans,] id eſt, in ſua oratione recolens & allegans, qualiter Deus cum iureiurando ſanctis promiſerat patriarchis ſemini eorũ dare terram promiſſionis, & qualiter teſtamentum inijt cum eiſdem, & cum filijs Iſrael in monte
Sinai, quandò & Moſes dixit: Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Vel Exod. 24.
ſenſus eſt, ꝙ ipſe Aaron Deum placando, impetrauit firmam impletionẽ promiſſionũ Dei factarum plebi præfatæ. [Cùm eñ iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui,] id eſt, quum in ꝓfato incendio, in quo tot millia ſunt cõbuſta, vnus ſuper alterum, & hi ſuper illos, cũ cumulis corruiſſent, qa ex vehementia pœnæ agitabantur hincindè, & vnus alium impulit ac proſtrauit, [interſtitit] id eſt, Aaron in medio ſtetit inter adhuc viuentes, ac mortuos: [& amputauit] id eſt, ceſſare fecit [impetum incendij,] quod mouebatur ad reſidnos. Vndè ſubiungitur, [& diuiſit illam quæ ad viuos ducebat viam,] id eſt, tranſitum ignis properantis ad viuentes, impediuit ac repulit. Deniq; ad tantam efficaciã orationis Aaron contulit & dignitas ſui officij, qua erat vicarius Dei, & repſentatiuus ipſius, ad cuius officij cõmendationem Deus multa fecit per Aaron. Ideò ſubditur: [in veſte eñ podéris, quam habebat, totus erat orbis terrarũ.] Podéris dicitur veſtis hyacinthina ſeu linea, corpori ſacerdotis adſtricta, vſq; ad pedes eius deſcendẽs. Porrò per orbẽ terrarum, intelligitur hĩc non ſolùm terræ elementũ, ſed & ſphæra aliorum elementorũ: & per veſtem podéris, accipit congeries quædam ſacerdotalium ſeu pontificalium veſtimentorũ. Itaq; in ornamentis ſeu veſtibus pontificis repræſentatiuè fuit mundus iſte ſenſibilis: ad deſignandum, quòd pontifex fuit miniſter atq; vicarius creatoris ac Domini vniuerſorum. Feminalia eteñ linea & tunica ſtricta, repreſentabant terram, quia ex terra naſcitur linum: circunuolutio baltei, oceanum, qui ambit & cingit terram. Tunica hyacinthina per ſuum colorem ſignificauit aërem, per cuius tintinabula figurantur tonitrua: & per mála granata, quæ ignei ſunt coloris, coruſcationes: per ſuperhumerale multiplici varietate ornatum, cælum ſidereũ: & per duos illius onychinos, duo hemiſphæria, ſeu ſol & luna: per duodecim gemmas, xij. ſigna zodiaci: quæ gemmæ poſitæ erant in Rationali, ad innuendum quòd in cæleſtibus continentur rationes omnium terrenorum. Hinc medium ornamentum, rectè vocatum eſt Rationale, quia rationibus cuncta ſunt plena: per cydarim, ſignificatum eſt cælum empyreum. Per laminam auream nomine Dei inſcriptã, ipſe Deus glorioſus & adorandus, præſidens vniuerſis. His concordat Hieronymus dicens: Hebræi per byſſum intelligunt terrã, per purpuram mare, qa cochleis maris intingit: per hyacinthum aërem, atq; per coccum ignẽ. [& ꝓ arentũ magnalia] id eſt, duodecim patriarcharum nomina, [in quatuor ordinibus lapidũ ſculpta erant.]

erant.] in Rationali enim erãt quatuor ordines gemmarum, diſtincti per ordines quatuor, & in duodecim illis gemmis ſculpta erant nomina duodecim patriarcharum ſeu tribuũ, in memoriam earum coram Deo. Hinc Exod.28. Dñs iuſſit: Pones in rationali quatuor ordines lapidũ:In primo verſu,id eſt,ordine erit ſardius,topazius,& ſmaragdus: In ſecundo carbũculus,ſapphirus & iaſpis:In tertio ligurius,achates, & amethyſtus: In quarto chryſolith', onychinus,& beryllus:incluſi auro erunt,duodecim nominibus cęlabuntur,ſinguli lapides nominibus ſingulorũ per duodecim tribus.[& magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat:]id eſt,ſanctũ,ineffabile, & proprium nomẽ tuum tetragrammaton, ſcriptũ fuit in aurea lamina, diademati ſeu mitræ pontificali adiuncta. [his aũt] ornamentis pontificalibus ratione myſterij [ceſſit,qui exterminabat,]id eſt,ignis qui filios Iſrael prędatos incendit,[& hæc extimuit:]id eſt,per modũ timentis ſe habuit ignis ille,non ꝓcedendo contra hæc ad reſiduos viuos.Magis aũt ceſſit & timuit Deum in iſtis, iuxta tropum,quo inanimata & irrationalia dicuntur Deũ timere, iuxta illud in Pſalmo: Mare vidit & fugit. Vel per illum qui exterminauit,intelligitur ſpiritus,cuius miniſterio fiebat illa punitio.[erat enim ſola tentatio iræ:]id eſt,ſola illa punitio ſeu vindicta,diuinæ iuſtitiæ erat.[ſufficiens]ad exterminandum totaliter filios Iſrael, niſi ſic ipſe Aaron ſubueniſſet. Vel ſola tentatio, id eſt, murmuratio filiorum Iſrael contra Moſen & Aaron,fuit ſufficiens iræ, id eſt, cauſa ſufficiẽs, prouocans iram ſeu vltionem Dei aduerſus illos iniquos ad delendũ eos, niſi pontifex Deũ placâſſet.Deniq; de ſignificatione & myſticis rationibus ſacerdotaliũ veſtium & põtificalium ornamentorum,atq; gemmarũ, & ſculpturæ earũ, ſuper Exodum dictum eſt pleniùs, ſecũdùm Ioſephum,Hieronymũ,Bedam, aliosq; doctores. Inſupèr quæ in iſto capitulo dicta ſunt de Hebrẽis atq; Aegyptijs,facile eſſet applicare Chriſtianis,& eorum perſequutionibus perfidis ac iniuſtis:quibus ſęuientibus cõtra Chriſtifideles, ipſis veraciter Chriſtianis maxima lux eſt,impijs denſiſſimè excæcatis,eo quòd populum Chriſti coarctent & vexent. Quod verò dictum eſt,Dum medium ſilentiũ teneret omnia, exponi poteſt de primo Chriſti aduentu, qui à ſummo cælo de ſinu patris venit per incarnationis myſteriũ in vterũ virginis,dum medium ſilentium teneret omnia,id eſt,nullus ꝓſumere poſſet de meritis ſuis,& vix aliquis diabolo reſiſteret,& nox,id eſt,vmbra legis, ſtatusq; veteris teſtamenti obſcurus ac typicus,in ſuo curſu mediũ iter haberet,id eſt, adhuc duraret. Vndè poſteà dixit Apoſtolus ad Rom.13. Nox præceſſit. Qui ſermo increatus, fuit durus debellator inuiſibilium hoſtium. Venit in mediam exterminij terrã,id eſt,in Iudęam cuius habitatores fuerũt ab aẽreis poteſtatibus ſpiritualiter victi, & exterminati pro maxima parte, portans patris imperium, tanquàm magni cõſilij angelus,dicens: Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Repleuitq; omnia morte,inuiſibiles aduerſarios deprimendo,& ſuos ſalubriter mortificando,vitia occidendo,reprobos quoq; Iudæos derelinquendo. Propter quod dixit: In iudiciũ ego veni in hunc mundum,vt qui non vident,videant:& qui vidẽt, cæci fiant.Poſitus enim fuit in ruinam & reſurrectionẽ multorum in Iſrael, & in ſignum cui cõtradiceretur. Et ipſemet dixit:Nõ vẽni pacẽ mittere in terram, ſed gladiũ. Atq; vt in prima ſancti Ioannis habeẽ Canonica:In hoc apparuit filius Dei,vt diſſoluat opera diaboli. Poſtremò quæritur circa præhabita:Vtrùm interfectio primogenitorum Aegypti,facta ſit miniſterio angeli boni,aut potiùs angeli mali.Et videtur,quòd miniſterio angeli ſancti,quia manifeſtè hîc dicitur,quòd omnipotens ſermo Dei,exiliens & ſtans in terra, repleuit omnia morte. Gloſa quoq; circa hoc ait,quòd miniſterio angeli fecit iudicia in primogenitis Aegyptiorũ:hoc & multi doctores tanquàm probabilius tenent. Auguſtinus in expoſitione Pſalmi 77. ſuper illud, Miſit Dominus in eos iram indignationis ſuæ, manifeſtè teſtatur,quòd per angelum malum facta ſit percuſſio primogenitorũ illorum. De hac quæſtione ſuper Exodũ in expoſitione duodecimi Capituli diffuſiùs ſcripſi,& propter diuerſa motiua ibidèm inducta, tanquàm probabilius tenui, quòd ſicut ſub Ezechia rege percuſſi ſunt Aſſyrij ab angelo ſancto, ſimiliter Sodomitæ per ſanctos angelos ſubuerſi ſunt,ità & primogenita Aegypti: nec videtur ratio cur plaga illa potiùs per angelum tenebrarum inflicta ſit, quàm aliæ plagæ Aegyptijs tunc illatæ,de quibus Auguſtinus non audet dicere,quòd per angelos malos illatę ſint.Hęc pro nunc ſufficiat tetigiſſe,quæ prætacto loco exquiſitiùs ſunt inducta.Quòd verò allegatur ex Pſalmo 77.Immiſſiones per angelos malos,ſuper Exodum eſt ſolutum, intelligẽdo per immiſſiones inſpirationes prauiſſimas,quas immittentibus angelis malis,conceperunt Aegyptij cõtra Hebræos.Et ſicut ex dictis in iſto capitulo conſtat, poſſunt per illas immiſſiones intelligi,viſiones illæ horrendæ ac turbatiuæ turbulentorũ phantaſmatum, quas in ſomno ſuſtinuerunt Aegyptij.Ampliùs, quanuis hic liber non ſit in Canone, tamen argumentum

Pſal.113.

Ioſephus Hieronym. Beda

Ioan.14.

Ioan.9. Lucæ 2.

Matth.12. 1.Ioan.3.

Eſaiæ 37.

Auguſtin'

ex eo ſumptũ,hoc loco videtur ſufficere apud Catholicos: quia de veritate libri huius non dubitat mater Eccleſia,præſertìm quantùm ad verba nũc allegata, videlicet, Dum medium ſilentium teneret omnia: quæ in officio Miſſæ pro introitu ſunt aſſumpta, quanuis quo ad myſticum ſenſum præcipuè,quem tamen in literæ veritate fundari oportet.

¶Expoſitio Capit.19. & vltimi:Impijs autem vſq; in nouiſſimum. Art. 19.

DE obſtinatione & ſubuerſione Aegyptiorũ in mari rubro,ſaluationeq; Hebrẽorum, hîc agitur. [Impijs aũt] Aegyptijs [vſq; in nouiſſimũ ſine miſericordia ira ſuperuénit:] qa iuſto iudicio permiſit eos omnipotẽs indurari:& quanuis ad tẽpus timore cõpulſi,aliqualiter pœnituerunt,citò tñ ad priſtinam rediêrunt crudelitatem,ſicq; ira,id eſt, diuina vltio eis aduénit, ſine miſericordia: quia de pœna tẽporali, ad æternam ꝓlapſi ſunt: quanuis aũt in omni opere atq; iudicio Dei miſericordia ſit admixta,in aliqbus tamen dicitur non admixta, qa in eis euidenter ac ſpecialiter ꝓdominatur rigor iuſtitiæ,ꝓſertìm in vindictis crudelitatum,q̃ directè contrariantur miſericordiæ. Vndè & Iacobus ait Apoſtolus: Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Iacob.2. Hinc in parabola Euangelica de ſeruo nequã,qui conſeruo ſuo noluit miſereri,aſſeritur, ꝙ Dñs debita ei dimiſſa, ab eo repetijt, atq; in carcerem miſit eum quouſq; debitum ſolueret Matth.18. vniuerſum.[Præſciebat eñ & futura illorũ,] id eſt, Deus prægnouit futuram Aegyptiorum vitioſitatem,ideò iuſtè deſeruit eos,qa iam antè ſimilia egerant mala:[qñ cùm ipſi reuerſi eſſent,]id eſt,quum Aegyptij à ſua ferocitate in Hebræos ceſſâſſent ad modicum tempus,[& permiſiſſent,vt ſe educerent,]id eſt,vt filij Iſrael ſeipſos de terra Aegypti educerẽt, [& cum magna ſolicitudine ꝓmiſiſſent illos,]id eſt,filios Iſrael ſolicitè minâſſent ante ſe ad exeundũ,nam cogebant eos exire velociter.[conſequebatur illos] putà Aegyptios,[pœnitentiæ actus.]id eſt,actualis mœror ſeu pœnitudo de hoc,ꝙ permiſerant filios Iſrael egredi, dicentes:Quid voluimus facere, vt dimitteremus Iſrael, nè ſeruiret nobis?[Adhuc eñ inter manus habentes luctum] de morte primogenitorũ ſuorũ,[& deplorantes] eos [ad monumenta mortuorum, aliã ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ,] id eſt, cogitationem Exod.12. ſtultam & fatuam,vt ſcilicet filios Iſrael violenter reducerent. Vndè legit Exod.14. Immutatum eſt cor Pharaonis & ſeruorũ eius ſuper populo, & perſequuti ſunt filios Iſrael. [& quos rogantes proiecerant,] Nã Pharao dixit:Abeuntes benedicite mihi.[hos tanquàm fugitiuos Exod.12. perſequebantur.Ducebat eñ illos] putà Aegyptios [ad hunc finem,]id eſt, ad finalem Hebræorum perſequutionẽ,& ad tam cõſummatam impietatem ac obſtinationem,[digna neceſſitas:]id eſt,iuſtum iudicium Dei,hoc eſt,derelictio,qua eos ſic excæcari permiſit: & qa volebat eos dignè punire maris rubri ſubmerſione,iuxta quẽ ſenſum propheta dixit ad re- 2.Para.25. gem Iſrael:Scio quia cogitauit Dñs interficere te,qa non acquieuiſti cõſilio meo.[& horum quæ acciderant, cõmemorationem amittebant:]id eſt,nõ attendebant, nec recolebãt quotiès,& quàm diré fuerunt plagati à Deo, eo ꝙ nollent Hebræos dimittere, quatenùs ex hac cõſideratione metuerent rurſùs plagari,ſi illos perſequerentur:& hæc fuit mira excæcatio. [vt quæ deerant tormentis] eis iam antè inflictis,[repleret punitio,] id eſt, demerſio eorum in mari rubro ſuppleret.& quod ait,vt,tenetur hîc cõcomitanter,non cauſaliter,quantùm ad Aegyptiorum intentionẽ:ſed quo ad diuinæ prouidentiæ diſpoſitionẽ, tenetur cauſaliter:qa ob hoc Deus permiſit eos tam mirabiliter & quaſi tam incredibiliter obtenebrari, nec tot & tantis vexationibus erudiri, vt plenam acciperent punitionẽ per ſubmerſionem. [& populus qdem tuus mirabiliter tranſiret]per fundum maris rubri diuiſi,[illi aũt nouam mortem inuenirent]in ſua ſubmerſione, quod genus mortis antè non fuit, vt ſcilicet aliqs exercitus ità tentaret tranſire per fundum aquæ,hincindè inſtàr muri ſtantis in ſua diuiſione:& relabentibus aquis ad locũ priorem,ipſis fluctibus inuolueretur.Vel dicit̃ noua mors, reſpectu occiſionis primogenitorũ,quæ paulò antè ꝓceſſit. [Omnis eñ creatura ad ſuũ genus] id eſt,ad generationis ſuæ originẽ, ſeu ad ſuum generatorẽ,[ab initio refigurabatur:] id eſt,tranſmutabatur, obediendo creatoris imperio, per obedientialem potentiã. Ideò ſequitur:[deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui] ſcilicet filij Iſrael [cuſtodirentur illæſi. Nã nubes eorũ caſtra] id eſt,tentoria & phalangas [obumbrabat] cõtra ſolis ardorẽ. Vel obũbrabat,id eſt,ꝓtegebat,ità ꝙ Aegyptij inſequentes nõ valebant tota nocte Hebræos accedere,iuxta illud Exod.14. Tollens ſe angelus Dei, qui ꝓcedebat caſtra Iſrael,abijt poſt eos,& cum eo pariter columna nubis inter caſtra Aegyptiorũ, & caſtra Iſrael: ità vt ad ſe inuicèm toto noctis tempore accedere nõ valerent.[& ex aqua q̃ antè erat:]id eſt,paulò antè operuit fundum maris rubri,[terra arida apparuit] id eſt,fundus ille fuit miraculoſè ſiccatus, facta aquæ diuiſione. [& in mari rubro via ſine impedimento,] id eſt, via expedita parata eſt eis

in fundo maris illius, ipſo mari diuiſo, & in ſua ſoliditate ſtante ex parte vtraq;. [& campus germinans de, ꝓfundo nimio.] id eſt, Ipſe fundus ꝓfatus tãquàm germinans cãpus, ſtetit diſcoopertus & pulcher. [per quẽ omnis natio tranſiuit, q̃ tegebat tua manu:] id eſt, totus populus Iſrael tua poteſtate protectus, q̃ non permiſit aquas diuiſas cadere ſuper eos. [Videntes] ipſi filij Iſrael [tua mirabilia & monſtra.] id eſt, ſigna & miracula tua, monſtratione digniſſima, videlicet maris rubri diuiſionẽ, & aquarũ eius cõſolidationẽ, & q̃liter angelus poſuit nubẽ inter eos atq; Aegyptios. [Tanquàm equi emiſſarij depauerunt eſcã:] id eſt, paſtũ receperunt de ſpolijs Aegyptiorũ, quos è mari proiectos ſuper littus, nudauerunt armis & rebus alijs preciosis, ſecundùm Hebræos, vt tactũ eſt ſuprà. [Et tãquàm agni exultauerunt] de ſua liberatione, iuxta illud in Pſal. 113. Montes exultauerũt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. [magnificantes] id eſt, magnũ, pium, iuſtũ, omnipotentẽ confitentes [te Dñe, qui liberâſti illos.] Vndè legitur Iſai. 63. Qui ſcidit aquas ante eos, qui duxit eos per abyſſos, quaſi equũ in deſerto non impingentem, quaſi animal in cãpum deſcendens, vt faceret ſibi nomẽ ſempiternum. [Memores emiſſarij adhuc erant] poſt egreſſum de mari rubro, [eorũ quæ in incolatu illorum facta fuerant,] mirabiliũ, quæ Deus fecit pro eis cõtra Aegyptios, quãdò ipſi adhuc in Aegypto manebant. [quẽadmodùm pro natione animaliũ produxit terra muſcas,] id eſt, pro generatione vtilium beſtiarũ eruperunt de terra Aegypti innumerabiles muſcæ, q̃ punigebant Aegyptios. Vndè Exod. 8. dñs ait: Eccè ego mittam in te, & in populũ tuum omẽ genus muſcarũ. [& pro piſcibus eructauit] id eſt, emiſit [fluuius] Nili, immò diuerſi fluuij in Aegypto, [multitudinẽ ranarum] q̃ operuerunt & impleuerũt terrã, domos, cubilia, lectos, & cibos Aegyptiorũ, vt Exod. 8. narrat. [Nouiſſimè aũt] id eſt, poſt ꝓdicta, ſcilicet in deſerto, [viderunt nouã creaturã auium] id eſt, filij Iſrael cõſpexerunt copioſiſſimã coturnicum multitudinẽ ſibi aduenientẽ, vt dictum eſt ſuprà. Eadẽ aũt ſententia in iſto libro frequenter ſub alijs verbis repetitur, q̃bus non cõgruit immorari. [quũ abducti cõcupiſcentia] id eſt, per cõcupiſcentiam à recta ratione abſtracti ac deuij, [poſtulauerunt eſcas epulationis,] dicentes: Quis dabit nobis ad veſcendũ carnes? vt legit Nume. 11. [In alloquutione emiſſarij deſiderij] id eſt, ad petitionẽ qua appetitum ſuũ de eſu carniũ petierũt impleri, [aſſcendit illis de mari ortygometra,] id eſt, coturnix, iuxta illud in Pſalmo: Peritrierũt, & venit coturnix, quæ venit eis ab inſula nomine Ortygia, & volauit per mare vſq; ad eos. [& vexatiões peccatoribus ſuperuenerũt.] poſſet hoc exponi de ꝓtactis filijs Iſrael, q̃ vnà cũ vulgo ꝓmiſcuo, quod cũ eis venerat ex Aegypto, propter inordinatã ſuam concupiſcentiã ſunt percuſſi: ſed verba ſequentia pandunt hæc de Aegyptijs dici, q̃bus in Aegypto anteegreſſum filiorũ Iſrael ſuperuenerunt multarũ atq; magnarum vexationes plagarũ. [nõ ſine illis.] id eſt, ſimùl cum illis [q̃ antè facta erant argumentis per vim fluminũ,] id eſt, cum punitionibus & correptionibus, quas ſuſtinuerunt ex hoc, q̃ flumina erant in ſanguinẽ verſa, piſcesq; mortui, & cõputruit fluuius, ità q̃ defuit aqua Aegyptijs ad potandũ. Poſteà quoq; fluuij ranas eructauerunt. [Iuſtè emiſſarij patiebantur ſecundùm ſuas neqtias. Etemiſſarij deteſtabiliorẽ] id eſt, valdè deteſtabilem, ſeu alijs vitijs grauiorẽ [inhoſpitalitatem inſtituerunt] Aegyptij, quũ tã hoſpitalitas virtus ſit ad miſericordiam pertinens, & ità fuerunt inhumani atq; crudeles. [Alij quidem] id eſt, q̃dam Aegyptiorũ [ignotos nõ recipiebant aduenas] ad hoſpitandũ vel commanendum, [alij aũt bonos hoſpites] ſcilicet filios Iſrael inter ſe cõmorantes, [in ſeruitutẽ redigebant.] poſt mortẽ Ioſeph, quum multiplicati fuiſſent ibidẽm, vt patet Exod. 1. [Et nõ ſolùm hoc] malum fecerunt Aegyptij, [ſed & alius q̃dem reſpectus erat illorum:] id eſt, alia vitioſa intentio ſeu cõſideratio, [q̃m inuiti] id eſt, cum duritia & abominatione [recipiebant extraneos. Qui aũt cũ lætitia receperunt hos, qui eiſdẽ vſi erãt inſtitutis,] id eſt, Aegyptij vſi ꝓtactis crudelibus inſtitutis, hos qui cum lætitia receperunt, id eſt, filios Iſrael, q̃ benignè & iucundè receperunt extraneos ad hoſpitium aut cohabitationẽ, [ſæuiſſimis afflixerunt doloribus,] perducentes vitam Hebræorũ ad amaritudinẽ magnam. Sicq; Aegyptij ꝓhibuerunt filios Iſrael à pia extraneorũ ſuſceptione. [percuſſi ſunt aũt] Aegyptij [cæcitate] interiori incorrigibilis incredulitatis ac vitiorũ, cæcitate quoq; exteriori, id eſt, luminis intuitione in triduo palpabiliũ tenebrarũ: & hoc propter ꝓtacta eorũ facinora. Quẽadmodùm emiſſarij beati miſericordes, q̃m ipſi miſericordiam cõſequent: ſic infelices ſunt immiſericordes, q̃m donis gratiæ & gloriæ priuabant. [ſicut illi in foribus iuſti Loth, id eſt, ſicut Sodomitæ fuerunt percuſſi quadã ſpecie cæcitatis, q̃ ſpecies auriſia nuncupat, qua aliqd confuſè cõſpicitur, nõ tamen diſcernere poteſt adſpiciens, quis aut qd ſit illud, de qua re Gen. 19. ſcriptũ eſt: Deniq; iuſtitiæ Loth atteſtat princeps Apoſtolorũ in 2. ſua Canonica: Adſpectu, inquens, & auditu iuſtus erat, habitãs apud eos, q̃ de die in diem animã iuſtã iniquis operibus

Exod. 8.

Pſal. 104.

Exod. 7.

Matth. 5.

cruciabant. [quum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris] Aegyptij in triduo memorato, [vnuſquiſq; tranſitum oſtij ſui q̃rebat.] id eſt, inuenire optabat, vel ad intrãdum, ſi fortè extrà fuit: vel ad egrediendũ, ſi fuerat intùs, quum tũ ſe nõ poſſent de locis ſuis mouere. Vel intelligiẽ de Sodomitis, qui ꝓfatæ cæcitatis caligine cæſi, ianuã quã quærebant, inuenire neqbant. [In ſe emiſſarij elementa dum conuertunt,] id eſt, dum mutuò cõtemperant & alterantur, mutando naturalẽ modum agendi, [ſicut in organo] id eſt, muſico inſtrumento, [qualitatis ſonus immutatur:] q̃m ſonus ille nunc intenſior, nunc remiſſior eſt, ſecundùm quod ludẽs in huiuſmodi inſtrumento diuerſimodè tangit chordas, quarum tũ ſoni diuerſi in vnã conſonantiam rediguntur. [& oñia ſuum ſonum cuſtodiunt.] id eſt, ꝓprium ſonitum habent ac reddunt, iuxta voluntatẽ modulantis in organo: ità, ſupple elementa, diuerſimodè alterãtur & cõtemperantur, ac diuerſimodè agunt ſecundùm creatoris imperium, q̃ cuncta inſtituit, vt ſuæ obediant iuſſioni. [Vndè æſtimari ex ipſo viſu certò poteſt.] id eſt, per experientiam & viſus euidentiã patet hoc verũ eſſe. [Agreſtia emiſſarij in aquatica cõuertebant:] id eſt, animalia, quorum natura eſt ſuper terrã deambulare, modum & proprietatẽ piſcium aſſumpſerũt, eundo per fundum rubri maris, in quo piſces ſolent natare. [& q̃cunq; erãt natantia,] ſicut ranæ, quæ moranẽ & natant in aquis, [in terra tranſibant:] q̃a exeuntes de fluuijs, venerunt per ſiccam terrã ad domos Aegyptiorũ. Hebræi aũt greges pecorũ ſuorum ſecum duxerunt per maris rubri profundum, iuxta illud Exod. 10. Cuncti greges pergẽt nobiſcum. [Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutẽ,] id eſt, vltra ſolitum intenſioris fuit caloris, quãdò videlicet (vt Exo. 9. narrat) ignis & grando, nix & aqua pariter deſcenderunt ſuper Aegyptios, vt ſuprà expoſitum eſt. [& aqua extinguentis naturæ obliuiſcebat.] id eſt, per modum obliuiſcentis ſe habuit, nõ extinguendo ignẽ, ſecum tunc deſcendentẽ. [Flammæ econtrariò corruptibilium animalium,] vtporè ſerpentium diuerſi generis, & draconum igneas flammas ſpirantium, [nõ vexauerunt carnes coambulantium:] id eſt, nõ læſerunt corpora Hebræorum, nec iumenta ipſorum ambulantium per deſertũ, in quo erant huiuſmodi animalia venenoſa ignita. [nec diſſoluebãt illam quæ facilè diſſoluebãt, ſicut glacies, bonam eſcam:] id eſt, nõ liquefaciebãt ipſum manna, quod faciliter liquefiebat radio ſolis, ſicut glacies calore ignis ac Solis citò diſſoluitur. Hinc habetur Deut. 8. Dñs ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq; terribili, in qua erant ſerpens flatu adurens, & ſcorpio, ac dipſas. Et cõſtat quòd venenoſa illa nec filijs Iſrael, nec eorum pecoribus nocuerunt, niſi q̃ interdùm propter peccata ſua puniebantur. [In oñibus emiſſarij magnificãſti populum tuum Dñe:] id eſt, populum Iſrael in multis & magnis beneficijs ſpiritualibus & corporalibus eminentẽ feciſti præ cæteris gentibus. [& honorâſti,] id eſt, honorabilẽ conſtituiſti, [& nõ deſpexiſti] preces eorum [in omni tempore, & in omni loco] ſcilicet in Aegypto, in mari rubro, in deſerto, in Iordane, in terra promiſſionis [aſſiſtens eis] per gratiam ſpecialẽ, præſertim electis ex eis: reprobos aũt & ingratos damnâſti. Hinc in Deuteronomio Moſes huic populo ait: Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtaq; iudicia, & vniuerſam legẽ, quam ego proponam hodiè ante oculos veſtros? Et rurſùs: Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die qua creauit Deus hominẽ ſuper terram à ſummo cæli, vſq; ad ſummũ eius: ſi facta eſt aliquandò huiuſmodi res, aut vnquàm cognitum eſt, vt audiret populus vocẽ dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & * vixiſti, ſi fecit Deus, vt ingrederetur, & tolleret ſibi gentem de medio nationum, per tentationes, ſigna atq; portenta, per pugnã & robuſtã manum, extentumq; brachium, & horribiles viſiones, iuxta oñia quæ fecit pro vobis in Aegypto Dñs Deus veſter, videntibus oculis tuis: vt ſcires quoniam Dñs ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter vnũ. Verùm hęc oñia de populo Chriſtiano multo ſublimiùs verificantur: ſpiritualiter tñ, immò & literaliter pro maxima parte, cui collata eſt tanta diuinorum plenitudo chariſmatum, tanta abundantia ſignorum, virtutum & prodigiorum, tanta perfectiſſima lex, & tanta ſpiritualium ac corporalium exuberantia beneficiorum, vt quantùm veritas ꝓcedit figuram, & vmbra lucem, tãtùm populus Chriſtianus in oñibus iſtis populum illum, cui omnia in figura contingebant, excedat? Inſuper quòd populus ille olim præ cæteris tam electus, à tempore Euangelicæ legis tam extremè relictus eſt, & cunctis excellentijs ſuis priuatus, diſperſus, captiuus, atq; diuina chariſmata illis olim cõceſſa, ad plebem Chriſtianam tam copioſiſſimè & excellentiſſimè ſunt tranſlata, certiſſimum ſignum eſt veritatis Catholicæ fidei & Euangelicæ legis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

Deut. 4.

Ibidẽm

*vidiſti

1. Cor. 10.

¶ Enarrationum in librum Sapientiæ, Finis.

D. DIONYSII CAR.
THVSIANI IN LIBRVM ECCLESIASTICI, ELVCIDATIO.

PROLOGVS.

Lucæ 4. IRABANTVR OMNES IN VERBIS GRATIAE, QVAE procedebãt de ore eius. Hæc verba in Euangelio de Christo ad literam scripta, nõ inconuenienter de libri huius authore intelliguntur. Et ſicut in labijs Christi diffuſa eſt gratia, ſic ſuo modo in labijs huius authoris, qui propter doctrinæ ſuæ ꝓclaritatem, & ſapientiæ ſuæ virtuoſitatẽ, ac generaliſſimam eximiamq; vtilitatem, Eccleſiaſticus meruit appellari. Vndè Gloſſa fatẽ: Eccleſiaſticus, ſicut Eccleſiaſtes, in Eccleſia vtiliſſimꝰ eſt. Qui Eccleſiaſticus, cõgregator vel collector interpretatẽ: ſicut Eccleſiaſtes, concionator.

Eccĩ 51. Hinc infrà ait: Congregate vos in domũ diſciplinæ. Porrò quis author ſit huius voluminis,
Eccĩ 50. ipſemet infrà pandit, dicens: Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſus filius Sirach Hieroſolymita, qui fuit anus eius, qui tranſtulit librũ hunc de Hebræo in Græcum, vt patet in Prologo, incipiente: Multorum nobis: qui in biblijs cõmuniter libro huic præponitur. Dicunt q; aliqui, Prologum illum eſſe de textu, quod nequaquàm videtur, cùm Prologus ille nõ ſit niſi præfatio tranſlatoris, non ſermo authoris. Deniq; liber iſte non eſt de Canone, id eſt, inter ſcripturas canonicas cõputandus, quãuis de eius veritate nõ dubitetur. Et cõuenit multùm in ſenſu modoq; ꝓcedẽdi cum libro Prouerbiorũ Salomonis. Propter quod ſcribit Hieronymus, ſe reperiſſe hunc librum apud Hebræos, non tamen vocatũ Eccleſiaſticum, vt apud nos, ſed parabolas prænotatum ſeu intitulatũ. Et ſicut in libris Salomonis, ità & hîc ſapientia varijs modis & extenſè accipitur. Quandoq; pro ſapientia increata atq; ingenita, interdùm pro ſapientia increata & genita, aliquãdò pro ſapientia creata, infuſa aut acquiſita, nonnunquàm pro quacunq; virtute, prout in proceſſu patebit.

¶ Expoſitio Cap. primi: Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Art. 1.

TRactaturus author voluminis huius de ſapientia & ſapientialibus documentis, & ſalubertimas traditurus doctrinas, ꝓteſtatẽ in primis, oẽm ſapientiã à Deo ꝓcedere, nè videatur de ſeipſo pſumere. Itaq; ait: [Oẽmis ſapientia à Dño Deo eſt.] Poſſet hoc de omni ſapientia creata humana exponi, niſi mox ſubderetur, [& cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum.] Quæ ergò eſt ſapientia à Deo, ꝓcedens, & ſemper atq; ante æuum, id eſt, ab æterno cum ipſo Deo cõſiſtens, niſi ſapientia increata, æternalis ac genita, verbum Dei patris æternũ, conceptus & ꝑples, internaq; dictio Dei, ſe æternaliter pleniſſimè intelligentis, & id quod in ſe & de ſe intelligit, intra ſe & de ſe plenè ac inuariabiliter proferentis. Hæc Sapientia, vna ac ſimplex, vocatur Omnis, id eſt, tota atq; perfecta, ſecundùm
Eccĩ 43. quod infrà habetur: In omni corde, id eſt, toto corde magnificate deũ. Et qm̃ ſupereminentiſſimè contentiua eſt omnis creatæ ſapientiæ, eſtq; ratio & exemplar, ars & idea oẽmis entis creati. Hæc ſapientia à Dño Deo eſt, id eſt, à patre æternaliter, immaterialiter, inegreſſibiliter & intellectualiter profluẽs atq; naſcens. Et eſt cũ eo, id eſt, in ipſo, in ſinu & corde ipſius, dicentis: Eructauit cor meũ verbum bonũ. Immò cõſubſtantialis, coæqualis & coæterna
Pſal. 44. eſt patri. Hinc Rabanus ait: Incipit ab æterna Dei ſapientia, q̃ Chriſtus eſt, q̃ ante ſecula eſt cum patre. Veruntñ dici poteſt, q̃ in his verbis mixtim loquat̃ de ſapientia creata & increata, vt ſit ſenſus: Omnis ſapientia à Dño Deo eſt, qa non ſolùm oẽmis ſapientia infuſa, ſed etiã acquiſita, originaliter eſt à Deo, qui intellectũ conceſſit & vim ratiocinandi ac proficiẽdi donauit, atq; in omni actione cauſæ creatæ principaliter operatur, iuxta illud libri Cauſarum: Cauſa prima plùs influit, quàm q̃cunq; cauſa ſecunda: Nempe quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Omnis igit̃ ſapientia intellectualiũ creaturarũ, tam infuſa quàm acquiſita, tam naturalis & philoſophica, quàm ſupernaturalis & theologica, tã illa q̃ eſt donũ ſpiritus ſancti, quàm ea q̃ eſt donũ gratiæ gratis datæ, à Deo trino & vno, in opere indiuiſo fontaliter principaliterq; ꝓcedit. Nã & de philoſophis Ro. 1. loquit̃ Paulus: Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus em̃ illis reuelauit. Et alibi: Quid, inqt, habes, quod nõ accepiſti? Quod
2. Cor. 4. verò ſubiungitur, Et cum illo fuit ſemper & eſt ante æuum, de ſapientia increata accipitur. Et poteſt exponi tam de ſapientia, q̃ in Deo eſſentialiter ponitur, & eſt attributũ ipſius, totã ſuper-

ſuperbeatiſſimæ Trinitati cõmune, (quanuis filio approprietur, ſicut potentia patri, & bonitas Spiritui ſancto) quàm de ſapientia in Deo perſonaliter dicta, q̃ eſt ſapientia increata ac genita. Iuxta hunc modũ dicere poſſumus: Oẽmis poteſtas à Deo eſt, & cum illo fuit ſemper & ab æterno, id eſt, oẽmis poteſtas totius creaturæ à Deo eſt, & poteſtas ſemper & æternaliter eſt cũ Deo, poteſtas ſcilicet increata, iuxta illud Dan. 8. Fortitudo apud ipſum eſt. Inſuper totum de ſapientia creata ſic accipi poteſt: qm̃ omnis creata ſapientia ſemper & æternaliter eſt in Deo idealiter atq; cauſaliter, ſicut & cæteræ creaturæ, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Prima tñ expoſitio amplius placet, tãquàm catholicæ veritati, immò & textui cõſonantior. Deindè oſtendit incõprehenſibilitatẽ ſapientię increatę per hoc, q̃ effectus eius plenè cognoſcere nõ valemus, q̃bus tñ ipſa incõparabiliter altior incõprehenſibiliorq; cõſiſtit. [Arenã maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi q̃s dinumerauit?] q̃ſi dicat, nemo, nec poſſunt ab aliquo homine puro viatore certitudinaliter numerari. Quòd ſi obijciatur, Dies q̃ à principio mundi fuerunt, poſſe numerari, qm̃ ex ſcripturis habeẽ numerus annorũ, qui à mundi principio fuerunt: Reſpondendũ, q̃ in numeratione annorũ non curantur nec cõputantur minutiæ dierũ, menſium, & quorundã annorũ. Circa hæc ſcribit q̃dam: A reditu captiuitatis Babylonicæ vſq; ad Chriſtũ, non habeẽ aliqua annorũ numeratio per ſcripturã. Cõtra quod obijci poſſet q̃ Dan. 9. determinatur numerus annorũ, qui fluxit à tẽpore, quo data eſt iuſſio aut licentia reædificandi vrbẽ Hieruſalẽ, vſq; ad Chriſtũ, quæ licẽtia data eſt tẽpore reditũs à Babylonica captiuitate, vt patet 1. Eſdræ 1. Legit̃ eqdem Dan. 9. Ab exitu ſermonis, vt iterùm ædificet̃ Hieruſalẽ, vſq; ad Chriſtũ ducẽ, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexagintaduæ erunt &c. Item, q̃ de hebdomadibus annorũ etiam expoſitores Hebræorum intelligunt, quarũ quælibet cõtinet ſeptem annos. Itaq; quantitatẽ diſcretam, id eſt, numerum rerũ exiguarum cognoſcere nõ valemus. Conſequẽter oſtendit, q̃ nec quantitatem continuã corporalium rerũ magnarum cognoſcere poſſumus. [Altitudinẽ cęli] id eſt, diſtantiam eius à terra. Vel altitudinẽ ſuæ magnitudinis propriæ. [& latitudinem terræ, & profundum abyſſi] id eſt, maris oceani, vtpotè elementi terræ, [quis dimenſus eſt?] quaſi dicat, nemo hæc menſurauit. Veruntñ quidam aſtronomi de horum perſcrutatione & determinatione ſe intromiſerunt, quẽadmodùm Rabbi Moſes ſcripſit de diſtantia orbis ab orbe, & de latitudine habitabilis terræ: ſed determinatio eius certum nil intuet̃. Deniq; etſi profunditas oceani à nautis aliquandò menſuret̃, in locis maris terræ vicinis, tñ in locis, vbi aqua oceani magìs abundat, & magis propriè aqua elemẽtaris exiſtit, menſurari nõ poteſt. [Sapientiam Dei ꝓcedentem omnia quis inueſtigauit?] tanquàm dicat, cùm corporales atq; viſibiles creaturæ nequeant plenè à nobis cognoſci, multo minùs creatrix ſapiẽtia, quę dignitate, æternitate, cauſalitate, oẽmia hæc ꝓcedit, poterit plenariè inueſtigari. Hæc eſt ſapiẽtia, de qua ait Pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti, vtporè vnicũ & æternũ ſummi patris verbum. De quo ait Euangeliſta: Omnia per ipſum facta ſunt. De cuius incomprehenſibilitate Ioan. 1.
Prou. 30. ſcriptum eſt: Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi nôſti? De qua ſapientia dictum eſt Sap. 9. Tabernaculum tuum Dñe, quod præparâſti ab initio, & tecum ſapientia tua quæ nouit opera tua, q̃ & tunc adfuit, cùm orbem terrarum faceres. [Prior omniũ creata eſt ſapientia.] Hoc communiter exponunt Doctores catholici, dicentes, quòd ſapientia iſta æterna & genita, dicitur prior omnium, ſeu ante omnia eſſe creata, id eſt, præordinata & præuiſa creari, quantùm ad incarnationis myſteriũ, ità quòd ad inſinuandum vnitatem perſonę in Chriſto, eadem ſapientia dicitur increata, quantùm ad ſuam deitatẽ & creata, quo ad aſſumptam humanitatẽ, iuxta illud Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. De quo loqtur Auguſtinus: Cõditor Solis, cõditus ſub Sole. Quòd ſi obijciatur, q̃ quanuis ſapiẽtia iſta poſſet hoc modo dici creata, non tñ prior omnium creata, cùm in fine ſeculorũ ſit incarnata, ſicq; ab exordio multa ante eam creata ſunt. Reſpõdetur, q̃ prior omniũ eſt creata, prioritate dignitatis & eminentiæ, qm̃ ab æterno fuit ꝓordinatum, vt Chriſtus ſecundùm aſſumptam quoq; humanitatẽ, vniuerſis creaturis dignior eſſet ac ꝓſideret. Sicq; ſacratiſſimus Ioannes Baptiſta de Chriſto loquutus eſt: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, id eſt, mihi
Eccĩ 24. ꝓlatus, vt Auguſtinus exponit. Verùm huic expoſitioni, quanuis catholicæ, q̃dam obijciũt, quòd non videtur ſecundùm mentẽ huius authoris ꝓcedere, qui infrà in perſona huius Sapientiæ loquitur: Ab initio & ante ſecula creata ſum. Iſtud tamen faciliùs ſoluitur, quia exponitur ſic: Ab initio & ab æterno prælſa ſum, quantùm ad incarnationis myſterium, creari. Hi nihilominùs exponunt, dicentes, quòd creari ſumitur hîc extenſè, prout ad generationem extendit ſe, vt ſapientia æterna dicatur creata, id eſt, per æternam generationẽ producta, quæ productio vocatur creatio quo ad hoc, quia per eam filius accepit eſſe à patre, nõ

ex præiacente materia. Vndè & Paulus Col. 1. vocat Chriſtum primogenitum omnis creaturæ. Et infrà 24. ſapientia iſta teſtatur: Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Veruntamen ſicut Chriſtus, propriè loquendo, non eſt creatura, quia non ſubſiſtit in eſſe perſonali creato, ſed increato, ad quod eius humanitas eſt aſſumpta, & in illo ſuppoſitata, ſic incarnatio verbi æterni non eſt propriè creatio, quia per eam verbum æternum non incepit eſſe, nec aliquod eſſe ſubſtantiale accepit. Ideò loquutiones huiuſmodi, quibus ſapientia iſta dicitur eſſe creata, aut creatura, non ſunt extendendæ, nec in vſum trahendæ, ſed piè interpretandæ ac reſtringendæ. Inſuper per ſapientiam, quæ prior omnium fertur creata, quidam intelligunt naturam angelicam. Nam angeli intelligentiæ nuncupantur, & quanuis ſimùl cum cælo & tempore ſint creatæ, dicuntur tamen primò creatæ, ordine dignitatis, cùm ſint digniſſimæ creaturæ. [& intellectus prudentiæ ab æuo,] id eſt, intellectualis & vera prudentia, ſeu eius cognitio, ab exordio fuit à Deo conceſſa intellectualibus creaturis, angelis atq; hominibus ante eorũ lapſum. Vel quoniam intellectus, vno modo eſt habitus primorum principiorũ, per intellectum prudentiæ, intelligitur huiuſmodi principiorum cognitio actualis ſeu habitualis, concreata angelis ac primis parentibus. Deniq; quia in Deo ponitur prudentia, qua cuncta plaſmauit ac regit, iuxta illud Prou. 3. Dñs ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cęlos prudentia: Iob quoq; 26. Prudentia eius percuſſit ſuperbum: Intellectus prudẽtiæ dicitur eſſe ab æuo, quia ab exordio & æterno, intellectualis & ſumma prudentia fuit & eſt in Deo, ſecundùm illud Eſaiæ 40. Cũ quo inijt conſilium, & inſtruxit eum, & viam prudentiæ oſtendit illi? [Fons ſapientiæ, verbum Dei in excelſis,] id eſt, verbum æternum æternaliter manens in corde patris, & ſpecialiter habitans, excellentiùs operans, clariusq; ſe oſtendẽs in regno cæleſti, in angelis ſanctis, in præſtantioribus creaturis: hoc, inquam, verbum eſt fons vniuerſæ ſapientiæ creatæ, angelicæ & humanæ, & quanuis procedat & generetur à patre, nihilominùs eſt fons & creator omnis boni, & primus & nouiſſimus, principium & finis, prout ſcriptura Apocalypſeos teſtatur: Immò vnus fons ſapientiæ cum Deo patre. Propter quod Ioan. 8. interrogatus à Iudæis: Tu quis es? reſpondit: Principium, qui & loquor vobis. de quo fonte ait propheta Pſal. 35. Quoniã apud te eſt fons vitæ. [& ingreſſus illius, mandata æterna:] id eſt, gratioſæ viſitationes & illuminationes, per quas ſapientia æternalis ac genita venit ad homines, ſunt ſaluberrimæ iuſſiones, quas præcepit hominibus. Sic enim montẽ Sinai ingreſſa ad Moſen, dedit per angelos mandata moralia, iudicialia & cæremonialia, inter quæ moralia magìs vocantur æterna, quia manſerunt in noua lege, & quia perducunt ad vitam beatam, iuxta quod ſcriptum eſt Matt. 19. Si vis intrare ad vitam, ſerua mandata. Prætereà ſapientia hæc per incarnationis myſterium ingreſſa hunc mundum, dedit mandata æternę ſalutis, addens quædam decalogo, & legem perficiens. Ipſe etiã nouam & euangelicam tradidit legẽ, put Iere. 31. prędixit. Feriam domui Iſrael & domui Iuda pactum nouum. Iſaiæ quoq; 50. Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet. Hinc glorioſiſſimus archiapoſtolus loquutus eſt Chriſto: Verba vitæ æternæ habes. Veruntamen ex his non poteſt increata ſapientia plenariè compræhẽdi, ideò ſubditur: [Radix ſapientiæ cui reuelata eſt?] id eſt, profunditas huius ſapientiæ increatæ, nulli in hac vita plenè innotuit, neq; per inquiſitionem, neq; per reuelationem, quia in ſtatu viæ præſentis cognoſcitur per fidem, non per ſpeciem. Profunditas quoq; ſuæ infinitæ pietatis & communicabilitatis, qua propter nos homines & propter noſtram ſalutem incarnari, in terriſq; conuerſari & occidi dignata eſt, compræhendi non poteſt. [& aſtutias] id eſt, induſtrias prudentiæ [illius,] quibus nouit ſuis in tentationibus ſubuenire, aęreas poteſtates proſternere, humanum genus per viam iuſtitiæ ſimùl & miſericordiæ liberare, immò & ex malis elicere bona, ac mille modis ſuos ſaluare electos, [quis agnouit?] Nullus vtiq; plenè. Vndè & ſapientia hæc incarnata in tribus tentationibus, quibus à principe tenebrarum tentabatur, ſubtiliſſimè vicit: & quia ille ſic tentauit vt falleret, ipſa ſic reſpondit quòd illum circunuenit, & in ſua ambiguitate reliquit, atq; præualuit. Hinc Sapientiæ 8. dictum eſt: Scit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum, & euentus temporum & ſeculorum. Deniq; quanuis in Deo benedicto ſit vna ſimplex prudentia, pluraliter tamen nomine verſutiarum exprimitur, ad inſinuandum multiplicem eius effectum, quemadmodùm etiam vna & indiuiſa pietas Dei, pluraliter miſericordiæ nuncupatur, dum dicitur Pſal. 100. Miſericordias Domini in æternum cantabo. [Diſciplina ſapientię, cui reuelata eſt & manifeſtata?] Diſciplina interdùm vocatur correctio, vt cùm ait Apoſtolus Hebr. 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris. Quãdoq; verò diſciplina nominatur informatio ſeu notitia, præſertim in diſcente fa-

Apo. 1. 22. Hiere. 2.
Exod. 44. Exod. 20.
Ioan. 6.
Baruch. 3. 2. Pet. 2.
Matth. 4. Lucæ 4.

te facta à docente, & vtroq; modo nunc accipi poteſt. Varijs nanq; occultis & ineffabilibus modis ęterna ſapiẽtia ſuos in vita hac erudit & caſtigat, iuxta illud Ier. 31. Caſtigâſti me domine, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. Hinc Iob 9. fertur: Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi receſſerit à me, non intelligam. Nec poteſt homo certitudinaliter ſcire, habere ſe inſtructorẽ donorũ ſapiẽtiæ atq; ſcientiæ, abſq; ſpeciali reuelatione, quę de hoc datur perpaucis, nulli aũt plenariè de vniuerſis ac ſingulis. [& multiplicationẽ ingreſſũs illius] id eſt, multiplicem, varium ac diuerſum ingreſſum, quo increata ſapientia iſta ingreditur, charitatem & cætera dona gratiæ gratumfacientis infundendo, cõſeruando ac perficiendo. [quis intellexit] plenariè & certiuẽ? Nullus vtiq; nec in ſeipſo neq; in alijs, quoniam neſcit homo an amore ſit dignus, id eſt, an habeat charitatẽ, & qd agatur in proximis, ignoramus, dicente Apoſtolo 1. Cor. 2. Quid agatur in homine, nemo ſcit, niſi ſpiritus hominis. Multiplicationẽ quoq; ingreſſũs, id eſt, operationis, qua ſapientia increata operatur in cunctis creatis monendo, prouidendo, regendo, iudicando, retribuẽdo, (Vndè Ioan. 5. teſtatur: Pater meꝰ vſq; modò operaſ, & ego operor) nemo intelligit vniuerſaliter ac perfectè. Hinc Iob 36. ſcriptum eſt: Memento qꝫ ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. Et rurſùs Iob 9. Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorũ nõ eſt numerus. Baruch quoq; 3. Quis aſcẽdit in cælũ, & accepit eã, & deduxit eã de nubibus? Non eſt q poſſit ſcire vias eius, neq; qui exquirat ſemitas eius. Veruntamen aliqd ſcimus ex fide, ex ſcripturis, ex illuminatione, ex naturali ratione, de operationibus & modis agẽdi infinitæ ſapiẽtiæ Dei, tam in operibus naturæ, quàm gratiæ ſiue gratis datæ, ſiue gratum facientis. Porrò Deo eſt proprium, hæc omnia plenè cognoſcere. Vndè ſubiungitur: [Vnus eſt altiſſimus] ſcilicet Deus pater, [creator omnium omnipotens, rex potens,] cuius eſſentia eſt infinita potentia, apud quem non eſt impoſſibile, immò neq; difficile omne verbũ ſeu opus quodcũq;, [& metuẽdus nimis,] quia horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, de quo vnigenitus filius Luc. 12. loquitur: Eum timete, qui habet poteſtatem corpus & animam perdere in gehennã ignis. De quo beatus Iob cap. 3. Conſiderans, inquit, eũ, timore ſolicitor. Et 31. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. De quo ait Iſaias: Dominum exercituum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. [ſedens ſuper thronum illius] id eſt, in throno gloriæ reſidens ſuũp ſius, vel ſapientię à ſe genitę, cui dedit omne iudicium: Nempe totius ſuperbenedictæ Trinitatis vnus eſt thronus, vna maieſtas, eadẽ iudicãdi authoritas & poteſtas, de quo fertur in Pſalmo 9. Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Et iterùm: Dominus, in cælo ſedes eius. Itemq; Pſalm. 79. Qui ſedes ſuper Cherubin, manifeſtare. Incorporeo autem ac ſimpliciſſimo Deo ſedere, eſt inuariabiliter quieſcere, & cum tranquillitate omnia iudicare. [& dominans Deus,] qui dominatur in virtute ſua in æternum. [Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto.] Iam expoſitum eſt, qualiter ſapientia increata ac genita, dicatur aliquo modo creata, præſertim quo ad incarnationis myſterium, quod ſine Spiritus ſancti præordinatione & cooperatione nõ eſt factũ. Ideò ipſa fateꝫ Iſai. 61. Spiritus dñi ſuper me, eo q vnxerit me. [& vidit,] id eſt, ſapientiã à ſe genitã, plenè & intuitiuè cognouit, ſicut Matth. 11. filius proteſtat: Nemo nouit filiũ niſi pater. [& dinumerauit] omnia opera ſapientiæ huius, qa in numero, mẽſura & pondere cõſtituit vniuerſa. [& menſus eſt] oẽm quantitatẽ & magnitudinem effectuũ ſapiẽtiæ æternalis: quælibet etiam diuina & increata perſona aliam plenariè compræhẽdit. [Et effudit illã ſuper omnia opera ſua,] id eſt, in cũctis ſuis effectibus fecit & voluit eam relucere, repſentari, & aliquo modo cognoſcibilem eſſe, præſertim prout eſt attributũ filio, appropriatũ videlicet ſub ratione ſapientiæ, immò & aliqualiter ſub ratione ſapientiæ genitę, ſecũdùm quod per modum veſtigij dicitur ſuperglorioſiſſima Trinitas in oibus apparére. [& ſuper oẽm carnem] id eſt, rationalẽ creaturã, ſpeciali vtiq; modo, quę ad ſummæ Trinitatis imaginẽ eſt creata, & per cognitionẽ atq; amorẽ capax illius. Ideò dixit Pſalmiſta: Signatũ eſt ſuper nos lumen vultûs tui dñe. [ſecundùm datum ſuum] id eſt, ſecũdùm magnificentiã ſuæ liberalitatis atq; donatiõis, videlicet valdè copioſè & piè. [& præbuit illã diligentibus ſe.] Scilicet vltra eorũ merita: & quanto plùs diligunt Deũ infuſo amore, tanto exuberantiùs replenẽ donis ſapiẽtię increatę. Ideò ſcriptũ eſt Iaco. 1. Dat omnibus affluenter. Et ipſamet Sapiẽtia in euãgelio Mat. 25. Vnicuiq; ingt, dedit ſecũdùm propriam virtutẽ, id eſt, ſecũdùm recipientis capacitatẽ. Vel ſecũdùm datũ ſuũ, id eſt, ſecũdùm quod ipſemet Deus largitur hominibus gratiam præparandi ſe ad huius ſapientiæ infuſionem ac incrementum, infundit eandem, & profectum præſtat in ea. Nam quibus ipſe prævenendo infundit maiorem affectionem ſuſcipiendi profectum ſapientię huius, & maioré cordis cuſtodiam atque munditiam, illis liberaliùs eam infundit. Beati etenim qui eſuriunt & ſitiunt

Eccés 9.
Lucæ 1. Hebr. 10.
Iſaiæ 8.
Pſalm. 10.
Lucæ 4.
Gene. 2.
Pſalm. 4.
*præbuit

sitiunt iustitiam, i. spiritalem illum profectum, qm̃ ipsi saturabuntur. ¶Timor dñi, gloria & gloriatio & lętitia & corona exultationis.]Author in libro isto timorem Dei valdè extollit, copiosè commendat, potissimùm docet, & nunc huius timoris prœconia subtiliter inchoat. Timor, ingens, dñi, gloria: id est, gloriam parit in metuente, videlicet claram cum laude nõ titiam, quia ad diuinam illuminationẽ disponit præcipuè, facitq; hominẽ alijs exemplarem & laude dignum. Est etiam timor dñi, gloriatio. Nam facit hominem vitare peccata, sicq; parit conscientiæ serenitatem, & facit hominem in actibus gloriari virtutũ. Est quoq; lætitia, quoniã homo timoratus gloriatur in Deo, & regratiatur eidem de hoc, q̃ præstitit ei suum timorem. Est etiam corona exultationis, quia ęternam meretur salutem, & perducit ad eam,

Psalm. 111. Siquidem beati omnes q̃ timent dñm. Hęc enim de timore filiali vel saltem initiali dicũtur. Hinc sequitur: ¶Timor dñi delectabit cor,]quia remorsum cõscientiæ tollit per hoc, quòd facit hominem viuere virtuosè, & tanto copiosiùs meretur consolationem diuinam, quanto plùs fugit delectationem inanem, carnalẽ, mundanam. ¶& dabit lætitiam & gaudium in

Psalm. 83. longitudinem dierum,]quia perducit ad beatitudinẽ æternalem, in qua cor & caro in Deo plenissimè exultabunt. ¶Timenti dñm]filialiter ac perseueranter, ¶benè erit in extremis,]tunc enim tanto gratiosiùs custodietur, quanto minùs præsumpsit de viribus suis, & quanto diligentiùs vitauit Dei offensam. Idcircò & tunc assistentiam habebit angelicam. ¶& in die defunctionis]id est, mortis ¶suæ benedicetur:]id est, dona gloriæ desuper pro pmio sortietur, ab hominibus quoq; bonis laudabit, qui & orãdo imprecabũtur ei bona. ¶Dilectio Dei, honorabilis sapientia:]id est, in dilectione Dei cõsistit præcipuè vera & honorabilis sapientia, quæ est donũ, nec à charitate diuiditur. Ideò vnusquisq; intantùm confidat se sapiẽtem, quantùm verè & efficaciter diligit Deum. ¶Quibus aũt apparuerit in visu,]id est, hi quibus dignitas ac salubritas sapientiæ huius innotuerit ex illuminatione diuina, per quã excellẽtia salutaris huius doni clarè cognoscitur. Etenim ex illustratione Spiritussancti agnoscimus ea, quę à Deo nobis donantur, dicente Apostolo 1. Cor. 2. Non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum q̃ ex Deo est, vt sciamus, q̃ à Deo donata sunt nobis. ¶diligunt eam in visione,]id est, in tali illuminatione vehemẽter afficiuntur ad eam, & tanto intensiùs, quanto nobilitatem, necessitatem & salubritatẽ eius intuentur lympidiùs. ex cognitione enim bonitatis & amabilitatis rei cognitę, causat inclinatio ac dilectio ad eandẽ. Vndè ex tali illuminatione dixit vas electionis Phil. 3. Existimo omnia detrimentũ esse propter eminentẽ scię-

Pro. 8. & 3. tiam dñi nostri Iesu Christi. Salomon quoq;: Precioſior est sapientia cunctis opibus. Meli-

Sapien. 8. or est acquisitio eius negociatione auri & argenti. Sed & Philo in Salomonis persona: Hanc, inquit, amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eam mihi assumere, quæ omnia etiã de sapientia, q̃ est donum, queũt intelligi. ¶& in agnitione magnalium suorũ.]id est, ex cõsideratione atq; notitia præclarissimorũ effectuum sapientiæ huius etiam diligunt eam, quia per sapientiã istam cõtemplatur homo diuina, ætterna & simplicissima bona, immò superessentialẽ deitatem ac superdignissimã Trinitatẽ, & omnia carnalia & transitoria aspernatur, tanq̃ fœda, vana ac vilia, fitq; diuinus & amantissimus Deo, immò quasi secretarius &

Psal. 50. consiliarius eius, ità quòd Deus incerta & occulta sapiẽtiæ suæ ei per hoc donũ, cùm fuerit perfectũ, reuelat. per hoc donũ rapit, absorbetur, demergit mẽs contẽplatiua in Deũ, & mirabiliter delectat in eo. Eccè quàm magnalia sunt acta sapientiæ huius, propter q̃ ardentissimè est amãda, diligẽtissimè cõseruãda, instatigabiliter exqrẽda. ¶Initiũ sapiẽtiæ timor dñi:] timor filialis & itẽ initialis, secũdùm quod tales semper cõiuncti sunt charitati, & per cõsequẽs dono sapiẽtię. Timor verò purè seruilis, nõ stat cũ charitate & sapientię dono. Ideò timor seruilis est principiũ sapiẽtiæ, quasi extrinsecũ & separatũ principiũ sapiẽtiæ, qa intantùm disponit ad eã, inquãtùm faciet hominẽ à peccatis recedere saltẽ horrore pœnarũ. Porrò timor initialis est principiũ intrinsecũ & coniunctũ sapiẽtię, id est, incrementi ac pfectus in ea, qm̃ facit hominẽ peccata vitare, partim amore iustitię bonitatisq; summę, & sic meretur sapiẽtiæ incrementũ. ¶& cũ fidelibus in vulua]id est, in matrice ¶cõcreatus est,]Hoc accipi potest secũdùm quod alig ex naturali dispositiõe atq; ingenita indole clara, apti sunt & inchoationẽ aliquã habẽt ad Dei timorẽ, q̃ postea faciliùs timorati efficiunt. Iuxta quem

Iob 32. sensum S. Iob dixit: Ab infantia mea creuit mecũ miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecũ. Quocõtrà de reprobis legit in Psal. 57. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero. Spiritaliter aũt, per vuluã potest intelligi remediũ desuper datum cõtra originalẽ peccatũ in lege naturæ, legeq; scripta, & in lege euãgelica, in quo vtero fiebat emundatio ab originali culpa non sine infusione gratiæ ac virtutũ atq; donorum, quæ dona sunt habitus supernaturales infusi, quorũ vnũ est timor. Specialiter demùm in sanctificatis in vtero, concre-

cõcreatus est timor iste in matrice. Sæpè enim capitur in scripturis vulua pro matrice, iuxta illud Iob 31. Nunquid nõ in vtero fecit me, q̃ & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus? & certũ, q̃ fœtus in matrice formet. ¶& cũ electis fœminis graditur.]i. dirigit eas ad finem beatũ. Nam fœminæ naturaliter dispositæ esse vident ad salubrem timorẽ, qa ex sua natura cõmuniter timidæ & verecũdæ cõsistunt. ¶& cũ iustis & fidelibus agnoscit:]i. probabiliter scitur esse in eis, p hoc q̃ conspiciunt esse soliciti ad vitandũ peccata, ad fugiendũ leuitatẽ & superfluitatẽ verborũ, dissolutionẽq; risuũ, & negligentiã operum virtuosorũ. Nempe q̃ timet Deũ, nihil negligit. ¶Timor dñi, sciętię religiositas:]i. timor Dei filialis aut initialis, facit scientiã timentis esse religiosam, i. deuotioni intentã, & vigilantẽ ad exequendum quæ nouit esse agenda: qa scienti bonũ, & nõ facienti, peccatũ est illi. Quorundã verò scien- Iacob. 4.
tia est curiosa, q̃ neglectis pertinentibus ad saluteṁ, circa vana & impertinentia occupat. Religio aũt vno modo est idem quod latria siue deuotio, sicq; nunc sumitur. Nam subdit: ¶Religiositas custodiet & viuificabit cor.]Religio quippe dicitur à religando vel relegendo, qm̃ religat & separat mentem à vanitatibus mundi, & ligat eam cũ Deo, facitq; eam frequenter relegere siue recolere ea, quæ Dei sunt & salutis, ac per hoc custodit hominem à multis periculis & peccatis. Viuificat quoq; eum vita gratiæ per spiritalem profectum. Hinc scriptum est: Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & Iacob. 1.
viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. ¶iucunditatem] in via, ¶atq; gaudium]in patria ¶dabit,]immò in prosperis & aduersis, in appetitu superiori ac inferiori. ¶Timenti Deum benè erit]per dona gratiæ in præsenti, ¶& in diebus consummationis illius,]dum vitam hanc finit, ¶benedicetur, sicut expositum est. At verò in hoc libro (sicut in moralibus fieri solet doctrinis) idẽ sensus frequenter repetitur, quatenùs menti fortiùs ac salubriùs inculcetur. Finis nanque huius doctrinæ, est profectus virtutum, detestatio vitiorum, æterna felicitas: ideò iuxta exigentiam huius finis, in libro isto procedit. ¶Plenitudo sapientiæ, timere Deum:]id est, in filiali & perfecto timore Dei præcipuè tanquàm in signo ostenditur atq; perpenditur sapientiæ plenitudo, quæ consistit in adhęsione summæ veritatis per saporem internum: & constat, quòd quanto quis vigilantior est ad vitandum omnem culpam, quantũlibèt paruam, tanto ostenditur perfectiùs adhærere summo & inuariabili bono, ac delectari illo. Hinc asseritur Iob 28. Quandò Deus ponebat pluuijs legẽ, & viam procellis sonantibus; tunc vidit sapientiam & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit, & dixit homini: Eccè timor dominj, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia. ¶& plenitudo à fructibus illius:]id est, à fructibus, effectibus seu actibus sapiẽtiæ aut timoris, procedit ac obtinetur plenitudo perfectionis gloriæ ac salutis, sicut præmium consequitur meritum. ¶Omnem domum illius implebit à generationibus:]id est, timor seu sapientia implebit habitacula timentis Deum, operibus bonis & fructibus copiosis, videlicet domum mentis & conscientiæ, congregationem timenti præsidenti cõmissam, & mansionem eius cælestem. Nempe vt legitur Iaco. 3. Quæ desursùm est sapientia, primùm q̃dem pudica est, deindè pacifica, modesta, suasibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Timens quoq; Deũ, nil negligit. Immò timor est diligentiæ mater & solicitatrix, facitq; hominẽ custoditum, & ità fit spiritualiter diues, sicut in Psalmo dicitur de timẽte: Gloria & diuitiæ in domo eius. ¶& receptacula à thesauris illius.]Receptacula hominis, Psalm. 111.
sunt potentiæ, q̃ possunt esse subiecta gratiæ & virtutũ, & per consequens etiam vitiorum. Thesauri aũt hominis timorati ac sapiẽtis, sunt spirituales diuitię eius, vt habitus virtutũ atq; donorũ. Dum ergò sapientia seu timor incitat hominẽ ad insistendũ actibus virtutũ & donorũ, tunc à thesauris (i. virtuosis habitibus eius ac donis) replẽtur præfata receptacula eius, videlicet intellectus & voluntas, appetitusq; sensitiuus, actibus meritorijs & meritis copiosis. ¶Corona sapientiæ, timor dñi:]i. sicut regiũ diadema ornat caput regis, sic timor filialis sapiẽtiam, nè ei aliqd elatiõis admisceatur, & nè in multa sapiẽtia, multa sit indignatio mala, qua qs ęgrè capit se despici, sed indignatio bona cõtra peccata. Dicitur quoq; timor dñi, corona sapiẽtiæ, i. triumphus vitæ æternæ, ad quem perducit sapientem, & q̃ triumphus sapientibus verè debetur. ¶replens pacem,]i. in psenti pacem pectoris, & in futuro pacẽ æternitatis perficiens, per hoc quòd facit inquietudinẽ vitiorũ vitari, & ob hoc pacem illam supernam, quę omnẽ sensum exuperat, adipisci. Ideò scriptum est Psal. 33. Nihil deest timentibus Deũ. ¶& salutis fructum.]Fructus salutis, potest dici puritas mentis, cui beatifica visio à
Christo promittitur, iuxta illud: Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deum videbunt. De quo fru- Matth. 5.
ctũ ait Apostolus Roman. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Hunc fructum replet, custodit & perficit timor, dum omnem culpæ maculam fa-

cię

cit vitari. Vel fructus ſalutis, eſt gaudium illud pleniſſimũ, beatificam cõſequens viſionem,
quem timor replet, quia meretur gaudio illo plenariè ac ſecuriſſimè quietari, quemadmo-
Pſal.16. dùm ſcriptũ eſt: Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. q enim modò nõ ſunt periculoſa ſecu
ritate decepti, ſed iugiter timorati, tũc meritò erunt tutiſſimi. [& vidit, & dinumerauit eã.]
id eſt dñs ſapientiã approbauit, & numerũ meritorũ eius remunerauit, qa nullũ bonum de-
Sapien. 7. ſerit irremuneratũ, & neminẽ diligit, niſi eum qcum ſapiẽtia inhabitat. Vel ſenſus eſt, quod
timor vidit, i. per approbationẽ cognoſci fecit ſapiẽtiam, non qꝫ ſapientia iſta nõ ſit per ſe
placita, ſed qa timor cuſtodit & cõſeruat eam, nè per peccatũ amittatur. [Vtraq; aũt] ſcilicet
timor & ſapientia, [ſunt dona Dei.] Ideò gratus ſit Deo q habet ea, vt mereatur cõſeruari ac
perfici in eiſdẽ. [Scientiam & intellectũ prudentiæ ſapiẽtia cõpartietur,] id eſt, ſapiẽtia iſta
quæ donũ eſt, facit hominem cõmunicare ac condiuidere ſcientiã, id eſt, rerum creatarum
formatam notitiã, & cognitionẽ prudentiæ in rebus agendis. Per ſapientiam nanq; cõtem-
platur homo charitatẽ, munificentiã & pietatẽ Dei ad homines, ad quarum imitationem in-
1.Petr.4. ſtigat, vt ſicut Princeps Apoſtolorũ hortaẽ, Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã, in alterutrũ ad-
miniſtret. [& gloriam tenẽtium ſe, exaltat.] id eſt, ſapientia ſublimẽ & magnã efficit gloriã,
famam, ſalutẽ, lætitiam eius, q ſe, hoc eſt, ipſam ſapiẽtiam tenet atq; amplectit perſeuerãter.
Talis em̃ corã Deo & hoĩbus magnus fit, iuxta illud Sap. 8. Habebo propter hãc claritatem
ad turbas, & honorẽ apud ſeniores. [Radix ſapientiæ eſt, timere Deũ:] eo modo timere De-
Pro.1.& 9. um, eſt radix ſapientiæ, quo dictũ eſt, qꝫ timor Domini eſt principiũ ſapiẽtiæ. Et ſicut radix
Eccl 1. arborẽ nutrit, cõſeruat & auget, ſic timor ſapiẽtiam, per hoc qꝫ ſolicitum reddit hominẽ ad
vitandum peccata, atq; ad exequendũ opera bona, qa veretur Deum offendere. [Rami enim
illius longæui.] Rami ſapiẽtiæ, ſunt actus procedẽtes ex ea, & bona cõcomitantia eam, atq;
ſententiæ ſcripturarum: q̃ omnia ſunt lõgæua, vel qa perſeuerant in patria, vel qa perducũt
ad gaudia ſempiterna. Certum q̃ eſt, qꝫ contemplatio, gaudium & pax, ex ſapiẽtia emanan-
Lucæ 10. tes, complenẽ in regno cæleſti. Quapropter dixit Saluator de ſanctiſſima Magdalena, quòd
optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. [In theſauris ſapientiæ, intellectus & ſcien
tiæ religioſitas:] Theſauri ſapientiæ, ſunt merita eius, & precioſa chariſmata ei adiuncta, in-
ter quæ ſunt, intellectus, id eſt, intelligentia ſcripturarum, & religioſitas ſcientiæ, id eſt, ſci-
entia deuotionalis ſe occupãs circa ſalubria, vitansq; vana & curioſa, ſicut expoſitũ eſt. [Ex-
ecratio autem peccatoribus ſapientia,] id eſt, ſapientiam ſalutarem abominãtur iniqui, qui
in carnalibus delectantur, & vitioſis excæcati habitibus, nõ ſapiunt ea quæ Dei ſunt, quem-
1.Cor.2. admodùm febricitanti dulcia videntur amara. Et Apoſtolus ait: Animalis homo non perci-
pit ea quæ ſpiritũs Dei ſunt: ſtultitia enim eſt illi. Ideò aſſeritur Prouerbior. 18. Non recipit
ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde eius: ſapientia etenim pro-
Prou.15. hibet vitia. Ideò rurſùs Salomon ait: Non amat peſtilens eum qui ſe corripit, nec ad ſapien-
tes graditur. [Timor Domini expellit peccatum.] Timor enim purè ſeruilis, quanuis ſit
cum culpa mortali, incipit tamen quædam vitare peccata. Timor verò initialis ac filialis,
ſemper coniuncti ſunt charitati. Ideò non compatiuntur ſecum mortale peccatum, ſed il-
lud tanquàm contrarium ſibi expellunt, & ea de quibus timens tentatur, abijciunt; facien-
do illud vitari. Timor igitur initialis ac filialis, per pœnitentiam mundat à peccatis com-
miſſis & admiſſis, & prohibet à committendis ac admittendis. [Nam qui ſine timore] initi-
ali aut filialiꝫ eſt, non poterit iuſtificari:] id eſt, iuſtus eſſe, quoniam non odit, ſed diligit ma
lum culpæ: ſicut ſeruiliter timens, quanuis timore ſupplicij abſtineat à peccato, tamen ap-
petit illud. Hinc Iſaiæ 66. Dominus loquitur: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum,
Prou.14. & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Legitur quoquè in Prouerbijs: Timor
Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Immò qui Deũ non timet, ad iracundiam atq;
ſuperbiam pronus eſt, iniurians & repugnans Deo ac proximis. Propterea ſubditur: [Ira-
cundia enim animoſitatis illius,] ſcilicet intimorati hominis, [ſubuerſio] id eſt, perdi-
tio illius [eſt,] quum ſit mortale peccatum. Etenim qui per timorem Dei & manſuetudi-
nem, iram animoſitatis non reprimit, in vitiorum voraginem ruit: & benè ait, iracundia
animoſitatis, quia ex animoſitate iracundia oritur. Nam quanto quis maior eſt in oculis ſu-
is, tanto plùs grauat & ponderat illatã ſibi iniuriam: vel quòd iudicat eſſe iniuriam, quan-
uis non ſit: & quanto plùs ponderat illam, tanto plùs iniurianti indignatur atque iraſcitur,
ac maiorem expetit vltionem: & hæc eſt iracundia peſſima, quæ ex ſuperbia naſcitur, ma-
giſq; pertinax: quæ autem ex naturali diſpoſitione procedit, qũieſcit celeriùs. [Vſq; in tem-
pus ſuſtinebit patiẽs,] id eſt, homo patiẽs iniurias ſibi factas æquanimiter feret, vſq; ad tem-
pus retributionis, ſeu vſq; ad finem vitæ ſuæ. Hoc enim eſt de ratione patientiæ omniumq;
vir-

virtutum, ſtabiliter operari. Vel vſq; in finem, quantùm ad propoſitum virtuoſi: vel vſq; ad
tempus, id eſt, quàm diù Deus permiſerit eum affligi: & totum hoc tempus, reſpectu futuræ
perpetuitatis, eſt breue & modicũ. [Et poſteà redditio iucunditatis:] id eſt, iucundã à Deo
mercedẽ pro patiẽtia ſua recipiet. Sæpè etiam deſupèr cõſolatur in vita præſenti. Hinc Chri
ſtus patientibus dixit Matt. 5. Gaudete in illa hora, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cę-
lis. Pſalmiſta quoq;: Patiẽtia, inquit, pauperũ non peribit. Hinc Princeps Apoſtolorũ in pri- Pſalm.9.
ma ſua hortatur Canonica: Cõmunicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt in reuelatiõe glo 1.Petr.4.
riæ eius gaudeatis. [Bonus ſenſus] id eſt, diſcretus & ſapiens intellectus, [vſq; in tempus abſ-
condet verba illius,] vtpotè patientis, non laudando eũ, niſi tempore opportuno, vel verba
illius, id eſt, iracundi & animoſi, non ſtatìm prorumpendo in verba ſimilia, aut propriã im-
patientiã demõſtrando, ſed patiẽter ſilebit, quouſq; ratio exigat illũ puniri. Vndè Prou. 12.
fertur: Fatuus ſtatìm indicat iram ſuam: qui autẽ diſſimulat iniuriam, callidus eſt. Et denuò:
Labia ſapientiũ cuſtodiunt eos. [& labia multorum enarrabunt ſenſum illius:] id eſt, diſcre Prou.14.
tionem & ſapientiam eius, qui ità vſq; ad tempus aptum ſilet, multi laudabunt. [In theſauris
ſapientiæ, ſignificatio diſciplinæ:] id eſt, donum ſapiẽtiæ in ſua perfectione & ſpiritali opu
lentia continet, vt doceat diſciplinam ſeu correptionem, & caſtigationem æquanimiter to-
lerari. hoc enim eſt ſignum & effectus veræ ſapientiæ, in diſciplina & aduerſitate gaudere.
Ideò ſcriptum eſt: Argue ſapientẽ, & diliget te. Rurſùm quoq; Pro. 19. Doctrina viri per pa- Prou.9.
tientiam noſcitur: & gloria eius eſt, iniqua prætergredi. [Execratio autem peccatori, cultura
Dei.] id eſt, colere Deum per actus virtutum, peccator habituatus in vitijs deteſtatur, nolens
cõſueta relinquere. [Fili, concupiſcens ſapientiam, cõſerua iuſtitiam:] id eſt, ſi ſapientiã ap-
petis deſupèr adipiſci, & illuminari à dño, obſerua præcepta, quæ ſunt de operibus iuſtitię,
& per hoc ad ſapientię infuſionem ſeu incrementum diſponere. Oportet enim à vitijs elõ-
gari, & pœnitere de eis ante doni ſapientiæ infuſionẽ, quia in maleuolam animã non intro- Sapien.1.
ibit ſapientia. Veruntamen pcepta obſeruari non poſſunt, ſecundùm intentionem Dei pre-
cipientis, videlicet ex charitate ſine ſapiẽtia iſta, ſed dum homo facit quod in ſe eſt, accingẽ-
do ſe ad obſeruationem iuſtitiæ, Deus gratiã ſapientiamq; largitur. Ideò ſubditur: [& Deus
præbebit illam tibi.] Et quanto quis iuſtiùs ac puriùs vixerit, tãto plùs ſapiẽtia creſcit in eo,
immò ad ſapiẽtiam iſtam ſpectat, virtutũ actibus, præſertìm manſuetudini, inhærere, iuxta
illud Iaco. 3. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtẽdat ex bona cõuerſatione operatio-
nem ſuam in manſuetudine ſapiẽtiæ. Itaq; ſine iuſta cõuerſatione & tenacitate iuſtitiæ, non
pertingitur ad culmen ſapientiæ. [Sapientia em̃ & diſciplina timor dñi,] id eſt, timor initia-
lis ſeu filialis, eſt cuſtos, origo, fomentũ ſapientię, q̃ eſt ſapida & formata diuinorũ notitia, &
diſcipline, id eſt, cognitionis moralium, & iſtud iam dictum eſt. [& quod beneplacitum eſt
illi,] videlicet Deo, vtpotè [fides & mãſuetudo,] eſt timor, id eſt, timor eſt inductiuus & con
ſeruatiuus fidei & manſuetudinis. Nempe q timet Deũ, non audet ea q̃ fidei ſunt, curioſè &
præſumptuoſè ſcrutari, immò authoritati ſcripturę ſuũ ſubdit ingeniũ, & in captiuitatẽ re-
digit proprium intellectum. Mãſuetus eſt quoquè, nõ audens ſe vindicare, nè Deus vlciſca-
tur ſua peccata. Idcircò ignoſcit, vt dñs ſibi ignoſcat. [& adimplebit] Dominus [theſauros
illius.] id eſt, ſpirituales diuitias timoris ſeu hominis timorati perficiet, dãdo ei aſſiduè pro-
fectum in omni virtute. [non ſis incredibilis timori dñi,] id eſt, non dubites de his, quæ di-
cuntur de laude & fructuoſitate diuini timoris, ſed certiſſimè crede, qꝫ timor iſte ſit tam in-
effabiliter fructuoſus, neceſſarię & ſalubris, vt docet ſcriptura. Nec ſis incredulus de ijs, quæ
timorem Dei incutiunt, vtpotè de præſentia Dei omnia intuentis, & de diſtricto eius iudi-
cio, ac futuris ſupplicijs iniquorum. [& nè acceſſeris ad illum duplici corde:] id eſt, nè putes
te poſſe Deo placere, cum cordis duplicitate, ſimulatione, verſutia, ſed pura & ſimplici in-
tentione eum accede, exora, ac cole: quia vt Iacobus ait Apoſtolus, Vir duplex animo, incõ- Iacob.1.
ſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Chriſtus quoquè in Euangelio: Si oculus tuus nequam fuerit, Matth.6.
totum corpus tuum tenebroſum erit. Hinc ſcriptũ eſt Iob 36. Simulatores & callidi prouo-
cant iram Dei. Itaq; cùm ſimilitudo ſit cauſa ratioq; amoris & complacẽtiæ, ſimpliciſſimus
Deus ſimplicitatẽ amat ac approbat, duplicitatẽ abhorret & damnat. Hinc 1. Par. 29. Dauid
fatetur: Scio dñe Deus meus, quòd probes corda, & ſimplicitatẽ diligas. Vndè & ego in ſim
plicitate cordis mei obtuli omnia. [Nè fueris hypocrita in cõſpectu hominum:] fingendo
quod non es, & bonũ te ſimulando, cùm vanus & prauus ſis, quia etſi homines fallere que-
as, Deum nequaquàm decipere vales. Ideò ex cõſideratione diuini iudicij omnem abhor-
re hypocriſim. Etenim ſimulata æquitas, eſt duplex iniquitas. Hinc Chriſtus in Euangelio
contra hypocriſim acerrimè loquitur, & ſcribas ac phariſæos de hypocriſi ſpecialiſſimè re- Mat.7.& 23.

prǽhendit.Et vniuersi qui boni quid agere se ostendunt,vt ab hominibus videant, lauden-
Lucæ 6. tur,ac reputentur,dicit suã recepisse mercedem,q̃bus vltra hoc ꝛternam infligit damnatio-
Matth. 6. nẽ.Vndè rursùs hortatur ac iubet:Cùm ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritę,tristes.Miserri-
mi ergò,vanissimi atq; vilissimi,& prorsùs stultissimi extant hypocritæ, q̃ Deo neglecto &
ætернæ felicitatis retributione contempta,volatiles & humanas cupiunt laudes, & propter
eas faciunt opera,per quæ,si recta fierent intentione,obtinerent gaudia sempiterna.Sũt ergò Deo valdè odibiles,nec in die suæ angustiæ exaudiri merentẽ à synceritate pietatis diuinæ,iuxta illud Iob 27.Nunq̃d Deus audiet vocẽ hypocritæ, cùm venerit super eũ angustia,
aut poterit in omnipotente delectari?[& non scandalizeris in labijs tuis.]id est, per verba
inordinata,noli teipsum ad peccata inducere,aut confusioni exponere, aliquid proferẽdo,
de quo possis redargui,aut mendax seu detractor vel seminator discordię inueniri.[Attende in illis,]id est,in refrenatione & gubernatione labiorũ tuorum esto peruigil & attentus.
Qui enim custodit os suum,custodit ab angustijs animã suam:& qui moderatur labia sua,
prudentissimus est,sicut Prouerb.21.& 10. dictum est, [nè fortè cadas] per immoderantiam
Prou.13. locutionis.Qui eñ inconsideratus est ad loquendũ,sentiet mala.Ideò monet Psalmista:Co-
Psal.33. hibe linguam tuã à malo,& labia tua nè loquantur dolum.[& adducas animæ tuæ inhonorationem.]Qui enim excedit in verbis,& loquax est,ostendit se stultum atq; honore indignum,immò vilem & inhonorabilem corã Deo atq; hominibus.Ideò ait Saluator Matt.12.
Ex verbis tuis iustificaberis,& ex verbis tuis condemnaberis. Salomon quoq; Pro.18. Mors,
inquit,& vita in manibus linguę.[& reuelet Deus absconditа tua,]id est, peccata tua occul-
2.Cor.4. ta,quod ad minus fiet in iudicij die,quãdò reuelabit abscõdita tenebrarum,& manifestabit
consilia cordium.In præsenti etiam sæpè tandèm patefiunt fraudes & simulationes callidorum,loquaciũ,mendaciũ,ac duplicium corde,ità quòd decęterò nullus adhibet eis fidem,
vilescuntq; omnibus.Ideò subdit:[& in medio Synagogę elidat te,]id est,inter fideles publicè t cõfundat & conterat:[qm̃ accessisti malignè ad Deũ,]id est, duplici corde & perversa
intentione.Sicq; accedere Deũ,nõ est verè,sed fictè accedere eũ.[& cor tuum plenũ est do-
Psal.5. lo & fallacia:]id est,hypocrisi ac fraudulentia, quia ꝓtendis te iustum & bonũ, cùm impius
Malac.1. sis coram altissimo.Etenim virũ sanguinũ & dolosum abominabit dñs.Isaiæ quoq; 32. indu
citur:Fraudulẽti vasa pessima sunt.Et Propheta Malachias:Maledictus,inquit,dolosus. Talis fuit impius ille Simon,cui sacratissimus Petrus loqtur Act.8. Cor tuum non est rectũ coram Deo,in felle enim amaritudinis & obligatione peccati te video esse.Quocontrà gentium doctor testatur 2.Cor.1.Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd
in simplicitate & synceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo.

¶Explanatio 2. cap. Fili,accedens ad seruitutẽ Dei,sta in iustitia & timore. Art. 2.

Hic specialiter ad patientiam admonemur:[Fili,accedẽs ad seruitutẽ Dei,]i.ad obsequendum diuinis præceptis, ad executionem operis virtuosi, ad vacandũ cohærendumq; Deo.Et quanùs per quanlibet virtutẽ Deo seruiat,specialiter tamen latria dicitur virtus,quæ Deo cultũ cæremoniãq; impendit.Cuius latriæ actus sunt,
orare,adorare,sacrificare,vouere,laudare seu psallere.Hęc etenim virtus,aliarũ quoq; virtutũ actiones refert ad cultũ Dei.[sta in iustitia]id est,cõstanter inhærе virtuti iustitię & ac-
Psal.10. tibus eius.Iustus eñ Deus & iustitias dilexit. Estq; necesse ad complacendũ Deo, non solùm
benè se habere circa ipsum Deũ immediatè, sed etiã circa proximũ, exhibendo vnicuique
quod ei debetur,quod per iustitiã adimplet. [& timore]Dei filialí,aut saltem initiali: quoniam timor Dei est omniũ custos virtutũ,sine quo homo mox corruit in peccatũ. Ideò Abbas Pastor edocuit,q̃ homo tam incessanter debet humilitatẽ & timorẽ Dei attrahere, sicut
anhelitum suũ.[& præpara animã tuam ad tentationẽ:]id est,ad æquanimiter suscipiẽdum,
& ad fortiter expugnandum ac superandũ impugnationes diaboli,mundi & carnis. Tenta-
Iob 7. tio eñ seu militia,est vita hominis super terrã:quia ad hoc factus & positus est homo in seculi huius campo,vt pro creatoris & regis ac Dei sui honore,efficaciter ꝑlietur cõtra aduer
2.Tim.2. sarios diuini honoris ac suæ salutis,cõtra aciem vitiorũ. Propter quod non coronatur, nisi
qui legitimè certauerit.Et quanto q̃s fortiùs nititur Deo seruire,& in omni virtute proficere,tanto acriùs contra eum sæuit,insurgit,resistit aduersarius humanę salutis.Propter quod
teste Apostolo 2.Tim.3.Omnes q̃ volunt piè viuere in Christo,persecutionẽ patiẽtur.Hinc
admonet Augustinus:Perseuera vsq; in finem,quia tentatio perseuerat vsq; in finem. Vsque in quem finem?Certè quousq; finias viam,id est,vitam p̃sentem,his tentationibus efficaciter reluctari debemus,ità vt tanto instantiùs,infatigabiliùs,ardẽtiùs insistamus actibus virtuosis,& summæ maiestatis auxilium imploremus,quanto acriùs nos impugnari sentimus.

Atq;

atq; in vera humilitate ac Dei timore vniuersam nostrã conuersationẽ fundare. Ideò subditur:[Deprime cor tuũ,]id est, humilia te,& ab omi tumore superbiæ abstine.Propter quod
ait scriptura Luc.12.Nolite in sublime ferri.Non ergò psumas de viribus tuis, nec magnum
quid sentias de teipso,sed ex cõsideratione defectuositatũ,culparũ & fragilitatum tuarũ,in
totius humiliationis abysso te merge,vt nihil sis in oculis tuis,sicque inimici manus euades.
Oportet quoq; patientiã semper habere.Ideò subiungit: [& sustine] i. æquanimiter tolera
quæcũq; aduersa,tanq̃ animæ tuæ medicamina,quãuis mordacia:sicut q̃dam medicinę mor
daces sunt,q̃ tamẽ desiderio sanitatis spõtaneè acceptant.[& inclina aurẽ tuam:]i.humiliter
& affectuosè te applica ad audiendũ verba salubria. q̃ enim ex Deo est,verba Dei audit libẽ- Ioan.8.
ter.[& excipe verba intellectũs:]i.documenta prudẽtiæ & intelligẽtiæ scripturarũ,per quæ
ad patientiã & ad oẽm spiritalẽ instruaris profectũ. [& nè festines in tempus obductiónis:]i.
ad horam mortis nõ adspires,nec properes inordinatè,videlicet ex impatiẽtia,pusillanimitate,ac tædio prauo.Tamen desiderio futuræ beatitudinis,mors,tanq̃ ianua vitæ,laudabiliter affectatur,dicente Apostolo Rom.7.Infelix ego homo, q̃s me liberabit de corpore mortis huius?Interdùm etiam magnitudo tribulationum fit viris virtuosis incitamentũ atq; occasio desiderandi mortem,quantùm in ipsis est,qui tamen in tali euentu submittũt se Deo.
Nam & Moses dixit:Sin autem aliter tibi videtur,obsecro,vt interficias me, nè tantis affici- Num.11.
ar malis,& inueniam gratiam coram te. Helias quoq; 3. Reg.19. Sufficit mihi Dominе,tolle
(quæso)animam meam.Et ipse Paulus:Supra modũ,inquit, grauati sumus supra virtutem, 2.Cor.1.
ità vt tæderet nos etiam viuere.Huiusmodi nanq; afflictiones induxerũt eos ad desiderium
vitæ quietioris,cuius intuitu mori optabant.[Sustine sustentationes Dei,]id est, tolerationes aduersitatũ placitas Deo.Vel sustẽtationes Dei,id est,subuẽtiones,q̃bus in aduersis Deus sustẽtat te,accipe patiẽter simùl cũ aduersitatibus eis annexis.Ipse etem̃ ait Psal.90. Cum
ipso sum in tribulatione.De quo ait Apostolus:Fidelis Deus q̃ nõ patietur vos tentari supra 1.Cor.10.
id quod potestis.[Cõiungere Deo,]id est,mentẽ tuã Deo coniunge,ipsum fideliter inuocãdo,& cõsiderãdo quòd ipse suos electos in vita p̃senti per aduersa exerceat,gloriãdo quoq;
in contẽplatione infinitæ bonitatis & pfectionis ipsius.[& sustine,]iuxta illud Psal. 26. Expecta Dñm,viriliter age,& confortet cor tuũ,& sustine Dñm,q̃ vtiq; cũ tentatione facit pro- 1.Cor.10.
uentũ,& post tempestatem confert tranquillitatẽ,atq; post fletum cõsolationem infundit. Tob.3.
Qui ait in Psal.49. Inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me. [vt crescat
in nouissimo vita tua:]id est,tempore mortis de vita gratiæ,ad vitam gloriæ,de vita hac temporali & breui,ad vitam transferaris æternam,& tandèm in die nouissimo beatam immortalitatem in corpore & anima cõsequaris.[Omne quod tibi applicitum fuerit,]id est,q̃quid
Deus voluerit aut permiserit tibi accidere de aduersis,[accipe] patienter, immò gratanter,
tanq̃ de manu optimi & prouidentissimi patris, qui omnia ordinat ad electorũ salutem. Et
sic ictum pro munere accipe,exemplo sancti Martini, q̃ dixit se nũquàm fuisse ità securum,
sicut dum latro vibrauit securim in caput ipsius,quoniam sciuit misericordiam Dei in aduersis maximè affuturam.[& in dolore sustine,&in humilitate tua,]id est,in tua deiectione,
vilificatione,& aspernatione,[patientiã habe:]considerando te multa maiora promeruisse
aduersa,per tuam superbiam ac cætera vitia:pensando quoq;, quæ, quanta, & qualia pro te
pertulerit filius Dei.[quoniam in igne probatur aurũ & argentũ, homines verò receptibiles in camino humiliationis.]id est,sicut aurũ & argentũ in igne purgantur,meliorantur,&
approbantur:sic homines capaces disciplinæ ac gratiæ Dei,in feruore & asperitate temporalis deiectionis & afflictionis,probãtur,múdantur,&coronantẽ à iudice summo,iuxta illud
Sap.11. Tanq̃ aurum in fornace probauit illos. In talibus ergò gaudendum est, inquantùm
sunt ità salubria.Propter quod Apostolus Iacobus:Omne, inquit, gaudiũ existimate, cùm Iacob.1.
in varias tẽtationes incideritis.[Crede Deo,]i.prouidentię & gubernationi ipsius fidutialiter te cõmitte,nõ dubitans quin omnia pro meliori tuo disponat tecũ,quantùm in ipso est.
Idcircò & tu iugiter patientiã habe,& cũ sancto Iob profitere:Etiam si occiderit me,in ipso Iob 13.
sperabo.Et pensa quod scriptũ est Psal.39. Dñs solicitus est mei. Hinc Paulus allegat, quod Hebr.13.
Dñs dixit Iosu.1.Non te deseram,neq; derelinquam.[&]ipse[recuperabit te,]id est,per aduersa spiritualiter te curabit,& ad meliora reducet, quemadmodùm Christus in Euangelio Matth.9.
dixit:Secũdùm fidẽ vestrã fiat vobis.[& dirige viam tuam:]id est, cõuersationem tuam ordina ad Dei honorẽ,ad veram salutem,& discretè te habe.Hinc scriptũ est Iere.3.Dirige oculos tuos in directum. Atq; Agg.1.Ponite corda vestra super vias vestras. Quocircà inquiritur,qualiter hîc dicatur,Dirige viam tuam,cùm Prouer.16.scriptum sit:Cor hominis disponit viam eius,sed Dei est dirigere gressus eius.Ieremię quoq; 10.Non est in homine via eius,

nec viri est vt ambulet,& dirigat gressus suos. Et respondendum, q̃ homo per rationem & gratiã ac virtutes potest,pcedere in actus meritorios,nõ tamen sine cooperatione, actualiq; motione Spiritussancti. Sic ergò directio ista principaliter & completiuè est à Deo,ab hoc aũt ministerialiter & elicitiuè,ac liberè operante & acceptante directionẽ supernam: aliter nõ imputaretur ei ad meritũ. Hinc additur:[& spera in illum.]tanq̃ dicat:Hortor te viam tu am dirigere,nõ vt putes tibi vires tuas aut virtutes habituales sufficere,sed vt innitaris auxilio directiõis diuinæ,& dñm depreceris,vt ipse ad bona semper te excitet. [Serua timorem illius,]id est,in prosperis & aduersis nunq̃ relinquas Dei timorẽ castũ & filialem,[& in illo veterasce:]i.vsq; ad senectutẽ & mortẽ permane in timore,& perseuera in Deo. [Metuentes dñm,sustinete misericordiã eius:]i.fiducialiter expectate diuinæ pietatis effectus,indulgentiam & gratiam,& eius gratiosa auxilia,sempiternaq; præmia.[& nõ deflectatis ab illo,] id est,quãuis interdùm nõ exaudiat vos ad libitũ,nec statim liberet ab aduersis, nõ tamẽ ab ipso per pusillanimitatẽ,diffidentiam,aut impatientiã recedatis.[nè cadatis]de vitijs in vitia,& de minoribus ad maiora,ac tãdèm in inferni supplicia. [Qui timetis Dñm, crediteil-
Iacobi 2. li]fide formata.Nam fides sine charitate & opere bono,est mortua. Accedentem autem ad Deum oportet credere,qa est,& q̃ inquirẽtibus se remunerator sit,vt Heb.11.legitur.Idcircò subiungitur:[Et nõ euacuabitur merces vestra:]id est,pmium vestrũ non erit vacuũ aut
2.Par.20. inane,sed gloriosum,plenũ,& sempiternum.Ideò scriptũ est:Credite in dño Deo vestro,& securi eritis.Deniq; tres sunt virtutes theologicæ,quibus potissimè colitur Deus, videlicet fides,spes,charitas.Postq̃ ergò admonuit nos ad fidem,hortatur ad spem.[Qui timetis dominũ,sperate in illũ]spe formata,quod insinuatur per hoc quod ait:Sperate in illũ,hoc est, benè viuendo expectate ab eo æternam salutem,& in eius pietate ac ope confidite.Bene-
Ierem.17. dictus enim vir q cõfidit in dño,& erit dñs fiducia eius,vt apud Ieremiam scribit.[& in oblectationem veniet vobis misericordia:]i.effectũ diuinæ pietatis,vtpotè dona gratiæ in præ-
Isaiæ 30. senti,& dona glorię in futuro,delectabiliter adipiscemini.Propter quod asserit Isaias:Deus
Psal.83. iudicij dñs,beati oẽs qui expectant eum.Et Psalmista:Dñe virtutũ,beatus homo qui sperat in te.[Qui timetis dominũ,diligite illum:]quia charitas est virtus dignissima, ad quã & ad cuius actionẽ cæterę virtutes cũ actibus suis sunt referende:nec sine ea sunt meritorię,quoniam ipsa est vita,forma,vertex,motrix,& imperatrix virtutũ. [& illuminabuntur corda vestra.]Amor nanq; cõiungit amantem amato,& propriorũ bonorum cõmunicationem producit.Vndè & amantiũ se est eadem velle & nolle,nec vlla virtus tam directè & intimè vnit mentem cum Deo,vt charitas.Deus aũt est sapiẽtia luxq; immẽsa,idcircò per dilectionẽ fit homo aptissimus ad suscipiendũ illuminationes diuinas.Et quanto puriùs atq; feruẽtiùs diligit,tãto copiosiùs illustrat.[Respicite filij nationes hominũ,]i.ô filij, cõsiderate & legite facta hominũ vniuersorũ.[& scitote,qa nullus sperauit in dominо]spe formata,[& cõfusus est:]id est,effectu spei suę priuatus.Spes enim est certa expectatio:nec aliquis sperans,quan tùm est ex parte Dei,relinquit. Veruntamen ex propria fragilitate & libertate potest peccare,& bono sperato frustrari:ideò spei debet esse timor admixtus,vt certitudo cõfidentię sit ex parte obiecti,timor verò ex parte subiecti.Ideò ait propheta Psal.9.Sperent in te qui no uerũt nomẽ tuũ,quoniã nõ dereliquisti quærentes te domine.Itemq; Psal.24. Vniuersi qui sustinẽt te,nõ confundẽtur.Vndè ait Apostolus Rom.5.Spes nõ cõfundit.Et de confidente
Ierem.17. in dominо multa magna asserit Ieremias:Erit,inquens, tanq̃ lignũ quod plantatum est secus decursus aquarũ,quod ad humorẽ mittit radices suas,&c. [permãsit in mãdatis eius,& dere-
Matth.10. lictus est?]Nam inter cętera continẽt mãdata,vt pseueremus vsq; in finẽ. Immò fidelissimus ac liberalissimus Deus,nequaq̃ deserit seruos suos cõstantes,sed vltra condignũ iuuat,ditat, remunerat eos.[Et quis inuocauit illũ,& despexit eũ?]Nullus vtiq;,dummodò salubriter & perseuerãter orauerit.Nempe vt ait Saluator Luc.18.Oportet semper orare,& non deficere.
Lucæ 11. Qui rursùs testatur:Omnis q̃ petit,accipit.Ideò per locũ à maiori hoc probat,dicendo: Si vos
Ibidèm. cùm sitis mali,nõstis bona data dare filijs vestris,quãto magìs pater vester cælestis dabit spiritum bonũ petentibus se?Sed intelligenda sunt hæc de inuocãtibus Deũ,hoc est,de his qui intimo cordis affectu implorant misericordiam eius,vitando quę sunt offensiua ipsius.Pec-
Prou.28. catores nanq; in peccandi proposito perstitentes Deus non audit,vt Ioan.9.habetur:Siquidem qui declinat aurem suam,nè audiat legem,oratio eius erit execrabilis. Qualiter autem debeamus Deum rogare,docemur exemplo reorum,qui pro corporali vita cõseruanda,iudicem deprecantur terrenum, vt Climachus plenius scribit.[quoniam pius]in sua natura, [& misericors] in effectu,[est Deus.]Dicitur aũt misericors, quasi miserum cor habens,id est, compassiuum in aliorum miserijs,vt loquitur Damascenus.Et sic Deus non est miseri-

cors

cors in beatitatis natura,cùm inuariabilis impassibilisq; existat,sed per similitudinẽ operis, quia ex sua natura miserias hominum releuat.[& remittit in tempore tribulationis peccata]his qui in tribulatione petunt sibi ignosci,non ex solo seruili timore,& tribulationẽ suam pro suis peccatis æquanimiter patiunt. In talibus em̃ non iudicat, nec vindicat Deus bis Nahum 1.
in idipsum. Hinc Propheta fatet Psalm.119. Ad dominũ cùm tribularer clam aui,& exaudiuit me. Vndè Tob.3.fertur:Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorũ, quoniam cùm iratus fueris,misericordiã facies,& in tẽpore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te.[& protector est omnibus exquirentibus se in veritate:]id est,in vera fide & bona cõuersatione.Est em̃ veritas vitæ,veritas doctrinæ,veritasq; iustitiæ,in q̃bus tribus veritatibus oportet Deum exqrere,inuocare,& colere.Qui verò adhuc in mortali est culpa, inuocet Deum pro remissione culpæ,infusioneq; gratiæ,faciendo quod est in se,hoc est,prępa-
rando se ad indulgentiam & gratiæ infusionem,per vitiorũ cõgruam fugam. Qui enim de præteritis culpis non dolet,nec eas decæterò vitare proponit,prorsùs indignum omni venia se facit ac gratia.[Væ duplici corde,]id est,æterna damnatio debetur ac imminet cunctis hominibus,q̃ habent cor plica duplicitatis infectum,hoc est,simulatione,hypocrisi,versutia sordidum. Atq; vt ait Glossa,duplex corde est,q̃ vult placere Deo & mundo,& qui vult gaudere modò cum seculo,& postèa regnare cum Christo,& qui vult vitijs carnis insistere, & tamen spiritualia consequi bona. In his verbis notatur & repræhenditur culpa cordis. Deindè repræhenditur culpa oris:[& labijs sceleſtis,]id est,his qui habẽt labia vitijs deprauata,nec debitè vitant linguę peccata,vt sunt iuramenta,periuria,detractiones,susurrationes, maledictiones,& discordiæ seminationes.Sequitur de vitijs operis:[& manibus malefacientibus.]per cõmissionem operis vitiosi,intelligit omissio operis virtuosi. Magis quoq; expri mit manus,q̃ aliud membrum,quoniam manus est organum organorum. Ideò quod de manibus malè agentibus dicitur,de cæteris quoq; peccãtibus membris accipitur.[& peccatori ingredienti terram]id est,inter homines conuersanti [duabus vijs:] id est, apparenti bono
& existenti malo,hoc est,in ficta iustitia & duplicata intentione, qui duobus dominis vult Matth.6.
seruire. De talibus dominus loquit Osee 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. [Væ Lucæ16.
dissolutis corde,]id est,vagis,intimoratis,indomitis,&lasciuis.[qui non credunt Deo]fide formata,[& ideò nõ protegent ab eo.] id est,iusto iudicio permittent cadere in diuersa peccata,deindè in tormenta gehennæ corruere. Ligandum est ergò,& figendũ cor in Deo vinculis charitatis, clauis timoris,ancora spei,regula fidei,& gratiæ firmitate, cùm dicat Apostolus Heb.13.Optimũ est gratia stabiliri cor. Et Psalmista precat:Cõfige timore tuo carnes Psal.118.
meas.[Væ his qui perdiderunt sustinentiã,]id est,patientiam,q̃ victi sunt ab ira,tristitia,seu impatientia sua. Quemadmodùm in virtute patientiæ consistit possessio animæ,ità in vi- Lucæ 12.
tio impatientiæ cõsistit perditio eius.Ideò docet Apostolus Rom.12.Noli vinci à malo.[Et qui dereliquerũt vias rectas,]id est,obseruantias ꝓceptorum,[& diuerterũt in vias prauas,] corruentes à virtutibus in peccata,q̃ non perseuerant vsq; in finem.[Et qd faciẽt cùm inspicere cœperit dominus?]id est,quò fugiẽt,aut qualiter euadent,cùm Deus cœperit eos iudicare,& per effectum ostendere,se eorũ peccata cognoscere,sicut & felicissimus Christi prę-
cursor dixit q̃busdam:Genimina viperarum,q̃s ostendet vobis fugere à vẽtura ira? [Qui ti- Matth. 3.
ment dñm,non erunt incredibiles verbo illius:]id est,verbis dei seu scripturis non erũt increduli,immò intellectũ suum authoritati scripturæ humiliter subdent,nec erunt in sensu proprio immansiui.[& q̃ diligunt illum,conseruabunt viam illius:]id est,legem eius implebunt.Dilectio nanq; ociosa non est.Ideò ait Saluator:Si quis diligit me,sermones meos ser- Ioan.14.
uabit.Ideò scriptum est 1.Ioan. 5.Hæc est charitas Dei,vt mandata eius custodiamus.Et denuò ait sanctus Ioannes:Non diligamus verbo neq; lingua,sed opere & veritate.[Qui timẽt 1.Ioan.3.
dominum]filiali aut initiali timore,[inquirent quæ beneplacita sunt illi:]Sunt enim soliciti vitare offensam Dei,ideò diligenter inquirunt,discunt, considerant, quid Deus ab eis requirat,nè ex ignorantia,negligentia,aut inobedientia rei reddantur.[& q̃ diligunt eum, replebuntur lege ipsius:]id est, meditatione,memoria, adimpletione legis diuinæ, sua implebunt corda,iuxta quod legitur Psalm.1.In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Talis etenim ait ex corde: Bonum mihi domine lex oris tui super Psalm.118.
millia auri & argenti.[Qui timent dominum,præparabunt corda sua:]id est, ad gratiarum charismata,& spiritualem profectum disponẽt se.Cùm enim nihil aliud impediat nos à virtutum infusione ac incremento, nisi propria culpa, timor eoipso quo solicitè vitat peccatum,disponit,aptat,dignificat mentem metuentis,ad charismata Dei omnia tribuentis.[& in conspectu illius sanctificabunt]id est, ab omni culpa purgabunt & præseruabunt [ani-

mas suas:]& ad virtutum perfectionem pertingere conabuntur, sicut per Mosen dominus
Leui. 10. sæpè dixit:Sancti er tis,quoniã ego sanctus sum.Vndè loqtur Christus Matth.5.Estote per-
2. Cor. 7. fecti,sicut & pater vester cælestis perfectus est.Ad hoc hortaꝫ nos Paulus:Mundemus, inqt, nos ab omni inquinamento carnis & spiritûs,perficiẽtes sanctificationẽ in timore Dei. [Qui timent dominũ,custodiunt mandata illius:]sicut in Psal. III. cantatur: Beatus vir qui timet dominũ,in mandatis eius volet nimis.[& patientiã habebunt]in omni tentatiõe & aduersitate,[vsq; ad inspectionem illius:]id est,quousq; ad beatificam dei visionem pertingãt.Vel vsq; ad inspectionem Dei,id est,quousq; Deus dignanter eos ac piè intueatur ad eruendum à cunctis aduersis,iuxta illud Prou. 20.Expecta dominum,& liberabit te.[dicẽtes:Si pœnitentiam non egerimus,incidemus in manus dñi,& nõ in manus hominũ.]supplet tãtùm, id est,propter peccata nostra damnabimur, nisi pœnituerimus de eisdem. Ideò in Euangelio
Lucæ 13. Veritas contestatur:Nisi pœnitentiam egeritis,oẽs similiter peribitis.Quòd aũt pœnitendo poterimus manum diuini rigoris euadere,pandit subdendo: [secundùm enim magnitudinem ipsius,]id est,quàm infinita est maiestas atq; iustitia Dei,[sic & misericordia illius cum ipso est.]id est,tam immensa est pietas eius,cùm vtraq; sit ipse Deus,iustus, magnus,miseri-
Psalm. 10. cors.Ideò ait Psalmista:Secundùm altitudinem cæli à terra,corroborauit misericordiam suam super timentes se.Nunquàm ergò est desperandum,cùm bonitas & misericordia Dei in infinitum excedant nostram omnem iniquitatem & culpam.

¶Elucidatio cap.3.Filij sapientiæ,Ecclesia iustorum. Artic. 3.

DE cultu latriæ,qui exhibendus est Deo,tractatum est in duobus primis capitulis:nunc de cultu dulię parentibus impendẽdo,specialiter agitur. Aliqua tamen alia inseruntur.[Filij sapientię,]id est,fideles amantes sapientiam,& studio eius syncerè intenti,seu adoptiui filij sapientiæ increatę,[Ecclesia iustorum:]id est, tales sunt congregatio verè electa,& iustorum collectio.De qua in Psalmo 149.Cantate nomino canticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum. Hęc est ciuitas Dei vera Hierusa-
Psalm. 86. lem,de qua cantamus: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et de qua vno modo exponitur illud Apostoli Eph.5.Christus dilexit Ecclesiam,& tradidit semetipsum pro ea,vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam. Porrò filij superbiæ,filij insipientiæ, ad malignantium spectant Ecclesiam, ad Babylonicam ciuitatem. [& natio illorum obedientia & dilectio:]id est,filij tales & generatio tam electa,ità intenti ac dediti sunt obedientiæ & charitati,vt abstractiuè dicantur obedientia & dilectio,id est, valdè obedientes & charitatiui,sicut de homine multùm consolatorio ac dilecto, dicimus: Tu es consolatio mea,& amor meus.[Iudicium patris audite filij dilecti:]Per patrem intelligit vel Deum omnium creatorem.Cuius iudicium,id est, dictamen seu decretum iustitiæ eius,omnes diligentissimè debemus aduertere. Vel per patrem designat seipsum, tanquàm doctorem præcipuum,[& sic facite,]obtemperando diuinis prceptis,[vt salui sitis,]iuxta illud Matth.19.Si vis intrare ad vitam,serua mandata. [Deus enim honorauit patrem in filijs:]id est,parentes carnales ac spirituales, à filijs ac subditis honorari præcepit, iuxta illud
Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem,vt sis longæuus super terram. Apostolus quoq;
Ephe. 6. Filij,inquit,obedite parentibus vestris per omnia.Sunt itaq; honorandi ex corde,cum exte-
Col. 3. riori reuerentiæ signo,& obeditione in his quæ ad curam domesticam & præfidẽtiam pertinent eorundem,[& iudicium matris exquirens,]id est,exigens adimpletionem sententiæ suæ seu iussionis,quam dedit de matre carnali ac spirituali,& præsertim de sancta matre Ecclesia honoranda,in obseruãtijs præceptorum ipsius.[Firmauit in filios:]id est,præmiationem huius adimpletionis seu trangressionis,firmiter exercuit & monstrauit in prole ac subditis,quia glorioſum dat præmium,honorem & obedientiam exhibentibus suis parentibus,inobedientibus verò damnationem grauissimam.Nam & teste Philosopho:Deo,parentibus & magistris nemo potest reddere æquiualens seu condignum. [Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis:]Ei qui diligit Deum per charitatem, cuncta mortalia sunt dimissa, ad minùs quantùm ad culpam,quanuis de hoc certitudinem ipse non habeat, nisi ex reuelatione.Talis ergò orat pro peccatis mortalibus suis præteritis,vt sibi dimittãtur,quo ad culpam,si adhuc in eis existit. Si autem dimissa sunt quo ad culpam, orat vt sibi dimittantur quãtùm ad pœnæ reatum,vel partim aut in toto,aut simul vel successiuè: quod etiam orat, quanuis nondùm dimissa sint,quantùm ad ipsam offensam seu culpam.Remissio qppe mortalium,quo ad culpam,fit simùl: remissio aũt quo ad pœnam,potest & simùl fieri & successiuè.Pro culpis demùm venialibus &quotidianis,in qbus scimus nos esse,immò quas oẽs &
Psalm. 18. singulas aduertere non valemus,iugiter orare egemus,& dicere cum Psalmista: Ab occultis

meis

meis munda me domine.Pro peccatis etiam proximorũ & totius Ecclesiæ, immò viuorum ac mortuorum debemus orare assiduè,prout charitas Dei & proximorũ requirit. [& continebit:]id est,preseruabit[se ab illis,]putà à recidiuo,nè Deum super omnia incomparabiliter dilectum offendat,inhonoret,amittat.Nam & vulnera repetita sunt grauiora. Et pœnitere,est præterita peccata deflere,ac deflenda non vltrà incidere. [& in oratione dierũ exaudietur.]Hoc tripliciter potest intelligi:Primò,in oratione dierũ,id est,in oratione per dies
multos stabiliter continuata(oportet enim perseueranter orare)exaudietur. Secũdò,in ora- Lucæ 18.
tiõe dierum gratię,qñ videlicet homo est in statu salutis,& orat ex charitate.Tertiò,in oratione dierum,id est,fusa pro felici adeptione diei æternitatis,seu vitæ æternæ, quæ per dies pluraliter exprimi solet,iuxta illud Psalm.90.Longitudine dierum implebo eum.Istudque Prouerb.3.Longitudo dierum in dextera eius.[Et sicut qui thesaurizat,ità qui honorificat matrem suam:]id est,sicut thesaurizans congregat sibi opulentiam temporalem, & seculariter agit prudenter: sic qui matrem carnalem & spiritalem veneratur, verè sapientialiter operatur,& spiritales sibi reponit diuitias,meritò recepturus pro eis abundantiam præmiorum.Vndè ait Saluator:Thesaurizate vobis thesauros in cælo.[Qui honorat patrem suum, Matth.6.
iucundabitur in filijs:]id est,filios disciplinatos & bonos habebit, in quibus meritò poterit gloriari.Nam sicut ipse patrem honorat,sic filios suos verbis & factis ędificat.Filij quoq; frequẽter sequuntur suorum mores parentum.Similiter qui Superioribus suis dignè obedit,meretur obediẽtes habere discipulos ac subiectos.[& in die orationis suæ exaudietur:] cùm sit virtuosus & exemplaris, aliosque ad virtutes inducens. Vndè & pro illis exauditur frequenter: Semper autem pro se,tempore scilicet opportuno.[Qui honorat patrem,]aut etiam matrem,[vita viuet longiori:]quod certum est de vita gratiæ in præsenti,& vita gloriæ in futuro.Sæpè quoquè impletur de vita naturæ in corpore, sicut in Exodo hoc ipsum
pro præmio est expressum:Honora patrem & matrem,vt sis longæuus super terram. Cùm Exod. 20.
enim proles à parentibus habeat esse, congruum est,vt honorando principia sui esse, mereatur ac habeat diuturnius esse & viuere in hac carne: & qui inobediens extat parentibus,citiùs de hac vita auferatur,quia ingratus est principijs sui esse. Interdùm tamen ex alia causa aliter accidit,iuxta occultam diuini dispensationem iudicij,quod penetrari nequit ab homine.[& qui obedit patri, refrigerabit matrem.] De carnalibus patre ac matre hoc accipi potest:quoniam vxor diligens tam filium quàm maritum, gaudet tam de filij obedientia virtuosa, quàm de mariti sui honore.Refrigeratur quoquè, spe bona confidens, quòd sicut filius suus obedit proprio patri,sic quoquè obeditur sit sibi. Spiritaliter verò,qui obedit Prælato seu Deo creatori,refrigerat atque lætificat matrem suam Ecclesiam. [Qui timet dominum]filiali aut initiali timore,[honorat parentes]carnales & spirituales, nè per diuini transgressionem prcepti Deum offendat,cuius offensam summè abhorret.[& quasi dominis seruiet his,qui se genuerunt] in esse naturæ,scilicet parentibus carnalibus loco & tempore opportuno, vel in esse fidei ac gratiæ, vt prælatis & prædicatoribus,sicut quibus- 1. Cor. 4.
dam scribit Apostolus: In Christo per Euangelium ego vos genui. Et rursùs nonnullis: Fi- Gal. 4.
lioli,quos iterùm parturio.Sic quoquè Deus prcsertim nos generat,iuxta illud Iacob.1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Deniquè, quàm eminenter tales sint honorandi,pandit Apostolus 1.Tim.5.loquens:Qui benè præsunt presbyteri,duplici honore digni habeantur,maximè qui laborant in verbo.Itaque seruiet eis [in opere & sermone,]id est,faciẽdo & loquendo quod sibi iniunxerint:vel in opere & sermone,id est, nõ solùm per effectũ, sed & per locutionem protestabitur se paratũ illis seruire.Quocirca in parabola Matth. 21. legit:Homo quidã habebat filios duos,& dixit ad primũ:Fili,vade operari hodiè in vineam meã.At ille respõdens,ait,Nolo. Postea pœnitentia ductus, abijt. Accedẽs aũt ad alterũ, dixit similiter.At ille respondens,ait:Eo dñe,& non iuit..[& omni patiẽtia,]ità quòd propter laborem & difficultatem obsequij non murmurabit,nec contristabitur contra eos.Immò si
in executione iniuncti operis corripiatur ab illis,siue iustè,siue iniustè, æquanimiter feret,
nec debet cõtra parentes contendere.[Honora patrem tuum] carnalem & spiritalem,[vt su Exod. 20.
perueniat tibi benedictio à Deo:]id est, dona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futuro multipliciter consequaris ab eo,immò & sufficientiam in terrenis. [Et benedictio illius in nouissimo]id est,finaliter & æternaliter[manet:]quia de statu gratiæ transfertur ad plenitudinem gloriæ.[Benedictio patris firmat domos filiorũ:]id est,imprecatio, qua pater carnalis aut spiritalis imprecatur bona filijs aut subditis suis,quæ imprecatio solet sortiri effectum authoritate & virtute patrũ,seu ratione ministerij,& præcipuè ex gratia Dei. Sic enim Genes. 9.
Noe benedixit Sem & Iaphet,& Isaac Iacob,Iacob quoquè duodecim patriarchis,vt patet in 27. 49.

Geneſi.Non tamẽ ſunt omnes electi,qui ſic benedicuntur à patribus:qm̃ benedictionis effectu faciũt ſe indignos,aut non perſeuerãt in illo.Benedictio igitur patris firmat domos,id eſt,poſteros aut habitacula filiorũ,qui temporalia aut ſpiritalia aut vtraq; ſortiuntur. [Maledictio aũt matris,eradicat fundamẽta:] i.ſtabilitatem ſobolis ſibi rebellis extirpat. Proles enim multa ſuſcepit à matre,& propter prolẽ multa paſſa eſt mater:ideò periculoſa eſt imprecatio,qua mater filijs aut filiabus ſuis mala imprecatur,quia frequenter effectum ſortitur,quẽadmodùm in libro de Ciuitate Dei recitat Auguſtinus de muliere,quæ fuit in Cappadocia,quæ cùm ſeptem filijs ſuis ſibi inobedientibus maledixiſſet,mox horribilem capitis incurrerũt tremorẽ.[Nè glorieris in cõtumelia patris tui:]id eſt, in inhonoratione ipſius.[non eſt enim tibi gloria,ſed confuſio:]id eſt,contumelia patris tui redũdat in te:& valdè cõfuſibile tibi eſſet gloriari in contumelia patris tui,cuius aduerſitati cõpati debes,nec
Gene.9. deridere eundem:ſed potiùs exemplo Sem & Iaphet,operire quod verecundabile ſeu inhoneſtum eſt in patre tuo carnali aut ſpirituali,niſi inquãtùm charitas aut iuſtitia,pro cura & ſalute patris tui qd aliud exigat.[Gloria eñ hoïs,ex honore patris:]id eſt,veneratio patris,gloriosa & honeſta eſt filio,q eſt aliqd patris,& in quo pater manet ſicut radix in ramo,principium in principiato,& cauſa in ſuo effectu,ſolentq; filij parentum veſtigia ſequi.[& dedecus filij,pater ſine honore:]qa inhonoratio parentũ redundat in prolem,cùm & ipſa inprimis teneaſ prouidere pro poſſe,vt parentes ſui honeſtè tractentur.& referenda ſunt omnia iſta etiam ad ſpiritales patres ac ſubditos.Turpe quippe & confuſibile eſt inferioribus,ſi ſu
1.Theſ.5. periores ſuos non venerentur.ideò ſcribit Apoſtolus:Rogo vos fratres,vt noueritis eos qui laborant inter vos,& præſunt vobis,& monent vos,vt habeatis illos abundantiùs in charitate:propter opus illorum pacem habete cum illis.[Fili,ſuſcipe ſenectam patris tui,]id eſt, parentes tuos in ſenectute eorũ præcipuè piè tractes,& tanto plùs,quo ampliùs indiget conſolatione,ſuſtentatione,obſequio.[& nõ contriſtes eum in vita illius:] per inobedientiam, deriſionẽ,aut per ſubtractionem eorũ,quæ ei impendere tũc tenéris.[& ſi defecerit ſenſu,] id eſt,in iudicio rationis,[veniã da,]quãuis contingat ex aliqua præcedenti cauſa culpabili, ſeu malo regimine,vel gula frequenti,tamẽ ex naturalibus cauſis tunc ſolet cõtingere propter indiſpoſitionem cõplexionis,ſenſuumq; & capitis dyſcraſiam,[& nè ſpernas eũ in tua virtute:]id eſt,in tuo robore corporali,ſcilicet tuæ tempore iuuentutis.Sic ſumit virtus primò Macha.vbi de impijſſimo Antiocho legitur:In virtute ſua faciebat hæc Iſrael,id eſt,Iſraeliticæ plebi.Quidam aũt corporaliter fortes & ſani,ſolent eſſe incõpaſſiui,quia in ſeipſis, miſerias pœnæ non experiuntur,ad cuius contrarium hîc monemur.[Eleemoſyna enim patris]id eſt,opus pietatis patri exhibitum,[non erit in obliuione.]ℑ. præmio non carebit. Similiter opus pietatis quod pater exhibuit filio,meritò nõ debet ipſe filius obliuiſci,ſed patri pro poſſe rependere vicem.Quidã verò exponũt iſtud de Eleemoſyna ſpiritali aut corporali,quã proles facit pro anima patris defuncti.[nam pro peccato matris]id eſt, pro oblatione ſeu eleemoſyna facta pro anima matris,[reſtituetur tibi bonum:] id eſt,præmiũ gloriosum à Deo,q nullum opus bonum relinquit irremuneratum. Porrò hoſtia pro peccato oblata,ſolet in ſcripturis peccatum vocari, iuxta illud Oſeæ 4. Peccata populi mei comedent.[& in iuſtitia ædificabitur tibi:] id eſt,pro hac tua iuſtitia circa parentes viuos ac mortuos,fiet tibi manſio firma,id eſt,tam in ſpiritualibus quàm in corporalibus benedicéris à
Ioan.14. Deo,& poſt vitam hanc ad domum perducéris cæleſtem,in qua multæ ſunt manſiones,iuxta quem ſenſum ſcriptum eſt Exod.1.Quia timuerũt obſtetrices Deum,ædificauit illis domos.[& in die tribulationis cõmemorabitur tui:]id eſt, tempore anguſtiæ & in morte erit
Pſal.40. dominus memor huius tuæ beneficentiæ,qm̃ ipſe dixit Mat.5.Beati miſericordes,quoniam
Prou.19. ipſi miſericordiã conſequenẽ.Et rurſùs:Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,in die mala liberabit eum dominus.In Prouerbijs quoq; habeſ:Fœneratur dño,q miſereſ pauperis.[& ſicut in ſereno glacies,ſoluentur peccata tua:] i.peccata tua tibi dimittentur &abſoluentur,ſicut glacies reſoluitur Solis calore,dũ ſerena eſt aura.Hinc Chriſtus in Euangelio Luc.11.Quod ſupereſt,ingt,date eleemoſynã:& eccè omnia mũda ſunt vobis.Prou.quoq; 15.ferſ:Per fidem & miſericordiã purgantur peccata.[Quàm malæ famæ eſt,q relinquit patrẽ.]id eſt,meritò infamis & impius reputaſ,qui patri indigẽti ſubuenire & adſtare recuſat, cùm agat cõtra legẽ naturalem,diuinã & poſitiuã.Nec obeſt quod in Euãgelio ſoquiſ Chri
Matth.19. ſtus:Omnis q reliquerit patrẽ aut matrem,&c.centuplũ accipiet,& vitam ęternam poſſidebit. Hoc etem̃ ait de corporali relictiõe,intuitu religionis & extra caſum neceſſitatis.[& eſt maledictus à Deo,q exaſperat matrẽ.]Talis enim ad minùs ſecũdùm pſentem iuſtitiã reprobatur à Deo,& donis gratiæ eius priuatur,& niſi pœniteat,in æternum peribit cũ illis qbus dicetur:

diceſ:Ite maledicti in ignẽ æternũ.Sic & in Pſal.118.terribiliter dicit:Maledicti,q declinant Matth.25.
à mandatis tuis. Quę omia ad ſpiritales quoq; parentes,& ad matrẽ Eccleſiam ſunt extendẽda.Cõſequenter docetur,qp præfata opera pietatis,immò & cuncta virtutum exercitia,ſin agenda manſuetè atq; humiliter,ſine ira,lite,pſumptione & vanitate.[Fili,in manſuetudine opera tua perfice,] id eſt,perfectè adimple,mititer & tranquillè,nõ impetuoſè & turbulenter.[& ſuper hominũ gloriã diligéris:]id eſt,ſpecialiter eris cũctis amabilis,vltra cõmunem hominũ conditionẽ & qualitatẽ.Sic & Iaco.1.ꝑcipitur:Abijcientes oẽm immunditiã,in mãſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ,quod poteſt ſaluare animas veſtras.Hanc virtutẽ ſcriptura eminenter ac frequenter cõmendat,&per ipſam fit homo ſpecialiter docilis,cõſolationisq; capax,& ſalute cõdignus.Ideò cùm dixiſſet Pſalmiſta,In Dño laudabiſ anima mea: mox ad- Pſal.33.
didit,Audiant manſueti & lætenſ.Itẽq; Pſal.36.Manſueti aũt hæreditabunt terrã, & delectabunſ in multitudine pacis.Et denuò Pſal.149. Exaltabit manſuetos in ſaluté. Hoc eſt quod aſſerit veritas:Beati mites,qm̃ ipſi poſſidebũt terrã.Sed qa manſuetudini poteſt ſe admiſce- Matth.5.
re elatio vanaq; gloria, dũ manſuetus ab oĩbus honoraſ, diligiſ & laudaſ, rectè ſubiungit: [Quanto magnus es,] id eſt, quo maiora deſupèr dona ſortitus es, & quo plùs emines alijs, [humilia te in oĩbus] actibus tuis interioribus & exterioribus,cum debita diſcretione, vt ſemper parua & vilia ſentias de teipſo,quãtùm eſt ex parte tuíp ſius.Et quo plura ac maiora à Deo adeptus es bona, eo ſis gratior & timorationi corã ipſo, & ampliùs ei ſubiectus. Quid 1.Cor.4.
eñ habes quod nõ accepiſti?Nã & Lu.12.Chriſto teſtante:Cui plus datũ eſt, plus requireſ ab eo.Et Sap.6.diciſ:Iudiciũ duriſſimũ fiet in eis qui pſunt.Ideò dixit Gregorius: Dũ creſcunt dona,rationes creſcũt donorũ.Tanto ergò humilior atq; ad ſeruiendũ deo prõptior quiſq; debet eſſe ex munere,quãto obligatiorẽ ſe cõſpicit in reddenda ratione.[& corã Deo inuenies gr̃am:] id eſt, per hãc tuí ꝑcipuam humiliationẽ, eris Deo valdè ſpecialiter acceptus & charus,gr̃arumq; dona eximia ab eo ſuſcipies,qa humilitas ſpecialiſſimè mentẽ diſponit,capacẽq; efficit gr̃æ amplioris,& magni aſſiduiq; ſpiritalis ꝓfectûs,quẽadmodùm cõcaua valliũ loca ſunt maioris aquæ capacia.Humilitas qppe mentẽ creatori ſubſternit,ſubdit,ꝑfundat,& quo minùs de ſe pſumit,eo ꝑclariora à Dño ſuſcipit. [Qm̃ magna potẽtia Dei ſolius,] id eſt,ipſe ſolus ex ſe magnificè potens eſt atq; oĩpotens. Ideò debemus nos ei,pfundiſſi- 1.Pet.5.
mè cũ omni obedientia iugiter humiliare, ſicut & beatiſſimus archiapoſtolus cohortaſ:Humiliamini,inqens,ſub potenti manu Dei,vt vos exaltet in tẽpore viſitationis.Et qa tam potens eſt,idoneus eſt gr̃am ſemper largiri maiorẽ.[& ab humilibus honoraſ:] qa non pſumũt de viribus ſuis,ſed omne bonũ Deo aſſcribunt, ac ſine vanæ gloriæ atq; elationis admixtione,obſequũtur eidẽ.Hæ duæ ꝑclaræ virtutes,manſuetudo & humilitas, reddũt hominẽ Deo ac proximis valdè amabilẽ,gratioſum,acceptũ.Suntq; fundamenta & munimenta,cuſtodes & aſſecurationes cæterarũ virtutũ, ac mutuò familiares, qbus grandis quies annexa eſt. Idcircò ad eas Chriſtus ſingulariter exẽplo ſuíp ſius nos hortaſ,dicendo Matt.11.Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiẽ animabus veſtris. Hinc Iudith 9.dicitur Deo:Humiliũ & manſuetorũ tibi ſemper placuit depreçatio. Nec ſufficit interior humiliatio,ſed ipſum quoq; intellectũ oportet humiliare,nè vltra vires ſuas coneẽ incomphenſibilia penetrare.Vndè ſubiungiſ:[Altiora te nè quæſieris.]Debemus vtiq; altiora,vtpotè ſum- Prou.25.
mũ bonũ & ſpiritalia ac diuina,aſſiduè quærere,ad cõtemplandũ ac diligendũ,cũ ſobrietate,& ad obtinendũ ea finaliter,iuxta illud Pſal.104.Lætẽt cor q̃rentium Dñm:Quærite dñm & cõfirmamini,quærite faciẽ eius ſemper.Itẽq; Pſal.26.Tibi dixit cor meũ,exq̃uit te facies mea,faciẽ tuam Dñe requirã.Ideò Paulus hortaſ Col.3.Quæ ſurſùm ſunt quærite. Et Eſaias: Eſaiæ 53.
Quærite Dñm dũ inueniri poteſt. Sed nõ debemus altiora q̃rere, id eſt, ea q̃ noſtri intellectûs capacitatẽ excedunt; plenè cõpræhendere velle, iuxta quẽ ſenſum ſubiungiſ: [& fortiora] ad q̃ non extẽdit ſe vis intelligẽtiæ tuæ,[nè ſcrutatus fueris] ſcrutatione curioſa,ſuperba,immoderata,& vltrà quàm in ſcripturis doceſ ac reueleſ. Eſt tñ quædã ſcrutatio moderata ac diligens, auxilio diuinæ illuſtrationis innitens, de qua ait Pſal.118. Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. Et rurſùs:Beati q ſcrutantur teſtimonia eius. De Ibidem
qua Act.17.legiſ:Nobiliores ex eis,ſ.Theſſalonicẽſibus,ſuſceperunt verbũ Dei cũ omni auiditate,quotidiè ſcrutantes ſcripturas. Ad hanc monet nos dñs, loquens:Scrutamini ſcripturas,quia illæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me.[ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita Ioan.5.
ſemper.] vt impleas ea,iuxta illud Pſalmi 1.In lege Domini volũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.O verè ſaluberrimũ documentum, & multarũ inutilium ac inquietarum occupationũ excluſiuũ,quo multorũ curioſitas,inordinatio,inſipientia,increpãtur, qui relictis neceſſarijs ad ſalutẽ,in his aſſiduè occupanẽ, quæ ab eis Dñs non requirit. Qui-

bus penſandũ eſt illud ſancti patris Bernardi: Ingratum eſt Spirituiſancto, quicq̃d ei obtuleris, neglecto eo ad quod tenéris. Hinc ſubditur: [& in plurimis operibus eius nè fueris curioſus:] immorando inq̃ſitionibus ad rem nõ pertinentibus, ſeu inueſtigando q̃ nil conferunt ad ſaluté, neq; expediunt, ſed magìs deſeruiunt vanitati. Porrò, vt ait Hugo, Curioſitas eſt ſuperflua inueſtigatio ad ſe non pertinentium. contra quam ſanctus loquit̃ Auguſtinus: Sunt qui deſertis virtutibus, magnũ aliqd ſe agere arbitrant̃, ſi vniuerſam hãc corporis mõlem, quã mundum vocamus, curioſiſſimè perſcrutent̃. Vndè eis tanta ſuperbia gignitur, q̃ in ipſo cælo, de quo ſæpè diſputant, ſibi met habitare videnť. Verùm in cõſideratione creaturarũ non eſt vana curioſitas exercẽda, ſed gradus ad immortalia ac diuina formãdus. Sed heu iã in multis cernimus adimpleri quod ſcribit Richardus: O quanti veritatẽ queruntnõ in veritate, ſed in vanitate: & q̃ſtam inueniunt nõ ad veritatẽ, ſed ad vanitatem: & quod miſerrimũ eſt, in verbis vitæ lucra mortis negociantur. Hinc beatus affirmat Gregorius: Graue curioſitatis eſt vitium, quod dũ mentem circa aliena & extranea occupat, eã ſibijpſi ſemper abſcondit. [Nõ eſt em̃ tibi neceſſarium, ea q̃ abſcondita ſunt,] id eſt, imperſcrutabilia & ſecreta, [videre] id eſt, intelligere [oculis tuis] interioribus, de quibus Propheta: Oculi mei ſemper ad Dñm. [In ſuperuacuis] id eſt, vanis atq; ſuperfluis [rebus] vt ſunt multorum ſophiſmata & figmenta, [noli ſcrutari multipliciter:] Vndè legit̃ quidã in talibus gloriãs, poſt mortẽ ſuo appaꝛuiſſe cõſocio cum cappa, ſophiſmatibus vndiq; pictã, & intùs igne operta, atq; dixiſſe: Hæc cappa magìs me opprimit, quàm ſi vnã ſuper me turrim haberẽ, & data eſt mihi pro gloria quã in ſophiſmatibus habui. [& in pluribus operibus eius nõ eris] id eſt, eſſe nõ debes, nec eris, ſi beatitudinẽ conſequéris, [curioſus.] Ideò Salomon loquit̃ Prou. 25. Mel inueniſti? comede quod ſufficit tibi, nè fortè ſatiatus euomas illud. Et rurſùs: Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret q̃d conducat ſibi in vita ſua? Et Paulus Ro. 12. Non plùs, inqt, ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. [Plurima em̃ ſuper ſenſum hominũ oſtenſa ſunt tibi.] id eſt, Deus in ſcripturis multa te docuit, q̃ intellectũ tuũ excedũt. Propter quod proponunť tibi credenda. His debes eſſe cõtentus, nec quærere noua, vel incõpræhenſibilia cõpræhendere velle, ſeu proprio intellectu metiri, vt fecerũt hæretici, propterea in diuerſos ſunt lapſi errores. Hinc ſcriptũ eſt Iob 33. Semèl loquit̃ Deus, & ſecũdò idipſum nõ repetit. Hinc addit̃: [Multos em̃ ſupplantauit ſuſpicio eorũ,] id eſt, propria ſuſpicione ſeu pſumptione, qua ſuſpicabanť ſe poſſe incõpræhenſibilia penetrare, ſupplãtauerunt & perdiderunt ſei pſos. [& in vanitate detinuit ſenſus illorũ,] id eſt, intellectũ eorũ fecit pertinaciter inhærere vanis erroribus, ità q̃ incorrigibiles facti ſunt, ſicut ait Apoſtolus Tit. 3. Hæreticũ hominẽ poſt vnam & ſecundam correptionẽ deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinqt, proprio iudicio cõdemnatus. Hinc ſancti patres ꝓtactam perſcrutationẽ, curioſam & ſuperfluam, maximè vitauerũt. Vndè Abbas Copres interrogatus à fratribus, Quid eſt quod ſcriptũ eſt, Cæli non ſunt mundi in conſpectu Dei, reſpondit: Reliquerunt fratres peccata ſua, & ſcrutanť cęleſtia: quo audito, fugit vnuſquiſq; in cellulam ſuã. [Cor durũ malè habebit in nouiſſimo:] ſcilicet in hora mortis, & in die ſui iudicij particularis ac vniuerſalis, q̃m in agone non pœnitet verè, Auguſtino dicente: Hac animaduerſione peccator percutit̃, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui viuens & ſanus oblitus eſt Dei. Ideò fateť Apoſtolus Ro. 2. Secundùm duritiã tuam & impœnitẽs cor, theſaurizas tibi irã in die iuſti iudicij Dei. Hinc Dñs loquitur reprobo: Sciui, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Nonnè durum atq; lapideum habet cor, qui nec blanditijs emollitur, nec promiſſionibus allicitur, nec cõminationibus reuocať, ſed obicẽ ponit Spiritui ſancto, nec inſpirationi acquieſcit diuinæ, nec admonitioni angelicæ, nec informationi humanæ? [& q amat periculũ,] id eſt, vitiũ ſeu peccati occaſionẽ, [in illo peribit] id eſt, damnationẽ incurret, iuxta illud in Pſal. 10. Qui diligit iniquitatẽ, odit animã ſuã. Nec poteſt peccata euadere, qui non curat vitiorũ occaſiones effugere. [Cor ingredièſ duabus vijs, nõ habebit ſucceſſus:] id eſt, bonos proceſſus. Hoc eſt quod p̃cedenti capitulo dictum atq; expoſitũ eſt: Væ duplici corde, & peccatori ingredienti terrã duabus vijs. [& prauicors in illis ſcandalizabitur:] id eſt, homo praui cordis incurret peccatũ ex conſideratione illorum dupliciũ, ſeu in vijs illis duabus. Mali em̃ ſunt ad ſcandala proni, vtpotè paratiores ſeq̃ mala quàm bona. [Cor nequã grauabitur in doloribus:] Nequã eſt cor, quod duplicitate, calliditate, hypocriſi tegit ſe, & decipit alios: hoc grauať ſarcina vitiorũ, remorſu cõſcientiæ, propria inordinatione, qua animus inordinatus ſibijpſi eſt grauis, & ſæpè incurrit torm̃ta in vita pſenti, dum in laqueum quem alijs parat, dilabitur, & dignis pœnis afficit̃, & niſi pœniteat, doloribus opprimet̃ inferni. [& peccator adijciet ad peccandũ:] id eſt, peccatis addet

Pſal. 24.

☞

Eccẽs 7.

Iob 15.

Iſaiæ 4.

Eccl 2.

peccata, & de minoribus corruet ad maiora, ſcandalizabitq̃ proximos. Et tandèm ſic excæcatur, vt glorietur cùm malefecerit, vel excuſet ſe falſè, ac in peſſimã conſuetudinẽ ruat: ità, q̃ vitia ſua, quanuis enormia, parùm aut nil ponderet. Peccatũ nanq; quod per pœnitẽtiam non deletur, ſuo mox pondere trahit ad aliud. Nã ſequens peccatum, eſt peccatum & pœna peccati. Ideò quanto quis frequentiùs ac grauiùs Deũ offendit, tanto plùs meretur relinqui ab eo, ac iuſtè relictus, cadit aſſiduè grauiùs. Hinc legit̃ Apoc. 22. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. [Synagogæ] id eſt, cõgregationi [ſuperborũ non eſt ſanitas] ſpiritualis, q̃ in virtutum integritate cõſiſtit, cùm ſint mortui morte culpæ, ſecundùm illud Apoc. 3. Nomẽ habes q̃ viuas, ſed mortuus es. [frutex em̃ peccati eradicabitur in illis.] frutex dicit̃ arbor parua. Frutex ergò peccati, eſt iniqua voluntas, iuxta illud Matt. 3. Iam ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Hic frutex eradicabit̃ in ſuperbis, id eſt, publicè deducetur in lucẽ in diuino iudicio, quod illuminabit abſcondita tenebrarũ, ac radicitùs deſtruet̃, ità, q̃ ab effectu ſui intenti impedietur, iuxta quod ſcriptũ eſt Pſal. 1. Iter impiorũ peribit. Et Pſal. 145. In illa die peribunt oẽs cogitationes eorũ. Ideò ſcriptũ eſt Iob 14. Vidi iniquos dño flante perijſſe. Eradicatur quoq; frutex peccati, qa iniqui à myſtico corpore Chriſti euelluntur, & à conſortio ac patria electorum penitùs extirpantur, prout Rom. 11. & in Eſaia habetur: De quibus Oſeę 9. inducitur: Radix eorum exiccata eſt, fructum nequaquàm facient. [& non intelliget] id eſt, talis frutex per approbationẽ non cognoſcetur, iuxta illud Matt. 7. Non noui vos, diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis. Vel non intelligetur, id eſt, impij nõ aduertent, qualiter cõdemnetur iniquus, qa non penſant diuini rigorẽ iudicij. [Cor ſapientis intelligit̃ in ſapientia.] id eſt, per verba & opera ſapientialia ab ipſo p̃cedentia, agnoſcit̃: habitus em̃ cognoſcit̃ per proprium actum, & cauſa per effectum. Immò Salomone teſtante, In facie prudentis lucet ſapientia. Et Seneca teſte: Imago mẽtis, eſt ſermo loquẽtis. Qualis vir, talis & ſermo ipſius. Ideò ait Saluator: Vnaquæq; arbor per fructũ ſuum cognoſcit̃. Habitus aũt ſupernaturales infuſi, ad gratiam gratificantẽ pertinẽtes, hoc modo, p̃babiliter ſaltem noſcunť, quanuis non certitudinaliter. [& auris bona,] id eſt, homo ſtudioſus & docilis, Deoq; cupiens complacere, [cũ omni cõcupiſcentia audiet ſapientiã.] id eſt, verba ſalubria. Qui em̃ ex Deo eſt, verba Dei audit. Hæc eſt cõcupiſcentia ſpiritalis & mũda, ex charitate procedens, de qua in Pſal. 83. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Dñi. Talis etem̃ delectať atq; reficit̃ in ſapiẽtiæ verbis, nec ſomno inerti opprimit̃ in ſermone. Immò ab oñi peccato ſe retrahit, ſicut ſubiungit̃: [Sapiens cor & intelligibile,] id eſt, docile, ad intelligendũ benè diſpoſitum, quod dici poteſt intellectiuũ & capax, [abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitię] q̃ eſt generalis ac oñis virtus, [ſucceſſus habebit,] id eſt, in oñi virtute, p̃ficiet, ſicut ſapientia ſibi dictat. Hæc em̃ ſapientia q̃ eſt donũ, plena eſt fructibus bonis, vt dictum eſt ſæpè. Poſtremò redit author ad cõmendationẽ operũ miſericordiæ, de qbus paulò antè diſſeruit: [Ignẽ ardentẽ extinguit aqua,] q̃ ſua frigiditate corrũpit ignis calorẽ, & ex cõſequenti eius ſubſtantiam, [& eleemoſyna reſiſtit peccatis:] qa meret̃ gratię incrementũ, per quod ſuperanť peccata, & debitã vitijs aufert pœnã, iuxta illud Tob. 4. Eleemoſyna ab oñi peccato & à morte liberat, & nõ patietur animã ire in tenebras. [& Deus proſpector eſt eius, q reddit gratiã.] id eſt, gratioſus adſpector, adiutor, & approbator illius, q pius & gratioſus eſt proximis ſuis, ac gratias agens Deo. [Meminit in poſterũ,] id eſt, ſuo tempore vicẽ rependet ac p̃mium faciẽti miſericordiam, quẽadmodùm dixit: Beati miſericordes, q̃m ipſorum miſerebitur Deus. [& in tẽpore caſûs ſui] id eſt, hora mortis [inueniet] ipſe homo miſericors [firmamentũ.] i. forte ac ſtabile adiutorium Dei, ac p̃mium ſalutis æternæ, in quo immobiliter fulciet̃, de quò ait Apoſtolus: Diuitibus huius ſeculi p̃cipe, facilè tribuere, cõmunicare, theſaurizare ſibi fundamentũ bonũ in futurũ. Vel in tẽpore caſûs ſui, i. ruinæ, dũ cadit in culpã, inueniet firmamentũ, qa multos habet interceſſores, & facili⁹ impetrat veniã, nec de facili in finẽ relinquit̃.

Matt. 25.

Lucæ 13.

Prou. 17.

Matth. 7.

Ioan. 8.

Matth. 5.

1. Tim. 6.

¶Elucidatio Cap. 4. Fili, eleemoſynam pauperis nè defraudes. Art. 4.

AD opera miſericordiæ, atq; ad modũ faciendi hæc ipſa, hîc pleniùs exhortať. [Fili, eleemoſynã pauperis nè defraudes:] id eſt, fraudulenter & iniuſtè non ſubtrahas pauperibus quod tibi ſuperfluit, & quo indigent ipſi. Nam vt ait Ambroſius, Indigentium panis eſt quem detines: nudorum veſtimentum, quod recludis, preciũ captiuorũ pecunia, quã abſcondis. Ideò tot indigentibus iniuriaris, quot ſubuenire potes, nec ſubuenis. Nam & ideò Deus conceſſit vni multa, vt bonæ erogationis p̃mia cõſequat: alteri parua & pauca, vt patiẽtiæ brauio decoret̃. [& oculos tuos nè trãſuertas à paupere: indignando aut deſpiciendo, immò ad minùs pia cõpaſſione reſpice eũ, & bono eloqo cõſolare, ſi ei nõ potes corporaliter ſubuenire. Ideò pius & ſ̃ctus Tobias ſuũ admonuit filiũ: Noli

Tobiæ 4.

Noli auertere faciẽ tuam ab vllo paupere:ità eñ fiet,vt nec à te auertaſ facies dñi.[Animam eſurientẽ]id eſt, hominẽ famelicum [nè deſpexeris]immò cõdole & ſuccurre homini tali,
Eſaiæ 58. ſicut Eſaias hortaſ:Frange eſurienti panẽ tuum. Animã verò eſurientem iuſtitiã,honorare & pro poſſe reficere ſpiritalibus cibis debemus.[& nõ exaſperes pauperẽ in inopia ſua:]alloquendo eũ verbis inuectiuis & duris,ſine rationabili cauſa, aut improperãdo ei ſuam penuriam. Non eñ eſt miſero & affligto addenda afflictio,ſed cõſolatio & releuatio impendẽda.
Prou. 15. Hinc ſcriptum eſt:Qui deſpicit pauperẽ,exprobrat factori eius. Hinc ſubditur:[Cor inopis nè afflixeris,]nili forſan grauitas ſuæ culpæ id exigat.[& nõ protrahas datum anguſtianti:]id eſt,ei qui in anguſtijs poſitus eſt, nõ differas dare quod rationabiliter petit. Qui eñ citò dat,bis dat. Et Prou. 3. ſcriptum eſt: Nè dicas,vade,& cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare. [Rogationẽ contribulati]id eſt, precẽ afflicti [nè abijcias,] denegando quod rogat,nè ex tua abiectione plùs affligaſ, [& nõ auertas faciem tuã ab egeno.] ſicut expoſitũ eſt. Tamen
Leuit. 19. in foro iudicij nõ eſt parcendum egeno, in derogationẽ iuſtitiæ, cùm ſcriptũ ſit: Iuſtè iudicabis,nec conſideres perſonã pauperis, neq; honores vultum potẽtis. [Ab inope nè auertas oculos tuos,ppter irã:]id eſt,ex cõſideratione vltionis diuinæ, quæ imminet immiſericordibus, cõuerte oculos tuos ad pauperes per cõpaſſionem & ſubuentionẽ. Vel propter irã, id eſt,ex ira concepta cõtra pauperes propter aliquã rem, in qua te offenderunt, nõ auertas ab eis oculos tuos. Sed abijce irã, & ipſis ignoſce, ac ſubueni, [& nõ relinquas quærentibus tibi retrò maledicere.]id eſt, pauperibus poſtulantibus ſibi aliqd dari,nõ relinquas maledicere tibi retrò,id eſt,nõ deneges opẽ,nè ex hoc des eis occaſionẽ maledicẽdi tibi ſecretè. [Maledicentis eñ tibi in amaritudine animæ exaudiet precatio illius:]id eſt,oratio pauperis imprecantis tibi ex zelo iuſtitiæ mala pœnalia, per q̃ corrigaris in hac vita, exaudietur à Dño,quandò hoc deprecaſ in amaritudine animæ,id eſt,in afflictione & dolore quã incurrit,eo q̃ renuas ei ſuccurrere. Hoc quandoq; ſic accidit, quanuis nõ ſemper. [Exaudiet aũt
Exod. 22. eum]ſcilicet pauperẽ [qui fecit illũ,]ſcilicet creator ipſius. Pius nanq; & iuſtus Dñs ſpecialiter ,pnus eſt vlciſci miſerabiliũ perſonarũ iniuriã & exaudire preces earũ. Vndè per Moſen fæpiùs dixit:Si læſeritis eos,vociferabunt ad me,& exaudiã eos,qa miſericors ſum. [Cõgregationi pauperum affabilẽ te facito:]id eſt, libenter & piè ac cõſolatoriè alloquere pau-
Ioan. 4. peres,honorando in eis dona naturæ aut etiã gratiæ, ipſamq; paupertatẽ, per quam Chriſto
Matth. 8. aſſimilantur. Nã & Chriſtus rogatus ire ad filium Reguli,nõ tranſiuit: Rogatus aurem ire ad ſeruum centurionis,mox acquieuit,[& presbytero]id eſt, ſacerdoti vel potiùs ſeni,[humilia animam tuã,]id eſt,cordialem & interiorẽ reuerentiam exhibe, quanuis ſit pauper, pro-
Leuit. 19. pter ſeniũ eius,etiam dato q̃ exteriorẽ ei reuerentiã non impendas,cùm ſcriptũ ſit:Corã cano capite cõſurge,& honora perſonã ſenis.[& magnato]id eſt,principi ac ſuperioribus nobilibusq; pſonis,[humilia caput tuũ.]inquantũ aliqd excellentiæ in eis pfulget, ſcilicet authoritas ſeu poteſtas,per quã etiam deo aſſimilanſ,&eius vicarij perhibenſ,immò &in ſcripturis dij vocanſ,iuxta illud Exo. 22. Dijs nõ detrahes. Et rurſùs ibidẽm:Ad deos cauſa vtriuſq; perueniet. [Declina pauperi ſine triſtitia aurẽ tuam:]id eſt,iucundè da ei audientiã, nõ inuitè & mœſtè. Pauperes eñ ſunt ſpecialiter mẽbra & fratres Chriſti. [& redde debitũ tuũ:]
Matth. 6. exhibendo cuiq; quod ei tenẽris. Et ſpecialiter pauperibus ſuccurrẽdo, vt reqrit iuſtitia & pceptum. Immò q̃ illis nõ ſubuenit,auget ſibi debita,pro quorũ remiſſione oramus quotidiè: Dimitte nobis debita noſtra. [& reſponde pacifica in manſuetudine.]id eſt, mite reddẽ reſpõſum atq; pacificũ,inquantùm materia ſuſtinet. [libera eum q̃ iniuriam patiſ, de manu ſuperbi:]à quo iniquè opprimiſ. Hoc eſt miſericordiæ opus,& ad Superiores potiſſimè ſpectat. Sic & Salomon ait Prou. 24. Erue eos q̃ ducunſ ad mortẽ, ſupple iniuſtè. [& non acidè]
Prou. 1. id eſt,moleſtè feras [in anima tua] hoc ipſum implere, vel q̃ iſtud tibi iniungitur. Vel ægrè nõ feras aduerſa quæ tibi ,pueniunt, q̃ æquanimiter ferenda ſunt, ſecundùm illud: Non cõtriſtabit iuſtum, quicqd ei acciderit. [In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater.]quãtùm fieri poteſt ſine derogatione iuſtitiæ, & ſine ꝓiudicio partis aduerſæ. Nã & iuſtitiæ ſemper addendũ eſt aliqd pietatis, & ſic iſtud nõ repugnat ei, quod dictũ eſt, in iudicando non eſſe cõſiderandã perſonã pauperis. [&,p viro,matri illorũ.]id eſt,matri pupillorũ eſto ,ptector & cõſolator,tanq̃ maritus. Viduis eñ eſt pietas impendenda. Sic Iob de ſeipſo teſtatur:
Iob 29. Cùm ſederẽ q̃ſi rex circunſtante exercitu, erã tñ mœrentiũ cõſolator. [& eris tu velut filius altiſſimi obediẽs,] id eſt, per pietatẽ & obedientiã eris adoptiuus filius dei, q̃ iſtud pcepit,& cui miſericordes aſſimilanſ. Vndè & Chriſus hortaſ: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter
Lucæ 6. cæleſtis miſericors eſt. [& miſerebit tuí magis, q̃ mater] miſereri ſolet filio ſuo. Deus eñ incõparabiliter miſericordior eſt cũctis hominib⁹, & ineffabiliter plùs diligit pios ac virtuoſos

ſos adoptiuos q̃; filios, pſertìm pdeſtinatos, quàm cardinales parentes ſobolẽ ſuam. Et quãto plùs quis affluit viſceribus pietatis, tanto pronior Deus eſt miſereri ipſius. [Sapientia filijs ſuis vitã inſpirat.]Sapientia eteñ increata vitã naturæ largiſ, vitamq̃; gratiæ inſpirat efficiẽter, deindè vitã gloriæ tribuit pro mercede. Sapientia verò q̃ donum eſt, inſpirat formaliter vitã, id eſt, actũ vitalẽ meritoriũ parit. [& ſuſcipit exgrentes ſe,]id eſt, preces eorũ exaudit, & brachijs charitatis ac pietatis amplectiſ eos, q̃ tota cordis diligentia ſibi placere & vniri
Ioan. 6. conanſ. Vndè & Chriſtus ſapiẽtia patris teſtaſ: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum q̃ venit ad me,nõ eijciam foràs. [& ꝑibit in via iuſtitiæ:]id eſt, per obſeruantiã ꝑceptorum gratioſè deducet,iuxta illud Sap. 10. Iuſtum deduxit Dñs per vias rectas. Nã qualiter ſit videndũ, oſtendit. Propter quod ferſ in Pſal. 72. Tenuiſti manũ dexteram meã,& in volũtate tua deduxiſti me. Hinc Chriſtus fateſ Ioan. 8. Ego ſum lux mũdi: qui ſeq̃tur me,nõ ambulat in tenebris. [Et q̃ illam diligit, diligit vitam:]qm̃ ipſa eſt vita æterna & increata, ,put loq̃tur
Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Talis quoq; diligit vitam gr̃æ ac virtutũ, & ſalutẽ æternam, de qua ait: Si vis intrare ad vitã, ſerua mandata. [& q̃ vigilauerint ad illã,]id eſt, peruigili corde q̃ſiẽrint ipſam, ad ,ficiendũ in eius amore & contẽplatione. [cõplectenſ placorẽ eius,]id eſt, cõplacentiam, tranquillitatẽ atq; dulcedinẽ eius, guſtabunt & cõſequenſ, iuxta quod Sapiẽt. 6. dictum eſt: Clara eſt, & q̃ nunquàm marceſcit, ſapientia: & facilè inuenit ab his q̃ diligunt illã, & inuenitur ab his q̃ quærunt illã. Præoccupat eos, q̃ ſe cõcupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Hinc Prou. 8. ſapientia iſta profaſ: Ego diligentes me diligo: & q̃ manè
Matth. 19. vigilauerint ad me, inueniẽt me. Beatus homo q̃ audit me, & vigilat ad fores meas quotidiè. [Qui tenuerint]illã, perſeuerando in amore & cultu ipſius, & ei inauertibiliter adhærẽdo. [vitã hæreditabunt.]id eſt, æternã obtinebunt ſalutẽ, & de vita gr̃æ ad vitã gloriæ tranſferenſ. Vndè & ipſa Prou. 8. diſſeruit: Qui me inuenerit, inueniet vitã, & hauriet ſalutẽ à Dño. [& quò introiêrit, benedicet Deus.]id eſt, Deus pater dona pietatis ſuæ dabit & multiplicabit in eo, in cuius mentẽ ſapientia ab eo æternaliter genita, introiêrit per fidẽ & charitatẽ. Vndè & ipſa Ioã. 14. cõteſtaſ: Ad eũ veniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus. [Qui ſeruiũt ei,
Leuit. 19. obſequẽtes erũt ſancto:]qui eñ ſeruit filio, ſeruit & patri, q̃ ait: Sancti eritis, qm̃ ego ſanctus ſum. [& eos q̃ diligunt illã, diligit Deus] pater, iuxta quod filius loq̃tur: Ipſe pater amat vos,
Ioan. 16. qa vos me amatis. Et rurſùs conteſtaſ: Qui diligit me, diligeſ à patre meo, & ego diligã eum.
Ioan. 14. Hinc dictũ eſt Sap. 7. Neminẽ diligit Deus, niſi q̃ cum ſapientia inhabitat. [Qui audit illam, iudicat gẽtes:]id eſt, q̃ ſapientiæ increatę obedit perfectè, aptus & dignus eſt alios iudicare, ſicut & ipſa locuta eſt Pro. 8. Per me reges regnãt, & legũ cõditores iuſta decernũt. Apoſtolo quoq; teſtãte: Spiritualis homo iudicat oñia. Ideò Sap. 8. aſſeriſ: Propter ſapientiã habebo
1. Cor. 2. claritatẽ ad turbas, iuuenis & acutus inueniar in iudicio, diſponã populos, & nationes mihi erunt ſubiectæ. Vel iudicabit gẽtes, id eſt, per aſſeſſoriã dignitatẽ iudicabit cũ Chriſto, q̃ ait:
Matth. 19. Vos q̃ ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper thronos, iudicantes &c. [& q̃ intuetur illã,]id eſt, verba & opera æternæ ſapientiæ penſat, [permanebit cõfidens.]id eſt, inter aduerſa ſecurus, & de futura felicitate ſpem habẽs, iuxta illud Pro. 28. Iuſtus quaſi leo cõfidens, abſq; terrore erit.
Thren. 3. Sapientia eñ cõfortat & parit fiduciã. [Si crediderit ei, hereditabit illã:]id eſt, ſi fide formata
Pſal. 15. & 141. adhæſerit ei in via, pertinget ad beatificã eius fruitionẽ in patria, & verè dicet cum Ieremia: Pars mea Dñs, dixit anima mea. Et etiã cum Pſalmiſta: Dñs pars hæreditatis meæ. Et, Portio mea Dñs in terra viuentiũ. [& erũt in cõfirmatione creaturæ illorũ:]id eſt, opera filiorũ ſapientiæ erũt approbata à Deo in die iudicij, & cõfirmata in gr̃a. [qm̃ in tentatione ambulat
Exod. 33. cũ eo:]id eſt, ſapientia dirigit ſuum filiũ adoptiuũ in tentationibus, & vndiq; adeſt ei, nõ q̃ incõmutabilis Deus moueaſ aut variet locũ, qui incircunſcriptibilis & illocalis cõſiſtit, ſed per ſuũ effectũ dicit tranſire cũ homine, iuxta illud Deut. 23. Dñs deus tuus ambulat in medio caſtrorũ, vt eruat te. Vndè Moſes legit exorâſſe: Si nõ tu ipſe ꝑcedes nos, nè educas nos de loco iſto. In quo eñ ſcire poterimus, inueniſſe nos gratiã in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcũ? Hinc Sapiẽtia Prou. 8. faſſa eſt: In vijs iuſtitiæ ambulo. [& in primis eligit eũ:]
Philip. 2. Sapien. 3. id eſt, in ſpiritalibus, æternis atq; ꝑcipuis bonis eũ aſſumit, qa hæc bona ei dare decreuit potiùs q̃ terrena. Vel in primis, id eſt, inter electos, q̃ ſunt primi & chariſſimi, apud ſeipſum aſcribit. [timorẽ & metũ & ,bationẽ inducet ſuper illũ:]id eſt, timorẽ filialẽ & metũ diuini iudicij, exercitationẽ quoq; per aduerſa ingeret ei, quatenùs iuxta hortamẽta Apoſtoli, cum metu & timore ſuã operet ſalutẽ, & tanq̃ aurũ in fornace probet. [& cruciabit illũ:]id eſt, in vita hac caſtigabit pro ſuis peccatis, iuxta quod ait Apoc. 3. Ego quos amo, arguo & caſtigo. [in tribulatione doctrinæ ſuæ:]id eſt, tribulatione ſalubri, q̃ dat intelligentiã ſalutarẽ, ità q̃ homo aduertit ſua peccata, & confugit ad deum, ſicut in libro Iudicũ multotiès legunſ filij

Iſrael

Iſrael ad deũ reuerſi ex acerbitate afflictionũ ſuarũ. Vndè & Iſai. 28. inducit: Tantũmodò ſo
Iſaiæ 26. la vexatio dabit intellectũ auditui. Et rurſùs Iſaias loqtur Deo: In tribulatione murmuris do
ctrina tua eis. Vel in tribulatione doctrinæ ſuæ, id eſt, in tribulatione paterna, quã ſacra ſcri-
Prou. 3. ptura docet à Deo inſtigi ſuis electis, qm̃ ſcriptum eſt: Diſciplinam Dñi fili mi ne abijcias,
qué enim diligit Dñs, corripit. [donèc tentet eũ in cogitationibus illius:] id eſt, per aduerſa
diſcutiat & inquirat, non vt ipſe ſciat, ſed vt alijs manifeſtet, an cogitationes ipſius maneant
Deut. 8. bonę & timorate, nec murmuret neq; impatiens fiat. Sic quippe ait Moſes populo Iſrael: Re-
cordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dñs Deus tuus, vt affligeret te atq; tẽtaret, &
nota fierent q̃ verſabãtur in corde tuo, vtrùm cuſtodires mandata illius, an nõ. In lib. Iudic.
Iudic. 3. quoq; legitur: Dimiſit Dñs Chananæos, vt in eis experireť Iſraelem, vtrùm audiret mandata
Dñi, an non. [& credat animæ illius.] id eſt, approbet eũ, ſeu per effectum oſtendat, q̃ repu-
tet eum fidelẽ, iuxta illud Sapient. 3. Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos ſe. Hinc cùm
Abraham patriarcham tentâſſet, & fidelẽ ac obedientiſſimũ inueniſſet, dixit Gene. 22. Nunc
Ioan. 2. cognoui q̃ timeas Deum. Quocõtrà legiť in Euangelio, q̃ multi credebãt in Ieſum, ſed ipſe
Ieſus nõ credebat ſe illis. [Et firmabit illũ] per chariſmata gratiarum. Quia vt ait Apoſtolus
Heb. 13. Optimũ eſt gratia ſtabiliri cor. Homo em̃ per aduerſa benè exercitatus, & per tenta-
tiones, p̃batus, fit firmus & ſtabilis in virtute. [Et iter adducet directũ ad illum:] id eſt, iuſtã
conuerſationẽ ei præſtabit, adducetq; eum per iter ſalutis, & recordationẽ ac rectã intelli-
Pſal. 5. gentiam vitæ ſalutis ei infundet, ſicut orat Pſalmiſta: Dirige in cõſpectu tuo viam meã. Itẽq;
Pſal. 142. Notã fac mihi Dñe viam in qua ambulẽ. [& lætificabit illũ] gaudio ſpiritali in cõ-
templatione diuinorũ tranquilla, iuxta quod vnus taliũ Sap. 8. fateť: Intrãs in domum meã,
conquieſcã cum illa: non em̃ habet amaritudinẽ conuerſatio eius, nec tædiũ conuictus illi-
us, ſed gaudium & lætitiã. [& denudabit abſconſa ſua illi,] id eſt, de ſecretis fidei ſanctæ my
Pſal. 50. ſterijs & de alijs ſuis occultis ipſum illuminabit, ità vt dicere poſſit, Incerta & occulta ſapi-
Ioan. 13. entiæ tuæ manifeſtâſti mihi. Hinc ſapientia iſta dixit diſcipulis: Om̃ia quæcunq; audiui à pa
Matth. 13. tre meo, nota feci vobis. Et denuò: Vobis datum eſt nõſſe myſterium regni Dei. [& theſau-
rizabit ſuper illum ſcientiã & intellectum iuſtitię:] id eſt, copioſè cõgregabit atq; perficiet
in eo ſcientiã neceſſariorum ad ſalutẽ, & ſcientiam q̃ eſt donum, ac intelligentiã ſcripturа-
rum, ſeu verã & formatam notitiã iuſtitię ac virtutum, vt nõ ſolùm ſpeculatiuè, ſed & practi-
cè eas agnoſcat. De qua formata & boni approbatiua ſcientia Dñs Mich. 3. ait: Nonquìd ve-
ſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum? Hinc ſapientia hęc Prou. 8. teſtať: In me-
dio ſemitarum iudicij ambulo, vt ditẽ diligẽtes me, & theſauros eorum repleã. [Si aũt aber-
rauerit,] id eſt, lucem veritatis & ſapientiæ documẽta reliquerit, cõſentiendo tẽtationibus
& peccatis, [derelinquet eũ, & tradet eum in manus inimici:] id eſt, diuina, p̃tectione nuda-
tum debitis pœnis ſubijciet. Ideò Dauid loquiť Salomoni 1. Para. 29. Si reliqueris Deũ, p̃ij-
ciet te in æternum. Vndè cùm Roboam & populus eius, Deo relicto, ad idololatriã lapſi fu-
iſſent, & ob hoc in manus Seſac regis Aegypti traditi eſſent, Dñs ait ad eos: Vos reliqſtis me,
& ego relíqui vos in manus Seſac, vt 2. Para. 12. ferť. Sic cõtigit ſcribis & phariſæis, p̃pria ma-
litia excæcatis, q̃ dum ad tẽpus probabilẽ habuiſſent de Chriſto notitiã, poſteà inuidia moti
Ioan. 9. ſunt cõtra eum, cùm ipſos acerrimè increparet, & receſſerunt ab eius notitia. Propter quod
10. & 12. tradidit eos manibus Romanorum. Prætereà qa iam docuit multarum actus virtutũ, ſubdit
quãdò ſint exercendi: [Fili, cõſerua tẽpus.] id eſt, tẽpore opportuno fac quicqd facere de-
bes. Nã opportunitas tẽporis, eſt vna de generalibus circunſtãtijs cuiuſlibet virtuoſi ac me-
ritorij actûs. Præcepta eqdem affirmatiua obligãt ſemper, ſed nõ ad ſemper, immò pro loco
& tẽpore opportunis. Vndè Eccẽs 3. ſcribit: Tempus eſt omni rei ſub cælo: tẽpus amplexan-
di, & tẽpus longè fieri ab amplexibus. [& deuita] id eſt, recede [à malo] culpæ, iuxta illud
Pſalmi 33. Declina à malo, & fac bonum. [Pro anima tua] id eſt, p̃pter obtinendã verã animę
tuæ ſalutẽ, vel pro anima tua, id eſt, pro cõſeruanda vita tua animali & corporali, [nõ con-
fundaris dicere verum:] id eſt, ſine verecundia cõfitere & p̃dica, quod pertinet ad ſalutẽ, &
increpa delinquẽtes, nec vllo metu deſeras veritatẽ vitæ, veritatẽ doctrinæ, veritatẽ iuſtitiæ.
Lucæ 9. Ideò ait Saluator: Qui me erubuerit & meos ſermones, hũc filius hominis erubeſcet cùm ve-
nerit in regno ſuo. Et Paulus Ro. 10. Corde, inqt, creditur ad iuſtitiã, ore aũt confeſſio fit ad
ſalutẽ. [Eſt em̃ confuſio adducens peccatum, & eſt cõfuſio adducens gratiã & gloriam:] id
eſt, duplex eſt erubeſcentia. Vna eſt vituperabilis, qua quis ex timore patiendi inhonorati-
onem & irriſionẽ ab hominibus, relinqt actũ virtutis, aut ſilet ab increpatione vel inſtruc-
tione ſalubri, q̃ erubeſcentia eſt mala in ſe, & multorũ origo vitiorũ. Alia eſt erubeſcentia
laudabilis, qua quis de turpitudine vitiorũ & priſtinis ſuis verecundať erroribus: Sicq; com-

pungi-

pungitur, pœnitet, & abſtinet à peccatis, per quod gratiam gloriamq; meretur. Porrò vt ait
Damaſcenus: Verecundia eſt timor ingloriationis, hoc eſt, formido incurrendi aliqd turpe
vel indecẽs, quæ verecundia eſt paſſio laudabilis in ſe, quia diſpoſitiua ad bonũ virtutis: ſed
dum procedit ad deteſtandũ humanam confuſionẽ, intantùm, vt à bonis impediat, fit vitu-
perabilis. De bona aũt confuſione frequenter cantamus in Pſal. Confundantur & reuerean- Pſal. 34. 39
tur ſimùl. De mala verò oramus: In te Dñe ſperaui, non cõfundar in æternum. [Nè accipias 69. & 128.
faciem aduerſùs faciem tuam:] i. perſonarum acceptionẽ deuita, quia eſt cõtra ſalutem fa- Pſal. 30. &
ciei tuæ interioris. De qua loquiť Paulus 2. Cor. 7. Nos aũt reuelata facie gloriam Dñi ſpecu- 70.
lantes. Et Pſalmiſta: Exquiſiuit te facies mea. Hinc ferтur in Pſal. 81. Vſquequò iudicatis, i. Pſal. 26.
iudicando approbatis iniquitatẽ, & facies peccatorum ſumitis? Iacobus quoq; in ſua cano-
nica: Si perſonas, inqt, accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege tanquàm trãſgreſſo- Iac. 2.
res. Hoc vitium eſt cõtra iuſtitiam diſtributiuã, quæ dat vnicuiq; quod meretur: idcircò ex
ſuo genere eſt mortale. Atq; vt ait Ambroſius: Maximũ vitium p̃ſidentium eſt, q̃ non cauſas
& merita, ſed perſonas attendunt. Vel nõ accipias faciem aduerſùs faciẽ tuam, i. nec perſe-
cutori neq; alicui alteri conſentias vnquàm in detrimentum tuæ ſalutis. [nec aduerſùs ani-
mam tuam mendaciũ:] i. nulli cõſentias falſitati cõtra tuíjp ſius ſalutem. [Nè reuerearis pro-
ximum tuum in caſu ſuo,] i. nõ timeas proximũ tuum corripere quãdò peccat, dummodò
habeas ſpem, q̃ corripiendo poſſis illum erigere. Et ſi p̃latus illius es, etiam rebellẽ, cõpelle
ad ſui correctionẽ. [nec retineas verbum in tẽpore ſalutis:] i. ab increpatione & informa-
tione proximorũ non ceſſes tempore cõgruo, quo queunt cõuerti. De quo ait Apoſtolus 2.
Cor. 6. Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Et Iſaias: Quærite Dñm, dum Iſaiæ 55.
inueniri poteſt: inuocate eũ, dum propè eſt. [Nõ abſcondas ſapientiã tuam in decore eius:]
id eſt, ex cõſideratione dignitatis & pulchritudinis ſapientiæ tuæ, nõ omittas eam proximis
cõmunicare, quaſi nõ fauẽs eis tam precioſum ac nobile donũ. Ideò ſcriptũ eſt Sap. 6. Quid
aũt ſit ſapientia, referam, & ponã in lucem ſcientiam illius, neq; cũ inuidia tabeſcente iter ha
bebo. Chriſtus quoq; in Euangelio loquitur Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in
lumine. Vel nõ abſcondas ſapientiã in decore eius, i. quandiù fulget ac placet. Vel in decore
eius, i. per verba ornata, difficilia, & obſcura. [In lingua em̃ ſapientia dinoſcitur:] i. per eui-
dentem locutionẽ meliùs edocetur, & ab audientibus clariùs intelligiť. Deniq; in lingua ſa-
pientia dinoſcitur, i. ex qualitate ſermonis attẽditur, qualis ſit ipſe qui loquiť: quia ex abũ- Matth. 12.
dantia cordis os loquiť: & qualis vir, talis oratio. Vndè & Dñs aſſerit Luc. 6. Bonus homo ex
bono cordis ſui theſauro profert bona, & malus ſimiliter mala. [& ſenſus, & ſcientia, & do-
ctrina in verbo ſenſati:] i. ex ſermone hominis ſapientis innoteſcit interior ſua ſciẽtia cir-
ca diuina, moraliſq; diſciplina. [& firmamentum in operibus iuſtitiæ:] i. fortitudo animi
per opera iuſta cognoſcitur ac nutritur. Vndè & Salomon proteſtať Prou. 10. Iuſtus q̃ſi fun-
damentum æternũ. [Nõ contradicas verbo veritatis] agnitæ [vllo modo,] ſicut faciunt cõ-
tentioſi: ideò nõ excuſes te falſè, dũ accuſaris ſeu corriperis verè. Qui em̃ abſcondit ſcelera
ſua, non dirigeť: qui aũt confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, vt di-
ctum eſt Prou. 28. [& de mendacio ineruditionis tuæ confundere.] i. de falſa doctrina, erro-
re, aut locutione mendoſa imperitiæ tuæ, in teipſo verecundare ac pœnite, nec increpanti-
bus ac reprobantibus te indigneris, ſed regratieris, quia opus miſericordiæ tibi impendũr.
Hinc ſubditur: [Nõ confundaris confiteri peccata tua] in foro contentioſo & conſcientio-
ſo. Nam & reus mortis peccat mortaliter negando iudici ſuos exceſſus. Attamen in confitẽ-
do debet homo de vitiorum ſuorũ turpitudine verecundari, non aũt ſic, vt poſtponat hæc
publicare, qm̃ verecundatio talis culpam augeret. [& nè ſubijcias te homini pro peccato:]
i. pro adulatione aut pro aliquo motiuo irrationabili & iniuſto, ſeu pro peccato perpetran-
do, i. ad hoc vt propter hominẽ pecces. [Noli reſiſtere cõtra faciem potentis:] i. contra po-
tentiorẽ non pugnes pro re, pro qua nõ tenéris pugnare. Vel ſenſus eſt, vt omnipotenti reſi-
ſtere nõ tentemus. [nec coneris cõtra ictum fluuij:] i. cõtra inſuperabilẽ poteſtatẽ, ſeu cõ-
tra impetũ mali, quod nõ vales euadere. Ideò dictũ eſt Paulo: Durum eſt tibi contra ſtimulũ Actu. 9.
calcitrare. Immoderata nanq; audacia rectè vituperať. [Pro iuſtitia agonizare] i. pro defen-
ſione veritatis & æqtatis labora [pro anima tua] i. pro ſalute animæ tuæ, [& vſq; ad mortem
certa pro iuſtitia] defenſanda, cũ moderamine diſcretionis, & loco & tempore opportunis.
Præcipuè quoq; reſiſtendũ eſt aduerſarijs fidei ac boni cõmunis, immò & om̃ibus ad pec-
cata trahere molientibus, ſcilicet mundo, carni, dæmonibus. Certandũ eſt aũt ſpiritualibus
armis, oratione & lachrymis, aut etiã corporalibus pugnis, iuxta illud Catonis: Pugna, p̃ pa-
tria. [& Deus expugnabit pro te inimicos tuos,] inuiſibiles atq; viſibiles, i. diuina poteſtate

& ope ac gratia ꝑualebis, iuxta illud in Psal.17. Perſequar inimicos meos, & cõpræhendã illos. [Noli citatus eſſe in lingua tua,] i. ꝓceps & incõſideratus ad loquendũ, cùm ſcriptum ſit Prou.29. Vidiſti aliquẽ velocem ad loquendũ? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. Et Eccleſiaſtes ait: Nè temerè qd loquaris, neq; cor tuũ velox ſit ad ꝓferendũ ſermonem corã Deo. [& inutilis & remiſſus in operibus tuis:] i. infructuoſus, piger, & tardus. Hoc eñ turpiſſimũ eſt, lingua magniloqua, & manus remiſſa: fortia documẽta, & opera nulla aut modica. Ideò dicit Chryſoſtom⁹: Audiãt te hoĩes magna facientẽ, & minora iubẽtẽ. O q̃ multi modò ſunt tales, ad corripiendũ inſtruendũq; alios ꝓcipites & ꝓcaces: ſed ad exequendũ q̃ docent, inertes, & dum corripiunt, impatientes. Ad quorũ cõfuſionẽ & correctionẽ, ſcriptũ eſt Act.1. Cœpit Ieſus facere & docere. Vndè & Salomon Pro.18. dixit: Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Et rurſùs: Noli diligere ſomnũ, nè te egeſtas opprimat. [Noli eſſe ſicut leo in domo tua,] i. nõ ſis crudelis & animoſus inter domeſticos tuos, [euertẽs] i. inquietãs & turbãs [domeſticos tuos,] quos piè tractare & ædificare tenẽris. [& opprimẽs ſubiectos tibi:] regẽdo eos tyrannicè magis q̃ virtuoſè, & volũtatẽ ac paſſiones, nõ rationẽ & diſcretionis cẽſuras, ſequẽdo. Hoc ad patres familiãs ptinet, immò ad oẽs q ꝓſunt: q quãto maiores, eo & humiliores eſſe iubẽt, contra quod faciunt multi iracũdi, inqeti, ꝓterui, q nec ſeipſos, nec cohabitãtes ſinunt qeſcere: ideò graues ſunt ad portandũ, ſcãdalizantq; plurimos, & periculoſi ſunt valdè, ſuã ac aliorũ impediẽtes ſaluté. Ira eñ nõ habet miſericordiã, nec erumpens furor: & impetũ cõcitati ſpiritũs q̃s poterit ſuſtinere? [Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendũ] munera ſine neceſſitate & rationabili cauſa aut ex cupiditate, [& ad dandũ collecta:] i. tarda & clauſa ad cõmunicandũ alijs bona tibi conceſſa. Vndè in Euãgelio loquit̃ Chriſtus: Date, & dabit̃ vobis. Act. quoq; 20. Apoſtolus loquitur Paulus: Oportet reminiſci verbi dñi Ieſu, qm̃ ipſe dixit: Beati⁹ eſt magis dare, q̃ accipere. Hoc totũ eſt cõtra auaros, qb⁹ pẽſandũ, quod ait ſcriptura: Radix oĩm malorũ eſt cupiditas.

Eccẽs 5. Prou.20. Sapiẽt. 6. 1.Tim. 3. Prou. 27. Lucæ 6. 1. Tim. 4.

¶Expoſitio Cap. 5. Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas. Art. 5.

HOrtatur hîc ad vitandum ea, q̃ ab eleemoſynarũ largitione, ad quã ꝓcedenti capitulo monuit, retrahunt: q̃ ſunt auaritia, cõcupiſcentia, & cõſimilia vitia, cõtra quę loquit̃: [Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas:] i. nõ occupes te neq; cõſideres, q̃liter poſſis terrena bona ſuperflua adipiſci, cõſeruare, augere. Dicunt aũt poſſeſſiones iniquæ, non qa in ſe vitioſæ aut malæ, qm̃ omnis creatura Dei bona, ſed vel qa iniuſtè & cupidè acquruntur & reſeruant̃, vel qa ſunt plurimorũ occaſio vitiorũ. Idcircò à Chriſto vocant̃ mammona iniqtatis. Ideò ait Apoſtolus 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli, & in deſideria multa nociua, q̃ mergunt hominẽ in perditionẽ. Chriſtus quoq;: Quã difficilè, inqt, qui pecunias habẽt, intrabunt in regnum cælorum: facilius eſt camelũ per foramen acũs tranſire, quàm diuitẽ in regnum cælorum intrare. [& nè dixeris, Eſt mihi ſufficiens vita.] i. non ꝓſumas te tã diù victurum, vt indigeas oñibus illis terrenis, nè tibi cõtingat, quèadmodùm diuiti, q̃ vt Lu.12. ſcribitur, dixit: Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos: requeſce, comede, bibe, epulare. Dixit aũt illi Deus: Stulte, hac nocte animã tuã repetunt à te: q̃ autẽ parâſti, cuius erunt? Vel nè dixeris, eſt mihi ſufficiens vita, i. nõ putes te tibi ſufficere viribus tuis, aut ſufficiẽter diutiẽ eſſe in chariſmatibus gratiarũ, vitaq; gratiæ, nè illud Apoc.3. mereris audire: Dicis q̃ diues ſum, & nullius egeo, & neſcis qa tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Vndè & Paulus diſſeruit Gal.6. Qui ſe putat aliqd eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Etenim cùm ignoremus an ſimus in charitate, (q̃ vita eſt animæ) nõ poſſumus nos iactare, q̃ ſufficiens vita ſit nobis, ꝑſertim cùm nõ ſimus ſufficientes cogitare aliqd ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo ſit. [Nè ſequaris in fortitudine tua] i. tẽpore iuuentutis ac roboris corporalis, [cõcupiſcentiã cordis tui] carnalẽ, ad venerea cõſentiendo aut ꝓcedendo. Vel cõcupiſcentiã cupiditatis, bona proximorum violenter tollendo in tua fortitudine corporali, cùm Exo. 20. ſcriptum ſit: Nõ concupiſces rẽ proximi tui. & princeps dicat Apoſtolorum: Obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abſtinere à carnalibus deſiderijs, q̃ militant aduerſùs animam, [& nè dixeris, quomodò potui?] i. non iactes te potentẽ fuiſſe ad faciendũ illicita, aſſerendo, quomodò potui, i. valdè potens fui ad talia, [aut q̃s me ſubijciet] ſuo iugo, aut pœnis ſeu captiuitati, [propter facta mea,] iniqua? quaſi diceret, impunè pecco. Talis fuit ſuperbiſſimus impijſſimusq; Sennacherib, q̃ Iſa.10. narrat̃ dixiſſe: In fortitudine manûs meæ ego feci, & abſtuli terminos populorum, & nõ fuit q̃ moueret pennã, & aperiret os, & ganniret. Noli ergò ſic æſtimare. [Deus eñ vindicans vindicabit:] i. dato ꝙ à nullo hominum puniaris in vita hac, vltionẽ tñ diuinæ iuſtitiæ nequaquàm euades, cuius iudicium incõparabiliter

Matth.19. Marci 10. Lucæ 18. 2.Cor.3. 1.Pet.2. 1.Tim.4. Lucæ 16.

ter eſt horrendum. Ideò Eleazarus ait: Nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominũ eripiar, ſed manus oñipotentis neq; viuens, neq; defunctus effugiam. Hinc ſcriptũ eſt Iob 24. Deus inultum abire nõ patitur. [Nè dixeris, peccaui, & qd accidit mihi triſte?] i. impunè feci quod volui, nec pro culpa paſſus ſum pœnã. [Altiſſimus eñ eſt patiens redditor.] i. pœnam differt, nõ aufert, iuxta quod dici ſoleт: Quod differtur, nõ aufertur. Nã vt dictum eſt Sapient.11. Ipſe diſſimulat peccata hominũ propter pœnitentiam: ſed quos diutiùs tolerat, hos ſuo tẽpore induratos acriùs punit, & terribiliùs damnat. De quo ait Psal. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens. Niſi cõuerſi fueritis, gladiũ ſuum vibrabit. Nil ergò ſtolidius, nil periculoſius, quàm longanimitate & patiẽtia Dei abuti. [De propiciatu peccatorũ noli eſſe ſine metu:] i. nõ promittas tibi periculoſam ſecuritatẽ de hoc, quòd peccata tua ſint tibi remiſſa, ſed metue indè, qa etſi cõfeſſus ſis, ignoras tñ an ex vera cõtritione, nec ſcis an finaliter in mortali peccato decedes. Ideò Prou.28. habet: Beatus homo q̃ ſemper eſt pauidus. [neq; adijcias peccatũ ſuper peccatũ,] peccando aſſiduè & recidiuando, prout Eccleſiaſtes inducit: Quia nõ citò proferẽt cõtra malos iudiciũ, abſq; vllo timore filij hominũ perpetrant mala. [Et nè dicas,] dando tibi ipſi audaciam perſeuerãdi in peccatis, & peccandi in ſpe: [miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorũ meorum miſerebit̃.] Hoc eñ incertum eſt tibi, qa ignoras qualem fortiturus ſis finẽ, nec vera cõtritio poteſt proprijs viribus obtineri, abſq; reſpectu & immutatione Spiritûs ſancti, quia non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Deniq; hoc modo (vt Climachus pleniùs docet) ſeducit diabolus miſeros homines, qa dum ſani ſunt, ſuggerit eis infinitã eſſe miſericordiã Dei, & poſſe faciliter veniã impetrari: Dum verò in extremis ſunt, ꝓponit eis diuinæ rigorẽ iuſtitiæ, & multitudinẽ magnitudinẽq; culparum ſuarum, vt deſperent. [Miſericordia eñ] i. indulgentia circa pœnitentes, [& ira] i. vltio circa impœnitentes, [ab illo citò proximant,] iuxta illud: Neſcit homo finẽ ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ſic homines capiuntur tẽpore malo, cùm eis extemplò ſuperuenerit. Vndè ſcriptum eſt Deut.7. Dñs Deus tuus reddet odientibus ſe ſtatim, ità vt diſperdat eos, & vltrà non differat, protinùs eis reſtituens quod merentur. [& in peccatores] in vitijs perſiſtentes, [reſpicit ira illius,] iuxta illud in Psal.33. Vultus aũt Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum. [Non tardes conuerti ad Dñm, & nè differas de die in diem.] Nam periculum eſt in mora, cùm dicat Saluator: Vigilate itaq; quia neſcitis qua hora Dñs veſter venturus ſit. Et rurſùs: Neſcitis diem neq; horam. [Subitò eñ veniet ira illius, & in tempore vindictæ] ſ. iudicij tui particularis, quantùm ad animam, & vniuerſalis, quo ad corpus & animam, [diſperdet te] niſi tempeſtiuè pœniteas, ſicut ait Propheta Psal.144. Cuſtodit Dñs omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. [Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis:] i. formidoloſus, nè eas amittas, nec pœnaliter ſolicitus, vt eas acquiras. Qualiter aũt diuitiæ dicãtur iniuſtæ, iam patuit. [non eñ proderunt in die obductionis] i. mortis [& vindictæ.] iuxta illud Iob 27. Diues cùm dormiẽrit, nihil ſecum auferet: appræhendet eum quaſi aqua inopia. Atq; in Psal.75. Nihil inuenerunt oñes viri diuitiarum in manibus ſuis. Vndè dicunt: Quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Ideò Prou. 15. dictum eſt: Conturbat domũ ſuam qui ſectatur auaritiam. [Non ventiles te in omnẽ ventum:] i. non te reddas inſtabilem, inquietum & leuem, nec paſſionum impulſibus ſubditũ. [& non eas in omnẽ viam,] ſequendo omnem concupiſcentiam, & quicqd appræhenſioni occurrit, ſed declinà à malo, & in via ruinæ non eas. Immò nec in via apparenter bona, ſed verè mala. De qua Prou.16. dicitur: Eſt via quæ videtur homini bona, & nouiſſimũ eius ducit ad mortem. Hoc modo ventilantur & gradiuntur paſſionati & vitioſi, qui ſunt tãquàm puluis ante faciem venti. De quibus ait vir ſanctus: Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. [Sic eñ peccator probatur in duplici lingua:] i. per duplicitatem inſtabilitatemq; linguæ, oſtenditur homo eſſe iniquus: quia duplicitas oris, ex duplicitate oritur cordis. Paſſiones ergò & vitia inſtabilem faciunt hominẽ, Virtutes verò cõſtantem, prout Iob 11. legit: Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris, ſtabilis eris. [Eſto firmus in via Dñi,] i. in fide Catholica, quæ eſt via ad beatificam viſionem, & in lege diuina, in conuerſatione laudabili, in obſeruatione decalogi. [& in veritate ſenſûs tui,] i. vera notitia intellectûs, vitando errores, ſicut Hebr.13. monet vas electionis: Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Et alibi: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus aũt perfecti. [& ſcientia:] i. in ſcientia, quæ eſt donũ charitati ſemper annexum. [& proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ,] i. verba pacifica & iuſta proferantur à te, teq; ſequant̃, ſicut accidentia ſuum ſubiectũ. [Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei,] i. patiẽter ac mititer audi verba ſalubria, quanuis increpatoria. Impatientia nanq; & ira mentẽ ità obtenebrant,

Pſal. 7. Eccẽs 8. Eccẽs 9. Matth. 25. Lucæ 12. Sapient.5. Pſal.33. Pſal. 34. Pſal. 82. 1. Cor.14.

Iacob.1. brant, vt ritè aduertere nequeat, nec quæ dicunt, efficaciter penſet. Sic & Iacobus: In manſuetudine, inquit, ſuſcipite inſitum verbum. Vndè & Eſai.61. loquitur Chriſtus de patre: Ad annunciandum manſuetis miſit me. Idcircò ſubiungitur: [vt intelligas] ea, quæ audis corde à paſſionum inquietudine alieno. Ad illuminationem etem & inſtructionē præcipuè aptat manſuetudo. Propter quod ſertur in Pſal.24. Diriget manſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas. [& cum ſapientia] i. ex lumine & notitia ſapientiæ tibi cōceſſæ, [proferes reſponſum verū] ad interrogata, prout in prima ſua Canonica præſtantiſſimus archiapoſtolus co-

1.Pet.3. hortatur: Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, fide & ſpe. [Si tibi eſt intellectus,] i. ſi nōſti ea quæ quæruntur à te, [reſpōde proximo:] inſtruendo minùs ſcientem, quod eſt eleemoſyna ſpiritualis. [ſin autem, manus tua ſit ſuper os tuum:] i. ſilentium tibi iniunge, [nè capiaris in verbo indiſciplinato,] i. nè proberis imperitum dediſſe reſponſum, [& confundaris.] Quemadmodùm em qui negat ſe ſcire quod ſcit, & renuit reſpondere ad ea quæ nouit, & ad quæ expedit reſponderi, ingratus eſt: ſic qui prætendit ſe ſcire, quod neſcit, vanus eſt & elatus. Ideò Gloſſa ait: Sicut peccat qui ſcit, & non vult proximum ſuum docere, ſic qui neſcit, & vult magiſter eſſe. ¶ Deniq; periculoſè ſe habent medici & iuriſperiti, qui cupiditate lucri, vel nè videantur ignari, præſtant conſilia & reſponſa ad ea, in quibus eruditi non ſunt. Vndè medici tales interdùm fiunt homicidij rei, & iuriſtæ ad reſtitutionem tenentur damnorum, quæ ſimplices ex imperito illorum conſilio & reſponſo incurrunt, prout ſuper Geneſim Henricus de Haſſia pleniùs docet. De

1.Tim.1. talibus ait ad Timotheum Apoſtolus: Volunt eſſe legis doctores, non intelligētes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. [Honor & gloria in ſermone ſenſati:] i. ſapiens ſuoſa pientiali ſermone honorem gloriamq; meretur apud Deum & homines. Ideò Dan.12. fertur: Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Immò ſecundùm philoſophum, Magiſtris nō poteſt à diſcipulis reddi æquivalens. [lingua verò imprudentis, ſubuerſio eſt ipſius:] i. Imprudens per incuſtodiam ſuæ linguæ occidit ſeipſum iam morte culpæ, & meretur incidere damnationem gehennæ. Ideò Prouer.15. dicitur: Lingua placabilis, lignum vitæ: quę autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Sic & Sapient.1. habetur: Os quod mentitur, occidit animam. [Non appelleris ſuſurro in vita tua,] id eſt, tam cuſtoditè te habeas in loquendo, nè verè voceris ſuſurrator, ſeu occultus murmurator, aut latens maleloquus de proximo tuo. [& lingua tua nè capiaris & confundaris.] id eſt, iuſtè redarguaris de loquutione tam vitioſa. [ſuper furem enim eſt confuſio & pœnitentia.] id eſt, ſuſurrator peior eſt fure, quoniam maius infert nocumentum proximo quàm fur. Fur nanq; tollit bona exteriora, ſuſurrator autem famam, pacem, & amicitiam, prout de his infrà magìs dicetur. Et ſicut grauiùs peccat, quàm fur: ſic maior confuſio ei debetur, & magis de eo dolendum eſt. Ipſe quoq; magìs dolebit ſaltem in pœnis, & dum fuerit depræhenſus, ſaltem in diuino iudicio, quanuis in foro humano ſoleat maior pœna pro furto infligi. [& denotatio peſſima ſuper bilinguem:] id eſt, grauiſſima ac pœnaliſſima execratio, irriſio, & cum digito demonſtratio debetur bilingui, qui aliter in preſentia, aliter in abſentia, & aliter apud vnum, aliterq; apud alterum loquitur de eodē: & ità mentitur & fallit, diffamat & ledit quàm plures. [ſuſurratori aūt odium, & inimicitia, & contumelia:] id eſt, ipſe tam grauiter peccat, quòd facit ſeipſum odibilem, ſecundùm quod talis eſt, & tanquàm hoſtis vitandus eſt ac contumelia dignus. [Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter.] id eſt, ſine perſonarum acceptione profer iudicium de hominibus parui ſtatūs, excellentibusq; perſonis, ità vt puſillos ità iudices iuſtos, ſi eorum vita hoc mereatur, ſicut maiores. Hinc 2.Paralip.19. Ioſa-

Deut.1. phat rex legitur ſuis præcepiſſe iudicibus: Ità paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam.

¶ Declaratio Cap.6. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Art. 6.

AD charitatem ac ſapientiā præcipuè admonemur in iſto capitulo. [Noli fieri pro amico inimicus proximo:] Hoc dupliciter poteſt intelligi: Primò, noli inimicus eſſe aut fieri proximis tuis, quibus amicus eſſe tenēris: quoniam omis homo viator, eſt per charitatem amandus, inquantùm rationalis creatura, beatitudinis capax: & ſicut amicus in Deo, ſic inimicus propter Deum eſt diligendus, quanuis non ſit amādus, inquantùm iniquus & inimicus. Secundò ſic: Noli fieri pro amico inimicus proximo ad complacendum amico tuo, ſeu quia amicus tuus eſt inimicus proximi, vel propter iniuriam factam amico tuo à proximo ſuo. Quidam enim ſtatim cùm viderint amicum ſuum contra alium contendere aut pugnare, adiuuant eum in malis huiuſmodi, & fiunt partiales cum ipſo, cùm potiùs conarentur litigantes concordare aut ſeparare. In quibuſdam etiam parti-

partibus conſuetudo eſt peſſima, vt aliquo læſo aut interfecto, tota eius cognatio congregetur ad vlciſcendum cognati iniuriam, priuata & propria authoritate, non ſolùm in eum qui forefecit, ſed in quemcunq; de parentela ipſius, & generalem contra ſe inuicèm concipiunt inimicitiam: quod totum periculoſiſſimum eſt, non ſolùm animabus, ſed & corporibus eorundem, & eſt charitati cōtrarium. Porrò vera amicitia (vt Tullius in libro de amicitia docet) requirit, vt nec turpe ſeu illicitum aliquid rogemus amicum, nec tale quid faciamus rogati: ſed ad omne bonum honeſtum hortemur, adiuuemusq; eum. [Improperium enim & contumeliam malus hæreditabit:] id eſt, omnis iniuſtus, niſi pœniteat, æternam reprobationem & condemnationē accipiet, quemadmodùm Iere.23. Dominus loquitur: Dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam ęternam, quæ nunquàm obliuione delebitur. [& omis peccator inuidus & bilinguis.] id eſt, inuidia atq; bilinguitas ſunt peccata ità enormia, quòd inuidus & bilinguis poſſunt per æquiualentiam quandā dici omnis peccator, ſeu cunctis vitijs pleni. Seu omnis, id eſt, plenus & conſummatus peccator, iuxta quem ſenſum infrà legitur: Omis plaga, triſtitia cordis: & omis nequitia, nequitia mulieris. Eccl 25.

Poteſt quoq; ſic accipi, quòd omnis qui in mortali eſt culpa, communiter aliquid de inuidia bilinguitateq; habet. Et quoniā omne peccatum ex ſuperbia oritur, ſubdit: [Non te extollas in cogitatione tua velut taurus:] id eſt, non ſentias magna de te, quaſi ex te, neq; ex tali magnipenſione tuíjpſius ad vitioſam ferocitatem, iram ſiue audaciam moueris, alios impetendo cornibus elationis. Ideò iubetur Tobiæ 4. Superbiam nunquàm in tuo ſenſu aut in verbo tuo dominari permittas: in ipſa enim ſumpſit initium omnis perditio. Iob quoq; 15. dicitur: Quid te eleuat cor tuū, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? quid tumet contra Deum ſpiritus tuus? [nè fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam:] i. nè robur gratiæ perdas, & omnem virtutem infuſam, quantùm ad eſſe formatū, propter ſuperbiæ tuæ ſtuitatem, vel nè ab aduerſarijs tuis etiā corporaliter occidaris, quos præſumptuoſè inuaſeris, & nè tandèm in profundum mergaris inferni. Vndè aſſerit Eſaias: Erit fortitudo impio- Eſaiæ 1.

rum vt fauilla ſtuppæ, & opus eorum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrunq; ſimùl. Et conuenienter ait, per ſtultitiam. Sicut enim humilitas fundatur in vera ſuíjpſius conſideratione, ſic ſuperbia in vana & falſa ſuí appræhenſione. Eſtq; ſtultiſſimum de donis Dei ſuperbire, quaſi quis habeat ea à ſemetipſo, de quibus tam diſtricta exigenda eſt ratio, & propter quæ tenetur homo magis ſubditus eſſe Deo. Ideò Iob 36. legitur de ſuperbis: Conſumentur in ſtultitia. [& folia tua comedat,] i. ſtultitia iſta verba tua inania & elata deuoret & condemnet, [& fructus tuos perdat,] i. opera bona, q̄ antè feciſti, euacuet à mercede. [& relinquaris velut lignum aridum in eremo:] i. arbori infructuoſæ in ſolitudine ſtanti aſſimileris, carendo operibus fructuoſis, roreq; gratiæ & aqua ſapientiæ ſalutaris. Et ſicut arbor aret, quia humorem nō habet: ſic cor tuum areſcat, quia humorē non habes deuotionis, ſicq; cōputeris inter iniquos, q̄ ſunt ſeculum nequā, & relicti à Deo: propter quod eremus & deſertum

Lucæ 23. vocantur. Hinc Chriſtus loquit̄ de iniuſtis: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ieremiæ quoq; 17. de iniquo inducitur: Erit quaſi myricæ in deſerto, & habitabit in ſiccitate in terra ſalſuginis. Hinc Ioan.15. aſſerit Dñs: Si quis in me nō manſerit, mittetur foràs ſicut palmes, & areſcet. [Anima em nequam] i. verſuta & vitioſa, [diſperdet q̄ ſe habet,] i. hominem in quo eſt, multipliciter perdet, qa nunc facit eū ſpiritaliter mortuū, & membrū ac miniſtrum diaboli, mancipiū vitiorum, deindè filiū incolamq; gehennæ. Ideò ſubditur: [& in gaudium inimici dat illū:] i. diabolo tradit eum, q̄ de hominum perditione lætat̄. [& deducet in ſortē] i. in partē & ſocietatē atq; in euentū [impiorum:] quia nunc inter mēbra diaboli cōputatur, pertinens ad Eccleſiā malignorum, ciuitatemq; Babylonis, deincèps in inferno erit portio eius, ſicut econtrà Sap.5. de iuſtis habet̄: Cōputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Cōſequenter tangit vnum modum procurandi, augendi ac reparandi amicitiā & amicos: [Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos:] Verbum dulce eſt ſermo charitatiuus, pius, humilis, cōſolatorius & modeſtus, quod audientem delectat & ad loquentis amorem inſtigat, excitatamq; iram & auerſionem extinguit aut minuit. Vndè Salomon aſſerit Prou.16. Fauus mellis verba cōpoſita. Et iterùm: Reſpōſio mol- Prou.21.

lis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorē. Sic Gedeon ſua molli, dulci ac humili reſponſione placauit Ephratæos cōtra ſe indignantes, iuxta illud Iudicum 8. Cùm hoc dixiſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo contra eum tumebant. Ephratei quoq; ſuo duro ſermone ad iram per zelum ſuſcitauerūt ipſum Iepthe, qui occidit quadragintaduo millia eorundem, vt Iudicum 12. recitatur. Sic Dauid verbis ſuis dulciſſimis atq; humilimis etiam ad fletū prouocauit capitalē aduerſariū ſuū Saul, vt 1.Reg.24. deſcribit̄. [& lingua eucharis] i. benè gra-

tiosa,[in bono homine abundabit:]quia vir virtuosus verba sapientialia, accepta, salubria libenter pronũciat. Os autem fatuorum ebullit stultitiam. Etenim qualis quisq; est, talia solet loqui & operari.[Multi pacifici sint tibi,]i.cum vniuersis stude pacem concordiamq́ habere, prout Rom.12.scriptum est:Si fieri potest,quod in vobis est, cum oñibus hominibus pacem habete. Sic & apud Marcum admonet Christus:Pacem habete inter vos. Et alibi: Marc.9.
Beati,inquit,pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur.[& consiliarius sit tibi vnus de mille.] Matth.5.
i.non nisi pauciſſimos,vtpotè prudentes,fideles & benè celare scientes admittas in cõsiliarios. Periculosum est equidem,secreta propria alijs quàm idoneis ad hoc personis insinuare, aut quorumlibet consilijs vti, cùm & Salomon Pro. 20.fateatur: Multi homines misericordes vocanẽ,virum aũt fidelem quis inueniet? Et rursùs 25.edocuit: Causam tuam tracta cũ amico tuo,& secretũ tuũ nè reueles extraneis. De his multa inducta sunt super Prouerb. ex dictis sancti Cyrilli & Aristotelis,Senecæ quoq; ac Tullij. Deincèps tangit,quis sit verus amicus,& quis non.[Si possides]i.stabiliter habes,aut habere desideras[amicũ] familiarem & specialem,quem in consiliariũ & secretariũ possis securè admittere.[in tentatione posside eum:]i.amicitiã eius experire in diffortunijs,calamitatibus,&aduersitatibus tuis,in quibus si tibi fideliter fuerit adstans,verus amicus est,non quærens cõmoda sua,sed tuum profectum. Ideò scriptum est:Frater in angustijs comprobatur.[& nè facilè credas ei teipsum,] Prou.17.
confidendo de sua fidelitate,charitate ac probitate,antequàm per multa experimenta fueris indè certificatus. Idcircò blandis hominibus non statim credendum est,nec alicui reuelandũ proprium secretum,nisi de eius fidelitate habeaẽ certitudo probata.[Est enim amicus secundùm tempus suum:]i. quandiù videt se consequi posse propria commoda,aut honorem ex amicitia sua cum altero.[& nõ permanebit in die tribulationis:]i. tẽpore aduersitatis non manebit amicus eius,cui aduersitas,depauperatio,suppeditatio accidit,quia iam cernit se ex illo lucrum & honorem non reportare.[Et est amicus, q conuertitur ad inimicitiam:]sicut homo passionatus,qui contra amicũ faciliter indignatur, irascitur, contristatur,contendit.[& est amicus,qui odium & rixam & inimicitiam denudabit:]i. fictus & proditorius amicus,q simulat se amicum,vt grauiùs noceat,& cùm viderit horam suæ nequitiæ aptam,ostendit odiũ suum,inimicitiamq́ quam celauit,& procedit in rixam. De talibus dicitur Ierem.9.Sagitta vulnerãs lingua eorum. In ore suo pacem cum amico suo loquitur,& occultè ponit ei insidias. Vndè & Prou.16.fertur:Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit
cum per viam non bonam. Et rursùs:Homo qui blandis fictisq́ sermonibus loquitur amico Prou.29.
suo,rete expandit gressibus eius.[Est autem amicus mensæ,]i. qui propter commoditatem suæ refectionis amicus est,qui est amor concupiscentiæ,non amicitiæ veræ,de qua Pro.17. dicitur:Omni tempore diligit qui amicus est. Quocontrà subiungitur:[& non permanet in die necessitatis.]i.indigentiæ eius,cuius se fingit amicum.[Amicus si permanserit fixus,]i. constans in amicitia tua,in prosperis & aduersis,quærens tuum profectum, non commodum suum,[erit tibi quasi coæqualis:]i.habebis te ad eum,sicut ad parem ac fratrem, quãuis sis maior eo. Nã vt Philosophus ait, Amicitia propriè non est inter homines multùm dissimilis gradũs ac statũs.[& in domesticis tuis]i. in rebus atque negocijs tuæ domũs,[fiducialiter aget,]ea vtiliter disponẽdo,tam in tua præsentia,quàm in absentia tua.[quemadmodùm sequitur:[Si humiliauerit se contra te,]id est,coram te exhibuerit tibi honorẽ & amicitiæ signa. sic accipitur cõtra,in Psal.76. In die tribulatiõis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum.[& à facie tua absconderit se,] absentando se à tua præsentia,[vnanimem habebis amicitiam bonam:]i.æquè fidelis & amicabilis erit tibi. Vel in domesticis tuis fidutialiter aget,i. fideliter diriget ac iuuabit familiam tuam ac sobolem,ità quòd amicitia,qua te amat,diriuabitur vsque ad illos.[Ab inimicis tuis separare,]i.ab his quos certè aut probabiliter scis esse hostes tuos,custodi te,& loco secerne,si cõgruè fieri potest,[& ab amicis tuis attende.]i. considera,qui inter eos sint veri amici tui,per amicitiam in bono honesto fundatam. Illa quippe est vera amicitia, quàm non voluptas illicita aut terrena commoditas,sed virtutum paritas,probitas honestatis,amor sapientiæ parit,nutrit, conseruat.
[Amicus fidelis,protectio fortis::]id est, protector solidus. Amicus enim pro suo amico iu- 1.Ioan.3.
uando ac protegendo exponit seipsum,sicut in prima sua Canonica sanctus Ioannes ait: In hoc cognouimus charitatem Dei,quoniam ille pro nobis animam suam posuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere.[qui autem inuenit illum,]scilicet verum amicum,[inuenit thesaurum:]id est,pretiosum ac præcipuum bonum, immò inter exteriora bona potissimum. Vndè mox subditur:[Amico fideli nulla est comparatio:]i. nullæ diuitiæ, nullæ deliciæ,nulli honores per æqualitatem comparabiles sunt fideli amico.[& non est digna ponde-

ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius:]i.ad virtuosam ipsius fidelitatem. [Amicus fidelis]est[medicamentum vitæ & immortalitatis:]qa suis consilijs atqueauxilijs eruit vitam sui amici à tristitijs & periculis,& corripit suũ amicũ ex charitate,& satagit eum à morte culpæ ad vitã gratiæ reuocare, sicq́; ad vitã beatam ac immortalem deducere illum, sicut seipsum,prout vera requirit dilectio. Hinc scriptũ est Prou.27. Vnguẽto & varijs odoribus delectatur cor,& bonis amici consilijs dulcoratur anima.[& qui metuunt dominum] filiali timore,[inueniunt illũ:]i.ex diuinæ prouidentiæ ordinatione, merito suæ timoratæ conuersationis acquirũt talem amicum. Nam simile simili suo applaudit. Ideò verè virtuosus,timoratus,sapiens & fidelis,citò inuenit conformẽ sibi in cordis synceritate. Vndè qui vult talem inuenire amicum,seipsum inprimìs talem exhibeat alteri, sicut & Seneca loqtur: Si vis amari,ama.[Qui timet dominum,æquè habebit amicitiam bonam.]i. qui Deũ filialiter metuit,intuitu Dei studet habere in se amicitiam veram,constantẽ,fidelem,nõ fictam: & Deo propicio,inuenit in alio amicitiam talem ad se. Ideò subditur:[quoniam secundùm illum,erit amicus illius:]i. talis erit eius amicus ad eum,qualis est ipse ad illum. Quidam tamen exponunt sic:Qui timet dominum,æquè habebit amicitiã bonam ipsius Dei,i.diligetur à Deo æquè siue æqualiter,nõ æqualitate magnitudinis aut perfectionis,quoniam amor dei ad creaturã,maior est semper amore creaturæ ad Deũ,sed æqualitate imitatiuę proportionis quo plùs diligit deũ,eo plùs à deo diligitur,nõ q́ dilectio Dei in seipsa intendaẽ aut remittaẽ,cùm sit vna,simplex & inuariabilis,sed per cõparationem & relationẽ ad diuinæ dilectiõis effectũ. Cùm eñ diligere sit alicui bonũ velle,illũ Deꝰ plùs diligit,cui vult excellentiorẽ gratię ac gloriæ gradũ. Ex phabitis innotescit,qd ad amicitiam verã pertineat. Amicus eñ dicit,quasi animi custos,seu quasi cõsors amoris. Ideò ille verè amicus est, cui homo sic ☞
suũ applicat animũ,vt ex duobus fiat vnũ. Propter quod amicus dicitur alter ego,cui homo committat securè seipm tanq́ sibimetipsi,& cuius volũtati in licitis ac qescat,quod Christus insinuãs: Vos,inquit,amici mei estis,si feceritis quę p̃cipio vobis. Et item: Vos aũt dixi amicos,qa omnia quæ audiui à patre meo,nota feci vobis. Sed qa hæc amicitia sine discretione & sapientia conseruari & obtineri non valet,rectè subiungitur:[Fili, à iuuentute tua]i. ab adolescentia[excipe doctrinam,]i. disce,ac docilis sis & studiosus. Sumitur autem iuuentus quandoq; pro adolescentia, iuxta illud Eccẽs 11. Lætare iuuenis in adolescentia tua.[& vsque ad canos inuenies sapientiam.]i.vsq; ad senium poteris in doctrina quam didicisti, perseuerare atq; proficere,& per illã semper te regere. Hoc in libro Prouerbiorum sæpiùs edocetur. Vndè & Rabanus loquit:Qui in iuuentute studet sanę doctrinę,in senectute metet dulces fructus sapientiæ. Consequenter tangit,quàm diligenter,indefessè ac feruidè inquiri ac obtineri debeat sapientia.[quasi is qui arat,& qui seminat,accede ad illam]audiendam,discendam & incorporandam,i.tam intentè ac fortiter, sicut arator procedit ad arandum,& seminator ad seminandum,procede & tu ad doctrinam & sapientiam acquirẽdam. [& sustine bonos fructus eius:]i.patienter expecta virtuosos effectus, qui ex doctrina & sapientia oriuntur,qui sunt contemplatio,consolatio,virtuosiq́; actus, & tandèm salus æterna,iuxta illud Prouerb.3. Primi & puriſſimi fructus eius. Hoc est quod Sapiens idem ait:Si Prou.2.
quæsieris sapientiam quasi pecuniam,& sicut thesauros effoderis illam,tunc scientiam Dei inuenies.[In opere enim illius exiguùm laborabis,]i.in studio & exercitio sapientiæ modicùm te occupabis,saltẽ respectu p̃mij cõsequentis,prout ait Apostolus:Id quod in præsenti 2.Cor.4.
est modicũ tribulatiõis nostræ,&c.[& citò edes de gñationibus illius.]i. fructibus virtuosis q́; actibus,& spiritalibus gaudijs sapiẽtiæ citò reficieris:nõ eñ potest diù ociosa cõsistere.[Quàm aspera est nimìs indoctis hoĩbus sapiẽtia:]duris eñ & vitiosis non sapit spiritalis doctrina,& molestũ est eis sapiẽtię obtẽperare. Ideò Salomon Pro.18. ait:Nõ recipit stultus verba prudẽtiæ,nisi dixeris ea q́ versanẽ in corde ipsius. Et rursùs:In auribus insipientiũ nè Prou.23.
loquaris,qa despicient doctrinã eloquij tui.[& nõ permanebit in illa excors.]i. insensatus & passionibus subditus,q etsi ad horã videaẽ sapientiã affectare & cõseruare, tñ cùm cœperit cõcupiscentijs & alijs passionibus agitari,mox vincit & sapientiã detestatur.[Quasi lapidis virtus,probatio erit in illis:]i.indocti attẽtabunt sapientiã adipisci,sicut qs tentat lapidẽ deportare,cuius cùm senserit põdus molestũ,abijcit illũ:sic isti cùm experiunt difficultatẽ in exercitio ac studio sapiẽtiæ,protinùs eã abijciũt,sicut subiungit:[& nõ demorabuntur]i.nõ tardabunt,nec differentproijcere illã. Sapientia enim doctrinæ,]i.sapientia hæc salubris ac doctrinalis, docens summo bono iugiter adhærere,[secundùm nomẽ est eius:] id est, nomen habet à sua proprietate,& re ipsa suaq́ actione, videlicet ab interno diuinorum sapore,& gustu dulcedinis summi boni. Dicitur eñ sapientia,quasi sapida scientia,

que ſapiẽtia donũ eſt, nec poteſt eſſe informis, nec ineſt niſi corde purgatis, qbus ſapiunt ea
Pſal. 33. quæ Dei ſunt, quibus & dicitur: Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt DOMINUS. idcircò nũc
additur, [& non multis eſt manifeſta:]i. per inexiſtẽtiam & experientiam nota. [quibus autem agnita eſt]modo iam tacto, [permanet vſq; ad conſpectum Dei.]i. quouſq; ad claram & beatificam Dei viſionem perueniant. Donum enim ſapientiæ manet in patria, & ibi plenè perficitur. Iſtud tamen de prædeſtinatis eſt accipiẽdum. Multi etem̃ reprobi ad tempus
hanc ſapientiam habent & noſcũt, ſpeculatiuè quoq; & informiter à multis iniquis & ſcholaſticè eruditis cognoſcitur. Cùm ergò tanta ſit ſapientiæ dignitas, ſalus & fructuoſitas, cõſequenter ad eius amplexum deuotiſſimè cohortatur: [Audi fili]mi [& accipe cõſilium intellectûs,]i. intellectuale ac ſalubre conſilium, per quod ad ſapientiæ apicem, in quo perfectio intellectiuæ potẽtiæ conſiſtit, pertingas. [& nè abijcias conſilium meũ: injice pedem
tuum in compedes illius,]i. actum tuum ſiue affectum affige & inauertibiliter iunge præceptis ſeu vinculis, i. deſiderijs ſapientiæ, [& in torques illius collum tuũ:]i. vim locutiuam ſeu verba quæ proferuntur per collũ, iuxta illud Oſee 8. In gutture tuo ſit tuba, injice & cõ-
iunge regulis ac ornamẽtis ſapientiæ, tẽperando tuos ſermones ſecũdùm ſapientiæ regulas,
Cant. 1. vt ſint decori ac fulgidi, iuxta illud in Canticis: Collũ tuũ ſicut monilia. [ſubijce humerum tuum,]i. laboré & capacitaté ſtudij tui, [& ſuſcipe illã,]quæ taliter laborãtibus datur, ſicut Iob 31. fertur: Quis det vt librum ſcribat ipſe q iudicat, & in humeris meis portem illum? [& nè acedieris vinculis eius:]i. non ſit moleſtũ aut tardum ſic captiuari in obſequiũ ſapientię, per quam reprimaris ab euagationibus mentis ac vanis diſcurſibus, & ab irrefrenatis motibus paſſionum. [In omni]i. perfecto & integro [animo tuo accede ad illam]obtinendã, [& in omni virtute tua conſerua vias illius:]i. totis viribus tene & imple ſtudia & media ac exercitia pertingendi ad ſapientiã, & proficiendi in ea. [Inueſtiga illam,]ſtudendo ad eius intelligentiam, [& manifeſtabitur tibi: & continens factus,]i. tenaciter perſeuerans ſeu caſtus, atq; à vitijs abſtinens, [nè derelinquas eam]per negligentiã & peccata. [in nouiſſimis enim]
i. finaliter & in extremis vitæ tuæ, potiſſimùm in ſtatu futuro, [inuenies requiẽ]i. tranquillitatem [in ea,]contemplando diuina, quorum contemplatio valdè delectat. Propter quod ſubditur: [& conuertetur tibi in oblectationem.]i. ſpiritalem lætitiam. Vndè & Sap. 6. dicitur: Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum. [& erũt tibi compedes eius
in protectionem fortitudinis,]i. ſpiritalia vincula & ꝓcepta, ſeu adhæſiones ſapientiæ, erũt animæ tuæ protectiones fortiſſimæ cõtra prælia vitiorum, atq; inſidias tẽtationum. [& baſes virtutis,]i. ſuſtentamenta ac fundamenta roboris ſpiritalis, omniumq; virtutum, quę per compedes illas cuſtodiuntur ac nutriuntur. [& torques illius in ſtola gloriæ.]i. regula & ornatus ſeu moderatio ſapientiæ, erit veſtitus mentis tuæ, & per eam pertinges ad ſtolam immortalitatis beatę. [Decor enim vitę eſt in illa,]id eſt, perfectio vitę ſpiritalis conſiſtit in actu & vſu ſapientiæ, iuxta illud Sap. 6. Cogitare de illa, ſenſus eſt conſummatus. Chriſtus quoquè Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verũ Deum. Sed & philoſophus primo Ethicorum, in ſpeculatione optimi ſpeculabilis, id eſt, in cõtemplatione primæ & ſummæ veritatis, felicitatem cõſtituit. [& vincula illius, alligatura ſalutaris.]id eſt, præfatæ compedes ſapientiæ ſalubriter ligant, captiuant ac detinent animam, nè per deuia fluctuet vitiorum. Suntque alligatura, id eſt, medicina, ſaluberrima contra peccata diſtrahentia atque
lædentia. [ſtolam gloriæ indues eam:]i. ſapiẽtiam pro ſtola glorioſa habebis, animam tuam veſtiendo, ornando & operiẽdo per eam, iuxta illud Iſaiæ 61. Induit me DOMINUS veſtimento ſalutis. Vndè & ſanctus Iob: Iuſtitia, inquit, indutus ſum, Prouerb. quoquè 31. Omnes do-
Iob 29. meſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. [& coronam gratulationis ſuperpones tibi.]id eſt, intellectum tuum ornabis & lætificabis per ſapientiam, tanquàm per regium diadema, & per eam ad æternæ iucunditatis pertinges coronam. [Fili, ſi attenderis mihi, diſces eam:]id eſt, ſapientiam diſces, obtinebis, & in te perficies, ſi prętactis meis cõſilijs acqueueris. [& ſi accõmodaueris animũ tuum,]i. cordis tui intentionẽ ac intellectũ appoſueris admonitioni prę-
habitæ. [ſapiens eris:]ſi inclinaueris aurem tuam,]i. aures cordis & corporis humiliter applicueris, ad audiendum doctrinalia & ſapientialia verba, [excipies doctrinã: & ſi dilexeris au-
Rom. 10. dire]verba ſalubria, [ſapiens eris.]Fides enim eſt ex auditu, & vt primo primæ philoſoph.
Iacob. 1. habetur: Auditus eſt ſenſus diſciplinæ. Ideò Salomon Pro. 1. ait: Audiens ſapiens, ſapientior erit. Propter quod frater domini Iacobus monet: Sit omnis homo velox ad audiendũ. Eccè q̃ feruẽter hortaſ nos author hic ad ſapiẽtiã per metaphoricas locutiões, atq; frequẽtes eiuſdem ſentẽtiæ repetitiões, quarenùs exhortatio ſua noſtris imprimaſ inculceturq; cordibus. Sic quippe & Salomon ait Prou. 7. Liga eã in digitis tuis, & ſcribe eam in tabulis cordis tui:

Dic

Dic ſapiẽtiæ, ſoror mea es, & prudentiã voca amicã. A qbus aũt ſapiẽtia ſit q̃renda, ſubiungit: [In multitudine presbyterorũ]i. ſeniorũ ſeu ſacerdotũ prudentium, [ſta,]i. humiliter ac reuerẽter cõſiſte. In antiqs em̃ eſt ſapiẽtia, & in multo tẽpore prudẽtia, vt Iob 12. legit. Labia quoq; ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, & legẽ reqrent de ore eius, vt Mala. 2. habeẽ. Et benè ait, presbyterorũ prudentiũ. Sunt enim quidã ſenes & ſacerdotes inſipientes, de qbus Danie. 13. ſcribit: Iniqtas egreſſa eſt de Babylone à ſenioribus, q videbanť regere populum. Ier. quoq; 2. Sacerdotes nõ dixerunt, Vbi eſt DNS? Atq; Iſaię 65. Peccator centũ annorũ maledictus erit. [& ſapiẽtiæ illorũ ex corde coniungere.]i. toto cordis affectu vni & applica te inſtructioni ipſorũ, & quod in te nondùm habes, ama ac venerare in ipſis. Huius rei exemplũ ſe Chriſtus
exhibuit, q duodecim factus annorũ, inuentus eſt in medio doctorũ, audiens & interrogans Lucæ 2.
illos. [vt oẽm narrationem Dei]i. cuncta diuinæ ſcripturæ eloqa deſupèr reuelata, [poſſis audire ab illis,]quorũ eſt populũ informare, & legis diuinę verba exponere. [& prouerbia lau
dis]i. parabolæ & doctrinæ laudabiles, [non effugiant à te:]i. intelligentiã tuam nõ euadãt,
ſed intelligas eas, iuxta illud: Sapiens animaduertet parabolã & interpretationem, verba ſa- Prou. 1.
pientũ & ænigmata eorũ. Deniq; liber iſte cũ lib. Prouerb. pro maxima parte coincidit. [& ſi víderis ſenſatũ,]i. ſapientẽ & virtuoſum, [euigila ad illum,]i. omni torpore & tarditate abiectis, illi te applica, vt informeris ac ædificeris ab illo, [& gradus oſtiorũ illius exterat]i.
frequenter terat & calcet [pes tuus,]eundo ſępè ad illum. Vndè in Prouerbijs ſapientia proteſtatur: Beatus qui obſeruat ad poſtes oſtij mei. [Cogitatum habe in præceptis Dei,]ea re- Prou. 8.
colendo, & qualiter ea obſerues, ſolicitè cõſiderando. [& in mandatis illius]exequẽdis [maximè aſſiduus eſto,]cùm primò & maximè ſint neceſſaria ad ſalutem, ſine quibus nil proderunt alia, quemadmodùm dictum eſt ſuprà: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Eccĩ 3.
Hoc eſt quod Prouer. 6. pleniùs edocetur: Liga præcepta in corde tuo iugiter, & circũda ea
gutturi tuo. Cùm ambulaueris, gradiantur tecum: cùm dormiêris, cuſtodiant te, & euigilans
loquere cum eis. [& ipſe dabit tibi cor,]i. cordis illuminationem. Quocontrà Ierem. 5. DOminus ait: Audi populeſtulte, qui nõ habes cor. Et Oſee 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. Itaq; operatio virtuoſa ſeu obedientialis exequutio præceptorum, illuminationem meretur & intelligentiam ſcripturarum. Vndè Ioan. 7. ait Saluator: Si
quis voluerit voluntatem Dei facere, cognoſcet de doctrina, an ex Deo ſit. Ideò dictum eſt
ſuprà: Fili, concupiſcẽs ſapientiã, cõſerua iuſtitiam, & Deus prębebit illam tibi. Hinc in Ho Eccĩ 1.
milia dicit Gregorius, quòd diſcipuli non audiendo, ſed operando illuminati ſunt. [& concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.]id eſt, ſapientia concupita infundetur tibi à Deo, iuxta illud Iacob. 1. Si quis veſtrũm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. Vndè & Prouerb. 2. legitur: Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. Vel concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi, i. incrementũ & feruor concupiſcentiæ huius puræ, ità quòd magìs ac magìs ad ſapientiam & eius profectum, guſtum ac perfe-
ctionem afficieris, ſecundùm quod ipſa infrà fatetur: Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui Eccĩ 24.
bibunt me, adhuc ſitient. Nempe quanto quis plùs proficit in ſapientia atque virtutibus,
tanto plùs ac feruentiùs cupit in eis proficere.

¶Explanatio cap. 7. Noli facere mala. Articulus 7.

MOnet hîc author ad diuerſa vitia euitanda, & ad inſiſtendum actibus virtuoſis. [Noli facere mala,]id eſt, ex propoſito nequaquàm pecces, ſeu animo deliberato, [& non te appræhendent:]i. iugo ſui infelicis obſequij, nec pœnis inferni te ſubdent ipſa peccata. [diſcede ab iniquo]homine, non communicando ei
in vitijs, & ab iniquo conſortio, nè per illud ſeducaris, & ab actu iniquo, eum non exequendo, nec cupiendo. [& deficient mala abs te.]i. mala culpæ ac pœnæ effugies. Omnia enim ac ſingula mortalia poſſumus deuitare, venialia verò omnia, ſed non ſingula. De quotidianis quoquè defectibus poſſumus & debemus quotidiè pœnitere, ſatisfacere, emundari, & vltrà in ſpiritalibus chariſmatibus ſortiri profectum. [Fili, non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ:]id eſt, cordibus fragilium ad vitia pronis, non ingeras ſeminaria vitiorum, prauas doctrinas, ſcãdaloſa exempla. Sicq; per ſuleos intelligũtur corda procliuia ad lapſum, ſicut ſulci diſpoſiti ſunt ad ſeminis ſuſceptionẽ. Sulci quoq; ſunt opera praua & laborioſa, iuxta illud Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniqtatis & perditiõis, & ambulauimus vias difficiles,
in qbus nõ licet ſemina ſcandalorum diffundere. Rurſùs, ſulci ſunt corda mala exarata, i. vi- Iob 31.
tijs aſſueta, erroribuſq; infecta. Vndè ſanctus Iob dixit: Si aduerſùm me terra mea clamat,
& ſulci eius deflent. In his ſeminare oportet ſemina bonæ doctrinæ, exemplariſq; vitæ, vt reformentur atq; ſaluẽtur. Vndè Oſee 10. ſcriptũ eſt: Seminate vobis in iuſtitia, & metite in

ore

ore misericordiæ,& innouate vobis nouale. [& non metes ea in septuplum.] i.non redu-
dabũt copiosè ac multipliciter in te,nec consummatã damnationem pro eis recipies. Septe
Psal.78. nario qppe vniuersitas ac perfectio designatur, iuxta illud in Psalmo:Redde vicinis nostris
septuplum in sinu eorũ.Qui aũt alios scandalizat aut malè informat,reus est oĩm vitiorum,
quæ ex sua scãdalizatione & praua instructiõe nascunt.Propter quod ait Gregorius: Vnus-
quisq; tot supplicijs dignus est,quot hoĩbus prauum præbet exemplũ. Prætereà omnia sua
Matth. 19. propter Deũ relinquentibus Christus centuplũ repromisit:Centuplũ,inquiens,accipiet,&
Marc.10. vitã æternã possidebit.Iniquis verò hîc retributio in septuplũ denunciat, quoniã deus pro-
nior est ad glorificandũ, q̃ ad damnandũ,damnatq; citra condignũ,& vltra condignũ coro-
nat.Consequẽter ambitio prohibetur:[Noli quærere ab homine ducatũ] i.principatũ non
petas tibi cõcedi à quocũq; magnate,quatenùs eius authoritate fias dux & iudex hominum
illi subditorũ,tanq̃ ipsius vicarius.[neq;à rege cathedrã honoris.] i. dignitatis & p̃sidentiæ
potestatẽ.Hoc enĩ videt esse vanitatis & elationis atq; p̃sumptionis,seipsum ad p̃sidendum
ac iudicandum ingerere sine cõmuni necessitate & vtilitate,cũ vnusquisq; teneat esse tanto
maioris prudentiæ ac virtutis,p̃sertim iustitiæ,quãto maioris est dignitatis,& quo pluribus
præest.Talem aũt se reputare,est temerariũ:& nõ reputando se dignũ ad præsidentiã adspi-
rare,est prorsùs iniustũ,inconsideratũ ac fatuũ.Et si hoc ità se habet etiã in ciuili regimine,
quanto magìs in spirituali?Si verò propter lucra q̃rantur officia dignitatũ,auaritia est.Hinc
Lucæ 22. ait Saluator:Reges gentiũ dominantur eorũ,& q̃ potestatẽ habẽt super eos,benefici vocan-
tur.vos aũt non sic,sed q̃ maior est in vobis,fiat sicut minor:& q̃i præcessor est,sicut minis-
trator. Vndè Gregorius loquit: Quotiès hominibus p̃esse desidero, totiès Deũ meũ præire
cupio.Itemq̃;:Quẽ nunc iudicẽ hominum esse delectat,postèa Deũ iudicem videre nõ de-
lectabit.Qui verò pro officijs obtinendis & exercendis etiam pecuniã mutuant,ab vsuraria
impietate nõ censent esse immunes.[Non te iustifices ante Deũ:] i. non reputes te iustum in
Dei conspectu,ac per hoc dignũ officijs,cùm sine reuelatione scire non queas, te esse in cha
ritate,& scriptum est Psal.142. Quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.Et san-
Iob 9. ctus Iob ait:Si iustificare,inquit,me voluero,os meũ condemnabit me.Sed obuiare videtur,
Isaiæ 38. quòd sanctus vir Ezechias legitur 4.Reg.20.in sua oratione Deo dixisse:Memẽto, quomo-
dò ambulauerim corã te in veritate & corde perfecto. Apostolus quoq; Rom.8. ait:Nosipsi
primitias spiritũs habentes.Et respondendũ,quòd viri sancti ad augendam confidentiam
suam in domino,interdùm coram Deo ad memoriam reuocãt merita sua, de quibus vel ex
reuelatione certitudinem,vel ex secreta inspiratione probabilitatem certificationémve ha
bent,& hoc cum vera humilitate & gratiarũ actione,explicita siue implicita,omne bonum
Deo attribuunt.Sed extra talem casum expedientius est,vt homo, quanuis iustus, se coram
Deo accuset & vilipendat,sic tamen,vt de omni bono sibi collato,gratias agat Deo.Idcircò
& Salomon Pro.26.ait:Vidisti hominem sapientem sibi videri?magìs illo spem stultus ha-
bebit.[quoniam agnitor cordis ipse est]Deus.Ideò periculosum est,vt coram ipso te repu-
tes iustum,qui forsan aliter sentit de te,& ipse te habeat iudicare,de quo Prou.24.habetur:
Qui inspector est cordis,ipse intelligit,& seruatorẽ animæ tuæ nihil fallet.[& penès regem
noli velle videri sapiens:]quia hoc vanitas,& ex ambitione solet procedere,& talis volun-
tas inducit hominem ad loquendum placentia potiùs q̃ verè salubria. Et quod ait de rege,
intelligendum est de quocunq; prælato & principe.Ideò Prou. 25. scriptum est:Ne glorio-
sus appáreas coram rege. [Noli quærere fieri iudex,] i. superior aut præsidens, [nisi valeas
virtute irrumpere iniquitates:]i.nisi verè & certè agnoscas te tam virtuosum atq; potẽtem,
vt queas alios à peccatis compescere.Ad iudicem etenim pertinet non solùm authoritas iu-
diciaria,sed & potestas refrenatiua,quatenùs qui pietate nequeunt emendari, rigore iusti-
tiæ compescantur,nè scandalizetur communitas,& iustitia patiatur iacturam.Hinc poten-
tes & nobiles solent ad officia promoueri, & cæteris paribus,ad ea sunt aptiores, ad repri-
mendum dyscolos ac rebelles. [nè fortè extimescas faciem potentis:]id est,nè ex timore po
tentiorum relinquas iustitiam, & sic dormiente disciplina, fœuiat & inualescat impunita
malitia.[& ponas scandalum]i. subditos scandalizes[in agilitate tua:]id est,per tuam leui-
tatem,qua te incautè ad præsidentiam ingessisti,& ex humana formidine deseris viam ac or
dinẽ iuris.Ille ergò dignus est solio iudiciali,qui paratus est pro iustitia mori, q̃ nullius ad-
uersitatis timore recedit ab æquitatis & veritatis tenore. Hinc ait & Glossa: Debet quisque
proprias virtutes perpendere, & iuxta quantitatem virium suarum, curam aliorum susci-
pere,nè,dum delectatur loco gloriæ,fiat subditis author ruinæ:& q̃ grauatur pondere pro-
priarum culparũ,non debet velle fieri iudex alienarum.Denique ordo charitatis atq; iustiæ

tiæ exigit,vt homo inprimìs corripiat & castiget seipsum.[Non pecces in multitudine ciui
tatis,]seditionẽ concitãdo,aut cõmunitatem turbando,vel publicè p̃uaricando,iuxta illud
Mala.2.Vos aũt recessistis de via,& scandalizãstis plurimos in lege.Vel nè pecces in multi-
tudine ciuitatis, i. propter multitudinem populi non agas nec iudices iniustè, videlicet ex
timore offendẽdi communitatem, vel desiderio cõplacendi eidem inaniter.Ideò in Exod.
23,scriptum est:Non acquiescas in iudicio sententiæ plurimorum,vt à vero deuies. [nec te
immittas in populũ,]i.voluntati populi non consentias contra iustitiã,vt ideò putes te im-
punè peccare ac impiè iudicare,quoniam plurimi tibi applaudunt.Hoc est quod Exod. 23.
legitur,Non sequaris in iudicio turbas,neq; acquiescas populi precibus, scilicet contra iu-
stitiam.[neq; alliges duplicia peccata.]i.simùl nõ vnias nec super te trahas peccata aliorum
cum propria culpa,vel propriam culpam & aliorum scandalizationem, seu propriam ini-
quitatem & cõmunicationem in aliorũ excessu,quorum culpa redundat in te,dum tibi cõ-
missos nõ reuocas ab errore pro posse.[nec enim in vno eris immunis] i.in nullo videlicet,
nec in tuo,nec in subditorum peccato eris líber & expers à reatu,sed pro vtroque punieris.
[Noli esse pusillanimis in animo tuo,]i.superfluè timidus,& nimìs modici animi, timendo
vbi non est timor,sed confide in domino,& magnanimus esto in eo,dicens cũ Paulo:Oĩa Philip.4.
possum in eo qui me cõfortat.Ex pusillanimitate etenim oritur mala tristitia,tædium & pa-
uor seu diffidentia aggrediẽdi exercitia virtuosa.Confide ergò in adiutorio altissimi, & in-
uoca eum,vt cum Psalmista decantes:Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimi- Psalm.54.
tate spiritũs & tempestate.Nempe in omni necessitate atq; angustia ad Deum est confugi-
endum cum ingenti fiducia.Oritur autem pusillanimitas ex consideratione propriæ fragi-
litatis & insufficientiæ,non considerando quàm paratus sit omnipotens subuenire,quod ta
men semper oportet pensare.Ideò in Prouerbijs dictum est:Iustus quasi leo cõfidens,absq; Prou.28.
terrore erit.[Exorare]dominum,quod est actus latriæ, [& facere eleemosynam,] quod est
opus misericordiæ,[nè despicias,]sed libenter & reuerenter hæc agas,quia plùs placẽt Deo
quàm sacrificia legis,de quibus subiungitur:[Nè dicas,in multitudine munerum meorum
respiciet Deus]per approbationem, [& offerẽte me Deo altissimo,munera mea suscipiet.]
i.ipse ea habebit accepta,hoc est,noli intantùm confidere in sacrificijs illis legalibus exte-
rioribus,vt putes tibi ea sufficere ad salutem, quia non erant accepta ex se,sed solùm ex of-
ferentium fide, charitate & deuotione ac obeditione.Ideò Matth. 9. Christus dixit scribis
& pharisæis:Euntes discite quid sit,Misericordiam volui,& non sacrificium, quod legitur
Osee 6.Vndè & Ierem.11.legitur:Nunquìd carnes sanctæ auferẽt à te malitias tuas?Et de hac
superstitione Christus frequenter redarguit scribas & pharisæos,quibus & Matth.23.loqui-
tur:Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ,qui decimatis mẽtham & anethum & cyminũ,
& reliquistis quæ grauiora sunt legis,iudicium & misericordiã & fidem. [Non irrideas ho-
minem in amaritudine animæ:]id est,in amaritudine seu aduersitate vel miserijs constitu-
tum, vel ex amaritudine animæ tuæ aduersùs illum. Sed potiùs condole proximo, & ora
pro errante ac lapso, quum dominus dicat per Isaiam: Nolite illudere, nè constringantur Isaiæ 28.
vincula vestra. Et rursùs: Væ qui spernis, nonnè & ipse spernéris? [est enim qui humiliat Isaiæ 33.
& exaltat,circunspector Deus:]id est, omnipotens omnia intuens,quem vult,citò magni-
ficat:& quem vult, velociter deijcit: quia sic facit homini, sicut ipse homo facit proxi- Tob.4.
mo suo, iuxta illud Matth.7. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.Hinc irrisores
iustissimè deprimit,& derisibiles reddit seu fieri sinit, sicut in Prouerbijs legitur: Illuso- Prou.3.
res ipse deludet. Vbi & iterùm scriptum est: Abominatio est domino omnis illusor.Ideò Ibidẽm.
vero versiculo dicitur: Qui me deridet,non sua facta videt. Nullus ergò est deridendus ex
contemptu, elatione, rancore aut praua radice.Interdùm tamen zelo iustitiæ aliqui indu-
rati & præsumptuosi leguntur irrisi. [Noli amare mendacium aduersùs fratrem]id est, pro-
ximum [tuum:]Hoc de mendacio pernicioso potissimè dicitur,quod est aduersùs fratrem,
quia nociuum: [neque in amicum similiter facias,] id est, non ames mendacium in tuum
amicum, nocendo ei falso testimonio, aut verbo mendoso, aut aliqua fraude,cùm in Pro-
uerbijs dictum sit:Non moliaris proximo tuo malum,quum ille in te habeat fiduciam.[No- Ibidẽm.
li velle mentiri]id est,mentiendo proferre [omne mendacium,]id est,nullum penitùs,nec
officiosum, neque iocosum, scienter & ex proposito proferas.Si autem quis dicat falsum
quod putat verum,non est formaliter mendacium,sed materialiter tãtùm,nec scienter pro-
latum.Nec ista intelligenda sunt,quasi liceat amare mendacium in aduersarium:immò cõ-
tra nullum licet mentiri,quum omne mendacium sit peccatum,tanquàm recessus à verita-
te.Ideò subditur:[Assiduitas enim illius nõ est bona.]Minus dicit, & maius significat: quia

assiduitas

assiduitas mentiendi non solùm non est bona,sed etiam praua.Et quanuis mẽdacia iocosa & officiosa,nõ sint ex sua ratione mortalia,tamen assiduitas eorũ,ratione cõsuetudinis atq; libidinis,est periculosa & faciliter fit mortalis,sicut & aliorũ venialium peccatorũ irrefrenata cõsuetudo,perhibetur mortalis.[Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum:] Nullibi licet esse verbosum,cùm scriptũ sit Psal.139. Vir linguosus non dirigetur in terra.Et rursùs:Stultus verba multiplicat. Atq; in libro Iob: Nunquid qui multa loquit, non audiet, aut vir verbosus iustificabitur?Sed inter maiores,seniores, prudentiores & sacerdotes, esse verbosum,est specialiter reprehensibile,cùm magis oporteat illos audire,& discere ab eisdem,eisq; reuerentiam exhibere.[& non iteres verbum in tua oratione.]Oratio sæpè accipitur pro sermone.Sicq; sensus est,quòd simus in verbis ità succincti & circunspecti, vt eadem non resumamus.Vel sensus est,vt oratio nostra,i. deprecatio Deo fusa, sit ita deuota & sine distractione,vt nõ indigeamus verba repetere,quasi oblíti seu dubij,an ea protulimus, aut tanquàm sine attentione prolata.Nihilominùs pro deuotionis fomento,quandoq; verbum in oratione iteratur,sicut in Psalmo 21.Deus Deus meus respice in me.Vel, non iteres verbum in tua oratione,i. sine causa idonea non multiplices verba orando, secũdùm quod Christus ait:Orantes,nolite multùm loqui,sicut ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur.[Non oderis laboriosa opera,& rusticationem ab altissimo creatam:]i. operationem rusticorum institutam à Deo,qui dixit ad Adam post suam transgressionem:In sudore vultûs tui vescéris pane tuo,emisitq; eum de paradiso, vt operaretur terram.Itaq; opera laboriosa,mechanica & honesta,ad sustentationem vitæ necessaria, non sunt odienda,nec spernendi qui ea exercent,sed potiùs diligendi & honorãdi,tanquàm toti communitati deseruientes,quoniã de eorum laboribus sustentantur magni & parui,& is ad quẽ talia pertinent,non debet ea odire,sed patienter atq; humiliter exequi. Sunt etenim meritoria valdè,quandò ad finem congruũ ordinantur.Vndè & Christo nato sancti angeli apparuerunt pastoribus.Hinc in scripturis beatificantur,qui de manuum suarũ sustentantur laboribus,iuxta illud Psal.127.Labores manuum tuarum quia manducabis,beatus es,& benè tibi erit.Vndè & Paulus edocuit:Qui non laborat,nõ manducet.Et rursùs:Cum silentio operantes,suum panem manducent. Quocontrà de reprobis fertur in Psalm.72.In labore hominum non sunt,& cum hominibus non flagellabuntur: ideò tenuit eos superbia. Insuper exercitia spiritualia, quanuis laboriosa, & pœnitentialia opera, quanuis dura,sunt æquanimiter exequenda,& fugienda sunt ocia.Homo enim nascitur ad laborem,& auis ad volatum. De hoc in Prouerbijs multa scribuntur.[Non te reputes in multitudine indisciplinatorum:]id est,non sic agas,vt meritò computeris inter immorigeratos, indomitos & lasciuos,nec illorum societati te iungas,nec iudicet te esse debere vnum ex illis,approbando & imitando ipsorum conuersationem irrefrenatam,iuxta illud in Psal.49. Tu verò odisti disciplinam,& proiecisti sermones meos retrorsùm:si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portiõem tuam ponebas.De quibus Iob 17.scriptum est:Longè fecisti eos à disciplina,propterea non exaltabuntur.De talibus Isaias ait:Dixistis, percussimus fœdus cum morte,& cum inferno fecimus pactum.Hoc equidem dicunt ipso facto, quanuis non verbo.[Memento ire]i. vltionem diuinæ iustitiæ semper attende,[quoniam non tardabit] vltra tempus desuper præstitutum.Nam etsi ad tempus differatur,iuxta illud Iob 3.Nunc eñ non infert furorem suum,nec vlciscitur scelus valdè:tamen tempore desuper præordinato subitò venit,atq; multotiès improuisè.[Humilia valdè spiritum tuum,]i.animũ ad animositatem procliuem,prout dictum est suprà cap.3.Quanto magnus es,humilia te in omnibus. Et benè ait,valdè,quoniam debet se homo humiliare multiplici ratione,videlicet primò ex consideratione culparum suarum præteritarum:secundò,ex fragilitate sua & pronitate ad omne malum:tertiò,ex naturali sua imperfectione,quia in ordine intellectualium creaturarum est infimus ac plurimùm debilis intellectus:quartò,ex immunditijs & sordibus corporis sui:quintò,comparatione plurimorum hominum,qui tam virtuosè & perfectè vixerũt: sextò,quoniam nil habet boni ex se,nec sine creatoris conseruatione posset ad momentum subsistere:septimò,ex consideratione rigoris diuini iudicij: octauò, & maximè ac profundissimè prorsùs,respectu maiestatis diuinæ,à qua deficit infinitè, cuius comparatione debet se semper tanquàm nihil & vilem,fœdum,immundum,ac sordidũ reputare,immò vniuersas suas iustitias,tanquàm pannum menstruatę censere.[quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis:]Ex hoc videri posset alicui,quòd in inferno sint,& post diem iudicij erũt vermes corporales.Nam verme spirituali caro non cruciatur.Deniq; id appáret ex eo quod Iudith 16. legitur: Dominus omnipotens in die iudicij visitabit eos, dabit ignem & vermes in

Eccẽs 10.
Iob 11.
Matth. 6.
Gene. 3.
2. Thes. 5.
Ibidẽm.
Iob 5.
Isaiæ 28.
Iob 35.
Isaiæ 64.

mes in carnem eorum,vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum. Verùm hi duo libri non sunt in Canone.Ideò illud Isaiæ 66. posset adduci,Ignis eorũ nõ extinguet,& vermis eorum nõ morietur.Et istud Haymo ibidẽm verũ esse fatet,& alij quidam relinquũt sub dubio.Cõmuniter verò tenet,q; de spirituali verme,scilicet remorsu syntereseos ac conscientiæ sit intelligendũ,quæ pœna redundat in corpus. Glossa tamen hîc ait:Caro iniquorũ,quę per luxuriam defluit,igne inferni & vermibus cruciabit.In verme putredo gehennę,in igne ardor signatur.Vel vermis est sera pœnitentia,q; in tormentis conscientiam damnatorum mordere non cessat.vt ignis sit pœna extrinsecùs sęuiẽs,vermis aũt,dolor intùs accusans.HęcGlossa. [Noli puaricari in amicũ,pecuniã differentẽ:]i. pecuniam proximo à te cõmodatam, quam tardat persoluere,noli importunè exigere,ità vt proximũ crudeliter graues,aut irrationabiliter vexes:sicq; amicitiã,quæ pstantior est omni pecunia,propter pecuniã violes, & proximũ cõtra te prouoces.Iuxta quẽ sensum repetitio cõmodati reprobatur à Deo loquẽte: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra,& oẽs debitores vestros repetitis.Veruntamen debita ordinatè & iustè repeti possunt, & si alter indè scandalizatur, scandalũ est passiuum,non actiuũ,& occasio sumpta,nõ data.[neq; fratrem charissimum auro spreueris:]i. proximũ quem præ omnibus exterioribus bonis valdè diligere debes,nõ spernas causa auri,hoc est,ob suam inopiã,vel quoniam tibi satisfacere nequit pro debito,sed impotenti ad soluendum omninò dimitte,aut patienter expecta,quousq; potuerit.[Noli discedere à mu liere sensata & bona,]i. sapiente & virtuosa,[quam sortitus es in timore Dei:]i. quam in Dei timore accepisti,& vt ea cum timore Dei vtaris ad sobolẽ procreandam, in qua cultus omnipotentis augeatur. Per hoc tamen non datur intelligi,quòd ab vxore mala & imprudẽte liceat marito discedere,cùm dicat Saluator Matth.19.Quos Deus cõiunxit,homo nõ separet. Et rursùs:Non licere diuortiũ,nisi ob adulterium. Porrò libellus repudij permittebatur in lege,non tanquàm quid licitum,quemadmodùm & vsura in alienos, sed ad vitandum grauius malũ,iuxta quẽ sensum Malachias profert:Cùm odio habueris, dimitte. Nam ibi mox additur:Operiet aũt iniquitas vestimentum eius.[Gratia enim verecundiæ illius super aurum]i. verecundia huiusmodi fœminæ,preciosior est & amabilior omni auro.Siquidem pudor in personis fœminei sexûs præcipuè cõmendatur,vtpotè timor de omni re turpi, sicut econuersò inuerecundia in ipsis potissimè vituperatur, iuxta illud Ierem.3. Frons mulieris meretricis facta est tibi,noluisti erubescere.[Non lædas seruum in veritate operãtem:]i. fideliter seruientem non graues iniustè,& sine eius demerito, sed charitatiuè & piè tracta eũ. [neq; mercenarium dantem animam suam,]id est,vitam suam animalem & corporalem in tuo obsequio exponẽtem.Ideò ait Apostolus:Domini,quod iustum est,seruis præstate.Leuitici quoq; 19.legitur:Non morabitur opus mercenarij apud te vsq; manè.[Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua.]i. specialiter & intensè,non solùm propter communionem naturæ,sed & propter probitatem virtutis.[non defraudes illum libertate,]i. non teneas eum in tuo obsequio inuitum vltra tempus in lege præfixum,iuxta illud Exod.21. Sex annis seruiet tibi,anno septimo egredietur líber.[neq; inopem derelinquas illum:]i. dum líber egreditur,non vacuum eum dimittas,cùm scriptum sit Deut.15.Nequaquàm vacuum eum abire patieris,sed dabis ei viaticum,&c.[Pecora tibi sunt?attẽde illis:]qualiter sint tractanda,an scilicet venundanda,an reseruanda.[& si sunt vtilia]tibi,[perseuerent apud te] sicut sunt oues,boues,vaccę,quę vtilia sunt carne,pelle,fimo,,ple, lacte,&c.[Filij tibi sunt? erudi illos]in literatura & moribus,per teipsum vel alios.Ideò ait Apostolus:Patres, educate filios vestros in disciplina & timore nomini.Parentes nanq; soboli suæ tenentur alimentum & institutionem ac castigationem.De qua subditur:[Et curua]i. reprime[illos à pueritia illorum:]in qua sunt faciliùs domabiles,dociles, & quod tunc capiunt, retinent: sicut ramusculus recens faciliùs flectitur,quàm ramus qui creuit in solidum.Vndè Salomon docet:Noli subtrahere à puero disciplinam:tu virga percutis eum,& animam eius de inferno liberabis.[Filiæ tibi sunt?serua corpus earũ,]i.à discursibus reprime eas,præsertim ab oñi occasione ruinæ in vitia carnis.Animam quoq; earum erudi & custodi.[& nè ostendas faciem tuam hilarem ad illas;]nè assuescant affici ad viros,& insolescant audaces q; fiant,& sine parentum scitu abscedant.Ideò cum moderato rigore tractandæ sunt, vt viros horrescant. [Trade filiam]nuptui,[& grande opus feceris:]si opportunè & conuenienter id egeris,atq; ab onere grandi es releuatus.[& homini sensato da illam:]quia magis adspiciendum est ad mores atq; prudentiam,quàm ad opes & genealogiam,quãuis cæteris paribus,expediat cõnubia fieri inter personas non multùm dispares,prout Theophrastus in libro de nuptijs super his pleniùs scribit.[Mulier si est tibi secundùm animam tuam,]i. si vxorem habes con-

Marc. 9.
Isaiæ 58.
Matth. 5. Deut. 24. & 23.
Mala. 2.
Col. 4.
Ephe. 6.
Prou. 23.

uenientem,[non proijcias illam:]sed diligentissimè tene,& iuxta Archiapostoli documen-
1.Petri 3. ta,tanquàm infirmiori vasculo impende honorem,& cum discretione cohabita ei,nec tam
sensuali,quàm spirituali affectu dilige ipsam.[& odibili non credas te in toto corde,]id est,
mulieri instabili & peruersæ,aut astutæ ac blandæ,non confidas sine tuî custodia,[nec re-
ueles tua occulta:]qm̃ fœminæ communiter malè sciunt silere & occultare quæ nôrunt,nè
Iudic. 16. tibi cõtingat sicut Samsoni,quem Dalida tradidit.[Honora patrem tuum]sicut expositum
est,[& gemitûs matris tuæ]præsertim doloris,quem habuit te pariendo,[nè obliuiscaris:]
Tobiæ 4. Hinc Tobias docuit filium suum:Honori habebis matrem tuam omnibus diebus vitæ tuę.
Memor enim esse debes,quę & quanta pericula passa sit in vtero suo propter te.[Mem ento,
quoniam nisi per illos natus non fuisses.]quãtùm ad corpus quod contraxisti ab ipsis,& ità
sunt exordia tui esse.[& retribue illis,quomodò & illi tibi:]i.gratus sis illis pro posse,& in
omni indigentia pro viribus ipsis succurre,æqualens tamẽ illis repẽdere nequis.[In tota ani-
Matth. 22. ma tua time Deum:]i.toto affectu cunctisq; viribus,eo sensu quo iubemur Deum omnibus
viribus diligere,cùm tamen actus dilectionis interior in sola voluntate sit subiectiuè.[& sa
cerdotes illius sanctifica.]i.reuerenter honora,vel sanctos faterè saltem ratione officij,per
quod ad diuinum cultum sunt ordinati.[In omni virtute tua dilige eum q̃ te fecit,]videli-
cet tota voluntate,toto intellectu,ac cęteris viribus,vt alibi expositũ est.[& ministros eius]
scilicet Sacerdotes & Leuitas,[nè derelinquas:]sed da illis,quod lege præcipitur. Vndè fre-
Deut. 12. quenter in Deuteronomio iussum est:Caue,nè relinquas Leuitem,qa non habet aliam par-
tem.Quãuis aũt timor filialis & dilectio spiritualis,de qbus hîc sermo,sint subiectiuè in vo-
luntate duntaxàt,dicimur tamen etiam in alijs potentijs totis timere ac diligere Deũ,quan-
dò earũ actus exercentur in Dei timore & ex charitate,& taliter regulanť,vt timor & amor
Dei reqrunt,atq; ordinanť ad huius timoris & amoris profectũ ac perfectionẽ. In omni vir-
tute tua dilige eũ q̃ te fecit.Nam sicut ab eo fortitus es,quicqd es & habes,ità totũ esse,posse,
nôsse,& viuere tuum,ad eius cultum ac honorificentiã debes conuertere,nec de aliquo ho-
rum sacrificare diabolo.[Honora Deũ ex tota anima tua,& honorifica sacerdotes:]tãquàm
Dei vicarios & ministros,& tanquàm spirituales patres,mediatoresq; tuos inter Deum & te.
[& purga te cum brachijs]i.cum bonis operibus,vel eleemosynas faciendo de brachiorum
tuorum laboribus,seu per oblationes tuo labore acquisitas.[Da illis partem,sicut manda-
tum est tibi,primitiarum & purgationis:]i.sacerdotibus tribue partem primitiarum,& Le-
uitis partem decimarum,seu partem sacrificiorũ,quæ pro remissione peccatorum offerun-
Ex. 25.34. tur,prout de his multa in Exodo,Leuitico,& Deuteronomio scripta sunt,quæ ad præcepta
Le. 23. 25. cæremonialia pertinebant.ideò Euangelio diuulgato,tanquàm figuratiua & typica cessa-
Deu. 5. 2. 18 uerunt,re ipsa impleta,veritateq; reuelata.[& de negligentia purga te cũ paucis]i.de pecca-
tis negligentiarum tuarũ per oblationes ad hoc institutas te munda,quod faciũt pauci,vel
in paucorũ præsentia,nè culpa tua nimiùm diuulgeť.[Datũ brachiorũ tuorũ]i.munus eleem-
osynæ aut sacrificij tuo acquisitum labore.[& sacrificium sanctificatiõis,]i.holocaustum
ad diuinæ maiestatis reuerentiam totaliter comburendum,vel pacificam hostiam,pro pace
obtinenda aut conseruanda immolandam,offers Domino per manus sacerdotũ,quæ sacri-
ficia sunt[initia sanctorum,]i.præcipua eorum,quæ Deo sunt consecrata seu deputata.[&
Prou. 31. pauperi porrige manum tuam adiutricem,]iuxta illud:Manum suam aperuit inopi,& pal-
mas suas extendit ad pauperem.[vt perficiatur propiciatio & benedictio tua,gratia dati in
conspectu omnis viuentis,]i.quatenùs Deus publicè & perfectè misereatur,ignoscatq; tibi,
& dona gratiæ ac gloriæ copiosè conferat tibi in die iudicij,gratia dati,i. merito Eleemosy-
næ,quam dedisti ex fide,pietate,& charitate.[& mortuo non prohibeas gratiam:]i. opera
misericordię nõ viuis tantùm,sed & defunctis impẽde,corpora sepeliẽdo,animabus quoq;
per orationes,eleemosynas,& oblationes subueniendo.[Non desis plorantibus in consola
tione,]i.piè plorantes cõsolare ac releua,& si irrationabiliter plorent,admone,vt talem fle-
tum ac inordinatum mœrorem deponant.[& cum lugentibus ambula,]associando te eis in
Rom. 12. pio ploratu,& recto itinere.Sic & Paulus hortatur:Flere cum flentibus,& gaudere cum gau
Iob 30. dentibus.Iob quoquè sanctus ille Patriarcha testatur:Flebam quondàm super eo qui aflli-
Eccẽs 7. ctus erat,& compatiebatur anima mea pauperi. Vndè & in Ecclesiaste scriptum est: Melius
est ire ad domum luctûs,quàm ad domum conuiuij.In illa enim,videlicet in domo luctûs,
finis cunctorum admonetur,& viuens cogitat quid futurum sit.[Non te pigeat visitare in-
firmum]ad consolandum eundem,vel infirmum in anima,ad instruendum & confortan-
dum.[Ex his enim]operibus pietatis iam tactis,[in dilectione firmaberis.]id est,in chari-
tate Dei & proximorum proficies,& tam Deo quàm hominibus charior eris.Charitas nanq;

per

per aliarum actus virtutum nutritur,augetur,& stabilitur.[In omnibus operibus tuis]inte-
rioribus & exterioribus,in verbis & affectiõibus,& in hora qua ab opere exteriori quiescis,
[memorare nouissima tua,]i.mortis horrorem,discrimen,acerbitatem,diuini rigorem iu-
dicij tam particularis,quàm generalis,tormenta inferni,gaudia quoquè cælestis regni,[&
in æternum non peccabis:]id est,nunquàm peccabis,præsertim mortaliter,& rarò venialiter,quoniam horum intenta & frequens(immò continua) recordatio,ab omni retrahit pec
cato,atq; ad omne incitat bonum.Propter quod Plato in Phædrone testatur,præcipuã phi-
losophorum meditationem iugiter circa mortem versari,& qui ista nõ pensat,rectè insipi-
ens nuncupatur.Idcircò Deut.32.dicitur de iniquis:Gens absq; consilio est & sine pruden-
tia:vtinàm saperent,& intelligerent,ac nouissima prouiderent.

¶Declaratio cap.8.Non litiges cum homine potente. Articulus 8.

MVltæ morales doctrinæ hîc inducuntur,quæ opportuno loco & tempore vtilì-
ter obseruantur,si conuenienter fieri poterit:nec obligant authoritate huius
authoris,cuius liber non extat in Canone,quanuis aliundè possunt obligatorię
esse.[Non litiges cum homine potente:]Cum nullo est litigandũ lite,quę inter
vitia cõputatur.Specialiter verò periculosum est,contra potentiorem litigare,siue in foro
iudiciali,quanuis hoc non sit illicitum absolutè,siue in iurgio quod est culpa. Ideò subdi-
tur:[nè fortè incidas in manus illius:]nè per potẽtiam te opprimat,aut iudicem aliquo mo-
do corrumpat ad proferendum contra te iniustam sententiam. Attamen potest impotenti-
or contra potentiorem prosequi causam suam & ius in foro contentioso: Et si potentior sit
vir bonus,in virtutibus stabilis,non est periculum, qualis fuit sanctus Iob, dicens: Si con- Iob 31.
tempsi subire iudicium cũ seruo meo & ancilla,cùm disceptarent aduersùm me.Porrò pro
rebus Ecclesiasticis subire tale periculum,commẽdatur,sicut beatus Thomas Cantuarien-
sis contra regem disceptauit pro Ecclesiastica libertate,pro qua causa occisus,approbatus
est martyr.[Non contendas cum viro locuplete,nè fortè econtrà]i.ex aduersò [constituat]
id est,ingerat [litem tibi,]falsè te accusando,& per pecuniam,testes ac iudicẽ corrumpen-
do,ac taliter ꝓualendo.[Multos enim perdidit aurum & argentum,]i.per cupiditatem auri,
argenti,ac consimilium rerum preciosarum,plures victi sunt & damnati.[& vsq; ad cor re-
gum extendit & conuertit.]i.aurum & argentum,seu eorum concupiscentia,peruenit vsq;
ad regum corda,decepitq; ea.Idcircò inferiores iudices potest inficere.[Non litiges cũ ho-
mine linguato,]i.verboso,iuxta expositiones præhabitas,[& non struas in ignem illius li-
gna:]i.flammam iracundiæ suæ non foueas per verba rixosa,aut alio modo. Hinc Salomon
dixit:Sapiens si cum stulto contenderit,siue tacuerit,siue locutus fuerit,nõ inueniet requi- Prou. 29.
em.[Non communices homini indocto,]qui nec à Spiritusancto per dona ipsius instru- 1.Ioan. 2.
ctus est,nec cultus est moribus,quem vnctio non docet de omnibus.[nè malè de progenie
tua loquatur:]improperando tibi vilitatẽ aut crimẽ tuæ,ꝓsapiæ,quod facere est stultorum,
cùm non sit in hominis potestate hoc emendare.Vndè cùm quidam obiecisset Diogeni suę
stirpis indignitatem,respondit:Dignitas stirpis meæ à me incepit,dignitas verò stirpis tuæ
in te defecit.[Nè despicias hominem auertentem se à peccato,]cùm talis sit honorandus,&
in sua conuersione corroborandus.[neque improperes ei,]mala sua præterita,quæ à Deo
iam sunt dimissa.Veruntamẽ si capitale crimen commisit,potest secundùm ordinem iuris
dijudicari,quanuis pœniteat.[Memento qm̃ omnes in corruptione sumus:]i. originali pec- Ephe. 2.
cato infecti,multumq; peccatis obnoxij,qa in multis offendimus oms. Et si dixerimus,qa Iacob. 2.
peccatum non habemus,nosipsos seducimus.Idcircò ex consideratione propriæ calamita- 1.Ioan. 2.
tis,alijs condolere discamus.[Nè spernas hominẽ in sua senecta:]præsertim cùm senectus sit
veneranda,iuxta illud Leui.19.Coram cano capite consurge,& honora personã senis.[Ete-
nim ex nobis senescunt.]i.quidam de nobis quotidiè fiunt senes.[Noli de mortuo inimico
tuo gaudere:]nisi forsan sit hostis boni cõmunis,aut fidei impugnator,publicúsve tyran-
nus,& in tali casu,zelo iustitiæ potest quis indè gaudere, atq; amore communis boni:[Sciẽs
qm̃ oms morimur,]i.morti quotidiè appropinquamus,sicut 2.Reg. 14. sapiens mulier ait
ad Dauid:Omnes morimur,& quasi aquę dilabimur in terram.[&in gaudium nolumus ve-
nire:]i.non volumus vt inimici nostri de nostra gaudeant morte.Ideò nec de illorum mor-
te debemus gaudere,secundùm illud Tobiæ:Quod ab alio oderis fieri tibi,vide nè aliquã- Tob. 4.
dò facias alteri.Iob quoq;:Si gauisus sum ad ruinam eius q me oderat,& exultaui,ꝙ inueniś- Iob 31.
set eum malum.Hoc est quod Prouer.24.habetur:Cùm ceciderit inimicus tuus,nè gaude-
as,& in ruina eius non exultet cor tuum.Hinc Saul occiso,Dauid amarè plorauit. Grauiter 2.Reg.1.
igitur peccant,qui gaudẽt de morte illorũ,qbus annuam pensionem soluebãt,vel à quibus

bona mobilia aut immobilia conſequuntur. Vel ſic, & in gaudium volumus venire, i. futuram beatitudinem adipiſci, à qua gaudiũ de morte hoſtiũ impedit. [Nè deſpicias narrationem presbyterorũ ſapientũ:]immò cum ingenti reuerentia & affectu eã aduerte. [& in prouerbijs eorũ conuerſare:]i. occupa te ad intelligendum verba eorũ parabolica & obſcura. [Ab ipſis enim diſces ſapientiã & doctrinã intellectus,]i. ſapientialẽ & intellectualẽ doctrinam de Deo & rebus ad ſalutem ſpectantibus, [& ſeruire magnatis ſine querela] i. ab ipſis quoq; addiſces, qualiter excellentibus perſonis debeas irreprehenſibiliter deſeruire, qa ex longa experientia indè periti ſunt, & nõ ſunt mores magnorũ. [Non te prætereat narratio ſeniorum:]i. memoriæ eam cõmenda. Ipſi enim didicerunt à patribus ſuis.] iuxta illud Iob 15. Sapientes conſitentur, & nõ abſcondunt patres ſuos. [quoniã ab ipſis diſces intellectũ, & in tempore neceſſitatis dabis reſponſum:]i. ex illorũ inſtructione eris expeditus ad reſpõdendum idoneè tempore opportuno. [Non incendas carbones peccatorũ,]i. iniquos ad inflamationẽ iræ non prouoces, [arguẽs]i. corripiens [eos] de qbus certè aut probabiliter nõſti, quòd tuam increpationẽ patienter nõ ferent: & hoc potiſſimũ verũ eſt, quandò corripiens, non eſt prælatus corripiẽdi. Si aũt ſit eius prælatus, debet eum per pœnã reprimere, nè ſcandalizetur cõmunitas. Poterit tamen paululùm præſtolari, quouſq; paſſio ſubditi ceſſet, potiſſimè ſi expectatio illa ſine aliorũ poterit ſcandalo fieri. [& nè incendaris flamma ignis peccatorũ illorũ:]i. vide nè tu ad iracundiã, indignationẽ, aut impatientiam conciteris ex hoc, quòd illi correptionẽ tuam abijciunt, vel durè te alloquuntur. Non enim debemus ſic alios velle ſanare, & Deo reconciliare, vt lædamus & Dei inimicos conſtituamus noſipſos. Ideò
Rom.12. monet Apoſtolus: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. [Nè contra faciem ſtes contumelioſi,]i. cõtumelioſo, q ſcilicet pronus eſt ad inferendũ cõuicia, nõ te oppones rixando, qa nihil proficies circa eũ, ſed ipſe ſeipſum ſpiritualiter perimer, & grauiter Deũ offen-
2.Tim.2. det, ſcandalizabitq; alios, & conuiciabitur tibi. Ideò ait Apoſtolus: Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ audientium. [nè ſedeat quaſi inſidiator ori tuo:]
Ierem. 18. i. nè obſeruet qualiter aliqd ex tuo rapiat ore, quo te grauet, iuxta illud in Ieremia: Venite, & percutiamus eum lingua, & radicem verbi inueniamus contra eum. [Noli fœnerari] id eſt, mutuum dare [homini fortiori te:] niſi conſtet tibi de probitate ipſius, & caſu neceſſitatis excepto. [quòd ſi fœneraueris] ei, [quaſi perditum habe:] quia probabile eſt, quòd non perſoluet tibi, nec potes ab eo per viam iuris faciliter extorquere. [Non ſpondeas ſupra virtutem tuam:]i. vltra vires tuas nihil promittas, nec Deo, nec homini, quia hæc eſſet promiſſio indiſcreta. Quemadmodùm autem iuramenti, ità & voti tres iſti ſunt comites, diſcretio, veritas, & iuſtitia: quorũ quicquid defuerit, nõ eſt actus virtutis, ſed vitij, nec obligat. [quòd ſi ſpopõderis, quaſi reſtituens cogita:]id eſt, penſa quòd tenearis exhibere & implere quod promiſiſti, iuxta quod Eccles 5. docet: Si qd vouiſti Deo, nè moreris reddere: diſplicet enim ei ſtulta & infidelis promiſſio. Vel ſenſus eſt, q̃ non efficiamur fideiuſſores incautè pro proximis: alioqui ſciamus, quòd oportebit pro illis nos ſoluere. [Non iudices contra iudicem,]i. ſententiam iudicis, potiſſimè iuſtam, non reprobes: [quoniã ſecũdùm quod dignũ eſt, iudicat.] Si aũt iniuſtè eum iudicare putaueris, poteris appellare. Iudex quoq; ſuperior ſententiã inferioris iudicis poteſt reuocare atq; caſſare. [Cum audace] i. præſumptuoſo, & nimis intimido, [non eas in via,]ſi congruè potes vitare. [nè fortè grauet mala ſua in te.]i. nè dirè & ferociter inferat tibi verba ſua paſſionata aut verbera. [Ipſe enim ſecũdùm voluntatẽ ſuam vadit:]qa non rationis cenſurã, ſed impetũ ſequitur paſſionis, ſeu, volũtatis paſſionibus ſuperatæ. [& ſimùl cum ſtultitia illius peries.]i. periculũ incides ex illius cõſortio, ſicut & ipſe ex inſipientia ſuæ audaciæ. [Cum iracundo nõ facias rixam:] quoniã reſpondendo ei proportiõabiliter ſecũdùm ſua improba verba, inducis eũ ad proferendũ peiora, deindè prorumpet forſan ad verbera. [& cum audace non eas in deſertũ:]vbì nemo tibi poſſet ſuccurrere, ſi ille inſurgeret cõtra te. [quoniã quaſi nihil eſt ante illũ ſanguis:]i. ſanguinis effuſionẽ reputat parùm aut nihil. [& vbì non eſt adiutoriũ,]i. vbì nullus iuuare te poterit, [elidet]i. conteret & occidet [te:] ſi nõ acqueueris ei in cũctis, vel ex ſola crudelitate, ſicut impiſſimi quidam in humani ſanguinis effuſione lætantẽ, iuxta illud Pſal. 13. Veloces pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ. Prouer. quoq; 1. Pedes eorũ ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem. [Cum fatuis conſiliũ non habeas,]i. cum vitioſis hominibus, in qbus non eſt vera prudentia, nec ſapientiq̃ donum, ſed vitium puerilitatis, quod ſtultitia nominat. [non enim poterunt diligere,]ſecundùm quod tales ſunt, [niſi quæ ipſis placent.] Nam propria commoda & honores magis quærũt & amant, quàm bonum commune, vel profectum eius qui quærit ab eis conſilium. [Coram extraneo nè facias conſilium, neſcis enim quid pariat:]i. quid

quid acturus ſit, an ſcilicet ſecreta tua alijs pandet. [Non omni homini cor tuum]i. cordis tui ſecretum [manifeſtes:] De hoc pleniùs dictum eſt ſuper illud Eccl 6. Conſiliarius ſit tibi vnus de mille. [nè fortè inferat tibi gratiam falſam,]i. vicem iniquam, reddendo tibi mala pro bonis, [& conuicietur:]id eſt, conuicia dicat tibi.

¶Explanatio cap. 9. Non zeles mulierem ſinûs tui. Articulus 9.

Concupiſcentijs hîc reprimit hominẽ. [Non zeles mulierẽ ſinûs tui:]i. vxorem tuam in tuo ſinu requieſcentem, nõ ames amore nimis zelotypo, ità vt aſſiduè ſis ſuſpectus de infidelitate ipſius ad te, atq; ob hoc valdè arctè atq; ſolicitè cuſtodias eam, quod ipſa forſitan ferre non vellet. [nè oſtendat ſuper te malitiam doctri-
næ nequam:]i. nè inferat tibi nocumẽtum, aut intoxicationẽ, prout ſolẽt nequiſſimè informari tales vxores à trufatricibus ac vetulis maledictis. [Non des mulieri poteſtatem animæ
tuæ]i. non permittas vxorem tuã tibi dñari, vt illa ſit vir, & tu mulier: qm̃ teſte Apoſtolo, vir Ephe.5.
caput eſt mulieris. Gene. quoq; 3. dñs loquitur mulieri: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. [nè ingrediaſ in virtute tua,]i. nè virtutẽ tuam blãditijs ſuis emolliat. Vel, nè ingrediatur in virtute tua, i. nè tecum conuerſetur & viuat vt domina, vſurpans ſibi quod eſt mariti. [& confundaris:]tam viliter ſubditus mulieri, vt effœminatus. [Nè reſpicias] ex propoſito & diurno adſpectu [mulierẽ multiuolam,]i. multos & multa volẽtem, & nunc iſtum, nunc illũ, concupiſcẽtem. [nè fortè incidas in laqueos illius:]i. fraudibus & cõcupiſcentijs eius capiaris. [Cum ſaltatrice] quæ libenter & laſciuè chorizat, [nè aſſiduus ſis:] quoniã geſtu, tactu, adſpectu, cantu, alloquio ad libidinem prouocat: [nec audias illam] cantantẽ, aut procaciter alloquentẽ, [nè fortè pereas in efficacia illius:]i. in adſpectu & apparatu eius blãdo & attractiuo, quo efficaciter allicit, vulneretur cor tuum concupiſcentia ſenſuali. [Virginem nè conſpicias,]figendo viſum in eam moroſè atq; incautè, qa ex appræhenſione cogni
tionis oritur appetitio cordis. Idcircò non expedit intueri, quod non licet concupiſci. Ideò ſubditur: [nè fortè ſcandalizeris in decore eius:]i. nè ex intuitu ſuæ pulchritudinis ad concupiſcentiam & alia vitia inciteris, ſicut Dauid ex intuitu Bethſabeæ. Ideò faſſus eſt ſanctus 2.Reg.11.
Iob: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nè cogitarem quidem de virgine. [*Non des forni- Iob 31.
caríjs animam tuam in vllo,]id eſt, in nullo venereo conſentias fœminis libidinoſis, adul- *Nè
teris, aut meretricibus. Nam vt Prouerb. 6. dictum eſt, Mulier precioſam viri animam rapit. [nè perdas te] peccando mortaliter, [& hæreditatem tuam,]eam cum fornicarijs conſumẽdo, ſicut in Euangelio dicitur de filio qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus Lucæ 15.
viuendo luxurioſè. [Noli circunſpicere in vicis ciuitatis:] quia ex incauta circunductione oculorum hincindè, incidit homo ad appetitus illicitos. Incuſtoditusq; oculus, incuſtoditi cordis eſt ſignum. Nec effugere poteſt peccata, qui eorum occaſiones non vitat. [nec oberraueris in plateis illius.]i. per plateas ciuitatis nõ vageris ſine rationabili cauſa, trãſeundo hincindè, quoniam gyrouagatio talis, eſt præco & nuncius inſtabilis intimoratæq; mentis. [Auerte faciem tuam à muliere compta:]id eſt, curioſè ornata, quæ magis diſpoſita eſt ad aliciendum affectum. Ideò teſte Hieronymo, Vir aut mulier ſuo ornatu oculos hominũ in ſe trahens, quanuis nullum malum indè ſequatur, tamen æternum ſupplicium patietur, quia venenum præbuit, ſi fuiſſet qui biberet. [& nè circunſpicias ſpeciem alienam,] nè haurias mortem. Deniquè cùm in plateis & vicis tam periculoſum & deteſtabile ſit, in fœminas figere viſum: quàm criminoſum eſt, etiam in Eccleſijs & ſub diuino officio, ac coram diuiniſſimo ſacramento hoc agere? [Propter ſpeciem mulieris multi periẽrunt:] non ſolùm in anima, ſed etiam in corpore. Mulier nanque ſola naturali pulchritudine ſatis prouocat appetitum. Ideò decori ingenito ſuperaddere fucum veſtiumq̃ ornatum, prorſus iniquum
eſt. Propterèa ſacratiſſimus Princeps Apoſtolorum præcepit, vt earum non ſit extrinſecùs 1.Petri 3.
capillatura, aut circundatio auri ſiue argenti, aut precioſitas, culturaq; veſtium. [& ex hoc] ſcilicet intuitu pulchritudinis mulierũ, [concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur:] id eſt, viliter tractabitur: nam ab hominibus immundis turpiter conſtupratur, & à dæmonibus ſpiritualiter ſuppeditatur. [ſpeciem mulieris alienę multi admirati, reprobi facti ſunt:] quia vitijs carnis ſubiecti, æternaliter periẽrunt. [colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit.]i. vehementer accendit cor audientis, niſi ſit notabiliter virtuoſus, & hoc potiſſimè, quandò procatoria & laſciua pronunciat verba. [Cũ aliena muliere nõ ſedeas omninò,] quia incautũ eſt & occaſio mali. Vndè in libro Eſther deſcribit, q̃ in cõuiuio Aſſueri regis Eſther 1.
viri ac fœminæ ſederũt ſeorſùm. Quòd ſi gẽtiles illi in hoc tã cauti fuerũt, quãto magis Chriſtiani meritò pudiciſſimè ac cuſtoditiſſimè ſe haberẽt? Specialiter quoq; applicatio lateris

ad latus, manuumq; cõtractus, & cõsimilia quædam, sunt periculosa, & q ex talibus sentit se stimulari, nec tñ mox deserit, sed continuat ea, imprudẽtissimè agit, & (vt asserit Bonaventura) occidit se, atq; mortaliter peccat. Quẽadmodùm q serpentẽ se intoxicantẽ teneret in gremio, causa esset suæ corporalis infectiõis. Hinc Climachus ait: Cõtine tactum inuerecundè prosilientẽ. Atq; in regula sancti Pachomij desupèr missa cõtinebatur: Nè vnus fratrũ manũ suam manui alterius fratris insereret, quod & sancti patres in Aegypto (vt recitat Cassianus) instituerũt. [nec accũbas cũ ea super cubitũ,] i. cũ ea nõ comedas reclinatus, qa appropinquatio illa est prouocatiua: [& nõ alterceris] i. nõ cõtendas nec disputes [cũ illa in vino,] quod etiã ad luxuriã concitat. Sicq; ex duplici fomento libidinis vulneratus, dispereas, sicut subiungitur: [nè fortè declinet cor tuũ in illã,] i. nè appetitus tuus cũ cõsensu in ipsam tendat, [& sanguine tuo] i. per effusionẽ sanguinis tui, seu periculo vitæ tuæ, [labaris in perditionem] æternæ dãnationis. Ex cõcupiscentijs etenim mulierũ, frequenter oriunt inter viros cõtentiones & pugnæ, sicut legitur in Vitis patrum de Thaide meretrice pulcherrima, q desiderio pueniendi ad eã iuuenes sæpè sanguine suo adsperserũt limẽ cameræ eius, quã sanctus vir abbas Paphnutius glorioſè cõuertit, & ad vitã perduxit arctissimã atq; sanctissimã. Ampliùs, qm̃ amor carnalis frequenter amicitiã verã inter viros corrũpit, opportunè hortatur: [Ne derelinquas amicũ antiquũ,] cuius fidelitatẽ & probitatẽ diù expertus es. [nouus em̃] amicus [non erit similis illi:] i. tã fidelis & probus vt ille, quod frequenter sic accidit, & quandiù nouus est, non est tutũ ei sic credere, vt antiquo. [vinum nouũ amicus nouus] i. similis est vino nouo, qm̃ de vtroq; nescitur, quale erit tẽpore procedente. Et sicut vinũ nouũ adhuc fæculentũ est, sic amicus nouus nondũ in amicitia est probatus. Et sicut vinum vetus nouo est melius, sic amicus antiquus vtilior nouo. [Veterascat, & cũ suauitate bibes illud:] i. sicut vinũ vetus effectũ & depuratũ, suauiter bibitur, sic amicus nouus in amicitia habituetur, & tunc eius amicitia dulcior erit ac tutior. At verò sicut amicitia vera non est per concupiscentiã corrũpenda, ità nec per cupiditatẽ. Vndè subiungitur: [Non zeles gloriam & opes peccatoris:] i. honorẽ & facultates iniquorũ nõ appetas, nisi forsan sis hæres iniqui, aut bona eius, iuris ordine deuoluanẽ ad te. [Non em̃ scis q̃ futura sit illius subuersio:] i. maior damnatio forsitã imminet illi iniquo, q̃ putas: ideò caueas nè & tibi sic accidat, appetẽdo honores & opes illius, q̃ multis sunt media perditiõis extremę. [Nõ placeat tibi iniuria ministrorũ,] i. nõ permittas vt serui tui alicui violẽter aut iniustè auferãt sua, vt tu habeas ea, immò corripe & reprime eos à talibus. [sciẽs, qm̃ vsq; ad inferos nõ placebit impius:] i. nunq̃ in hac vita placet Deo & sanctis eius, secũdùm quod impi⁹. Sed in inferno placet Deo & sanctis eius iusta pœna ipsius, & ipse secũdùm quod subditus huiusmodi pœnę, put in eo relucet diuina iustitia, sicut displicuit hic in culpa. Vndè Iob 22. habetur: Videbũt iusti & lætabunt, & innocens subsannabit eos. Atq; in Psal. 57. Lætabit iust⁹, cùm viderit vindictã. [Lõgè abesto ab hoïe potestatẽ habẽte occidẽdi:] i. à tyrãnis & crudelibus ac audacibus hoïbus te elõga. [& nõ suspicaberis timorẽ mortis:] i. nõ anxiè imaginaberis mortẽ violentã tibi instare, qa sublata causa, remouẽt effectus. [& si accesseris ad illũ,] potestate occidendi habentẽ, [noli aliquid cõmittere,] i. eũ offendere, [nè fortè auferat vitã tuã,] te occidẽdo, p leui forsitã causa. [Comunionẽ mortis scito,] i. mortẽ cũctis cõmunem aduerte, & hãc tibi instare agnosce, si cũ tali potẽte permãseris, [qm̃ in medio laqueorũ ingredieris,] i. inter pericula ambulabis, habitãdo cũ illo. [& super dolentiũ arma ambulabis:] i. morti tam pximus eris, àc si ires super enses & lanceas taliũ violentorũ, q assiduè intra se affligunt & dolent inordinatè, qa varijs suspicionibus, timoribus, curis & amaritudinibus pleni, formidãtes sibi occultè inferri, quod alijs intulerũt, quẽadmodùm scriptũ est: Sonitus terroris semp in auribus impij. Vndè cùm Dionysius tyrannus fecisset gladiũ cum filo super caput sui pendere amici, illeque grauiter timuisset, dixit tyrannus: Talis est semper vita mea. [secundùm virtutẽ tuã caue te à proximo tuo.] i. toto posse ac diligentia & omni virtute insusa, custodi & obserua te à proximis tuis, nè circa illos malè te habeas, inexẽplariter cõuersando, temerariè iudicando, detrahendo, irascẽdo, aut alio modo, & nè ex eorũ verbis aut factis impatiens fias, aut alio modo scandalizeris, & nè leui credulitate, fraude, aut simili modo fallaris ab illis. Nã vt in Euãgelio ait Saluator: Inimici hoïs domestici eius. Et Mich. 7. legit: Vir fratrẽ suũ venaẽ ad mortẽ, & ab ea q̃ dormit in sinu tuo, custodi clausura oris tui. Hinc Ieremias monet: Vnusquisq; à proximo suo se custodiat. [& cũ sapiẽtibus] per notitiã diuinorũ, [& prudentibus] in rebus humanis, [tracta.] i. cõfer & cõsule de agendis & omittendis, & de pertinentibus ad salutẽ. Hinc Seneca dixit: Dubia tracta prudenter, aduersa fortiter, prospera moderatè. Glossa quoq;: Necesse est, vt caueamus dolosorũ insidias, & cũ sapiẽtibus ac Deũ timẽtibus consiliemur,

Iob 15.

Matth. 10. Ierem. 6.

siliemur, viãq; iustitiæ & veritatis nõ deseramus. [Viri iusti sint tibi cõuiuæ: [Societas enim iniustorum in mensa, trahit ad multa peccata, ad leuitates, iocos, cachinnos, verbositates, temeraria iudicia, detractiones, atq; ad gulam, & ad vitia eam sequentia. Ideò ait Psal. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Porrò qui tam virtuosus est, vt sua exemplaritate, probitate, constantia, queat iniquos etiam in cõuiuijs à præfatis retrahere vitijs & ædificare eosdem, securè & meritoriè potest cum eis comedere, sicut Saluator, cũ quo publicani & peccatores edebãt. [& in timore Dei sit tibi gloriatio.] i. neum filialiter metuendo, gaude in eo, iuxta illud in Psal. 85. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Cuilibet enim actui virtuoso delectatio bona annectitur, & si ꝓbabiliter aut certitudinaliter nõsti, tibi datum esse hunc castum Dei timorẽ, de hoc gaude & gratias age. Rursùs in timore Dei sit gloriatio tua, ità vt omnis gloriatio tua in actu quocunq;, sit timorata, i. timori Dei coniuncta, nè resoluatur, aut vana gloria ei admisceat. Propter quod ait scriptura Psal. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Ideò ait Apostolus: Nos aũt non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram, qua mensus est nobis deus. [& in sensu sit tibi cogitatus Dei:] i. in intellectu meditare ea quę Dei sunt, nõ vana & friuola atq; phantastica, cùm scriptum sit Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile. Et alibi: Spiritus sanctus auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. [& omnis enarratio tua in præceptis altissimis.] i. omia verba tua dirigantur & regulentur secundùm diuina præcepta, vt vites eloquia cuncta illicita, cùm dicat Saluator: De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddẽt rationem in die iudicij. Insupèr de præceptis Dei & Ecclesiæ, & de pertinentibus ad salutem, vel quæ saltem reducibilia sunt ad eam, sit vniuersa nostra collatio, prout beatissimus admonet Petrus: Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Paulus quoquè Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui bonus est ad ædificationem, vt det gratiam audienti. [In manu artificum opera laudabuntur:] i. artificiata laudantur tanquàm benè & pulchrè formata in manu, id est, ex operatiõe, arte & subtilitate artificum, sicut effectus laudatur ex sua causa, sicut templum, thronus, domus, saltus Libani, & palatium Salomonis laudabantur ab omnibus. Artifices, quoq; laudantur ex operibus suæ artis conuenienter formatis, sicut causa ex suo effectu. Sicque artifex summus & increatus, ex totius mundi fabrica, ordinatione & pulchritudine commendatur. Vndè Isaias hortatur: Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. Et Psalmista fatetur: Non est similis tuí in dijs domine, & non est secundùm opera tua. [& princeps populi laudatur in sapientia sermonis sui.] id est, ex verborum suorum peritia, sicut de Dauid habetur 1. Regum 18. quòd erat prudens in verbis. Reginaque Saba admirata est sapientiam Salomonis ex verbis ipsius. Verba nanq; sunt signa & effectus sapientiæ intùs latentis. Ad præsidentes autem potissimùm pertinent sapientia & verborum peritia, quæ tamen & ad quemlibet spectat fidelem, prout hortatur Apostolus Col. 4. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, id est, discretione ornatus. [In sensu verò seniorum verbum.] id est, sermo præcipuè commẽdatur ex sapientia seniorum, quorum verba plùs ponderantur quàm iuniorum, sicut & verba nobilium ac præsidẽtium personarũ, quæ per seniores possunt intelligi, iuxta illud beati Petri: Seniores obsecro consenior ipse, pascite qui in vobis est gregem Dei. [Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus,] id est, loquax, susurrator, detractor & garrulus terribiliter periculosus est in politia & congregatione, in qua moratur. Nam alios turbat, discordias seminat, seditiones partialitatesque fouet, quæ sunt pessima vitia, & vnitati animorum ac paci summæ contraria. [& temerarius] id est, præsumptuosus ac fatuus, [in verbo suo odibilis erit.] quia verba offensiua, pungitiua, nociuaque profert. Ideò Salomon ait: Os fatuorum ebullit stultitiam. Et item: Os stulti, contritio eius.

Psal. 100. 2. Cor. 10. Sap. 1. Matth. 12. 1. Petri 4. 2. Paral. 7. Isaiæ 51. Psal. 85. 3. Reg. 10. 2. Paral. 9. 1. Petr. 2. Prouer. 15. & 18.

Expositio cap. 10. Iudex sapiens iudicabit populum. Articulus 10.

QVid ad idoneum spectet rectorem, hic declaratur. [Iudex sapiens iudicabit populum suum:] sicut ad suum spectat officium, quod si non faceret, non sapiens, sed insipiens esset. Iudex nanq; dicitur quasi ius dicens, quia ad ipsum in omni causa confugiunt subditi, quasi ad ministrũ publicũ legis, & regulã quandã iuris: immò vt ait philosophus, sicut ad viuã legẽ & animatã iustitiã: ideò nunq̃ à iustitia flecti debet, sed singulis sine personarũ acceptiõe seruire ac prouidere, sicut de Dauid fertur 2. Reg. 8. quòd faciebat iudiciũ & iustitiã omi populo suo. Et rectè dicitur, populũ suũ, qm̃ manum suã non mittit in messem alienã. Fit aũt aliquis de foro ipsius, vel ratione domicilij, vel ratiõe delicti sub eo cõmissi. Aliqui legũt sic: Iudex sapiens vindicabit populũ suum, qa ad iudicem pertinet reum punire, & ad satisfaciẽdum iniuriato inducere.

[& principatus ſenſati, ſtabilis erit:] i. diù durabit, qa ordinatè & diſcretè ſe habet, ſicq; acceptus eſt populo, & meretˢ cõſeruari à Dño. Ideò Prou. 29. inducit: Rex qui in veritate iudicat pauperes, thronus eius in æternum fundabitur. Aliqui habent: Principatus ſenſati terribilis erit, qa iniquus terribilis eſt, ſicut ait Apoſtolus Ro. 13. Principes nõ ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis aũt nó timere poteſtatẽ? fac benè, & habebis laudẽ ex ea. Si aũt malè egeris, time. Hæc aũt de Chriſto iudice ſummo & ſapientiſſimo, pleniſſimè verificanᵗ, cui oñe iudiciũ dedit pater. [Secundùm iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius: ſi eñ iudex eſt iuſtus, corripit & caſtigat, à vitijs reprimit, & ad virtutes inducit ſubditos ſuos, p̃ſertìm domeſticos & familiares, ad quod in primis teneᵗ, dicente Apoſtolo: Si quis ſuorũ, & maximè domeſticorum, curã non habet, fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. Hinc Prou. 29. ſcriptũ eſt: Rex impius oẽs miniſtros habet iniquos. Eteñ ſimile applaudit ſuo ſimili, & ſerui frequẽter cõformant ſe voluntati Dñi ſui, eamq; exequunᵗ. [& qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea:] Si eñ ſit rector idoneus, efficaciter regit ſuos, hortaᵗ, inſtruit, corripit, purgat, docet & perficit. Quòd ſi fuerit inexemplaris, negligens & carnalis, perdit, abducit, condẽnat ſeipſum & ſibi cõmiſſos, niſi q̃ ſuperpaſtor p̃deſtinatas ſuas non deſerit oues. Ideò ait Gregorius: Dũ paſtor per abrupta gradiᵗ, grex per vitiorũ deuia ſeqtur: & multùm extendiᵗ culpa, dũ is qui p̃uaricatur, pro accepta honoraᵗ potentia. Hinc Iere. 10. legit: Quia ſtultè egérũt paſtores, & Dñm non exq̃ſierunt, ꝓptereà oñis grex eorũ diſſipatus eſt. [rex inſipiens perdet populũ ſuum:] qa per praua exempla, per verba imperita, per negligentiã ac alijs modis trahit eos ſecum in damnationem. Ideò Salomon, aſſerit Prouer. 28. Regnãtibus impijs, ruinæ hominũ. In Eccleſiaſte quoq; idẽ: Væ tibi terra, cuius rex puer eſt. Nẽpè vt aſſerit Chriſtus Matt. 15. Si cæcus cæco ducatũ p̃beat, ambo in foueã cadũt. Et quod ait de rege, de vnoquoq; verũ eſt p̃ſidente. Vndè per Ezechielẽ conqueriᵗ Dñs: Diſperſæ ſunt oues meæ, eo q̃ nõ eſſet paſtor. [& ciuitates inhabitabunᵗ per ſenſum prudentiũ.] i. per ſapientiã principũ & rectorũ idoneorũ, vrbes, numero & merito augebunᵗ, & in tẽporalibus ac ſpiritalibus ꝓſperabunᵗ. Ideò in Eccleſiaſte ſerᵗ: Beata terra, cuius rex nobilis, & principes veſcunᵗ in tẽpore ſuo. Prou. quoq; 11. In bonis iuſtorũ exaltabiᵗ ciuitas, & in ore impiorũ ſubuerteᵗ. Et Sapiẽt. 6. Rex ſapiẽs, populi ſtabilimentũ eſt. Multitudo aũt ſapientũ, ſanitas eſt orbis terrarũ. [in manu Dei poteſtas terræ:] i. à Deo oĩs poteſtas terrena depẽdet, ſicut ab eo ꝓceſſit, & in diſpoſitione ipſius cõſiſtit, iuxta illud in Pſal. 94. In manu tua dñe oẽs fines terræ. Et in hiſtoria Eſther dicit qdam: Dñe rex oñipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita. [& execrabilis] i. deteſtabilis & maledicta [eſt omnis iniqtas gentiũ] incredularũ, qa iuſtus ex fide viuit. [& vtilem rectorẽ in tẽpus ſuſcitabit ſuper illã.] Deus nanq; ex ſua pietate immenſa, interdùm præſtat virtuoſum paſtorem. Porrò vtilẽ rectorẽ in tẽpus, i. tẽpore deſupèr ꝑdinato ſuſcitauit Deus pater ſuper gẽtiles, qa per Apoſtolorũ prẽdicationẽ perduxit eos ad legẽ Chriſti, cui per Iſaiã ait: Dedi te in lucem gẽtiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ terræ. Vndè ꝑdictum fuit in Pſal. 21. Reminiſcẽᵗ & conuertenᵗ ad dñm vniuerſi fines terræ. [in manu] i. in diſpoſitione, volũtate & cõſeruatione [Dei poteſtas hominis:] i. oñis poteſtas humana, ſecularis & ſpiritalis, cõſiſtit. [& ſuper faciẽ ſcribę imponeret honorẽ ſuũ.] i. ſcribis & legiſperitis tribuet authoritatẽ docendi, & vicariatum ſuum ipſis ſcribis, prælatis & prædicatoribus cõmittit, vt inducãt ſubditos ſuos ac proximos ad dei honorẽ & cultum. [Oñis iniurię proximi nè memineris] ad vindicandũ, iuxta illud Leui. 19. Non quæres vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Vndè ait Saluator: Dimittite, ſi qd habetis aduerſùs aliquẽ. Vndè Pro. 20. dictũ eſt: Nè dicas, reddã malũ pro malo: expecta dñm, & liberabit te. Veruntamen iudex publica authoritate, habet vindicare iniurias. Et quanuis nunq̃ liceat quærere vltionẽ zelo liuoris, iræ, aut impatientiæ, vel ex priuato amore: interdùm tamẽ licet etiã priuatæ perſonę zelo iuſtitię & ſpiritali amore quęrere vltionẽ iuxta iuris proceſſum, vt qui forefecit, puniaᵗ in vita hac, nè pereat in æternũ, & nè ex ſua impunitate inſolentior fiat atq; audacior ad peccandũ. Sed extra huiuſcemodi caſum, laudabilius eſt, nõ ſolùm culpã, ſed & culpę reatũ ſeu pœnã dimittere. Et hoc cõſiliũ eſt, non ꝓceptum. [& nihil agas in operibᵘ iniuriæ] i. nihil iniurioſum, hoc eſt, nulli inferas iniuriã, cũ dicat Apoſtolus Gal. 5. Qui cõturbat vos, portabit iudiciũ, quicũq; eſt ille. Et alibì ſcriptũ eſt: Qui facit iniuriã, recipiet id quod iniquè geſſit. Immò doctrina eſt Chriſti: Diligite inimicos veſtros, bñfacite his qui oderũt vos. Orate, ꝓ perſequẽtibus & calũniantibus vobis. Et qa alijs iniuriari, ex ſuperbia orit, cõtra eã ſubiungit: [Odibilis corã deo & hoibus ſuperbia:] ſuperbus nanq; ſibi vſurpat, quod Dei eſt, ſ. honorẽ & gloriã de beneficijs Dei, & diuinæ volũtati opponit ſe. Hoibus quoquè q̃bus per naturã ęqualis eſt, & per culpã inferior, prefert ſe inordinatè. Ideò Prou. 19. dictum eſt:

1. Tim. 5.

Eccẽs 10.

Ezech. 34.

Eccẽs 10.

Eſther 13.
Abac. 2.
Roma. 1.
Hebr. 10.

Iſaiæ 49.

Marc. 11.

Col. 3.
Matth. 5.

eſt: Abominatio dñi, omnis arrogans. & Amos propheta ait: Iurauit Dñs Deus in anima ſua: Deteſtor ego ſuperbiã Iacob, & domos eius odi. [& execrabilis oĩs iniqtas gentiũ:] i. gẽtiliter infideliterq; viuentiũ, iuxta illud Prou. 15. Abominatio eſt dño via impij. Vndè Moſes ꝓteſtaᵗ: Auerſor ego oẽm impietatem. [regnum] i. regia dignitas, poteſtas ſeu monarchia, [à gente in gentẽ transfertur, ꝓpter iniuſtitias] cõtra Dei p̃cepta, [& iniurias] in proximos, [& cõtumelias] impotentioribus irrogatas, [& diuerſos dolos.] De hoc in Daniele, Zacharia, alijſq; prophetis, multa legunᵗ, qualiter monarchia ab Aſſyrijs tranſlata eſt ad Chaldæos, à Chaldęis in Perſas ac Medos, atq; ab illis ad Græcos, ab illis quoq; ad Romanos. Hinc in Daniel. 2. ſcriptũ eſt: Deus mutat tẽpora & ætates, transfert regna atq; cõſtituit. Et rurſùs 4. Cognoſcant viuẽtes, qm̃ dñatur excelſus in regno hominũ, & cuicunq; voluerit, dabit illud, & humilimũ hominũ conſtituet ſuper eo. Sic & Chriſtus in Euangelio ait Iudæis Matt. 23. Relinqueᵗ vobis domus veſtra deſerta. Et, Auferᵗ à vobis regnũ Dei, & dabiᵗ genti faciẽti fructus eius. Deniq; regnũ à gente in gentẽ ſæpè tranſlatũ eſt ꝓpter ſuã auaritiã, & vitia ex auaritia orta, ex qua rapinæ, violentiæ, furta, latrocinia, doli, mẽdacia, periuria, multaq; alia oriuntur, & etiã propter ſuperbiã. Ideò contra hæc ſubdit: [Auaro aũt nihil eſt ſceleſtius:] i. vitioſius. Quocircà plurima dici poſſent, q̃liter varijs modis vnũ peccatum dicaᵗ grauius altero, quod nimìs, plixum eſſet hìc cõmemorare. Sed in prima ſecundæ Thomas de hoc tractat diffuſè. Nunc aũt ſufficiat tangere, q̃ abſolutè loquẽdo, multa peccata ſunt auaritia grauiora, p̃ſertìm q̃ tribus virtutibus theologicis contrariaᵗ, vt odiũ Dei, deſperatio, perfidia. Sed ideò auaritia vocaᵗ peccatũ grauiſſimum, qm̃ penè oñia vitia naſcunᵗ ex ea, nam & ꝑter p̃fata generantur ex ipſa Simonia, vſura & ſuperſtitiones diuerſæ, & etiã qa materia auaritię, putà diuitiæ per eã congregatæ, ꝑbent vniuerſis peccatis fomẽtum, ſicut radix arboris oñibus ſuis ramis. ꝓpter quod ait Apoſtolus: Radix omniũ malorum eſt cupiditas. & qa nõnulli ex diuitijs intumeſcunt, alij verò diuitias appetunt, vt per eas conſequanᵗ honorẽ, ſubiungitur: [Quid ſuperbit terra & cinis?] i. cur tu homo defectuoſus ac fragilis, ex elemẽtis, p̃ſertìm ex terra, quantùm ad corporis maſſam, cõpoſitus, & in cineres ac puluerẽ redigendus, teipſum extollis, q conſideratione tuæ originis, tantæq; vilitatis ac propriæ mortalitatis, meritò teipſum in cunctis humiliares, exẽplo Abrahæ, q dicebat Gen. 18. Loquar ad Dñm, cùm ſim puluis & cinis. Hinc dictum eſt homini ꝓtoplaſto: Puluis es, & in puluerẽ reuertéris. Iuxta hanc cõſiderationẽ Iob 25. ſcriptum eſt: Stellæ nõ ſunt mundæ in conſpectu eius, quãto magìs homo putredo, & filius hominis vermis? [Nihil eſt iniquius, q̃ amare pecuniã] immoderato amore, videlicet propter ſeipſam, aut plùs quàm neceſſaria eſt ad vitæ iſtius ſuſtẽtationẽ, quo amore nihil eſt iniqus, eo ſenſu, quo dictũ eſt: Auaro nihil eſt ſceleſtius. [hic eñ] ſcilicet amator talis pecuniæ, [& animã ſuam habet venalem:] quia pro pecunia obtinenda aut conſeruanda, peccat mortaliter: ſicq; animã ſuam tradit ſeruituti peccati & iugo diaboli. Et quanuis oñis mortaliter peccans, hoc faciat, ſpecialiter tñ auarus dicitur animã ſuam habere venalẽ, qa pecunia precium eſt venditionis & mediũ emptionis. Deniq; auarus cõparaᵗ inferno, iuxta illud Prou. 27. Infernus & perditio non replentˢ. Similiter oculi hominũ inſatiabiles. Et in Eccleſiaſte dicit: Auarus nõ impleᵗ pecunia. Cui Abac. 2. dicit: Vſquequò cõgregat contra ſe denſum lutũ. Et Eſai. 5. Væ qui cõiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. [qm̃ in vita ſua proiecit intima ſua:] i. bona interiora ac ſpiritualia, virtutes ac merita, q̃ omnia per auaritiam amittunᵗ. Vel intima ſua, i. intellectum & voluntatem, hoc eſt, rectum & virtuoſum rationis iudiciũ, voluntatisq; vſum, auertendo has nobiliſſimas ſuas vires à cõtemplatione & amore ſummi & incõmutabilis boni, & ſubijciẽdo eas rebus viliſſimis, quas colit & amat, quærit & cogitat magìs quàm Deũ, inſtar idololatræ, q Deo vero ꝑfert idola & figmenta. Propter quod Apoſtolus auaritiã, ſimulacrorum ſeruitutẽ appellat. [Oñis potentatũs breuis vita:] Omnium hominũ breuis eſt vita, iuxta illud beati Iob: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore. Potentium tñ & principũ vita ſpecialiter breuis vocatur, qa frequenter ob ſcelera ſua abbreuiatur eorũ vita: & qa cibis & potibus calidiſſimis vti ſolent, luxuq; vacare. [Languor, plixior] i. diuturnior & magìs inueteratus [grauat medicum:] qa non poteſt illũ curare de facili, & pro eius ſanatione inutiliter ſæpè laborat. Sic quoq; vitia habituata & in cõſuetudinem ducta, difficilimè à medico ſpiritali, i. prælato aut p̃dicatore curantur. ideò grauãt eum. [Breuẽ] i. recentem [languorẽ prẽcidit] i. faciliter amputat [medicus:] niſi forſan ſit incurabilis ægritudo. Similiter auaritia & ſuperbia radicatæ in homine, difficulter curantur. [Sic & rex hodiè eſt, & cras] i. in breui, ſicut Iacob ait in Geneſi, Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea. [morietur:] iuxta illud 1. Machab. 2. Gloria eius ſtercus & vermis: hodiè extollitur, & cras nõ inuenitur. Vndè Pſalmiſta: Vidi, inqt, impium

Amos 6.

Deut. 25.

Dan. 4.
Zach. 13.

Matth. 21.

1. Tim. 6.

Gen. 3.

Col. 3.
Ephe. 5.
Iob 14.

Eccẽs 5.

Gen. 30.

Psal.36. pium superexaltratum & eleuatũ sicut cedros Libani:Et transiui, & eccè nõ erat.Cùm ergò sit vita magnatũ tam breuis,nõ est multùm ipsa dignitas appetenda, nec auaritiæ est vacandum,cuius adhuc alia additur ratio:[Cùm emꝫ morietur homo,hæreditabit serpentes,& bestias,& vermes:] i.corpus suũ in nutrimentũ & generationis materiã relinquet serpentibus, bestijs,& vermibus, ex putrefacta carne nascentibus, ac eã vorantibus. Quidã per serpentes intelligunt dæmones, qbus peccaror relinquit animam suã. Per bestias aũt homines bestiales,qbus exteriora sua relinq;t.Per vermes aũt, sicut expositũ est. Horum trium cuilibet suf-

Gene.14. ficit hęc portio sua,& de alijs duabus nõ curat.In cuius figura rex Sodomorũ dixit ad Abraham:Da mihi animas,cætera tolle tibi.[Initiũ superbiæ hominis] est [apostatare] i.per mẽtis auersionẽ recedere [à Deo:] nõ subijciendo se ꝓprio creatori, quod prorsùs ꝓposterum est.[qm̃ ab eo qui fecit illũ,recessit cor eius:] reflectens se ad suũ ꝓprius honorẽ contra Dei ꝓceptionẽ.[qm̃ initium omnis peccati est superbia:] i. maxima illa & cõsummata superbia illius primi apostatæ diaboli,q voluit inordinatè Deo assimilari, fuit initiũ omnis peccati sui,

Gene.3. & cæterorũ quos ad peccandũ induxit:Sic quoq; initiũ peccati primæ parẽtis,scilicet Euæ, fuit elatio qua voluit esse vt Dij:Vel initiũ omnis peccati est superbia,sicut iã patuit.Et To-

Tobiæ 4. bias ait:In ipsa sumpsit initiũ omnis perditio.[Qui tenuerit illã,] i. in superbia mãserit, [im-

Matth.25. plebit maledictis,] i.vituperijs ac tormentis, auditurus cum sibi similibus: Ite maledicti in ignẽ æternum. Est etem̃ vnus illorũ, de qbus Iob 40.legit:Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.Vel maledictis,i.detestandis vitijs,q̃ concomitanꝫ superbiã.[& subuertet eũ in finem:] qa ad æternã damnationẽ trahet eũ finaliter,sicut scriptũ est Iob 20.Si asscẽderit vsq; ad cœlũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterqlinium in finẽ perdeꝫ.[Propterea exhonorauit Deus cõuentus malorũ:] i. cõuenticula superborũ cæterorũq; impiorũ cõfudit ac reꝓbauit,iuxta illud Psal.82.Erubescant & conturbenꝫ in seculũ seculi,& cõfun-

Prouer.8. danꝫ & pereant. Vndè Salomon testat: Arrogantiã & superbiam & viã prauã & os bilingue detestor.[& destruxit eos vsq; in finem:] qa spiritaliter ac corporaliter mortuos æternaliter condẽnauit,sicut in Psal.51.habet:Propterea Deus destruet te in finẽ,euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo,& radicẽ tuã de terra viuentiũ. [Sedes] i.potestates ac solia [ducũ superborũ destruxit Deus,& sedere fecit mites pro eis.] Hoc & beatissima virgo Deifera ꝓtestata est:Depositi,inquens,potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Anna quoq; 1.Reg.2. Suscitat de pulucre egenũ,vt sedeat cũ principibus,& soliũ gloriꝫ teneat.Hoc Nabuchodonosor

Lucæ 1. rex expertus,fateꝫ Dan.4.Iuxta voluntatẽ suã facit tam in virtutibus cæli, qꝫ in habitatoribus terræ,& gradientes in superbia potens est humiliare. Hinc 4.Regum legit multos regno ac vita priuãsse,ꝓpter eorũ superbiam aliaq; peccata. [Radices gentiũ superbarũ arefecit Deus:] i.vim generatiuã eorum,fructu & prole priuauit,radicitusq; euulsit, vt patet de gẽtibus Chananæorũ sub Iosue. [& plantauit humiles ex ipsis gentibus:] i. humiles succedere fecit superbis,quod potissimè factum est per gentiliũ cõuersionẽ ad Christum.[Terras gentium euertit Dñs,] destruendo regna,ꝓpter inhabitantiũ peccata,sicut iã dictum est.Vndè fertur

Esaiæ 14. apud Esaiã de rege Babylonis:Nunquid nõ iste est vir,q cõturbauit terrã,q concussit regna, q posuit orbẽ desertũ,& vrbes eus destruxit?[& perdidit eas vsq; ad fundamentũ:] quod ꝑcipuè accipi potest de Pentapoli omĩnò subuersa,vt legit Gene.19.[Arefecit ex ipsis earum radices,] iuxta illud Esai.40.Et qdem neq; satus,neq; plantatus in terra truncus eorũ,repẽtè flauit in eos,& aruerũt. [& dispersidit eos,] secundùm illud Iob 4. Recordare, obsecro te, quis vnq̃ innocens perijt?quin potiùs vidi impios deo flante perisse.[&cessare fecit memoriam eorũ de terra.] Sicut qdam famosi sunt ex ꝑclaritate suarũ virtutũ, sic qdam ex nimio

Ezech.23. suorũ excessu facinorũ,sicut in Ezechiele narrat de Oolla & Ooliba,ꝙ factæ sunt famosę in terra:quomodò ergò facit deus impiorũ cessare memoriã?Respondet,ꝙ memoria eis remanens,est ad eorũ vituperium,nõ ad laudẽ.Propterea Prou.10.scriptũ est:Memoria iusti cum

Psal.33. laudibus,nomẽ impiorum putrescet.& in Psalmo: Vultus autem Dñi super facientes malo, vt perdat de terra memoriã eorum. [Perdidit Deus memoriã superborũ,] qui tñ præcipuè ad hoc adspirant, vt post mortẽ habeãt celebre nomẽ in mundo,sicut de Alexandro Magno refert Hieronymus,ꝙ cùm ad sepulcrum veniſſet Achillis,dixit:Beatũ te,* iuuenis,qm̃ magni viri,putà Homeri,frueris laudibus. [& reliqt memoriã humiliũ sensu.] i. verè & cordialiter humiles,humana ꝑconia cõtemnentes,fecit famosos,adijciens eis celebre nomẽ vltra id quod ipsi adipisci conati sunt, vtpotè vltra salutẽ cęlestẽ, quẽadmodùm ait scriptura: In

Psal.111. memoria æterna erit iustus.[Nõ est creata hominibus superbia,] i. concreata nõ est, nec ꝓpriè naturalis,ꝑsertim loquendo de natura secundùm statũ suæ integritatis ante lapsum,sed aduẽtitia est,& ex peruersa voluntate cõcepta.Immò vitia sunt cõtra naturã & rationẽ,cùm dicat

dicat Tullius,ꝙ virtus sit habitus naturæ rationiq; consentaneus. [neq; iracundia] cõcreata est [nationi mulierum:] i.ipsis mulieribus natis,q̃ tamen multùm proneꝫ sunt ad irã.Vel nationi mulierũ,i.hominibus ex mulieribus natis,cùm homo dicat naturaliter animal mãsuetum,sociale,ciuile.Nã & ratio deprecat ad optima.[semen hominum honorabit hoc, quod timet Deum:] i.generatio seu filij hominum timorati, ex filiali timore honorabunt à Deo, altissima & beatifica retributione,qua erunt filij & hæredes atq; perfecti amici dei, & reges superni,iuxta illud Sap.5.Ideò accipient regnum decoris & diadema speciei de manu Dñi. Hinc asserit Christus:Si qs mihi ministrauerit,honorificabit eũ pater meus.[semen aũt hoc Ioan. 12.
exhonorabit,quod ꝑterit mandata altissimi.] quanuis emꝫ transgredientes diuina ꝑcepta,honorenꝫ frequenter in vita hac, potissimè principes & ꝑlati, tñ post vitam ꝑsentem infernali confusione replentur,prout Oseæ 4. Dñs ait:Gloriam eorum in ignominiã cõmutabo.Immò durissimum facit illis iudicium,& potentes potenter tormenta patienꝫ.Hoc est quod 1. Sapiẽt. 6.
Reg.2.Dñs protestat:Quicunq; glorificauerit me,glorificabo eum:q aut̃ contemnunt me, erunt ignobiles.[In meo fratrum rector eorũ in honore:] i.ꝑlatus seu princeps aut superior honorat à subditis suis,sicut monet Apostolus 1.Thes.5. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos,q laborant inter vos, & ꝑsunt vobis in Dño,& monent vos, vt habeatis illos abundãtiùs in charitate.Et alibi:Qui benè ꝑsunt presbyteri,duplici honore digni habeanꝫ.[& q timent 1.Tim.5.
Dñm,erunt in oculis tuis:] i.rector bonus illos plùs diliget,honorabit,adspiciet,quos viderit timoratos & ampliùs virtuosos, qm̃ spiritali & ordinato amore afficit ad subiectos.Ideò dicit Gregorius,ꝙ in corde suo frequenter ꝑfert sibi eos,quos corripit. [Gloria diuitũ honoratorũ,& pauperum, timor Dei est:] i. in hoc cõsistit vera gloria & nobilitas diuitum ac pauperũ,vt filialiter timeant deũ,cuius timoris indiciũ & effectus est, quod subdit: [nõ despicere hominẽ iustum pauperẽ,] ob suam inopiã,sed honorare eum ob suam iustitiã:[&nõ magnificare virũ peccatorẽ diuitẽ,] ꝓpter opulentiam suã,quanuis inquantùm pater aut ꝑsidens,sit honorandus.Immò vilipendere eũ, inquantùm est iniquus, nõ pœnitens:iuxta id Psal.14.Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus,timentes aũt Dñm glorificat. De hoc Apostolus Iacobus in sua Canonica pleniùs tractat,increpãs quosdã,eo ꝙ exhonorauerint pauperes.[Magnus est iudex] dignitate iudiciariæ potestatis,[& potẽs in honore] quo ꝑsidet.Vndè Pilatus dixit ad Christum:Nescis,qa potestatẽ habeo crucifigere te & dimittere Ioan.18.
te?[& nõ est maior illo,q timet Deũ:] i.iudex non est maior homine timorato, nisi forsan & ipse sit timoratus.Vel sensus est,ꝙ quãuis iudex sit inter homines magnus & honoratus, attamen corã Deo nemo est maior homine timorato, secundùm quod timor filialis charitatẽ ex qua generat,includit. Veruntñ iuxta propriũ modũ loquendi nunc solitũ, maioritas seu dignitas attendit penès dona gratiæ gratis datæ:Bonitas verò seu virtuositas,iuxta dona gratiæ gratum facientis.Sicq; q præest,quanuis iniquus,attñ maior est subditis iustis,tanquàm eorum ꝑses & caput:sed subditi tales,eo sunt meliores. Sed hic modus loquẽdi aliquandò non seruatur, sicut nunc loco hoc. Nã & iudex iniquus,quanuis inquantùm iudex,sit maior, tñ inquantùm iniquus,est timorato subdito vilior atq; inferior.[Seruo sensato liberi seruiẽt.] Interdùm emꝫ seruus per sapientiam suam,in diuitijs,fama & potestate sic crescit,ꝙ filij Dñi sui, imprudentes ꝑcipuè,ei subijciuntur,iuxta illud Salomonis Prou.17.Seruus sapiens dominabit filijs stultis.Vndè ferꝫ in Ecclesiaste: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes Eccẽs 10.
super terram.Deniq; ꝓductis consonat,q iod in Ecclesiaste habetur:Melius est puer pau- Eccẽs 4.
per & sapiens rege sene & stulto, qnescit ꝓuidere in posterũ, ꝙ de carcere catenisq; interdùm quis egrediat ad regnũ,& alius natus in regno,inopia cõsumaꝫ.[& vir prudens] corde, [& disciplinatus] in moribus,[nõ murmurabit correptus:] immò gratias aget corripienti, cùm correptio illa sit actus charitatis atq; iustitiæ, beneficiũ grãde, & eleemosyna spiritalis, videlicet curatio interioris læsuræ.Ideò dato, ꝙ culpabilis nõ sit in eo in quo corripitur, tñ aduertens se in multis culpabilẽ, & correptionis radicẽ, quodq; speciẽ habeat mali, contra corripientẽ indignari,æquanimiter ferat correptionẽ.Hinc scriptũ est Prou.9. Argue sapientẽ,& diliget te.Doce iustũ,& festinabit accipere.Rursùs quoq; Prou.15. Salomon loqtur: Qui abijcit disciplinã,despicit animã suã:q aũt acqescit increpationibus, possessor est cordis.[& inscius nõ honorabit] secundùm quod talis,& verè infeliciter inscius est & stultus, q propriã defectuositatẽ non pensans,nec occulta & quotidiana sua vitia põderans,corripiẽti iracscitur. Ideò ait Apostolus:Qui ignorat,ignorabit.Et Prou.11.legit:Qui indocti sunt,in 1.Cor.14.
cordis egestate morientur.[Noli te extollere in faciendo opere tuo:] i.cum arrogãtia,iactãtia,præsumptione nil agas,cùm scriptum sit,Seruite Domino in timore: & sanctus Iob fate- Psal. 2.
atur: Verebar omnia opera mea, sciens quòd nõ parceres delinquẽti. Opera quippe nostra Iob 9.

tantæ

tantæ ſunt imperfectionis coram Deo, q̃ non ſuperbè, ſed reuerenter, cum timore & humilitate oportet facere ea, potiſſimè ex conſideratione maieſtatis incircunſcriptibilis Dei, &
1. Cor. 14. quicqd virtuoſitatis & meriti eſt in eis, donũ eſt creatoris, & attribuẽdum eſt ei. Quid ergò gloriaris & tumes quaſi nõ acceperis? [& noli cunctari] i. nõ tardes agere benè & dñm inuocare [in tempore anguſtiæ:] quãdò plùs indiges ope & cõſolatione Spiritûs ſancti. Ideò ſcriptũ eſt Pſal. 119. Ad dñm, cũ tribularer, clamaui. Iacobi quoq; 5. Triſtat̃ aliquis veſtrûm? oret. æquo animo? & pſallat. Hoc dicit contra eos, q̃ in aduerſitatibus atq; in anguſtijs conſtituti, ſedent mœrore tædioq; grauati, & phantaſticis imaginationibus occupati, nõ confugientes ad dñm, nec dñicæ paſſionis acerbitatẽ ſolicitè intuentes, nec aduertentes illud quod ſcriptũ eſt 2. Para. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. [Melior eſt q̃ operat̃] bona & licita, [& abundãt in oñibus] neceſſarijs vitæ, vel in oñibus ſpiritalibus ac corporalibus bonis, vt Abraham, Dauid, & Ezechias. [quàm q̃ gloriat̃] inaniter [& eget pane:] i. refectione corporali ac ſpirita-
li. [Fili, in manſuetudine ſerua animã tuam:] i. ab impatientia, ira & turbulentia eam cuſto-
Eccl 3. di, & ſicut præhabitũ eſt: In manſuetudine perfice opera tua. [& da illi honorem ſecundùm meritum ſuũ:] i. de futura beatitudine cõſolare eam ac refice, & fac eã ſenſualitati ac corpo-
Pſal. 48. ri imperare, nè merearis audire: Homo, cùm in honore eſſet, nõ intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipientibus. Ideò ſcriptũ eſt Pro. 5. Nè des alienis honorẽ tuum, & greſſus tuos crudeli. Nempe de eo q̃ ità non agit, ſed ſenſualitati deſeruit, Oſeæ 7. ſcriptum eſt: Comederũt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. [peccanté in animam ſuã] i. viliter eam tractanté tanquàm carnis ancillam, cùm ſit ad imaginẽ Dei formata, & corporis dña. [quis iuſtificabit?] nullus
Prou. 20. planè, cùm ſit peruerſus, & beatus dicat Apoſtolus Rom. 8. Si ſecundùm carnẽ vixeritis, moriemini. Salomon quoq; ait: Qui prouocat regẽ, peccat in animã ſuam. Immò oñis qui pcepta tranſgreditur, peccat in animã ſuam, q̃a ſpiritaliter eã occídit, diabolo ſubdit, damnationi exponit. [& quis honorificabit exhonorantẽ animam ſuã?] i. honore indignus eſt, qui animam ſuã peccando *facit inhonorabilẽ*. Et quanuis Seneca Tullioq; teſtantibus, ſpiritalia peccata plùs vitient, carnalia tamen magìs infamant. In hoc aũt conſiſtit honor animæ rationalis, vt à carnalibus, terrenis ac tranſitorijs abſtrahat̃, atq; ad diuinorũ, ſpiritualiũ & æternorũ contemplationẽ amoremq; eleuet̃: vt ſponſa ſit Dei ſui, non adultera diaboli. [Pauper gloriatur per diſciplinã & timorẽ ſuum:] i. voluntariè pauper ſeu pauper ſpiritu, vtpotè humilis, gloriat̃ in dño per diſciplinã, qua ab illicitis ſe refrenat, & per timorẽ filialem ſibi collatũ, quo metuit per vanã gloriationẽ Deum offendere. Gloriat̃ quoq; in hoc, q̃ diſciplinatum & timoratũ ſe probabiliter noſcit, gratias agens Deo, q̃talem ſe fecit. [& eſt homo qui honorificat̃ propter ſubſtantiã ſuã:] nõ propter virtutes, q̃a nec habet eas. Vndè Prou. 14. dictũ eſt: Amici diuitum multi. Circa hoc ſcribit q̃dam: Hic honor, quo ſ. quis honorat̃ propter diuitias, nõ propter virtutes, falſus eſt: q̃a ſicut dicit in Ethicis, Solus bonus verè eſt honorandus. Sed aduertendũ, q̃ in officijs & dignitatibus cõſtitutis debeẽ honor, quanuis ſint
1. Pet. 2. vitioſi, principe Apoſtolorũ dicente: Serui, ſubditi eſtote in omni tẽpore dñis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis. niſi forſan vis fiat de q̃d nominis honoris, q̃ dicitur exhibitio reuerentiæ in ſignũ virtutis. [Qui aũt gloriatur in paupertate,] in qua bonũ eſt gloriari, ſicut in tribulatione & aduerſitate: [quanto magìs in ſubſtantia?] poterit gloriari, benè vtendo diuitijs, q̃a maioris videt̃ eſſe perfectionis, in paupertate, quàm in diuitijs, gloriari. Quidã exponũt ſic: Qui gloriat̃ in paupertate, i. qui pauper exiſtẽs, gloriat̃ inaniter, quãto magìs in diuitijs? i. talis magis vanè gloriaret̃, ſi diues eſſet. [& q̃ gloriat̃ in ſubſtantia,] i. in rebus opibuſq; terrenis inordinatè, [paupertatẽ vereat̃:] i. non mirũ ſi abhorreat ac deuitet
Galat. 5. penuriã. Similiter q̃ in ſpiritali opulentia gloriatur in nño, ſpiritualium donorũ carentiam
Lucæ 11. deteſtet̃, nè cùm cœperit ſpiritu, carne iã cõſummet̃, & fiant nouiſſima eius peiora priorib'.

¶ Expoſitio Cap. XI. Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Art. XI.

QVid ad ſapientẽ pertineat, hîc docetur. [Sapientia humiliati exaltabit caput illius:] i. ſapiens ſeipſum humilians, vel afflictus & humiliatus ab alijs, per ſapientiam ſuã dignus eſt exaltari, etiam in pſenti, & ſæpè ſic accidit, iuxta illud Sap. 8. Habebo ꝓpter hãc claritatẽ ad turbas, & honorẽ apud ſeniores. Primo mo-
Dan. 2. 6. do Daniel ꝓpter ſapientiam ſuã fuit ſublimatus, primò à regibus Babylonis,
10. & 11. deindè à Dario Cyroq; regibus. Secundo modo, Ioſeph eductus de carcere à rege Aegypti.
Gene. 41. [& in medio magnatorũ conſedere illũ faciet.] Nã Ioſeph fuit primus poſt Pharaonẽ, iuxta
Dan. 2. illud: Vno tantùm regni ſolio te ꝑcedam. Danielẽ verò Nabuchodonoſor ꝑfecit ſuper oñes prouincias Babylonis. [Nõ laudes virũ in ſpecie] i. pulchritudine ſua corporali, [neq; ſper-

nas

nas hominem in viſu ſuo:] i. ex apparatu exteriori viſibili, quo deformis aut paruus eſt, vel ex oculorum eius deformitate, quoniam propter ea quę inſunt à natura, non laudamur nec vituperamur, nec ex corporis naturali diſpoſitione, poteſt interior qualitas animæ in virtutibus aut vitijs pro certo agnoſci. Immò deformes corpore, ſunt interdùm ſanctiſſimi, vt patuit in beatiſſimis viris Martino atq; Franciſco. Ideò ait Saluator Ioan. 7. Nolite iudicare ſecundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Hinc dominus loquitur Samueli: Nè reſpi- 1. Reg. 16.
cias vultum eius, ſcilicet primogeniti Iſai, neq; altitudinem ſtaturæ eius, quia non iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ párent, dominus autem intuetur cor. Vndè & de Chriſto Iſaiæ 11. prædictum eſt: Non ſecundùm viſionem oculorũ iudicabit, &c. [Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius:] i. ſicut inter volatilia apis eſt parua, & tamen fructum præcipuè dulcem producit mellificando: ſic in corpore paruo poteſt eſſe anima valdè ingenioſa ac virtuoſa, idcircò non eſt temerè iudicãdum. [in veſtitu nè glorieris vnquàm:] i. de veſtium pulchritudine, preciositate ac multitudine nunquàm te iactes, aut vanè læteris. Immò habens victũ & quibus tegaris, eſto contentus. Verũtamen de veſtium aſperitate, humilitate, abiectione, decentia, moderatoq; vſu, poteſt homo gaudere in dño, ſicut de quolibet actu medioq; virtutum. Hinc Diogenes dixit Alexandro Magno: Noli ô Imperator gloriari, quia auro opertus es, ſed de liberalitate atq; virtutibus, quæ ſunt in te. Ariſtoteles autem in libro de ſecretis ſecretorum, legitur Alexandro ſcripſiſſe, vt vteretur veſtibus preciosis, & iucundaretur in eis, moderata videlicet iucũditate, prout regiam excellentiam condecebat. Contra ſalubre hoc documentum penè omnes iam faciunt, in veſtium curioſitate, ornatu, pompa, preciositate, multitudine, indecentiq; breuitate aut lõgitudine, fractillatiõeq; multipliciter excedẽtes. [nec in die honoris tui extollaris:] i. non ſuperbias, nec mente te erigas, dum ad dignitates, officia, præſidentiam promoueris, aut aſſumptione gradûs aut ordinis ſacri, ſeu modo alio honoraris. Immò tũc magìs humilies te, & occulta Dei iudicia pertimeſcas, & honorem reputa onus magìs q̃ dignitatem, q̃a duriſſimum iudicium in præſidentibus fiet: & quoniam cui plus datum eſt, plus requiretur Sapien. 6.
ab eo: & q̃a hos eligit Deus, quos deſpicit mundus. Et quoniam ſanctus ait Gregorius: quã- Lucæ 12.
uis occulta ſint Dei iudicia, dum electis aduerſa, & reprobis proueniunt proſpera: tunc tamen ſunt occultiora, dum electis proſpera, & reprobis contingunt aduerſa: tunc igitur vehementiùs time diuini rigorem myſteriumq; iudicij, dum ampliùs proſperaris, promoueris aut honoraris: tuncq; potiſſimè omne bonum Deo attribue, penſando quod ſcriptũ eſt 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepiſti? Hinc ſubditur: [quoniam mirabilia opera altiſſimi ſolius:] i. mira & imperſcrutabilia ſunt iudicia eius ac geſta: ideò neſcis, an ideò honoreris, vt in præſenti mercedẽ pro bonis tuis ex genere ſortiaris: an vt in vita hac copioſioré fructum producas, & in cęlis glorioſiùs coroneris. [glorioſa] i. præclara, [& abſconſa] i. ignota, [& inuiſa] ſunt [opera illius.] Vndè & infrà habetur: Pauca vidimus operum eius. Et Apoſto- Eccl 43.
lus ait Rom. 11. Quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Qui ſuperbos poteſt ſubitò deijcere, & humiles exaltare. Prætereà ſi tam periculoſum eſt in die proprij honoris extolli, etiam his qui ad honores promouentur, inuitis: quãtum periculum imminet eis, qui directè aut indirectè ad promotionem ſuam adſpirant, aut eam aliquo modo procurant? [Multi tyranni ſederunt in throno: ex quo patet, quòd honoratio illa ſit electis reprobisq; cõmunis, idcircò nec appetenda. [& inſuſpicabilis portauit diadema.] i. interdùm contingit, vt is de cuius promotione nullus ſuſpicabatur, ad regium promoueatur 1. Reg. 10.
honorem, vt patet de Saule, Dauid in ſua pueritia vncto, Iehu, multisq; alijs, & item de Mar- & 16.
dochæo, de quo narratur in hiſtoria Eſther: Mardochæus autem de conſpectu regis egredi- Eſther 8.
ens, fulgebat veſtibus regijs, coronam auream portans in capite. Hinc ſancta Anna in Cantico ſuo ait 1. Reg. 2. Suſcitat de puluere egenum, vt ſedeat cum *principibus*, & ſolium gloriæ teneat. [multi potentes oppreſſi ſunt validè:] i. valdè plagati à Deo, aut ab hominibus
conculcati, quemadmodùm Antiochus loquitur: In quantam tribulationem & in quos flu- 1. Mach. 6.
ctus triſtitiæ deueni, qui iucundus eram & dilectus in poteſtate? [& glorioſi traditi ſunt in manus alterorum:] i. aduerſariorum propter peccata ſua, iuxta illud Iob 34. Deus dicit regi, apoſtata, qui vocat duces impios, qui non accipit perſonas principum, nec cognouit tyrannum cùm diſceptaret cõtra pauperem. [Priuſquàm interroges, nè vituperes quẽquam:] i. nullum reprobes neq; dijudices de culpis tibi non certis ante diligentem inquiſitionem & informatiõem de veritate, quemadmodùm ſanctus Iob dixit: Cauſam, quam ignorabam, Iob 29.
diligentiſſimè inueſtigabam. [& cùm interrogaueris,] i. per interrogationẽ ſiue teſtiũ examinationẽ cognoueris veritatem, [corripe] reum [iuſtè.] i. iuxta ſuæ exigentiã culpæ, recta

intentione,& ſine perſonarum acceptione.[Priuſquàm audias,]i.proponẽtis verba ſeu interrogationem completè audieris,& eius intentionem aduerteris,quæ ex fine verborũ præcipuè ſolet agnoſci,[nè reſpondeas verbum:]quia non ſcis plenè mentem quærentis. Hinc aſſeritur Prouer.12. Qui priùs reſpondet,quàm audiat,ſtultum ſe eſſe demonſtrat,& confuſione dignum. Veruntamen ſi proponens immoderatè nimìs defluat verbis,poterit ei inſinuari,vt ſtudeat eſſe ſuccinctus.[& in medio ſeniorum nè adijcias loqui:]i. verbum verbo adijcere,loquendo ſuperfluè,immò ibi potiùs tace,ſenioribus deferens, & informationem accipiens,ſeu modeſtè interrogans.[De ea re,quæ te nõ moleſtat,nè certeris:]i.non cõtendas contra proximum,propter verba aut facta non ſpectantia ad te,nec inferentia tibi grauamen ſeu iuſtum dolorem,quę ſcilicet nõ ſunt cõtra Deũ,nec cõtra te,nec contra eos pro quibus habes reſpondere.[&in iudicio peccantiũ nè cõſiſtas:]i.ab iniuſtis iudicibus & à temerè iudicãtibus abſtrahe te pro poſſe,nec eis vllo modo cõmunices in peccatis, quoniam teſte Apoſtolo Ro.1.Morte ſunt digni non ſolùm q faciunt talia,ſed & q conſentiũt faciẽtibus. Vndè ait Pſalmiſta:Nõ ſedi cũ cõſilio vanitatis,& cũ impijs nõ ſedebo.[Fili,nè in multis ſint actus tui:]i.non occupes te inordinatè,cõfuſè,ac pariter circa multa,ità vt nullũ eorũ plenè aduertere poſſis.Nã vt in Eccleſiaſte inducit,Oñi negocio tẽpus eſt & opportunitas. Apoſtolus quoq;:Oñia,inqt,decẽter & ſecũdùm ordinẽ fiant in vobis.Diſcretio qppe eſt mãter virtutũ,& q multa conãt facere,incidet in iudiciũ.Vndè & Iere. 48. ſcriptũ eſt: Quia plùs fecit q̃ potuit,idcircò perijt.[& ſi diues fueris,nõ eris immunis à delicto:]Si p diuitem intelligat immoderatus diuitiarũ amator,certũ eſt q; ille grauiter multipliciterq; offendat. Vndè & glorioſiſſima virgo:Eſurientes,inqt,impleuit bonis,& diuites dimiſit inanes. Si verò diues accipiat pro eo,q diuitijs nõ abutit ex ꝓpoſito neq; mortaliter,talis diues difficulter poterit abſtinere à vitijs,niſi ſit multùm virtuoſus,vt Abraham,Dauid,Ezechias.Multę eñ curæ,occupatiões,diſtractiões,diuitijs ſunt annexæ.ideò in Euãgelio deſignanꝫ perſpẽnas.[Si eñ ſecutus fueris,nõ apphendes:]i.ſi coneris ditari,nõ obtinebis intentũ,putà quietationẽ deſiderij tui in ipſis diuitijs,q; appetitũ nõ ſatiant & quietãt,ſed excitãt & iritant. Ideò Salomon Prou.15.dixit:Qui ſequit̃ auaritiã,cõturbat domũ ſuã:i.domiciliũ ſui cordis, ſolicitudinibus, timoribus, diſtractionibus,varijſq; conatibus inquietat.[& nõ effugies,ſi præcurreris:]i.ſi anticipaueris adipiſci opes terrenas,nõ euades graues ac varias culpas,dicente Apoſtolo:Qui volũt diuites fieri, incidũt in tentationẽ & laqueũ diaboli,& in deſideria multa nociua.[Eſt homo laborãs,& feſtinãs,& dolens impius:]i.quidã laborant acqrere opes,& feſtinãt ad eas,& dolẽt q; nequeunt tam copioſè atq; celeriter acqrere eas, vt optãt, de aliorũ quoq; proſperitate triſtantur.[& tãto magìs non abundãt:]i.ex omnibus his actibus & ſtudijs ſuis iniquis,ditiores non fiunt,vel q̃ impediunt̃ à conſecutione diuitiarum, vel quia quo plura adipiſcuntur,plura adipiſci nituntur. De his dicta ſunt multa, & allegata ex verbis philoſophorum,ſuper librum Prouerbiorũ:idcircò pertrãſeo.[Eſt homo marcidus]i.tabefactus,& deſiccatus,ſeu macilentus,[egens recuperatione]virium ac humiditas dicalis,[plùs deficiens virtute,]i. quotidiè decreſcens in robore corporali,[& abundans paupertate:]i.ipſius ſpontaneæ paupertatis virtute repletus,ità quòd de ſua lętatur inopia, & gratias agit in aduerſis.[& oculus Dei reſpexit illum in bono:]i.Deus clementer conſiderauit patientiam eius ac paupertatem,ſubueniendo eidem.[& erexit illum ab humilitate ipſius,]i.ab humili depreſſo ſtatu,benedicendo ei in temporalibus & ſpiritualibus bonis, [& exaltauit caput eius:] ponendo eum in ſtatu ſublimi, proſperitateq; grandi, vt patuit in Iob & Tobia & in S.Euſtachio.[& mirati ſunt in illo multi,] qui de tam magna & repentina mutatione talis hominis obſtupuerunt,dicentes: Hæc mutatio dexteræ excelſi. Sicque ſuper Iob & Tobiam amici eorũ mouerũt capita ſua. Hinc fertur Iob 5. Qui ponit humiles in ſublimi,& mœrentes eriget ſoſpitate. Atq; in Pſalm.33. Diuites eguerunt & eſuriérunt: quærentes autem Dominum,non minuentur omni bono.[& honorauerũt Deum. Bona & mala,vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.] Certum eſt, omnia bona eſſe à Deo. Mala quoq; pœnalia,quæ ſolùm ſunt pœnæ,& non culpę,ab ipſo infliguntur.Ab eo etiam ſunt vita naturæ,vita gratiæ,,vitaque gloriæ.Similiter mors corporalis,quæ tamen ex prima Dei intentione non prouenit homini,ſed ex culpa originali, vel concomitanter ſe habet ad ipſam mixtorum complexionem.Propter quod Sapien.1.dictum eſt: Deus mortem non fecit.creauit enim vt eſſent omnia.Deniquè mors culpæ à Deo eſt permiſſiuè,ſimiliter priuatio gloriæ.Punitio autem infernalis,ſcilicet pœna ſenſûs,ab ipſo eſt efficienter. Hinc de malo pœnæ Amos 3.legitur:Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecit? Qui & teſtatur per Iſaiam:Ego Dominus,creans tenebras,& formans lucem:faciens pacẽ,& creans malum.

Pſalm.25. Eccẽs 8. 1.Cor. 14. Lucæ 1. Lucæ 8. Iob 42. Tob.11.12. Pſal. 76. Iſaiæ 45.

malum.[Sapientia,& diſciplina,& ſcientia legis apud Deum,dilectio & viæ bonorum apud ipſum.Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt:qui aũt exultant in malis,conſeneſcũt in malo. Datio Dei permanet iuſtis.] i.infuſio chariſmatum gratiæ, perſeuerat in ſuis electis finaliter,[& profectus illius] i.ſpiritualis profectus gratiæ ac virtutum,[ſucceſſus habebunt in æternum:]i.iugiter incrementa accipient,quouſq; ad felicitatem pertingant.[Eſt qui locupletatur parcè agendo,]i.diuitijs ſuis cum parcitate vtendo,nec pauperibus & amicis eas communicando.[& hæc pars mercedis illius:]i. in hoc arbitratur conſiſtere mercedem ſui laboris ac parcitatis & ſtudij circa temporalia congreganda,putà,[in eo quod dicit,]i.vanè præſumit,[inueni requiem mihi:]i. abundantem prouiſionem ad viuendum diù in quiete & repauſatione carnali,[& nunc manducabo de bonis meis ſolus:]i.ſolus vtar diuitijs meis, bibendo & comedendo,[& neſcit quòd tempus prætereat illum.]i. non aduertit, quòd tẽpus vitæ ſuæ indefinienter abbreuietur.[& mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & moriatur.]improuiſa ac celeri morte ſubtractus, iuxta illud Pſal.38. In imagine pertranſit homo,ſed & fruſtrà cõturbatur:Theſaurizat,& ignorat,cui congregabit ea. Hinc in Eccleſiaſte inducitur:Vnus eſt, & ſecundum non habet: & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs,nec recogitat,dicens:Cui laboro,& fraudo animam meam? Et rurſùs: Eſt & aliud malum,quod vidi ſub ſole:Vir cui dedit Deus diuitias,nec tribuit ei poteſtatem vt comedat ex eis, ſed homo extraneus vorabit eas. Ad iſtud pertinet quod loquitur Chriſtus de diuite illo auaro,quod allegatum eſt ſuprà.[Sta in teſtamento tuo,]i. in obſeruatione noui ſeu veteris teſtamenti:veteris, inquam, quantùm ad credenda, & quo ad præcepta moralia.[& in illo colloquere,]i.de ſcripturis teſtamenti iſtius confer & cogita, qualiter illud obſerues,iuxta illud Pſal.1.In lege eius meditabitur die ac nocte.atq; ſecundùm doctrinam ſcripturæ dirige omnia verba tua.[& in opere mandatorum tuorum veteraſce:]i. in executione eorum,quæ tibi præcepta ſunt,inceſſanter permane vſq; ad ſenectutem & mortem. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit.[Nè manſeris in operibus peccatorum:]i. ſi peccaueris,mox pœnite,& non maneas in peccato: quia etſi humanum eſt cadere,tamen diabolicum eſt in peccato manere.[Confide autem in Deo.] de quo ait ſcriptura: Domine virtutum,beatus homo qui ſperat in te.[& mane in loco tuo:]i.ſuperfluos & inhoneſtos diſcurſus deuita.Locus quoq; tuus patientia eſt,à qua non recedas.Mane item in Eccleſiaſtica vnitate,in deuota cõgregatione,in fide,ſpe,& charitate, & in ea vocatione in qua vocatus es,ſecundùm illius exigentiam Deo dignè viuendo. Vndè ad Hebræos 10. ait Apoſtolus:Non deſerẽtes collectionem noſtram. Et in Eccleſiaſte legitur:Si ſpiritus poteſtatem habentis aſſcenderit ſuper te,locum tuum nè dimiſeris. Sed & locus noſter eſt pax,immò & ipſe Deus, quem orat vir ſanctus: Eſto mihi in Deum protectorem & in locum munitũ. De hac re dicta ſunt multa ſuper illud Prou.27. Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui relinquit locum ſuum.[Facile eſt enim in oculis Dei]i.omnipotenti ſapientiæ eius [honeſtare]i.ditare [pauperem] omni virtute & gratia in præſenti,in quocunq; fuerit loco,deindè ſalute & gloria æternali.Dominus enim pauperem facit &ditat,vt dicitur 1.Regum 2.De qua ditatione Paulus dicit: In omnibus diuites facti eſtis in illo.[Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat:] i. ipſe Deus benedicens, ſeu copioſa remuneratio eius, celeriter procedit ad retribuendum iuſto quod meruit, ſ.profectum meritorum in via, & gloriam plenam in patria,iuxta illud Pſal.83.Gratiam & gloriam dabit Dominus.Ideò princeps ait Apoſtolorum:Non tardat Dominus promiſſum. Pronior quippe eſt ad glorificandum, quàm puniendum.[& in honore veloci proceſſus illius fructificat:]i.ſpiritalis proceſſus ipſius iuſti, parit fructum meritorum,& plenitudinem adipiſcitur præmiorũ in ſublimatione, qua velociter exaltatur de iſto exilio ad conſortiũ beatorũ. Vel proceſſus quo Deus feſtinat ad iuſti remunerationẽ in præfato felici honore,fructum largitur æternæ ſalutis.[Nè dicas, qd eſt mihi opus,]i.non iactes te non indigere alieno ſubſidio, ſicut quidam ſuperbi, qui in ſua potentia diuitijſq; cõfidunt.[& quæ erunt mihi ex hoc bona?]i. qd conſequar boni ex tẽporẽ iſto,vtpotè poſt vitam ꝑſentem, quaſi non ſit vita alia poſt ꝑſentem, nec futurum Dei iudicium,vt quidam obtenebratiſſimi opinantur, iuxta illud Eccẽs 3. Vnus eſt interitus hominis & iumentorum. Vel quæ erunt mihi ex hoc bona, i. quæ bona adipiſcar, cõfidendo in alijs. [Nè dicas, ſufficiẽs ſum:]i.ſatis abundo,nec alterius ope indigeo ad ſalutẽ, iuxta illud Apocal.3. Dicis qa diues ſum,& nullius egeo.[& qd ex hoc peſſimabor?]i. peior nõ fiam ità dicendo ac ſentiendo,nec ob hoc incurrã ſupplicia.Cõtra hoc ait Pſal. Super eum ridebũt & dicent:eccè homo qui nõ poſuit Deum adiutorẽ ſuum,ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.[In die bonorum,]i.tẽpore proſperitatũ ſpiritualium ſeu tẽporalium,[nè im-

Eccẽs 4. Lucæ 12. Matth. 10. Pſal. 83. Eccẽs 10. Pſal. 70. 1.Cor. 1. 2.Pet. 3. Pſal. 33.

memor ſis malorũ,] culpæ & pœnæ ꝓteritarũ ac futurarũ, nè ex ꝓſperitatibus extollaris, ſed vana reprimas gaudia, atq; teipſum in humilitate & timore Dei conſerues, ex recordatione aduerſitatũ & culparũ, in quas aliquandò incidiſti, & adhuc incidere potes, immò & in condemnationẽ perpetuã: ideò ſemper ſis pauidus, nec in die honoris tui extollaris, ſed nouiſſima tua aſſiduè penſes. [& in die malorũ,] i. tribulationũ, tentationũ, ſeu lapſuum in peccata, [nè immemor ſis bonorũ:] i. proſperitatũ & conſolationũ internarũ, miſerationũq; Dei ac felicitatis futuræ, nè in diuerſis impatiens aut puſillanimis fias, ſed cogites, q̃ ſicut Deus aliquandò tibi cõceſſit alacritatẽ & iucunditatẽ in actibus bonis, adiutoriũ in tentationibus, liberationẽ à perſecutionibus & afflictionibus tuis, ac veniã de peccatis, ità adhuc piè acturus eſt. Sicq; ſemp via regia incedas, nec vultus tui in diuerſa mutent, ſed ſtabili tranqllitate
Iob 2. læteris, dicens cũ ſancto Iob: Si bona ſuſcepimus de manu Dñi, mala quarè nõ ſuſtineamus? Hinc ad Hebræos 10. hortat Apoſtolus: Rememoramini priſtinos dies, &c. [qm̃ facile eſt coram Deo in die obitũs retribuere vnicuiq; ſecundùm vias ſuas:] i. ipſi Deo facilimũ eſt cuilibet reddere quicq̃d promeruit, tẽpore mortis & particularis iudicij: ideò in omni aduerſitate patientia eſt habenda, & vana lætitia refrenanda. [Malitia horæ,] i. afflictio ſuperueniẽs vna hora, [obliuionẽ inducit totius voluptatis ꝓteritæ:] & facit eã vilipẽdi aut de eius amiſſione dolere, & tanta poteſt eſſe pœna, q̃ prorſus abſorbet memoriã delectationis ꝓteritæ, quantunlibèt magnæ, ideò eſt vitanda, qa eam conſequtur pœna ẽterna, iuxta illud Apoc. 18. de Babylone: Væ væ, & qa vna hora venit iudiciũ eius. Et idem habeẽ Nahũ 3. de Niniue. [& in fine hominis, denudatio operum illius:] tunc em̃ iudex altiſſimus quẽ nil latet, manifeſtat
Pſal. 49. peccata ipſius, ſicut ait in Pſalmo: Arguã te, & ſtatuã cõtra faciẽ tuam. [ante mortẽ nõ laudes hominẽ quenquã.] Cur ergò Apoſtolus in ſuis epiſtolis totiès ſuos laudat diſcipulos, & viri virtuoſi laudant quotidiè, durante eorũ vita ꝓſente? Et reſpondendũ, q̃ duplex eſt laus. Vna ſecura & abſoluta, & ità laudant beati feliciterq; defuncti, qa vltrà nõ poſſunt peccare, nec miſerijs affici. Alia eſt laus imperfecta & mixta, hoc eſt, in ſpe pia fundata, & quodãmodò cõditionata ſeu timori admixta, qa neq; de ꝓximis noſtris, neq; de nobiſipſis certi ſumus, ſed piè probabiliterq; cõfidimus, q̃ ſtemus in charitate, & meritoriè cõuerſemur: ideò parcè laudandũ eſt, cùm in laqueorũ medio ambulemus, & ignoremus q̃liter vitæ huius finiem' curriculũ: & debet laus iſta omni adulatione carere, nec expedit adhuc puſillos multùm laudare. Studeamus ergò laudabiles eſſe, nõ laudari. [qm̃ in filijs ſuis] i. in actibus [agnoſcit vir.] i.
Matth. 7. q̃libet homo, ſicut ait Saluator: Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Habitus nãq; per actus ſuos cognoſciũ. Cùm ergò de ipſis operibus ſimus ambigui, an ex charitate, ꝓcedant, & an homo in eis finaliter perſeuerabit, nõ eſt aliqs iã incautè ſimpliciterq; laudãdus, ſed potiùs ſecundùm qd, & ſub hac cõditione, dũmodò ex charitate agat, & in ea perſiſtat. Præterea, qa de vicinis & familiaribus ignoramus, an ſint veraciter virtuoſi, pindè ſubdit: [Non oẽm hominẽ inducas in domũ tuã, multæ em̃ ſunt inſidiæ dolofi.] ideò periculoſum eſt eos inducere, de quorũ fidelitate & ꝓbitate incertus es, qa multipliciter poſſunt eſſe tibi nociui, cõſiderando ea q̃ in tua habenẽ domo, & teipſum ac tuos. [Sicut em̃ eructant ꝓcordia fœtentiũ,] i. ſicut prauũ emittunt odorẽ viſcera habentiũ corruptũ anhelitũ, [& ſicut perdix inducitur ad caueã,] i. quẽadmodùm auis illa aſtuta, q̃ dicit perdix, nõ obſtante ſua verſutia, ruit in re-
Iere. 17. te ſibi expanſum, de qua aue legit in Ieremia: Perdix fouit, q̃ non peperit. Vbi refert Hieronymus, hãc perdicis eſſe naturã, vt alterius perdicis oua furet ac foueat. Cũq; pulli indè nati cœperint volitare, auolant, & relinquunt non verã matrẽ. [& vt caprea] inducit [in laqueũ] ei extenſum, quãuis acuti ſit viſũs, & agilis ad ſaltũ ac fugã: [ſic & cor ſuperborũ] q̃ deſiderio honoris ſui, aut famæ, decipiunt ꝓximos, [ꝓfert verba fraudulenta] ſpiritualiter fœtida, atq; ab inuiſibili decipit hoſte, & propria excæcat malignitate. [& ſicut proſpector videns caſum proximi ſui,] i. obſeruator cupiens videre proximi ſui ruinã, ſupple decipit ab inuiſibili inimico, & propria excæcat malitia, ſic & ſuperbus atq; doloſus. [Bona em̃ in mala cõuertens,] i. ſiniſtrè interpretans, [inſidiat ei] quẽ ſe fingit amare: cui dũ non poteſt euidenter vitioſa imponere, bona eius opera interpretat peruerſè, & dicit ea facta eſſe nõ recta in-
Hebr. 4. tentione, cùm tñ ſoli Deo de intentione iudicium reſeruet, de quo ait Apoſtolus: Oẽia nuda & aperta ſunt oculis eius. [& in electis ponit maculã:] i. virtuoſis imponit mẽdaciter immunditiã culpæ, clàm detrahendo, aut publicè accuſando, nè ſibi præferantur, & ſic perdat cõmoda ſua, ob quã cauſam ſcribæ & phariſæi maximè Dñm Ieſum perſequebant. [A ſcin-
Iacob. 3. tilla vna augeẽ ignis:] qa ex parua ſcintilla gignit ignis, q̃ paulatìm fit magnus, iuxta illud in Canonica Iacobi: Quantus (i. quàm paruus) ignis quàm magnã ſyluã incẽdit. [& ab vno doloſo augeẽ ſanguis:] i. effuſio ſanguinis, ad quã doloſus alios incitat per verba detractionis atq;

atq; diſcordiæ, & cõſimilia, per q̃ alios cõtra ſe inuicèm prouocat. [homo em̃ peccator] q̃ eſt habituatus in vitijs, [ſanguini] i. propinquis ſeu vitæ proximorũ, [inſidiat:] Vndè ſcriptum Iere. 9.
eſt: Oẽis frater ſupplantans, ſupplantabit. [Attende tibi.] i. cuſtodi te [à peſtifero] i. deceptore & diſcordiarũ ſeminatore. [fabricat em̃ mala,] i. practicat atq; excogitat, qualiter noceat, [nè fortè inducat ſuper te ſubſannationẽ in perpetuum:] i. tã grauiter fallat te, vt perpetuò deriſibilis & ſubſannabilis fias. Vndè legitur in Prouerbijs: Qui attonitis oculis co- Prou. 16.
gitat praua, mordẽs labia ſua, perficit malum. Et iterùm Salomon loqtur: Simulator orẽ de- Prou. 11.
cipit amicum ſuum. Itemq̃: Qui annuit oculo, dabit dolorem. [Admitte ad te alienigenam] Prou. 10.
Hoc ironicè, & ad contrarium ſenſum inducitur, vt ſit ſenſus: Non admittas alienigenã, cuius qualitatem nondùm expertus es ad cognoſcendum tua ſecreta, & ad habendum tecum familiaritatem. [& ſubuertet te in turbine:] i. ſi tam incautè admiſeris eum ad tua myſteria, fallet te, ità quòd inquietudinem & cõturbationem incurres. [& abalienabit te] i. alienum te faciet [à vijs proprijs:] i. faciet te rebus tuis priuari. Iſtud frequenter ſic accidit, nec tamen ideò dicitur hoc, quòd ſemper ità cõtingat, ſed per modum auiſationis, vt cauti ſimus, quia abundans cautela expediens eſt. Hinc & in politicis philoſophus docet, & Thomas in prima ſecundæ allegat, quòd extranei cùm cœperint habitare in vrbe, non ſunt citò ad officia promouendi, ſed fidelitas probitasq; eſt experienda. Veruntamen ad habitandum piè ſunt Exod. 22.
admittendi, ſicut per Moſen Dominus iuſſit: Aduenam non contriſtabis.

¶ Elucidatio cap. 12. Si benefeceris, ſcito cui feceris. Art. 12.

DOcet hîc quibus & qualiter eleemoſyna ſit præſtanda. [Si benefeceris] proximo miſericorditer ſuccurrendo, [ſcito cui feceris:] i. aduerte, vt facias ei, cui fieri decet, ſ. indigenti, & qm̃ indigens eſt, atq; ſynceriter propter Deum. [& erit gratia in bonis tuis multa.] i. gratioſam & magnã à Deo benedictionẽ recipies. [Benefac iuſto, & inuenies retributionẽ magnam.] Nã benefacere iuſto, cæteris paribus, laudabilius eſt, ſi fiat qm̃ iuſtus eſt, & Dei amicus. Vndè & in Euangelio loqtur Dñs: Qui recipit ꝓ- Matth. 10.
phetam in nomine prophetæ, ſeu qa propheta eſt, mercedẽ prophetæ accipiet: ſic & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. Valdè etem̃ meritorium eſt, veros Dei famulos corporaliter Dei intuitu ſuſtentare. [& ſi nõ ab ipſo,] qui per mortẽ aut alio modo à recõpenſatione poterit impediri, [certe à Dño:] qui nõ ſolùm in futuro, ſed & in præſenti opera miſericordiæ copioſè remunerat. [Nõ eſt em̃ ei benè, qui aſſiduus eſt in malis:] i. vitioſis actibus frequenter ac vſitatè intentus eſt, immò tali eſt valdè malè, & ſecundùm Gloſſam, grauiſſimũ peccatũ eſt nolle pœnitere, nec Eleemoſynis peccata redimere, ſed peccatis peccata adijcere. Cõſuetudo nanq; eſt moles grauiſſima, mentẽ deprimens in profundũ, de quo Prouer. 18. dictum eſt: Peccator cùm in profundum venerit, cõtemnit. Vndè & orat vir ſanctus: Neq; abſorbeat me profundum. [& eleemoſynam non danti] nec corporalem, nec Iacob. 2.
ſpiritualem tempore opportuno. Iudicium em̃ ſine miſericordia fiet ei, qui nõ fecerit miſericordiam. [qm̃ & altiſſimus odio habet peccatores] in mortali vitio exiſtentes, ſecundùm quod tales, & ſecundùm ꝓſentem iuſtitiam. Tamẽ aliqui tales ſunt ꝓdeſtinati, quos inuariabiliter diligit ſecundùm ꝓdeſtinationem æternã, ſicut de hoc dictum eſt ſuper illud: Odio Sapiẽt. 14.
ſunt Deo impius & impietas eius. Porrò, de induratis in vitijs ait Ieremiæ 15. Dñs: Si ſteterint Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. [& miſertus eſt pœnitẽtibus] ex vera contritione, quæ debet eſſe adæquata peccato, vt quo plura & grauiora exiſtunt peccata, eo ſit contritio ipſa intenſior, quæ etiã eſt dolor maximus in natura. [Da miſericordi] indigenti, qm̃ dignior eſt recipere beneficium pietatis. [& nè ſuſcipias peccatorem] ad communionem & ſocietatem: tamen ad veniam eſt ſumendus, & in neceſſitate ſuccurrendum eſt ei: ſed nõ eſt accipiendus, vt ei conſentiatur in malo, & foueatur in vitio: immò hoſpitare maleficos, fures, ac ſimiles, eſt vnum de nouem alienis peccatis. [& impijs & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in die vindictæ:] i. Deus qui reſeruat eos, vt niſi pœnituerint, debitam ſuo tempore ſortiantur vindictam, ad commendationem diuinæ iuſtitiæ, vt in eis reluceat æquitas creatoris. Hinc ſcriptum eſt Iob 21. In diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet. Et ad Rom. 9.
Volens Deus oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, &c. [Da bono] i. virtuoſo, quod rationabiliter petit, & quod ei debetur, [& non receperis peccatorem:] iuxta expoſitionem nunc introductam. [Benefac humili, & non dederis impio:] quia impius eſt, vel ad fouendum impietatem ipſius: qui autem ſubuenit impio, & eum ſuſtentat, quoniam pauper eſt, vt viuendo diutiùs ad ſalutarem recognitionem tandèm perueniat, nõ culpam diligit, ſed perſonã. Immò ſecundùm Euan-

Matth. 5. Matth. 17. gelij documenta, inimici quantunlibèt vitioſi, ſunt diligendi, & reddendũ eſt bonũ pro malo. Redimi quoq; poteſt propria vexatio per eleemoſynã impio datam, quã vexationẽ quis ſuſtineret ab eo, ſi eleemoſynã denegaret. [Prohibe panes illi dare] ad ſuſtentandũ eum in ſua malitia: ideò ſubditur: [nè in ipſis] i. per panum tuorum manducationẽ [potẽtior te ſit.] Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcunq; feceris illi: i. in bonis quæ feceris ei modo illicito iam prætacto, inuenies & te inordinatè dediſſe, & illum malè accepiſſe, vel inuenies eum ingratum ſolitoq; peiorem: [qm̃ & altiſſimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. Non agnoſcetur in bonis amicus,] i. per proſpera quæ tibi contingunt, non poteris ſcire quis ſit tuus verus amicus, quia in proſperis cuncti applaudunt communiter. Iſtud præhabitum eſt, & illud Prouerbiorum, Frater in anguſtijs cõprobatur, ad huius declarationem eſt allegatum. De hoc in libro de amicitia diffuſiùs loquit Tullius, & Seneca ait: Hoc boni habet aduerſitas, q̃ veros probat amicos. [& non abſcondetur in malis inimicus:] i. inimicus alicuius odium ſuum oſtendit, dum ei quem odit, aduerſa contingunt, quia tunc gratulatur. Aliqui tamen ſunt ità verſuti, q̃ in tali caſu ſimulant ſe dolere, & triſtitiam præferunt vultu, cùm gaudeãt corde. [In bonis] i. proſperis, [viri inimici illius in triſtitia,] i. hoſtes eius agniti ſunt per hoc, q̃ de ipſius proſperitate ſunt contriſtati. [& in malitia illius] i. in aduerſitate, ſeu ruina in culpam, [amicus eius agnitus eſt:] quia dolẽdo de illius aduerſitate, oſtendet ſe eius amicum. Charitas nanq; non gaudet ſuper iniquitate, ſed virtuti & ſalubri proſperitati congaudet. Porrò, de malo culpæ proximi gloriari, eſt directè contrarium charitati Dei & proximi. Interdùm verò ad charitatem eſt pertinens, de temporali aduerſitate amici gaudere, inquantùm per eam purgatur à culpis præteritis, & à futuris abſtrahitur. [Non credas inimico tuo in æternum.] i. nunquàm credas ei cum certitudine, & ſine formidine de oppoſito, quòd ſit verus & familiaris amicus tuus, qui fuit inimicus tuus, quia rarò contingit hoc. Vndè & Seneca loquitur: Nunquàm fidelem credas tibi, quem ex inimico amicum habueris. Captus enim propria vtilitate, non amica voluntate, reuertitur. [Sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius:] i. ſicut inſtrumentum factum de ære, rubiginem contrahit, ſic ille inuidiam concipit, & rancoris æruginem contrahit. [Etſi humiliatus vadat curuus,] i. ſi inclinet ſe tibi, quaſi ex humilitate te venerando, [abijce animum tuum:] ità vt non teneas pro certo, q̃ ſyncerè id faciat. [& cuſtodi te ab illo.] per moderatam cautelam. [Non ſtatuas illum penès te, nec ſedeat ad dexteram tuam:] i. ad familiaritatem non ſuſcipias eum, [nè conuerſus, ſtet in loco tuo,] i. ad priſtinam inimicitiam rediens, præoccupet locum tuum, te expellendo. [nè fortè cõuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam:] i. tuo honore te priuet. familiaris etenim inimicus, aptiſſimus eſt ad nocendum, dum alter ab eo non cauet ſe. [& in nouiſſimo cognoſcas verba mea,] i. tandèm per experientiam tuæ deiectionis ſcias vera eſſe quæ dico. [& in ſermonibus meis ſtimuleris,] i. compungaris & doleas de hoc, quòd verbis meis non acquieuiſti. [Quis medebitur incãtatori à ſerpente percuſſo,] tali enim incantatori, pauci aut nulli condolent aut ſuccurrunt, quia perſonaliter euocauit ſerpentem, & ſciuit qualiter præcaueret ſuí percuſſionem ab illo. [& omnibus qui appropiant beſtijs?] i. his qui ſpontè accedunt ad beſtias feroces, aut venenatas, & lęduntur ab eis, pauci aut nulli cõpatiuntur, quia tam ſtultè expoſuerunt ſe tanto periculo. Sic & ei, qui his verbis meis non credit, & ab inimico læditur, non videtur ſic condolendum vt alijs. Veruntñ non debemus de interioribus temerè iudicare: ideò ſi inimicus vitam ſuam manifeſtè emendet, & ſigna amicitiæ ei oſtendat, quẽ oderat antè, nõ debet iſte cui amicitiæ ſigna oſtendit, pro certo tenere, q̃ ex ſimulatione & animo nocendi id faciat, ſed de meliori piè confidere, ſic tamen, vt cautus ſit, & familiaritatem incautam deuitet. [ſic & qui comitatur] i. pergit & ſocialiter ſe cõmiſcet [cum viro iniquo,] cuius ſocietas eſt vitanda, [& obuolutus eſt in peccatis illius:] i. communicauit ſecum in vitijs, iuxta illud Pſal. 17. Cũ peruerſo peruertéris. quaſi dicat: Etiam tali quis mederi curabit? [Vna hora tecũ permanebit,] amicitiã ſimulando tẽpore tuæ proſperitatis, & quãdiù ex te conſequtur commoda. [ſi aũt declinaueris à via virtutũ,] peccando vel à proſperitate deficiendo, [non ſupportabit:] i. tibi non condolebit, neq; ſuccurret. [In labijs ſuis indulcat] i. blandiendo dulcia loquitur [inimicus] occultus, amicum ſe fingẽs, [& in corde ſuo inſidiatur,] i. excogitat qualiter tibi queat nocere, [vt ſubuertat te in foueam.] i. in profundum deiectionis, & damni ſeu mortis. [In oculis ſuis lachrymatur inimicus:] i. nequiter lachrymas fundit, fingens ſe compati ei, quem odit clàm. [& ſi inuenerit tempus] ſibi aptum ad nocendum, [non ſatiabitur ſanguine] i. crudeliter vulnerabit aut trucidabit illum, quem taliter odit. [Si incurrerint tibi mala,] i. aduerſa, [inuenies eũ illic priorem] ad gloriandum de tua aduerſitate, vel ad au-

Prou. 17.

2. Cor. 13.

ad augendũ eandẽ, ſi poterit. [& quaſi adiuuãs, ſuffodiet plantas tuas:] i. per modũ adiuuãtis ſe applicans tibi, funditùs te deſtruere molietur. De huiuſcemodi prauiſſimis dolis multa leguntur in lib. Mach. q̃bus Antiochus decepit Iudæos, & hoſtes parati erant capere Iudã, & Tryphon dolo occídit Antiochũ adoleſcentẽ, & ſtrenuiſſimũ Ionathan circũuenit & interemit. Ptolemæus quoq; filius Abobi, prudentiſſimũ Simonẽ ciusq; filios interfecit, de quibus etiam dolis Danie. 11. legitur. In q̃bus & Ioab artifex fuit, & viros ſe meliores ſceleratiſſimè tulit de medio, per quod poſuit maculã in gloria ſua. Inſuper talis fuit & impius ille Iſmahel, de quo Iere. 41. narrat, q̃ ibat incedẽs & plorãs, ac ſuo ploratu ſeduxit octoginta viros calamitate confectos, occiditq; eos. [Caput ſuum mouebit,] te in tua aduerſitate deridendo, [& plaudet manu,] de tuo lapſu gaudendo, [& multa ſuſurrans,] id eſt, latenter contra te dicẽs, quaſi meruerís talia pati, [cõmutabit vultum ſuum.] i. ferociter te inſpiciet, ſicut Laban aſpexit Iacob patriarcham, propter quod dixit vxoribus ſuis: Video faciẽ patris veſtri, quòd non eſt erga me ſicut herì & nudiuſtertiùs. Itaq; vultum commutabit, id eſt, apparatum & diſpoſitionem ſuæ faciei alterabit, à ſignis amicitiæ ad inimicitiæ ſigna.

1 Mach. 15. 2. Reg. 3. & 20.

Gene. 31.

¶ Expoſitio cap. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Artic. 13.

PRaua & periculoſa cõſortia docet hîc fugere. [Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea:] cùm ſit immũda, tenaciterq; adhærens tangenti. [& qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam:] cõformãdo ſe ſuo cõſorti, cuius verbis & exemplis inſicitur. Cùm em̃ humana fragilitas ſit prona ad mala, p̃ſertìm ad appetentiã ſui honoris ac voluptatis, propriorumq; cõmodorum, faciliter ad ea allicitur, & familiares libenter adinuicèm cõplacent ſibi, ſicq; vnus moribus ſe conformat alterius. Vndè ſicut virtuoſorũ ſapientiumq; cõſortia ſunt valdè ſalubria, ſic ſuperborum, luxurioſorum, cupidorum & iracundorum conſortia prorſùs nociua ſunt & vitanda. Hinc ſcriptum eſt Prou. 13. Qui cum ſapiẽtibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum, i. iniquorum, ſimilis erit eis. Idcircò deus frequẽter ac diſtrictè, phibuit filijs Iſrael conſortia Chananęorum: quã quia nõ vitauerunt, in idololatriam ceciderunt. Sic nunc innumerabiles ad diuerſa peccata mortalia ex prauorum ſocietate labuntur. Propter quod ait Pſal. Cum electo electus eris, & cum perſerſo peruertéris. Vndè & Salomon dixit: Non ſis amicus homini iracũdo, nè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. [Pondus ſuper ſe tollit,] i. ſeipſum grauat, vel ad difficilia ſe adſtringit, [qui honeſtiori ſe communicat] per ſocietatẽ, i. potentiori & honorabiliori ſe ſociat, quia habet illi deferre, ipſumq; ſequi in ſumptibus & expenſis: & ſi inter eos lis oriatur, non poteſt illi reſiſtere. Veruntamen bonum eſt, ſe virtuoſiori coniungere. [& ditiori te nè ſocius fueris,] nè ex ſocietate expendas atq; dilapides bona tua cum illo. Quidam autem ſuperbia ſemper coniungunt ſe eminentioribus. Propter quod ſæpè grauamina incidunt. [Quid communicat cacabus] factus ex ære aut ferro, [ad ollam] terream? quaſi dicat: Eorum coniunctio non eſt apta. [quandò enim ſe colliſerint, confringetur] huiuſmodi olla, quæ citò frangibilis eſt: quaſi dicat: Sic non eſt communio apta inter fortes & debiles, hoc eſt, inter potentes & decliues, inter locupletes ac pauperes. Societas itaq; aptiùs contrahitur inter perſonas non multùm diſſimiles in parentela, opulentia, gradu, ſtatu ac ordine. [Dies iniuſtè egit,] irrogando iniuriam ſocio pauperiori, [& fremebit,] id eſt, dentibus ſtridebit in eum, comminando eidem. Sicque fremere eſt hîc ſecundæ coniugationis, cùm communiter ſit tertiæ. [Pauper aũt læſus] à ditiore, [tacebit,] nõ valens aut nõ audens reſiſtere illi. Iuxta hunc ſenſum Iere. 23. ſcriptum eſt: Quid paleis ad triticum? Ad Corinth. quoq;: Quæ ſocietas luci ad tenebras? aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? [Si largitus fueris] aliquid notabile diuiti, [aſſumet te] ſecum, tanquàm ſocium & amicum, nõ propter te, ſed propter munuſculum tuum, ſeu commodũ ſuũ, quod pertinet ad amorẽ concupiſcentiæ, non amicitiæ. Vndè in Prouerbijs dictũ eſt: Multi ſunt amici dona tribuentis. [& ſi non habueris] aliquid, quod ei dones aut ſecũ conſumas, [derelinquet te:] quia nõ quærit te, ſed tua. [Si habes] terrenam ſubſtantiam, [conuiuet tecum,] participando tecum in cibis & potibus, [& euacuabit te] bonis ſeu opibus tuis, ad quarum conſumptionẽ te trahet: [& ipſe non dolebit ſuper te:] i. tuæ paupertati nõ condolebit. [Si neceſſarius illi fueris] in aliquo opere ſeu obſequio, [ſupplantabit te:] id eſt, ſuę ſeruituti te ſubdet: [& ſubridens, ſpem dabit:] i. dicet ſe benefacturũ retributurũq; tibi præmiũ dignũ, [narrans tibi bona,] i. pulchra proferens verba, [& dicet, quid opùs eſt tibi?] i. qua re indiges? quaſi paratus tibi eam conferre. [& confundet te in cibis ſuis,] ad expenſas magnas te inducendo, [donèc te exinaniat] id eſt, vacuum & inanem relinquat, [bis & ter:] id eſt, frequenter, quouſq; opportunitas ei occurrerit: vel bis & ter, id eſt, quinq; modis, videlicet in

Prou. 17.

2. Cor. 6.

Prou. 19.

cibarijs & potibus nimiùm lautis & precioſis,item ſuperfluis & ante tẽpus conueniẽs ſumptis,& in cõuiuijs nimiùm diuturnis.[& in nouiſſimo]ſ.cùm omnia tua expenderis ſecum, [deridebit te,]tanq̃ inſipientẽ,eo q̃ ꝑſumpſeris te ei aſſociare,& qa prævaluit tibi. [Poſteà videns]tuam inopiam,[derelinquet te,] quia non habes quod ſecum conſumas,[& caput ſuum mouebit ad te,]in ſignum irriſionis,quia non habet viſcera pietatis.[Humiliare Deo] i.teipſum Deo ſponte humilia,ſicut princeps apoſtolorum hortatur:Humiliamini ſub potenti manu Dei,[& expecta manus eius.]id eſt, pietatis ac poteſtatis eius pias ſubuentiones,ſicut ait vir ſanctus:Expectans expectaui dominum.[Attende,nè ſeductus] propria ratione,diabolica ſuggeſtione,aut humana fallacia,vel hæretica prauitate,[in ſtultitia humilieris.]id eſt,propter tuam ſeductionem deijciaris,& meritò vilipendaris.[Noli eſſe humilis]i.nimis dejecti animi,aut puſillanimis corde,[in ſapientia tua,]ità vt eam tam modicam arbitreris,quòd non audeas peccantẽ corripere,ignorantem inſtruere,ac diſciplinę iura,authoritatemq̃ exercere,ſi aliquibus præſides.Etenim teſte Hieronymo, Nihil tam periculoſum eſt in præſidente,vt falſa humilitas,qua à ſubditorum correptione & correctione retrahitur.[nè humiliatus]tali vana & fallaci humiliatiõe, id eſt,nè ità per errorẽ dejectus,[in ſtultitiam ſeducaris.]id eſt,inſipiens fias,putans id eſſe licitum atq; laudabile, quod eſt reuerà vituperabile.Et hoc modo multi erroneè abſtinent à fraterna correptione. [Aduocatus]i. inuitatus[à potentiore]ad menſam,ad conſilium, vel ad confidendum,[diſcede:]id eſt,inprimis modeſtè renitere,teq; excuſa quaſi indignus.[Ex hoc enim te magis aduocabit,]quia videns tuam humilitatem,diſcretionem, & reuerentiam quam ei impendis,plùs afficietur ad te.[Nè improbus ſis,]id eſt,importunus, & maioribus inhoneſtè te ingerens, [nè impingaris:]id eſt,nè turpiter repellaris tanquàm indignus,[& nè longè ſis ab eo.]id eſt,non nimis à potentiore te abſtrahas,[nè eas in obliuionem:]i.nè ipſe fiat omninò immemor tuî,& ſic ſi indigueris eius patrocinio,non curet de te,neque de his pro quibus rogaueris conſilium & auxilium eius.[Nè retineas ex æquo loqui cum illo,]id eſt, non ſis audax aut tenax vel præſumptuoſus ad loquendum cum illo, tanquàm cum pari, ſed cum reuerentia loquere ſecum, vt condecet inferiorem proloqui cum maiore. [nè credas multis verbis illius,] quibus tibi blanditur, vel magna promittit, amicúmve ſimulat. [Ex multa enim loquela tentabit te:]id eſt,ideò copioſè te alloquetur,vt experiatur qualis ſis.[& ſubridens,]id eſt,tibi quaſi applaudens,[interrogabit te de abſconditis]i. occultis operibus [tuis,]an ſcilicet flagitioſum aliquid in eum vel in ſuos commiſeris.[Immitis animus illius] i.cor eius crudele,ideò ſimulãs amicitiam familiaritatemq; tecum, vt cum fiducia reueles ei tua ſecreta,[& conſeruabit verba tua,]quibus inſinuâſti ei tua forefacta occulta, quæ memoriter retinebit,vt opportuno tempore te accuſet ac puniat,[& non parcet de malitia & de vinculis:]id eſt, ſine miſeratione inferet tibi mala pœnæ, vincula, incarcerationem, & conſimilia.[Caue tibi,]nè ſecreta tua illi aperias,[& attende diligenter auditui tuo,]id eſt, verbis quæ audis ab illo,nè ad ea reſpondeas aliquid, quo poſteà poſſis grauari.[quoniam cum ſubuerſione tua ambulas:]id eſt,cum periculo vitæ tuæ,aut eorũ quæ poſſides damno, occuparis,confers & conuerſaris cum illo.[Audiens verò verba illa,] quæ interrogat te, de tuis ſecretis, [quaſi in ſomnis vide:]id eſt,ſic ea aduertas,quaſi non intelligas: & quaſi tam innocens ac inſcius ſis de repræhẽſibilibus & calumniabilibus rebus & factis, de quibus interrogat te,acſi neſcires quid verba eus ſignificent. [& vigilabis.] i. ſi ità feceris, verè pervigil mente eris & ſagax,non ſomnians neque phantaſticus.[Omni vita tua] i. in toto tempore vitæ tuæ,& in omni actione tua ac conuerſatione [dilige Deum,]non ſolùm naturali, ſed potiſſimùm ſupernaturali & infuſo amore, qui eſt impreſſio & ſignaculum Spiritus-ſancti.[& inuoca eum]aſſiduè ac ardenter,[in ſalute tua.] i. pro vera beatitudine obtinenda,nec aliquid petens ſaluti contrariũ,quod eſt petere in nomine Saluatoris,qui ait:Si quid petiêritis patrem in nomine meo,dabit vobis.Itaq; cùm tãta ſit hominum fraus,inſtabilitas, inquietudo,rectè hortatur nos hic ad ſummum incommutabile & infallibile bonum,fideliſſimũ Deum,amãdo ac diligendo cõfugere.Et rectè ꝓmonuit de amando hoc bonũ, qm̃ ſine eius amore,nec oratio,nec proximorũ dilectio,ad quã paulò pòſt hortatur,eſt meritoria.[Oñe animal diligit ſimile ſibi]in ſpecie ſpecialiſſima,naturali amore, cùm ſimilitudo ſit incitamentũ & cauſa huius amoris.[ſic & omnis homo proximũ ſibi]naturaliter diligit, i.meritò diligeret,propter cõmunionem naturę.Qui aũt eiuſdẽ eſt legis & fidei ac religionis,abũdantiùs & ex pluribus cauſis eſt diligẽdus.Vndè ait Ambroſius: Nihil tam ſecũdùm naturam,q̃ diligere naturæ conſortẽ:& tamen in miſeris hominibus,in quibus ratio tenetur naturam & eius affectiones dirigere atq; perficere,maximè inuenitur cõtrarium, prout duodeci-

Pſalm. 39.

1.Petr.5.

Ioan.16.

duodecimo de Ciuitate Dei loquitur Auguſtinus:Nullum animaliũ tam diſcordioſum eſt vitio,tam ſociale natura,ſicut genus humanum.[Omnis caro ad ſimilem ſibi cõiungetur:] hoc in brutis terræ, auibus cæli, piſcibus maris conſpicimus. Nam & ſimilia ex ſimilibus communiter procreantur,quanuis quædam ex putrefactione,quædam ex animalibus diuerſarum ſpecierũ naſcantur,vt burdo & mulus,quorum tamen principia generatiua ad ſimilia ſibi in ſpecie ſubalterna per commixtionem iungũtur.[& omnis homo ſimili ſibi ſociabitur,]i.meritò &naturaliter ſociaretur.Nam & hi,qui in naturalibus vel officijs,gradu,ſtatu,ſeu ordine magis cõmunicant,maiorem ſolent adinuicèm ſocietatem ac dilectionem habere,quanuis quandoq; per accidens contingat oppoſitũ, inquantùm vnus alium impedit à ſuo lucro,honore,delectatione aut commodo.Vndè figuli ſolent inter ſe corrixari.Porrò diuerſitas actionum, affectionũ & morum, ſocietatem, dilectionem, concordiam impedit. Propterea ſubditur:[Sicut communicabit lupus cum agno aliquandò,] i. ſicut coniunctio lupi cum agno,nunq̃ conuenit agno: [ſic peccator] impœnitens,non communicat[iuſto] in moribus,nec conuenit iuſto illius aſſociatio,niſi vt eum conuertat,vel ob aliam piam causam.[Quæ communicatio homini ſancto ad canem?]i.gentilem,qui in ſcripturis ſæpè vocatur canis.Vel ad canẽ,i.iracundũ,rixoſum,cani conſimilem.[aut quæ pars homini diuiti ad pauperem?]i.nõ habent aliquid commune,per quod in conuerſatione ciuili conueniãt ad conuiuendum ex æquo.Pauper tamen diuiti poteſt ad ſeruiendum cohabitare, & ab eo ſubſidium petere.[Venatio leonis,onager in deſerto:]i.aſinus ſylueſtris(ſicut & ceruus) eſt res,quam leo inſequitur in deſerto ad comedendum.[ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes:] i.diuites potentes,auari,crudeles,pauperum bona diripiunt,& eorum laboribus paſcũt ſe, de quibus ſcriptum eſt in Prouerbijs: Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis,vt comedat inopes de terra,& pauperes ex hominibus. ꝙbus in Iſaia dominus increpatorie loquitur:Quarè atteritis populum meum, & facies pauperum comolitis?Contra quod ꝓcipitur Prou.22.Non facies violẽtiam pauperi,quia pauper eſt,neq; conteras egenum in porta,quia dominus iudicabit cauſam eius,& cõfiget eos qui confixerunt animam eius.[& ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas,]qa humiliare ſe & ſubdi,viliſq; reputari & obedire abhorret.[ſic & execratio diuiti pauper]i.inordinatus & ſuperfluus diuitiarũ amator,paupertatẽ abominat̃,& pauper exiſtere dedignat̃. Aliqui quoq; tam impij ſunt & peruerſi,vt & ipſos pauperes aſpernentur. [Diues cõmotus]i. aduerſitate aliqua tactus,ſeu infortuniũ paſſus,[confirmat̃]i.conſiliũ & auxiliũ ſuſcipit,[ab amicis ſuis,] q̃ feſtinant eũ ad priſtini ſtatũs proſperitatẽ ac robur reducere,ſperantes ex hoc proprium conſequi cõmodum,& honorẽ ab ipſo.[humilis aũt]i. pauper[cũ ceciderit]in diffortuniũ,[expelletur & à notis.Diuiti decepto multi]ſunt[recuperatores]cooperantes ei ad recuperandum damnũ,quod paſſus eſt.[locutus eſt ſuperbè,& iuſtificauerũt illum]etiam in peccatis adulatores iniqui,iuxta illud: Qm̃ laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. [Inſuper &] iniquus[benedicitur.Humilis aũt]i. pauper &modicus[deceptus eſt,]i.damnum perpeſſus, vel propria ignorantia aut aliorũ circunuẽtione in errorem delapſus.[inſuper & arguitur] tanquàm ignarus & ſimplex.Hinc apud ſapientem legit̃:Diuitiæ addunt amicos plurimos. A paupere aũt & hi quos habuit,ſeparantur.Itemq;:Multi colunt perſonam potentis,fratres aũt hominis pauperis oderunt eũ.Inſuper & amici procùl receſſerũt ab eo.[locutus eſt ſensatè]ipſe pauper & humilis,[& non eſt datus ei locus]i.audientia ei negata eſt,ex cõtemptu ſuæ perſonæ,ob eius inopiam.[Diues locutus eſt,& oẽs tacuerunt]audiendo eum reuerenter,quia honoratur ob ſuas diuitias.[& verbũ illius vſq; ad nubes perducent]i. vehementer extollent tan quàm omni ſapientia plenũ,vt ei complaceant.[Pauper locutus eſt] in medio communitatis,[& dicunt,quis eſt hic?]quaſi dicant,Indignus eſt inter nos loqui. [& ſi offenderit]in verbo,aut facto,aut omiſſione,[ſubuertent illum:]i. reprobabunt & acriter punient.Hinc in Eccleſiaſte inducitur:Quomodò ſapientia pauperis contempta eſt, & verba eius non ſunt audita?Veruntũ viri verè prudẽtes,nõ ità contemnunt pauperũ verba perita. Ideò Salómon addit ibidẽ:Verba ſapiẽtum audiunt̃ in ſilentio,plus q̃ clamor principis inter ſtultos.Et quãuis ꝑdicta ſint vera,non tamẽ ſunt intelligenda,quaſi omnis pauper ſit bonus,& omnis diues iniquus.Immò quẽadmodùm ſcriptũ eſt Iob 36.Deus potẽtes nõ abijcit cùm & ipſe ſit potẽs:ſic dici poteſt,deus diuites nõ abijcit nec repellit,cùm & ipſe ſit diues. In vtroq; quoq; teſtamẽto multi diuites iuſti fuerũt.Hinc ſubditur:[Bona eſt ſubſtantia,]i. benè poſſeſſa,nec culpæ abuſuiq; admixta,[cui.nõ eſt peccatũ in cõſcientia:]i.de cuius acquiſitiõe,cõſeruatione & vſu,ipſe diues nõ indiget cõſciẽtię habere remorſum.[& nequiſſima paupertas in ore impij:]i. paupertas iniqui in verbis irrefrenati,prauiſſima eſt, ſeu maximis

Matth.15. Marc.7. Apoc.22.

Prou.30.

Iſaiæ 3.

Pſalm.6.

Eccẽs 9.

maximis culpis admixta, quia ſic pauper de ſua paupertate impatiens, eſt murmurans, aliorumq; bona cupiēs, furās, diripiens. [Cor hominis immutat faciē illius, ſiue in bono, ſiue in malo:]i. iuxta variam cordis diſpoſitionē variatur diſpoſitio faciei, in qua potiſſimùm appáret animæ habitudo: quia ſi cor timet, mœret, inuidet: appáret communiter pallor, liuor, & contractio quædā in facie. Si iraſcitur, furit, aut verecūdatur: appáret rubor in vultu. Si iucundatur & trāquillum eſt ac tutū, reſultat vniformis & læta diſpoſitio quædā in facie. Ideò ait ſcriptura Pro. 27. Quomodò in aquis vultus reſplendēt proſpicientium, ſic corda homi nū manifeſta ſunt prudētibus. Et de hoc pleniùs dictū eſt ibi. Hinc ſcriptū eſt Nehe. 2. Eram quaſi languidus ante faciē regis, dixitq; mihi rex: Quarè vultus tuus triſtis eſt, cùm te ægrotum non videa? non eſt hoc fruſtrà, ſed malum, neſcio quod, in corde tuo eſt. [Veſtigiū cordis boni,]i. vera indicia interioris virtuoſitatis, [& faciem bonam]interiorem, i. mentē vir-
Pſalm. 26. tuoſam, de qua ait Pſalmiſta: Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. [difficilè inuenies & cum labore:]quia perpauci ſunt verè iuſti & virtuoſi. Quanuis etiam verum ſit, in facie exteriore relucere interioris bonitatis indicia, talia tamen ſigna non ſunt certa, nec certam pariunt notitiam virtuoſitatis internæ, eo quòd multi verſuti, immò & aliqui virtuoſi, ſciant bonam in exteriori vultu apparentiam ac iucundam aſſumere, non obſtante contra-
2. Reg. 3. & 20. ria diſpoſitione interiori, ſicut & Ioab amicabilem vultum monſtrauit Abner & Amaſæ, Eſther quoq; 15. legitur, quòd ipſa ſancta Eſther roſeo colore vultum perfuſa, gratis ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum.

¶ Expoſitio cap. 14. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Artic. 14.

BEatus vir qui non eſt lapſus verbo]prolato [ex ore ſuo,]i. qui nō offendit de non loquendo, nec mortaliter nec venialiter, quod perpaucis conceſſum eſt. Multis tamē cōceſſum eſt, nō peccâſſe mortaliter in loquēdo, nec etiā in tacendo. Deniquè oris cuſtodia & refrenatio linguę, p̄cipuum ſignū eſt perfectiōis internæ ac ſapiē-
Iacob. 3. tiæ veræ. Propter quod ait Iacobus Apoſtolus: Si q̄s in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. [& nō eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.]i. tam virtuoſē eſt cōuerſatus, q̄ nō indiget conteri aut triſtari ſeu pœnitere de peccato in opere ſeu boni agendi omiſſione, vel de taciturnitate indiſcreta, qua tacetur, quod loco & tempore opportunis dicendū eſt: ſicut in Vitis patrum narratur de Abbate Pambo viro ſanctiſſimo, quòd moriens loquutus eſt fratribus, Non pœnitet me de verbo quod loquutus ſum ex die, quo factus ſum monachus: qui tamen (ſi benè recordor) ſexaginta circiter annis extitit monachus. [Felix] homo [qui non habuit animi ſui triſtitiam,]i. inordinatum, carnalem, ſecularem mœrorem non habuit de damno temporali, aduerſitate mundana, afflictionéve corporali, ſed in omnibus illis patiens fuit, triſtitiam refrenando, de qua Prouerb. 25. legitur: Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ſic triſtitia nocet cordi, de qua infrà pleniùs differetur. [& non excidit à ſpe ſua:]i. non ceſſauit ſperare in Domino, ſeu fructu & effectu ſpei ſuæ priuatus non eſt, ſed à Deo conſequutus eſt gratiam & incrementa virtutum, ſicut confidenter orauit: [Viro cupido & tenaci,]qui terrena auariter appetit ac reſeruat, [ſine ratione eſt ſubſtantia:]i. inutiliter habet diuitias, nec rationabiliter vtitur eis. Veruntamen Deus non ſine ratione occulta tribuit ei
Eccēs 5. terrena. De tali diuite in Eccleſiaſte inducitur: Quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? [& homini liuido ad quid aurum?] niſi ad maiorem ſui damnationem, qa nec indiget eo, nec ſauet id, neque commmunicat alijs. [Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè,] i. ex propoſito ſuperfluè congregat ac reſeruat ſibi terrena, [alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur:]i. iuſto Dei iudicio per vitæ abbreuiationem ſeu mortem priuabitur
Ibidēm. vſu opum ſuarum, & deuoluētur ad alios, qui laſciuè viuendo eas cōſument, quatenùs ſicut iniuſtè collectæ ſunt, diſpergantur iniuſtè. Vndè fertur in Eccleſiaſte: Diuitiæ conſeruatę in
Eccēs 6. malum Domini ſui, pereunt in afflictione peſſima. Et iterùm: Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole, & frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias, nec tribuit ei poteſtatem, vt comedat ex eis, ſed homo extraneus vorabit eas. Prouerb. quoquè 28. aſſeritur: Qui coacernat diuitias vſuris, & fœnore liberali in pauperes eas congregat. [Qui ſibi nequam eſt,]i. nociuus, nec diuitijs ſuis ex auaritia vtitur, [cui bonus erit?]i. ad quem ſe virtuoſē habebit? Ad nullū planè, qm̄ charitas incipit à ꝓprio ſuo ſubiecto, qua ſubtracta, nulla actio eſt meritoria, aut ſimpliciter bona, ſeu ad ſaluté directè proficua. [& nō iucundabitur in bonis ſuis:]i. opibus ſuis delectabiliter nō vtetur, cùm ſit in ſeipſo amarus, & p̄ auaritia rebus ſuis ad ſuffi cientiam vti nō audens. Hinc ſeqtur: [Qui ſibi inuidet,] i. neceſſaria ex auaritia ſubtrahit, [nihil eſt illo nequius: quātùm ad hoc, q̄ peccat nō ſolùm in Deū & in ꝓximos atq; in animā ſuā, ſed etiā in propriū corpus, quod affligit & macerat, nō virtute, ſed vitio. [& hæc eſt

redditio

redditio malitię eius:]i. auara iſta ſubtractio, qua corpori ſuo neceſſaria quędam negat, non ſolùm eſt culpa, ſed etiam pœna peccati, & pœnalis redditio ſeu punitio malitiæ ſeu auaritiæ ſuæ, quæ in ſubiecto proprio ſic punitur, quoniam terrena ſua ſibi ſuperflua, alijs non largitur. [& ſi benè fecerit,]i. ſi talis inuidus agit quædam de genere bonorum, [ignoranter & non volens facit:]i. inſipienter, non ex voluntate debito modo deliberata, [quia non recto intuitu & feruidè propter Deum. Vel ſenſus eſt, Si benè fecerit ei cui inuidet, aliquid circa illum agendo quo proſperetur atque ſaluetur, ignoranter id agit, quia non illa intentione qua iuſſum eſt, ſicut Aman dedit ſententiam qualiter honoraretur, quem rex Aſſue- Eſt. 6. & 7.
rus intenderat honorare, ex qua ſententia honoratus eſt Mardochæus, cuius mortem Aman propoſuit impetrare. [& in nouiſſimo oſtendit malitiam ſuam:]id eſt, inuidiam ſuam tandèm propalat, dolendo de inimici ſui proſperitate, ſicut & Aman de Mardochæi honore doluit, lugens capite cooperto. [Nequam eſt oculus liuidi,]id eſt, interior oculus inuidioſi omninò peruerſus eſt, [& auertens faciens] ſuam ab eo quem odit, quem ſine afflictione in-
tueri vix valet, quemadmodùm impij dicunt de iuſto: Grauis eſt nobis etiam ad viden- Sapien. 2.
dum. [& deſpiciens animam ſuam,]id eſt, propriam animam viliter tractans, eam tam grauiter ſpiritualiter occidendo hoc peſſimo vitio, continuè quoq; eam torquendo punctionibus inuidentiæ ſuæ, q̄ ſunt acerrimi & pœnaliſſimi ſtimuli, corroſionesq; cordis, & quoniam alijs inuidendo oſtendit ſe illis inferiorem, quibus inuidet ea quæ ipſe nō habet. Propter quod ſcriptum eſt Iob 5. Paruulum occídit inuidia. [inſatiabilis] eſt [oculus] interior [cupidi,]iuxta illud Eccēs 5. Auarus non impletur pecunia. Immò quāto plùs obtinet, tanto plùs cupit: ſicut hydropico creſcit ſitis ex potu. [in parte iniquitatis non ſatiabitur:] i. in ſua iniqua appetitione, vel in rebus quas iniquè appetit aut reſeruat, non impletur, nec contentatur affectus ipſius, [donèc cōſumat a reſaciens animam ſuam:] i. propriam ſuam vitam corrumpat, abbreuiet, terminet per ſuæ cupiditatis inquietudinem, anxietatem, curam, anguſtiam, per quas etiam ab omni ſpiritali humore gratiæ ac ſalutaris ſapientiæ, cor ſuum deſiccat & efficit alienum. [Oculus] interior [malus] id eſt, intellectus erroneus ac peruerſus, [ad mala]i. ad vitia inclinatur atque dirigitur, & ad terrena ſuperflua: [& non ſatiabitur illis] vt dictum eſt, [pane indigens,] quia (vt tactum eſt) præ auaritia ſeipſum ad plenum non reficit, [& in triſtitia erit ſuper meſam ſuam:] i. cum cordis affectione manducat & bibit, dolens quòd eum exponere aliquid & minuere opes ſuas oportet. Nempe, vt Salomon
proteſtatur, non recogitat, dicens: Cui reſeruo, & fraudo animam meam? Hæc eſt infelix Eccēs 4.
& fatua abſtinentia cupidorum, qui quotidiè in ſeipſis puniunt auaritiam ſuam. [Fili, ſi habes, benefac tecum:]id eſt, ſi habes temporalia bona, moderatè vtere eis. [& Deo dignas oblationes offer:]i. oblationes inſtitutas in lege, de præſtantioribus pecoribus atq; primitijs frugum tuarum, quæ cæremonialia iam ceſſauerunt: ideò nunc Deo offerre debemus hoſtias ſpirituales, orationes, laudes, obedientiam, ſacramentum quoq; altaris, ac decimas, ac quæ ordinauit Eccleſia. [Memor eſto, quoniam mors non tardat,] i. indeſinenter tibi propin-
quat, & neſcis diem & horam: ideò quicquid poteſt manus tua, inſtanter operare, quia poſt Matth. 25.
mortē non patet precū meritorúmve locus. nam viam per quam nō reuerteris, ambulas, [& Iob 39.
teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi,] non tardat. Teſtamentum inferorum hîc appellatur inſtitutio ſeu ordinatio Dei, de deſcenſu ad aliquem locum inferni in morte: quoniam ante Chriſti paſſionem vniuerſorum animę mox vt ſeparabantur à corpore, deſcenderunt in locum damnatorum, aut in limbum patrum vel puerorum, aut in Pur-
gatorium, quod nobis in ſcriptura manifeſtatur. Siquidem Iacob fatetur: Deſcendam ad fi- Gene. 37.
lium meum lugens in infernum. Et in libro Iob ac libris Regum & in Prophetis frequenter Iob 14.
fit mentio de inferno & eius ſupplicijs, receptaculisq; diuerſis. Hinc & ad Hebr. 9. ait Apo- 3. Reg. 2.
ſtolus: Statutum eſt hominibus ſemèl mori, poſt hoc aūt iudicium. [Teſtamētum em̄ huius Iſaiæ 14.
mundi,]i. diſpoſitio ſeu legatio de rebus terrenis, quibus proueniant morte, [morietur:] i. in morte teſtantis ſeu teſtamētum facientis, ſuſcipit finē & confirmationē, nec poſteà iteratur, ſed manet eius effectus, quēadmodùm Heb. 9. ait Apoſtolus: Teſtamentū in morte confirmatū eſt: Alioquì nōdùm valet, dū viuit q teſtatus eſt. Quidā exponūt ſic, Teſtamentum huius mūdi, i. mūdana hæreditas ſiue poſſeſſio, ab vno alteri derelicta, morte morietur, i. deficiendo deficiet ac deſtruetur, cùm ſit corruptibilis. Et quia teſtamentum huius mundi ſic morietur, conſtat, q̄ teſtamentum inferorum non tardet, quia vnum aliud concomitatur. [Ante mortem benefac amico tuo,]i. cuilibet proximo, loco & tempore opportuno. quēlibet em̄ viatorē, etiam inimicū, ex charitate diligere obligamur. [& ſecūdùm vires tuas exporrigēs,]i. manuū extēdens ad dandū, [da pauperi:]quemadmodùm dixit Tobias: Si mul- Tob. 4.

tum

tum tibi fuerit, multum tribue: si parùm, etiam modicum libenter impartire ſtude. Nempe
Lucę 21. & paupercula vidua, quæ obtulit duo minuta, plus omnibus miſit. [Non defrauderis à die bono:]i. in die ſeu tempore proſperitatis & iucunditatis aut feſtiuitatis, eſto lætus & abundans in actibus virtuoſis, ſpecialiterq; deuotus. Vndè 1. Reg. 25. Dauid mandauit ad Nabal: Quicquid inuenerit manus tua, da ſeruis tuis: In die enim bona venimus ad te. Inſuper dies
Iſaiæ 55. bona, eſt omne tempus nobis indultum ad promerendum, de quibus Iſaias hortatur: Quærite nominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. Et Paulus 2. Corin. 6. Eccè, inquit, nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Iterùm dies bona, eſt dies remunerationis diuinæ, in qua die defraudatur, qui in ea mercede iuſtorum priuatur. ſed & dies æternitatis ac gloriæ in patria, poteſt dies bona & optima nuncupari, à qua defraudatur, qui finaliter ab ea excluditur, iuxta illud Matth. 25. Quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. [& particula boni doni non te prætereat:]i. ſaltem aliquid piæ donationis vel oblationis exerce pro viribus, vt in retributiõe beata habeas portionem, iuxta illud Pſalm. 141. Portio mea DOMINE ſit in terra viuentium. Aliqui habent: Particulam bonę diei non te prætereat, id eſt, nullam partem bonæ diei iam dictæ, expendas infructuoſe. Vel particula bonæ diei, i. ipſa bona dies, quæ eſt particula temporis tibi cõceſſa, vt benè & meritoriè agas. [Nonnè alijs relinques dolores & labores tuos?]i. vtiq; moriendo relinques poſteris tuis, & forſan extraneis & ingratis temporalia tibi reſidua, circa quę modò laboras tam anxiè, vel quæ cum labore & dolore obtinuiſti: ideò melius eſt, vt nunc ante mortem benè vtaris eiſdem, & laudabiliter eroges atq; communices. [In diuiſione ſortis]incerti humani euentûs, [da & accipe:]id eſt, temporalia da egenis propter Deum, & ſpiritalia gratiæ dona in præſenti, & æternæ gloriæ munera in futuro recipies, ſicut hortatur Saluator Lucæ 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Itaq; in diuiſione ſortis, temporalia tibi collata diſpenſando, & in vſum vertẽdo, da & accipe, ſicut iam dictum eſt. Ideò nanq; diſpari ſorte temporalia tribuit Deus, vt dies ex ſua abundantia pauperi tribuens, bonæ erogationis meritis coronetur: pauper ſuſcipiens, ſuæ patientiæ ac paupertatis, humiliſq; poſtulationis brauijs munereẽ. [& iuſtifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiam,]vnicuiq; exoluendo quod ei tenéris: in primis Deo obedientiam & honorem, per omnium mandatorum ad te pertinentium adimpletionem, proximis bonum exemplum, conſilium atq; auxilium, & tibijpſi iugem cordis cuſtodiam, prælato quoquè ſubiectionem: [quoniã non eſt apud inferos inuenire cibum:]i. poſt
Ioan. 4. mortem nemo ampliùs poteſt ſe meritoriè operãdo reficere, de quo cibo ait Saluator: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ patris mei. Et ideò ait, apud inferos: qa dum edidit librum iſtum, omnes ad aliquem deſcenderunt inferni locum. [Omis caro, ſicut fœnũ, veteraſcet:]quod de homine eiusq; carne videmus ad oculum. Aliqui tamen antequàm veteraſcãt, moriuntur. Idcircò quod ait, omnis caro, intelligitur per modum diſtributionis accommodæ, vel ſub conditione, putà: Si vixerit iuxta naturalem periodum, de qua ait in Pſalm. 89. Dies annorum noſtrorum, in ipſis ſeptuaginta anni, &c. [& ſicut folium fructificans]i. augmentum accipiens, [in arbore viridi:]i. florenti: quia vt folium illud citò marceſcit, ſic homo aſſiduè antiquitati propinquat. Hinc fertur Iſaiæ 40. Omnis caro fœnum, & omis gloria eius quaſi flos agri. Verè fœnum eſt populus. Et Pſalm. 36. Quoniam tanquàm fœnum velociter
*olera areſcent, & tanquàm *folium herbarum, citò décident. Hoc eſt quod dicitur Iacob. 4. Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicum párens, deincèps exterminabitur. [Alia generantur]de nouo in plantis & animalibus ac cæteris mixtis, [& alia deijciuntur]per corruptionem. [Sic generatio carnis & ſanguinis]id eſt, natio hominum, [alia finitur]per mortem, [& alia naſcitur,]iuxta illud Iob 34. Cõteret Deus multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Et Eccés 1. Generatio præterit, & generatio aduenit. [Omne opus corruptibile in fine deficiet:]quicquid enim in ſeipſo habet corruptionis principium, tanquàm ex contrarijs compoſitum, tandèm corrumpitur. Quicquid etiam ſecundùm ſe totum corruptibile eſt, in fine ſeculi corrumpetur, & deſinit eſſe. nunc tamen videtur loqui de opere iniquitatis, quod corrumpit vitam gratiæ & eſſe virtutum, & in morte deficit, atq; à ſalute deficere facit peccantem, quemadmodùm Pſal. 1. ſcriptum eſt, Iter impiorum peribit. Nam ſubdit: [& qui illud operatur, ibit cum illo]ad pœnas, iuxta quod legitur Apoc. 14. Opera eorum ſequuntur illos. Et Iſaiæ 1. dicitur: Erit fortitudo impiorum, vt fauilla ſtuppæ, & opus quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrunque ſimùl. Hoc eſt quod Malach. 4. ait ſcriptura: Eccè dies veniet ſuccenía quaſi ignis, & erunt omnes ſuperbi & omnes facientes impietatem, ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, quæ non relinquet eis radicem. [& omne opus electum iuſtificabitur:]

cabitur:]i. omnis actio virtuoſa, elegãs, meritoria, à Deo approbabitur. [& qui operatur illud, honorabitur in illo:]i. à iudice ſummo iuſtus eſſe ſentẽtiabitur, & gloriam ac cæleſtem
Matth. 13. ſortietur honorem, ſicut ait Saluator: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. Et rur-
Ioan. 12. ſùs: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. [Beatus vir qui in ſapientia morabitur:]i. actui ſapientiæ, ſcilicet cõtemplationi, ſtabiliter immoratur. Talis quippe eſt nunc beatus in ſpe & inchoatione, ac merito ſeu diſpoſitione propinqua, cùm contemplatio ſit futuræ beatitudinis inchoatio, ſecũdùm illud Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum. Et quia in hac vita non ſolùm eſt immorandum cõtemplationi teſtimoniorum ſeu credendorum, ſed etiam executionibus præceptorum, ſubiungitur: [& qui in iuſtitia méditabitur,]i. diligenter conſiderat Dei præcepta, & qualiter impleat ea, iuxta illud in Pſal. 102. Memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendũ ea. Vndè dictum
Eccĩ 3. eſt ſuprà: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. [& in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei in corde ſuo:]id eſt, intellectualiter penſat, qualiter in omnibus circunſpectè ſe habeat, & diſcretionem Deo placentem obſeruet, vt ſit animal antè & retrò, ac vndiq; oculatum, iuxta illud Agg. 1. Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, & ſic ſit ratiõabile obſequium ſuum: Vel, circunſpectionem Dei, i. ritè perpendit, qualiter DEVS circunſpiciat, atq; perſpiciat, & iudicet vniuerſa, iuxta quod Ierem. 32. ait: Cuius oculi aperti ſuper omnes filios Adam, vt reddat vnicuiq; ſecũdùm vias ſuas. Sicq; in præſentia iudicis ſummi, timoratè, reuerenter, ac purè in omnibus conuerſatur, dicẽs cum viro ſancto: Oculi mei ſemper ad DO-
Pſalm. 24. minum. [Qui cogitat vias illius,]i. diuina præcepta, documenta, conſilia, iudicia, & opera eius, per quæ omnia ad Dei notitiam ac ſalutem perducimur, de quibus ſcriptũ eſt Prou. 3. Viæ eius, viæ pulchræ. Iob quoq;: Eccè, inquit, hæc dicta ſunt ex parte viarũ eius. [& in abſ-
Iob 26. conditis illius intelligens,]i. cæleſtium Sacramẽtorum, ſecretorumq; fidei, ac myſticorum ſenſuum ſcripturæ ſacræ illuminationem & intelligentiam bonam habens, ſicut orat Propheta: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Abſcõdita quoq; Dei ſunt
Pſal. 118. incomprehenſibilia attributa ipſius, ſcilicet ſapientia, omnipotentia, iuſtitia, &c. quæ tamen per fidem & rationem, & ſpecialiter per ſapientiæ donum ac illuſtrationem aliqualiter intelliguntur, dicente Apoſtolo Rom. 1. Inuiſibilia Dei, i. inuiſibiles eius proprietates, per ea quæ facta ſunt, conſpiciuntur. [vadens poſt illam,]i. ſapiẽtiam increatam apprehendere nitens, & per opera virtuoſa ei cupiens propinquare, eiusq; actibus ſtudens ſe humiliter conformare, inſtruendo, corripiendo, illuminando, ſicut hortaĩ Apoſtolus Eph. 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi. [quaſi inueſtigator,]iuxta illud Sapiẽ. 8. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea. [& in vijs illius conſiſtens:]i. in mandatorum executionibus permanens. Deindè parabolicè loquens, adiungit: [qui reſpicit per feneſtras eius,]i. per intelligentiam ſcripturarum, & per ſcripturæ ſacræ authores, per quos tanquàm per feneſtras, deuenit ad nos claritas illuſtrationis diuinæ. Feneſtræ quoq; ſunt ipſæ illuminatiões ſuper-
Cant. 2. næ. Vndè loquitur ſponſa: En ipſe (ſcilicet ſponſus) ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras. [& in ianuis illius audiens.]Ianuæ ſapiẽtiæ huius, ſunt, fides, ſpes, charitas, per quas ad beatificam fruitionem intratur. Ianuæ etiam ſunt Eccleſiaſtica Sacramẽta, per quas introitur ad regnum. Similiter prælati & prædicatores ſunt ianuæ, per quas Sapientiæ Dei coniungimur. In his ianuis, & per eas, debemus audire præcepta ac monita, conſilia ac myſteria ſapientiæ æternalis. [qui requieſcit iuxta domum illius.]Domus ſapientiæ, ſunt illuminatorum fideliũ corda, in quibus quaſi in templo moratur, ſicut loqtur Paulus 1. Cor. 6. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Domus quoquè ſunt congregationes deuotæ, in quibus eſt quieſcendum. [& in parietibus figens palum,]i. intellectum ſtudij ſui ſtabiliens in nouo ac veteri teſtamento. Inſuper per parietes, qui ſunt medij inter videntem, & eũ qui videtur, intelliguntur figuræ & tropi, ac vaticinia ſcripturarum, & generaliter ipſa creata,
1. Cor. 13. per quæ creator agnoſcitur. Nunc enim videmus per ſpeculum in ænigmate. [Statuet caſulam ſuam]i. habitationis ſuæ domunculam ſeu domicilium ſui cordis, [ad manus illius,]i. de propinquo ad poteſtatem, liberalitatem, & pietatem ſapientiæ, vt ſemper ſit paratus recipere influentiam eius. [& requieſcent in caſula illius bona:]i. chariſmata gratiarum conſiſtent in corde huiuſcemodi viri. [per eum]i. mediãte hoc exercitio ſeu ſtudio ſuo. Vel per eum, i. ex collatione ipſius Dei, [ſtatuet filios ſuos]i. ſubditos aut diſcipulos, vel proprios actus. [ſub tegmine illius]i. in tecto vel ſchola ſapientiæ, vtpotè ſub diſciplina & correctione, religioſo ve loco, vt inibi erudiãtur à nomine, & iuxta eius directionem iugiter viuãt ac regulentur. [& ſub ramis]i. protectione & conſolatione [illius morabitur:]iuxta illud Pſalm. 90. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Vndè

Psal. 62. & alibi:In velamento alarum tuarum exultabo.[protegetur sub tegmine eius:]i. in schola sapientiæ iam præfata.[à feruore]i.ab aduersitatum, tentationum, vitiorum, & passionum vehementia,impetu & ardore,secundùm illud Isaiæ 4.Super omnem gloriam protectio,& tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.Vndè & 1.Petri 4. inducitur:Charissimi,nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit,quasi noui vobis aliquid contingat.[& in gloria eius]id est, in beatitudine & glorioſa fruitione æternæ sapientiæ post vitam hanc,[requiescet]in patria, prout ipsa æterna sapientia Ioann.12.protestatur: Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Apocalyp. quoquè 3. Dabo ei sedere mecum in throno meo. Deniquè per omnem hanc circunlocutionem,parabolicum metaphoricumque sermonem,non aliud datur intelligi, nisi quàm studioſè,feruenter,intimè,& perseueranter homo virtuosus & docilis applicet se summæ & increatæ sapientiæ,vt iam illuminetur ab ea,& demùm æternaliter perfruatur eadem,& quàm copiosum atq; multiplicem fructum hinc consequatur.Et cõsonat hic modus loquendi ei,quod sapiẽtia ista Prouer.8.disseruit:Beatus homo qui vigilat ad fores meas quotidiè,& obseruat ad postes ostij mei.

¶Elucidatio cap.15. Qui timet Deum,faciet bona. Articulus 15.

Eccl 14. RVrsus hîc docet,quis aptus sit sapientiam veram acquirere,& quanta bona operetur increata sapientia in homine studioso ac bono.[Qui timet Deum]filiali timore,[faciet]illud,quod in fine præcedentis capituli dictum est de applicatione hominis boni ad sapientiam summam:[& qui continens est iustitiæ,]i.diligens ad obseruandum iustitiam,quæ est omnis virtus,de qua dixit Saluator ad beatissimum
Ioan.1. Ioannem Baptistam:Sic decet nos implere omnem iustitiam. Nempe sapientia cùm sit mũ-
Sapien.1. dissimus splendor,non intrat in maleuolam animam,sed necesse est ei præbere receptaculum purum.Nam & teste philosopho:Susceptium non est contingens, & actus actiuorum
Eccl 1. sunt in patiente dispositio.Ideò dictum est suprà:Fili,concupiscens sapiẽtiam, conserua iustitiam,& Deus præbebit illam tibi.Vndè ait Apostolus Hebr. 10. Accedamus cum corde vero in plenitudine fidei,adsperſi corda à conscientia mala.Et istud intelligi potest,tam de sapientia increata, quàm de infusa sapientia, quæ est donum.[appræhendet illam: & obuiabit illi]scilicet homini timorato, qui ab impedimentis sapientiæ, scilicet à peccatis se
Sapien. 6. reprimit,[quasi mater honorificata,]i.amoroſè & piè præbebit,& manifestabit se hominibus liter,sicut pia & venerabilis mater obuiat filio suo dilecto ac bono.Ideò scriptum est:Sapientia facilè videtur ab his qui diligunt illam,& inuenitur ab his qui quærunt illam.Præoccupat eos qui se concupiscunt,vt illis se prior ostendat.[& quasi mulier à virginitate suscipiet illum:]i.spiritualiter amplectetur hominem illum,sicut sponsa virgo proprium sponsum. [Cibabit]Deus seu sapiẽtia increata,[illum]i.animam hominis talis[pane vitæ:]i. actu virMatth. 6. tuoso seu verbo scripturæ,immò ipsomet Christo,qui ait Ioan. 6.Ego sum panis vitæ,q docMatth. 4. uit nos orare,Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodiè. De huiuscemodi pane allegauit dominus tentatori illud Deu.8.Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.[& intellectûs,]i. illuminatione interna,quæ reficit intellectũ, vtpotè intelligentia scripturarum,ità quòd vnctio docebit eum de omnibus.[& aqua sapientiæ salutaris]i. dulcedine, fructu,& merito contemplationis,quæ est doni sapiẽtiæ actus, [potabit]i.recreabit,lætificabit,inebriabitque[illum:]iuxta illud Cantic.5.Comedite amici & bibite,& inebriamini charissimi.Insuper aqua sapientiæ salutaris, est abundantia diuinæ illuminationis,gratia spiritualis,ros superni charismatis,imber internæ fœcundationis,sermo diuinus.Vndè loquitur Christus Ioan.4.Qui biberit ex aqua quam ego dabo,nõ sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.Apocalyp. quoquè 22. Qui sitit,veniat:& qui vult, bibat aquam vitæ gratis. Et Isaias:
Isaiæ 55. Omnes,inquit, sitientes venite ad aquas.[& firmabitur in illo]i. homo talis per hos sapi-
Eccẽs 7. entiæ effectus & refectiones stabilietur in Deo,quemadmodùm scriptum est:Sapiẽtia confortauit sapientem.Prouerb.quoquè 24.Vir sapiens,fortis est:& vir doctus,robustus & va-
Sapien. 8. lidus. Sapiens enim passionibus dominatur. Et sicut in libro Sapientiæ legitur, Sapientia vincit malitiam.Vel vt alij legunt, Sapientiam non vincit malitia,quod notum de sapientia,quæ est donum, est intelligendum.[& non flectetur.]id est, sapiens à via iustitiæ non recedet,iuxta illud Prouerb.14.Sapiens declinat à malo. Hoc tamen non est sic intelligendum,quasi vir habens donum sapientiæ, non possit peccare mortaliter & perire: sed quia non cadit de facili,præsertim si sit in dono isto perfectus, secundùm quod infrà 27. habe-
*sensatus tur:Homo *sanctus in sapientia manet vt sol.[& continebit illum,]id est, Deus eum gratioſè

tioſè conseruabit,[& non cõfundetur,]i.aduersariorum suorum irrisionibus non patebit, nec spei suæ effectu frustrabitur.[& exaltabit illum apud proximos suos,]i. per gratiarum charismata faciet eum inter homines nũc sublimem,deindè inter beatos in patria, qui sunt proximi nostri per communionem naturæ ac prædestinationem.Vndè & nòmine proximi designantur,cùm dicitur:Diliges proximum tuum,sicut teipsum. Qui etiam nominantur Mat.5. 22.
proximi Dei,quia per dona gloriæ sunt ei propinqui,& glorioſi eius inseparabiles; amici. Marc. 12.
[Etin medio Ecclesiæ aperiet os eius,]i.aliorũ prælatum seu prædicatorem & doctorẽ con Lucæ 10.
stituet eũ,dabitq; ei efficaciam docendi quàmplures,atq; ad loquendum salubriter mouebit eum interiùs,ità quòd ex diuino loquetur instinctu,quemadmodùm Paulus pro se orari petijt,dicens:Vt detur mihi sermo in apertione oris mei.[& implebit eũ spiritu sapientiæ & Ephe.6.
intellectûs,]i.Spiritusancto,qui est,spiritus veritatis,ab increata sapientia procedens,ac totius creatæ sapientiæ magister & dator.De quo scriptum est Sap.7.Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.Et rursùs ibidèm:Est enim in illa,scilicet in increata sapiẽtia, spiritus intelligentiæ sanctus.De quo loquitur Christus Ioan.16.Cùm venerit ille spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem.Vel spiritu,i.dono gratiæ & sapientiæ,ad contemplandum diuinà cum degustatione interna.Dono quoq; intellectûs,ad penetrandum ea quę fidei sunt, intelligendo rationes credendorum,& pulcherrimam connexionem eorum,atq; ad instruendum populum de eisdem.[& stola gloriæ,]i.sacerdotali & pontificali amictu, seu veste beatæ immortalitatis,vtpotè stola glorificationis corporis & animæ.[induet eum iucunditatem & exultationem,]i.spiritalem lætitiam mentis,& redundantiam eius in corpus.[thesaurizabit super eum,]i.copioſè atq; stabiliter dabit in corde ipsius, quia non solùm in futuro eum plenariè glorificabit,sed etiam in præsenti consolabitur,& exhilarabit eum multipliciter ac frequenter ex intuitu & amore suijpsius,& spe felicitatis futuræ, ex consideratione quoq; spiritalis profectûs Ecclesiæ,i.fidelium,qui instruuntur, conuertuntur & saluantur per ipsum.De quorum profectu & salute vehementissimè gloriatur in domino, ità quòd propter hæc dicere potest illud Psalm.83.Cor meum & caro mea exultauerũt in Deum viuum.Et illud Sapien.8.Intrans in domum meam,cõquiescam cum illa.Non enim habet amaritudinem conuersatio illius,sed lætitiam &gaudium.Itemq;:Maiorem horum gra- 3.Ioan.b.
tiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulantes. Vndè & Paulus suis scripsit discipulis:Vos estis corona nostra & gaudium. [& nomine æterno hæreditabit eũ] Philip.4.
i.tam in militãti quàm in triumphanti Ecclesia faciet eum famosum,sicut & infrà 39. habetur:Non recedet memoria eius.Siquidem memoria iusti cum laudibus:&,In memoria æter- Prou.10.
na erit iustus.[Homines stulti]i. vitiosi quibus deest sapientiæ donum, & inest puerilitatis Psalm. 111.
seu insipientiæ vitium,quia terrena,carnalia & immunda præferunt spiritalibus ac diuinis, quod est stultitia maxima,de quibus Salomon:Stultorũ,inquit,infinitus est numerus.[non Eccẽs 1.
appræhendent illam]scilicet sapientiam increatam, seu sapientiæ donum, quàm diù sunt stulti,sicut & Paulus testatur:Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritûs Dei. Verun- 1.Cor.2.
tamen conuerti possunt & pœnitere,eamque obtinere,ità quòd illud Apostoli Eph.5. merebuntur audire:Fuistis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in domino. [& homines sensati obuiabunt illi:]i.ad proficiendum in ea,applicabunt se illi cum reuerentia & obedientia.Iuxta hunc sensum subiungitur:[Homines stulti non videbunt]i.non intelligẽt[eam,] nec ad beatificam eius visionem pertingent,nisi pœniteant.[longè enim]non loco,sed dissimilitudine & detestatione peccati,[abest à superbia & dolo:]quæ specialiter displicent sapientiæ æternali,Prouerb.8. loquẽti:Arrogantiam & superbiam & os bilingue detestor. Vndè & Sapient.1.inducitur:Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Econtrà verò specialiter adest,seque communicat humilibus atque simplicibus, quemadmodùm scriptum est Prou.3.Cum simplicibus sermocinatio eius.Et rursùs Psalm.18.Testimoniũ domini fidele,sapientiam præstans paruulis.[Viri mendaces]mendacitate pernicioſi mendacij,quod est mortale peccatum,[non erunt illius memores:]i.puritatem, sanctitatem, ac districtum iudicium æternæ sapientiæ non attendunt,nec ponderant:quod si facerent,verecundarentur,metuerentq; mentiri,cum omne mẽdacium sit quidam recessus à veritate ac sapientia, & quædam stultitia,idcircò est culpa.[& viri veraces,]in quibus non solùm est veritas doctrinæ,sed etiam veritas vitæ atq; iustitiæ.[inueniuntur in illa:]quia adhærent & vniti sunt sapientiæ huic,cuius intuitu & amore abhorrent ac vitant omne mendacium. [& succeſſus habebũt]i. spirituales profectus,incrementaq; gratiæ,[vsq;]ad inspectionem Dei,]i.perseueranter,quousq; ad conspectum gloriæ altissimi assumantur in patria.Non,quod post vitam præsentem proficiunt ità,sed viri heroici vsq; ad mortẽ,qua euolant,crescunt in sapientiæ

dono.[Non est ſpecioſa laus in ore peccatoris:]i.laudatio ſeu doctrina, qua quis, in mortali culpa exiſtens, Deum laudat ſeu populo prædicat, non eſt ſyncera, nec placita Deo, qa non oritur ex virtute, ſed abominabilis dnō. Non quòd ipſa veritas per illum prolata, ſit fœda, aut diſplicens creatori: ſed quòd actus docēdi, quo indignè & p̄ſumptuoſè ſe ingerit ad docendum, diſpliceat Deo, culpabilisq; exiſtat: Immò ſecūdùm Thomā ſuper quartū Sententiarum, talis p̄dicando peccat mortaliter. Nam & quod verbis affirmat, proprijs reprobat actibus vitioſis: ſicq; intentionē ſcripturę, quātùm eſt in ipſo, euacuat, cùm maius ſit aliquid aſſerere facto, q̄ ſolo verbo. Hinc ait Hieronymus: Faciamus primùm, & poſteà doceamus, nè doctrinæ authoritas prauis operibus deſtruatur. Et denuò: Vide, nè ſermones tuos opera tua confundant. Delicatus magiſter, q̄ pleno ventre de ieiunijs diſputat. Si igitur vis vt laus tua placeat Deo ſimiliter & doctrina, ſatage vt tuipſe inprimis placeas ei. Hinc nāq; & Apoſtolus Rom.2. dixit Qui alium doces, teipſum nō doces. Ideò ſequi oportet eius veſtigia, de quo ſcriptum eſt Act.1. Cœpit Ieſus facere & docere. [quoniam non eſt à dnō miſſus]ad prædicandū ſeu laudandum Deum ipſe peccator, ſed indignè aſſumit ſibi honorem, iuxta illud in Pſalm.43. Peccatori autem dixit Deus: Quarè tu enarras iuſtitias meas? Hinc puto (ſicut alibi pleniùs ſcripſi) quòd Iudas proditor fuerit bonus, quandò fuit à Chriſto ad apoſtolatum aſſumptus, atq; ad prædicandum directus cum Apoſtolis alijs: ſed malitioſus effectus eſt, non ſolùm tempore dominicæ paſſionis, immò & antè, ac tunc quādò Chriſtus dixit Apoſtolis: Nonnè ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? [quoniā à Deo profecta eſt ſapientia,]i.donum ſapientiæ, quod ineſt his, qui à Deo diriguntur ad prædicandum, à Deo infunditur, & non ineſt iniquis. Ideò non ſunt miſſi à Deo. [Sapientiæ enim Dei adſtabit laus,]i.ſapientiæ ſalutari à Deo infuſæ, coniungit laus Dei beneplacita ei. Hoc eſt, laudatio & doctrina illa complacet Deo, q̄ à verè ſapientibus & deuotis procedit. [& in ore fidelium abundabit]laus Dei, iuxta illud Pſalmiſtæ: Benedicam dnm in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. [& dominator]vniuerſorum [dabit eam illi:]i. ſapiētiam augebit ſuo laudatori fideli. Vel, dabit eam illi, i. ipſam laudem, ſeu laudandi deuotionē infundet laudāti, ità quòd deuota laudatio eſt Dei donatio, ſicut & omnia noſtra merita, ſunt Dei munera. [Non dixeris, per Deum abeſt:]i.non ſentias neq; affirmes ſapientiam tibi deeſſe ex parte Dei, quaſi ipſe ſit cauſa peccati tui, ſed potiùs ex tua negligentia & iniquitate contingit, quòd dono ſapientiæ cares. [quæ enim odit, nè feceris:]i.non pecces, & ſapientia aderit tibi. [Non dicas, ille me implanauit:]i. Deus me decepit aut fecit errare, dando mihi fragilem naturam ac fomite infectam. [non enim neceſſarij ſunt illi homines impij.] id eſt, iniqui non ſunt neceſſarij, ſed abominabiles Deo. Nam & ſuam poſſet declārare iuſtitiam aliter, quàm in peruerſis hominibus. Ideò ſubditur: [Omne execramentum erroris]id eſt, omnem execrabilem & vitioſum errorem, [odit dnus:] qui eſt veritas & ſapientia. [& non erit amabile timentibus illum:] id eſt, hominibus timoratis execramētum erroris non erit amabile, ſed magis odibile, quoniam mentis ſuæ iudicium Deo conformant. Verùm obijci his poſſet, quod in Ezechiele legitur: Propheta cùm errauerit, ego Dominus decepi prophetam illum. Et Ierem. 20. Seduxiſti me dnē, & ſeductus ſum. Iſaiæ quoquè 63. Quarè nos errare feciſti de vijs tuis? indurāſti corda noſtra, nè timeremus te? Itemq; Deuteronom.2. dicitur: Noluit rex Eſebon filijs Iſrael dare tranſitum, quia indurauit dominus Deus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus Iſraelis. Verùm ad oſa iſta & conſimilia multa, quæ poſſent adduci, eſt vna ſolutio, quòd ſcilicet iſta attribuuntur Deo, non effectiuè, ſed permiſſiuè, quoniam gratiam non apponit: nec tamen idcircò eſt cauſa peccati, nec culpa imputari poterit ei, quoniam iuſto iudicio gratiam retrahit, nec eam tribuere obligatur. Contra præfactum errorem imputantium Deo vitia hominum, loquit ſanctus Iacobus in Canonica ſua: Nemo, cùm tentat, dicat, qa à Deo tētatur: Deus enim intentator malorum eſt. Contra quem errorem prauiſſimum Paulus pleniùs diſputat: Si, inquiens, iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram &c? Conſequenter tangitur radix & origo peccati, quæ eſt liberum arbitriū: quod, inquantùm ex nihilo eſt, & defectuoſum in ſe, poteſt errare. [Deus ab initio conſtituit hominem.] Nam ſexto die in exordio ſeculorum condidit ipſum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. [& reliquit eum in manu conſilij ſui:]id eſt, in poteſtate liberi arbitrij, ac libertate conſilij fecit eſſe, ſubſiſtere ac manere, non tamen donis gratiæ, aut conſeruatione & gubernatione ſua deſtituit illum. immò ſecundùm Auguſtinum, Deus ſimùl fuit condens naturam, & largiens gratiam. [Adiecit mandata & præcepta ſua:]quia præcepta legis naturalis ei impreſſit, præcepta quoq; moralia, ſed & præcepta de propagatione ſobolis per

Ioan.6. Pſalm.33. Ezech.14. Iacob.1. Rom.3. Gene.1.

lis per generationem, & de vitando eſu ligni ſcientiæ boni & mali, ei p̄fixit, & ſicut reliquit primum hominem in ſua (vt dictum eſt) libertate, ità & cæteros. propterea ſubditur: [Si volueris mandata conſeruare,]quia hoc potes. Nam (vt ait Hieronymus) Maledictus eſt, qui dicit Deum aliquid impoſſibile homini præcepiſſe. [conſeruabunt te:]i. meritò obſeruantiæ præceptorum ſaluus eris, & in eſſe gratiæ permanebis, ſecurus ab aduerſarijs tuæ ſalutis. [& in perpetuum fidem placitam ſeruare:]i. ſi habueris plenum propoſitum faciendi fidelitatem, Deo placentem, ipſamq; fidem operibus exequi, tunc in æternum conſeruaberis meritò iſto. Vndè in Eccleſiaſte dictum eſt: Qui ſeruat præcepta, nō experietur quicquam mali. Et Chriſtus aſſerit: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. [Appoſuit tibi aquam & ignem:]i. refrigerium gratiæ & gloriæ tibi promiſit, ſi ei perſeueranter ſeruiēris. Ignem quoq; infernalis incendij comminatus eſt tibi, ſi vixeris vitioſè. [ad quod volueris, porrige manum tuam:]i. elige vnum iſtorum, & extēde virtutem tuam operatiuam ad alterum horum: quia ad vtrunq; es liber, videlicet ad virtuoſè viuendum, & ad habendum te vitioſè. Porrò quod ait, ad quod volueris, porrige manum tuam, non dicit licentiando vtrunq;, ſed inſinuando libertatem ad ambo. [Ante hominem vita & mors:]id eſt, Deus propoſuit homini vitam gratiæ ac gloriæ, ſi ſe applicuerit Deo, ità quòd licèt homo nequeat iuſtè viuere, ac ſaluari ſine ſupernaturali adiutorio gratiæ Dei, nihilominùs dicitur homo poſſe Deo ſeruire, placere, ſaluari: quia ſi fecerit quod in ſe eſt, Deus auxilium gratiæ gratum facientis mox tribuet ei, nec erit defectus ex parte Dei. Similiter prædixit homini mortem culpæ ac gehennæ, ſi ſe à Deo auerterit. ſic & ante hominem eſt [bonum]virtutis, [& malum]culpæ ac pœnæ: [quod placuerit ei, dabitur illi:]id eſt, ſi elegerit homo Deo adhærere, dabitur ei hoc bonum: ſin autem, malum damnationis. Iuxta hunc ſenſum Moſes Deuter.30 ait: Conſidera, quòd propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum, vt diligas dnum. Et rurſùs ibidēm: Teſtes, inquit, inuoco cælum & terram, quòd propoſuero vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem: elige ergò vitam. [quoniam multa ſapientia Dei,]i. Deus omnipotens ex infinita ſapientia ſua hæc ità diſpoſuit, relinquendo videlicet rationales creaturas in propria libertate, & admonendo eas ad bona tam pollicitatione præmiorum, quàm comminatione ſupplitiorum, quatenùs homo ſponte ac liberè ad Deum ſe conuertendo, commendabilior eſſet, & promereretur, quoniam actionem meritoriam oportet liberam eſſe. [& fortis in potentia,]i. ipſe omnipotens eſt. Ideò facilimum ei eſt, virtutum opera remunerare. & [videns omnes ſine intermiſſione,]id eſt, vniuerſos tam bonos quàm malos, æternaliter inuariabiliterq; cognoſcens pleniſſimè ac diſtinctè, prout ſanctus Iob loquitur: Nonnè Deus conſiderat vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat? Vndè rurſùs Iob 34. Heliu proteſtatur: Oculi eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum dinumerat. Apoſtolus quoquè Heb.4. Omnia, inquit, nuda & aperta ſunt oculis eius. [Oculi dnī ad timentes eum] filiali timore, id eſt, timoratos adſpicit & cognoſcit, per approbationem & miſerationē præcipuam, ſicut in Pſalmo cantatur: Beneplacitum eſt dnō ſuper timentes eum. Vndè & Iſaiæ 66. Dominus, Ad quem, ait, reſpiciam, niſi ad pauperculum, & trementem ſermones meos? Idcircò nihil agere debet homo, niſi quod dignum ac placitum eſt diuino conſpectui. [& ipſe agnoſcit omnem operam]i. actionem, vim, & neceſſitudinem [hominis.] Sic quippe accipitur opera, dum ait Apoſtolus 1. Corin.12. Non poteſt oculus manui dicere, opera tua non indigeo. [Nemini mādauit impiè agere.] Cùm enim ſit prima menſura, cauſa & regula totius bonitatis, iuſtitiæ ac virtutis, eo ipſo quo aliquid præcipit, bonum & iuſtum eſt. Multa tamen iuſſit, quæ in ſe iuſta erant, quanuis ab hominibus impia & crudeli voluntate, ac peruerſa intentione fint facta, ſicut per Aſſyrios & Chaldæos puniuit filios Iſrael, ad quorum punitionem inſtigauit illos Gentiles, ſicut & vnum regnum gentilium deſtruxit per aliud. Sed id illi peruerſa mente fecerunt huiuſmodi, vt ſuper Ezechielem, Ieremiam, Abdiam, aliosq; prophetas expoſitum eſt. Hinc dnus ait Iſaiæ 10. Væ Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe eſt. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, ſed ad conterendum erit cor eius. [Et nemini dedit ſpatium peccandi:]i. nemini dedit tempus aut locum ad hoc, vt pecet, ſed vt benè viuendo, gloriam mereatur æternam. Ideò ſcriptum eſt Iob 24. Deus dedit illi locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam. [Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium]Deo, [& inutilium]ſibi ipſis ac proximis. Immò tales abhorret ac damnat, quem admodùm in Euangelio proteſtatur: Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores. Et rurſùs: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Et teſte Apoſtolo, Impoſſibile eſt ſine fide placere Deo.

Gene.2. Eccles 8. Ioan.8. Iob 31. Pſal.149. 4.Reg.17. 4.Reg.25. Matth.25. Ioan.15. Heb.11.

¶Expoſitio cap. 16. Nè iucunderis in filijs impijs. Articulus 16.

Eccl 15. DIctum eſt in fine præcedentis capituli, Deum non concupiſcere multitudinem infidelium inutiliũq; filiorũ, & quoniã homo debet ſeq creatoris ſui iudicium, rectè hic ſubdit: [Nè iucunderis in filijs impijs, ſi multiplicẽt] numero ac diuitijs, ſeu poſteritate iniquã: quia quo plures, eo deterius eſt. Ideò Prouerb. 19. dictum eſt: Filius ſtultus, dolor eſt matris ſuæ. [nec oblecteris ſuper ipſos,] i. ex conſideratione eorum, [ſi non eſt timor Dei in illis: quia in omni homine charitatem habente, eſt timor filialis aut initialis. Iſta quoquè ſunt intelligẽda de ſpirituali patre, pontifice, ſeu prælato, & ſpiritualibus filijs eius ſeu ſubditis, qui deflendi ſunt, ſi fuerint vitioſi, quẽadmodùm Paulus
2. Cor. 2. fatetur Corinthijs ſcribẽs: Nè fortè humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egérunt pœnitentiam. [Non credas vitæ illorũ,] quòd tibi fideles erunt, vel quòd poſteà conuertentur, de qua tamen re non eſt deſperandum, ſed non eſt temerariè affirmandum, quoniã ſatis rarò contingit, iuxta illud: Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Nam & Prouerb. 22. habetur: Prouerbium eſt, Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. [& nè reſpexeris in labores eorum:] id eſt, inutiles & iniquos eorum labores non approbes, nec libenter adſpicias, de quibus laboribus in fine dicturi ſunt illud Sapiẽtiæ 5. Laſſati ſumus in via perditionis. Vel, nè reſpexeris in laboribus illorum, i. non confidas quòd ſuis laboribus te ſuſtentabunt tempore tuæ indigentiæ. [Melior eſt enim vnus timens Deum] filiali timore, [quàm mille filij nequam:] i. quantumcunq; magna multitudo filiorum prauorũ. [Et vtile eſt mori ſine filijs, quàm relinquere filios impios:] Niſi forſan ſint prædeſtinati, pœnitentiãq; finaliter acturi. [Ab vno ſenſato inhabitabit patria,] i. vnus vir ſapiens, tã vtilis eſt cõmunitati, quòd prudentiæ ſuæ cõſilio, & virtuoſitatis ſuæ merito, eam faciet proſperari, & numero meritoq; augeri, [& à tribus impijs deſeretur] i. diſpendium magnum, deſolationémve patiẽt. Vndè Pro. 11. ſcriptum eſt: Benedictione iuſtorũ exaltabitur ciuitas, & ore impiorũ ſubuertetur. Et rurſùs: Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes verò auertunt furorem. Et rectè ait, ab vno ſenſato ciuitatẽ inhabitari, atq; à tribus impijs deſeri, qm̃ bonum eſt fortius malo, & efficacius ad cauſandũ. [Multa alia vidit oculus meus,] quaſi dicat: de his vidi plura, quàm dico. [& fortiora horum] i. maiora his [audiuit auris mea.] Ideò mihi tanquàm experto credendum eſt. [In ſynagoga peccantium exardebit ignis:] id eſt, in multitudine & congregatione vitioſorum feruet flamma cupiditatis, concupiſcentiæ ſenſualis, impatientiæ, indignationis, deindè ardebit in eis ignis ſupplicij infernalis. [& in gente incredibili] id eſt, incredula [exardeſcet ignis] diuinæ vltionis, in quibus nunc ardet ignis priuati ac carnalis amoris. [non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes,] qui ſub Noe ſubmerſi, diluuio periẽrunt. [qui deſtructi ſunt,] id eſt, diluuio merſi & condemnati, [confidentes ſuæ virtuti,] i. de ſuis corporalibus viribus præſumentes, de quibus legitur Gene. 7. Gigantes erant ſuper terram in diebus illis potentes, viri famoſi. [& non pepercit peregrinationi illorum,] id eſt, eis in hoc ſeculo peregrinis ſeu vitæ & cõuerſationi eorũ, quæ fuit peregrinatio in hoc mundo, ſed percuſſit eos vndis diluuij. [& execratus] i. deteſtatus [eſt eos præ ſuperbia verbi illorũ,] i. propter arrogantiam & præſumptionem eorũ in verbis & factis. Non enim crediderunt Noe prænuncianti diluuiũ, ſed ſuperbiſſimè loquebanť, quaſi plagari nõ poſſent. [Nõ eſt miſertus illis, gentẽ totam perdens,] i. vniuerſos diluuio extinguens præter Noe & tres filios eius, ipſorumq; coniuges, [& extollẽtem ſe in peccatis ſuis: & ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui:] ſupple, à Deo puniti ſunt, ſicut p̃fati. Iſtud exponitur de filijs Iſrael Aegyptum egreſſis, q vnanimiter cõſurrexerunt corde duriſſimo contra Deum & Moſen, cùm exploratores denunciãſſent eis terram Chanaan habere cultores fortiſſi-
Num. 14. mos, & devorare ſuos habitatores. Dixeruntq; ue mutuò: Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum, quibus dominus dixit tunc: In ſolitudine hac iacebũt cadauera veſtra, omnes qui numerati eſtis à viginti annis, & ſuprà, & murmurãſtis contra me, nõ intrabitis terrã, ſ. promiſſionis, & ſcietis vltionem meam, qm̃ ſicut locutus ſum, ità faciam oñi multitudini huic peſſimæ, q conſurrexit aduerſùm me. Porrò numerus illorum q numerati fuerunt à viginti annis & ſuprà, fuit ſexcenta tria millia quinginti q̃quaginta, vt patet in Numeris, ex quib⁹ ante p̃ſatã Dei ſententiã cõtra eos, multi fuerũt ꝓpter ſua peccata occiſi. [& ſi vnus fuiſſet ceruicat⁹,] i. non ideò illi ſic percuſſi ſunt, qa multi pariter peccauerũt, qm̃ dato q̃ nõ niſi vn⁹ fuiſſet ſic ceruicat⁹, i. ſuperbiẽs & rebellis, [mirũ ſi fuiſſet impunis.] i. ſi euaſiſſet Dei vindictã. Immò nõ euaſiſſet, ſicut nec ille, q ſabbato ligna collegit, nec ille q Deũ Iſrael blaſphemauit, de quorũ primo, nũe. 15 legit: de alio, Leu. 24. [miſericordia eñ & ira] i.

Num. 1. Num. 11.

rigor

rigor iuſtitiæ [eſt cum illo.] i. in Deo, de quo ait ſcriptura: Vniuerſæ viæ Dñi miſericordia & veritas. [Potens] eſt [exoratio,] i. deuota deprecatio Deo oblata, magnã habet vim apud ipſum. [& effundens iram:] i. vindictã extinguens, vel pœnã æternã in temporalẽ commutans, ità q̃ ira effunditur in p̃ſenti ſuper peccantẽ, nè poſteà æternaliter puniatur, ſecundùm miſericordiã ſuã. [ſic] eſt [correptio illius] i. ſicut infinita eſt pietas Dei, ità & eius iuſtitia puniens: & ſicut remuneratio iuſtorũ, ſic punitio reproborũ æterna eſt. [hominẽ ſecundùm opera ſua iudicat.] Quidã libri ſic habent, Potens eſt exoratio, & effundens irã ſecũdùm miſericordiam ſuã, i. procurans vindictã Dei inferri peccantibus miſericorditer, nè æterna inferatur vindicta. Vndè vt Nume. 14. legit, cùm Moſes Dñm exorãſſet pro p̃fatis ſexcẽtis millibus, vt eis ignoſceret, Dñs mox reſpondit, Dimiſi iuxta verbũ tuũ: & tñ p̃tactam temporalem eis intulit pœnã, ſicut ibi narratur. Sí correptio illius hominis, i. pœna cuiuſcũq; iniqui, ſecundùm opera ſua iudicatur ei inferenda, ſicut vtiq; iudicat Deus: ſicq; quod ait, ſi, ſumitur pro quia. [Non effugiet in rapinam peccator:] i. iniquus ſæuiẽs vſq; ad rapiendũ bona illorum, nequaq̃ effugiet Dei vindictã. [& nõ retardabit ſufferentia miſericordiã facientis:] i. patientia eius qui miſericordiã exercet in proximos, nõ tardabit impetrare miſericordiam Dei. Vndè ſubiungit: [Omis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundùm meritũ operum ſuorum:] i. quæcunq; miſericordia, quã exhibuerit homo proximo, ſiue ſit magna, ſiue puſilla, faciet eum miſericordiã inuenire apud Deum, iuxta menſurã meritorũ miſericordium Matth. 7.
actuũ ſuorum, qa quo proximis fuit miſericordior, eo & Dñs erit miſericordior ei, prout ait Saluator: Eadẽ menſura qua menſi fueritis, remetiẽt vobis. [& ſecundùm intellectũ peregrinationis ipſius:] i. ſecundùm quod magis aut minùs perfectè aduerterit peregrinationẽ ſuã in ſeculo iſto, eam deflendo, & ſe in ea humiliando, atq; in ipſa actibus pœnitentiæ inſiſtendo, & ad patriã adſpirãdo, iuxta illud Pſal. 119. Heu mihi, qa incolatus meus p̃prolongatus eſt.
Et rurſùs: Nè fileas, qm̃ aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut oñes patres mei. Vndè Pſal. 38.
de antiquis ſanctis Paulus dicit Hebr. 11. Cõfitentes, qa peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. qui eñ hæc dicunt, ſignificant ſe patriã inquirere. [Non dicas, à Deo abſcondar:] i. nõ putes te poſſe latere Dei notitiã, ſeu non cognoſci ab eo. [& ex ſummo, quis mei memorabitur?] i. Deus in altiſſimo habitans cælo, nõ habebit memoriã mei, operumq; meorum, ſicut multi putauerunt iniqui, nõ ſolùm gentiles, de quibus Iob 22. dicitur: An cogitas, ꝓ deus excelſior cælo ſit? nec noſtra cõſiderat, ſed etiam Iudæorum, de q̃bus in Ezech. loqtur Dñs: Ezech. 9.
Dixerunt, dereliquit Dñs terram, & dñs nos nõ videt. Prouerb. quoq; 24. Nõ habent futurorum ſpem mali. [in populo] tam [magno nõ agnoſcar] à Deo, quaſi difficilius, ſit omnipotenti cognoſcere multos q̃ vnũ. [q̃ eſt eñ anima mea in tã immenſa creatura?] i. modici ſum momenti in toto hoc vniuerſo, ideò nõ curat Deus de me, nec decet eũ circa tã vilẽ & modicũ occupari. Noli ſic æſtimare. Attñ poſſumus admirari ex plenitudine fidei, ꝓ Deus ille maieſtatis immenſæ, tã diſtrictũ in fragili homine exercet iudiciũ, ſecundùm quod ſanctus
Iob loqtur deo: Dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eũ tecum Iob 3.
in iudiciũ. Prætereà creatura vocat immenſa, nõ ꝓ ſit ſimpliciter infinita, ſed qa multùm & immenſurabiliter magna. Iuxta quẽ ſenſum ſcriptũ eſt: O Iſrael, q̃ magna eſt domus Dei, & Baruch. 3.
ingens locus poſſeſſionis eius: magnus & nõ habens finem, excelſus & immenſus. Deincèps error ille circa cognitionẽ & prouidentiã Dei deſtruitur, eo ꝓ ipſe creator vniuerſa etiam corporalia & inanimata, ſuperiora & inferiora agnoſcat, multo magis rationales creaturas, q̃bus non fruſtrà contulit rationẽ, ſed ideò, vt ea benè vtantur: ꝓ ſi fecerint, promerentur: ſi non, demerentur. Ergò diuina requirit iuſtitia, vt benè vtẽtibus detur præmium glorioſum, alijs verò ſupplicium. [Eccè cælum] aëreum ſiue æthereum, [& cæli cælorum,] i. cæli ſuperiores, vt empyreum, cryſtallinum, ſidereum, [abyſſus] i. mare oceanum, [& vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt,] ſ. piſces, bruta, aues, ac cætera mixta, [in conſpectu illius commouebuntur:] i. Deo iubente, ad eius nutum procedẽt in actum, nec ſolùm naturaliter, ſed & ſupernaturaliter alterantur. [montes ſimùl & colles & fundamenta] i. interiores ſolidioresq; partes [terræ] ſeu partes terræ, ſuper quas alia inniuntur. [& cùm conſpexerit illa Deus, tremore concutientur:] i. ſupernaturaliter mouebuntur, dum Deus id iuſſerit, ſeu ità ad nutũ obediunt ei, acſi eſſent perterrita ex creatoris intuitu. Vndè habetur in Pſal. Qui reſpicit Pſal. 103.
terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. Iob quoq; 26. Columnæ cæli contremiſcunt & pauent ad nutum ipſius. [& in omnibus his] i. iſtis omnibus ſe ità habẽtibus, [inſenſatũ eſt cor] hominis, nõ cõſiderans ex p̃dictis Deũ cuncta cognoſcere, prouidere & iudicare, qui ex omnem rerum inſtituit ordinem, & habitudinem potentiarum ad ſua obiecta, & viſum atq; auditũ ſenſuſq; cæteros contulit homini, & qualiter obiecta ſua per-

cipiant,ordinauit,quod nequaq̃ facere potuiſſet,niſi omnia diſtinctiſſimè p̃cognouiſſet: &
Pſal. 93. hæc ratio,vt Rabbi Moſes aſſerit,tangit in lege,hoc eſt,in Pſal.quo legit:Et dixerunt, nõ videbit Dñs,nec intelliget Deus Iacob.Contra quorũ inſaniam ſubdit ibi: Intelligite inſipientes in populo,& ſtulti aliquandò ſapite:Qui plantauit aurẽ,nõ audiet?aut q̃ finxit oculum, non cõſiderat?qui corripit gentes,nõ arguet? Vndè & Ioſephus proteſtat,ex hoc prouidentiam Dei certiſſimè cõprobari,q; per prophetas veteris teſtamenti corripuit hominum vitia etiam abdita,& eorum p̃dixit ſupplicia,q̃ omnia ſicut p̃dixerat,euenerunt.[& omne cor intelligit ab illo.] Deus em̃ per ſuũ p̃ſius eſſentiã ac potentiã vniuerſa ac ſingula perfectè æternaliterq; intelligit.[& vias illius quis intelligit?] i. diuina iudicia, conſilia, myſteria, opera,
Rom. 11. nullus cõpræhendere valet,ſicut p̃habitum eſt. Vndè ait Apoſtolus:Quàm incõpr̃ehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles vię eius?[& procellã,quã nec oculus videbit hominis?] Procella dicit̃ repentinus impetus venti,per quã intelligi poteſt vltio diuini iudicij, & ignota nobis pœna inferni,quã in ſpeciali & plenè in hac via ſcire non poſſumus. Vndè in canonica ſua ait de impijs Iudas Apoſtolus:Quibus procella tenebrarũ conſeruata eſt in æternũ.
Pſal. 10. Et Pſalmiſta:Ignis,ſulfur & ſpiritus procellarũ, pars calicis eorũ. Procella quoq; vocatur tẽ-
Pſal. 106. peſtas maris,iuxta illud: Dixit, & ſtetit ſpiritus p̃cellæ. Et etiam impetus imbris. In oceano aũt multæ & horribiles ſunt tẽpeſtates,à nullo hominũ viſæ. Similiter in locis inhabitabilibus fiunt pluuiarũ impetuoſæ & ignotæ p̃cellæ,quẽadmodùm Dñs loquitur Iob 38.Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viã ſonanti tonitrui, vt plueret ſuper terram abſq; hoſe in deſerto, vbi nullus mortalium cõmoratur?[Nã plurima opera illius ſunt in abſconſis:] i.ignota hominibus, q̃ nec naturalia, nec ſpecies rerum q̃ latent in viſceribus terræ,in magno mari, in terris remotis & inacceſſibilibus terræ locis ✳. Deniq; virtutes, p̃prietates, differentiæ & influentiæ cæleſtiũ orbiũ & ſtellarum,pro maxima parte nos latent, & multo
Eſaiæ 64. plùs ſeparatæ ſubſtantiæ. Porrò opera gr̃æ magìs nos latent,quàm opera naturę,maximè ver-
1.Cor. 2. rò opera gloriæ, q̃ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Rectè ergò ait ſcriptura de ſuperglorioſiſſimo Deo Iob 9. Qui facit magna & imperſcrutabilia,& mirabilia, quorum nõ eſt numerus. Sapientiæ quoq; 9.dicitur: Quæ in cælis ſunt, quis inueſtigabit?[ſed opera iuſtitiæ eius quis enarrabit? aut quis ſuſtinebit?] Opera diuinæ iuſtitiæ,ſunt ſupplicia reproborum, quæ intolerabilia ſunt,& particulariter nequeunt enarrari. Rurſùs opera iuſtitiæ Dei, ſunt occultæ & iuſtæ derelictiones,q̃bus reprobos deſerit,& occulta eius iudicia. [Longè em̃ eſt teſtamentum à quibuſdã:] i. lex veteris teſtamenti, in qua multa narrantur de operibus diuinæ iuſtitiæ. Hoc teſtamentũ à perfidis longè abeſt. Impletio quoq; decalogi eius obſeruatur à paucis,& vera ac ſpiritalis intelligentia eius pauciſſimis innoteſcit. [& interrogatio omnium in conſummatione eſt:] i. in fine ſeculi erit inquiſitio de actibus vniuerſorum in generali iudicio.[Qui minoratur corde,] i. intellectuali illuminatione, & parùm aut nihil habet de ſapientia ſalutari infuſa,[cogitat inania:] i. vana,ſtulta,illicita,intentus circa terrena,omiſſis neceſſarijs ad ſalutem,quemadmodùm fertur in Pſal.11. Vana loquuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum. [& vir imprudens & errans cogitat ſtulta.] Nam qualis quiſq; exiſtit, talia agit intùs & extrà. Deindè introducitur admonitio ſeriosa ac ſalutaris, in qua idem ſenſus per verba diuerſa frequẽter repetitur, vt cordibus hominum fortiùs imprimatur.[Audi me fili,& diſce diſciplinam ſenſũs:] i. correptionem ſalubrem veramq; eruditionem intellectũs, qua confutatur p̃tactus error de p̃uidentia Dei. [& in verbis meis attende in corde tuo:] i. diligenter eſto intentus ad ſenſum verborum meorum,[& dicã in æquitate diſciplinam,] i. iuſtè proferam veritatem, [& ſcrutabor enarrare ſapientiã, & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus:] i. recta ac ſyncera intentione, [virtutes quas poſuit Deus in opera ſua ab initio:] i. vires, p̃prietates,& cauſalitates, quas creator omnipotens ab exordio mundi impreſſit rerum naturis, dans vnicuiq; ſpeciei differentiam ſuam, & naturalem inclinationem ad proprium finem, ac virtutem procedendi ad illum:quia dans formam,dat conſequentia ad eandem,& nihil reliquit expers propria actione, quod Gene.1.manifeſtè innuitur, vbi habetur: Dixit Deus, Germinet terra herbam virentem,& facientem ſemen,& lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Itemq;:Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diem & noctem,& ſint in ſigna & tempora & dies & annos, & illuminent terrã. Hinc fertur Iob 17. Vniuerſorum finem ipſe conſiderat. [& in veritate enuncio ſcientiam
2.Reg.2. eius:] i. verè doceo qualiter Deus habeat vniuerſorum perfectam ſcientiã, iuxta illud: Deus ſcientiarum Dñs eſt,& ipſi p̃parantur cogitationes. Vel ſcientiam Dei, i. notitiam verã Deo placentem,& circa prouidentiam eius verſantem,iuxta illud Oſeę 6.Scientiã dei volo plùs

quàm

qui holocauſta.& [in iudicio Dei,opera eius ab initio:] i. in vera & Deo placita diſcretiõe, pronuncio ea q̃ Deus ab initio fecit,vel pronũcio opera eius facta ab eo in recto & iuſto iudicio,iuxta illud Daniel.10. Oñia q̃ feciſti nobis Dñe, in vero iudicio feciſti.[& ab inſtitutione ipſorum,diſtinxit partes illorũ:] i.à principio mundi ſeu inſtitutionis creaturarũ,dedit vnicuiq; creaturæ aptũ & proprium locum,& diuiſit eas ab inuicèm ac ornauit, iuxta illud Gene.1. Dixit Deus, cõgregẽtur aquæ in locũ vnum, & appareat arida. Sicq; piſcibus deputauit aquã pro loco,auibus aẽrem, hominibus atq; pecoribus terrã. ideò ſubdit:[& initia ipſorũ in gentibus ſuis] i. origines hominũ ordinauit diſtinctè,ſecundùm gentiũ diſtinctiones,vt q̃libet gens in terra ſua habeat ſuam generationẽ,ſucceſſionẽ,proceſſum, ac finẽ, ſicut Gene.9.legit̃ terra diſtincta per filios Noę. Vndè Actu.17.loqtur Paulus: Deus fecit ex vno omne genus hominũ habitare ſuper vniuerſam faciẽ terræ,definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum.[Ornauit in æternum opera illorũ:] i. quanlibet creaturã cõpetenti perfectione ornauit. Vndè Gene.1.inprimis ſit ſermo de opere creationis, ſecundò de opere diſtinctionis, tertiò de opere ornatũs. [nec eſurierunt, nec laborauerunt:] i. Deus ſufficienter & copioſè cunctis prouidit, & in multis ſine humano labore produxit apta vitæ humanæ. [& nõ deſtiterunt ab operibus ſuis:] i. actiones ſuas naturales, ſicut Deus p̃cepit,ſunt proſequuti generando ſibi ſimilia,iuxta illud:Creſcite & multiplicamini. Omniq; Gene.1. 8.
anno innouatur facies terræ,& iteratur fertilitas eius,ſicut creator p̃cepit. [Vnuſquiſq; pro- & 9.
ximum ſibi nõ anguſtiabit vſq; in æuum:] q̃ latiſſimum ſpatium habitandi in terra cõtulit eis,& iuſſit vt ſine violentia mutuò cõuerſarentur in charitate.[Nõ ſis incredibilis verbo illius:] i. verbis Dei,ſ. ſcripturæ ſacræ & huic doctrinæ meæ non exiſtas incredulus, ſed diſce ex his qualiter prouidentia Dei inſtituit vniuerſa ac regit.[Poſt hæc Deus in terrã reſpexit,] i.beneficia ſua & opera auxit in ea. Vndè expoſitorie ſubditur: [& impleuit illã] i. habitates
in ea [bonis ſuis,] videlicet donis naturalibus atq; gratuitis. Vndè & aſſerit in Act. Paulus: Actu.17.
Tempora prioris ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat, vt omnes vbiq; pœnitentiã agant.[Anima aũt omnis vitalis,denunciauit ante faciẽ ipſius:] i. omnis anima rationalis viuens per gratiã corã Deo,confeſſa eſt horũ veritatẽ & laudẽ ipſius. [& ipſa iterùm reuerſio illorũ.] i. reductio ſeu naturalis cõuerſio creaturarum ad ſuum fontale principiũ, à quo conſeruantur,& ad quod oñia tendunt ſuo modo,ſecundùm quod effectus ad ſuã cauſam conuertitur. Hęc (inq̃) reductio pandit ac nunciat, Deũ habere prouidentiã vniuerſorũ,& oñia ſapientiſſimè ordinâſſe. In omni etem̃ ordine eſt vnum primum & maximũ, quod eſt menſura & regula ſecundorum, hoc eſt,rerum eo in ſuo ordine inferiorũ. Hinc ex cõſideratione ordinis vniuerſi,& ex ordine cauſarum & cauſatorũ,mouentiũ quoq; ſeu motorũ, atq; mobilium, & gubernantiũ, gubernatarumq; rerum, cõſideraerũt meliores philoſophi vnum eſſe primum cauſale principium,primã cauſam,primum motorẽ,& primum rectorẽ ac oĩm vltimum finẽ,q̃ (vt in libro de Cauſis docet) oñia regit in fine decoris,i.pulcherrimè. Hinc duodecimo Metaphyſicæ Ariſtoteles ſubtiliſſimè docet, quòd entia nolunt malè diſponi, & quòd pluralitas principum mala, ideoq; vnus ſit omnium princeps, ad quem ità ſe habet ac taliter ordinatur totum vniuerſum, ſicut exercitus ad regem ſeu principem.

¶Declaratio cap.17. Deus creauit de terra hoĩem,& ſecũdùm imaginẽ ſuã fecit eũ. Art. 17.

MOdò deſcribit primorum plaſmationẽ parentum, & dona gr̃æ eis collata, atq; p̃cepta eis ac poſteritati eorum præfixa. [Deus creauit de terra hominem:] Cùm Gene. 1.
creare ſit ex nihilo producere,quomodò dicitur Deus hominẽ creâſſe de terra? Et reſpondendum, q̃ creare hîc capitur extenſẽ, vt ſit ſenſus, q̃ primum homi-
nẽ plaſmauit, quantùm ad corpus, de terra, iuxta illud Gene. Formauit dñs deus hominẽ de Ibidem
limo terræ. Et quanuis corpus Adæ fuerit ex quatuor elementis cõpoſitum, ſpecialiter tñ dicitur factum de terra, q̃n elementum terræ p̃dominatur in eo, quantùm ad corporis molẽ, deindè aquaideò dictum eſt, de limo terræ. [& ſecundùm imaginẽ ſuam fecit eum:] quantùm ad animã, dando ei intellectũ, voluntatẽ, memoriã, per quas vires capax eſt dei, cognoſcendo, amando, & recolendo. Hinc in Gene. legitur: Dixit Dñs, faciamus hominẽ ad ima- Ibidem
ginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Imago autem attẽditur penès tres vires p̃fatas. Similitudo, quo ad eſſentiam animæ rationalis, quæ ad imitationẽ ſui creatoris eſt ſimplex, incorporalis & immortalis. Qualiter verò intelligenda ſunt iſta, dictum eſt pleniùs in expoſitione præfati loci Geneſeos,& Magiſter ſententiarum primo libro multùm eleganter ſcribit de hoc. [Et iterùm conuertit illum in ipſam,] id eſt, ſicut hominem quo ad corpus, produxit de terra, ſic propter originalem culpam induxit ei mortem, pro pœna eiuſdem culpæ, & ipſum corpus reſoluit in terram, & in cætera, ex quibus fuit compoſitum, elementa, iuxta illud Gene. Ibidem

Adæ

Adæ dixit Deus, ꝙa comediſti de ligno, de quo ꝓcepi tibi nè comederes, in ſudore vultûs tui veſcéris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, ꝙa puluis es, & in puluerẽ reuertéris. Vel iterùm conuertit illũ in ipſam, i. hominẽ reduxit in ſuã imaginẽ, hoc eſt, ad intellectualem cõtemplationẽ & amorẽ creatoris. [& ſecundùm ſe] i. ſecundùm magnificentiam ſuã, ſeu ad imitationẽ ſuiſpſius, deus [veſtiuit illum virtute:] nã produxit eum in ætate virili, hoc eſt, in quãtitate cõpleta, & robore corporali perfecto, quo ad corp⁹, ſimiliter quo
Ephe. 4. ad animã, fecit eũ ſcientia & virtute perfectũ. Vndè ait Apoſtolus: Induite nouũ hominẽ, qui ſecundùm Deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. [numerũ dierũ & tẽpus dedit illi:] i. ꝓfixit quandiù ipſe homo viueret in paradiſo terreſtri, ſi non peccaret, ac deindè ꝓueheretur ad paradiſum cæleſtẽ. Quocírcà aliqui dicunt, ꝙ omnes ſimùl fuiſſent tranſlati ad regnũ cælorũ, ſi nõ peccâſſent primi parentes, & ità manſiſſent ibi parẽtes, quouſq; fuiſſent tot propagati, quot fuerunt ſaluandi. Alij dicunt, ꝙ ſucceſſiuè transferendi fuiſſent, ꝓut ſecundo libro ſententiarũ tractatur. Et iſtud ſecundum verius reor, ſicut ſuper Geneſim deduxi, & litera hæc ad hoc plùs conſonare videtur. [& dedit illi poteſtatẽ eorum, quæ ſunt ſu
Gene. 1. per terram,] ſecundùm illud: Dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus q̃ mouentur ſuper terrã. [Poſuit timorẽ illius ſuper oẽm carnem:] i. ipſum hominẽ fecit metuendũ cunctis irrationalibus animalibus, tanquàm ꝓſidentem eiſdẽ, & ſuperiorẽ. [& dominatus eſt beſtiarũ & volatiliũ.] Dominiũ ſuper irrationalia, multo eminentiùs cõpetebat homini ante lapſum, quàm poſteà, quanq̃ & poſt lapſum cõceſſum ſit ei ac po
Gene. 9. ſteris eius, cùm ſcriptũ ſit: Benedixit Deus Noę & filijs eius, & dixit: Creſcite & multiplicamini, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper oẽs volucres cæli, cũ vniuerſis quæ mouẽtur in terra. Omnes piſces maris manibus veſtris traditi ſunt. Itaq; ex ordinatione diuina & ex naturali ordine rerum, irrationalia cõmuniter metuunt hominem, & faciem eius verentur, & nunquàm aut rarò inuaderent eum, niſi prouocata aut fame impulſa. Sanctis autem hominibus ad originalis iuſtitiæ cõformitatẽ reductis, ſpecialiter ſubſunt
Gene. 2. ac párent. [Creauit ex ipſo] i. ex coſta Adæ, [adiutorium ſimile ſibi,] videlicet coniugem Euam, cuius connubio, ſocietate & copula, ſobolem procreauit. In rebus quoq; domeſticis mulier viro in multis deſeruit, adiutoriumq; impendit, ſed in ſtatu innocentiæ non ità fuiſſet. De hoc Gene. 2. narratur: Dixit Deus, non eſt bonum, hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. [conſilium] i. prudentiam eiusq; actus, quorum vnus eſt conſilium, quod eſt inquiſitio de agendis. [& linguam, & oculos, & aures] i. membra corporis, ſenſus ac vires animæ, [& cor dedit illis excogitandi:] i. intellectum ad excogitandum ac deliberandum, quid in occurrentibus negocijs ampliùs expediret. [& diſciplina intellectûs] i. inſtructione mentis [repleuit illos,] quantùm ad moralium cognitionem. [Creauit illis ſciẽtiam ſpiritûs,] i. ſpiritalem ſcientiam diuinorum eis concreauit, ſeu donum ſcientiæ. [ſenſu] i. ſapientia [impleuit cor illorum.] Nam & naturali ſcientia entium, ipſorum intellectũ repleuit. Non tamen ęqualiter, ſed multo excellentiùs edocuit virum, quàm fœminam. Vn-
1. Tim. 2. dè & Paulus: Vir, inquit, non eſt ſeductus in prævaricationem, mulier autem ſeducta eſt. [& bona & mala oſtẽdit eis:] i. diſcretionem inter virtutes ac vitia, inter vera & falſa, inter preciosa & vilia. [poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum:] i. dedit eis oculum intellectualem, per quem reflectebant ſe ſuper ſe. Potentiæ enim inorganicæ, ſunt reditiuæ & reflexiuæ ſuper ſeipſas, conſiderando & intelligendo ſeu volendo ſeipſas & proprios actus, ac qcquid eſt hominis, quod organicis viribus nullatenùs conuenit. Ex qua re immortalitatem animæ rationalis ſubtiliſſimè probat in Elementatione ſua Theorica Proclus Platonicus, Plato etiam in Phrædrone. [oſtendere illis magnalia operum ſuorum:] id eſt, ad hoc, vt per intellectum manifeſtaret eis opera ſua magnifica, [vt nomen ſanctificationis collaudent,] id eſt, ipſum Dominum Deum totius ſanctitatis, ſanctificationisq; fontem, magnificent & honorent, ex contemplatione ſuorum effectuum: cuncta etenim fecit Deus, vt timeatur,
Eccẽs 3. quemadmodùm legitur in Eccleſiaſte. Prouerb. quoq; 16. ſcribitur: Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt Dominus, id eſt, ad ſuiſpſius gloriam & honorẽ. [& gloriari in mirabili-
Pſal. 91. bus eius,] id eſt, ad hoc, vt ſpiritaliter glorietur in præclaris ac miris Dei effectibus, conſiderando eoſdem, & Deum in ipſis, ſicut ait Pſalmiſta: Delectâſti me Domine in factura tua. [vt magnalia enarrent operum eius:] id eſt, præclara creatoris opera, naturalia & ſupernaturalia decantent ac alijs prædicent, ad inflammandum ſeipſos ac alios, in admiratione, cultu & dilectione, ſapientiæ, omnipotentiæ, infinitæq; bonitatis ſuperbeatiſſimi creatoris. At verò quæ ſubduntur, communiter exponuntur non de ipſis primis parentibus, ſed poſteris eorundẽ filijs Iſrael. [Addidit illis diſciplinã,] id eſt, multiplicem inſtructionẽ vltra legem

naturæ

naturæ datam primis parẽtibus, [& lege vitæ] data per Moſen, per quã vita gratiæ conſeruabatur, vita gloriæ promerebatur. [hęreditauit illos] i. ſtabiliter locupletauit, tanq̃ hęreditario bono. [Teſtamentũ æternum cõſtituit cũ illis,] i. vetus teſtamentũ ipſis exhibuit, quod vocatur æternum, quo ad moralia eius præcepta, quæ manent in euangelica lege. [& iuſtitiam] i. præcepta cæremonialia, [& iudicia ſua,] i. iudicialia quoquè præcepta [oſtendit illis,] quia per Moſen dedit hæc euidenter, vt patet in Exodo atque Leuitico. Hoc eſt quod canta Exod. 22.
tur in Pſalmo 98. Tu parâſti directiones, iudicium & iuſtitiã in Iacob tu feciſti. [Et magna- Leuit. 10.
lia honoris eius vidit oculus illorum,] i. magnalia honorificentiæ maieſtatis diuinæ, vtpotè mirabiliter magna opera, quæ fecit in Aegypto, in mari rubro, in ſolitudine, in Iordane, deindè in terra promiſſionis, iuxta illud Deuteron. 29. Vos vidiſtis vniuerſa magnalia, quę coram vobis Dominus fecit. [& honorem vocis] i. honorabilem vocem Dei [audiẽrunt aures illorum] in legis datione, ſecundùm illud: Cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & Exod. 19.
nubes denſiſſima operire montem, clangorq̃ue buccinæ vehementiùs perſtrepebat, & Dominus loquebatur. Deuteron. quoquè 4. dicitur: Loquutus eſt vobis Dominus in Oreb de medio ignis. [& dixit illis: Attendite] vobis [ab omni iniquo] i. ab omni actu vitioſo cauete. Vitia nanq; per præcepta prohibuit negatiua, dicendo: Non occídes, non mœchaberis, non furtum facies. [& mandauit illis, vnicuique de proximo ſuo:] vt ſcilicet diligat illum ſicut ſeipſum, & ordinatè ac exemplariter ſe habeat circa illum, nec aliquem ſcandalizet. [Viæ] i. actiones [illorum coram ipſo ſunt ſemper, & non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius:] i. inceſſanter inſpiciuntur ab ipſo. [in vnamquanq; gentem præpoſuit rectorem:] i. vnicuiq; genti ſeu communitati vel regno præfecit angelum gubernatorem. Quemadmodùm enim vnicuiq; ſuppoſito humano præfecit angelum vnum de infimo choro, ſic vnicuique regno ſeu populo, angelũ vnum de tertio & ſupremo ordine inſimæ Hierarchiæ angelicæ: qui angeli, principes ſeu principatus vocantur. Vndè legitur Gabriel dixiſſe ad Danielem: Nemo Danie. 10.
eſt adiutor meus in oẽibus his, niſi Michael princeps veſter. Vndè elicit quòd Michael fuit tunc princeps Synagogæ, q modò creditur cuſtos & princeps Eccleſiæ. Similiter legitur ibi de principe Græcorum, principe quoq; Perſarum, per quos, ſecundùm Gregorium, an- Ibidẽm.
geli tertij chori, præſidentes regnis illis, intelligũtur. Inſuper in Ioſuę hiſtoria angelus chori illius ait ad Ioſue: Princeps ſum exercitûs Domini, & nũc venio. Ex ordinatione etiam di- Ioſuę 5.
uina contigit, quòd reges & principes homines præfuerunt in ſingulis regnis atq; prouincijs. Nam & regimen monarchicum, quo vnus toti præeſt communitati, eſt melius. Dedit & rectores, prælatos, ac prædicatores. [& pars Dei Iſrael, facta eſt manifeſta:] i. Iſrael ſeu Iſraeliticus populus, facta eſt manifeſta pars Dei, i. peculiaris & prælectus populus eius pro tẽpore veteris teſtamẽti, ſicut Iſaiæ 19. teſtatur: Hæreditas mea Iſrael. Et Deut. 7. Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terrã. Hinc regimen ple- 1. Reg. 12.
bis illius Deo ſpecialiter aſſcribebatur. Propter quod Samuel ait ad illos: Grande malum feciſtis vobis, petẽtes ſuper vos regem, cùm Dominus Deus veſter regnaret in vobis. [& oẽia opera illorũ velut ſol in conſpectu Dei:] i. clariſſimè innoteſcunt altiſſimo, & ſicut ſol eminet ſtellis in magnitudine, virtute, influentia & ſplendore, ſic populus ille verũ colens Deum, dignior fuit idololatris. [& oculi eius] ſcilicet Dei [ſine intermiſſione inſpicientes in vijs eorum:] ſpecialem etenim habuit curam Iſraeliticę plebis, quam per ſcripturas, per prophetas & ſcribas direxit. [Non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitates eorum:] i. ob hoc ꝙ multi de rectoribus & prælatis Iſraelitici populi iniuſtè & ſuperſtitioſè vixerunt, non ſunt pacta illa Dei, cum populo Iſrael inita de obſeruanda lege diuina, caſſa & irrita facta. [& omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei:] i. Deo preſente & intuente ſunt factæ, iuxta illud Iob 34. Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem. [Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo:] i. meritis Eleemoſynarum adiuuatur, & mente reficitur atq; protegitur homo, ſicut pecunia vel alimonia conſeruata in burſa, iuuatur & alitur corpore. Ideò in Euangelio loquitur Chriſtus: Facite vobis ſacculos, qui Lucæ 12.
non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cęlis. Vndè ſubiungitur: [& gratiã hominis quaſi pupillam cõſeruabit:] i. meritis operum miſericordiæ conſeruantur in homine gratia & virtutes deſupèr ei infuſæ. [& poſteà reſurget] homo miſericors, putà in die iudicij inter electos. [& retribuet illis retributionem vnicuiq; in caput ipſorũ.] i. Eleemoſyna ſeu Deus meritò eleemoſynæ reddet miſericordibus ꝓmium glorioſum, ſecũdùm quod magìs aut minùs liberaliter ac deuotè eã exercuit. [& conuertet in inferiores partes terræ:] i. eleemoſyna effectũ ſuũ inducit etiã exiſtentibus in Purgatorio, quod infra terram creditur eſſe in ſuperiori quadã parte inferni. Vel ſenſus eſt, ꝙ cõuertet & deducet iuſtos miſericordię deditos,

ad lim-

ad limbum patrum. Et hoc ſic fuit ante Saluatoris paſſionem & ſatisfactionem. [Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ,]i. Eleemoſyna præſtat verè contritis acceſſum ad virtutem ſeu incremẽtum iuſtitię, quia Eleemoſyna eſt pars ſatisfactionis pro culpa, & ità iuſtificat, & per eã aſſcendit homo ad altiora virtutum. Vndè Prou.15. legitur: Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. [& cõfirmauit deficientes ſuſtinere:]i. eos qui deficiũt à virtute patientiæ, roborauit in gratia & virtute, ità ꝙ fortes fiunt ad ſuſtinendum. Eleemoſyna nanq; meretur piam Dei ſubuentionem. Hi quoquè qbus præſtatur, orant pro dante. [& deſtinauit illis ſortem veritatis:]i. pœnitentibus ſeu Eleemoſynam facientibus Deus dare præordi-
Ioan.14. nauit partem & præmium claræ viſionis veritatis æternę, quia ait: Manifeſtabo ei meipſum.
Sapien.5. Vndè ſcriptum eſt, Inter ſanctos ſors illorum eſt. Gabriel quoq; miſericordiſſimo Danieli
Danie.12. loquutus eſt: Vade ad præfinitum, & requieſces, & ſtabis in ſorte tua in fine dierum. Sequuntur deindè exhortationes morales hincindè frequenter præhabitæ, quæ non indigẽt magna expoſitione, ſed attentione ac diligenti impletione. [Conuertere ad dominum,]in quo ſalus tua conſiſtit, ad quem non corporis motu, ſed mentis affectu conuerti oportet, in primis deteſtando ac relinquendo peccata. propter quod ſubditur: [& relinque peccata tua,]non recidiuando in ea, [precare ante faciem domini:]i. cum grandi attentione & reuerentia cogitãdo te ſtare & orare in diuinæ maieſtatis præſentia & adſpectu. [& minue offendicula.]i. peccata quotidiana, ac ſcandala atq; occaſiones peccandi, iuxta illud Rom.14. Nè ponatis offendiculum fratri aut ſcandalum. [Reuertere ad dominũ, & auertere]i. te auerte [ab]omni [iniuſtitia.]Iuxta illud Oſeæ 14. Conuertere ad dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. [& nimis odito execrationẽ,]i. valdè & toto corde abhorre ac odi omnem deteſtabilem culpam, ſeu omnem aſpernationem proximi tui, quæ ex ſuperbia ſolet oriri. Odiamus igitur omnem culpam, eo ꝙ culpa ſit, & maximè, quoniam diſplicet Deo, & offenſiua ac inhonoratiua eſt eius. [& cognoſce iuſtitias & iudicia Dei,]i. iuſta Dei præcepta ac opera, & vera eius iudicia diſce, agnoſce, recogita, vt impleas & formides. [& ſta in ſorte ꝓpoſitionis]i. in ſorte ſeu parte iuſtitiæ tibi propoſita, & in bono tuo propoſito, ſeu in vo-
1.Cor.7. catione qua vocatus es, dignè in ea viuendo, ſicut ait Apoſtolus: Vnuſquiſq;, in qua vocatione vocatus eſt, in ea maneat. [& orationis altiſſimi Dei:]i. inuocatiõibus Dei indefeſſè inſiſte, vt gratiam adimplendi hæc omnia tibi cõcedat. [In partes vade ſeculi ſancti,]i. ad ſocietatem & patriam beatorum. Vndè Iſaiæ 9. de Chriſto prædictum eſt: Vocabitur admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi. [cum viuis & dantibus confeſſionẽ Deo:]i. hoc fac cum his, qui viuunt per charitatem & gratiam, & offerunt Deo hoſtiam laudis, ac ſua peccata ei humiliter confitentur. [Non demoreris in errore impiorum,]i. dato ꝙ per fragilitatem aut ignorantiam pecces, non facias moram in vitio & errore, ſed protinùs pœni-
Matth.25. te. [Ante mortem confitere,]te accuſando, & Deum laudando, & cùm neſcias diem & horã, noli differre. nam [à mortuo quaſi nihil perit confeſſio.]i. poſt mortem corporalem, in qua ſtatus merendi ac demerendi finitur, non prodeſt confeſſio, iuxta illud Pſalm. 6. In inferno autem quis confitebitur tibi? A mortuo quoquè morte culpæ perit, quia meritoria non eſt ei, qui in mortali iacet peccato. [Confiteberis viuens]vita naturæ ac gratiæ, [viuus & ſanus confiteberis:]i. confiteri meritò debes, quia tũc aptior es, & ampliùs placet Deo. Nam tempore infirmitatis & ſenectutis confiteri, ſolet procedere ex timore ſeruili. [& laudabis Deum,]gratias ei agendo ex corde, quòd pepercit tibi tam diù, & ad ſalubrem recognitionem te duxit, confitendiq; gratiã condonauit. [& gloriaberis in miſerationibus illius:]i. in indulgentijs & remiſſionibus vitiorum tuorum, in infuſione virtutum, in conſolatione diuina, in
Pſal.102. ſpe beata, ſicq; dices id Pſalm. Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. [quàm magna miſericordia Dei,]quæ in ſeipſa immenſa eſt, [& propiciatio illius conuertentibus ad ſe]i. hi qui ſeipſos vera contritione conuertunt ad Deum, vel ad ſe redeundo, ad examinationem proprij cor-
Iſaiæ 46. dis ac conſcientiæ, ſicut Iſaias hortatur: Redite præuaricatores ad cor. [Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus:]i. homo non poteſt ſimùl & ſemèl cuncta bona peragere, ſed oportet eum nunc iſti, nunc illi virtutis actui inhærere, & tamen miſericordiſſimus Deus omnia eius peccata ſimùl dimittit, quo ad culpam, pro vna vera contritione: [quoniam non eſt immortalis filius hominis,]immò mortalis, labilis, fragiliſque conſtitit. Ideò Deus pronus eſt miſereri ipſius. [& in vanitate malitiæ placuerunt:]i. homines mali ſibijpſis, ſeu inuicèm complacuerunt in vanitatibus prauitatum ſuarum, in quibus communicant ſibi, & fouent
Pſalm.9. atq; exhilarant ſe iocis, choreis, ſpectaculis, torneamentis, ac conſimilibus, quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus
Prou.2. peſſi-

peſſimis. De quibus Iob 21. dicitur: Tenent tympanum & citharam, & exultant & gaudẽt ad ſonitũ organi. Vel in vanitate malitiæ placuerunt, i. peccata quæ ſunt malitiæ, placuerũt hominibus in vanitate, i. inaniter ſeu in vanitate cordis eorũ ac vitæ pſentis, ex quo patet fragilitas cordis humani, cuius fragilitas & inſtabilitas conſequenter oſtenditur per variabilitatem rerum ſtabiliũ. [Quid lucidius ſole?]qui dicitur quaſi ſolus lucens, & in naturalibus nihil eo lucidius luce ſenſibili, quanq; glorificatiſſimum corpus Chriſti ſit ineffabiliter lucidius ſole, quod & de ſacratiſſimę virginis corpore ſuo creditur modo. [Et hic deficiet]eo modo, quo cæli perituri & defecturi dicuntur, nõ quantùm ad ſuã ſubſtantiã, ſed accidẽtalem diſpoſitionẽ. In eclipſi quoq; ſol videtur deficere, & appropinquante extremo iudicio, erunt ſigna in ſole & luna, q Chriſto teſte obſcurabunt. Quanto magis homo, q in vanitati- Lucæ 21.
bus & inſanijs falſis deficiet? [Aut qd nequius, quàm quod excogitauit caro & ſanguis?]i. nil nequius vitijs hominũ, procedentibus ex deliberatione & perſcrutatione, qua multi excogitant qualiter poſſint aliqua praua & nociua ſeu deceptoria exercere, iuxta illud in Pſalmo 63. Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutinia. Et alibi: Vt malè agerent la- Iere. 9.
borauerunt. [Et hoc arguetur.]i. tale peccatũ à iudice ſummo diſtrictè reprobabitur & punietur multo plùs, quàm peccatũ quod ex ignorantia vel infirmitate ꝓcedit. [Virtutem altitudinis cæli ipſe conſpicit:]i. Deus agnoſcit, & comparatione propriæ maieſtatis prorſùs immenſæ, pro nihilo reputat poteſtatem cæli altiſſimi, ſeu eorum qui ſunt in cęlo ſupremo, videlicet ciuium ſupernorum, ſicut & in Pſal. 94. cantatur: Altitudines montium ipſe conſpicit. Et multo minoris reputationis eſt homo. Vndè ſubiungitur: [& omnes homines ſunt Gene. 3.
terra & cinis.]id eſt, terreni & fragiles, eo ſenſu quo dictum atq; expoſitum eſt ſuprà: Quid Eccl 10.
ſuperbit terra & cinis? Deniq; iuxta hunc modum ſcriptum eſt Iob 15. Eccè inter ſanctos dei nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem?

¶ Declaratio cap. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimùl. Art. 18.

HIc agitur de incomparabili excellentia potentiæ ac pietatis diuinæ, & de multiplici defectuoſitate prauitateq; hominum. [Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimùl.]In quo innoteſcit omnipotentia, ſapientia, & beneuolentia eius. Siquidem creare, eſt actus infinitæ potentiæ: & ipſam vniuerſorum ordinẽ inſtituere ac cauſare, eſt actus ſapientiæ infinitæ: & ità cõmunicare propriam bonitatẽ, & creaturas ſibi inuicèm tam vtiles facere, actus eſt immenſæ beneuolentiæ. Porrò Deus, qui ſolus æternus eſt, ſolus æternaliter viuit vita intellectuali ſimpliciſſima, & infinitè perfecta, q eſt ipſum ſuum 1.Tim. 6.
eſſe ac viuere, qui teſte Apoſtolo, Solus habet immortalitatẽ, i. omnimodam incõmutabilitatẽ, & lucẽ habitat inacceſſibilem. Sed quomodò dicit omnia ſimùl creâſſe, cùm in exordio Geneſis legiẽ per interualla dierum corporalia produxiſſe? Et reſpondendũ ꝙ omnia hæc ſi- Gene. 1.
mùl creata ſunt, vel materialiter, ſeu quantùm ad eorum materiam, vel exemplariter, vel in genere vel ſimilitudine, i. tã vnum q̃ aliud eo modo, quo dñs ait ad Iob: Eccè Behemoth quẽ Iob 4.
feci tecum, i. ſicut & te. Pleniùs aũt tangendo, de iſto ſunt tres opiniones. Vna dicentium ꝙ omnia vno inſtante à Deo producta & condita ſunt in materijs & ſubſtantialibus formis ſuis, & ꝙ formatio ſequens intelligatur, quantùm ad formas accidentales. Oñia inquam, i. oẽs principales partes mundi, ſ. corpora cæleſtia & elementa. Alia opinio eſt dicentium, quòd cælum empyreum cum angelis, factum ſit cum informi materia corporalium rerũ, & poſteà in opere ſex dierum materia illa diſtincta ſit per formas ſubſtantiales: ſic tamen, quòd fuit informis, i. generali forma corporeitatis actuata. Tertia eſt, quòd omnia ſimùl producta ſint cum primis indiuiduis ſpecierum perfectè in ſubſtantialibus & accidẽtalibus formis, & ſex dies ſint vnus dies, ſex rerum diſtinctionibus repræſentatus angelicis mẽtibus, quæ eſt opinio Auguſtini, prout ſuper Geneſim ſcripſi diffuſiùs, quę opinio eſt ſubtilior, & naturali rationi cõſonantior reputatur: ſed aliæ duæ videntur ſcripturæ Geneſeos ampliùs concordare. Nam & Gloſſa hîc ait: Rerum ſubſtantia ſimùl eſt creata, ſed nõ ſimùl per ſpecies eſt formata, & ſimùl extitit per ſubſtantiam materiæ, ſimùl apparuit per ſubſtantiam formæ. [Deus ſolus iuſtificabitur,]i. ſolus per eſſentiam, purè, plenè, & infinitè iuſtus eſſe cognoſcitur atq; laudabitur, ità quòd eius comparatione nil aliud iuſtum ſit: immò vniuerſæ noſtræ iuſtitiæ ſint quaſi pannus menſtruatæ. Per quem modum ait Saluator: Nemo bonus, niſi Deus. Marc. 10.
Et Apoſtolus Ro. 16. Soli, inquit, ſapienti Deo. Ideò ait Pſalmiſta: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. De hoc in libro Iob multa ſcripta ſunt, vt eſt illud cap. 4. Nunquid Pſal. 142.
homo Dei comparatione iuſtificabitur? Et illud cap. 15. Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat, natus de muliere? [Et manet inuictus rex in æternum.]De quo ſcriptum

est Esther 13. Dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. Qui Iere. 49. testat: Quis similis mei, & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor, q resistat vultui meo? [Quis sufficiet enarrare opera illius?] Nullus vtiq; viatorũ, quia nec perfectè cognoscimus ea, nec omnia scimus. Porrò opera dei, sunt opera creationis, redẽ-
Psal. 9. ptionis, gubernationis, cõseruationis, iustificationis, & glorificatiõis. Nec obstat illud Psalmistæ, Narrabo omnia mirabilia tua: qa intelligendũ est de enarratione incõpleta, & in quodã cõmuni, licèt & aliqua possint in speciali narrari. [Quis eñ inuestigabit magnalia Dei?] i. opera eius magnifica, seu ꝓprietates & attributa ipsius, à quorum perfecta rẽsentatione & cõprehensione deficit omnis creatura penitùs infinitè? [Virtutẽ aũt magnitudinis] i. excellẽ-
Iob 37. tiæ & perfectionis [eius quis enunciabit?] perfectè, & nisi inquantùm ipse donauerit, iuxta illud: Dignè eũ inuenire nõ possumus, magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari nõ potest: ideò timebunt eũ viri, & nõ audebunt cõtemplari oẽs qui sibi videñ esse sapientes. [Aut quis adijciet enarrare misericordiã eius,] q in se & in suis effectibus ineffabiliter, immò & incõprehẽsibiliter magna est; ꝑsertim super genus humanũ, pro cuius salute ipsemet dignatus est fieri homo, cõuersari in mundo, mori in ligno, q sæpè in his facit gratiarum
Rom. 8. suarũ abundare charismata, in qbus abundauit malitia, q omni momento paratus est indulgere omi peccatori, quantumcunq; enormi. Immò & iniquissimos multotiès ꝓuenit gratiosè, & facit sibi charissimos, q de seruis diaboli & peccati subitò efficit amicos & filios Dei, membra ac milites Christi, & hæredes regni cælestis, q in tot & tantis sceleribus sustinet impios, & eorum pœnitentiã ꝓstolatur, immò ad pœnitendũ hortat, nec aufert eis beneficia sua aut angelorũ ꝓsidia, nec permittit eos à diabolo subitò suffocari. [Nõ est minuere neq; adijcere,] i. ipse tam inuariabilis est & perfectus, q eius maiestati nec auferri qd potest, nec addi. Vnde & in libro de Causis probat, q causa prima est superior omni narratione, & q nou est ei diminutio, nec cõplementum. In eius quoq; operibus nõ est diminutũ neq; superfluũ, cùm & philosophus dicat, q natura non deficit in necessarijs, nec abundat superfluis. Porrò
Matth. 11. pusillanimes & desperantes, videñ quasi minuere misericordiã Dei, nec respirãdo, nec confidendo in ea. Vani aũt, intimorati & ꝓsumptuosi, videtur aliqd ei velle adijcere, quasi euasuri sint rigoré diuini iudicij. [nec est inuenire magnalia dei:] i. per inuẽtionẽ & studiũ perfectè cognoscere, secundùm modũ quo Christus loqtur: Nemo nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. [Cùm cõsummauerit homo, tũc incipiet:] i. intantùm deficit omnis homo à tuæ maiestatis plena cognitione, condigna laudatione & perscrutatione, q cùm fecerit in his oẽm suam diligentiam & conatũ, & perfectè
Philip. 3. ista peregerit, quantùm ab homine fieri potest, adhuc tantùm distat à plena tuí cognitione perfectaq; laude & inquisitione, acsi nihil egisset in his, & quasi sibi recenter sit inchoandũ in istis. Immò & rursùs incipiet, vt magis proficiat, & nũquàm in hac vita se apprehendisse arbitretur, sed sequatur, vt in patria te agnoscat, & quantùm fieri ꝑualet, cõprædendat, iuxta
Lucæ 17. quod ait Apostolus: Quæ priora sunt, obliuiscens, in anteriora meipsum extendo. Insuper cùm cõsummauerit homo, i. perfectè adimpleuerit dei ꝑcepta, tũc incipiet, i. tã humilis erit, atq; tam modicum reputabit, quicqd boni efficit, q cum recenti feruore incipiet Deo seruire, acsi hactenùs nil boni egisset. Hoc est quod monet Saluator: Cùm feceritis, inquiens, omnia quæ ꝑcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. Hinc fertur in Vitis patrum, quòd cùm vir valdè heroicus sanctus abbas Sisois ageret in extremis, & Deum silenter oraret, dixerunt ei sancti patres, qui aderant: Quid agis, & cum quo loqueris pater? Respondit: Oro Deum, vt permittat me modicùm pœnitere. At illi: Nõ indiges, inquiunt, pœnitentia abba. Ait: Verè nescio me principium pœnitentiæ fecisse. & cognouerunt omnes quia perfectus est. Vndè & mox vultus eius resplenduit vt sol, viditq; Christum venientẽ ad se. Sic & Seraphicus ille sublimis Franciscus dicere cõsueuit: Fratres, incipiamus deo seruire. Iterùm, cùm cõsummauerit homo ꝑcepta implendo, tunc incipiet super se ferri, diuina mysteria contẽplando. [& cùm quieuerit, tunc operabitur:] i. post contemplationis quietẽ feruentior erit ad benè agendum, & bona proposita instantiùs prosequet, quia in cõtemplatione synceriter intuetur, quàm infinita reuerentia dignus sit Deus, & quàm iustũ & fructuosum sit iugiter boni aliqd operari, & quàm imperfecta fuerint opera sua hucusq;, immò quàm nullius momenti respectu honorabilitatis diuinæ. Ex cõtemplatione quoq; accenditur charitas, q̃ ociosa non est: sed quo feruentior fuerit, eo validiùs ad bona agenda impellit. [Quid est homo?] Quasi dicat: Fragilis & defectuosa est creatura. [& quæ gratia illius?] i. gratiositas seu acceptabilitas eius. Vel, quæ gratia, i. virtus & perfectio eius? quasi dicat, comparatione Dei permodica est, nec hanc ipsam habet à se. [& quid est bonũ, aut qd nequã illius?] i. bona eius per-

perpauca sunt, & desuper ei concessa, mala verò ipsius sunt multa & grauia, & à seipso hæc habet, quẽadmodùm sanctus & innocẽs Hugo Carthusiensis antistes Lincolniẽn, sæpiùs dixit: Mala mea, purè mala sunt, & mea sunt: bona aũt mea, nec pura sunt, nec mea sunt. [Numerus dierum hominis, vt multùm, centũ anni:] i. si centũ annis vixerit homo, multũ est valdè & decrepitus erit, cùm scriptũ sit: Dies annorũ nostrorũ, in ipsis septuaginta anni. [quasi Gene. 6.
guttæ aquæ maris deputati sunt:] i. tot dies, cõparatione æternitatis, sunt quasi guttæ maris ad ipsum oceanũ. [& sicut calculus] i. lapillus [arenæ, sic exigui anni in die æui:] i. tot anni sunt breues & momentanei respectu æui, quod quãuis incipiat, finem tñ non habet. Ideò ait Psalmista: Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Princeps quoq; Psal. 89.
Apostolorũ in secunda sua Canonica: Vnus dies apud Deum sicut mille anni, & mille anni Psal. 143.
sicut vnus dies. [Propter quod patiens est Deus in illis,] i. piè & longanimiter habet se circa 2. Pet. 3.
peccantes, dissimulando eorũ peccata, & pœnitentiã præstolando, iuxta illud Esaiæ 30. Propterea expectat Dñs, vt misereatur vestrí, & ideò exaltabitur parcens vobis, eo q tãta sit fragilitas hominũ, & tam breuis vita eorũ, quãsi malè expenderint, perpetua recipient inferni supplicia. Vndè tantæ eorum calamitati cõdolens Deus, multipliciter agit & quærit, vt interim se emendent. [& effundet super eos misericordiã suã:] q̃ proprium ei est misereri & parcere. Vndè in Threnis loquit Hieremias: Misericordiæ Dñi (id est, diuinæ pietatis est) q Thren. 3.
nõ sumus cõsumpti, quia nõ defecerunt miserationes eius. [Vidit ꝑsumptionem cordis eorum qm̃ mala est:] i. qm̃ non attenta propria fragilitate, conati sunt agere ea, q̃ eorum vires excesserunt, sicut in constructione Babylonicæ turris. [& cognouit subuersionẽ illorum,] i. impietatem qua subuerterunt seipsos, sicut Sapient. 16. dictum est: Homo per malitiam occidit animam suam. [qm̃ nequam est.] nam impij & crudeles sunt in seipsos. Porrò alia est subuersio pœnæ, i. destructio & punitio quæ pro culpa infligitur, de qua Dñs per Amos ꝓ- Amos 4.
phetam: Subuerti, inquit, vos sicut subuertit Dñs Sodomam & Gomorrhã. [ideò adimple- Gene. 19.
uit propiciationem suam in illis,] reddens bona pro malis, condolens miseris, qui propria ignorauerunt pericula. [& ostendit eis viam æquitatis.] instruendo eos per patriarchas & prophetas, & per legem Mosaicam, per quam & multi gentiliũ fuerunt illuminati. [Miseratio hominis circa proximum suum] versatur, i. homo misericorditer agit cum proximis suis, ꝑsertim cum sibi coniunctis & notis. [Misericordia aũt Dei super omnẽ carnem:] i. cunctis viuentibus in terra impẽditur, etiã brutis, iuxta illud in Psalmo: Aperis tu manum tuam, Psal. 144.
& imples omne animal benedictione. Et sicut in Euangelio legitur, Pluit super bonos & ma- Matth. 5.
los, & solẽ suum facit oriri super iustos & iniustos. Veruntũ totum istud potissimè factũ est in exordio Euangelicæ ꝑdicationis, quandò discipuli Christi per totũ mundum sunt missi, & idololatras innumerabiles pasim ad veri Dei cultum traxerunt, qbus locutus est Paulus: Ephe. 5.
Fuistis aliquandò tenebræ, nunc aũt lux in Dño. Sic ergò misericordia Dei maior & latior est misericordia hominum, qui tñ diuinæ misericordiæ sequi debent vestigia, quod ad platos & ꝑdicatores potissimè spectat. Vndè subiungitur: [q misericordiã habet,] i. misericors ꝓsidens, [docet & erudit quasi pastor gregẽ suum:] i. exemplo & verbo informat sibi cõmissos, quẽadmodùm beatissimus archiapostolus admonet: Pascite, inquens, q in vobis est gre- 1. Pet. 3.
gẽ, forma gregis facti, & ex animo. Vndè per Ieremiam Dñs repromisit: Dabo vobis pastores Iere. 3.
iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. [Misereatur excipiens doctrinã miserationis, q festinat in iudicijs eius:] i. qui cupit & ꝓperat iudicari à Deo misericorditer & saluari, sicut misericordibus in scripturis ꝓmittitur, iuxta illud Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eum Dñs &c. pius & clemens sit proximis, audiẽs & cognoscens doctrinã scripturæ ad misericordiã exhortantis, quatenùs mereat audire in die Matth. 25.
iudicij: Venite benedicti patris mei. Esuriui eñ, & dedistis mihi mãducare. [Fili, in bonis nõ des querelam:] i. opera bona & misericordiæ facta, sine querela & irrephensibiliter imple, nec conqueraris de his, q petunt eleemosynas atq; subsidia, quasi sint nimis multi, vel ficti, aut improbi, sed exemplo parentũ sanctissimi ꝑcursoris, incede in oẽibus mandatis & iu- Lucæ 1.
stificationibus Dei sine querela. Hinc Philip. 2. monemur: Omnia facite sine murmuratione, vt sitis sine querela simplices filij Dei. [& in omni dato non des tristitiam verbi mali:] i. nulli actioni misericordiæ admisceas verba amara & praua, q̃ ad tristitiam inducant egenos, qui nõ sunt verbis exasperandi, nè afflicto augeat afflictio. [Nõne ardorẽ refrigerabit ros,] qui calorẽ temperat in æstate? [sic & verbũ melius, q̃ datũ:] i. rationalis instructio & pia cõsolatio, melior est eleemosyna corporali, magisq; expedit irrationabiliter postulãti aut mẽdicanti. [Nonnè eccè verbum super datũ bonũ?] i. verbũ salubre ꝓstantius est munere corporali, quanuis benè erogato. Nã & spiritualia misericordię opera, inter quę sunt, instruere,

corripere, conſolari, conſulere, præſtantiora & diuiniora ſunt corporalibus miſericordiæ actibus: tamen indigenti, rationabiliterq; petenti, non ſufficit dare verba ſuauia, ſicut Iacobus Apoſtolus in ſua ait Canonica: Si frater aut ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano, dicat aũt de vobis aliquis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, nõ dederitis aũt eis, q̃ neceſſaria ſunt corpori, qd proderit? [& vtraq; cum homine iuſtificato:] i. homo verè virtuoſus, à Deo iuſtificatus, diſcretus & pius, facit horũ vtrunq;, impendendo eleemoſynã corporalẽ ei, q̃ rationabiliter petit, ità ꝙ ſibi nõ conſtat oppoſitũ de illo petenti, & verbũ pium ac doctrinale loquendo ad illũ, ſi videatur ſuã inopiam ferre moleſtè. Vel nõ ſolùm ſit pauper, ſed etiã æger, quatenùs ſicut per eleemoſynã releuatur inopia, ità per verbũ bonum ac cõſolatorium tẽperetur aut extinguatur ardor iræ, impatientiæ, indignationis, tã eius qui petit, quàm dantis, ſicut per roré defenditur ſeges à læſione ſolaris ardoris. Hinc ſcriptum eſt Prou.12. Mœror in corde viri humiliabit eum, & de ſermone bono lętificabitur. Et rurſùs in Prouerbijs legit̃: Sermo durus ſuſcitat furorẽ, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Iacob.2. Prou.15. Eccl 6. Iterumq; Prou.16. teſtat̃: Dulcis eloquio poſſidebit maiora. [Stultus improperabit acriter] ei cui beneficium dedit. [qm̃ ſtultus eſt, iuxta illud Prou.15. Os fatuorũ ebullit ſtultitiã. Cõtra quod de ſapientiſſimo Deo Iacobus loqꝫtur: Qui dat oĩbus affluenter, & nõ improperat. [& datus indiſciplinati, tabeſcere facit oculos:] i. datio hominis incõpoſiti, facit deficere & triſtari oculos recipientis, ga vel tardè dat, aut cũ toruo vultu ſeu aſperitate verborum, quẽadmodùm Salomon faſſus eſt Prou.14. In ore ſtulti, virga cõtumeliæ. [Ante iudiciũ para iuſtitiã tibi:] i. actus virtutum proſequere, & iuſtus eſſe ſatage ante mortẽ, poſt quã mox iudicabitur anima tua periclitari iudicio, dicente Apoſtolo: Statutũ eſt hominibus ſemèl mori, poſt hoc aũt iudicium. Hoc eſt quod hortat̃ Saluator: Eſtote parati, qa qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. In ſupèr ante iudiciũ para iuſtitiã, i. anteq̃ audeas proximũ iudicare & increpare, teipſum ad hoc exhibe dignũ, iuſtè viuendo. Indigni nanq; ſunt alios iudicare, q̃ in eiſdẽ aut maioribus ſunt peccatis, ait Ambroſius. Hinc ait Apoſtolus Ro.2. Inexcuſabilis es homo oĩs q̃ iudicas, ſupple alios inordinatè. Ideò addit: In quo em̃ alium iudicas, teipſum cõdemnas: eadẽ em̃ facis. [& anteq̃ loquaris, diſce] qualiter ſit loquendũ, nè (vt Salomon ait) capiaris in verbo indiſciplinato. Similiter anteq̃ præſumas docere aut reſpondere, diſce ſcientiam, quẽadmodùm ſcriptũ eſt: Si eſt tibi intellectus, reſponde, ꝙximo tuo: alioqui ſit manus tua ſuper os tuũ. Hinc, ſicut in Vitiſpatrũ narrat̃, qdam ſanctus ſenior dixit: Nè ante tempus docere p̃ſumas: alioquì minoraberis cunctis vitæ tuæ diebus. [ante lãguorẽ adhibe medicinam:] nõ qua curetur, ſed vetet̃ imminens morbus. Sic etiã anteq̃ peccet, caue occaſionẽ peccandi. Vel per languorẽ intelligit̃ morbus inueteratus, vt ſit ſenſus: Mox cùm cœperis infirmari, adhibe medicinã, nè ægritudo ſua vetuſtate incurabilis fiat. Sic cùm in culpã corrueris, ſtatìm pœniteas, nè diuturnitate aut cõſuetudine vitij obruaris, induratusq; fias. [& ante iudiciũ] i. anteq̃ incidas manus Dei viuentis, & anteq̃ iudices proximos, [interroga teipſum,] i. diſcute conſcientiam tuã, an paratus ſis Deo occurrere, ſeu proximum iudicare, iuxta illud Abac.2. Super cuſtodiã meam ſtabo, vt videam qd dicatur mihi, & qd reſpondeã ad arguentẽ me. Et Amos 4. Præparare in occurſum Dei tui. [& in cõſpectu Dei inuenies, ꝓpiationẽ:] ità ꝙ feret ſententiã pro te, ſicut in Euangelio ait iudex: Beatus ille ſeruus, quẽ, cùm venerit Dñs, inuenerit vigilantẽ, i. paratũ. Ideò dixit Apoſtolus 1.Co.11. Si noſmetipſos dijudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur, iudicio ſ. reprobationis. [Ante lãguorem humilia te,] quærendo remedia, & ſubijciendo te medico. Similiter anteq̃ ſpiritualiter incurras languorẽ, i. habitũ vitioſum, aut prauum vſum, humilia te per verã pœnitentiã, & implorationẽ pietatis diuinæ obedientiamq; ſalubrẽ. Vndè Paulus Heb.3. loquitur: Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, nè obdurẽ quis ex vobis fallacia peccati. [& in tempore infirmitatis oſtende conuerſationẽ tuã:] i. tunc cõſtans eſto & patiens, qm̃ virtus in infirmitate perficit̃, & ipſa aduerſitas pandit, an homo ſit virtuoſus. Tunc ergò oſtende, non verbo tantùm, ſed per patientiã, ꝙ fueris vitæ laudabilis. Rurſùs tempore infirmitatis oſtẽde conuerſationẽ tuam, i. peccata tua, ſyncerè confitearis. [non impediaris ſemper orare,] i. nulla occaſione, tentatione, occupatione aut cura, auertaris aut ceſſes ab oratione aſſidua, qm̃ iugiter circunuallamur periculis, dæmonumq; inſidijs ac propriæ fragilitatis incitamẽtis, atq; auxilio Dei inceſſabiliter indigemus. Hinc aſſerit Chriſtus Luc.18. Oportet ſemper orare, & non deficere. Apoſtolus quoq; 1.Theſſ.5. Sine intermiſſione, inqt, orate: i. omni tẽpore opportuno. Elcuandum eſt igitur cor ad Deũ oratione interna, frequẽti ac feruida, ſecundùm quod cauſæ, propter quas orare egemus, ſunt magnæ & arduæ. [& nõ vereris vſq; ad mortẽ iuſtificari:] i. perſeueranter vſq; ad mortem virtuoſis inſiſte operibus, & ſemper ſtude

Iacob. 1. Hebr. 9. Lucæ 12. Eccl 5. Eccl 5. Lucæ 12. Thren. 3.

ſtude proficere in gratia ac omni virtute, iuxta illud Apocal.22. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Hinc dixit Apoſtolus Philip.3. Ego non arbitror me appræhendiſſe. Et rurſùs: Rogamus vos fratres, vt abundetis magis. Itẽq; 1.Co.12. Aemulamni chariſmata meliora. [quoniam merces Dei manet in æternum:] videlicet felix retributio illa, quæ talis ac tanta eſt, vt nullum tempus longum, nullus labor durus, nulla aduerſitas grauis debeat videri, quibus æterna illa felicitas poteſt acquiri, dicente Apoſtolo Rom.8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam illam. [Ante orationem præpara animã tuam:] ad orandum deuotè, i. diſtractiones cordis repelle, propriam vilitatem, defectuoſitatem, & culpam attende, diuinæ maieſtatis præſentiam penſa, ſicq; cum omni humilitate, reuerentia, feruore, & attentione Deum exora. Atq; vt iuſſit Saluator, Dimitte, ſi quid habes contra aliquem. [& noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum:] qui infideliter orat & irreuerenter, quærẽdo experimentum diuinæ ſapientiæ ſiue potentiæ, ſeu omittendo quod ſecundùm viam humanam facere poteſt & debet, & incautè ſe committens prouidentiæ Dei. [Memento iræ in die conſummationis:] i. attende rigorẽ & vltionem diuinæ iuſtitiæ, quæ ira erit in die vniuerſalis iudicij, conſummationiſq; mundi. [& tempus retributionis in cõuerſione faciei,] i. remunerationem diuinam conſidera in conuerſione mentis tuæ ad Deum, & ſic terrena faciliùs ſpernes. Aliqui legunt, In conuerſatione facies: quia ad benè conuerſandũ confert quàm plurimùm conſideratio retributionis diuinę. [Memento paupertatis in tempore abundantiæ.] Hoc primò ſit poteſt exponi, vt dum diuites ſumus & in temporalibus proſperamur, penſemus nos eiſdem poſſe priuari, ac depauperari. Idcircò nec ea prodigaliter expendamus. Secundò ſic, vt diuites exiſtendo, conſideremus & releuemus aliorum inopiam. Tertiò, vt tempore opulentiæ memores ſimus indigentiæ infernalis, in qua diues guttam aquæ non accepit. Quartò, vt in temporalibus abundantes, attendamus nos pauperes eſſe in ſpiritualibus bonis gratiæ, virtutum, donorum, ac meritorum, in quibus vt abundare mereamur, debemus temporalia liberaliter communicare, & in pios vſus quotidiè conuertere. [& neceſſitatem paupertatis] attende [in die] i. in tempore [diuitiarum:] ponderando quàm oneroſa ſit paupertas ijs, qui eam dura neceſſitate magìs, quàm deuota tolerant voluntate. [A manè vſq; ad veſperum mutabitur tempus:] cùm ſit de numero ſucceſſiuorum, & in cõtinuo fluxu. Vndè Amos ait de Deo: Conuertens tenebras in manè, & diem nocte mutans. [& hæc omnia citata in oculis Dei:] i. ſicut tempus celerrimè defluit ac mutatur, ſic paupertas & abundantia & conſimilia poſſunt ſubitò euenire, & inuicèm ſibi ſuccedere, ſecũdùm diſpoſitionem prouidentiæ Dei. Omnia quoq; tempora ac temporalia, comparatione æternitatis citata ſunt, i. accelerata, & citò pertranſeuntia. [Homo ſapiens in omnibus metuit:] i. in omni loco, tempore, actu, negocio, veretur occulta Dei iudicia, qui terribilis eſt in conſilijs ſuis ſuper filios hominũ, & nè Deum offendat, atq; nè ab eius charitate & fruitione beatifica ſeparetur, ſciens ſe in laqueorum medio ambulare, inuiſibilibus, callidiſſimis, atrociſſimis inimicis circũdari, ac offendiſſe in multis, immò quotidiè in multis peccare, ſaltem in venialibus, quæ ad mortale diſponunt. Ideò Salomon aſſerit Prouer.28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Et rurſùs: Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit. Hinc ſanctus Iob: Verebar, inquit, omnia opera mea, ſciens quòd nõ parceres delinquenti. [& in diebus delictorum] i. quandiù viuit in ſtatu iſto periculoſo delictis pleno [attendet ab inertia,] i. à pigritia præcauebit, bona opera viriliter aggrediendo, & contra vitiorũ incurſum ſolicitè vigilando, cùm Dominus Apoc.3. dicat: Si non vigilaueris, veniam ad te tanquàm fur. In tantis nanq; periculis omnis pigritia eſt vitanda. Hinc increpatoriè ſcriptum eſt Prouerb.6. Vſquequò piger dormis? quandò conſurges de ſomno tuo? Et alibi: Omnis piger in egeſtate eſt. [Omnis aſtutus] i. ſagax & perſpicax [agnoſcit ſapientiam:] quia ad eam obtinendam & conſeruandam eſt ſtudioſus: [& inuenienti eam dabit confeſſionem:] i. eos laudabit qui ſapientiam inueniunt ſeu acquirunt, ſciens ſapientiam eſſe precioſiorem omni auro & gemmis. [ſenſati in verbis, & ipſi ſapienter egerunt:] i. ſicut ſunt ſapientes in verbis, ità etiam in opere, ſicut ſapientia vera requirit. Propter quod Iacobus dicit: Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuã. [& intellexerunt veritatem] ſcripturæ [& iuſtitiam] Dei in regimine atq; iudicio vniuerſorum, [& implorauerunt prouerbia & iudicia.] i. pro intelligentia prouerbiorum iudiciorumq; Dei, ipſum Dominum ſuppliciter implorauerunt, poſtulantes edoceri ab eo, de quo loquit̃ Paulus: Dabit tibi Dominus de omnibus intellectum. Inſpiratio enim omnipotentis dat intelligentiam. [poſt concupiſcentias tuas non eas:] ſed reprime ipſas, ſicut princeps Apoſtolorũ hortatur 1.Pet.2. Abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſùs animam. Paulus

Iacob.3. 2.Tim.2. Iob 33.

1.Theſſ.4. Marc.11. Lucæ 16. Amos 5. Pſal. 65. Prou.14. Iob 9. Prou.21.

quoq; Galat. 5. Caro, ait, concupiſcit aduerſùs animam, vt non quæcunq; vultis, faciatis. Et
Rom. 8. rurſùs: Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini. [& à voluptate tua auertere:] i. à delectatione carnali, vt in cibo & potu, coniugalíq; copula non voluptatẽ, ſed neceſſitatem, aut fœcunditatẽ, aut debiti perſolutionem intendas. In copula tamen carnali non poteſt voluptas vitari, nec eſt peccatum, quãdò non quæritur, & ipſe actus debitè exercetur. Similiter delectatio in cibo & potu, inquantùm naturalis, & ad ſpiritalem finem relata, non eſt culpa. [Si
præſtes animæ tuæ] i. vitæ animali, ſeu tibi ipſi, [concupiſcentias eius,] eis conſentiẽdo aut
Pſal. 12. executionem præbendo, [faciet te in gaudium inimicis tuis] dæmonibus, qui de carnalibus vitijs & animarum perditione in eis lætantur, ſeu complacentiam habent. Ideò ait Pſalmiſta:
Pſal. 24. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. Et: Neq; irrideant me inimici mei. [Ne oblecteris in turbis,] i. in ſocietate carnalium ſtrepituq; vulgariũ, vel in grandi familia. Princeps tamen ſeu rex poteſt in exercitu & multitudine ſubditorum gaudere, inquantùm conducent ſtatum ſuum, & ſibi vtiles aut neceſſarij ſunt, cùm Prouer. 14. ſcriptum ſit: In multitudine populi, dignitas regis: in paucitate plebis, ignominia principis. Faſtus tamen, pompa, & ſuperfluitas in talibus ſunt vitandi. [nec in modicis:] i. nec in ſocietate paucorum, aut minori familia delecteris, communicando eis immoderatè in verbis aut factis, quia in mul-
Prou. 10. tiloquio non deeſt peccatum. Et vnus ſapientium ait: Quotiès inter homines fui, minor homo redij. Arſenio quoq; cælitùs dictum eſt: Si vis ſaluari, fuge, tace, quieſce. Propter quod
Pſal. 54. ait vir ſanctus: Eccè elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. [Aſſidua enim eſt commiſſio illorum.] i. frequẽter peccant, & trahunt ad vitia. [Nè fueris mediocris] i. lentus & tardus [in contentione ex fœnore:] i. in multiplicatione piè contentioſa, qua vnus contendit alium ſuperare in eleemoſynarum largitione, quæ fit ex fœnore, i. ex rebus accommodatis à Deo, de quibus & rationem requiret, per quam etiam largitionem homo fœneratur Deo, iuxta illud Prouer. 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi. [& non eſt tibi nihil in ſeculo:] id eſt, ſi hoc feceris, habes aliquid tibi repoſitum, ſ. meritum magnum, quo tempore ſuo iuuaberis. [Eris enim inuidus animæ tuæ.] i. niſi ſubueneris, propriæ derogabis ſaluti, nec ſpi-
Pſal. 10. ritualiter diliges animam tuam, ſed odies. Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animam ſuam. Vndè ſcribitur Tobiæ 12. Qui faciunt iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ.

¶ Declaratio cap. 19. Operarius ebrioſus non locupletabitur. Art. 19.

CErtum eſt, in capitulis & proceſſu huius libri parùm & raro eandem continuari materiam, nec ſcholaſtico modo procedi, ſed eadem multotiès ſub verbis alijs iterari, & in eiſdẽ capitulis de vna virtute tranſiri ad aliam, ſimiliter de vno peccato in aliud. Idcircò q; aliqui hîc nituntur facere diuiſiones & continuationes ad ſubtilitatem ſcholaſticam pertinentes, parui vigoris eſt aut nullius, & vndiq; inſtantiam patitur, quanuis hoc proſequi & probare, propter vitandam prolixitatem omittam. [Operarius ebrioſus nõ locupletabitur:] q; a mercedem ſuorum laborũ guloſè conſumit, & ſæpè indebitatur. Sic & Salomon loquit Prou. 21. Qui amat vinũ & pinguia, nõ ditabitur. Et rurſùs Prou. 23. Noli eſſe in cõuiuijs potatorum, nec in comeſationibus eorũ, qui carnes ad veſcendũ cõferunt: q; a vacantes potibus & dantes ſymbola, conſumẽt. [& q; ſpernit modica,] i. qui nõ curat vitare parua peccata, [paulatim decidit:] i. ſucceſſiuè corruit ad maiora. Venialia nanq; minora, diſponunt ad venialia groſſiora, & omnia ſimùl ad mortalia. Ideò aſſerit
Eccẽs 7. Auguſtinus: Hoc facit ſentina neglecta, quod fluctus irruens. Ideò in Eccleſiaſte dictum eſt: Qui timet Deũ, nihil negligit. Nempe quo quis magìs illuminatì à Deo, tanto ampliùs ponderat & abhorret etiam minimas culpas, præſertim cùm de omni verbo ocioſo reddẽda ſit ratio. [Vinum & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.] i. immoderatus amor & vſus vini ac mulierum, ipſos quoq; ſapientes decipiunt, atq; à Deo auertunt: quod etiam mulieres multipliciter, occaſionaliter, efficienter, obiectiueq; faciunt verbis, inceſſu, ornatu, decore, tactu, effectu. Hinc ſcriptũ eſt Oſeę 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor, [& arguunt] i. probant [ſenſatos] qui eis non ſeducuntur. Vel arguunt, i. repræhenſibiles eſſe oſtendunt eos, qui vincuntur. [& qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam:] quia à ſocijs ſuis omnem inhoneſtatem, procacitatem, laſciuiam diſcet. [Putredo & vermes hæreditabunt eum:] id eſt, corpus eius exanime totaliter occupabunt. Vel, putredo infernalis fœtoris & vermis conſcientiæ, hæreditabunt animam condemnatam, talisq; pœna congruit ei qui fœtore & corruptione luxuriæ delectatur. [& extolletur in exemplum maius] id eſt, publicè punietur ad aliorum terrorem. [& tolletur de numero anima eius:] id eſt, de conſortio electorum, ſecundùm id Pſal. 68. Deleantur de libro viuentium. [Qui citò credit] hominibus de quibus ſibi non conſtat quòd ſint fide digni, [leuis corde eſt,] i. incircunſpectus & inconſideratus,

[& im-

[& immorabitur:] quia ex tali leui credulitate incidit varia mala pœnæ & culpæ, & inquietatur in animo, malaq; ſuſpicatur de proximis, immò etiã ſæpiùs infert damna. Contra hoc vitiũ acriter loqtur ſanctus Bernardus libro de cõſideratione, & quàm periculoſum ſit, maximè in eis qui præſunt. Vndè 1. Ioan. 4. habetì: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Prou. quoq; 14. fertur: Innocẽs credit omni verbo, aſtutus cõſiderat greſſus ſuos. [Et qui delinquit in animam ſuã, ſeam ſpiritualiter occidendo, ſicut os quod men- Sap. 1.
titur, occidit animã ſuã. [inſupèr habetur] ſupple inter ſtultos vel habebitur inſupèr, i. reputabitur inter eos q; foris ſunt. [Qui gaudet in iniqtate] propria vel aliena, iuxta illud Prou. 2. Lætantur, cùm malefecerint. Et in Pſal. 51. Quid gloriaris in malitia? [denotabitur] i. digito oſtendetur tanquàm maleuolus. Charitas enim non gaudet ſuper iniquitate, ſed rancor aut 1. Cor. 13.
malitioſitas. [& qui odit correptionẽ, minuetur vita.] Talis enim eſt incorrigibilis, ideò omni ſpirituali vita virtutum priuatur, & interdùm ob ſuos exceſſus occiditur. [& qui odit loquacitatem, extinguit malitiam:] i. in ſeipſo ac alijs vitat mala, quæ ex loquacitate naſcuntur, & cùm ipſa loquacitas ſit malitia, odiendo loquacitatem, perimit in ſeipſo malitiã. Hinc Pro. 14. legitur: Vbì plurima ſunt verba, ibì frequẽter egeſtas. Et Iacobus ait: Vniuerſitas iniqui- Iaco. 3.
tatis lingua conſtituitur in mẽbris noſtris, quæ maculat totum corpus noſtrum, inquietum malum, plenum veneno mortifero. Paulus quoq;: Corrumpũt mores bonos colloquia ma- 1. Cor. 15.
la. [Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit:] quia aut in ſeculo iſto pœnitebit ſalubriter, aut in hora iudicij ſui ſerò. [& qui iucundatur in malitia, denotabitur. Nè iteres verbum nequam & durum:] i. verba pungitiua & malitioſa ab alijs prolata, non reſumas ad contendendum, ſeu inſultandum ei, qui protulit ea, vel referendo alijs, qui indè poterunt lædi, & ſi tu ipſe talia protuliſti, pœniteas ſtatìm, non iteres ea. [& non minoraberis:] quia ex hoc proficies in gratia, dilectione & fama. [Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: i. mentis tuę ſecretum non pandas indifferenter amico & inimico: ſed ſoli amico, nec omni amico, ſed fideli, probato ac certo, vt dictum eſt ſuprà. [& ſi eſt tibi delictũ, noli denudare:] i. inimico ſeu cuicunq; amico non manifeſtes peccata tua occulta. Hoc tamen in Sacramẽtali confeſſione locum non habet. [Audiet enim te] attonitè, quaſi compatiens, [& cuſtodiet] i. obſeruabit [te] ad accuſandum tempore ſuo, [& quaſi defendens peccatum,] i. ſub ſpecie excuſantis culpam tuam in tua preſentia, [odiet te,] quærendo tibi occultè nocere: [& ſic aderit tibi
ſemper] cum tali ſimulatiõe ac fallacia. [Audiſti verbum aduerſùs proximum tuum? i. verbum prolatum ab aliquo contra honorem ſeu commodum proximi tui. [commoriatur in
tẽ,] i. vltrà non proferatur: [fidens, quoniam non te dirumpet.] Hoc intelligendũ eſt de verbis mendoſè prolatis, quæ vltrà proferri non expedit, ſed diſcordiam generarent. Si autem ſint verba certè aut probabiliter vera, admonendus ſeu auiſandus eſt proximus, de quo & contra quem prolata ſunt, vt ſe emendet ſiue diſcutiat: non tamen inſinuandum eſt ei, quis dixerit contra eum huiuſmodi verba. [A facie verbi parturit fatuus,] i. ex verbo audito procedit ad imaginandum & fabulandum de illo, nec valet illud celare. Parturit, inquã, [tanquàm gemitus partus infantis:] i. ſicut erumpit gemitus ab infantulo nato. [Sagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti:] id eſt, ſicut canis impatienter ſuſtinet iaculum ſibi infixum, & extrahere illud molit, ſic homo loquax & infidelis verba audita patiẽter in ſuo corde
non poteſt tenere, ſed feſtinat illa effundere, iuxta illud: Conceptum ſermonem tenere quis Iob 4.
poterit? [Corripe amicum,] cùm ſcis eum peccâſſe, obſeruato ordine correptionis fraternæ, ſicut iubet Saluator: Corripe eum inter te & ipſum ſolum. [nè fortè non intellexerit] Matth. 18.
culpam ſuam, id eſt, nè forſan ignoret aut non aduertat ſe peccâſſe, [& dicat, Non feci:] i. non peccaui, [aut ſi fecerit,] ſupple ſcienter, [nè iterùm addat facere:] ſi non corripueris eum. [Corripe proximum, nè fortè non dixerit:] id eſt, nè fortè negauerit culpam ſuam. [& ſi dixerit,] id eſt, ſi eam recognouerit, [nè fortè iteret] culpam ſuam. [Corripe amicum:] quotiès id meretur, & iuſtitia exigit, ac charitas dictat. Nam fraterna correptio eſt eleemoſyna ſpiritalis, & cadit ſub præcepto, pro loco & tempore opportuno. [ſæpè enim fit commiſſio] mali, & etiam omiſſio boni, & de vtroq; peccato corripiendus eſt proximus. [& nõ omni verbo credas:] ſicut iam dictum eſt, & difficiliùs credendum eſt verbis accuſationum, detractionum, diffamationum, quàm verbis charitatiuis & commendatorijs. [Eſt qui labitur lingua ſua,] excedẽdo aliquo modo in verbis, [ſed nõ ex animo:] i. nõ ex deliberatione, ſed inaduertentia aut ignorantia. [Quis eſt enim, q; nõ deliquerit in lingua ſua,] omittendo quod dicendum eſt, aut exprimendo quod tacẽdum eſt? Q. d. nullus, aut pauci, cùm ſcriptum ſit: Linguam nullus domare poteſt. [Corripe amicum, antequàm commineris:] id eſt, corri- Iaco. 3.
pe eum ſecretè, priuſquàm commineris ei, quòd velis eum publicè increpare, aut iudici

denunciare,nè fama amici tui lædatur. [& da locum timori altiſſimi,]id eſt, Deum intra te filialiter time, cuius timor exigit, vt ſic facias:[quia omnis ſapientia, timor Dei:] id eſt, in filiali timore Dei conſiſtit ſapientia perfecta infuſa,vt dictum eſt ſæpè. In hoc enim conſiſtitatque cognoſcitur,quòd homo ſit ſapiens, quòd ſolicitè vitat & fugit ex charitate oẽm Dei offenſam.[& in illa]id eſt, in ſapientia ſitum eſt, [timere Deum,]quia ſapientia docet Deum filialiter formidari, & omnem culpæ fœditatem abhorrere, ac verecundari de ea in diuini vultûs præſentia.[& in omni ſapientia,diſpoſitio legis.]id eſt,lex diuina hominibus tradita,ſapientiſſimè eſt diſpoſita, ordinata, ſyncera.[Et non eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina:]id eſt,ſcientia qua quis ſcit peccare latenter ſeu nequiter & ſub ſpecie boni,ità vt faciliter nequeat depræhendi,non eſt ſapientia vera,ſed fallax,immò verſutia eſt, & vulpina
Iſaiæ 47. calliditas. De qua fertur in Iſaia:Sapientia tua decepit te. [& non eſt cogitatus bonus,peccatorum prudentia:]id eſt, prudentia ſeu potiùs verſutia iniquorum, qua nôrunt ad finem intentum per praua media deuenire,non eſt cogitatio bona, ſed vitioſa, dicente Apoſto-
Rom.8. lo: Prudentia carnis, mors eſt. Vndè loquitur Ieremias: Sapientes ſunt vt faciant mala, be-
Ierem.4. nè autem facere neſciêrunt.[Eſt nequitia]falſæ prudentiæ,[& in ipſa execratio:]id eſt, ipſa execrabilis ſeu abominabilis extat: quia ſimulata æquitas, eſt duplex iniquitas:& ſimulato-
Iob 39. res ac callidi prouocant iram Dei. [& eſt inſipiens,]id eſt,idiota & ſimplex,non literatus, [qui minuitur ſapientia]ſcholaſtica acquiſita,id eſt,modicum aut nihil habet de ea.Habet tamen ſapientiam quæ eſt donum, ſecundùm aliquem gradum: ideò abſolutè loquendo, melior eſt eo,qui multũ habet de ſapientia acquiſita,nihil verò de ſapientia infuſa,eo quòd non timeat Deum,nec eius obſeruet mandata.Et hoc eſt quod ſubditur: [Melior eſt homo qui minuitur ſapientia,]id eſt,modicum habens de ſapientia Philoſophica & Theologica per ſtudium acquiſita,[in timore]id eſt,in filiali timore[Dei]exiſtens, vel ex timore tali à ſecretorum & ſubtilium non neceſſariorum inueſtigatione abſtinens, [& deficiens ſenſu,] id eſt,à myſtico intellectu,[quàm qui abundat ſenſu,]id eſt, ſubtili & myſtico intellectu, [& tranſgreditur legem altiſſimi:]Immò,vt Lucæ 12. dominus aſſerit, Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit,plagis vapulabit multis.Et ibidèm:Cui plùs datum eſt, plùs requiretur ab eo.Hinc Salomon loquitur Prou.3.Cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Et rurſùs cap.15.Melius eſt modicum cum timore domini, quàm theſauri &c. [Eſt ſolertia certa]id eſt,ſubtilis induſtria,[& ipſa iniqua:]quãdò videlicet ordinatur ad vitioſa, ſcilicet ad aliorum deceptionem.[& eſt qui emittit]id eſt, profert aut mandat[verbum certum,]id eſt,certitudinaliter verum,[enarrans veritatem:]i.ſyncera loquens intentione ad inſtruendum audientes de veritate vitæ & doctrinæ atq; iuſtitiæ.[Eſt qui nequiter humiliat ſe,] ſicut hypocritæ,qui ſigna humilitatis monſtrant in verbis,in inclinatione & conſimilibus,vt humiles reputentur, & efficaciùs lædant aut fallant.Ideò ſequitur: [& interiora eius ple-
Matth.7. na ſunt dolo.] De talibus dixit Saluator:Attendite vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Sic quidam, vt conſequantur honores,fingunt ſe honores abhorrere ac fugere. Frequenter equidem peſſima vitia colore quodam virtutum ſe contegunt.De tali ſimulatore verè vitioſo, & putatiuè virtuoſo, paulò pòſt ſubditur. Primò tamen de verè excellenterque humili ſubinfertur: [Et eſt iuſtus,qui ſe nimiùm ſubmittit]id eſt,vehementer ſubdit etiam inferioribus,[à multa humi-
litate,]id eſt,ex abundanti humilitate interna,qua conſiderat ſe ſecundùm ea quæ habet à ſeipſo, & alios ſecundùm ea quæ habet à Deo. Vndè dictum eſt ſuprà cap. 3. Quanto ma-
1.Petr.2. ior es, humilia te in omnibus. Ad hoc ſacratiſſimus Petrus nos hortans: Subiecti, inquit, eſtote omni humanæ creaturæ (id eſt, omni homini) propter Deum. Ad quod filius Dei
Lucæ 2. ſuo nos informauit exemplo, ſubditus non ſolùm inclytiſſimæ matri ſuæ virgineæ, ſed etiam ſancto Ioſeph.Ità humiliauit ſe Paulus, dicens 1. Timoth. 1. Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Sequitur de iuſto putatiuo: [& eſt iuſtus, qui inclinat faciem ſuam:] id eſt, vultum deprimit ab adſpectu delectabilium obiectorum, vt caſtus & timoratus putetur. [& fingit non videre ſe quod ignoratum eſt:]id eſt, ſimulat ſe non intueri nec imaginari faciem aut perſonam ſexûs fœminei, quod eum facere alij neſciunt, quia occultè id facit,non metuens Dei iudicium.[Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare,]id eſt,quanuis impediatur, quod concupiſcit,opere adimplere ex impoſſibilitate aut virium debilitate ad tempus durante,[ſi inuenerit tempus malefaciẽdi,] i.ſi occurrerit ei hora opportuna,qua potens ſit concupiſcentiam implere,[malè faciet]ſicut pa-
Dan.13. tuit in duobus presbyteris circa Suſannam, qui tamen non potuerunt actum nefarium plenariè exequi in eadem.Qualiter autem interiora aliqualiter queant agnoſci, adiũgitur:

[Ex

[Ex viſu cognoſcitur vir:]i. ex diſpoſitione corporalium oculorum probabiliter cõijcitur, qualis ſit diſpoſitio cordis:quia incuſtoditus,laſciuus,vagabundusq; oculus, incuſtoditi & immundi cordis eſt index. Timor quoquè,triſtitia,iucunditas,tranquillitas, audacia, malitia,& conſimiles qualitates cordis,diſpoſitiones paſſionesque animæ,apparẽt in facie,præſertim in oculis,quorum diſpoſitio ex varia diſpoſitione cordis faciliùs alteratur ob diſtenſionem cohærentiamque neruorum ab vno ad aliud,& propter ipſius organi viſus humorem.[& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus:]i. ſapiens eſſe quis conijcitur ex apparatu diſpoſitioneque vultûs ſui,in quo ſi moralis venuſtas, maturitas, & honeſtas reſplendeant, probabiliter elicitur,quòd ſit prudẽs. Nam & in vultu omnes exteriores ſenſus ampliùs vigent,& in eo eſt ſedes pudoris.Hinc Prou.17.ſcriptum eſt:In facie prudentis lucet ſapiẽtia, oculi autem ſtultorum in finibus terræ.Prou.quoq; 27.Quomodò in aquis reſplẽdent vultus proſpicientium,ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.Veruntamen qualiter iſta cognitio non ſit certa,dictum eſt ſuprà.[Amictus corporis]i. curioſitas ornatusque veſtium,[& riſus dentium]i.riſus diſſolutus,in quo dentes appárent,[& ingreſſus hominis,] i.indecens,leuis,exquiſitusq; corporis motus,iuxta illud Iſaiæ 3. Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion,& ambulauerunt collo extenſo,& nutibus oculorum, & compoſito gradu incedebant,&c.[enunciat de illo:]i.interiorem eius vanitatem,leuitatem,elationem,inſipientiamq; demonſtrant,iuxta quod Salomon loquitur: Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub ol- Eccés 7.
la,ſic riſus fatui.Ex his probatur error dicentium non eſſe curandum de diſpoſitione exteriorum,dummodò interiora ſint bona.Nam & exteriora poſſunt eſſe mortaliter ſcãdalizatiua,& interiorum ſunt ſigna,atq; ab omni ſpecie mala eſt abſtinendum, ſecũdùm Apoſto- 1.Theſ.5.
lum.Poſtremò diſtinguitur inter duplicem correptiõem:[Eſt correptio mendax in ira cumelioſi:]i. quædam eſt increpatio,quę non eſt vera,iuſta & charitatiua delinquentis correptio,ſed obiurgatio animoſa,procedens ex ira increpatoris cõtumelioſi,& tamẽ ſub ſpecie correptionis exhibita.Vera autem correptio,ex charitate & æquitate debet procedere, vel ex ira per zelum,& humiliter fieri debet cum propriæ defectuoſitatis attentione & patienter,cùm ſit quædam inſtructio:doctrina autem viri,per patientiam noſcitur. Porrò ira Prou.19.
viri iuſtitiam Dei nõ operatur,atq; vt ait Iſidorus:Quicquid irato lacerato ſq; animo dicitur, Iaco.1.
furor eſt obiurgantis, non charitas corripientis. Ideò ait Pſalm.de vera correptione: Corri- Pſal.140.
piet me iuſtus in miſericordia & arguet me,vtpotè læſioni animæ meę cõpatiens.[& eſt iudicium,quod non probatur eſſe bonum:] videlicet iudicium temerarium, vſurpatorium, ſuſpicioſum,dum quis de incertis præſumit certam facere ſententiam, vel iudicat non ſibi ſubiectũ,vel ex leuibus ſignis dictat & aſſerit aliũ eſſe vitioſum,quod eſt mortale peccatum, charitati,ſapientiæ atq; iuſtitiæ omninò contrarium.Vndè ait Saluator Matth.7.Nolite iudicare,& non iudicabimini.[Et eſt tacens,]vtpotè à tali falſa correptione & inordinato iudicio ſe refrenans,& ſilens vſq; ad tempus opportunum. [& ipſe eſt prudens:] quia hoc totum,eſt magnæ prudentię effectus ac ſignum.Et valdè deteſtandum ac ſtultum eſt,ſub ſpecie correptionis,proximũ publicè increpare ex ira, improperãdo ei aliquem exceſſum notabilem,quanuis verum,cùm ſcriptum ſit Pro.25.Quę viderunt oculi tui,ne proferas in iurgio citò,nè poſteà emendare non poſſis,cùm dehoneſtaueris amicum tuum.

¶Elucidatio cap.20.Quàm bonum eſt arguere,quàm iraſci. Artic. 20.

DE fraterna correptiõe, vndè pcedenti cap.aliq̃ dixit,hîc pleniùs tractat.]Quàm bonũ eſt arguere,q̃ iraſci:]i.multo melius eſt peccantem,piè,ſeriosè, & diſcretè corripere cũ proprię defectuoſitatis recordatiõe,q̃ei irrefrenatè iraſci,indignari,aut inſultare, ſicut & ait Apoſtolus:Fratres,& ſi poccupatus fuerit homo in ali- Galat.6.
quo delicto,vos q ſpirituales eſtis,hmõi inſtruite in ſpiritu lenitatis,cõſiderãs teipſum, nè & tu tẽteris.Hinc cõſcriptũ eſt Pro.28.Qui corripit hoẽm,gratiã poſteà inueniet apud eũ magis,q̃ ille q per blandimẽta decipit.In Eccleſiaſte quoq;:Nè ſis velox ad iraſcendũ,qa ira Eccés 7.
in ſinu ſtulti requieſcit.[& confitentẽ in oratiõe nõ ,phibere:]i.eũ qui peũ deuorè laudar,vel ſe accuſat in cõfeſſione ſacramẽtali ſeu alia,nõ impedire ab huiuſmodi actu in ſua oratiõe, i.in tali ſua locutiõe:vel eũ q peccata ſua confitẽ in oratiõe qua poſtulat ſibi ignoſci à deo, prælato ſeu iudice,vel ab eo cui foreſecit:[Cõcupiſcẽtia ſpadonis deuirginauit iuuẽculam, ſic q facit per vim iudiciũ iniquum:]i.ſicut eunuchus caſtratus,ſeu ſpado,fœdat puellã ſine ſpe prolificationis:ſic qui ſola authoritate ſine pietate ſeu cũ immoderato coactiuo rigore corripit atq; dijudicat proximũ,lędit & magis perturbat ipſum,violatq; iuſtitiã, nec fructũ emendationis,pducit.[Quàm bonũ eſt,correptũ]etiã ſi nimis pungitiuè & ſine ſuo demerito increpeẽ,[manifeſtare pœnitentiã?]i.corã Deo intùs ſe humiliare & culpã agnoſcere,

& coram

& coram corripiente ſigna interioris pœnitentiæ demonſtrare, ipſam correptionẽ gratanter ac æquanimiter tolerando, ſeq; culpabilem acclamando, atq; ad ſatisfactionem & emendationem ſe exponendo. Nam etſi in eo, quod ſibi obijcit, non exiſtat culpabilis, tamen in alijs multis culpabilis eſt, propter quod & illam correptionem æquanimiter debet ſuſcipere, præſertim cõſideratione & amore Chriſti totiuſq; patiẽtiæ & acerbiſſimæ paſſionis ipſius, & propter multiplicem fructũ correptionis patienter & gratanter ſuſceptæ. Hinc Prou. 13. legitur: Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. [Sic enim effugies voluntarium peccatum:]correptionem taliter ſuſtinẽdo, conſequeris præteritarum remiſſionem culparum, & gratiam præcauẽdi futuras. Peccatum autem perſonale, propriè dicitur voluntarium, quod voluntate perſonæ peccantis committitur, aut ſponte admittit. ſed vt ait Hieronymus, libenter vitijs noſtris fauemus, & quod propria voluntate gerimus, ad naturæ neceſſitatem referimus. [Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens:]Hoc eſt quod in fine ꝓcedentis cap. dictũ eſt atq; expoſitum: Et eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Vel taciturnus eſt prudens corã hominibus, & ſapiens corã Deo. Nam & taciturnitas ipſa, eſt ſapientiæ ac prudentiæ ſignũ, iuxta illud Prou. 17. Stultus ſi tacuerit, ſapiẽs reputabit. Iob quoq; 13. Vtinàm taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. Econtrà loquacitas eſt imprudentiæ & inſipientiæ ſignũ. Propterea ſubdit: [& eſt odibilis, q procax eſt]i. imprudens & promptulus [ad loquendũ,]& garrulus ac verboſus. Talis em̃ incuſtoditus eſt corde, nec propriam læſionem attendit. Scandalizat quoq; & grauat audientes, & communiter vult ſapientiam ſuam monſtrare, ac vanus eſt. Idcircò quanuis amandus ſit, inquantùm homo viator, tamen inquantùm loquax, odibilis eſt Deo atq; hominibus. Ideò ait Propheta: Vir linguoſus non dirigetur in terra. [Eſt aũt tacens, non habens ſenſum loquelæ:]i. peritiam ad loquendum, ideò conſcius ſibi ſuæ indiſcretionis ac ignorantiæ tacet, nè loquendo excedat, & quantùm ad hoc, ſapienter & laudabiliter ſe habet. [& eſt tacens, ſciens tempus apti temporis:]i. diſcretus & benè aduertens, quandò ſit congrua hora loquendi, & tunc loquitur: quod q̃ laudabile ſit & acceptum, Prou. 25. exprimitur: Mála aurea in lectis argẽteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. [homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus]aptum loquendi, nec ex impetu paſſionum prorumpet in verba, iuxta illud Prou. 15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam. [laſciuus aũt]i. petulans, [& imprudens non ſeruabunt tempus]opportunum ad loquendum, & in loquendo per ſuperfluitatem excedũt, quia corde ſunt inquieti ac inſtàr vitulorum de armento mente indomiti. [Qui multis vtitur verbis,]i. ſuperfluis [lędit animam ſuam]ad minùs veniali peccato, & faciliter incidit in mortale, quoniam Salomone teſtante, in multiloquio non deerit peccatum. Dicitur aũt aliquis vti multis verbis, non quia loqtur diù, cùm in actibus ſcriptum ſit, quòd Paulus protraxit ſermonem vſq; ad mediam noctem. Et rurſùs: Exponebat ſuadẽs eis de Ieſu ex lege Moſis & prophetis à manè vſq; ad veſperam: & ſi ad numerum verborum reſpiciamus, ſancti frequenter leguntur vſi multis verbis, ſicut lex Moſis multa continet verba, & eadem ſæpè repetuntur in ea. Actuum quoq; 2. narratur, q princeps apoſtolorum alijs verbis plurimis exhortatus eſt eos. Sed ꝓpriè dicit vti multis verbis, q inutiliter verba multiplicat, & plùs q̃ reqrit materia de qua refert. Quocontrà aſſeritur Pro. 25. Sicut vrbs patens, & abſq; murorũ ambitu, ità vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Quo conſtat, q verboſus multa incurrit animæ damna ac vulnera. Ideò in Eccleſiaſte inducit: Nè temerè qd loquaris, neq; cor tuũ ſit velox ad proferendũ ſermonem coram Deo. [& q poteſtatẽ ſibi aſſumit iniuſtè,]i. authoritatẽ docendi, iudicandi, aut ꝓſidendi inordinatè vſurpat, [odietur]à Deo & homine, tanq̃ ambitioſus, iniuſtus & violentus. De talibus ait dñs Oſee 8. Ipſi regnauerũt, & nõ ex me: principes extiterũt, & nõ cognoui. Quocõtrà loquitur Paulus Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honorẽ, ſed qui vocatur à Deo, tanq̃ Aaron. Et qm̃ vno inconuenienti dato, plura ſequũtur, & modicus error in principio, paulatim augetur & magnus in fine efficitur, rectè mox ſubdit: [Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato:]i. vir indomitus, incõpoſitus, ſicut qui poteſtatem aſſumit ſibi iniuſtè, procedit de malo in peius: [& eſt inuentio in detrimẽtum:]i. noua inuenit ſiue excogitat in damnum ſui ac aliorũ, ſicut ecõtrarìo vir bonus humilisq; ꝓfectus procedit de virtute in virtutẽ, & ſalubria multa inſtituit. Hinc dixit Apoſtolus: Impij proficiẽt in peius, errãtes, & in errorẽ mittẽtes. De qbus in Pſal. 80. ibunt in adinuẽtionibus ſuis. [Eſt datũ quod nõ eſt vtile]nec dãti, ſi ex vanitate aut libidine donet: nec accipiẽti, qui dono abutitur, quẽadmodùm Iudicũ 9. legunt̃ viri Sichem dediſſe vitioſo Abimelech ſeptuaginta põdo argẽti, qui cõduxit ex eo viros vagos & inopes, occiditq; fratres ſuos ſeptuaginta viros ſuper lapidẽ vnũ. [& eſt datũ, cuius retributio duplex:]quod ſ. datur ex charitate & pietate homini grato: ſicq; dãs, recipit

recipit vicẽtã à Deo, q̃ ab hoĩe tali, & ſpecialiter opa miſericordię, ꝓſolutio decimarũ ac primitiarũ, ædificatio eccleſiarũ & religioſorũ locorũ multiplicẽ & exuberantẽ ſortiunt̃ retributionẽ à Deo, nõ ſolũ in futuro, ſed etiã in ꝓſenti, ſicut in Aggæo & Malachia ac alijs locis inuenit̃ ſcripturę. Vũ & in Euang. loqtur veritas: Oĩs q reliquerit patrẽ aut matrẽ, &c. ꝓpter me, centuplũ accipiet, ſ. in hac vita: & vitã ęternã poſſidebit, in patria. [Eſt, ꝓpter gloriã minoratio:]i. qdam ꝓpter ſuã ambitionẽ, elationẽ, promotionẽ indebitã, deijciunt̃ & minuuntur fama, poteſtate, honore, vt patet in libris Regũ de regib⁹ Iſrael, q ſucceſſiuè occiderũt ſe inuicẽ ob regni vſurpationẽ. Iulius quoq; fuit occiſus, eo q vſurpauit imperiũ. Ideò Chriſta teſt: Qui ſe exaltat, humiliabit̃. Et Iſa. 23. ſcriptũ eſt: Dñs exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret ſuphiã oĩs gloriæ, & ad ignominiã deduceret vniuerſos inclytos terrę. [& eſt, q ab humilitate leuabit caput.]i. qdam à ſubiectióe & deiectióe, inferioriq; ſtatu, meritò ꝓmouẽt̃ ad ſublimationẽ altioréq; ſtatũ, & potiſſimè ad altitudinẽ regni cęlorũ, de qbus aſſerit dñs: Beati pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnũ cęlorũ. Et 1. Reg. 2. de Deo inducit̃: Suſcitãs de puluere egenũ, vt ſedeat cũ principib⁹. Sicut humilimi Apoſtoli cõſtituti ſunt principes ſuper oẽm terrã. [Eſt q multa redimat modico precio,]i. q humili cõfeſſione, eleemoſynarũ largitióe, mediocri ſatisfactióe eruat ſe à multis debitis & magnis vitiorum ſuorũ, & à pœnis inferni, varijſq; periculis. [& reſtituẽs ea in ſeptuplũ:]i. copioſam acqrens ſpũalium chariſmatũ infuſionẽ & ſacrũ ſeptenariũ ſpirituſanct̃i, ità q vbi abũdauit iniqtas, abũdent virtus & gratia. Hinc ſcriptũ eſt Dan. 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Et dñs Ezech. 18. ꝓteſtatur: Si impius egerit pœnitentiã, oĩm iniqtatũ eius nõ recordabor ampliùs. [Sapiẽs in verbis ſeipſum amabilẽ facit: qa vtilia loquit̃, ſalubria profert, charitatiuęq; redarguit, & opportuno loco & tẽpore fatur, ꝓpter q̃ meritò eſt amãdus, & tãto plùs, quãto plùs loqtur ità. Interdũ tñ veritas odiũ parit, qcãdmodùm Chriſ impiorũ odiũ diſplicentiãq; incurrit. Sed beneuoli ſapientẽ propter verba ſapiẽtiæ ſuę amãt. Eſt em̃ preciоſiſſimũ bonũ, ſecundùm quod Pro. 20. legit̃: Aurũ & multitudo gẽmarum & vas preciоſum, labia ſciẽtiæ. His cõſonat illud Prou. 16. Cor ſapiẽtis erudiet os eius, & labijs illius addit gratiã. [Datus inſipiẽtis, nõ erit vtilis tibi:]i. donũ callidi & iniq erit tibi nociuũ, qa quãuis donũ illud in ſeipſo ſit preciоſum ac vtile, tamẽ ꝓpter annexa mala inutile tibi reddet̃. [Oculi em̃ illius ſeptẽplices ſunt:]i. intẽtio eius multipliciter doloſa & varia. [Exigua dabit, & multa improperabit: qa dũ is cui aliqd cõtulit, nõ eſt ei ad manũ, indignaẽ & improperat ei q̃ dedit, quaſi multa maiora dediſſet. [& aptio oris illius, inflãmatio eſt:]i. verba eius ex igne iræ & impatiẽtiæ oriunt̃, & inflammatiua ſunt eius cui improperat, iuxta illud Pro. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignẽ, ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas. [Hodiè fœnerat]i. accõmodat [qs]proximo, [& cras expetit [ſibi perſolui, i. nimìs tẽpeſtiuè, [& odibilis eſt homo hmõi:]ſecundùm quod talis, qm̃ agit cõtra legis præceptum, quod Exo. 22. habet̃: Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi, non vrgebis eũ quaſi exactor. [Fatuo nõ erit amicus:]Amicitia etem̃ vera ac mutua, non niſi inter virtuoſos habet̃. Et poteſt per fatuũ hîc intelligi prodigus, cuius amici nõ ſunt, qui bona eius ſecũ cõſumunt. [& nõ erit gratia]i. retributio gratioſa, [in bonis illius:]qa inutiliter ea expendit, & improbi ſunt q adiuuãt eũ bona ſua dilapidare, q̃rentes ei placere per blandimẽta & verba placẽtia, de qbus ſubiungit̃: [Qui em̃ edunt panẽ illius, falſę linguę ſunt:]i. adulatores & mẽdaces, approbãtes, nõ corripiẽtes malũ regimen eius. [Quotiès & quãti irridebunt eã?]i. à multis & frequẽter irridebit̃ ꝓpter tam ſtultã & prodigalẽ cõſumptionẽ bonorum ſuorũ. [Neq; em̃ quod habendũ erat]i. tẽporalem poſſeſſionẽ, ſeu rẽ quã ſibi meritò reſeruaret, [directo ſenſu]i. recta intẽtione ac ſapiẽter [diſtribuit]nõ pauperibus & gratis hoĩbus, ſed leccatorib⁹ potiùs. [Similiter & quod nõ erat habendũ.]i. res malè acqſitas dedit nõ his qbus ſunt dãdę, videlicet his à qbus ſunt malè acqſitæ, ſeu in pios Eccleſiæ ac pauperũ vſus. [Lapſus falſæ linguæ, quaſi q in pauiméto cadit:]i. verba iniqua hoĩs mẽdoſi grauiter lędũt, ſicut q ſuper pauimentũ lapide ſtratũ ruit, dirè ſe lędit. [ſic caſus malorũ]i. ruina eorũ in malũ culpę & pœnę, [citò feſtinãter veniẽt:]qa vnũ vitiũ trahit ad aliud, & citò peribũt. [Homo acharis]i. non gratioſus ſeu gratia carens, quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorũ erit aſſidua:]quia indiſciplinati, de tali achari ſæpè loquunt̃, & aliqua eius verba irrident, aliqua laudant. [ex ore fatui reprobabitur parabola:]i. parabola prolata ex ore inſipientis vituperabitur à ſapiẽtibus auditoribus. [non em̃ dicit illam in tẽpore ſuo:]ſ. opportuno. Nec decet eũ parabolicè, ſed ſimpliciter loq, iuxta illud Pro. 26. Quomodò pulchras fruſtrà habet claud⁹ tibias, ſic indecẽs eſt in ore ſtultorũ parabola. Et ibidẽ: Quõ ſi ſpina naſcat in manu temulẽti, ſic parabola in ore ſtultorũ. [Eſt q vetatur ꝑ inopia peccare:]i. ꝓpria paupertate impediẽt̃ ab ope vitioſo, ad quod inclinaẽt̃ atq; ꝓcederet, ſi adeſſet facultas: ſic paup à mul-

tis

tis vitijs gulæ ac ſuperbiæ impeditur,& multi ſe vindicarent,niſi virium inopia vetarentur. ℣& in requie ſua ſtimulabitur:℣i.in ceſſatione à motu & executione peccati triſtabitur, dolẽs ſe non poſſe implere quod appetit.℣Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione:℣ſicut
Eccl 4. multi manent in ſuis peccatis ex verecundia confitendi hæc ipſa,ſicut dictum eſt ſuprà:Eſt cõfuſio adducens peccatum.Multi quoq; ſic appetũt ſtatum magnificum,& tantùm deſua verecundantur inopia,q; ſceleratiſſimè acquirunt pecuniam per furta, rapinas & diabolicas opes.℣& ab imprudenti perſona perdit eam:℣i.conſilio hominis imperiti ac vitioſi,cuius acquieſcit ſuggeſtioni ad practicas ſceleratas. ℣perſonæ autem acceptione℣i. obtemperãdo cõſilio talis perſonę℣perdet ſe℣peccando mortaliter, aut etiã cõmittendo facinus aliquod,propter quod corporaliter occidetur.Talis etiam facili occaſione fit perſonarũ acceptor,quod eſt contra iuſtitiã atq; perditio animæ.Propter quod ait Apoſtolus Iacobus:No-
Iacob.2. lite in perſonarum acceptione habere fidẽ Domini noſtri.℣Eſt qui præ cõfuſione promittit amico:℣i.quidam ſpondent ſe aliquid proximis ſuis daturos ex verecundia,nè notentur de inſtabilitate aut tenacitate,ſi non promiſerint.℣& lucratus eſt eũ inimicum gratis℣i.ſine fructu & rationabili cauſa faciũt eos ſibi inimicos,nõ perſoluẽdo quod eis ꝓmiſerũt,quos antè habuerũt amicos.Sic Sedechias rex Iuda incurrit inimicitiã regis Nabuchodonoſor,non ſeruando ei promiſſam fidelitatem.Propter quod incidit manus illius,iuxta illud Ezech.17. Qui diſſoluit pactum,nunquid effugiet?℣Opprobrium nequã in homine mendacium:℣id eſt,pernicioſum mendacium,maximè quod ſit cõtra promiſſionem aut iuramentũ, eſt valdè opprobrioſum turpeq; vitiũ in homine,qui rationabilis & verax eſſe tenetur.Immò reddit eum diffamem,& omni fide indignum,prout 1.Mach.7.narratur de impio Alchimo ac Bacchide,qui contra iuramentum ſuum occiderunt plurimos ſacerdotes.Propter quod reſidui ſacerdotes dixerunt:Non eſt in eis veritas,neq; iudicium.℣& in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit:℣i.homines ſine iugo diſciplinæ,frequenter committunt tale mendacium. Tales enim pro modico lucro aut cõmodo deſerunt veritatem,quemadmodùm per Ezechie-
Ezech.13. lem Dominus dixit:Decipiunt populum meum propter fragmen panis:Quod quàm impium ſit,ſubditur:℣Potior fur,quàm aſſiduitas viri mendacis:℣i.minùs deteſtabilis & iniquus eſt fur,quàm homo mendoſus.Mendacium nanq;,de quo nunc ſermo,magis directè contrariatur veritati æternæ & increatę,q̃ furtum,& frequẽter magis nociuum eſt proximis,qui per mendacia grauiter decipiuntur,diffamantur,& contra ſe inuicèm prouocãtur. Hinc ſecundùm Gloſſam,Mendacium cõputatur hîc inter maxima crimina.℣perditionem autem℣
Apoc.21. i.æternam dãnationem℣ambo hęreditabunt.℣ſ.fur & mendax,iuxta illud:Timidis & incredulis & execratis & oĩbus mendacibus,pars illorũ erit in ſtagno ardẽti igne & ſulfure, quod eſt mors ſecunda.℣Mores hominũ mendacium ſine honore:℣i.actus & geſtus hominũ mendoſorum meritò contemnuntur tanq̃ honore indigni. ℣& confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione:℣qa non ſolùm in vita hac,ſed demùm in inferno æternæ confuſioni traduntur in diuino confuſi iudicio,iuxta illud Pſal.5.Perdes oẽs qui loquuntur mendacium.℣ſapiens in verbis producet ſeipſum:℣i.per verba ſua ſapientialia manifeſtat ſe eſſe ſapientem,
Iudith 11. quoniam verba oſtẽdunt,quid lateat intùs. Vndè cùm Iudith locuta fuiſſet ad Holofernem, dixerunt adſtantes:Non eſt talis mulier ſuper terram in adſpectu & in ſenſu verborum.Hoc
Matth.5. eſt quod in Euangelio aſſerit Chriſtus:Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Veruntamen ſapiens non ob hoc loquitur ſapiẽter,vt ipſe ſapiens reputetur,ſed ad Dei honorem,proximorumq; ædificationem.℣& homo prudens placebit magnatis.℣Excellentes nanq; & præſidentes præcipuè indigent viris prudentibus,quorum conſilio dirigant. Vndè Philoſophus ait,quòd principes debent ſibi coniungere viros ſenſatos, vt quaſi multos habeant oculos. Hinc Pro.25.habet:Gloria regum,inueſtigare ſermonẽ. Et rurſùm Pro.22. Qui diligit cordis munditiam,propter gratiam labiorum ſuorum amicum habebit regem. Sic Bananias placuit Dauid regi, Mardochæus Aſſuero, Daniel Nabuchodonoſor, Ioſeph Pharaoni.Iſtud tamen de magnatis accipitur.Interdùm verò aliqui tanto plùs diſplicẽt magnatis,quanto prudentiùs in verbis & factis ſe habent,præſertim quãdò magnati ſuſpicantur ſe per illos ſuo priuari honore,vt 1.Regum patet de Dauid & Saul.℣Qui operatur℣i. exercet & colit℣terram ſuam,inaltauit aceruum:℣i.in altum leuabit maſſam℣frugum:℣quia copioſum colligit fructũ,ſicut Pro.12.legitur:Qui operatur terrã ſuam, ſaturabitur panibus.
Matth.13. ℣& qui operatur iuſtitiam,ipſe exaltabitur:℣quia fulgebũt iuſti,ſicut ſol in regno patris eorum.Ab hominibus quoq; ac principibus ſæpiùs honorantur. ℣qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem:℣nè illos offendat,coram quibus timet de iniuſtitia argui & conuinci. Tamen vt dictum eſt,ſecundùm iudicem populi,ſic & miniſtri eius. Vndè & Salomon ait:

Rex

Rex iniuſtus oẽs miniſtros habet impios.Ideò de iuſtis magnatibus hic ſermo eſt.℣Xenia & dona excæcãt oculos iudicũ:℣i.corda eorum inficiũt priuato amore,cupiditate & perſonarum acceptione,per quæ retrahuntur à reorũ debita correctione,& à iuſtæ prolatione ſententiæ.Immò & ſæpè ad falſa iudicia,innocentũq; reprobationem alliciuntur.℣& quaſi mutus in ore,auertit correptiones eorũ:℣i.ab increpatione prauorũ facit eos ſilere, quẽadmodùm mutus facit obmuteſcere canem.Mutus qppè,prout ſumitur hîc,eſt(vt aſſerit Strabus) genus quoddã ranæ,quod calamitũ nominat:quod in os canis latrãtis proiectũ, facit eũ ſtatim muteſcere.Sic narrat,q; quidã habẽs cauſam,appropinquãte die,ꝓferendæ ſententiæ,miſit iudici bouem:quo cognito,aduerſarius miſit cõiugi iudicis pinguem vaccam. Coniunx itaq; maritũ ſuum traxit ad partẽ ſuam.Ventũ eſt ad iudicium.Quo inſtante,cùm iudex inciperet loqui in fauorẽ cauſæ eius q miſerat vaccã,alter admirãs clamauit:Bos loquere. Reſpõditq; iudex:Bos loq nõ poteſt,qm̃ vacca nõ ſinit. Hinc ſcriptum eſt Exo.23.Nõ accipias munera,q̃ excęcant etiã prudẽtes,&ſubuertũt verba iuſtorũ.℣Sapiẽtia abſcõſa & theſaurus inuiſus,q̃ vtilitas in vtriſq;?℣Sapientia illa,ꝑſertim quę eſt donũ,eſt per ſe appetibilis & magna perfectio ſapientis,per quam actibus vitæ cõtemplatiuæ inſiſtit,nèc ordinat directè ad cõmodum aliorũ,niſi in caſu: ideò quãuis abſcõdita maneat,propriã habet vtilitatẽ ac meritũ &profectũ in ſuo ſubiecto:ſed niſi tẽpore opportuno alijs cõmunicaretur,inutilis eſſet ac perderet.Porrò ſapiẽtia,q̃ eſt donũ gratiæ gratis datę,ordinat directè ad cõmodum aliorum:ideò ſi abſcondatur,inutilis eſt.Nec obſtat his, quod Pro.10.legitur:Sapientes abſcondunt ſapientiã:qa hoc intelligitur,q; eã non pandunt ob ꝓpriam laudem, immò interdùm celant,nè ab hoĩbus honorentur.congruo tamen tempore eã aperiũt. ℣Melior eſt homo℣i. minùs malus,℣qui abſcondit inſipientiam ſuam,℣nè reprehendatur de ea,& nè alios ſcandalizet,℣quàm qui abſcondit ſapientiam ſuam℣indiſcretè,vt dictum eſt,& tempore quo charitas ſeu iuſtitia exigit eam manifeſtari,& proximis cõmunicari,cùm beatiſſimus Petrus hortetur:Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam,in alterutrum illam adminiſtrantes.Hoc eñ eſſet talentum ſibi conceſſum in terra abſcõdere, cõtra id quod ait Saluator Luc.19.Negociamini, dum venio.Et ſeruo id nõ facienti,per increpationem dicit:Serue male & nequam,&c. 1.Petr.4. Matth.25.

¶Explanatio cap.21.Fili,peccâſti?non adijcias iterùm. Artic. 21.

AD deteſtationem vitiorũ hîc ratiõabiliter ac multipliciter admonemur.℣Fili,peccâſti?℣in multis eñ offendimus oẽs.℣nõ adijcias iterùm℣peccare, ſecũdùm quod dictũ eſt ſuprà 5.cap.Non adijcias peccatũ ſuper peccatũ.Hinc perſeuerãtibus in peccatis dicitur Iſaię 5.Væ q trahitis iniqtatem in funiculis vanitatis,& quaſi vinculũ plauſtri peccatũ.℣ſed & de ꝑteritis deprecare,vt tibi dimittãtur:℣i.nõm inuoca,vt tibi ignoſcat peccata tua ꝑterita,immò tantã tibi contritionẽ infundat,vt etiã quoad culpam & pœnam,tibi indulgeant.℣Quaſi à facie colubri℣i.venenoſi & infectiui ſerpentis,℣fuge peccata,℣ea mẽtaliter abhorrendo,& eorũ occaſiones ſolicitè deuitando,atq; peruigili mentis cuſtodia contra ea te ꝑſeruando.Quẽadmodùm eñ coluber inficit corpus,ſic vitia animã. Idcircò quo nobilior eſt anima & gratiæ vita,q̃ corpus & vita naturæ:eo vehemẽtiùs fugiendũ eſt à peccatis,q̃ à ſerpentibus etiam baſiliſcis.Immò ſicut à colubro infernali diabolo, & ſicut à pœnis inferni,fugere nos oportet à vitijs,ꝑſertim cũ malũ culpæ ſit incõparabiliter peius & fugibilius malo pœnę,& ſummè vitandũ, nè recidiuemus eadẽ iterando, cùm Salomon dicat:Sicut canis reuertens ad vomitũ ſuũ,ſic homo q̃ iterat ſtultitiã ſuã.Et Ieremias 2. ſcriptũ ſit:Quàm vilis facta es nimìs, iterans vias tuas.℣& ſi acceſſeris ad illa℣per cõſenſum, ℣ſuſcipiẽt te.℣i.cades in ea,& ſua delectatione te ſibi allicient,ac paulatìm prauo habitu vitioſoq; vſu inuoluent.Ideò dicit Iacobus:Vnuſquiſq; tẽtatur à propria cõcupiſcentia abſtractus & illectus: Deindè concupiſcentia cùm cõceperit,parit peccatũ:Peccatũ verò cùm conſummatum fuerit,generat mortem.℣Dentes leonis,dentes eius,℣ſ.peccati ℣interficiẽtes animas hoĩm:℣i.peccatum inſtàr leonis crudeliter perimit animã peccantis morte culpę.De qua morte loquitur Chriſtus Matth.8.Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Apoſtolus quoq;:Vidua,inqt,q̃ in delicijs viuit,viuẽs mortua eſt.℣quaſi romphea bis acuta,omnis iniquitas:℣qa ex omni parte lædit & necat omnis culpa mortalis,peccantẽ occídens,adſpicientem ſcandalizans,& corpus & animã ad mortẽ trahens gehennæ.Vndè ſubiungitur:℣plagæ illius non eſt ſanitas:℣i.damnationis,quam infert,nõ eſt finis,iuxta illud: Inſanabilis dolor meus.℣obiurgatio℣i.contentio ſeu corrixatio℣& iniuriæ℣i.irrogatio iniuriarum ℣annullabunt ſubſtantiam.℣i.temporalia inferent damna,q̃ ſequuntur ex rixis & iniurijs.Nam & teſte Saluſtio,Sicut per cõcordiam res minimę creſcunt,ſic per diſcordiã maximę dilabũtur. Ideò ſcriptũ eſt Pro.10.Qui annuit oculo,dabit dolorẽ:ſtultus labijs verberabit.℣& domus Iacob.3. Iacob.1. 1.Tim.5, Ierem.30.

quę nimis diues est,]i. familia vltra modũ abundãs & locuples, [annullabit superbia:]i. per superbiã destruet, inopiãq; incurret. Quẽadmodùm em̃ aliqui ex superbia inducũtur ad diuitiarũ amorem, sic quidã ex cõsideratione diuitiarum suarum superbiũt, & ex superbia ad irrogandũ conuicia, ad cõtentiones & bella, & ad sumptus mouentur superfluos, ex quibus depauperãtur & pereunt. ideò subiungit: [sic substãtia superbi eradicabit:] Vndè Salomon Prou. 11. Vbi fuerit, inq̃t, superbia, ibi erit & cõtumelia. [Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures veniet:]i. oratio sua à paupere, pẽrtìm iniuriã passo à diuite ac superbo, mox vt de ore pauperis exierit, ab auribus diuinę pietatis exaudiet, iuxta illud Psal. 9. Desideriũ pauperum exaudiuit dñs, ꝓparationẽ cordis eorũ audiuit auris tua. [& iudiciũ festinatò aduenìet illi.] i. Deus velociter faciet iustũ iudiciũ & vindictã. Hinc scribit Iaco. 5. Clamor eorum in aures
Lucæ 18. dñi Sabaoth introijt. Hoc est, quod in Euang. asserit Christus: Dico vobis, Deus citò faciet vindictã illorũ. [Qui odit correptionẽ]iustã & charitatiuã, ꝓ suis peccatis, [vestigiũ est peccatoris:]i. signũ & index propriæ iniqtatis, qm̃ eo ipso quo odit correptiones, ostẽdit se esse superbũ, vanum, insipientẽ, atq; impatientẽ, nõ recognoscens seipsum ac vitia sua, nec fructuositatẽ correptionis perpendens. Ideò scribit Prou. 12. Qui odit increpationes, insipiens est. Indurauit enim cor suum, nè veritati obtẽperet, estq; indiciũ sui peccati, & imitator diaboli, qui ex eo quo cecidit, nõ adiecit neq; adijciet vt resurgat. [& qui timet Deũ]filiali aut initiali timore, [conuertetur ad cor suum:]i. ad cõsiderationem proprij cordis ac suorũ defectuum, atq; ad discussionem conscientiæ suæ: [sicq; aduertens se in multis culpabilẽ, gratanter & hilariter suscipit correptionem, quia vt Prou. 27. legitur: Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. [Notus à longè potens lingua audaci:]i. homo animosus & potens, per verborum suorum præsumptuosam audaciam à remoto cognitus, qualis sit ab audiẽtibus eum, quẽ & Deus à longè cognoscit, iuxta illud Psal. 137. quoniam excelsus dñs, & humilia respicit, & alta à lõgè cognoscit. [& sensatus scit labi se ab ipso:]i. aduertit quòd caderet in aduersa, si commisceret se ei. Vel scit se labi, i. declinare ab eo, vitando ipsius cõsortium, quoniam Pro. 16. sertur: Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit, & homo peruersus suscitat lites. Et rursùm Prou. 20. Ei qui dilatat labia sua, non commiscearis. [Qui ædificat domum suam impendijs]i. expensis [alienis,]hoc est, bonis iniustè acquisitis, [quasi qui colligit lapides suos in hyeme:]i. similis ei est, qui tempore frigido saxa vnit in fabrica, quod stultum est, cùm saxa tempore congelationis in ædificio posita, non firmiter sibi cohæreant. Vndè Abac. 2. ait: Væ ei, qui multiplicat non sua. Micheæ quoquè 3. Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Sic & hæreſiarchæ ædificãt conuenticula sua authoritatibus scripturarum, ab eorum erroribus alienarum, quas extortè exponunt. [Stuppa collecta, synagoga peccantium:]i. collectio impiorum instàr stupę, est vilis & leuis, atq; incendio apta. [& cõsummatio illorũ flamma ignis:]qa igne conflagratio nis in fine seculi inuoluentur, deindè incendio infernali tradentur. Ideò scriptum est Isaię 5. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammę exurit: sic radix eorũ quasi sauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Malac. quoq; 3. Erunt omnes superbi & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens. Hinc ait & Apostolus Heb. 6. Terra proferens spinas ac tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. [Via peccantium complantata lapidibus:]i. conuersatio iniquorum multis duritijs, asperitatibusq; permixta est, sicut dñs Osee 2. ait: Eccè sepiã viam tuã spinis. Et Eccẽs
Eccẽs 2. dicit: Homini bono dedit Deus sapientiam & scientiam & lætitiam, peccatori autem afflictionẽ & curam superfluam. Vndè & Augustinus fatetur, quòd malis suauitatibus ipsorum Deus multas asperitates admiscuit. [& in finem illorum, inferi & tenebræ & pœnę:]i. finaliter corruent in inferna, & in tenebras infernales ac pœnas perpetuas. [Qui custodierit iustitiam,]i. actũ iustitiæ executus fuerit circa Deũ & proximũ per obseruationẽ ꝑceptorũ, [continebit sensum eius:]i. sententiã ac censurã iustitiæ firmiter cõseruabit, & verè per gustũ intelliget, qd sit ipsa iustitia. Vel cõtinebit sensum eius, i. ipsa iustitia merito suæ adimpletionis cõseruabit intellectũ hoìs iusti in bono, sicut & Pro. 29. asserit: Rex q̃ in æquitate iudicat pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Et rursùs Prou. 14. Iustitia eleuat gentẽ, miseros facit populos peccatum. [Cõsummatio timoris Dei, sapiẽtia:]i. perfectio filialis timoris Dei, cõsistit in dono & actu sapientiæ. Ad hoc etenim ordinat, tendit & terminat timor offensæ, vt Deo per contẽplationẽ vacemus, sicut iam sæpè ꝑhabitum est. [& sensus]eius [non
Rom. 8. erudietur, q̃ non est sapiens in bono:]i. intellectus eius, qui imbutus est sapiẽtia seculari, de qua ait Apostolus: Sapientia huius mundi inimica est Deo. Et iterùm Iac. 3. dicitur: Non est sapientia ista à Deo, sed terrena, animalis & diabolica. Imbutus ergò hac sapiẽtia, seu potiùs vul-

vulpina versutia, non est benè capax institutionis diuinæ, nec ab hominibus bonis informari dignatur, reputans se omnibus illis prudẽtiorem. Hinc ait Apostolus Ro. 16. Volo vos simplices esse in malo, & sapientes in bono. Christus quoq; loquens ad patrem: Confiteor, Matth. 11.
ait, tibi pater quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. [Est autem insipientia]vel Lucæ 10.
vt aliqui legunt, sapientia, [quæ abundat in malo:]nec est prudentia carnis & seculi, quæ transsumptiuè atq; impropriè sapientia nuncupatur: qm̃ sicut iusti per veram sapiẽtiam rectè disponunt se ad vltimum finem, sic carnales & mundani per sapientiam istam fallacem aptè disponunt media sua ad obtinendum honores, voluptates, diuitias, quas exoptant, de quibus 1. ad Cor. 1. inducitur: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiã prudentũ reprobabo. Isa. quoq; 33. Vbi est literatus? vbi legis verba põderãs? vbi doctrina paruulorũ? De talibus aũt ait in Euãg. Christus: Filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in gñatione sua sunt. Lucæ 16.
[& nõ est sensus]i. sapiẽtia vera & spiritalis [vbi abũdat amaritudo:]i. inordinata amaricatio cordis, & fellea euaporatio, indignatióve amara aduersùs proximũ, de alienis peccatis potiùs q̃ de suis. Hinc hortat Apostolus: Omis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur Ephe. 4.
à vobis. Et ad Heb. 12. Videte nè qua radix amaritudinis sursùm germinãs impediat, & per illam inquinent multi. Vndè & Deu. 29. iubet: Non sit inter vos radix germinãs fel & amaritu
dinẽ, de qua beatissimus Archiapostolus cuidã dixit: In felle amaritudinis & obligatiõe pec Acto. 8.
cati video te esse. Hæc aũt amaritudo signũ est, q̃ vera sapientia desit, qm̃ scriptũ est Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuersatio eius, videlicet sapientiæ, nec tædiũ conuictus eius, sed gaudiũ & lætitiã. Denique vbi abundat amaritudo conscientiæ remordentis atq; synteresis remurmurantis de peccatis, in quibus quis adhuc manet, non est in eo sapiẽtię donum, nec charitas. [Scientia sapientis tanq̃ inundatio abundabit:]i. ipsum scientẽ copiosè perficiet, & mentẽ eius reficiet, atq; ad alios se effundet. ideò subdit: [& consiliũ illius sicut fons vitæ pmanet.]riuulos nãq; doctrinæ ac cõsiliorũ cõmunicat alijs. Nam & de dono sciẽtiæ seu actu sapiẽtiæ accipi potest, quod ait Saluator Ioã. 4. Qui biberit ex aqua, quã ego dabo, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã. Vndè dixit & Isaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Isaiæ 12.
saluatoris. Hinc & Pro. 14. dicitur: In corde prudẽtis requiescet sapiẽtia & indoctos quosq; erudiet. Et rursùs Pro. 16. Fons vitæ, erudítio possidentis. Sed & rursùs Pro. 18. Aqua profunda verbũ ex ore viri, & torrẽs inundãs fons sapientię. Itemq; Pro. 20. Sicut aqua profunda, sic consiliũ in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud. [Cor fatui quasi vas confractum, & oẽm sapientiã nõ tenebit.]Quãuis hoc verũ sit de naturaliter fatuo & ꝑrsùs obtuso & incapace, meliùs tamẽ exponit̃ de quolibet hoìe in vitijs habituato, pẽrtìm de luxurioso. Tales etenim stulti sunt, qm̃ donis sapientię atq; scientię carent, & carnalitatẽ sequunt̃ rõne postposita. De qbus Salomon cõtestat Pro. 23. In auribus insipientiũ nè loquaris, qa despiciẽt doctrinã eloquij tui. Itẽq; Pro. 18. Nõ recipit stult⁹ verba prudẽtię. Tales ergò nõ retinẽt verba salubriũ doctrinarũ, qm̃ cor eorũ vitijs est confractũ, cõcupiscentijs dissipatũ. Hinc dictum est Sapien. 1. In maleuolã animam nõ introibit sapiẽtia. [Verbũ sapiens quodcunq; audiẽrit scius,]i. sciens seu docilis, [laudabit:]quia acceptum est sibi, & audit illud libenter. [& ad se adijciet,]i. sibi applicabit, & scientiæ suæ apponet, vt augeat eam: ideò dictũ est suprà cap. 13. Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Vndè Prou. 9. legitur: Doce iustum, & festinabit accipere. Sed & Prou. 18. habetur: Auris sapientum quærit doctrinã. [Audiet luxuriosus]verba sapientiæ, [& displicebit sibi]talis doctrina suæ volũtati ac voluptati contraria: [& proijciet illud post dorsum suũ:]i. aspernanter repellet, sicut de talibus do-
minus loquitur per Zachariam: Noluerunt attendere, & verterunt ad me scapulas recedẽtes: Zach. 7.
cor suum posuerunt vt adamantem, nè audirent legem. [Narratio fatui quasi sarcina in via:]
i. sermo seu recitatio insipientis grauat audiẽtes peritos, sicut onus seu pondus ambulãtem per viam, quoniam Prou. 15. veraciter scriptum est: Os stultorum pascitur imperitia. Et rursùs ibidèm: Lingua immoderata conteret spiritum. [nam in labijs sensati inueniet gratia:]i. gratiosa, apta, amabilisq; doctrina, secũdùm quod Salomon Pro. 16. ait: Cor sapiẽtis erudiet os eius. Et denuò: Sermo opportunus est optimus. Vndè de Christo Psal. 44. cãtatur: Diffu- Prou. 15.
sa est gratia in labijs tuis. Atq; in Euangelio: Mirabant̃ oẽs in verbis gratiæ, q̃ procedebãt de Lucæ 4.
ore eius. [Os prudẽtis q̃ritur in Ecclesia:]i. congregatio fidelium cupit, quærit, & libẽter audit doctrinã periti & eloquentis, q̃ gratiam habet docendi. [& verba illius cogitabũt in cordibus suis:]i. diligẽter aduertent, reuoluent, ac recolent, ad proficiendum ex eis. De talibus ait 2. Tim. 2. Apostolus: Hæc cõmenda fidelibus hominibus, q̃ idonei erunt & alios docere. De qbus Pro. 15. dicit: Labia sapientũ disseminabũt scientiã. [Tanq̃ domus exterminata, sic fatuo sapientia:]i. peccator sapientiã vilipẽdit, perdit ac deserit, tanq̃ domũ destructã, iuxta

illud Pro.1.Exoſam habuerũt ſapientiã.Paulus quoq;:A veritate,inqt,auditũ auertent,ad fa-
2.Tim.4. bulas aũt cõuertent.[& ſciẽtia inſenſati,inenarrabilia verba.]Sciẽtia inſenſati, non eſt vera
& ſalutaris ſcientia,ſed informis q̃dam notitia aut falſa doctrina. Cuius verba ſunt inenarra
bilia,i.recitatione indigna atq; erroribus inuoluta,ſeu ità ſuperflua,quòd oĩa repeti neque-
Eccĕs 10. unt,iuxta illud:Stultus verba multiplicat. [Cõpedes in pedibus, ſtulto doctrina:]i.ſicut ca-
tenæ graues ſunt pedibus,ſic ſalubris doctrina iniquis & fatuis. [& quaſi vincula manuum
ſuper manum dexterã:]quę vtiq; vincula multùm moleſtant ſic vinctam manum habẽtem,
& eũ à motu & operatione impediũt,iuxta illud Prou.1.Sapientiam atq; ſcientiam ſtulti de-
ſpiciũt.[Fatuus in riſu exaltat vocẽ ſuam,]cum cachinno ridẽdo, quod ſolet eſſe ſignũ inti-
Eccĕs 7. morati diſſolutiq́; cordis,quẽadmodùm ex Eccleſiaſte pallegatũ eſt:Quaſi ſonit' ſpinarum
Iob 29. ſub olla,ſic riſus fatui.[vir aũt ſapiẽs,vix tacitè ridebit.] Sic ſanctus Iob de ſeipſo teſtatur:Si
quandò ridebam ad eos,non credebant mihi,& lux vultũs mei nõ cadebat in terram. Sic
quoq; fertur de ſancto Bernardo,ꝙ nunquàm ſic riſit,quin faceret ſibi maiorem vim ad ri-
ſum,q̃ ad riſũs repreſſionem.Deniq; Chriſtus fleuiſſe legitur,nũquàm aũt riſiſſe. Qui & ter-
ribiliter cõminatur Luc.6.Væ vobis,q ridetis nunc,qa lugebitis & flebitis. Hinc in Eccle-
Eccĕs 2. ſiaſte habẽt:Riſum reputaui errorẽ.Et certè ſi ponderemus,quàm multa & enormia peccata
omni hora cõtingant,quot animæ quotidiè pereant, quot ſint in mundo afflicti,tentati,op
preſſi,anguſtiati,intelligemus non eſſe tempus ridendi, ſed flendi & vlulãdi. [Ornamẽtum
aureum prudenti doctrina:]i.actus docendi decet & ornat prudentẽ tanq̃ aureũ ornamen-
Dan.12. tum.[& quaſi brachiale in brachio dextro.]Vndè ſcriptũ eſt: Qui docti fuerint, fulgebunt
quaſi ſplendor firmamẽti:& q ad iuſtitiã erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æterni-
tates.[Pes fatui,facilis in domũ,ꝓximi:]i.homo indiſcretus & leuis,citò & faciliter ingredi-
1.Tim.5. tur ꝓximi domũ,quẽadmodùm de quibuſdã ſcribit Apoſtolus,Diſcũt circuire domos nõ ſolùm
ocioſæ,ſed & curioſæ,loquẽtes q̃ non oportet. [& homo ſenſatus cõfundit à perſona poten
tis:]i.ſapiẽs verecundat corã magnatis imperitè ſe habere in verbis aut factis. Vel ſenſus eſt,
ꝙ potentes ſuperbi frequenter iniuſtè cõfundunt ſenſatos,eorũ ſapientiæ inuidentes,ꝑſer-
tim dum corripiũtur ab eis.[Stultus à feneſtra]i. per feneſtrã[reſpiciet in domũ:]quãdò ſta-
tim non aperitur ei,dum pulſat.Nam importunè cupit videre,qd agatur vel habeatur in do
mo.[vir aũt eruditus foris ſtabit]patienter,quouſq; ei aperiat, cogitans ꝙ exiſtẽs intùs ho-
mo,forſan ſit occupatus,vel reponat ſeorſùm q̃ non vult ab extraneis conſpici, aut ordinet
domũ.[Stultitia hominis,]i. ſtultum & improbũ eſt homini,[auſcultare per oſtiũ]alterius
ad cognoſcendũ ſecreta illius: Hoc eñ eſt curioſitatis & doli.Nam in ꝓpria domo debet ho
mo eſſe ſecurus,niſi forſan fiat ex diuino ꝓcepto,quẽadmodùm Iudic.7.legit Gedeon,Deo
iubẽte deſcendiſſe in caſtra Madian, ad cognoſcendũ qd diceret ibidẽm.Hinc Iob 31.induci-
tur:Si ad oſtiũ amici mei inſidiatus ſum.Sed huius cõtrariũ agunt quidã curioſi & ſtolidi,
circa vitam propriã negligentes,circa aliorũ ſecreta ſcienda feruẽtes.[& prudẽs grauabitur
cõtumelia:]i. graue ei eſſet contumeliã inferre alicui,aut cõtumelioſa verba audire,præſer
tìm inquãtùm ſunt Dei offenſiua.[Labia imprudentiũ,ſtulta narrabunt:]Sic & Chriſtus di
xit Mat.12.Quomodò poteſtis bona loq,cùm ſitis mali?Et Pro.15.ſcriptũ eſt:Os impiorum
redundat malis.Verba aũt prudentiũ,ſtatera ponderabunt:]i.vir prudens cũ moderamine
& diſcretionis mẽſura ac fidei regula loqtur,ſecũdùm illud Pro.29.Totũ ſpiritũ ſuũ ꝓfert
ſtultus,ſapiẽs differt & reſeruat in poſterũ.Rurſùs verba prudentiũ ſtatera ponderanẽ ab au
dientibus bonis,q ea ponderãt dignè.[In ore fatuorũ,cor illorũ:]i.quicqd occurrerit mẽti,
mox proferunt,nõ pẽſantes an expediat exprimi.[& in corde ſapientũ,os illorũ:]i.os ſuum
gubernant per ſapientiam cordis,ſine deliberatione & ꝓconſideratione nil proferendo,iu-
xta illud Prou.16.Cor ſapientis erudiet os eius,& labijs illius addet gratiã.Hinc Seneca do-
cuit:Priùs ſermo veniat ad limam,quàm ad linguam.Sanctus quoq; Gregorius: Praui, inqt,
hoĩes ſicut in ſenſu ſunt leues,ità in locutione præcipites:quia quod leuis mẽs cõcipit, leui-
or protinùs lingua prodit.Narratur in Vitiſpatrũ, quòd fratres quidam cum quodam ſene
perrexerunt ad ſanctum patrem Antoniũ,& loquebanẽ nunc de iſta,nunc de illa materia,
attamen bona,prout animo occurrebat.Senex aũt tacebat,q cùm ad ſanctũ Antoniũ deue-
niſſent,dixit beatiſſimus pater Antonius ſeni:Bonos itineris tui comites inueniſti hos fra-
tres Abba?Reſpõdit ſenex:Boni ſunt,ſed domus eorũ oſtium nõ habet:quicũq; vult, intrat
Pſal.140. & 38. ſtabulũ,& ſoluit aſinũ.Oremus igit cũ Pſal.Pone dñe cuſtodiã ori meo,& dicamus:Dixi,cu
ſtodiã vias meas,vt nõ delinquã in lingua mea. [Dũ maledicit impius diabolũ,]vituperan-
do iniquitates illius,vel mala pœnalia imprecãdo eidẽ,[maledicit ipſe impius animã ſuã:]q̃ eſt
diaboli adultera,& vitiorũ diaboli imitatrix,ideò cõtra ſeipſum ꝓfert ſententiã,iuxta illud

Apo-

Apoſtoli Rom.2.In quo alium iudicas,teipſum condẽnas:eadem enim facis. Vndè in Euãg.
legitur:Ex ore tuo te iudico ſerue nequã.Hæc dicunt, non vt nõ maledicamus diabolũ, ſed Lucæ 19.
vt ſatagamus nõ eſſe maledictione cõdigni. [Suſurro coinquinabit animã ſuam:]i.mur-
murator ſeu ſilens detractor,ſuſurrãs in aure alterius,fœdat & necat in primìs propriam ani-
mam:deindè,quantũ in ſe eſt,animã audientis.[& in omnibus odietur:]i.odibilis erit,ſecũ-
dùm quod talis.Vndè Pro.26.dicit:Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia,& ipſa perueniũt vſq;
ad intima ventris.[& qui manſerit]ſuſurro,nõ pœnitens de tanto peccato. Vel qui mãſerit,
i.cum ſuſurrone cõtraxerit ſocietatẽ & cõmunionem in vitio tali.[odioſus erit:]ſicut ſuſur-
ro,iuxta illud Pro.13.Amicus ſtultorum ſimilis erit. [tacitus & ſenſatus honorabitur:] tum
quia tempore opportuno tacet,tum qa ſenſatus,tum qa non tacet ex imperitia,ſed ex diſcre
tione,ideò meretur ſuo tẽpore reuerenter audiri,iuxta illud:Verbà ſapientis audiunt in ſi- Eccĕs 9.
lentio magis, q̃ clamor principis inter ſtultos. Hinc Seneca dicit:In hoc incũbe, vt libẽtiùs
audias,q̃ loquaris: qui neſcit tacere,neſcit loqui:quicquid dicturus es, priùs dic tibi, quàm
alijs.Sanctus quoq; Hieronymus:Diù,inquit,conſidera quid loquẽdum ſit, nè quid dixiſſe
pœniteat.Sapiens antẽq̃ loquatur,multa conſiderat,quid,cui,quãdò,vbì,quarè & qualiter.

¶Declaratio cap.22.In lapide luteo lapidatus eſt piger. Artic. 22.

COntra vitia omiſſionis hîc agit:[In lapide luteo lapidatus eſt piger:]i.negligens,
acedioſus ſeu tepidus, ob ſuã pigritiã punitus eſt,viliterq́; tractatus luteo lapide,
i.aſpero contẽptibili q́; torméto,ſicut vilis ſua culpa meret,quatenùs pœna cor-
reſpõdeat culpę.[& oẽs loquent ſuper aſpernationẽ illius.] i. q̃ contẽptibilis ſit,
inter ſe cõferent.[De ſtercore boum]i.ſordẽti pœnę & ſqualori [lapidatus] i.ſubiectus[eſt
piger:& omis q tetigerit eũ,excutiet manus:]i.fœdatũ ſe reputabit ex cõtactu illius. Poteſt
aũt per lapidẽ luteũ deſignari duritia ſeu punitio pigri,p obſtinatione peccati auaritiæ,quę
eſt circa terrena:& per ſtercus boum,induratio peccati luxuriæ,iuxta illud Iobel.1.Compu
truerũt iumenta in ſtercore ſuo.Per hęc inſinuant vilitas ac grauitas pigritię,ꝑſertim acedię,
deteſtabilisq́; teporis,q̃ omnia charitatis feruori,ſpiritali profectui, & diligẽtiæ ſolicitudi-
nis ſanctæ contrariantur.Vndè Apoc.3.cuidã dñs loquit: Quia tepidus es, incipiam te euo-
mere ex ore meo.Hinc contra pigritiam vbertìm & cõfuſibiliter loquit in Prouerbijs Salo-
mon,dicens:Vſquequò piger dormies?quandò cõſurges ex ſomno tuo?Paululùm dormies, Prou.6.
paululùm dormitabis:& veniet tibi quaſi viator egeſtas,& pauperies quaſi vir armatus.[Cõ
fuſio patris eſt de filio indiſciplinato:]i.indiſciplinatio filij carnalis, ſeu ſubditi ſiue diſci-
puli,redundat in patrem carnalem ac ſpiritalem,magiſtrum ſiue doctorem,iuxta illud Pro.
19.Dolor patris,filius ſtultus.Vndè Prou.17.ſcribit:Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam.
Sed nec pater in fatuo lætabitur.Parẽtes etenim & plati,prædicatores & ꝓſidentes, tenentur
ſubditis diſciplinã,directionẽ,doctrinã,ſecũdùm quod Paulus hortat: Patres,nolite ad ira- Ephe.6.
cundiã prouocare filios veſtros,ſed educate illos in diſciplina & correptione dñi. [filia aũt
fatua in deminoratione fiet] i. minuet honore,fama,diuitijs,& quod grauius eſt,donis gra-
tiæ atq; virtutibus,eritq́; etiã cõfuſio ſuis parentibus.[Filia prudens,hæreditas viro ſuo:] i.à
marito ſeparanda non eſt,ſicut nec hereditas,pertinetq́; ad virum tanq̃ aliquid eius,& eſt ei
amabilis velut hereditarium bonum.Immò & plùs,quãto & ipſa melior eſt poſſeſſione ter-
rena.[nam q̃ cõfundit]virũ ſiue domeſticos per peccata fœminis cõſueta,[in contumeliam
fit genitoris:]i.confuſionẽ & opprobriũ ingerit ſuo patri,eo ꝙ nõ refrenauerit eã tẽpeſti-
uè.Immò qñq; irratiõabiliter adſcribit patri eius perverſitas filię,vel qa nõ potuit eã repri-
mere,vel qa poſt mariti acceptionẽ indomita facta eſt,&ſic fit cõtumelia patri illius,dum ei
imputat malitia filiæ.[Patrẽ & virũ cõfundit audax]i.frõtoſa & impudẽs nõ ſolùm patrem
carnalẽ,ſed maritũ quoq; perturbat:[& ab impijs non minorabit:]i.iniquis viris erit par in
vitijs.Vel,ab impijs nõ minorabit,qa frequẽter laudat in ſuis vanitatibus ac peruerſitatibus
ab iniquis hoĩbus.[ab vtriſq; aũt inhonorabitur:]qa tã pater q̃ maritus corripiũt eã & ſper-
nunt.[Muſica in luctu,importuna narratio:]i.ſicut melodia ad lætitiã prouocãs,indecẽs eſt
in funeris luctu:ſic narratio importuna, loco & tẽpori nõ cõgruens, grauat & malè ſonat in
audientiũ aure.[flagella & doctrina in omni tẽpore ſapiẽtia:]i.per aſſiduam caſtigationem
ſeu diſciplinã,& per informationẽ,ad ſapientiã peruenitur.[Qui docet fatuũ,quaſi q̃ con-
glutinat teſtam:]i.ſicut inaniter laborat,qui vas fictile fractum nititur reparare per partium
coniunctionẽ:ità qui docet peruerſum,indocilẽ,deriſorem ſeu induratum. Ideò Pro. 9. di-
citur:Qui erudit deriſorem,ipſe ſibi iniuriam facit:&qui arguit impium,generat maculam
ſibi.[Qui narrat verbũ non audienti,]i.nõ aduertenti,neq; curanti,[quaſi qui excitat dor-
mientẽ de graui ſomno:]i.cũ indiſpoſito loquit.Ideò ſcriptum eſt Eccĕ 32. Vbi nõ eſt audi-

tus,nō effundas ſermonē.[Cū dormiente loqtur,q narrat ſtulto ſapientiā]i. nō proficit,qui obſtinatū,indirigibilē,& incapacē,vult informare.Ideò ſcriptū eſt Pro. 23. In auribus inſipientiū nè loquaris,qa deſpiciēt doctrinā eloquij tui. [& in fine narratiōis dicit] ſtultus ille auditor:[Quis eſt hic?]cur p̄ſumit me informare?Quēadmodùm legunt ſcribæ & phariſæi indurati dixiſſe cęco illuminato:In peccatis natus es totus,&tu doces nos?[Supra mortuum plora:]i.mortē ꝓximi tui defuncti defle,tū cū moderamine,nō quaſi nō ſit vita alia poſt p̄ſentē,nec ſpes felicitatis futurę.Propter quod ait Apoſtolus: Nolumus vos ignorare de dor-
1.Theſ.4. miētibus,vt nō cōtriſtemini,ſicut &cęteri q ſpem non habēt.Hinc Seneca dixit:Amico defuncto,nec ſicci ſint oculi,neq; fluant.Magis aūt plorandū eſt orādo ꝓ ipſo, vt dn̄s ei ignoſcat.[defecit em̄ lux eius.]i.corporalis vita ipſius,q̄ cōparatione mortis lux noīatur,iuxta illud Iob 3.Quarè miſero data eſt lux,& vita ijs,q in amaritudine animæ ſunt?Vel,defecit lux
Ioan.12. eius,i.ſtatus ac tēpus ꝓmerēdi,in eo finitū eſt.Idcircò per opera pietatis ſuccurrendū eſt ei.
Ioan.9. Vndè ait Saluator:Dū lucē habetis,credite in lucē,vt filij lucis ſitis.Et rurſùs:Venit nox,i.tēpus poſt mortē,quādò nemo poteſt operari,i.meritorię agere.[& ſuper ſatuū plora: defecit em̄ ſenſu.]Poteſt per ſatuū accipi q̄cunq; in mortali peccato exiſtēs,in quo eſt vitiū puerilitatis ſeu ſtultitia,ſapiētiæ dono cōtraria:& talis eſt p̄cipuè deplorandus,tanq̄ ſpiritualiter mortuus.Poteſt quoq; per ſatuū accipi is,q vſu rationis vel in toto aut in magna parte priuatus eſt: & talis deflēdus eſt,vtpotè p̄cipuo bono hominis deſtitutus,qa vt D.Dionyſius loquit,Optimū hoīs eſt,eſſe ſecūdùm rationē.[Modicū plora ſuper mortuū]corporaliter & moderatè,& parùm reſpectu eius,q ſpiritualiter mortuꝰ eſt.[qm̄ requieuit]ab inq̄etudine, periculis,tædijs atq; laboribus vitæ p̄ſentis,ſecūdùm illud Iob 3.Ibi impij ceſſauerūt à tumultu,& ibi requieuerūt feſſi robore.[Neq̄ſſimi em̄ neq̄ſſima vita ſuper mortē ſatui:]i.vita impij(q neq̄ſſimus dicit)neq̄ſſima eſt,i.multo peior magisq; deplorāda,q̄ corporalis mors ſatui,vel q̄ mors ipſius neq̄ſſimi,q ſatuus dicit rationē p̄acta,vt ſit ſenſus:quòd vita iniqui magis deflenda eſt,q̄ mors eius.[Luctus mortui,ſeptē dies:]i. ſeptē diebꝰ durat luctus mortui corporaliter,nō tamē ſine interpolatione,nec p̄ciſē,ſed ꝙ iuxta morē quorūdam,intenſiùs renouatur ſeptem diebus,&ſigna mœroris p̄feruntur tam diù.Porrò Iacob patriarcham
Gene.50. defunctū legitur defleuiſſe Aegyptus 70.diebus.Aaron verò pōtificē filij Iſrael 30. diebus,
Deut.34. vt habet Num.20.totidē quoq; Moſen.[Fatui aūt & impij oēs dies vitæ illorū.Cum ſtulto nō multùm loquaris:]qa nihil importat,cùm nec ipſum poſſis inſtruere,nec te ipſe.[&cum inſenſato nè abiēris]iuxta illud Eccl 8. Cum audace non eas in viam, nè impingat ſuper te malum.Vndè & Pro.22.habetur:Nè ambules cum homine furioſo,nè ſumas ſcandalū animę tuæ.Ideò ſubdit:[ſerua te ab illo,]vt nec corporaliter,nec ſpiritaliter eū ſequaris in malum. [vt non moleſtiam habeas:]i.nè grauamen incurras ex ſocietate illius.[& non coinquinaberis in peccato illius,]participando ſecum in vitijs,aut cooperando vel conſentiendo ei in malis.[Deflecte ab illo, & inuenies requiem]mentis & corporis, euadendo malæ ſocietatis incommoda,]&non acedieris in eius ſtultitia:]id eſt,indignabundus,remiſſus ſeu acedioſus,non fias ex fatuis verbis & factis ipſius. Hinc Numer. 16. iubetur: Recedite à tabernaculis hominū iſtorum,&nolite tangere quæ ad eos pertinent,nè inuoluamini in peccatis eorum.[Super plumbum quid grauabitur?]id eſt,quid grauius plumbo?quaſi dicat:Fatuus plumbo eſt grauior,ad ſuſtinendū mores,verba &geſta ipſius,quēadmodùm Salomon Pro. 27.ait:Graue eſt ſaxum & onerosa arena,ſed ira ſtulti vtroq; grauior.[& quod illi aliud nomen,q̄ fatuus?]i.hoc nomen p̄cipuè competit ei,qa in omnibus ſtultè ſe habet.Attamen vocat homo,Ioānes &c.Vitare tamen debemus, nè inconſultè aut ſine ratione condigna,ali-
Matth.5. quem ſtultum vocemus,quum dicat Saluator: Qui dicit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.[Arenam & ſalem,]i.molem arenæ ac ſalis,[& maſſam ferri facilius eſt ferre,quàm hominem imprudētem]in rebus humanis,[& fatuum]in diuinis,[& impium.]Ideò ſcriptum eſt Prouerb.17.Expedit magis occurrere vrſæ raptis fœtibus,quàm ſtulto confidenti ſibi in ſtultitia ſua.[Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur,]quia forte eſt,& firmiter ſibi cohæret in partibus ſuis.Siquidem loramentum vocatur, connexio congeriesq; lignorum in fundamento domūs locata.[ſic & cor confirmatum in cogitationibus conſilij.]i.in meditationibus ſapientialibus,& diſcretis atq; conſultis,ſupple,ſtabile erit in dn̄o,quēadmodùm & Prou.12.ſcribitur:Cogitationes iuſtorum iudicia,i. per iudicium diſcretionis examinatæ ac roboratæ.Hinc Pro.15.iterùm legitur: Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium.Penſemus ergò oīem cogitatum noſtrum à Deo conſiderari,& eius præſentiam attendendo,erubeſcamus coram eo inania meditari. Sicq; cum
Pſal.18. Pſalmiſta dicamus:Meditatio cordis mei in cōſpectu tuo ſemper.[Cogitatus ſenſati,in oīi tem-

tempore vel metu non deprauabit:]i.inordinata & vitioſa formidine carnali & mūdana nō vincetur, ſecundùm quod eſt cogitatus ſenſati. Sapiens nanq; contra impugnationē prauitimoris armatus eſt dono ſapientiæ,ſpe ſubuentionis diuinæ, virtute conſtantiæ, fortitudine quæ eſt virtus cardinalis,& forttiudine q̄ eſt donum. Ideò iuxta Chriſti doctrinā, non timet eos,qui corpus occidunt. Vndè ſanctus Iob dixit: Si expaui ad multitudinē nimiam. Et Pſal. Dn̄s illuminatio mea, quē timebo? Prouerb. quoq; 28. aſſeritur: Iuſtus quaſi leo confidens,abſq; terrore erit.[ſicut * palęæ in excelſis,& cæmenta ſine impenſa contra facié venti non permanebunt.]Paleæ em̄ in alto collocatæ,in aēre mox diſperguntur à vento,cæmentum quoq; calce nō mixtum, cōtra vim venti nō poteſt ſubſiſtere.[ſic & cor timidū]timore carnali, aut ſeculari, ſeu purè ſeruili,[in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet.]i.impugnationi timoris vitioſi mox cedit, qa non cogitat de his quæ Dei ſunt,ſ. de adiutorio,præſentia, protectione q̄; Dei & ſanctorum angelorum, ſed vanis & phantaſticis apprehenſionibus immoratur,& conſiderationi ꝓpriæ infirmitatis,puſillanimitatisq; cordis intentus eſt,nec ad ſuſtinendum aduerſa propter Deum ſe armat n̄ſtræ paſſionis exemplo.Ideò Salomon dixit Prou.28.Fugit impius nemine perſequente.Qui iterùm ait Prou.7.
* Time Deū, & valebis,ꝓter eum verò nè timueris alienum. Et certè,qui Deū efficaciter metuit,& diuini rigorē iudicij,pericula mortis,ac ſequentis vitæ ſupplicia impijs ꝓparata,perpendit,vanam & effœminatam faciliter repellit formidinē.Sed iſta non veretur iniquus, ꝓtereà ſubditur:[Sicut ornatus arenoſus in pariete lympido,]i. quēadmodùm linitio facta cum arenis, non manet fixa in pariete polito lapideo, immò mox decidit:[ſic & cor trepidum]inordinato timore.Nam ſubditur,[in cogitatione fatui]De quo Prou.24.habet: Cogitatio ſtulti,peccatum eſt.[omni tempore non metuet,]i. nunq̄ timebit filiali & virtuoſo timore, ſecundùm quod tale. Poterit tamen pœnitere, & conuerſum ſalubriter formidare. Tales em̄ Deo non innituntur,ſicut de eis in Pſalmo 13.cantatur: Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore,vbi nō erat timor.[ſic & qui in p̄ceptis Dei permanet ſemper:]i non metuet inordinato,ſed bono & ſalubri timore. Aliqui tamen libri habēt, Sed qui in p̄ceptis &c. & ſic textus eſt planior. Porrò quidam ex naturali diſpoſitione ſunt timidi, habentes cor leporinum, magnū & frigidum, loquendo de corde corporali, quod eſt in animali primum viuens & vltimum moriens, ſecundùm philoſophū. Illis ergò incumbit contra paſſionem timoris,ſpecialiter præliari, Deum iugiter inuocando pro virtute cōſtantiæ, confidentia filiali, fortitudine ſancta, & ad bonū ac ſalubrem timorem ſe dando. Remedia quoq; inordinatæ formidinis addiſcendo & aſſumendo,de quibus Caſſianus,Climachus,& alij ſcribunt.[Pungens oculum, deducit lachrymas:]dum enim corporalis oculus pūgitur, humor egreditur.Similiter qui pungit oculum cordis ſtimulo diuini timoris,educit lachrymas compunctionis.[& qui pungit cor, profert ſenſum:]i. qui mentem exercet inueſtigatione peruigili,acuta & penetratiua,producit ex ea ſapientiā,vera & ſapiētialia verba,iuxta illud Prou.2.Si quæſiēris ſapientiā quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illā, tunc intelliges timorē Dei,& ſcientiā Dei inuenies.[Mittens]i.proijciens[lapidē in volatilia,deijciet ea]à loco ſuo,i.diſperget.[ſic & q conuiciat]i. conuicium ſeu cōtumelioſa verba dicit [amico, diſſoluit amicitiam.]Nam violat eam in ſemetipſo, contra ius amicitiæ veniendo, & quātùm in ſe eſt, corrumpit eam in proximo ſuo,cùm ſcriptum ſit Prou.15. Sermo durus ſuſcitat furorem.Et rurſùs Prou.16.Homo peruerſus ſuſcitat lites.Hinc iterùm Salomon ꝓteſtatur Prou.26. Sicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quolibēt vadens, ſic maledictū fruſtrà ꝓcedit,platū in quempiā ſuperueniet.[Ad amicū &ſi produxeris gladiū,nè deſperes:]i. quanuis extraxeris enſem aduerſùm amicū ex impetu paſſionis, nō tamen diffidas de amici recōciliatione.[Eſt em̄ regreſſus ad amicū.]i.potes eum pia intentione accedere, veniāq; humiliter poſtulare,& ſic amicitiæ iura recuperare, p̄ſertim cùm vera amicitia non niſi inter virtuoſos exiſtat,q ad reconciliationē & indulgentiā proni ſunt.Ideò iuſſit Saluator:Vade, recōciliare proximo tuo.[Si aperuerit os triſte]contra te cōquerendo,[nè timeas]timore ſuperfluo,quaſi nō poſſis eum placare.[Eſt em̄ cōcordatio]i.poſt diſcordiā poteſt eſſe ad cōcordiā priorē reditio,[excepto cōuicio,]quo vnus imponit alteri vitiū criminoſum,&morte dignum,nō verè:[& improperio,]quo verè id agit,tū peruerſa intentione, & non obſeruato debito ordine charitatis ſeu iuris, vel fraternæ correptionis. Quidam tū per improperium,intelligunt aliq̄d turpe,reputationi ſeu dignitati contrariū,quāuis nō ſit vitioſum, vt eſſe ſpuriū,aut ſeruū emptitiū.Hoc tū non videt tā graue aut implacabile,vt excipi debeat. [& ſuperbia,]i.iniuriatione ex arrogantia,p̄cedente,vt eſt amicū viliter cōtrectare,aut ſuppeditare.Vndè Numer.15.legitur: Anima quæ per ſuperbiam aliq̄d cōmiſerit, q̄ aduerſus

Dominũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo. [& myſterij] i. ſecreti [reuelatione:] quod eſt directè cõtra fidelitatẽ & charitatẽ, iuxta illud Prou. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelabit arcana: qui aũt fidelis eſt, cælabit amici cõmiſſum. Vndè rurſùs Prou. 20. ſcriptũ eſt: Ei q̃ reuelat myſteria, nõ cõmiſceari. [& plaga doloſa] i. læſione, ꝓditorie, fraudulenter, aut quaſi ſub ſpecie ioci aut amicitiæ irrogata, prout legit Prou. 26. Sicut noxius eſt, q̃ mittit lanceas & ſagittas in mortẽ: ſic vir q̃ fraudulenter nocet amico ſuo, &cùm fuerit deprehenſus, dicit: Lũdens feci. Et denuò Salomon faſſus eſt Prou. 10. Quaſi per riſum, ſtultus operat̃ ſcelus. [In his oñibus effugiet amicus:] i. q̃iſta aut aliq̃d horum fuerit paſſus à ſuo amico, recedet ab eius amicitia, aut nunq̃ aut difficulter valdè rediturus ad eã, non tñ recedet à ſpirituali amore illius ſeu charitate, cùm & inimicos iubeat̃ diligere, ſed ab amicitia illa familiari & ſpeciali cõmunione in cõſilijs & ſecretis. Periculoſum eſt equidẽ cũ illo redire ad amicitiã talẽ, à quo q̃s paſſus eſt aliq̃d horũ, niſi forſan poſt longã & euidentẽ experientiã emendationis illius. [fidẽ poſſide cum amico in paupertate illius.] i. tẽpore aduerſitatis, paupertatis, afflictionis, tentationis, conſerua cũ proximo tuo fidelitatẽ & charitatẽ, ſicut de hoc dicta ſunt multa in expoſitione ſexti capituli. [vt & in bonis illius læteris.] i. ꝓſperitatis & gr̃æ illius [ſis particeps,] ei cõgratulando & cõmunicando. [In tẽpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hæreditate illius cohæres ſis:] i. in bonis eius tẽporalibus ac ſpiritualibus bonis q̃; gloriæ ſecũ cõmunices, & eius ſis cõſors, q̃n amicorum bona cõmunia ſunt. Hinc Chriſtus ait
Lucæ 22. Apoſtolis: Vos eſtis q̃ permãſiſtis mecũ in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnũ,
2. Cor. 1. vt edatis & bibatis mecũ in regno. Hinc ad Corinthios ait Apoſtolus: Sicut ſocij paſſionum
2. Tim. 2. eſtis, ſic eritis & cõſolationis. Atq; ad Timotheum: Si cõpatimur, & cõregnabimus. Deindè tanguntur q̃ amicitiam penitùs rũpunt, homicidiumq; inducunt. [Ante ignẽ, camini vapor & fumus ignis inaltanẽ.] Nam ex fornace ardente fumus & ignis erumpunt atq; aſſcendunt. [ſic & ante ſanguinẽ] i. ſanguinis iniuſtam effuſionẽ, [maledicta] i. imprecationes mali, [& cõtumeliæ & minæ,] i. cõminationes ꝓcedunt. Interdùm tñ abſq; horũ ꝓceſſione, homicidia
1. Mac. 13. & vulnera fiunt, quẽadmodùm impius Tryphon occidit Antiochũ regẽ adoleſcentẽ in do-
2. Regũ 3. lo, & Ioab Amaſam, immò & Abner latrones quoq; & ꝓditores ſine horũ ꝓceſſu ſanguinem
& 20. fundunt. [Amicum ſalutare non confundaris:] i. non erubeſcas, nec aſperneris proximum tuum primò ſalutare, non obſtante præuia diſſenſione habita inter illum & te. Hoc dicitur contra quoſdam prattantes, qui offenſi, nolunt ſe tantùm humiliare, vt primò aliquod amicitiæ ſignũ ſeu ſalutatoriũ verbum illi exhibeant, ſed ſuo ſilentio prattatiuo magis exaſperant illũ, quàm alij verbis duris, vt aſſerit Caſſianus. De hoc ait Gregorius: Si cõtingat iurgiũ cum proximo, erubeſcimus priores ſatisfacere: & tñ omnipotens Deus, q̃ à nobis dirè multotieſq; offenſus eſt, ad emendationẽ & reconciliationẽ quotidiè per ſcripturas & ꝓdicato-
2. Cor. 5. res nos exhortat̃, cùm dicat Apoſtolus: Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Erubeſcamus ergò, & pœniteam⁹ de vniuerſa duritia atq; ſuperbia noſtra, & ſigna amicitiæ etiã iniuriatoribus oſtendamus, & [à facie illius non me abſcondam:] ſed piè & hilariter ei occurram, vt amicitiam reparem. tñ familiaritas in ꝓfatis caſibus eſt vitanda. [& ſi mala] i. aduerſa [mihi euenerint per illum,] i. ab eo vel propter eum, [ſuſtinebo] hoc patienter, vt lu-
* audiet crifaciam ipſum, & vincam in bono malum. [Omnis qui * audiêrit,] qualiter illũ in iſtis prꝫuenerim, & quãta ſint bona in vera amicitia, [cauebit ſe ab eo.] i. vitabit nè per cõuiciũ aut iniuriam offendat amicũ. Vel magis ad literã, oñis qui audiêrit, qualiter illũ ꝓuenerim & ꝓpter hoc aduerſa pertulerim, & tñ ille ad amicitiã reuerti abnuerit, cauebit ſe ab eo tanq̃ ab homine duro & pertinaci, & ità nõ poterunt ſcandalizari in me, ſed magis in illo, & ipſe portabit iniquitatẽ ſuã. Poſtremò, qa frequenter atq; faciliter excedit, proximumq; offendit aut ſcandalizat homo in verbis, aut etiã in abuſiuo ꝓtacto ſilentio, ſubdit: [Quis dabit ori meo cuſtodiam?] i. vtinàm Deus det mihi gr̃am rectè regendi in oñibus linguã meã. [& ſuper labia mea ſignaculum certũ,] i. diſcretum refrenaculũ, nè imprudenter os meũ aperiam ad loquendũ. [vt non cadã in ipſis,] i. non peccẽ per indiſcretam loquutionẽ aut taciturnitatem. [& lingua mea me perdat:] i. abuſus linguæ damnatione me dignum efficiat, ſeu potiùs ego ipſe per linguam meã, ſicut os quod mentitur, occidit animam. Multùm deſiderãda eſt gratia iſta à Deo aſſiduè ac feruidè poſtulanda, cum ſerioſa cooperatione & appoſitione diligentiæ propriæ: quia vt Prouer. 16. fertur, Hominis eſt animum præparare, & Dñi gubernare linguam. Nã Iacobo Apoſtolo teſte, Linguã nullus refrenare poteſt ſine Dei auxilio. Idcir-
Iacob. 3. cò orauit propheta Pſal. 140. Pone Dñe cuſtodiam ori meo, & oſtiũ circunſtãtię labijs meis.
Et nè bonũ iſtud ſic poſtulemus, & expectemus à Dño, vt non apponamus diligentiæ no-
Pſal. 38. ſtræ conatum, iterùm fertur in Pſal. Dixi, cuſtodiã vias meas, vt nõ delinquã in lingua mea.

¶Expla-

¶Explanatio Cap. 23. Domine pater & dominator vitæ meæ. Art. 23.

A Vitijs linguæ hîc reuocat orando & inſtruẽdo. [Dñe pater,] Deus creator & recreator, cui Iſaiæ 63. dicit: Tu Dñe pater noſter, redemptor noſter. Interdùm etiã, quanuis rarò, Deus dicit̃ pater entium, nõ viuentium, iuxta illud Iob 38. Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? de cuius vtero egreſſa eſt glacies? & de cælo gelu quis genuit? [& dñator] i. gubernator, director & iudex [vitæ meæ,] i. totius cõuerſationis meæ, [nè derelinquas me in cogitatu & conſilio illorum:] videlicet iniquorum, vt nec prauè cogitem, aut erroneè cõſulam, nec aliorum prauis cõſilijs acquieſcam. Nempe beatus vir, qui nõ abijt in conſilio impiorum. [nec ſinas me cadere] i. peccare [in illis,] nè eis conformer. Vel vt aliqui habent, in illa exprobratione, hoc eſt, vituperatione ſeu improperatione, ità vt nec aliquid inordinatè vituperem, nec alicui verbum improperij dicã, nec à te vituperari promerear, nec mihi tãquàm ingrato improperes beneficia tua. [quis ſuperponet in cogitatu meo flagella?] i. quis cogitare & benè attendere me faciet tormenta impijs præparata? De quibus ait Pſal. Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulfur & ſpiritus ꝓ- Pſal. 10.
cellarum, pars calicis eorum. Prouer. quoq; 19. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. [& in corde meo doctrinam ſapientiæ:] i. vtinàm Deus per ſeipſum, per angelum ſanctum, per ſcripturam & inſtructionem bonorum, faciat me iugiter memorem pœnarum, quæ imminẽt vitioſis, & præmiorũ quæ danda ſunt iuſtis, vt tam timore ſuppliciorum, quàm deſiderio gaudiorũ cæleſtium, & maximè ex cõſideratione diuinæ præſentiæ ac eius amore vitem peccata, prout doctrina ſapientiæ cõtinet. [vt ignorationibus eorum nõ parcat mihi:] i. non relinquat me in ignorantijs ſeu obliuionibus ſuppliciorum & præmiorum illorũ, ac conſimiliũ quæ retrahunt à peccatis, immò de taliũ ignorantia me increpet in ꝓſenti, eamq; tollat à me. [& nõ appareant delicta illorũ:] i. non inueniantur in me culpæ, quæ conſiſtunt in ignorantijs taliũ rerum quæ ſunt neceſſariæ ad ſalu- 1. Cor. 14.
tem, de q̃bus ait Apoſtolus: Qui ignorat, ignorabit. Quæ ignorantia, ſecundùm Ambroſiũ, eſt maximum peccatũ, non magnitudine enormitatis, ſed periculoſitatis, qa ex ignorantia oriuntur multa & maxima vitia. Vndè Prou. 17. eſt ſcriptũ: Qui euitat diſcere, incidet in mala. Idcircò ſubiungitur: [& nè adincreſcant ignorantiæ meæ,] i. nè ꝓfata ignoratione iuris ſeu præceptorum, quæ teneor ſcire, adaugeãtur alia vitia, intùs in corde, & in ore, ac opere. De q̃bus nunc additur: [& multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent] enormitatę & numero, [& incidam in conſpectu aduerſariorum meorũ:] i. nè incidam manus hoſtium animæ meæ, [& gaudeat inimicus meus] quicunq;, viſibilis aut inuiſibilis, præſertim princeps tenebrarum, ſeu dæmon mihi ad exercitium ſpecialiter deputatus, de mea ruina. Etenim qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. Propter quod denuò orat vir ſanctus: Pſal. 12.
Neq; irrideant me inimici mei. Nam (vt ait Gregorius) ipſos, dum peccamus, irriſores patimur, quos ad vitia perſuaſores habemus. Et certè, ſi ritè perpendimus crudelitatẽ & odium Pſal. 24.
inuiſibilium hoſtium animarũ noſtrarum, q̃ nil aliud ſitiunt, niſi ęternam noſtrã damnationem, debemus meritò dñm inuocare ac timoratè in omnibus conuerſari, nè incidamus manus eorum, & tanto feruentiùs virtuoſis inſiſtere actibus, quanto infatigabiliùs imminent illi, vt ſuæ nos ditioni ac damnationi innoluant, nè gaudeãt vnquàm de noſtra ruina. Hoc author iſte perpendens, ardentiſſimè exorat: [Dñe pater,] qui eſt dñs vniuerſorũ iure creationis & generalis gubernatiõis, & pater ꝓcipuè rationaliũ ac intellectualiũ creaturarũ, quas ad imaginẽ & ſimilitudinẽ tuam feciſti: filiorũ nanq; eſt, patri aſſimilari. [& Deus vitæ meæ] i. cauſa, fons, rector, ꝓtector, ſalus & finis vitæ meæ, quã habeo per dona naturæ ac gratiæ, cui dicitur Pſal. 87. Dñe Deus ſalutis meæ. Et Iſa. 64. Et nunc pater noſter es tu, nos verò lutũ: & fictor noſter tu, & opera manũ tuarũ oẽs nos. [nè derelinquas me in cogitatu illorũ:] i. non me permittas acquieſcere ſuggeſtioni aduerſariorũ animę meę. [Excellentiã oculorũ meorum nè dederis mihi:] i. nõ ſinas interioribus oculis meis inhærere elationẽ, qua me putẽ aliquid eſſe, cùm nihil ſim, aut maiora ſentiã de me: quæ extollẽtia ſolet in exterioribus oculis apparére, iuxta illud Iob 15. Quid te eleuat cor tuũ, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Vndè & Iſa. 10. Dñs loquitur: Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. [& omne deſiderium prauum] ſiue ad appetitum ſenſitiuum, ſiue intellectiuũ pertineat, [auerte à me:] vt nec diutiùs immorer, neq; conſentiam, nec actui mancipẽ illud. [Auferà me ventris cõcupiſcentias,] i. carnalia deſideria gulę atq; luxuriæ, nè carni deſeruiã, cùm & Seneca fateatur: Maior ſum & ad maiora natus, quàm vt corporis mei mancipium ſim. Hinc admonet Paulus Ro. 13. Curam carnis nè feceritis in deſiderijs. Itemque: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. [& concubitũs Galat. 5.

conſe-

concupiſcentiæ nè appræhendant me:] i. nec legitimâ coniugẽ ex deſiderio voluptatis cupiam vel accedã, qm̃ oĩis amator feruentior, eſt adulter: qui ſ. cum p̃dominante cõcupiſcẽtia ſuâ accedit, i. tali ac tanta, q' & eã, quanuis legitima nõ eſſet, accederet. Talis quippe non
Thren. 4. & 5. maritali, ſed adulterino eã agnoſcit affectu. [& animę irreuerenti & infrunito:] i. inſipienti, i. hominibus imp̃bis & inſipientibus, q (vt in Ieremia habẽt) nec ſeni nec ſacerdoti nec maiori honorẽ impẽdunt. [nè tradas me,] nè eorũ imp̃bitate & inſipientia victus peccẽ. Sic &
2. Theſſ. 3. Apoſtolus: Orate, inqt, vt liberemur à malis & importunis hominibus. [doctrinâ oris audite filij.] Iuxta illud Pſal. 33. Venite filij, audite me. [& qui cuſtodiẽrit illã, non periet labijs ſuis:] i. vitia linguæ & tormenta eorum nõ incidet, [& nõ ſcandalizabit] i. non impinget ſ̃in operibus nequiſſimis:] ità q' nec faciet ea, nec facientibus cõſentiet, nec ex aliorum malitia ad peccandum trahet. Etem̃ qui ſcãdalizatur, paruulus eſt, i. fragilis multùm & imperfectus. Maiores aũt, vt teſtatur Hieronymus, ſcandala non recipiunt, immò peccantibus cõdolent, & intercedunt pro eis. [in vanitate ſua appræhendit peccator,] i. à iudice ſummo cõcludit, conuincitur, reprobat, & dæmoni traditur, iuxta illud Pſal. 9. In operibus manuum ſuarum cõpræhenſus eſt peccator. Prouer. quoq; 13. dicitur: Impietas peccatorẽ ſupplantat. Et Iere. 2. Dñs fatur: Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. [& ſuperbus & maledicus] i, alteri maledicens, [ſcandalizabitur in illis:] i. in nequiſſimis operibus, q' & facit ea, & alio-
1. Cor. 6. rum prauitate prouocatur ad peſſima, nec vult aliq̃d ſuſtinere. Ideò ait Apoſtolus: Neq; maledici regnum Dei poſſidebunt. Itemq; Ro. 12. Benedicite maledicentibus vobis: benedicite, & nolite maledicere. Et Prouer. 13. ſcriptum eſt: Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Cõſequenter peſſima cõſuetudo multorum reprobat. [Iurationi nõ aſſueſcat os tuũ.] i. nõ facias tibi conſuetudinẽ iurandi, quia nõ licet iurare, niſi ex rationabili cauſa, loco & tempore opportuno, cum diuinæ maieſtatis reuerentia grandi. [multi em̃ caſus in ea.] i. in iuratione, ſ̃in vſum ducat. Cùm em̃ lingua ſit in lubrico poſita, qui citò & faciliter iurat, interdùm peierat, & diuinum p̃ceptum tranſgredit, ac ſine reuerentia & debita cauſa Deũ ſumit in teſtẽ, quod nequaq̃ agendum eſt. Nec homo honeſtus æquanimiter toleraret, ſe aſſiduè ac irreuerenter aſſumi in teſtẽ. Ideò Deuter. 5. ſcriptum eſt: Nõ vſurpabis nomen Dñi Dei tui fruſtrà, quia nõ erit impunitus, qui ſuper re vana nomẽ eius aſſumpſerit. [Nominatio verò dei, non ſit aſſidua in ore tuo:] ad iurandũ per ipſum, nec alicuius rei ſacræ ſeu creaturæ cuiuſcunq; nominatio debet ad iurandum eſſe aſſidua in hominum ore. Ideò ſubditur: [& nominibus ſanctorũ non admiſcearis,] iurando per ſanctos & ſanctas ſine neceſſitate & reuerentia, [qm̃ non eris immunis ab eis:] i. ab offenſa ſanctorũ, ſi irreuereẽter & irrationabiliter per eos iuraueris. [ſicut em̃ ſeruus interrogatus] i. per verbera inquiſitus ſeu caſtigatus [aſſiduè,] iuxta illud Sapient. 2. Cõtumelia & tormentis interrogemus eũ. [à liuore non minuitur.] i. ſignis verberum relictis in corpore ſuo nõ caret. Vel liuore, i. crimine liuoris ſeu rancore, quẽ concipit contra dñm ſuum, à quo aſſiduè cæditur. [ſic omnis iurans] frequenter, [& nominãs] Deum vel ſanctos ad iurandũ per eos, [in toto à peccato nõ purgabit:] immò talis cõſuetudo nõ caret culpa mortali, cùm ſit contra p̃ceptum illud decalogi ſcriptũ Exodi 20. Non aſſumes nomen Dñi Dei tui in vanũ. Non em̃ habebit inſontẽ dñs eum, qui aſſumpſerit nomẽ Dñi ſui fruſtrà. Hinc ſubdit: [Vir] immò & oĩis homo [multùm iurans, implebit iniquitate:] q' ex vitioſo habitu & prana cõſuetudine peccat, atq; interdùm peierat, quod eſt peccatum grauiſſimũ, vtpotè ſummâ & incõmutabilem veritatẽ in teſtẽ falſitatis aſſumere. [& nõ diſcedet à domo illius] i. ab ipſo & domeſticis eius ipſum in hoc crimine imitantibus, [plaga] vltionis diuinæ, quia ſuæ iurationis demerito relinqtur quotidiè in grauiora facinora cadere, indurari, & excæcari, nec in futuro euadet horrenda ſupplicia, & frequenter in hac vita cadit in aſpera & aduerſa. Immò aliquæ terræ & gentes propter hoc ſcelus horribilibus plagis percuſſæ ſunt. [& ſi fruſtrauerit fratrẽ,] i. ſi proximum deceperit falſè iurando, [delictũ illius ſuper ipſum erit:] i. ſibijpſi magis nocebit, quia peccat grauiſſimè, & obligatur ſatisfacere de damno ei illato ſuo periurio. [& ſi diſſimulauerit,] i. veritati teſtimonium non perhibuerit iurando, aut alio modo conuenienti, cùm ad hoc fuerit requiſitus, [delinquit dupliciter:] vtpotè veritatem inordinatè celando, & per hoc proximo damnum inferendo. Sicut enim iubemur non eſſe teſtes iniqui, ità eſſe præcipimur teſtes veraces. Porrò q' iniquum ſit, eſſe teſtem falſum, in Prouerbijs ſæpè inducitur. Vt eſt illud Prou. 25. Iaculũ & gladius & ſagitta acuta homo, qui loquitur cõtra proximũ ſuum falſum teſtimoniũ. Deniq;
Matth. 5. his cõſonat quod in Euangelio loqtur Dñs: Ego dico vobis, nõ iurare oĩnò, neq; per cęlũ, neq; per terrã. Sit aũt ſermo veſter, eſt eſt, nõ non: quod his abundantius eſt, à malo eſt. Hoc eſt quod Iacob. 5. legitur: Ante omnia nolite iurare. [& ſi in vacuum] i. inaniter [iurauerit, non

nõ iuſtificabit:] ſed re,pbabitur. [Replebitur em̃ retributione peſſima] i. valdè pœnali [domus illius,] vtpotè domus mentis, ſeu ipſe & domeſtici imitatores ipſius. Sed his obijci poteſt, q' ſcriptura iubet iurare per Deũ verum, dicẽs: nõm̃ Deum timebis, & per nomẽ eius iu- Deut. 6.
rabis. Secundò, qa iuratio in ſcripturis laudat, iuxta illud Pſal. 62. Laudabunt oẽs qui iurant in eo. Tertiò, qa iurare eſt actus virtutis, q̃ dicitur latria, q̃ Deo exhibet cultum. Ergò quãto ſit ſæpiùs, tanto & meliùs. Quartò, qa ſuper Matth. ait Hieronymus: Qui iurat, diligit aut ho- Matth. 6.
norat eũ, per quẽ iurat. Quintò, qa ſancti viri ſæpè leguntur iurâſſe, dicente Apoſtolo Ro. 1. Teſtis eſt mihi Deus. Et 2. Co. 1. Ego, inqt, Deũ teſtẽ inuoco in anima meã. 2. quoq; Paral. 15. legitur: In oĩ corde ſuo iurauerunt Dño, & inuenerunt eũ. Verùm ad oĩa iſta eſt vna reſponſio, q' ſ. iurare debito modo circunſtãtionato, eſt actus virtutis, ſicut & celebrare, nõ tñ licet oĩ loco & tẽpore celebrare, aut ſæpiùs vno die, niſi in caſu & ordinatione ſpeciali Eccleſiæ. Et ità intelligendæ ſunt authoritates iã introductæ ac ſimiles eis. Qualiter auté ſit iurãdum, breuiter docet Hieremias, dicẽdo: Iurabis, viuit dñs, in iudicio & veritate & iuſtitia. Iere. 4.
Vbi tangunt̃ tres comites iuramenti, q' ſunt iudiciũ, i. diſcretio, veritas, & iuſtitia: & quicqd horum defuerit, erit iuramentũ illicitum. Vtilitatẽ verò iurationis tãgit Apoſtolus Hebr. 6. Homines, inqens, per maiorẽ ſui iurãt, & oĩs cõtrouerſiæ eorum finis ad cõfirmationẽ eſt iuramẽtum. Seqtur deteſtatio vitij oris, quod blaſphemia nuncupat. [Eſt & alia loquela, ſ̃pu tà blaſphemia, cõtraria iurationi: qa in iuratione p̃ſupponitur Deus eſſe infallibilis & indeuiabilis veritas, in blaſphemia aũt indignum qd de Deo aſſeritur. Loquela, inquã [morti] i. interfectioni [adiudicata:] qa in Leuit. Numerorũq; lib. & Deuter. iuſſum eſt, blaſphemos Leuit. 24.
occidi ſeu lapidari. [Etenim à miſericordibus hæc omnia auferentur:] i. verè miſericordes, qui ſ̃prijs animabus miſerentur, in primis vitabunt hæc vitia. Et qa ſunt alijs miſericordes, Deus facit eis miſericordiã iſtã, q' non permittit eos cadere in tanta facinora, ſed gr̃am hæc vitandi largitur. Beati em̃ miſericordes, qm̃ miſericordiã conſequent̃. [non inueniat in hæ- Matth. 5.
reditate Iacob.] i. blaſphemiæ crimẽ non ſit in populo Iſrael nato ex Iacob, q' populus fuit peculiaris plebs atq; hæreditas Dei. Nunc aũt hæreditas Dei eſt populus Chriſtianus, genus electum, ſacerdotium ſanctũ, gens ſancta, populus acquiſitionis, à quo abſit hoc facinus, ſ̃pu- Ephe. 1.
rum monet Apoſtolus: Omnis indignatio & ira & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. [& in delictis nõ voluptabunt] i. in vitijs non delectabunt̃, qa in iniquitatibus gloriari, eſt eorum qui ſunt habituati in vitijs, & ex propoſito ac certa malitia peccant, iuxta illud Pſal. 35. Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo. Porrò ſignum habitûs eſt delectatio ſiens in opere. [In diſciplinatæ loquelæ nõ aſſueſcat os tuum.] i. verba indomita, irrefrenata, bonis moribus repugnantia, loqui non aſſueſcas. [eſt em̃ in illa verbum peccati] i. verba vitioſa, doloſa, detractoria & blaſphema ſequunt̃ ex tali vſu loquendi. Hinc in Prouerb. in- Prouer. 13.
ducitur: Qui cuſtodit os ſuum & linguã ſuã, cuſtodit ab anguſtijs animã ſuã: qui autẽ inconſideratus eſt ad loquẽdum, ſentiet mala. Deniq; indiſciplinoſa loquela eſt, quæ ſcurrilibus & turpibus vtitur verbis. In ore aũt cõſecrato Euangelio Dei mẽdacium, ſacrilegium reputatur. [Memento patris tui,] in primis Dei patris, patris quoq; carnalis atq; ſpiati. [& matris tuæ] carnalis & ſpiritalis ac totius Eccleſiæ, vt vnicuiq; horum exhibeas, quod ei tenẽris. [in medio em̃ magnatorũ cõſiſtis.] i. inter p̃claros homines cõuerſaris, q' (vt dictũ eſt) ſunt genus electũ, regaleq; ſacerdotium. Vel ſenſus eſt, vt memor ſis beneficiorũ tibi à tuis parẽtibus cõceſſorũ, quâuis inter ſublimes perſonas reſideas. Immò tunc plùs, qa tunc ampliùs potes. Et [nè fortè obliuiſcaẽ te Deus in cõſpectu illorum:] i. nè publicè te relinquat tuus creator, eo q' tu principia tui eſſe generatiua relinquas. [& aſſiduitate tua] i. praua cõſuetudine infatuatus, [improperium patiaris,] i. publicè cõfundaris de tanta tua ingratitudine circa parentes, q̃ tibi obijci poteſt & improperari. [& maluiſſes non naſci,] quàm ità cõfundi. [& diem natiuitatis tuæ maledicas] ex impatientia, cui ſanctus Iob & ſanctus Ieremias ex ratio- Iob 3.
nabili myſterio & motiuo maledixiſſe noſcuntur. Hinc legitur Prouer. 19. Qui affligit pa- Iere. 20.
trem & fugit matrem, ignominioſus erit & infelix. [Homo aſſuetus in verbis improperij.] i. conſuetus alijs improperanter opprobrioſeq; loqui, [omnibus diebus vitæ ſuæ nõ erudietur] ad bonos mores, ſcientiamq; ſalubrem, non quia eruditi non queat, ſed quia difficulter & rarò. [Duo genera] hominum impiorum [abundant in peccatis:] quia ex eorum iniquitate alia multa ſequuntur. Primum eſt genus auarorum, de quibus ſubiungitur: Primò tamẽ de tertio genere ſubditur: [& tertium, adducit iram & perditionem,] quod eſt genus adulterorum, quorum crimen ob ſuam enormitatem ſpecialiter promeretur iram vltionis diuinæ, perditionẽq; infernalẽ. Sequitur de genere cupidorũ: [Anima calida quaſi ignis ardẽs,] id eſt, æſtu auaritiæ inflammata, [non extinguetur, donèc aliquid glutiat:] id eſt, terrenum

bonum

bonũ acquirat, aut aliena deuoret bona, nec tũ tunc ardor eius extinguit absolutè, sed pau-
Prou. 27. tùm, scilicet quo ad id quod acquirit. Ad alia verò anhelat, iuxta illud: Infernus & perditio
nõ replebuntur. Similiter & oculi hominum insatiabiles. Deindè tangit genus secundum,
quod est vel superborũ, vel gulosorũ. [& homo nequã in ore carnis suæ,] i. aliorũ bona auidè comedens, & sua gulositate corpori suo ac animæ & proximis nocens, [nõ desinet] à sui
appetitũs repletione, [donèc incendat ignẽ] libidinis in seipso, qa ex gula generatur luxũ
materia. Deniq; homo nequã in ore carnis suæ est superbus, qui psumptuosa & iniuriosa lo-
qui nõ cessat, donèc alios ad iram, passionũq; aliarũ incendiũ prouocet, iuxta illud Sapiẽt. 11.
Vbi fuerit superbia, ibi erit & cõtumelia. Deincèps tertium genus, videlicet lubricorum &
adulterorũ, prosequit: [Homini fornicario omnis panis dulcis:] i. omnis refectio seu volu-
ptas, quã habet cum fœmina aliena, cum qua potiùs cupit vilẽ sumere cibũ, quàm cum sua
Exod. 20. pretiosum. [non fatigabitur transgrediens] Dei pceptũ, Non mœchaberis, & non adultera-
bis. [vsq; ad finẽ:] quia hoc vitiũ tenacissimè hæret, & sæpè in senibus iuuenescit, sit & Salo-
3.Reg. 11. mon in senectute sua per mulieres est deprauatus. Vel, vt aliqui habent, donèc moriatur à lecto suo, i. in vitijs carnalibus, quæ magis exercentur in lecto, infeliciter cõsumetur. [Omnis
homo qui transgreditur lectũ suum,] i. fidẽ coniugij, personamq; cõtoralis relinquit, [con-
temnens in animã suam,] i. animæ suæ salutẽ parui pendens ac deserens, & propriã animam
cõtemptibilem reddens ac bestialẽ, dæmonisq; adulterã, ac carnis ancillam. [& dicens] vel
verbo, vel cogitatu, vel opere: qa ità se habet, quasi putet Deũ nescire opera sua, q̃ agit in te-
nebris. [quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circun-
spicit me, quẽ vereor?] i. nullum habeo formidare. [delictorũ meorum nõ memorabitur al-
tissimus:] vel qa ignorat ea, aut lapsu tẽporis faciliter indulgebit. [& nõ intelligit,] i. nõ ad-
uertit nec pensat, [qm̃ omnia videt oculus illius,] i. intellectus seu sapientia Dei, [qm̃ expel-
lit à se timorẽ Dei huiusmodi hominis timor,] i. talis adulter aut fornicator per suũ carnalẽ
timorem, quo metuit voluptatibus venereorũ priuari, expellit à se timorẽ Dei, quemadmo-
dùm motus fortiores repellunt motus debiliores, & amor carnalis spiritalẽ dilectionẽ. [&
oculi hominũ timentes illum:] i. mentes eorum, qui timent tali homini displicere, propter
quod ei blandiunt in vitijs, expellunt à se timorem Dei per inordinatũ timorẽ humanũ, ma-
lentes offendere Deũ, quàm hominẽ, quales (proh dolor) multi sunt. [& nõ cognouit, qm̃
oculi Dñi multo plùs lucidiores sunt super solẽ.] immò in infinitũ clariores omni ente crea-
to, cunctisq; simùl acceptis. [circunspicientes oẽs vias hominũ, & profundũ abyssi, & homi-
nũ corda intuentes in abscõditas partes. Dño em̃ deo, antequàm crearent, omnia sunt cogni-
ta: sic & post perfectũ] i. post rerũ productionẽ [respicit omnia:] i. cuncta cognoscit, sicut &
antè. Ipse etem̃ Deus excelsus & gloriosus, per propriã essentiã in ipso æternitatis momento
perfectissimè inuariabiliterq; vniuersa intuet ac perspicit per ideales & exemplares omniũ
rationes, secundùm quod suã essentiam intelligit multipliciter immutabilẽ à creatis, & put
in sua potestate immensa omnia causaliter cõtinentur & dependẽt ac conseruant ab ipso, de
quo Daniel. 2. asserit: Ipse reuelat, pfunda, & nouit in tenebris cõstituta. Iob quoq; 34. Oculi
eius super vias hominũ, & oẽs gressus eorũ considerat. [Hic] putà adulter [in plateis ciuita-
tis vindicabit,] i. publicè punietur, & lapidibus obruetur, secundùm legẽ. [& quasi pullus equi-
nus] q lasciuus est, [fugabitur: & vbi non sperauit,] i. vbi non putauit aut suspicabatur, [ap-
prehendet] à marito, cuius cõiugem cõstuprauit, aut alijs, sicut Prouer. 6. legitur: Zelus viri
nõ parcet in die vindictæ. [& erit dedecus omnibus,] i. ab omnibus cõtemnetur [eo q̃ nõ in-
tellexerit timorẽ Dñi:] i. propter adulteriũ suum & scelera, q̃ incidit, qa timorem Dei nõ ha
buit. [Sic & mulier omnis relinquẽs virum suũ,] i. marito suo fidẽ coniugalẽ nõ seruans, [&
statuens hæreditatẽ ex alieno matrimonio:] i. filiũ gignens ex alio viro cõiugato, ac per hoc
priuans eum hæreditate veri ac proprij patris, & faciens eũ hæredẽ patris putatiui, videlicet
sui mariti, quod dupliciter enormiterq; iniustũ est. Quid aũt in tali casu esset agendũ secun
dùm cõscientiam, & consulendũ adulteræ pœnitenti in foro cõfessionis, ex Decreto habes,
& in Summis doctorũ docetur. Hæc ergò adultera, sicut adulter, multipliciter rea est. [Pri-
mò em̃ in lege altissimi incredibilis fuit:] i. diuino pcepto adulteriũ prohibenti incredula
ac rebellis, ità quòd fidẽ formatam de veritate legis non habuit, quanuis informẽ forsan ha-
buerit, [& secũdò virum suũ dereliquit,] cui fidelitatẽ promisit, quod est fractio voti. [ter-
tiò in adulterio fornicata est,] i. corpore suo abusa, cuius potestatẽ nõ habuit, sed vir suus, &
sic furtum cõmisit, subtrahens corpus suũ proprio viro, alienoq; vsui mancipans illud, viro
proprio ignorante: & si fieret id, eo sciente atq; nolente, esset rapina. [& ex alieno viro filios
statuit sibi.] sicq; filij suilegitimi, parte hæreditatis q̃ ad illos deuoluitur, spoliantur. [Hæc

in Ec-

in Eccleſiam adducetur,] i. in congregationẽ populi coram iudicibus, vel in templũ ad ſa-
cerdotem, ſi maritus eius ſpiritu zelotypiæ cõcitatus, voluerit eam probare an ſit adultera-
ta, prout in lib. Numer. habetur. [& in filios eius reſpicietur, tanquàm in ſuſpectos & deho-
neſtatos: vel reſpicietur, i. conſiderabitur an ſint legitimi. [non tradent filij eius radices:] i.
eradicabuntur de domo mariti adulteræ, nec manebunt ibi plantati ſeu firmiter cõmoran-
tes & prolificantes. ideò ſubditur: [& rami] i. filij [eius non dabunt fructum:] i. ſobolem in
domo illa non gignent, nec actus virtutum ibi producent, ſed expellent. Quemadmodùm
in Iudic. lib. fratres Iephtę leguntur ei dixiſſe: Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris,
quia de adultera matre natus es. In Gene. quoq; Sara ad Abraam: Eijce, inquit, ancillam hanc
& filium eius. [Derelinquet in maledictum memoriã eius,] i. filij adulteri relinquent me-
moriam ſuæ ignominioſæ matris, ac adulterij eius in maledictionẽ ſeu vituperationẽ ipſius,
ſecundùm quod Iere. 29. Dñs loquitur de quibuſdam: Dabo eos in maledictionẽ & in ſibi-
lum & opprobrium, eo quòd non audierunt nomen meum. De adulterante quoq; Prou. 16.
aſſeritur: Turpitudinẽ & ignominiam cõgregat ſibi, & opprobriũ illius non delebit. Hinc
ſequitur: [& dedecus illius nõ delebitur,] quia diffamatur & cõtemptibilis ſemper habetur,
præſertim in diuino iudicio & inferno. Vndè Prouerb. 7. fertur: Nè abſtrahatur in vijs illius
mens tua. Viæ enim inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. [agnoſcent] i. ex im-
piorum punitione aduertent, iuxta illud: Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. [qui
derelicti ſunt,] i. ſuperſtites: [qm̃ nihil melius, quàm timor Dei] filialis & ſanctus, ſecũdùm
quod timor iſte accipitur cum charitatis incluſione, à qua oritur, & quæ, abſolutè loquen-
do, melior eſt timore. [& nihil dulcius quàm reſpicere] i. exerceri [in mandatis Dñi.] Hoc
autem nil aliud eſt, quàm virtutum actibus occupari ac immorari, quod ſummè delectabile
eſt omni homini benè diſpoſito, cùm delectatio ſit diffuſio animi in apprehenſione cõce-
ptuq; boni. Ideò dixit Saluator: Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiẽ anima-
bus veſtris. Iugum em̃ meum ſuaue eſt. Et præſertim in actibus charitatis ac donis ſapientiæ
conſiſtunt delectationes ſpiritales præcipuæ. Nec obſtat q̃ arcta eſt via ſalutis, qm̃ quæ inci-
pientibus & reliquijs vitiorũ affectis eſt laborioſa, proficientibus miteſcit quotidiè, & per-
fectis, charitate feruentibus, ac habituatis in bonis, dulciſſima extat. [Gloria magna eſt, ſe-
qui Dominum:] i. Deo adhærere ac ſubijci, & ei in virtuoſis actibus conformari, iuxta illud
Apoſtoli: Eſtote imitatores dei, &c. Eſtq; maximè meritorium & præclarum, honorificum
& iucundũ. [longitudo em̃ dierum] i. dies æternitatis [aſſumet ab eo.] i. à Deo cõferetur ſe-
quentibus ipſum, q̃ ait in Pſal. 90. Longitudine dierũ implebo illũ, & oſtendam illi ſalutare
meum. Vndè & in Euangelio loqtur Dñs: Qui ſequit̃ me, non ambulat in tenebris, ſed habe-
bit lumen vitæ. Et Deuter. 30. Moſes exhortat: Elige vitam vt viuas, & diligas Dñm Deum
tuũ, atq; obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierũ tuorũ.

Prou. 19.

Matth. 11.

Ephe. 5.

Ioan. 12.

¶Elucidatio Cap. 24. Sapientia laudabit animam ſuam. Art. 24.

POſtquàm de ſapientia creata infuſa, introducta ſunt multa, nunc de increata ac ge-
nita ſapiẽtia agitur, q̃ in diuinis perſonaliter dicitur, qa eſt perſona diſtincta à pa-
tre, eſtq; æternum & vnicum verbum eius, de quo Ioannes ait Euang. In principio
erat verbum, & dictũ eſt ſuprà: Fons ſapientiæ, verbũ Dei in excelſis. Primò itaq;
tangitur hîc de actibus ſapientiæ huius. [Sapientia laudabit animã ſuam.] In hoc myſteriũ
incarnationis inſinuatur, qa verbum æternũ Chriſtus Dñs aſſumpſit naturã humanam, & in
ea inter homines cõuerſando proteſtatus eſt ſe eſſe vnigenitũ filium Dei, & per verba atq;
miracula, immò per cõuerſationem ſanctiſſimã, manifeſtauit ſuam ſanctitatẽ, & teſtimoniũ
perhibuit de ſeipſo, dicẽs: Quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundũ, vos dicitis, qa blaſphe-
mas, quia dixi, filius Dei ſum? Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſi autẽ facio,
& ſi mihi non creditis, operibus credite. Inſuper poteſt exponi hoc modo: Sapientia lauda-
bit animam ſuã, i. mentem ſuam ſeu ſpiritum, hoc eſt, ſeipſam, ſecũdùm quod Deus dicitur
habere animã, iuxta illud Iob 23. Deus ſolus eſt, & cogitationẽ eius nemo auertere poteſt: &
anima eius quodcunq; voluit, hoc fecit. Qui & Iere. 15. proteſtat: Si ſteterit Moſes & Samuel
coram me, non eſt anima mea ad populũ iſtũ. De quo & Amos ait: Iurauit Dñs in anima ſua.
Sic itaq; ſapientia iſta laudauit ſe in ſcripturis, & per ora ſanctorũ, & in omni creatura atq;
effectu ſuo oſtendit ſe eſſe laudabilem. [& in Dño honorabitur,] i. ſimùl cum Deo patre cul
tu latriæ extolletur, ſecundùm quod ait: Qui non honorificat filium, non honorificat pa-
trem, qui miſit illum. Et rurſùs: Creditis in Deum, & in me credite. [& in medio populi ſui
gloriabitur:] i. inter fideles, cum quibus & in quorum cordibus gloriatur atq; hilariter cõ-
moratur, iuxta quod faſſa eſt Prou. 8. Deliciæ meæ, eſſe cũ filijs hominũ. Gloriata eſt quoq;

Numer. 5.

Iudic. 9.

Gene. 21.

Amos 6.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

populum inducendo ad dei patris honorē. Vndè per Ierē.32. loquuta est: Dabo eis cor vnum & animam vnam, & lætabor super eis, cùm benefecero eis. Hinc Luc.10. scriptum est: In illa hora exultauit Iesus spiritu sancto, & ait: Confiteor tibi pater, &c. [& in Ecclesijs altissimi aperiet os suum:] docuit enim in synagogis Iudæorum, conuentibusq; fidelium, sicut asse-
Ioan.18. ruit: Ego semper docui in synagogis vbi Iudæi omnes conueniunt. Aperuit quoq; os suum mentale in Ecclesijs triumphante & militante, illuminando mentes angelicas & humanas. Vndè dixit propheta Psal.84. Audiam quid loquatur in me Dñs Deus. Iob quoq; 11. legitur: Vtinàm Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ. Hinc Sap.7. dictum est, quòd in animas sanctas se transfert, prophetas & amicos dei constituit. [& in conspectu virtutis illius gloriabitur:] i. in præsentia maiestatis ac omnipotentiæ Dei patris, quēadmodùm Prou.8. fatetur: Delectabar per singulos dies, ludens coram eis, ludens (i. delectabiliter & iucundè agens) in orbe terrarum. vel in conspectu virtutis altissimi, i. in euidenti exhibitione & operatione miraculorum, quæ fecit virtute diuina ad ostendendā omnipotentiam patris gloriabitur, quia in illis gloriabat filius Dei in patre. [& in medio populi sui exaltabitur,] i. gloriosus esse monstrabitur, & ab eis sublimiter ex-
Ioan.12. coletur, sicut & in Euangelio ipsa ait: Glorificata est sapientia à filijs suis. Hinc dixit: Venit hora vt clarificet filius hominis. Et rursùs exorauit: Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quā habui anteqū mundus esset. Exaltatus est itaq; vnigenitus Dei secundùm naturā diuinā per hoc, quòd maiestas eius innotuit, & reuerenter honorata est. Porrò secundùm naturā humanam, est multipliciter exaltatus, pstertìm in sua resurrectione & assessione. Vndè Esai.52. pdictū est: Eccè intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabit, & sublimis erit valdè. Atq; Mich.5. Et nunc magnificabit in medio vniuersæ terræ. Pater quoq; exaltauit eū
Mat.3. & 17. in baptismo & transfiguratione: Hic est, in quiens, filius meus dilectus, in quo mihi benè cō-placuit. [& in plenitudine sancta admirabitur:] i. in admiratione digna habebit à fidelibus ex cōsideratione plenitudinis suæ diuinæ ac infinitæ perfectionis, qua æqualis est patri. In
Coloss.2. plenitudine quoq; gratiæ & diuinorū charismatum suę animæ collatorū. Vndè ait Apostolus: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De quo scriptū est Ioan.3. Non ad mensuram dat deus spiritū sanctū homini Christo. Et denuò Ioan.1. De plenitudine eius nos oēs accepimus. Itemq;: Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre, plenū gratia & veritatis. [& in multitudine electorū habebit laudē,] iuxta illud Apoc.5. Audiui vocē angelorum multorū in circuitu throni, & erat numerus eorū millia milliū, dicentiū voce magna: Dignus est agnus, q occisus est, accipere virtutē & diuinitatē, & sapiētiam, & fortitudinem, & honorē, & gloriam, & benedictionē, & oēm creaturam, quæ in cælo est, & super terram, & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt: Omnes audiui dicentes: Sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorū. [& inter benedictos benedicetur,] i. omniū benedictissimus esse scietur ac asseretur, & à benedictis bona & optima esse laudabitur. De quo fertur in Psal.117. Benedictus q venit in nomine Dñi. Deniq; in die palmarū inter benedictos Apostolos veniens, benedicebat ab obuiantibus & comitan-
Lucæ 19. tibus turbis, secundùm illud: Cùm appropinquaret ad descensum montis Oliueti, cœperūt omnes turbæ descendentiū gaudentes laudare Deum super omnibus quas viderāt virtutibus, dicentes: Benedictus q venit rex in nomine Dñi. Pax in cælo, & gloria in excelsis. [dicēs] hęc ipsa sapientia de seipsa: [Ego ex ore altissimi prodiui,] i. ex intellectu & generatiua potētia Dei patris processi processione intellectuali, immanente, inuariabili, & æterna. [primogenita ante oēm creaturam.] i. æternaliter genita ante oēm creaturam, quæ simùl incepit cum
Psal.109. tempore. Vndè loquit eadem sapientia Ioan.16. Exiui à patre, & veni in mundū. Et pater ad
Mich.5. filium: Ex vtero ante luciferum genui te. De quo Mich. ait: Egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. De qua incōprænsibili generatione vno modo exponit illud Isai.53. Genera-
Prouer.8. tionē eius quis enarrabit? De hac re dictū est pleniùs in expositione Prouerb. vbi sapientia hæc testat: Ab æterno ordinata sum, ante colles ego parturiebar. Hinc de Christo ait Apostolus Col.1. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę. Vndè & Sap.7. dicit: Emanatio est claritatis omnipotentis Dei syncera. [Ego feci in cælis, vt oriret lumen indefi-
Eccl 1. ciens.] Potest per lumen in deficiens, sol seu lux eius, intelligi, de quo secundùm vnā expositionē accipit illud Gene.1. Dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Rursùs per lumē indeficiens, potest intelligi natura angelica, & claritas eius naturalis, seu supernaturalis. Nā & suprà dictū est. Primò omniū creata est sapiētia. Cælum aūt empyreū, ab exordio sanctis angelis fuit repletum. [& sicut nebula texi oēm terram,] i. corporalem creaturā seu regionē elementarē, elementūq; terræ in principio mundi caligine quadam operui, iuxta illud Gene.1. Tenebræ

erant

erant super faciem abyssi. Quidam verò per nebulam intelligunt aquā, quæ vaporabiliter operuit terram, vt dicunt, quousq; Dñs iussit: Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnū, & appareat arida. Vel sensus est: q̄ sapientia increata ac genita, instār nebulæ vniuersam operit terram sua immensitate, iuxta illud Iob 11. Longior terra mensura eius & latior mari. Ierē. quoq; 23. ait: Nunquid nō cælum & terram ego impleo? [Ego in altissimis habitaui,] i. corde & sinu patris, iuxta illud Ioan.1. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Item in angelicis mentibus, illis pstertìm, qui throni dicūtur. Nā & anima iusti, se-
des est sapiētiæ. In cælo quoq; empyreo, quia à summo cælo egressio eius. Et rursùs in cęlis, Matth. 6.
de quibus quotidiè dicimus: Pater noster qui es in cælis. Hinc legit Deuter.33. Habitaculū eius sursùm, & subter brachia sempiterna. Et vt ait Apostolus 1. Tim.6. Solus deus habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilē. Et sicut habitat in sua luce immensa, ità in sua potentia, pietate, clementia. [& thronus meus in columna nubis.] Deus incircunscriptibilis & immensus, in seipso intemporalis est & illocalis, sed in his specialiter habitare & esse asseritur, in quibus euidentiùs & eminentiùs appāret & operatur. Et quia in eductione filiorū Israel, sæpissimè describitur apparuisse & loquutus fuisse Mosi in nube, tamen per subiectam creaturam, videlicet angelū, vt patet in Exodo & alijs Mosis libris, rectè dicitur thronus eius in columna nubis. Deniq; & Daniel.7. scriptum est: Eccè in nubibus cæli, filius hominis veniebat. Christus quoq; ascendit in nube in cælum. Et rursùs descendit in nube ad iudicandum, vt Act.1. patet. Ampliùs in nube est thronus, seu sedes ipsius: quia per sapientiam suam, nubium generationē, motum, resolutionem, & irrigationem disponit, iuxta illud Deut.33. Magnificentia eius discurrunt nubes. Et Iob 26. Qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpāt pariter deorsùm. Rursùs quoq; Iob 37. Nubes spargunt lumen suum, quæ lustrāt cuncta per circuitum, quòcunq; eas voluntas gubernantis duxerit, ad oīe quod præceperit illis. Hinc etiam fertur in Psalmo 103. Qui ponis nubem ascensum tuum. [Gyrum cæli circuiui sola,] i. omnium cælestium corporum ambitum circumplexa sum, & mea immensitate continui & concluſi, ac intra me comprænendi, & mea gubernatione direxi. Et quod ait, sola, excludit quicquid substantialiter à sapientia ista diuersum est: omnem s. creaturam, non patrem & spiritum sanctum, qui sunt vnum cum filio protestante: Ego & pater vnū sumus. [& pro- Ioan. 10.
fundum abyssi penetraui:] quia immensa nullis terminis limitor, sed penetro vniuersa, & essentijs illabor rerum, sumq; rebus intimior, quàm essentiala earum principia. Veruntamē
absq; omni commixtione & contaminatione ac variatione. Ideò ait Psalmista: Si ascendero Psal.138.
in cęlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, &c. [& in fluctibus maris ambulaui,] non locum mutando, aut localiter progrediendo, sed potestatiuè ac sapienter oīa quæ in mari fiunt & sunt, disponendo. Attamen sapiētia ista incarnata in propria persona super aquas maris deambulauit, vt Euangelistæ testantur, de qua Marc.4. scriptum est: Surgens Iesus, cōminatus est vento, & dixit mari: Tace & obmutesce, & facta est tranquillitas magna. Iuxta prætactum sensum, scriptum est Iob 9. & alibi: Qui graditur super mare. [& in omni terra steti] cuncta terrena regendo. Itaq; in omni terra steti, i. fui & dñando quieui. [& in omni populo & in omni gente primatum habui:] i. principatū altissimum, tanquàm vniuersorum prouisor & rector, à quo omnis potestas descendit & cōseruatur. Nec obstat, q̄ multi deo rebelles sunt, qm̄ eius prouidentiæ atq; iudicio cuncti subdunt̄, & ipse per se ac per angelos sanctos atq; per homines p̄-
fidentes dirigit oēm gentē, tribum & linguā, quanuis nō cōpellat eas ad bonū. Attingit q̄p- Sapient. 8.
pe à fine vsq; ad finē fortiter, & disponit cuncta suauiter. De quo Iob 34. habet: Quem cōstituit alium super terrā? aut quē posuit super orbē, quem fabricatus est? [& omniū excellentiū & humilium colla virtute calcaui:] i. maioribus atq; minoribus dñata sum, & corda vniuersorū per oīpotentiam meā ad nutum meū disponо, immuto, subijcio: & sicut superbos per pœnas coarcto, sic humiles spiritu per pietatē & obedientiā mihi prosterno. [& in his oībus requiē quæsiui. Ji. in omniū nationū ac gentiū cordibus habitare per gr̄am prona fui, & corda omniū, quantùm in me fuit, per diuinos angelicosq; instinctus, ac alijs varijs modis ad
hoc inclinaui atq; disposui. Nā vt ait Apostolus, deus oēs homines vult saluari, & ad agnitio- 1. Tim. 2.
nē veritatis venire. Hinc in scripturis frequenter loquit̄ per modū desiderantis vniuersorū
salutē. Sic etem̄ ait: Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiāt vniuersa Deuter. 5.
mandata mea in oīt tempore, vt benè sit eis in sempiternū? Esai. quoq; 48. ait: Vtinàm attēdisses mandata mea: facta fuisset quasi flumen pax tua. Et Ierē.30. Quis est iste, qui applicet cor suū, vt appropinquet mihi? Itaq; Deus oībus offert gr̄am suā, sed multi eā repellunt, & instinctui salubri rebelles sunt. Ideò post diluuiū cæteris gētibus pro maxima parte ad ido-

lolatriam corruentibus, Deus gentē Hebræorū ſibi elegit, & ſequeſtrauit ab alijs, ac gratioſè inhabitauit. Hinc ſubdit: [& in hæreditate Dñi morabor.] i. in Iſraelitico populo, q̄ fuit hæreditas Dei, iuxta illud Eſai. 19. Hæreditas mea Iſrael, i. res gratioſè firmiterq̄; poſſeſſa à Deo, prout Deut. 32. inducit: Iacob funiculus hæreditatis eius. Vndè rurſùs Deut. 4. Moſes ait: Vos aũt tulit Dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditariũ. [Tunc p̄cepit & dixit mihi creator omniũ, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi:] Sapientia iſta increata ac genita, conſubſtantialis & coęqualis eſt patri. Ideò loquendo de ea ſecundùm naturam diuinã, non conuenit ei præcipi & creari, propriè & ſtrictè loquendo de p̄ceptione & creatione paſſiua. Si aũt ſumatur creari extenſè pro produci & generari, ſic cõuenit ei creari, vt dictum eſt ſæpè. Similiter ſi ſumatur p̄cipere extenſè pro mittere, cõmittere, ſeu inſinuare, ſic cõuenit ei iuberi. Nam ſapientia iſta inuiſibiliter miſſa eſt à patre ad electos in lege naturæ, & ſub lege Moſaica, & pater ei æternaliter inſinuauit, quicq̄d ipſa in tempore geſſit, ſecundùm quod ait Ioan. 5. Non poteſt filius à ſe facere quicquã, niſi quod viderit patrẽ facientem. Pater eñ diligit filium, & oñia demonſtrat ei, quæ ipſe facit. Planiùs verò dici poteſt, q̄ ordinante Spirituſancto, author libri iſtius vſus eſt verbis iſtis, ad deſignandũ beatiſſimæ incarnationis myſteriũ, ità q̄ ratione humanitatis aſſumptæ cõpetit huic ſapientiæ aliquo modo creari & præcipi, ſecundùm quod ait Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater &c. Porrò q̄d pater p̄ceperit ei, paulopòſt ſubditur. Sed interponit iſtud: Et qui creauit me, ſecundùm duplicem expoſitionem iam tactam, i. generando produxit, vel ſecundùm aſſumptam naturam creauit, ſeu creare ordinauit. Requieuit in tabernaculo meo. Ex hoc videtur verum eſſe, quod tactum eſt, quòd ſ. iſta dicuntur ad inſinuandũ incarnationis myſterium, quo tabernaculũ ſapientiæ huius eſt natura aſſumpta, ſeu corpus ipſius, quod fuit templum, in quo pater gratioſiſſimè habitauit. De quo Sapientia dixit Ioan. 2. Soluite templũ hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud. Nec eñ apta videtur expoſitio dicẽtium: In tabernaculo meo, i. in meipſa cùm res non dicatur propriè tabernaculum ſuſ ipſius. Deindè, p̄ſequitur, quid pater præceperit, & dixerit ei: [In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare.] Potelt per Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael, deſignari tam eius perſona, quàm populus ab eo deſcendens, in quibus ſapientia iſta per dona gratiæ habitauit, & eos in hæreditatem aſſumpſit, p̄ſertim quantùm ad p̄deſtinatos ex eis, de q̄bus ſubiungitur: [& in electis meis mitte radices.] i. ſtabilia gratiarum chariſmata, per quæ perſeuerarent atq; finaliter radicentur in Deo, & fructum producant virtutum, & tu firmiter quaſi radiceris, fructificesq̄; in eis. [Ab initio & ante ſecula creata ſum,] i. producta ſeu creari prouiſa, ſicut expoſitum eſt. Nec valet obiectio cuiuſdam cõtra hanc vltimam particulam facta, vt in expoſitione primi capituli eſt oſtenſum. Eccl 1. Infrà tamen tangam & aliam huius verbi expoſitionem. Prætereà, ſapientia increata dicitur genita ab initio, non temporis, ſed æternitatis, hoc eſt, in inſtanti & momẽto inuariabiliſſimæ æternitatis, ſeu ab ipſo patre, qui eſt primũ fontale principium totius emanationis ad intrà. Vndè fertur in Pſalmo 109. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorũ. Et Micheæ 4. Egreſſus (inqt) eius à principio, à diebus æternitatis. Et Prou. 8. ſapientia hæc fatetur: Dominus poſſedit me initio viarum ſuarũ, antequàm quicquã faceret à principio. [& vſq; ad futurum ſeculum non deſinam.] i. nunq̄ eſſe deſiſtam, cùm ſim pater futuri ſeculi, vt Iſaias teſtatus eſt. Iſaiæ 9. [& in habitatione ſancta corã ipſo miniſtraui.] Sicut creari & p̄cipi, ſic miniſtrare cõpetit ſapientiæ huic ratione incarnationis, ſecundùm quod ait Matt. 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Interdùm tñ ſumitur miniſtrare pro obſequio, nõ ſubiectionis, ſed dignationis, put ſuperiores, vt prælati, dicuntur ſubiectorũ miniſtri. Immò & pontifex ſummus, vocatur ſeruus ſeruorum Dei. Angeli quoq; dicuntur adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter electos. Hebr. 1. Sicq̄; ſapientia miniſtrauit, i. gratioſa ſubſidia exhibuit, ſeu per modum miniſtrantis ſe habuit. Vel, miniſtrauit, i. alios fecit miniſtrare, ſicut Spiritusſanctus dicit pro nobis orare gemitibus inenarrabilibus, quia nos facit orare gemituoſè. Et Deus Gen. 22. ait ad Abraham: Rom. 8. Nunc cognoui, q̄ timeas Deum, i. cognoſcere feci. Et ex oppoſito Chriſtus in Euangelio affirmauit: De hora aũt illa, ſ. iudicij generalis, nullus ſcit, nec angeli in cælo, nec filius, q̄ videlicet non manifeſtauit eam diſcipulis. Matt. 24. Marc. 13. Prætereà eius quod dictum eſt, qui creauit me, & ab initio, & ante ſecula creata ſum, aliam expoſitionem iuducit ſanctus Thomas in Summa cõtra Gentiles, lib. 4. cap. 8. Ex hoc, inquiens, quòd ſapientia & creata, & genita nuncupatur, modus diuinæ generationis nobis inſinuatur. In generatione nanq; id quod generatur, accipit naturam generantis, quod eſt perfectionis: ſed in generationibus, quæ ſunt apud nos, generans mutatur, quod eſt imperfectionis. In creatione verò, creans non mutatur: ſed creatum,

tum, non recipit naturam creantis. Dicitur ergò filius Dei ſimùl creatus & genitus, vt ex creatione accipiat immutabilitas patris, & ex creatione vnitas naturæ in patre & filio: & ſic ſancta ſynodus ſcripturam iſtam expoſuit, vt per beatum Hilariũ ex libro de ſynodis patet. [Et ſic in Sion firmata ſum,] id eſt, firmiter commorata ſum, & ſtabilem habui manſionem in monte Sion, hoc eſt, in templo ibidèm conſtructo, quod fuit habitatio Dei. Sicq̄; dicendo, firmata ſum, non denotat ſe mutatam, ſed noui aliquid operatam, & in creaturis factam eſſe mutationem. Iuxta quem ſenſum fertur in Pſalmo 89. Domine, refugiũ factus es nobis. Et Pſal. 29. Deus meus, factus es adiutor meus. Et rurſus Pſal. 103. Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. [Et in ciuitate ſanctificata,] id eſt, ad diuinum cultum electa, [ſimiliter requieui] per piam & gratioſam inhabitationem in cordibus colentium verũ Deũ. Et hæc ciuitas fuit Hieruſalẽ. Vndè ſubiungit: [& in Hieruſalẽ poteſtas mea:] id eſt, omnipotentiam meam ibì ſpecialiter demonſtraui per mirabila ibì facta, & quia ibì viguit cultus diuinus, fuit quoquè metropolis, in qua poteſtas mea, i. regia ac pontificalis poteſtas à me data, degebat. i. [& radicaui] i. virtutũ ac gratiarum radices, fundamenta, & ſœcunditates cõſtitui [in populo honorificato:] id eſt, in populo illo Iſraelitico, quem Deus per multa beneficia, priuilegia, atque miracula præ cunctis, quę tunc erant, gentibus exaltauit. Propter quod Moſes faſſus eſt: Non eſt alia natio tam grandis, quę habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Deut. 4 Ibid. Itemq̄;: Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cęremonias, iuſtaq̄; iudicia & vniuerſam legem, quam ego proponã hodiè ante oculos veſtros? Vndè & Salomon 3 Reg. 8. loquit̃ Deo: Tu ſeparâſti eos tibi in hęreditatem de vniuerſis populis terrę. [& in partes Dei mei hæreditas illius:] id eſt, hæreditas Iſraelitici populi conſiſtit in terra promiſſionis, in qua fuerũt diuerſæ partes, ſortes, regna, funiculi, vt patet in Ioſue per diuerſa capitula. Hæc autem terra, dicitur ſpecialiter terra & partes Dei, ſecundùm illud in Pſalmo 77. Induxit eos in montẽ ſanctificationis ſuæ, montem, quem acquiſiuit dextera eius. Siqdem eam ad ſuum cultum & ad Chriſti myſteria inibì complenda elegit. Vel, in partes Dei mei, id eſt, apud Deum patrẽ, ſ. in patria illa cęleſti, quæ eſt terra viuentium, & regio beatorum, hæreditas illius, id eſt, vltimata & inamiſſibilis retributio, opulentia, ſalus populi huius, conſiſtit in beatifica deitatis fruitione. Et ad horum vtrunq; poteſt pertinere promiſſio Dei, per Eſaiam dicentis: Delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Iſa. 58. Prætereà quæſtio oritur, qualiter ſapientia iſta æterna ac genita nominet ipſum Deum patrem Deũ ſuum, dicendo: In partes Dei mei. Quod aliqui ſic exponunt, Dei mei, id eſt, Dei patris qui eſt meus, quia de ipſo ſum nata. vel ſeparatìm legẽdo, Dei: deindè mei, ita quòd meſ, ſit genitiuus huius pronominis Ego, vt ſit ſenſus, In partes Dei, meſ, id eſt, Dei, qui Deus ego ſum. Planiùs autem dici poteſt, quòd ſapientia loquitur ſic, ad inſinuandũ incarnationis ſuæ myſterium: quoniam quo ad aſſumptã humanitatem verbi æterni, Deus pater eſt Deus filij ſui, ſecundùm quod ipſe filius loquitur: Aſſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deũ meum & Deum veſtrũ. Ioan. 20. Atque in Pſalmo 44. Vnxit te Deus Deus tuus, Et rurſus Eſai. 61: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me. [& in plenitudine ſanctorum] id eſt, in ſanctis donis gratiæ adimpletis. Vel, in plenitudine ſanctorum, id eſt, plena & vniuerſali cõgregatione virtuoſorum, [detentio] id eſt, firma inexiſtentia ſeu inhabitatio [mea] eſt, quemadmodùm Matt. 18. habetur: Vbì fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibì in medio eorum ſum. Ergo plùs, vbì fuerint plurimi taliter congregati, ſicut in ſynodo generali. Vndè in Pſalmo 110. Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo, in cõcilio iuſtorum & congregatione. [Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion.] Pro horum omniũ hìc ſequentium intelligentia, intuendũ quòd in omni creatura relucet aliquid diuinæ perfectionis: & quicquid perfectionis in vniuerſis creaturis conſiſtit diuiſim & imperfectè, hoc totum eſt in ſupergloroſiſſima ſapientia creatrice ſimpliciſſimè & vnitìm atque perfectè. Ideò ſapientia iſta aſſimilat ſe hìc rebus creatis quàm pluribus, ſcilicet notabilibus arboribus & aromaticis ſpeciebus. Et hoc, ad deſignandum varias perfectiones, proprietates, & eminentias ſapientiæ huius, quę per eandem creaturam nequeunt deſignari. Ideò non videtur idoneè introductum, quòd quidam circa hęc ſcribit, dicendo: Ponuntur hìc plures arbores & ſpecies aromaticę, quarum proprietates explicare non eſt ad propoſitum. Nam hìc ſolùm inducuntur ad deſignandum bonæ famę diffuſionem per ſuauitatem ſui odoris. Vndè iſtud non appáret, niſi expeditio ſuſ ab expoſitione plenaria capituli huius difficilis. Exponenda ſunt igitur ſingula, Domino adiuuante, & hac ipſa, de qua ſermo, Sapientia illuſtrante: [Quaſi cedrus exaltata ſum

in Libano.] i. ſicut arbor nomine cedrus, creſcit in altum in monte nomine Libano: ſic ego ſapientia increata ac genita, exaltata ſum in præfato populo Iſraelitico, exaltata in quã, i. magnificè honorata & culta à populo illo, aliquibus temporibus regũ ac iudicũ, atq; interdùm poſt reditum à Babylonica captiuitate, prout in libris Iudicũ, Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Machabæorum, ac Iudith deſcribitur, & ſublimitatem meam ac oñipotentiam manifeſtaui, præcipuè in populo illo per ꝑclara miracula & beneficia multa, & per victorias quas illis conceſſi. ¶Porrò cedrus eſt arbor creſcens in ſublime, dulciter redolens, imputribilisq; exiſtens, cuius reſina cæteris fertur præſtantior, qm̃ languida ſanat membra: huic arbori ſapientia increata cõparatur, cùm ſit eminentiæ & altitudinis infinitæ, ſuauitatis immẽſæ, inuariabiliter æquè perfecta, & omniũ infirmantium curatiua, iuxta illud Sap. 9. Per ſapientiã ſanati ſunt oẽs, qui tibi placuerunt dñe ab initio. [& quaſi cypreſſus iu mõte Sion.] Cypreſſus eſt arbor in virtute ſua ſeu viribus proxima cedro, ob ſuã ſoliditatem oneri nunq̃ cedẽs, quæ præciſa, nõ reuireſcit. Cypreſſo igit̃ ſapientia iſta ſe cõparat ob ſuam inſuperabilem firmitatẽ, ſolidiſſimãq; virtutẽ, cui nil valet reſiſtere. Et ſicut cypreſſus in monte Sion exaltat̃, ſic ſapientia fortitudinẽ ſuam in populo Iſrael eminenter monſtrauit, faciens populũ illum cunctis ſuis hoſtibus fortiorẽ, quando deo fideliter deſeruiuit. Vndè Deut. 11. Moſes ait: Nullus ſtabit cõtra vos: perſequet̃ vnus ex vobis, centũ alienos. Et rurſùs Deut. 28. Faciet te dñs excelſiorẽ cunctis gentibus. [Quaſi palma exaltata ſum in Cades.] Cades hîc ſumit̃ pro loco ſeu oppido in tribu Iudæ, nõ pro parte deſerti, de quo ferũ Deut. 1. Sediſtis in Cades Barnẽ multo tempore. Itaq; ſicut in Cades, arbor nomine palma creſcit in altũ, ſic ſapiẽtia in præfato populo eſt ſublimata. At verò palma eſt arbor inferiùs parua, radicẽ habens amaram in terra latentẽ: ſuperiùs verò eſt decora, & ſuauis adſpectu, ꝓbens vmbraculum, & poſt centeſimum annũ faciens fructum dulcem, quam (vt Gloſſa tangit) Græci vocant phœnicẽ, qm̃ phœnix eſt auis diutiſſimè viuens, & habet hæc arbor folia diuturna, ac poma ſuauia, cuius ramis coronãtur victores. Huic arbori cõparat̃ ſapientia increata ob ſuã interminabilẽ vitã, & ſuperpulcherrimam venuſtatẽ, ac ſuauiſſimos fructus, q̃ in inferioribus terræ auſteritatẽ oſtẽdit ſuæ iuſtitiæ in damnatis, ac Iſraelitica plebem poſt longa temporum interualla ſæpè refecit ſuauiter, decorauit ſublimiter, ac iuſtos coronauit feliciter. [& quaſi plantatio roſæ in Iericho.] Roſa, eſt herba frigida & ſicca in primo gradu, proprietatibus multis diſtincta: rubet, aut multùm alba eſt, & multiplicia folia habet: redolet benè, & conſurgit à ſpinæ aſperitate, & miro modo, dicit̃ contra ſacrum ignem valere, ſiſtitq; fluxũ ventris, & indè ſit aqua roſacea mitigatiua doloris, & clarificatiua luminis oculorum. & in Iericho vrbe creſcit præcipuè, Quemadmodùm ergò roſa exaltat̃, & viret in Iericho, ſic ſapientia in Iſraelitico populo, cuius interiores oculos clarificauit, & à doloribus multis ſanauit, fluxũ vitiorũ reſtringens, & cõcupiſcentiæ ignẽ refrigerans. [quaſi oliua ſpecioſa in campis.] Oliua eſt arbor in campis & montibus creſcens, iugiter virens, fructũ tardè producens, & ſignum pacis exiſtit, cuius ſuccus eſt oleum. Huic arbori ſapientia cõparatur, quæ nunq̃ marceſcit, pacẽq; pectoris tribuit, quæ poſt diuturnam Iſraelitici populi oppreſſionẽ, in Aegypto tandẽ copioſum in eis protulit fructum, in territorio eis promiſſo. [& quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis.] Platanus arbor eſt, à latitudine foliorum nomen ſortita. Platon em̃ Græcè, Latinè dicitur latũ. eſtq; foliis mollis, & vitibus ſimilis. Per quã ſapientia æterna exprimitur, quæ in populo Iſraelitico extitit dilatata, mitis, & pia ad ſuos cultores, fuitq; lata in ſuis doctrinis, conſiliis, & præceptis, iuxta illud: Latum mandatum tuũ nimis. Et creſcit hęc arbor iuxta fluenta aquarũ. [Sicut cinamomum & balſamum aromatizans odorẽ dedi:] Cinamomus ſeu cinamomum, eſt aromatica arbor, ſubtilem & acutum habens ſaporẽ, dulcedine immixtum, ſubruſi vel ſubnigri coloris, cuius cortex inſtàr cannæ rotundus & gracilis. Gignitur aũt in India & Aethiopia, frutice breui, duorum circiter cubitorum, & tenuiſſimarum virgarum eſt. Nam quod craſſum eſt, vilipenditur: gracilius verò, eſt carius: confortatiuam habet virtutem, & valet contra ſtomachi debilitatem & indigeſtionem. Cui cõparatur hæc ſapientia, cordium confortatrix, occultiſſimè mentem reficiens, ſtomachum animæ roborans, ad ruminandum & dirigendum ſpiritualia alimenta. Quæ omnia fecit in plebe præfata. Balſamum quoq; ſeu balſamus, arbor eſt aromatica valdè regalis, quia rara & plurimùm preciosa, vim habens calefaciendi & confortandi, cuius ſuccus oleo iunctus, efficit chriſma, nec creſcit vltra altitudinem duorum cubitorum. Per quam ſapientia increata exprimitur, quæ eſt lignum vitæ dulciſſimum, omnibus appræhendentibus eam incõparabilis preciositatis, & vnica tantùm, quæ populum Iſrael calefecit, & confortauit in Spiritu ſancto. Reges quoq;, pontifices & prophetas inunxit, & famoſiſſimum effecit populum illum,

Leuit. 26.

Pſal. 118.

præſertim reges quoſdam ipſius, ac vates ſanctos. [quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.] Myrrha interdùm pro arbore, interdùm pro gummi eius accipitur. Eſtq; ſicca & calida, in Arabia & India naſcens, cubitis quinq; alta, ſimilis ſpinæ, cuius gutta eſt viridis & amara, ſed boni odoris, præſertim quæ ſponte manat, quæ & præſtantior eſt. Vndè hîc dicitur, Myrrha electa, cui hæc ſapientia comparatur, quæ populo Iſraelitico compunctionis amaritudinem indidit, ac præcepit, per quam ad dulciſſimam conſolationem cum perduxit, ac ſuauiſſimæ famæ fragrantia reſperſit eundem, ità q; multi Gentilium confluebant ad eum, & legem Moſis aſſumpſerunt. [Et quaſi ſtorax & galbanus, & vngula, & gutta, & quaſi Libanus nõ inciſus, vaporaui habitationẽ meam.] Storax vocatur & ſpecies reſinæ, & arbor Arabiæ, & bona eligitur, quæ manibus poteſt malaxari. Hæc confortat matricẽ, & creſcit in locis aquoſis, atq; immenſum & iucundum reddit odorẽ, eſtq; ſimilis arbori málo citonij, cuius virgulæ lachrymam fluunt, & quaſi melloſum emittit liquorẽ. Galbanum in Syria inuenitur, & eſt lachryma cuiuſdã herbæ ſimilis ferulæ, & apud medicos inter precioſa cenſet pigmenta: valet etiam contra morbũ caducum. Porrò vngula eſt aromatica ſpecies ſimilis vngui humano in magnitudine, vndè & vngula nominat̃, & Exod. 30. onycha appellat̃, & dicitur oſtrea parua dulciter redolens, & fuit vna de quatuor ſpeciebus aromaticis, ex quibus fiebat thymiama boni odoris, quod incendebatur ſuper altare thymiamatis in tabernaculo Moſis & in templo. At verò gutta ſignificat tria, videlicet ſtillicidium, ac morbum, ac fruticem: & hoc tertio modo hîc ſumitur, eſtq; aromatica ſpecies duritiam mitigans, tumorem & inflationes expellens. Libanus verò non inciſus, hîc capitur pro arbore Arabiæ, quæ cortice & foliis eſt ſimilis lauro, & ſuccum velut amygdali fundit, & eſt boni odoris. Itaq; inſtàr harum rerum aromaticè redolentium, ſapiẽtia increata vaporauit, i. dulci vapore adſperſit habitationem ſuam, i. ſynagogam, tabernaculum, templum, & corda quæ inhabitauit, quibus bonam dedit fœcunditatem, & elationis abſtulit inflationem. [Et quaſi balſamum non mixtum odor meus:] i. ſimilis odori precioſiſſimo puriq; balſami. [Ego quaſi terebynthus extendi ramos meos.] Terebynthus arbor eſt Macedoniæ ac Scythiæ fructuoſa, cuius reſina cariſſima eſt, & etiam terebynthus vocatur, ſed hîc pro arbore ſumitur, & in Damaſco Syriæ magna eſt, habens racemos ſicut oliua, & eſt odoris iucundi. Itaq; inſtàr terebynthi ſapientia æterna ac genita extendit ramos ſuos, i. gratiarum chariſmata, actiones virtutum, protectionis ſuæ ſubſidia, vel perſonas fideles, quas procreauit, de quibus omnibus ſubditur: [Et rami mei honoris & gratiæ:] id eſt, honorabiles & gratioſè miſericorditerq; collatæ, & in ſe nobiles ac præclaræ. [Ego quaſi vitis fructificaui,] id eſt, fructuoſè emiſi, [ſuauitatẽ odoris:] id eſt, ſuauem odorem, famam exemplarem, conſolationem tranquillitatis internæ dulciſſimam, quæ omnia à me proceduntꝫ, & meis deuotis infunduntur cultoribus. Hinc ſapientia iſta ait: Ego ſum vitis vera. Vitis quippe in autumno ſuauiſſimos profert fructus. [& flores mei fructus honoris & honeſtatis.] flores iſti ſunt ſanctæ meditationes, ſaluberrimæ affectiones, informatiuæ locutiones, quæ in ſe honorabiles ſunt & honeſtæ, atq; à ſapientia inſpirantur, & procedunt in opera virtuoſa, modeſta, compoſita, quibus honor debetur & merces beata. De qbus omnibus ſapientia iſta æterna ac genita, tanquàm de præclaris ſuis effectibus ſubdit: [Ego mater pulchræ dilectionis:] Ex quo vnigenitus patris verbum æternum loquitur hîc de ſe ſub nomine ſapientiæ, vocat ſe matrem magìs, quàm patrem donorum ſequentium. Itaq; creatrix ſapientia eſt mater pulchræ dilectionis, id eſt, charitatis, & actus ipſius, qui eſt gratuita dilectio, qua diligitur Deus purè atq; præcipuè propter infinitam bonitatem & amabilitatem ipſius, non principaliter propter dona vel beneficia, ſeu promiſſa ipſius, quia ſic eum diligere, eſt amor reciprocus, mercenarius & reflexus, nõ ſyncerè in Deum directus. Ideò non eſt pulchra & meritoria dilectio, ſicut nec amor ſenſualis qui fœdus eſt, nec amor naturalis, nec ſocialis, qui ſunt indifferentes, id eſt, nec meritorij, nec demeritorij in ſe. Pulchrè ergo dilectionis ſapientia increata ac genita mater eſt, quoniam parit, conſeruat, nutrit, atque ad perfectionis incrementa eum perducit. Simili modo eſt mater [& timoris] initialis ac filialis, [& agnitionis] id eſt, ſapientialis contemplationis, qua intellectum illuminat, ſicut teſtatur: Ego dabo vobis os & ſapientiam. [& ſanctæ ſpei,] quæ eſt formata expectatio futuræ felicitatis. Et etiam ſpei, quæ eſt theologica virtus ac confidentiæ, quæ ad conſtantiam pertinet. [In me] tanquàm in fontali & cauſali principio, eſt [gratia omnis vitæ & veritatis:] quia à me procedit gratia gratificans & actus eius, qui vita gratiæ nuncupatur, qui actus eſt, eſſentiam intellectualis gratiæ ponere in eſſe ſupernaturali, ſpiritali, ꝺeiformi, ad promerendum idoneo, & per conſequens ipſam ſubſtantiam animæ rationalis facere Deo acceptam, in ordine ad ſuperna-

Leuit. 16. Exod. 30. 2. Para. 13.

Ioan. 15.

Lucæ 22.

turalem finem, qui eſt beatitudo ęterna. Eſt quoquè in ſapiętia increata omnis gratia, id eſt, perfecta gratioſitas, ſeu pia voluntas totius gratiæ creatæ effectiua, quæ dicit gratia increata & gratians, ſicut dicitur natura naturans. Sicq; dici ſolet, quòd verbum æternũ ſola gratia aſſumpſit naturam humanã. [& veritatis,] quia à me procedit & datur veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritasq; iuſtitiæ. In Chriſto autem ſecundùm aſſumptã humanitatem, fuit gratiæ
Ioan. 1. plenitudo, & veritas triplex prędata, iuxta illud: Vidimus eum plenum gratia & veritatis. [In me omnis ſpes vitæ & virtutis.] In Chriſto comprehenſore non fuit ſubiectiuè ſpes, quę eſt theologica virtus, ſed hæc ſpes eſt in eo ſecundùm ſuam deitatẽ obiectiuè atque cauſaliter, quia in ipſo ſpes noſtra conſiſtit, & ipſe eſt ſpei obiectũ ac cauſa. Porrò ſecundùm aſſumptã humanitatem, cõſiſtit ſpes noſtra in ipſo, ſicut in cauſa meritoria, inſtrumentali & mediatrice. Sic ergò in Chriſto eſt omnis ſpes, id eſt, plenam habemus fiduciam obtinendi ab eo, & per eum vitam gratiæ in præſenti, & vitam gloriæ in futuro. Sic item in ipſo eſt ſpes virtutis, id eſt, ſpem habemus obtinendi ab eo, & per eum omnem virtutem infuſam,
Pſa. 61. & profectum in ea. Ideò ait Pſalmiſta: In Deo ſalutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei,
Ioan. 1. & ſpes mea in Deo eſt. Et Ioannes aſſerit: De plenitudine eius omẽs accepimus, & gr̃am pro
Eſaiæ 50. gr̃a. Eſaias quoq; docet: Quis ambulat in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Dñi, & innitat̃ ſuper Deũ ſuũ. [Tranſite ad me] per cordis conuerſionẽ & deuotã orationẽ, & pparando corda veſtra ad gratiarũ mearũ infuſionem, [omnes q concupiſcitis me] cõcupiſcentia pura ac ſpũali, q deſideratis mihi vniri, & perfici in me, ac me beatificè frui in pa-
Pſal. 88. tria. De qua cõcupiſcẽtia ait propheta: Concupiſcit anima mea in atria Domini. Et de qua
Sapien. 6. alibì ſcriptũ eſt: Cõcupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnũ perpetuũ. Sic & Pſalmo 33. mo-
Matth. 1. nemur: Accedite ad eum, & illũinamini. Ipſa quoq; ſapiętia ingt: Venite ad me omnes q laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hinc hortatur Apoſtolus Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gr̃æ eius, vt miſericordiã conſequamur, & gr̃am inueniamus in auxilio opportuno. [& à generationibus meis] i. pietatis meæ effectibus reformationibusq; interni [implemini.] quaſi dicat: Si iſta petiẽritis à me, exaudiã vos. Ideò admoneo, vt petatis, &
Matth. 7. exauditionẽ promitto, ſicut in euãgelio dixi: Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperiet̃ vobis. [Spũs em̃ meus] i. ſpũs ſanctus, patri filioq; cõmunis, de quo ait Apoſtolus Ro. 8. Si qs ſpm̃ Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius. Et Propheta Pſal. 142. Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã. [ſup mel dulcis,] immò oñi creatura infinitè ſuauior, cùm ſit ipſa ſupereſſentialis, imm̃ſa, ſeparata, & in ſe ſubſiſtẽs dulcedo, cuius riuuli ſunt cũctæ ſuauitates creaturarum. [& hæreditas mea] i. beata retributio, quam paraui electis, ſeu opulentia mea æterna, imm̃ſa & increata, dulcis eſt [ſuper mel & fauũ.] Immò oculus non vidit,
Thre. 3. nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſſcẽderunt diuitiæ & deliciæ, quas præparaui ac tribuam iuſtis. Vndè ait vir ſanctus Pſal. 15. Dñs pars hæreditatis meæ, i. hęreditaria portio mea, vt ſit ibì cõſtructio intranſitiua. Et Hieremias in Threnis: Pars mea Dñs, dixit anima mea. De qua fertur in Pſalmo 126. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ, eccè hæreditas Dñi. [Memoria mea in generatione ſeculorũ.] Increata memoria ſapiętiæ, inuariabilis eſt, nec eorum q̃ ſcit, obliuiſcit. Sancti quoq; & deuoti, iugiter memores erunt ſapientiæ eius. Si em̃ memoria iuſti, cũ laudibus: quanto magìs memoria iuſtificatoris omniũ iuſtorũ, manebit abſq; fine cũ laude, quã laudabũt indeſinenter militans, & præſertim triumphans eccleſia? [Qui edunt me,] i. q ſpũaliter reficiunt à me, bonitatem meam ſuauiter deguſtando, iuxta illud Pſal. 33. Guſtate & videte, q̃m ſuauis eſt Dñs. Fitq; deguſtatio iſta per cõtemplationẽ, & dilectionẽ ſummæ & increatæ veritatis ac bonitatis, & conſolationẽ internã deſupèr accipiendo. [adhuc eſurient,] i. pleniùs deguſtare me cupient, & ad fruitionem mei beatificã adſpirabunt. Propter quod ait Gregorius: Spũalis refectio tanto plùs à comedente eſuritur, quanto ab eſuriente ampliùs comeditur. Corporales quippe deliciæ p ſaturitatẽ in faſtidium vertũt. Spũales verò dũ habent̃, appetitũ magìs accendũt. [& q bibũt me] i. riuos ſapiętiæ à me obtinẽt, & gra-
Pſal. 30. tiarũ fluẽta ſuſcipiũt, ac torrente voluptatis meæ potantur, prout in vita fieri valet, ità vt dicat: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Dñe. [adhuc ſitient:] i. pleniùs potari optabũt, & ad cęleſtis conuiuij plenitudinẽ pertingere concupiſcent. Hinc videmus, quòd quanto ampliùs quiſquã proficit, tanto ardentiùs cupit proficere. Sed his obuiare videtur, quod
Ioan. 4. ait Saluator: Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Et reſpondendũ, quòd ſitis vno modo denotat carentiam neceſſariæ refectionis per potum: & ſic habens gratiam gratum facientem, & aquam ſapientiæ ſalutaris, non ſitit, nec ſitiet vnquàm, dummodò in eis permaneat. Alio modo ſitis dicit appetitionem plenioris potationis, & ſic loquitur litera prẽſens. Alij autẽ reſpondent, dicendo: Quòd ſitis primò accipit pro deſiderio

rio alterius rei, ſicq; temporalia acquiſita, magìs generant ſitim, q̃m faciunt alia appeti. Secundò, pro deſiderio rei habitæ, vt perfectiùs habeatur: ſicq; habentes Deum per gratiã imperfectam, cupiunt eum habere per gratiam pleniorem, & tandèm per gloriam. Primo modo loquitur Chriſtus, ſecundo modo hic textus. Tertio, ſumitur ſitis pro excluſione faſtidij à delectatione adepta. Et ſic beati ac comprehenſores dicuntur Deum ſitire, ſicut princeps
1. Pet. 1. ait Apoſtolorum: In quem deſiderant angeli proſpicere. [Qui audit me] auribus cordis, i. præceptis meis obtemperat, & meis acquieſcit conſilijs, [non confundetur] in diuino iudicio, nec inordinatam ſuſtinebit confuſionem, ſed in aduerſis gaudebit: & ſi irrideatur, æquanimiter feret. [& qui operantur in me,] i. ſecundùm præcepta mea viuunt, & iuxta diuinæ legis regulã conuerſantur, [non peccabũt:] in quantùm ſic operantur, tamen inquantùm deficiunt à plena obſeruantia regulæ legis diuinæ, bonis eorum actibus multa venialia admiſcentur peccata, ex fragilitate, diſtractione, negligentia, ſubreptione, & ignorãtia. Poſſunt quoq; peccare mortaliter, ex vertibilitate liberi arbitrij, nondùm in gratia confirmati.
Eccl 7. Iuxta hunc ſenſum dictum eſt ſuprà: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.
1. Ioan. 1. Atq; in prima Ioan. canonica: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Circa quod loquitur
Auguſtin. Auguſtinus: Quantùm ad hoc, q̃ ex Deo natus eſt, non peccat. Et rurſùs ibidèm: Omnis qui peccat, non vidit Deũ, nec cognouit eum. [Qui elucidant me,] i. maieſtatem meam publicè prædicant, & hominibus notam me faciunt, ac ſacra ſcripturarum myſteria & difficiliora quæq; exponunt. [vitam æternã habebunt] pro p̃mio, iuxta illud Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui multos erudiunt ad iuſtitiã, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Tales quippe in nouo teſtamẽto ſecundùm Ambroſium & Haymonem
Ambroſi. Haymon. vocantur prophetæ, iuxta illud 1. Co. 14. Prophetæ duo vel tres dicant, & cæteri taceãt. [Hæc oñia liber vitæ:] i. iſta iam dicta de ſapientia & eius emanatione, & gratioſis effectibus eius, ſunt ſalubris & vitalis ſcientia, & in ſacra continentur ſcriptura, quæ eſt vnus totalis liber, docens per vitam gratię ad vitam gloriæ peruenire. In libro quoq; vitæ increato, qui eſt notitia p̃deſtinationis, contenta ſunt hæc quæ de pijs effectibus ſapientiæ æternæ in ſuis electis ſunt introducta. De præfato libro vitæ, accipi poteſt id quod Baruch 4. dicit: Hic liber mãdatorũ Dei, & lex q̃ eſt in ęternũ: oẽs qui tenent eam, peruenient ad vitã: qui aũt derelinquũt eam, ad mortẽ. [& teſtamentũ altiſſimi:] qa in veteri teſtamento hæc cõtinentur, atq; ad ordinationẽ Dei d̃ bonis gratiæ & gloriæ dandis ſuis electis, hæc pertinent. De quo in Exo-
Exod. 24. Hebre. 9. do legitur: Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Et in Pſal. 49. Peccatori aũt dixit Deus, quarè tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? [& agnitio veritatis:] i. ad notitiam pertinentiũ ad ſaluté, hæc ſpectãt. [Legẽ mandauit] nobis [Moſes] i. ex diuina cõmiſſione dedit & ſeruari iuſſit legẽ, quam à Deo accepit per angelos, ſicut Actuũ 7. loquitur Stephanus ad Iudæos: Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelorũ. [in p̃ceptis iuſtitiarũ,] i. dando iuſta p̃cepta, & ad exercendã iuſtitiam circa deũ ac proximos pertinentia: qa p̃cepta primæ tabulæ, cõtinebant p̃cepta iuſtitiæ circa Deũ: alia, circa proximũ. Dedit quoq; p̃cepta cæremonialia cultum Dei reſpiciẽtia, atq; p̃cepta iudicialia, modũ obſeruandi iuſtitiã inter hoĩes determinantia. [& hęreditatẽ domui Iacob, & Iſrael, p̃miſſiones. Poſuit Dauid puero ſuo] i. ipſi Dauid regi Deus ſtatuit & p̃miſit [excitare regẽ ex ipſo fortiſſimũ] i. ex ſemine eius, p̃creare potẽtiſſimũ regẽ. Quod q̃dam de Salomone intelligendũ putãrũt, ſed ſequentia nõ concordant. Nã ſubdit: [& in throno honoris ſedentẽ in ſempiternũ.] quod nulli mortali regi, puroq; homini cõuenit: ſed Chriſto Deo ac homini in vnitate perſonæ, qui in primo ſuo aduentu ſpiritaliter ſedit in throno regalis & iudicialis honoris, qa rex fuit & pontifex, iudexq; omniũ, ſicut ipſe Ioan. 5. ait: Pater nõ iudicat quẽq̃, ſed iudiciũ omne dedit filio. Et per fidẽ ac gratiã regnauit in ſuis fidelibus, q̃bus & Euangelicã dedit legẽ. Vndè archangelus dixit virgini glorioſę: Dabit illi dñs d̃eus ſedẽ Dauid patris eius,
Lucæ 1. & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Quod totũ Iſaias p̃dixit, Su-
Iſaiæ 9. per ſoliũ, ingt, Dauid & ſuper regnũ eius ſedebit, vt cõfirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia à modò & vſq; in ſempiternũ. Hoc eſt, quod de antiquo dierũ, i. patre æterno & filio hominis, vtpotè dei filio incarnato, apertiſſimè Dan. 7. dicit: Dedit ei poteſtatẽ & honorẽ & regnũ, & oẽs populi, tribus & linguæ ſeruient ei: Poteſtas eius, poteſtas æterna, q̃ non auferet̃, & regnũ eius quod nõ corrumpet̃. Veruntñ regnũ Chriſti in primo aduẽtu ſpiritale fuit, nõ ſeculare in exteriori primatu & ſolio corporali aut virtute armorũ, put obſtinati & excæcati Iudæi expectant Meſſiã in ſuo aduentu regnaturũ. Propter quod Chriſtus dixit Pilato Ioã. 18. Regnũ meũ non eſt de hoc mundo. [Qui implet quaſi Phiſon ſapientiã, & ſicut Tigris in diebus nouorũ:] quemadmodùm Gene. 2. habet: Fluuius egrediebat̃ de paradiſo,

qui

qui indè diuiditur in quatuor capita, i. in quatuor fluuios capitales ac principales, procedẽtes ex fluuio illo originali. Nomen vni, Phiſon: nomen ſecundi, Gion: nomen tertij, Tigris: nomen quarti, Euphrates. Et hæc omnia hîc ponuntur, ad inſinuandum, q̃ ſicut hæc flumina ſunt præcipua & aquis pleniſſima, ſic Chriſti doctrina copioſiſſima & elegãtiſſima fuit, quæ in quatuor Euangelijs quaſi in quatuor fluuijs continetur, quæ Euangelia ex doctrina & ſapientia cordis Chriſti, quaſi ex primo & originali fluuio profluxerunt. Itaq; ait, Qui ſ. Chriſtus rex potẽtiſſimus, qui aëreas poteſtates deiecit, de quo fertur in Pſal. 23. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dñs fortis & potens, Dñs potens in prælio. Dñs virtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Qui Matth. 28. proteſtatur: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. quem regem Deus promiſit naſciturum eſſe ex ſemine Dauid, iuxta illud Pſal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Quod ſacratiſſimus Archiapoſtolus Actuum 2. allegans: Propheta, inquit, cùm eſſet, & ſciret quia iureiurãdo iurâſſet illi Deus, de fructu lumborum eius ſedere ſuper ſedem eius. Dicitur quoq; Da-
Gene. 18. uid puer Dei, i. fidelis miniſter ipſius, familiarisq; Deo, ſicut in Gene. procurator Abraæ dicitur puer eius, & 3. Reg. 19. habetur: Venit Helias in Berſabee, & dimiſit ibi puerum ſuum. Hinc Act. 4. ſancti primitiuæ Eccleſiæ leguntur orâſſe: Dñe, qui ſpiritu ſancto per os Dauid patris noſtri pueri tui dixiſti &c. Itaq; ait: Qui ſ. Chriſtus implet, i. perficit, & plenè, exuberanter, fructuoſeq; docet ſapientiam Euangelicæ legis: ſicut fluuius ille nomine Phiſon, aqs exuberat, terramq; irrigat & fertilem reddit: & ſicut Tigris in die nouorum, i. copioſè atq; fertiliter, quemadmodùm fluuius ille Tigris nomine, præſertim abundat aquis, & terras fœcundat tempore nouorum fructuum terræ, putà in vere, in quo terrę naſcentia innouantur. [Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum,] id eſt, ſicut fluuius nomine Euphrates abũdanter aquas diffundit, ſic Chriſtus proprio ore ante ſuam paſſionem, & etiam poſteà, ac potiſſimè poſt aſcenſionem, per Spiritus ſancti infuſionem, copioſiſſimè & præclarè docuit verum intellectum ſcripturæ, & multiplicem ſenſum eius: videlicet literalem, allegoricum, tropo-
Lucæ 8. logicum, & anagogicum. Vndè ante paſſionem ſuam dixit Apoſtolis: Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei. Et Luc. 24. ſcriptum eſt: Tunc (ſ. poſt reſurrectionem) aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Atq; in ſermone poſt cœnam, promiſit: Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. [qui multiplicat] doctrinam prædicationis ſuæ, & legi veteri ſuperaddit quædam præcepta atq; conſilia, vt patet prę cipuè Matt. 5. ſextoq; capitulis, multisq; alijs Euangelij locis. [quaſi Iordanis in tempore meſſis] in terra promiſſionis magis abundat in aquis, iuxta illud Ioſuæ 2. Iordanis ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat. [Qui mittit diſciplinam ſicut lucem,] i. ſcientiam ſcripturarũ & fraternæ correptionis doctrinam clarè docuit, non obſcurè, vt multi prophetæ. [& aſſiſtens quaſi Gion in die vindemiæ.] id eſt, cunctis ad ſe accedentibus copioſè diffundẽs doctrinam & gratiam influens, iuxta illud Ioan. 6. Eum qui venit ad me, non eijciam foràs, ſine perſonarum acceptione, quemadmodùm fluuius ille paradiſi nomine Gion, copioſiùs fluit & rigat terram in autumno, dũ tempus eſt vindemiarũ, iuxta illud Mich. 7. Factus ſum, ſicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ. [Qui perficit primus ſcire ipſam,] i. perfectè oſtẽdit, q̃ ipſe priùs ſciat ſapientiam, i. præ cæteris principaliùs eam intelligat. Vel ſenſus eſt, q̃ ipſe
Apocal. 1. & 22. Chriſtus, primus exiſtens, prout fatet: Ego ſum alpha & ω, principiũ & finis, primus & nouiſſimus: perfectè facit ipſos homines ſcire ſapientiã, q̃a prę cęteris eminentiùs docuit eã & ſuos Apoſtolos, ac primitiuã Eccleſiã excellẽtiſſimè impleuit ſapiẽtia ſalutari & ſcripturarũ notitia, prout Ioã. 14. legit: Paracletus ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oñia, & ſuggeret vobis oñia, quæcũq; dixero vobis. [& infirmior nõ inueſtigabit eam:] i. cæteri homines, q̃ puræ ſunt creaturæ, Chriſto Deo incarnato infirmiores, ſapientiã
Matth. 11. eius nequeunt perſcrutari, nec ipſum cõprehendere Chriſtũ. Qui ait: Nemo nouit filiũ niſi pater. [à mari erũ abundabit cogitatio eius:] i. meditatio ſeu cognitio Chriſti exuberantior eſt in ſeipſa, quàm aqua oceani intra ſe: plusq; tranſcendit cogitationes atq; notitias hominum, quàm abyſſus minimã guttam. Vndè Eſai. 55. loquutus eſt: Quomodò exaltant cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Apoſtolus quoq; Rom. 11. Quis, inquit, cognouit ſenſum Dñi? [& conſiliũ illius in abyſſo magna:] i. profunditas conſilij mentis diuinæ plùs tranſcendit capacitatem perſcrutationemq; hominũ, quàm magnũ mare ſtillicidiũ aquæ, vel inueſtigationem mentis humanæ. Qualiter aũt conſiliũ cõpetat Deo, dictũ eſt ſuprà. Etem conſiliũ propriè ſumptũ, prout eſt inquiſitio de agẽdis, eſt ignorantis naturę, nec cõuenit ſupſapiẽtiſſimo creatori: ſed quãtùm ad id quod perfectiõis eſt in ratione conſilij, conuenit ei. Hinc ſcriptũ eſt Iere. 23. Quis affuit in conſilio Dñi, & vidit & audiuit

audiuit ſermonem eius? Et Paulus Rom. 11. Quis, ait, cõſiliarius eius fuit? [Ego] ſapientia increata [effudi flumina.] id eſt, chariſmata gratiarum, fluenta documentorum cæleſtium, exuberantes doctrinas quatuor euangeliorum, immò omnium diuinorum. Quod & in Prouerbijs ſcriptum eſt, prout Sapientia iſta allegat, dicendo Ioã. 7. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. [Ego quaſi trames aquæ immẽſæ de fluuio,] i. ex fœcundiſſimo & exuberantiſſimo corde patris manaui: ſicut trames, via, ſeu riuus copioſiſſimæ aquę, fluit ex fluuio redundantiſſimo, iuxta quod ſcriptum eſt cap. 7. Sapientia vapor eſt virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſyncera. [Ego quaſi fluuius Dorix.] Dorix, ſecũdùm Gloſſam, fluuius eſt, qui ab eodem monte cum Euphrate defluit, & rapidiſſimo atq; celerrimo currit motu, ità quòd oñia ſibi ſubſternit. Vndè cùm Alexander Magnus eum tranſgreſſurus, pontem ſuper eum feciſſet, fluuius ipſe cõcita vi diruit pontem. Itaq; huic fluuio ſe comparat ſapiẽtia, tum quoniã ipſa celerrimè, immò in inſtanti ſeu momento eternitatis profluxit de patre: tum quoniam velociſſimè inſtruit corda, & celerrimè ſua diffundit bona: nec vlla in diſcẽdo eſt mora, dum mentem tetigerit illuminatio ſua. Hinc Daniel. 7. legitur: Fluuius igneus rapiduſq; à facie eius egrediebatur. [& ſicut aquæductus exiui de paradiſo.] i. de cælo altiſſimo deſcendi ad corda hominum illuſtranda & inhabitanda, à patre miſſa. Iuxta quod Sapient. 8. quis orat: Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ. Hæc fuit inuiſibiliter miſſa eſt, deſcendens per incarnationis myſterium in inferiores partes terræ, ſecundùm illud Pſal. 18. A ſummo cælo egreſſio eius. Vndè ipſe Ioan. 16. loquitur: Exiui à patre, & veni in mundũ. Exiui quoq; per generationem æternã, ſicut aquæductus de paradiſo, i. ex deliciоſiſſimo corde patris, qui ait in Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum. [Dixi, Rigabo hortũ plantationum] i. Eccleſiam, quæ eſt hortus, ager & vinea, in qua plantatæ ſunt diuerſæ perſonæ fideles, tanquàm fructuoſæ decoręq; arbores, iuxta illud in Canticis: Hortus concluſus ſo- Cant. 4.
ror mea ſponſa. Quem hortum ſapientia irrigauit ſuis doctrinis & gratijs, ſecundùm illud Pſal. 103. Rigans mõtes, i. Apoſtolos, prælatos atq; doctores, de ſuperioribus ſuis. Portò Apo 1. Cor. 3.
ſtolus dicens, Neq; qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat, loquitur de plantatore & rigatore extrinſecùs operante, inſtrumentali, ac diſpoſitiuo. Sapientia verò increata, effectiuè operatur in cordibus, chariſmata ſua influens eis. [& inebriabo partûs mei fructum.] i. ipſos fideles, ſpirituales filios meos, quos regenerauí in ſpiritu ſancto, copioſè implebo ſacris muneribus. Quod præſertim impletum eſt in die ſacro Pentecoſtes, quandò Apoſtoli cum primitiua Eccleſia eis aſſociata, receperunt exuberantiſſimè Spiritum ſanctum & ſpiritaliter ebrij facti ſunt charitatis feruore & vino, quod propinauit ſapientia, proteſtans: Venite, co- Prouer. 9.
medite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Et Cantic. 5. Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. [Et eccè factus eſt mihi trames abundans,] i. via magna & patens, per quam, doctrinam meam gratiamq; diffudi: quia non ſolùm per terram & corda Iudæorum, ſed per totum mundum in cordibus gentilium effudi hæc dona mea, per Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum meorum prædicationem, miracula, gubernationes, ſicut prædictum fuit Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Quibus & dixit Act. 1. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad extremum terræ. Vndè & Iſai. 49. pater ait ad filium: Dedi te in lucẽ gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Hinc ſubditur: [& fluuius meus appropinquauit ad mare:] i. documentorum & gratiarum mearum diffuſio extendit ſe vſq; ad terminos terræ & inſulas maris. Hinc Eſai. 66. ait: Mittã ex eis qui ſaluati fuerint, &c. [quoniam doctrinam quaſi antelucanum omnibus illumino:] i. illuminando infundo cunctis gentibus Euangelica documenta clarè & copioſè, ſicut ſol diffundit auroram. [& enarrabo illam vſq; in longinquum:] i. per Apoſtolorum prædicationem & inſpirationem internam notificabo eam gẽtibus vbiq; terrarũ. [Penetrabo oñes inferiores partes terræ,] id eſt, corda habitantium in inferioribus mundi intimè illuſtrabo, etiam corda carnalium, ea reformando & conuertendo. Vel, vt quidam exponunt, limbum patrum intrando, quem Chriſtus poſt ſuam paſſionem mox introiuit, quantùm ad animam illuc deſcendens, & animas ſanctas beatifica viſione illuſtrans, quas merito paſſionis meę ab originalis peccati reatu abſolui, ob quem reatum à beata fruitione differebantur. [& inſpiciam oñes dormientes:] id eſt, torpore peccati & negligẽtia prægrauatos excitabo ad cordis vigiliam atq; cuſtodiam. Vel omnes defunctos in fine ſeculi ſuſcitabo, & ad iudicium conuocabo, iuxta illud: Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocẽ Ioan. 5.
eius: & pcedent, qui bona egẽrunt, in reſurrectionem vitæ, de quibus ſubiungit: [& illuminabo oñes ſperantes in dño:] quia illi tunc illuminabuntur lumine gloriæ & felici viſione

Trini-

Trinitatis ſuperdigniſſimæ, qui & nunc illuſtrantur quotidiè per incrementa gratię ac virtutum atq; donorum ſapientiæ & ſciętiæ. [adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam.] Hoc multi exponunt in perſona authoris iſtius libri: quaſi dicat: Adhuc multa vtilia proferam documenta inſtàr prophetiæ vera ac ſolida, & de futuris prænunciantia. [& relinquam illam] in libro iſto deſcriptam [quærentibus ſapientiam:] qui ex ſacris libris quærunt doceri, & ſapientiam adipiſci per ſtudium. [& non deſinam in progenies illorum.] id eſt, ſuc ceſſores eorum illuminare non ceſſabo per libri huius ſcientiam. [vſq; in æuum ſanctum] i. ſeculum futurum, in quo ceſſabit humana inſtructio. Poteſt quoq; hoc totum de ſapientia increata exponi, quæ in Eccleſia ſua non ceſſat dona cæleſtium doctrinarum multiplicare, & per doctores noua volumina cópilare. Poſtremò author ſubiungit: [Videte] ô omnes ſtudioſi, [quoniam non ſolùm mihi laboraui] i. quòd vacando ſtudio ſapiętię, & cóſcribendo hunc librum, non ſolùm mihi ipſi profeci. [ſed & omnibus exquirętibus veritatem:] qui ex meis laboribus & doctrinis poſſunt proficere, quibus & me in exemplum exhibeo, vt conſimiliter agant. Hinc dictum eſt: Fili, ſi ſapiens fueris, tibi & proximis tuis eris. Vndè Prou. 5. conſcriptum eſt: Diriuentur fontes tui foràs, & in plateis aquas tuas diuide.

¶ De myſtico ſenſu & tropologia huius 24. cap. Artic. 25.

QVicquid hîc dictum eſt de operatione benigna, & gratioſa inhabitatione ac effi cientia increatæ ac genitæ ſapientiæ circa Iſraeliticum populum tempore veteris teſtamenti, ſpiritaliter & eminentiùs exponi poteſt & applicari ad populum Chriſtianũ, in quo ſapiętia oĩpotentiã, munificentiã, atq; clementiã ſuam multo copioſiùs demõſtrauit tẽpore euãgelicæ legis, q̃ anteà in Iudæis. Propter quod tẽpus Euãgẽlicæ legis, tẽpus gratiæ appellatur. Sic ergò ſapientia iſta effatur: [In hæreditate dñi morabor] i. in hæreditario, perpetuo, & ꝑfecto dei populo Chriſtiano, cuius figura fuit populus ille Iudaicus. Nam & in populo iſto habitat Chriſtus ſapientia patris, etiã per veram & perſonalẽ in Sacramento ꝑſentiam, q & poſt reſurrectionem ſuã promiſit: Matth. 28. Eccè ego vobiſcũ ſum cũctis diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi. Et itẽ paſſione inſtante: Ioan. 14. Non relinquã vos orphanos. & dixit mihi Deus pater: [In Iacob inhabita] i. in populo Chriſtiano vitia ſupplantãte, & patriarchæ Iacob fidẽ ſectãte: [& in Iſrael,] i. cõtemplatiuis deum per donũ ſapiętię intuẽtibus hæreditare. [& ſic in Sion firmata ſum,] i. in ipſis fidelibus diuina ſpeculãtibus, & in virtutũ apice ſituatis. Sion em̃ ſpeculatio aut ſpecula interpretatur. [Et in ciuitate ſanctificata] i. ſancta eccleſia militãte ſimiliter requieui. De qua in Pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et Apoc. 11. Ciuitatẽ ſanctã calcabũt menſibus quadraginta duobus. [Et in Hieruſalẽ] i. militanti ac triumphãti Eccleſia, atq; in anima virtuoſa, in quibus eſt viſio & guſtus pacis internæ, tñ in hac vita imperfectè, [poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato] i. populo Chriſtiano ꝑ populo Iſraelitico ineffabiliter deſupèr honorato, ſecũdùm quod primitiua Eccleſia ex Iudaiſmo cõuerſa, ad Chriſtianũ pertinet populũ. Etem̃ Chriſtiano populo Deus incarnatus in ꝓpria perſona cõtulit legem, & incõparabilia ꝑſtitit munera grãtiarũ, tam gratię gratis datæ, q̃ gratiæ gratũfacientis, & excellentiſſimos ſanctos, ac ꝑſtantiſſima Sacramẽta. Et iuxta hũc modũ perfacile eſt, ea q̃ dicta ſunt de ſapiętia iſta, quo ad populũ Iudæorũ, ad Chriſtianũ populũ applicare. Inſupèr qm̃ magnam partẽ huius cap. de glorioſiſſima Chriſtifera virgine cantat Eccleſia, tangendũ eſt breuiter, qualiter ei conueniant. Ipſa itaq; ait: [In omnibus requiẽ quæſiui.] Pijſſima etem̃ humani generis aduocata, vniuerſorũ cupit ſalutẽ, atq; in oĩm cordibus per piam memoriã, virtuoſam imitationem, dulcẽ dilectionẽ habitare & quieſcere cupit. [Et in hæreditate dñi morabor] i. in virtuoſis & electis fidelibus habitabo. [Tunc ꝑcepit, & dixit mihi creator oĩm,] ea quæ ſtatìm dicentur, [& q̃ creauit me,] Iſ. verbum æternũ vnigenitus patris, [requeuit in tabernaculo] i. in vtero [meo.] in quo naturam aſſumpſit humanã, nouẽq; menſibus factus infantulus requeuit: gratioſiſſimè quoq; & indeſinenter requeuit in thalamo mẽtis & cõſcientiæ meę. Vndè ꝑdictum fuit: Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus. Et item: Eccè virgo cõcipiet Pſalm. 45. & pariet filium. [Et dixit mihi,] ꝑcipiendo quod ſubdit: [In Iacob inhabita,] i. in primitiua Iſaiæ 7. ac militanti Eccleſia. In primitiua nanq; Eccleſia ex Iudęis electa, ſacratiſſima dña corporaliter conuerſata eſt, & exemplariſſimè atq; ſanctiſſimè vixit. Deindè ſpiritaliter in tota Eccleſia militanti cõmoratur, occupans, protegens, & gubernans corda fidelium. [Et in Iſrael] i. cõtemplatiuis, religioſis & ſpiritalibus perſonis, [hęreditare,] vt eos quaſi hęreditariè poſſideas, tanq̃ mater, regina & aduocata. Ipſi quoquè poſſideant te per dilectionem indeſinentem, puriſſimam & feruentem, tãquàm ſerui & filij tui. [& in electis meis mitte radices.] i. dona gratiæ ac virtutum impetra eis, vt radicentur in Chriſto, & tibi ſemper cohæreant.

[Ab

[Ab initio & ante ſecula creata ſum] i. creari præuiſa, vt ſim mater vnigeniti Dei, & Domina mundi, aduocata Eccleſiæ, & regina angelorũ ac hominum. [& vſq; ad futurum ſeculum non deſinam] i. perpetuè permanebo felix, glorioſa, ac præpotens. [& in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.] Beatiſſima etenim virgo adhuc infantula, miniſtrauit Deo in templo, vt legitur: deindè in ſynagoga, poſtmodùm in primitiua Eccleſia: in qua vniuerſis & ſingulis tradidit perfectiſſimæ conuerſationis exẽpla. Et ſicut extitit ſumma, ſic ꝑfùs fuit humilima. [& ſic in Sion firmata ſum, id eſt, in Eccleſia ſpeculante diuina, facta ſum firma ac potens, vtpotè adimpleta oĩi virtute & gratia, ad ſubueniẽdum fidelibus cunctis. [& in ciuitate ſanctificata] ſcilicet Eccleſia, ſicut expoſitum eſt. [ſimiliter requieui] corporaliter ac ſpiritaliter, quandiù vixi in carne in ſeculo iſto: deindè aſſumpta in cęlum, non ceſſo ſpiritaliter requieſcere in Eccleſia mihi commiſſa. [& in Hieruſalem poteſtas mea:] id eſt, in triũphanti ac militãti Eccleſia primatum ſortita ſum authoritate materna, qua veri Dei effecta ſum mater: propter quod cunctis etiam angelicis ſum prælata ſpiritibus, & eos purgo, illumino atq; perficio. Regnum quoq; miſericordiæ mihi commiſſum eſt in Eccleſia militante. Propter quod regina miſericordiæ vocor, & cũctis inuiſibilibus hoſtibus impero. [& radicaui in populo honorificato,] i. populo Chriſtiano, radicationẽ & ſtabilitionem in omni gratia impetraui, procurando ei frequenter diuina chariſmata, reformationẽ pijſſimam & confortationẽ in bonis. [& in partes Dei mei hæreditas illius] i. ſalus & hæreditaria portio prædeſtinati populi Chriſtifidelis, conſiſtit in partibus ſeu manſionibus regni cæleſtis, de quibus dictum eſt: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Et in Pſalm. Portio mea Dñe Ioan. 14. ſit in terra viuentiũ. [Et in plenitudine ſanctorum detentio mea] i. inter deuotos & ſanctos Pſal. 141. detineor & perſeuero, qa in talibus beneplacitũ eſt mihi. [Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano] i. ſicut arbor, quæ dicitur cedrus, in Libano eleuatur creſcendo in altum, & dulciter redolet, imputribiliſq; conſiſtit: ſic ego à populo Chriſtifideli, præ cunctis puris creaturis deuotè honoror, ſublimiter color duliæ cultu, & cunctis ſum dulcis, atq; ab oĩi corruptione culpæ & repræhenſibilitatis penitùs aliena. Et ſicut reſina cedri languidos ſanat: ſic gratia, oratio, cõſolatio, mea curat ægrotantia corda. [& quaſi cypreſſus in monte Sion] i. ſicut arbor illa ſoliditiſſima nulli oneri cedit, & in monte Sion ſublimiter eminet: ſic ego in populo Chriſtiano robuſtiſſima maneo, nec vlli vitio vnquàm ceſſi, nulli tentationi ſuccubui, multiplicẽ confortationẽ eidem populo meritis meis ac precibus impetraui. [quaſi palma exaltata ſum in Cades] i. ſicuť palma in oppido Cades ꝑfulget, & in ſuperioribus ſuis decori ac ſuauis adſpectûs eſt, ſic virgo digniſſima per dona gratiæ ac gloriæ ſplẽdidiſſima eſt effecta, & cunctis ſuauior. [& quaſi plantatio roſæ in Hiericho.] Nã ſicut roſa eſt pulcherrima florũ, ſic digniſſima virgo eſt venuſtiſſima fœminarũ, immò ſanctiſſima creaturarũ purarũ, quæ mitigatiua eſt dolorum vitæ ꝑſentis, & illuminatiua oculorũ cordis, ſicut aqua ex roſis expreſſa, ſedat dolores, atq; clarificat oculos. [quaſi oliua ſpecioſa in campis] i. ſicut oliua iugiter viret, dulcẽ fructum producit, & pacis eſt ſignum, & pietatẽ miſericordiamq; deſignat, ſic ꝑclariſſima & incõparabilis virgo Maria iugiter in omni virore profecit ſapientiæ ac virtutum, & ſuauiſſimũ protulit fructum, reparatorẽ pacis generauit hominibus, & nos iugiter reconciliat Deo, eſtq; totius miſericordiæ mater & pietatis fontana. [& quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquã in plateis.] Per platanũ folia mollia ac lata habentẽ, exprimitur benediciſſima virgo totaliter manſueta, cuius verba & opera erant latitudine charitatis ampliſſima, quæ & ſub alarum ſuarum latitudine, i. pietatis & poteſtatis ſubuentione ſuſcipit ac tuetur cunctos ad ipſam cõfugientes, & inſtàr platani ſublimatur ac colitur à Chriſtifidelibus. [Sicut cinamomum & balſamum aromatizans odorẽ dedi] i. quẽadmodùm cinamomum dulcis ſaporis eſt, & confortatiuam vim habet, & contra indigeſtionẽ debilitatẽq; ſtomachi valet, ſic ego amantibus me dulcis ſum & eos conforto, vt animarũ ſuarum digerant cibum, ſintq; animalia ruminantia munda, meditando ea quæ Dei ſunt die ac nocte, & Leuit. 11. ſuauitate famę, charitatis & pietatis dulcedine, ſapientiæ quoq; fragrantia ſemper redoleo, ac meos cultores reficio. Quemadmodùm etiã balſamum aromatica arbor valdè ſuauis, regalis, rara & plurimùm prečioſa, vim habet calefaciendi & cõfortandi, ſic incõparabilis atq; mundiſſima virgo, vnica eſt & præſtantiſſima vehementer, regia ſtirpe progenita, & ſuauiſſimè deuotarum mentium recreatiua, gratiam confortationis ac dilectionis feruorem ſuis procurat deuotis. [quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatẽ odoris] i. ſicut optima myrrha amara eſt, & à corruptione præſeruatiua, ac boni diffuſiua odoris, ſic feliciſſima virgo Maria in adorãdi filij ſui acerbiſſima paſſione, vehementiſſimæ cõpaſſionis amaritudine extitit plena, & peccatoribus iugiter condolens, & innumerabilibus gratiam cõpunctionis obtinuit.

A corruptione quoq; peccati præseruat,& suauem fundit odorem,intantùm,vt piæ memoriæ portam nunq̃ sine insitæ sibi suauitatis respersione introëat.[Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris.] Quemadmodùm eñ vitis in hyeme arida est & despecta videtur, sed suo tempore viret,frondet,& optimos parit fructus:sic gloriosissima virgo Maria in seculo isto, pſertim tempore persecutionis ac passionis filij sui,fuit contempta & extrinsecùs despectibilis videbatur:sed intùs corã Deo virentissima, suauissima & fructuosissima fuit, & sua cõpassione materna multis millibus iniquorum, gratiam cõuersionis promeruit, cuius exemplo innumerabiles personæ sanctam seruauerunt virginitatẽ.[& flores mei,fructus honoris & honestatis:]i. meditationes affectionesq́; animæ meæ,cõtemplationum excessus & charitatis ardores Deo acceptissimi erant,& æternæ retributionis honore præcipuo digni,intantùm,q̃ super omnium choros angelorum merui sublimari.[Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei.] Sicut increata sapientia mater est harum virtutum & actionum,eas infundendo per creationẽ,seu authoritatiuè & principaliter,ꝓducendo, conseruando,nutriendo,ac perficiendo: sic synceriſſima ac pijſſima nña nostra earundem mater est meritoriè & instrumentaliter ac secundariè, obtinendo, conseruando, alendo, & ad perfectionem ducendo.[In me omis gratia vitæ & veritatis]i. plenitudo gratiæ vitæ virtuosæ ac sapientiæ salutaris,fuit & est in virginе admiranda,q̃ etiã ante conceptionẽ verbi eterni sic meruit desupèr salutari: Aue gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Lucæ 1.
[In me omnis spes vitæ & virtutis.] Spes vitæ,gloriæ & virtutis, perfectè fuit in seculo isto in pclarissima matre Deifera:sed nunc est in ea spes ista obiectaliter,quia per eam cõfidimus adiuuari atq; saluari,tanq̃ per cooperatricem nostræ salutis ac gratiæ præpotentem.[Transite ad me omnes qui cõcupiscitis] mihi placere,& meis virtutibus conformari, meq́; in regno filij mei conspicere. Accedite,inquã,ad me per inuocationem pietatis meæ, & per considerationem ac imitationem virtutum mearum, pſertim per synceriſſimum mei amorem. [& à generationibus meis]i. donis & effectibus auxilij mei [implemini.] Oñis eñ qui ità accedit ad me,acceptatur à me,& adiuuatur per me.[Spiritus eñ meus] rationalis,scilicet anima seu mens mea,est [super mel dulcis,] immò oñi pura creatura corporali ac spiritali suauior, vtpotè melior, amabilior, amoroſior, benignior, iucundior. [& hæreditas mea,] i. gratia & gloria, quam ministrantibus mihi procuro,& etiam quã nunc ego possideo,dulcis est [super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculorũ.] Etiam beatissima virgo toto orbe famoſissima est,nõ apud Christianos duntaxàt,sed etiam apud Sarracenos,quia in Alchorano multa pclara ac sublimia describuntur de ea, q̃ scilicet sit virgo & mater Christi summi sapientissimiq́; prophetę:& q̃ angeli salutauerunt eam,dicentes:O Maria,te præ cunctis mulieribus Deus elegit,& verbum eius concipies:tu es mundissima virgo:multaq́; talia in Alchorano,i. in lib. legis Sarracenorum habentur:& qui ea negaret,occideretur ab illis.[Qui edũt me,adhuc esurient:] vtiq; qui beatissimæ virginis suauitatem degustant,& qui eam sibi incorporant:eandẽ pleniùs cupiunt experiri, nec satiantur dulcedine tam pstantissimæ ac diuinissimæ creaturę in Deo.[& qui bibunt me,adhuc sitient:]i. qui meæ consolationis recreantur solatio,meq́; synceriter cõtemplantur,& rore gratiæ meæ reficiuntur, eisdẽ frequentiùs ac sæpiùs recreari optabũt. [qui audit me,] doctrinis seu exemplaribus gestis meis obtemperando.[non confundetur:] immò à filio meo & à me honorabitur. [& qui operantur in me,]i. secundùm formã quam mea exemplaritate monstraui,hoc est, qui mea sectant vestigia.[nõ peccabunt:] inquantùm sic agunt, sicut expositum est.[qui elucidant me,]i. gloriam & virtutes,ꝓprietates & excellentias meas ꝓdicant siue annunciant proximis ex charitate,[vitam æternam habebũt] proꝓmio, dummodò perseuerauerint in bonis vsq; in finẽ.

¶Declaratio Cap. 25. In tribus placitum est spiritui meo. Art. 26.

REdit iam author ad moralia documenta.[In tribus placitum est spiritui meo,] qa sunt valdè bona,[quæ sunt probata] i. commendabilia & approbata [corã Deo & hominibus:] i. à Deo & hominibus probis, immò à cunctis intellectualibus creaturis prudentibus.[Concordia fratrũ,]i. pax mutua,& vnanimitas bona consanguineorũ, domesticorũ, affinium, propinquorum: inter quos solet oriri discordia propter temporalia diuidenda, cùm tñ debeant tanto concordiores existere, quanto propinquiores sunt:nec tñ vnus alteri debet fauere, assistere, cooperari in rebus illicitis, aut partialitates fouere,sicut faciunt multi, q̃ trahunt se inuicèm in multa pericula, & in mortẽ ac tartarum,sequentes tribum Beniamin,qui de vrbibus suis conuenerunt in Gabaa in auxilium sceleratissimorũ,propter quod vigintiquinq; millia ex eis fuerunt occisi.Istud est primum.
Sequitur secundum.[amor proximorũ,] sicut iubetur in lege, Dilige proximũ tuũ sicut teipſum. Leuit. 19.

ipſum.Quod de spirituali amore ꝓcipuè est intelligendũ,tñ inter cõtribules & vicinos, debet etiã dilectio ciuilis,naturalis,familiaris & socialis haberi. Tertiũ est,[& vir & mulier benè sibi cõsentientes:] inter quos frequenter cõtentiones & displicentiæ oriunt, ità q̃ amariſſimã mutuò ducunt vitã, & mirabile odiũ contra se inuicèm habẽt, cùm tñ sint vna caro. Vndè hortatur Apostolus: Viri, diligite vxores vestras, & nolite esse amari ad eas. Princeps quoq; Apostolici agminis: Mulieres, inqt, subditæ sint viris suis, viri similiter cohabitantes secundùm scientiã,quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ,tanq̃ cohæredibus gr̃æ vitæ,vt non impediant orationes vestræ.Spiritualiter aũt per virum potest intelligi ꝓlatus ac spõsus Ecclesiæ:& per mulierẽ,Ecclesia ei cõmissa, inter quos vera & virtuosa cõcordia est multùm laudanda,dum ꝓlatus in verbo & opere exhibet subditis suis quod eis tenetur,& subditi suo ꝓlato rectè obediunt,& ei sunt grati.Rursùs per virum & mulierẽ intelligi possunt spiritus rationalis seu intellectus,& caro seu pars sensitiua:in qbus dum inferius suo superiori obtemperat,cõmendabilis extat cõcordia. Prætereà q̃dam dicũt hæc tria specialiter pertinere ad actiuos,cùm tñ concordia fratrum & amor proximorũ, ad cõtemplatiuos & religiosos,ac spirituales personas potiſſimè spectent, sicut in Regula sua sanctus docet Hieronymus.Nã & Psal. ait de Deo:Qui habitare facit vnius moris in domo.Et item:Ecce quàm bonũ & quàm iucundũ,habitare fratres in vnum. Immò ad oẽs hæc pertinent Christianos,quibus ait Apostolus Eph. 4. Soliciti sitis seruare vnitatem spiritũs in vinculo pacis. Itẽq́; Phil. 2. Impiete gaudiũ meum,vt idẽ sapiatis,vnanimes,idipsum sentiẽtes. [Tres species] i. distinctiones hominũ [odiuit anima mea:] inquantùm sunt tales, nõ inquantùm sunt homines,q̃ persona & natura amandæ sunt,vitia odiẽda. [& aggrauor valdè animæ illorũ:] i. de peruersitate animarũ eorum magno mœrore cõficior,cõdolendo eisdẽ. [Pauperem superbum,] quẽ decet esse tanto humiliorẽ,quanto pauperior fuit:q̃a nec habet incitamentũ superbiendi,vt diues. Similiter q̃ virtutibus & vera caret deuotione,& tñ virtuosum se iactat, aut de spirituali professione religiosoq́; habitu inaniter gloriat̃,aut de eminentia authoritatis seu pręsidentiæ suæ extollitur:est pauper superbus & specialiter detestandus, iuxta quod Dñs Apoc. 3. ait huiusmodi homini infelici: Dicis,q̃a diues sum, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser,& miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Ista est prima species detestanda. Secunda est,[& diuitem mendacẽ:] Diuites eñ solent honorari,& ad officia promoueri,& magis creditur eis cõmuniter:ideò specialiter abominabile est in eis,esse mendosum:pręsertim si & nobiles sint, & in dignitatibus constituti: quia tunc eorũ mendositas valdè nociua est alijs,& plurimos habet imitatores,quemadmodùm Prou. 29. scriptum est:Rex qui libenter audit verba mendacij,omnes ministros habet impios. Tertia species est,[& senem fatuum,] qui scilicet ex sua negligentia,prauitate,seu quauis causa culpabili,caret prudentia & sapiẽtia tempore senectutis,cùm ad senes potiſſimè spectet prudentia, iuxta illud Iob 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. De tali sene ferrur Esai. 65. Puer centum annorum morietur,& peccator centum annorum maledictus erit. Tales senes (heu) modò sunt multi, de qbus illud Iob 32. poterit dici:Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.[quæ in iuuentute tua nõ congregâsti,] scilicet sapientiam & virtutes, temporalia quoq; necessaria victui tuo,[quomodò in senectute tua inuenies?] q.d. nequaquàm aut difficulter.Hoc dicit contra pigros,q̃ iuuentutẽ cõsumunt infructuosè, quorũ vnicuiq; dicitur Prou. 6. Vade ad formicã ô piger,& cõsidera vias eius,& disce sapientiã:quæ cùm nõ habet ducẽ nec ꝓceptorẽ,parat in æstate cibũ sibi,& cõgregat in messe quod comedat.Hoc est quod Prou. 10. legit:Qui cõgregat in messe,filius sapiens est:q aũt stertit ęstate,filius cõfusionis.[Quàm speciosa canicies iudiciũ,]i. valdè pulchrũ ac decens est ætati senili seu senibus habere iudiciũ discretionis & verã prudentiã.[& presbyteris cognoscere consiliũ:] i. habere facultatem dandi consilia verè salubria.[Quàm specioſa veteranis sapientia:]i. valdè cõgruit eis & ornat.[& gloriosus intellectus,]i. intelligentia scripturarũ,legũ ac iuriũ, est gloriosa & pclara in eis.[&] simili modo [consilium.] Ideò Elihu dixit: Putabam,q̃ ætas prolixior respõderet,& annorũ multitudo doceret sapientiã.[Corona senũ, multa peritia:] i. venerabilitas & reuerentia senũ consistit in hoc, q̃ sint multùm periti, vt possint dirigere atq; instruere iuniores,iuxta illud Isa. 38. Pater filijs notam faciet veritatẽ tuã.[& gloria illorum,timor Dei:]i. dignitas, salus,& claritas eorũ in hoc consistit,vt sint timorati, maturi, nõ leues & dissoluti:aut de sapientia, senio, famáve tumidi, nè scientia inflet eos: sed quo plura sciunt,& magis ꝓpinqui sunt morti,eo timoratiores existãt. Sic eñ, vt in Ecclesiaste asserit, Qui addit scientiã,addit & doloré,atq; Iob 28. legit:Eccè timor Dñi,ipsa est sapientia.[Nouem suspicabilia cordis magnificaui,]i. nouem sunt, de quorũ vtilitate cor nullũ suspicari Iob 12. Eccles 1.

debet ſiue ambigere, quæ magna eſſe reputaui. [& decimum dicã in lingua] i. diſtinctè [homi
nibus] de quorũ primo ſubiungit: [Homo q̃ iucundat in filijs viuens] i. q̃ ante mortẽ ſuã,
ſeu per gr̃am viuens, lætat ordinata iucunditate in ſobole ſua, videns eã ꝓſperari in Deo, &
ſapientiæ virtutibus q̃; ſtudere, ſecundùm illud Prou. 23. Audi fili mi, & eſto ſapiẽs: ſi ſapiens
fuerit animus tuus, gaudebit tecũ cor meum, & exultabũt renes mei, cùm locuta fuerint re-
ctum labia tua. Quod de ſpiritualibus quoq; filijs ſeu ſubditis accipi poteſt, de q̃bus ait S.
3. Ioã. a Ioan. Maiorem horum gr̃am nõ habeo, quàm vt audiã filios meos in veritate ambulantes. [&
videẽs ſubuerſionẽ] i. iuſtam punitionẽ [inimicorũ ſuorũ] i. hoſtium boni cõmunis, de quo-
rum morte ac iuſta deiectione gaudendũ eſt, nõ liuore inuidiæ, ſed zelo iuſtitiæ: ſecùs de ꝓ-
prijs inimicis, cùm ſcriptum ſit Prou. 24. Cùm ceciderit inimicus tuus, nè gaudeas. Et S. Iob
Iob 31. dicat: Si gauiſus ſum ad ruinam eius, q̃ oderat me. Hoc eſt ſecundum. Seq̃tur tertiũ: [Beatus q̃
habitat cũ muliere ſenſata,] conuerſando cum ea charitatiuè atq; cõcorditer, q̃a hoc ipſum
eſt donum gratiæ Dei, & via aliqua ad ſalutẽ. Nam & Apoſtolus ait 1. Co. 7. Saluatus eſt vir in-
fidelis per mulierẽ fidelem. Veruntñ ſola cohabitatio corporalis nõ ità felicitaret maritũ, vt
conſtat de ſtulto & impio Nabal, q̃ habitauit cũ ſapientiſſima cõiuge ſua Abigail, vt legitur
1. Reg. 25. Sequunt & alia ſeptẽ: [& q̃ lingua ſua nõ eſt lapſus] i. qui nõ peccauit per locutio-
nẽ culpabilẽ, neq; per taciturnitatẽ indiſcretã, ſicut Iac. 3. dicit: Si quis in verbo nõ offendit,
hic perfectus eſt vir. [nec ſeruiuit indignis ſe:] i. malignis ſpiritibus aut peccatis, vel iniquis
hominibus cooperãdo, cõſentiendo, aut cõmunicando eis in vitijs, q̃a iniqui ſunt ſerui cor-
ruptionis. A quo em̃ quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Iuxta quẽ ſenſum ait Apoſtolus 1.
Co. 7. Nolite fieri ſerui hominũ. Deniq; tã vilis ſeruitus, indecens eſt dignitatẽ creaturæ ra-
tionalis, q̃ tali ſeruitute ſpiritualiter eneruat & deuorat. Ideò Prou. 5. docet: Nè des alienis ho
norẽ tuum, & annos tuos crudeli: nè fortè impleant extranei viribus tuis, & labores tui ſint
in domo aliena. Sic eſſe & vita gratiæ ac virtutum, peccando conſumit, iuxta quod Oſeæ 7.
recitatur, Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. [Beatus q̃ inuenit amicũ verum:]
q̃m hoc eſt donum ſcipuum, ſicut de hoc dictũ eſt pleniùs ſuprà, vbi inter cætera oſtenſum
eſt, qd ad amicitiam veram pertineat. [Et qui enarrat iuſtitiam auri audienti] i. beneuolo ac
obedienti auditori loquitur de pertinentibus ad ſalutem, q̃a per hoc adiuuat proximũ, ve-
neraturq; Deum, & redundat hoc in proprium bonũ. Ideò ſcriptum eſt Prou. 25. Inauris au-
rea & margaritum fulgens, qui arguit ſapientẽ & aurem obedientem. Et Iac. 5. Qui conuerti
fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operit multitudinẽ pec-
catorum. Sic primò audiẽrunt Galatæ Paulum, q̃bus ſcripſit, Sicut angelum Dei excepiſtis
Galat. 4. me, ſicut Ieſum Chriſtum. [Quàm magnus qui inuenit ſapientiam & ſcientiã,] i. ſpiritualiter
valdè magnus eſt, q̃ acquirit & poſſidet ſapientiam atq; ſcientiam, vt ſunt dona charita-
ti ſemper annexa. Vel ſapientiam, i. intelligentiã ſcripturarũ de Deo tractantiũ, & ſcientiã, i.
veram rerum creatarum notitiam, quæ ſunt dona gratiæ gratis datæ, & magnificant hominẽ,
ꝓſertim ſi charitati cõiunctæ ſint, prout ſæpè iſtud ꝓhabitum eſt, clariusq; expoſitũ. [ſed nõ
eſt ſuper timentẽ Dñm:] i. nullus maior eſt homine timorato, nõ q̃ timor ſit dignior chari-
tate, ſed loqtur de filiali timore, ꝓut charitatẽ includit. Nam ſubdit: [Timor dei ſuper omia]
cætera chariſmata gr̃æ [ſe ſuperpoſuit.] Circa quod qdam ſcribit, q̃ timor Dei, maius bonũ
ſit q̃ ſapientia, quæ eſt donũ, quod ſtare nõ poteſt, loquẽdo de ipſo timore filiali ſecundùm
ſe, abſq; charitatis incluſione. Nã inter ſeptẽ dona, ſapientia primum eſt atq; digniſſimum,
quẽadmodùm Thomas, Albertus, Bonauẽtura, alijq; teſtanr. [Beatus eſt] iã in ſpe & merito,
[cui donatum eſt habere timorẽ Dei] filialem, caſtũ, & ſanctum, quẽ qui habet, nil negligit.
[q̃ tenet illum,] i. timorẽ perſeueranter cuſtodit, [cui aſſimilabit? q. d. Talis eſt tantę digni-
tatis & perfectionis, vt vix aliquis poſſit ei æquari. [Timor Dei, initiũ dilectionis eius:] ex
quo ſeq̃tur, q̃ abſolutè loquendo, timor Dei nõ ſit maior dilectione ipſius, ſed econuerſõ.
Porrò timor purè ſeruilis, eſt initium ſapientiæ & charitatis, diſpoſitiuum ad eas nõdùm ha
bitas ſeu infuſas: timor verò initialis & etiam filialis, initium eſt ſapientiæ & charitatis diſpo
ſitiuum, & meritorium ad earũ iam habitarum profectũ. Timor nanq; retrahendo à vitijs,
Rom. 1. & ſolicitando ad bona agenda, charitatẽ ac ſapientiam cæteraſq; virtutes, conſeruat, auget
ac perficit. [fidei aũt initium] i. ipſa fides initialis infuſa, quæ eſt fundamentum virtutum &
ſpiritualis vitę exordium, iuxta illud Abac. 2. Iuſtus ex fide viuit. [agglutinandũ eſt ei] timo-
Eccl. 7. ri filiali, quia in multis cõueniunt. vtrunq; em̃ ſubijcit mentẽ Deo, & munimentum eſt me-
ritoriæ vitæ, & fundamẽtum ac cuſtos virtutũ. Prætereà q̃a de ſenſata muliere inductum eſt,
quòd beatus ſit vir ei cohabitans, ſubditur de fœmina inſenſata ſeu vitioſa, & paſſionibus
ſuis ſubiecta. [Omnis plaga, triſtitia cordis eſt:] i. mœſtitia cordis eſt conſummata & maxi-
ma pla

ma plaga ſiue afflictio hominis, vtpotè maior corporali dolore cæteris paribus, ꝓpter quod
in Chriſto tempore paſſionis dolor cõpaſſionis ſeu triſtitia cordis de ingratitudine perditio-
neq̃; hominũ, exceſſit corporalem ſuæ paſſionis doloré. Ideò Prou. 25. dictũ eſt: Sicut ti-
nea veſtimẽto, ità triſtitia nocet cordi. [& omis malitia, nequitia mulieris:] i. peruerſitas, pra
uitas, paſſionatio impię fœminę, eſt cõſummata malitia, i. maior malitia viri. Veruntũ in eo-
dem genere culpæ & cæteris paribus, maior eſt iniqtas viri, q̃ fœminæ, cùm vir caput ſit mu-
lieris, & fortior ea in ratione, & beneficia maiorà ſortitus à Deo, loquẽdo in generali. Tñ quia
mulieres cõmuniter ſunt debiles ratione, atq; ad ea q̃bus afficiunt, nimìs inordinatè afficiũ-
tur: ideò prauitates & paſſiones earũ ſunt valdè intenſæ ac vehementes, & quãtùm ad hoc, pe
iores cenſenr. Hinc Ariſtoteles docet, q̃ quales ſunt, tales nimìs: quæ em̃ ex naturali diſpoſi-
tione vel vſu crudeles ſunt, ſunt valdè crudeles: & q̃ piæ ſunt, ſunt nimìs piæ, q̃a molles ſunt
corde. [Et oẽm plagã & non plagã videbit cordis.] Intricata eſt litera iſta, & intelligendũ eſt
eſt aliq̃d, vt ſit ſenſus: Oẽm plagã, ſupple corporis, videbit homo peritus ſeu medicus, & nõ
videbit plagã cordis, i. latentẽ malitiã mulieris, q̃a mulier praua ſolet malitiam ſuã occultare
magìs q̃ vir. Simili ſenſu ſubiungit: [& oẽm neq̃tiam, & nõ nequitiã mulieris:] i. homo pru-
dens poteſt per exteriora ſigna perpendere malitias hominũ interiores, ꝓbabili modo fre-
quenter, ꝓter latentẽ mulierũ nequitiã. [& oẽm obductũ & non obductũ odientiũ:] i. oẽm
ſeductionẽ latentẽ poteſt homo aliquo modo per ſigna conijcere ꝓter deceptionẽ & fictio-
nẽ odientis inueterati, q̃ quanto plùs odit, tanto maiorẽ amicitiã ꝓtendit: tunc maximè, dũ
intẽdit nocere, ſicut Ioab volens fortiſſimũ Amaſam ꝓditoriè trucidare: tenuit mentũ eius, 2. Reg. 20.
quaſi oſculans eũ, ſalutauitq; dicens: Saluemi frater. Hinc Prou. 26. ſcriptum eſt: Qui operit
odiũ fraudulenter, reuelabit in conſilio iniquitas eius. [& oẽm vindictã & non vindictã ini-
micorum:] i. oẽm vltionẽ ſibi ab aliquo imminentẽ, poteſt homo antè aliquo modo perpẽ-
dere, ꝓter vindictam ſibi ab hoſte occulto approximantẽ. In hoc em̃ differunt ira & odium,
ſecundùm Philoſophum, q̃ ira quærit nocere apertè, odiũ verò occultè. Ideò Abſolon vo-
lens fratrẽ ſuum Amnon occídere, nullum inimicitiæ ſignum ei oſtendit. ideò Amnon non
obſeruauit ſe ab illo. [Nõ eſt caput nequius] i. magìs infectiuum [ſuper caput] i. q̃ caput [co 2. Reg. 13.
lubri] q̃ eſt genus ſerpentis, colligẽs venenum ſuum in capite, vt mordendo magis inficiat,
[& nõ eſt ira ſuper irã mulieris:] i. intẽſior, periculoſior, pertinacior, q̃ ſit iracundia fœminę
paſſionatæ, malitioſæ, crudelis. [Cõmorari leoni & draconi placebit magis, q̃ habitare cum
muliere nequã.] hoc per hyperbolen dicit, ad innuendũ q̃ moleſtũ ſit cohabitare fœminæ
vitioſæ, q̃ interdùm ſecretè & ſub amicitiæ apparatu ſuũ intoxicat virũ: attamẽ, ꝓpter ma-
trimonij iura, patienter manendũ eſt cum tali, niſi forſan euidẽs apparéret mortis periculũ.
[Neqtia mulieris immutauit faciẽ eius:] q̃a tanta eſt interior paſſio ſua, q̃ facit alterationem
grandẽ in facie. Interdùm quoq; latẽs neqtia mulieris eſt tanta, q̃ omninò occultat ſe, & ſi-
gna beneuolentiæ ꝓfert, vt ampliùs noceat. [& occæcauit vultũ ſuũ tanq̃ vrſus:] mulier talis
ardore ſuæ peruerſitatis, excæcat oculos cordis ſui, interioris q̃; facie: nè cõſideret q̃ pericu-
loſa ſint ea, q̃ agere machinant, ſicut excæcat oculus per patellã accenſam oculo eius oppo-
ſitã, vel ſicut excæcat vrſus per irã ſuã, ità q̃ ea inuadit q̃bus reſiſtere nequit. [& quaſi faccũ
oſtendit in medio, ꝓximorũ:] i. mulier praua paſſionata, faciẽ ſuã monſtrauit deformẽ atq;
diſtortã, ſecundùm quod intùs in mente diſpoſita eſt. Vel iuxta ꝓtacta, ſenſus eſt, q̃ ex neq̃ſ-
ſima ſimulatione oſtẽdit faciẽ q̃ſi hilarẽ & amantẽ, cùm tñ ſit rancoroſa, & ſic occultat quod
latet in corde ſuo, ſicut faccus celat cõtenta in ſe. [Ingemuit vir eius] ex dolore, [& audiens,
ſuſpirauit modicũ.] i. ipſa audiẽs gemitũ ſui mariti, finxit ſe cõpati ei, aliqualiter ſuſpirãdo.
[Breuis oẽm malitia ſuper malitiã mulieris:] i. aliorũ prauitas parua eſt cõparatione prauí-
tatis fœminę vitioſę, quod iuxta moderamẽ ꝓtactum eſt intelligendũ, ſeu hyperbolicè. [ſors
peccatorũ cadat ſuper illã: i. impio viro eueniat ſorte, vt ſimilis ſimili cõiungat, & quotidiè
puniat mutuò prauitas vnius ab alio. Vel ſors peccatorũ cadat ſuper illã, i. pœna impiorũ ſeu
cõdemnatio infernalis, eueniet huiuſmodi mulieri, q̃ cõdemnatio eſt ſors iniquorũ, quẽad-
modùm beatitudo æterna eſt ſors electorũ, iuxta illud: Quomodò cõputati ſunt inter filios Sapient. 3.
Dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt? [aſcẽſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier lingua-
ta homini quieto:] i. ſicut graue & laborioſum eſt homini ſeni ire atq; aſcendere per viam
arenoſam, ſic moleſtũ eſt homini pacẽ & quietẽ amanti eſſe cum fœmina garrula & loquaci.
[Nè reſpicias mulieris ſpeciẽ,] viſum incautè & moroſè figendo in eã, nè ad cõcupiſcentiã
exciteris, & incõſideratè accipias in cõiugium fœminã paſſionatã, ꝓpter ipſius formoſitatẽ.
[& nõ cõcupiſcas mulierẽ in ſpecie] libidinoſè, ſed deſiderio, plis ad Dei obſequiũ educan-
dæ. Hinc ſcriptũ eſt Prou. 6. Nõ cõcupiſcat pulchritudinẽ eius cor tuũ, nè capiaris nutibus

illius:preciũ eñ ſcorti, vix vnius eſt panis: mulier aũt,viri precioſam animã capit.[Mulieris ira & irreuerentia,cõfuſio magna:]i. viro cõfuſibile eſt,q̃ vxor ſua iracundè & irreuerenter ſe habet ad ipſum ſiue ad alios,cùm ſit caput mulieris,& debeat eã cõpeſcere.Ira quoq; & irreuerentia mulieris,magna eſt cõfuſio eius,& cõfuſionẽ ſeu condemnationẽ perpetuã promereť per iram & irreuerentiã ſuam,qua nec Deũ timet,nec hominẽ reuereť.[Mulier ſi primatũ habeat,]i.ſi permittaſ eſſe principalis in regimine domûs & poſſeſſionis,ſobolis atq; familiæ.[cõtraria eſt viro ſuo:]i.deſpicit ſuũ maritũ,& cõtradicit ei de facili,immò & derogat dignitati mariti,cùm ſcriptũ ſit:Sub viri poteſtate eris, & ipſe dñabitur tuí.Vndè & Paulus Apoſtol⁹:Mulierẽ,inq̃t,docere nõ permitto,nec dñari in virũ.Hinc etiã ſcriptũ eſt: Miſit Aſſuerus rex epiſtolas per vniuerſas ꝓuincias regni ſui, viros eſſe principes ac maiores in domibus ſuis. Iſtud totũ ſecundùm cõmunẽ legẽ ſic eſt.Poteſt tñ in multis caſibus euenire, vt expediat mulierẽ principaliter regere domũ,viro ad hoc inepto ex infirmitate,inſipiẽtia, aut ſimili cauſa,& muliere ad hoc idonea exiſtẽte. [Cor humile,& facies triſtis,& plaga mostis,mulier nequã:]i. fœmina vitioſa eſt ſuo marito cauſa, q̃ ipſe maritus habet mentẽ deiectã,vultũ triſtẽ,& afflictionẽ quaſi morti cõſimilẽ.[manus debiles & genua diſſoluta,mulier quæ non beatificat virũ ſuum.]i.ſicut manus debiles ad operandũ,& genua ægra ad ambulandum,diſconueniunt hominiſic mulier vitioſa, quæ paruipendit maritũ, eſt inconueniens atq; nociua eidẽ.Nam vt ait Chryſoſtomus ſuper Matthæũ, Mulier nullũ virũ debet intelligere eſſe pulchriorẽ,ſapientiorẽ, aut fortiorẽ ſuo marito, nè magìs afficiatur ad alienũ, q̃ ad ꝓprium ſuũ contoralẽ.[à muliere initiũ factũ eſt peccati.]i.prima mulier,ſ.Eua,virum ſuũ induxit ad originale peccatũ,quod fuit primũ inter vitia hominũ.Diabolus tñ iam antè peccauerat,& eius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. nã & ipſe mulierẽ decepit.[& per illam oẽs morimur.]i. neceſſitatem moriẽdi corporaliter incurrimus demerito peccati originalis,cuius pœna eſt mors corporalis,ad quod mulier inſtigauit.[Nõ des aquę tuæ exitũ nec modicũ,]i.aquã tibi neceſſariã nõ permittas per aliã viam quãtunlibèt paruã decurrere,qa paulatìm tota efflueret.[nec mulieri nequã veniã,pdeundi:]i. ſimili modo cõpeſce fœminã prauã ab euagatione, nec des ei licentiã tranſeundi remotiùs, ſeu alibi q̃ víderis expedire.[ſi nõ ambulauerit ad manũ tuã,]i.ſi nõ vixerit, neq; perrexerit ſecundùm tuã directionẽ ac voluntatem,[cõfundit te in cõſpectu aduerſariorũ:]i.tã enormiter excedit adulterando ſeu alio modo,q̃ aduerſarij tui te deridebunt.[A carnibus tuis abſcinde illam:]i.à cõmixtione ſeu cohabitatione tua eam repelle,ſi fuerit incorrigibilis atq; adultera.[nè ſemper te abutatur]i.iniquè te tractet, alteri ſe commiſcendo,& tibi nõ obediendo,ſed reſiſtẽdo.Fiebat aũt in veteri lege repudiatio, quod tamen fuit permiſſum, nè fieret grauius malũ. Chriſtus verò edocuit,non licere virum à muliere diſcedere, niſi ob fornicationẽ ſeu adulterium coniugis:nec tamen vinculum coniugale tunc ſolui, nec aliam poſſe duci illa viuẽte. Et intelligendũ eſt,quandò vir adulterium non cõmiſit,nec fuit patronus adulterij cõiugis.

Gene. 3. 1.Tim.2. Eſther 1.

Gene. 3. Sapient.2.

Deut.24.

q̃Declaratio cap.26.Mulieris bonæ beatus vir. Art. 27.

QVia oppoſita iuxta ſe poſita,clariùs patẽt, poſtq̃ tractauit de muliere vitioſa, nũc tractat de virtuoſa. [Mulieris bonæ beatus vir, qa proſperitas magna eſt habere virtuoſam vxorẽ,& ſi vir ſit ſimilis vxori in bonitate, beatus eſt in ſpe & merito felicitatis æternę.Si aũt ſit malus,tñ beatitudinẽ quandã habet in cõuictu domeſtico & reputatione humana, nã ab hominibus felix quodãmodò reputatur.[numerus eñ vitę anno rũ illorũ duplex:]i. diutiùs ſimùl viuunt, qa delectabiliter mutuò cõuerſantur,& ſua bonitate prolongationẽ vitæ merenť, ſed & vita grãe cõtinuať in eis. Vel ideò dicit numerus annorũ vitæ ipſorũ duplex,qm̃ melius eſt modico tẽpore cũ iucunditate & virtute cõuiuere, quàm diù cũ amaritudine & peccato, pſertìm cùm & infrà dicať: Melior eſt mors q̃ vita amara. [Mulier fortis]i.virtuoſa & agilis, nõ pigra & loquax,[oblectat virũ ſuũ,]nõ ſolùm in copula ſua carnali,ſed in oñi mutua cõuerſatione, qa ex amore ſuo ad illã iucundè viuit cũ illa.[& annos vitæ illius in pace implebit:]i.faciet virũ ſuũ pacificè viuere.[Pars bona,mulier bona:]i.ſpeciale donũ beneficiũq́; ꝑcipuũ eſt vxor virtuoſa, cui dici poteſt illud:Scit oñis populus mulierẽ te eſſe virtutis:nẽpe q̃ magnũ donum ſit,experimentaliter nõrunt q̃ peruerſas habẽt vxores. [in parte bona timentium Deũ, dabit viro ꝓfactis bonis:]i.ex diuina,puidẽtia tribueť mulier talis viro bono ꝓpter opera ſua virtuoſa,quorũ aliquantula merces eſt iſtud. Dabiť, inquã, ei in parte bona pro munere bono, ſeu in bona retributiõe,quod vel quã decet dari timẽtibus deũ initiali aut filiali timore. Myſticè poſſunt hæc applicari ad ꝓlatũ & Eccleſiã,ſeu animã ſibi cõmiſſam: q̃ Eccleſia vel anima ſi obediens & virtuoſa extiterit,ꝓlatũ valdè lætificat, & eius beatitudinẽ auget, ipſumq́; delectabiliter ac pacificè viuere facit. Propter quod dicit:Obedite ꝓpoſitis veſtris,& ſubiacete illis.Ipſi eñ peruigilãt,tanq̃ rationẽ,ꝓ animabus veſtris reddituri,vt cũ gaudio hoc faciãt, & nõ gemẽtes:hoc eñ expedit bonis.Prælatus quoq; debet hoc magnũ dei bñficiũ reputare ſi tales habuerit ſubditos, immò frequẽter meritis boni ꝓlati,danť ei ſubditi tales à Dño. Prætereà his q̃ dicta ſunt de bona vxore, cõſonat illud Prou.11.Mulier gratioſa inueniet gloriã,& robuſti habebunt diuitias,i.virtuoſi tm̃ bonũ acq̃runt.Vndè iterùm ſcriptũ eſt: Fruere vita cũ vxore quã ſortitus es,in timore dei.Et Prou.5.Lætare cũ muliere adoleſcentię tuę: Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus, & in amore illius delectare iugiter.[Diuitis aũt & pauperis cor bonũ,]i.tam diues q̃ pauper,boni eſt animi,ſi bonã habuerit coniugẽ.[In oñi tempore vultus illorũ hilaris:]i. habitualẽ acquirit hilaritatẽ in corde, & ſigna hilaritatis in facie,ex cõuerſatione pacifica cum cõiuge virtuoſa.Pauperi eñ in ſua paupertate ſolatium eſt bona coniunx,cũ qua neceſſaria vitę lucrať cum iucunditate.Cõſequenter tangunť quatuor mala horrenda,q̃ ſunt culpabilia atq; pœnalia.[A tribus timuit cor meũ,]formidando eorum euentũ,[& in quarto facies mea metuit:]i. de quarti mali euentu tantus mihi inerat horror,q̃ apparebat id in vultu pallente.[delaturã ciuitatis,]i.cõmunitatis ſeu politię proditionẽ & deuaſtationẽ.malum eñ reipub.eſt ꝑcipuè horrendum,ſicut & bonũ cõmune eſt maximè appetendũ,qa quo bonũ cõmunius,eo diuinius.[& collectionẽ populi]i.tumultũ, ſeditionẽ,conſpirationẽq́; plebis ad perpetrandũ violenter aliqd mali,potiſſimè contra ſuũ Superiorẽ, vel contra iuſtos, ſicut Babylonij cõuenerunt cõtra regẽ,dicentes:Trade nobis Danielẽ:alioquì interficiemus te & domũ tuam,vt legiť Danielis vltimo.[& calumniã mendacẽ:]i.accuſationẽ iniurioſam & falſam,pſertìm in foro iudicij per teſtificationẽ. Quod q̃ prauũ ſit,pandit Salomon,dicens:Iaculum & gladius & ſagitta acuta, homo q̃ loquiť contra proximum ſuũ falſum teſtimoniũ.[ſuper mortẽ oñia grauia:]i.triahęc grauiora ſunt morte corporali,qa periculoſiora ſunt morte vnius perſonæ, & deteriora inquantùm ſunt vitia valdè enormia. Ideò iuſtus mallet corporaliter mori, q̃ talia operari. Maximè quoq; mala ſunt & horrenda,proditio Eccleſiæ,& congregatio perfidorũ aduerſùs eam,atq; hęreticorũ aliorũq́; incredulorum iniurioſa detractio cõtra fideles.[dolor cordis & luctus, mulier zelotypa:]i.vxor malè ſuſpicãs de ſuo marito, q̃ ſ.alijs miſceať, eſt ſuo bono marito cauſa interioris doloris & luctûs,qa ad maritum ſuũ peruerſè ſe habet,& machinatur contra eundẽ: ſic & Eccleſia hæreticorũ cõtra verum ꝓlatum. [In muliere zelotypa flagellum linguæ oñibus cõmunicans]i.zelotypa vxor ſua loquacitate & detractione propriũ virũ affligit,apud quoſcunq; occaſione detrahendi oblata,immò vndiq; diſcurrit &ingerit ſe ad loquendum iniquè de ſuo marito.Ideò ſubdit:[Sicut boum iugum quod mouet, ità & mulier nequã:]i. neqtioſa fœmina agitať & currit hincindè ad malè loquendum ac practicandũ, ſicut iugum boum mouetur aſſiduè ex boum motu. De tali muliere Prou.7.ſcriptum eſt:Mulier garrula & vaga,quietis impatiens,nec valens in domo cõſiſtere pedibus ſuis,nunc foris,nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. De talibus ait Apoſtolus:Simùl aũt & ocioſæ diſcunt circuire domos,nõ ſolùm ocioſæ,ſed & verboſæ & curioſæ,loquentes quæ nõ oportet. [q̃ tenet illam,]q̃ tamẽ nõ eſt deſerenda,niſi ob fornicationẽ, [quaſi q̃ apphendat ſcorpionem:]quẽadmodùm eñ beſtiola illa vultu blandiť & cauda pungit, infundẽdo venenũ, ſic mulier talis adulať viro in facie,& inſidiatur ei ſecretè, ſicut vxores Samſonis deceperunt eum ſuis blanditijs. De qua Prou.27.dicitur: Qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & oleum dextræ ſuæ euacuet.[Mulier ebrioſa,ira magna & contumelia:]i. virum ſuum & alios ſæpè ad iracundiam concitat,& contumelioſa irrogat verba. Ideò durum eſt habitare cũ ea, iuxta illud Prou.21.Melius eſt habitare in terra deſerta,q̃ cum muliere litigioſa & iracunda.De qua rurſùs aſſeritur Pro.27. Tecta perſtillantia in die frigoris & litigioſa mulier cõparantur. [& turpitudo illius non tegeť:]i.inhoneſtas ſeu impudicitia eius cunctis patebit. [Fornicatio]i.incontinentia [mulieris in extollentia]i. eleuatione & laſciuo adſpectu [oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur:]quia viſu gyrouaga eſt, iuxta quod ſcriptum eſt Prou.7. Eccè mulier occurrit ornatu meretricio, procaciq́; vultu blanditur. [In filia non auertente ſe:]à vanis adſpectibus,à iuuenibus atq; ſpectaculis,[firma cuſtodiã:]i. firmiter eã cuſtodi ac reprime, cnè inuenta occaſione abutatur ſe:] exponendo ſe voluptati. Hinc dictum eſt ſuprà Eccĩ 7.Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus earum. Sic quoq; ꝓlatus diligentiſſimè debet cuſtodire, reprimere, gubernare perſonã ſeu animam ſibi cõmiſſam, ſi eam viderit moribus diſſolutã, & viſu incuſtoditã.[ab omni irreuerentia oculorũ eius caue:]i.oculos filiæ tuę ac proprios ab omni inuerecundo adſpectu cuſtodi, ſicut orat vir ſanctus Pſal.118. Auerte oculos meos nẽ videãt vanitatem. De hoc dictum eſt pleniùs ſuprà.[& nè mireris,ſi te neglexerit:]i. ſi fi-

Ruth 3.

Hebr.13.

Eccĩ 7.

Prou.5.

Prou.25.

1.Tim.5.

Eccĩ 9.

lia talis reliquerit te, niſi cuſtodiêris eam: quia magna valdè eſt fœminei ſexûs fragilitas, & ab occurrentibus obiectis citò alliciuntur. Hinc ſubditur: [Sicut viator ſitiens, ad fontem os aperiet:] i. mox cùm inuenerit fontem, os ſuum aperiet ad potandum, [& ab omni aqua proxima] id eſt, de quacunq; aqua potabili ſibi primò occurrente, [bibet:] intelligendo per aquam quodlibet poculum, ſicut per panem intelligitur *in ſcripturis* quilibet cibus. [& cõtra omnem palum ſedebit,] i. ſic filia talis incuſtodita, ponet ſe ad ſedendum in vmbra cuiuſcunque pali occurrentis, ad præſtolandum deſiderabile oculorum ſuorum. [& contra omnem ſagittam aperiet pharetram, donèc deficiat:] i. exponet ſe omni petenti, iuxta illud Ezech 16. Diuaricaſti pedes tuos omni tranſeunti. [gratia mulieris ſedulæ] id eſt, virtus & gratioſitas vxoris diligentis ac bonæ, [delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. [quia ex conſideratione & communione talis vxoris vir delectatur, & floridam agit ætatem, & oſſa eius irrigantur medullis. Quemadmodùm enim putredo oſſium, inuidia, vt
Matth.7. Prouerbiorum 14. legitur: ſic impinguatio oſſium, amicitia atque lętitia. Ideò Prouerbiorũ 17. ſcriptum eſt: Spiritus triſtis exiccat oſſa. [diſciplina illius, datum Dei eſt:] i. compoſitio talis vxoris in moribus & cuſtodia, qua ſe refrenat, eſt ſpirituale donum Dei, cùm mulieres ſoleant eſſe leues. Hinc Prou. 18. inducitur: Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino. [mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ:] i. vir prudens & doctus, pro nulla re relinqueret, daret, aut commutaret mulierem ſapientem, quietam, & diſcretè ſilentem. [gratia ſuper gratiã,] i. beneficiũ valdè ꝑcipuum & gratiſſ. donum eſt, [mulier ſancta & pudorata:] quæ decoratur verecundia bona, quę in iuuenibus & perſonis fœminei ſexûs præcipuè commendatur. [Omnis autem ponderatio, non eſt digna continentis animæ.] i. nullũ bonum corporale æquiualet continentiæ ſeu homini continenti. Hoc allegat Albertus ad probandũ, q̃ pontifex ſummus diſpenſare non poſſit in voto religionis ſolenni circa caſtitatẽ, vt ſ. religioſa caſtitatẽ profeſſa, ſocietur cõiugio. Ad quod etiam allegat, q̃ S. Matthęus Apoſtolus noluit ſanctã Iphigeniam ſanctimonialem, *regis Aethiopum filiam, dare regi cuidam in coniugem: cùm tamẽ rex ille* cũ toto regno ſuo, aſſumere vellet fidem Chriſti. Deindè per quędã exemplaria commẽdat magnificè virtuoſam matronã. [ſicut ſol oriens in mũdo in altiſſimis Dei,] i. in cęleſtibus ſphæris ſeu orbibus: nã & ſol medius dicit planetarũ. [ſic mulieris bonę ſpecies] i. habitudo ac ꝑſentia [in ornamentũ domûs ſuæ.] i. domum & domeſticos ſuos perornat, clarificat, dirigit, ſicut ſol viſibilia vniuerſa. [Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctũ,] i. ſicut lucerna ſuper candelabrum templi collocata, illuminat templũ: [& ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem:] i. ſic ornat familiam modeſtia vultûs in muliere maturæ ætatis exiſtens. [Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas:] ſ. ſpecioſæ ac ſolidæ ſunt. [& pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris:] i. ſic ornati ſunt pedes quietæ matronæ, quæ pedibus ſuis non diſcurrit, ſed reſidet domi ſuper proprias plantas quaſi ſuper baſes argenteas. [fundamenta æterna] i. diutiſſimè permanſura, [ſuper petram ſolidam] ſituata non commouentur, ſicut in Euangelio loquitur Chriſtus: Omnis qui audit verba hęc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui
Matth.7. ædificauit domum ſuam ſupra petram. Vndè & fundamenta æterna ſuper ſolidam petram, ſunt Apoſtoli in Chriſto firmati. [& mãdata Dei in corde mulieris ſanctæ] ſtabiliter permanent. [In duobus contriſtatum eſt cor meũ,] quia mala ſunt & dolenda. [& in tertio iracundia mihi aduenit:] i. ira per zelum, eo q̃ tertium iſtud ſit valdè prauum ac miſerum. Deindè
Pſal.7. exprimuntur duo illa: [Vir bellator deficiẽs per inopiam,] hoc eſt primum & miſerabile, q̃ ſcilicet homo ſtrenuus, pugnans pro reipublicæ defenſione, deficiat paupertate: ità q̃ cõmunitas eius charitati, laboribus, periculisq; ingrata eſt, nõ ſubminiſtrans ei neceſſaria vitæ ac ſuo officio. Aliud eſt, [vir ſenſatus cõtemptus:] cùm tamen ſapienti reuerentia debeatur. Porrò improbi & ſuperbi, abhorrentes *inferiores & indoctiores videri, ſolent* aſpernari ac deridere ſenſatos. Vndè in Eccleſiaſte habetur, de ſapiente, qui per ſapientiam ſuã liberauit
Eccłes 9. vrbem ab obſidione, & deincèps nemo memor fuit illius. Sequitur tertium, [& qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatum:] i. iuſtam conuerſationem, in qua vixit, relinquit & ad iniquitates diuertit. Peccare nanq; eſt peius, quàm depauperari, aut honorem non conſequi. [Deus parauit eum ad rompheam:] i. ad vltionem & pœnam gehennalẽ, quia ingratus eſt Deo,
Ezech. 18. nec perſeuerat vſq; in finem, de quo per prophetam Dñs loquitur: Si auerterit ſe iuſtus, & fecerit iniquitatẽ, oẽs iuſtitiæ quas fecerat, nõ recordabunt, ſed in præuaricatione ſua morietur. De hac romphea Iob 19. ſcriptum eſt: Fugite à facie gladij, qm̃ vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium. [Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt:] id eſt, duo genera ſeu officia hominũ conſideraui, quæ difficulter vitant vitia magna, & periculis ſunt

pro-

propinqua, quæ tamen officia nõ ſunt in ſe illicita, neq; prohibita, ſed potiùs neceſſaria cõmunitati, de quorum primo ſubiungitur: [Difficilè exuitur negocians à negligentia:] i. negociator mercantijs ſuis intentus, rarò ac difficulter euadit vitia cupiditatis, & negligẽtiam ſuæ ſalutis, immò mortaliter peccat, ſi finaliter quærat lucrum, aut immoderatè, aut per vias prohibitas, putà per fraudes, periuria, mẽdacia, inhiet lucris. Vndè in pſalmo quo habemus, Pſal. 70.
Quoniam nõ cognoui literaturã, introibo in potentias dñi, Antiqua tranſlatio habet: Quoniam non cognoui negociationem, introibo in potentias Dñi. Circa quod quidam expoſitorum *affirmant, quòd negociator de domo Dei eijcitur.* In Zacharia quoq; fertur: Non erit Zach. 14.
mercator vltrà in domo Dñi. Porrò ſi negociator ordinet ſuum laborẽ & lucrum ad finem honeſtum ac ſpiritalem, putà ad ſuſtẽtationem ſui ꝑſonæ & ſuorum ſuſtentationem, & deindè ad dei obſequium, ad quod ſe ipſum & propriam vitam tenetur referre, nec per inordinata media quęrat lucrum, nec immoderatè afficiatur ad illud, ſed ſolùm inquãtùm ſibi ac ſuis neceſſarium eſt aut vtile ad benè viuendum, nõ eſt officium illud illicitum, ſed virtuoſum meritoriumq; efficitur, ſicut & cætera mechanica opera. Verùm hoc rarò & difficulter inuenitur. [Et non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorũ:] id eſt, tabernarius ratò & difficulter immunis eſt à vitijs linguæ, quibus tales ſolent aſſiduè implicari. Circa hoc ait Gloſſa: Actus peſſimus, non res honeſta, damnatur. Ille negociator abominandus eſt, qui per immoderatam ambitionem ſeu cupiditatem, merces ſuas honorat periurio magis, quàm precio.

¶Declaratio Cap. 27. Propter inopiam multi deliquerunt. Art. 28.

MOdò expreſſit in fine ꝑcedentis capituli duos modos viuendi, in qbus ex auaritia contingunt multa & magna peccata. Hinc generaliter loquitur hîc contra auaritiæ vitium. [Propter inopiam multi deliquerunt:] vel ipſam paupertatem impatienter tolerando, atq; diuitibus inuidendo, aut aliorũ bona deſiderando, vel impiè obtinendo per furtum, rapinã, latrocinium. Ideò Chriſtus paupertatẽ ſpõtaneam beatificat, dicendo Lu. 6. Beati pauperes, qm̃ veſtrum eſt regnũ Dei. Atq; ſeipſum exemplũ paupertatis extremæ ꝑbendo, dicens Matt. 8. Vulpes terræ foueas habẽt, & volucres cæli nidos: filius aũt hominis nõ habet, vbi caput reclinet. [Et qui q̃rit locupletari,] i. plùs quàm ſibi ſecundùm ſuũ ſtatũ & onus, neceſſariũ aut vtile eſt, quo ad virtuoſè viuendum, acquirere de rebus terrenis, [auertit oculũ ſuum,] i. mẽtis intuitũ ac rationẽ auertit à Deo & eius ꝓceptis, in qbus hoc ꝓhibet, dicẽs per Eſaiã: Væ q̃ coniungitis domum ad domũ, & agrum agro Eſaiæ 5.
copulatis. Immò in Euangelio per ſeipſum: Cauete ab oĩ auaritia. Itẽq;: Poſſibilius eſt camelum tranſire per foramẽ acûs, quàm diuitẽ intrare in regnum cælorum. Vndè & Prou. 2. Marc. 10.
ſcriptum eſt: Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum. Ideò ait Apoſtolus 1. Lucæ 18.
Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueum diaboli. Et certè his auditis & cognitis, mirum q̃ homo Chriſtianus fidẽ habens diuini iudicij, & cui ꝓmiſſum eſt regnum cælorum, quærit in tẽporalibus abundare, per quæ à ſpiritualibus impediẽ, atq; diuerſis periculis implicatur. [ſicut in medio cõpaginis lapidũ, palus figit:] i. inter iuncturas ſaxorum ponitur lignũ, quod hincindè grauitate ſaxorum cõprimitur. [Sic & inter medium venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatis:] i. ipſi vendentes & ementes in ſuis contractibus implicantur periculis vitiorũ, dum vendens, rẽ ſuã nimìs cõmendat, & plùs quàm valet vendere nitiẽs, emens verò, eam nimìs vituperat, & minùs iuſto precio proea dare molĩtur, iuxta illud Prou. 20. Malum eſt, malum eſt, dicit oĩs emptor: & cùm receſſerit, tunc gloriabitur. Vndè (vt in lib. de Trinit. recitat Auguſtinus) qdam volens verbũ proferre, in quo oĩes concorditer aſſentirẽt, loquutus eſt: Oẽs vultis cariùs vendere, ac viliùs emere. Et tamẽ (vt aſſerit Auguſtinus) verbũ illius inſtantiã patitur, qm̃ verè timorati & iuſti, nec cariùs cupiunt vẽdere, nec viliùs emere. Nẽpe & ſi ſecundùm leges humanas liceat rẽ cariùs vendere, dũmodò vltra mediũ iuſti precij hoc nõ fiat, tñ in foro cõſcientiæ non licet vltra iuſtũ preciũ pro re venali exigere, nec minus precio iuſto dare, niſi de vẽdentis cõſenſu. Qualiter aũt iuſtus valor rerum pẽſandus ſit, Henricus de Haſſia in lib. ſuo de contractibus docet magiſtraliter ac diffuſè. [Cõteret cũ delinquente delictũ:] i. pctm̃ cum ſuo actore dãnabit, iuxta illud Pſal. 1. Iter impiorũ peribit. Et rurſùs: Exibit ſpũs eius, & reuerteſ in terrã ſuã, in illa die Pſal. 145.
peribũt oẽs cogitationes eorũ. Quãuis etiã iniqui malè agant, neũq; blaſphement ac odiant in inferno, ampliùs tamẽ nõ demerenẽ, cũ in termino ſint, non in via, nec in ſtatu merẽdi & demerẽdi: ſic pctm̃, ſecundùm quod dicit actionem demeritoriam, terminatur in morte. [Si nõ in timore Dñi] ſiliali aut initiali [tenueris te inſtanter,] i. indeſinenter ac firmiter exemplo ſancti Iob aſſerentis: Semper quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui deũ. [citò ſubuerte- Iob 31.
tur domus tua] i. mens ſeu cõſcientia, vel virtutum & meritorum tuorum ſtructura, hoc eſt,

citò

citò incides peccatum mortale, si paululùm cesses deũ timere, cùm timor iste sit virtutũ custodia. Ideò Salomon Prou. 23. ait: In timore dñi esto tota die, & habebis spem in nouissimo. Itẽq; Prou. 14. Timor Dñi fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Sicut igit̃ riuuli citò siccant̃, nisi suo fonti cõtinuent̃: sic spũalis vita corrumpit̃, si à timore Dei diutiùs separet̃. Homo em̃ ex ꝓpria fragilitate, ex diabolica suggestione, ex proximorũ attractione impellit̃ ad peccandum, ità ꝙ Gen. 8. meritò dicit̃: Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malũ. Ideò nisi per timorẽ Dei retrahat̃, citò euacuat̃. Si ꝙdem timor est diligentiæ solicitator, & cautio mentis. Itaq; sicut nauis vi & impulsu aquarũ descendit, nisi per ancorã teneat̃, aut cũ vi sursùm pellat̃, sic homo per fomitẽ ac per alia incitamenta peccandi in peccata dilabit̃, nisi per timorẽ ad Deũ assiduè dirigat̃. Ideò scriptũ est: Per timorẽ declinat vnusq; q; à malo. Et si dicat̃, ꝙ ad ista sufficiat charitas, respondendũ, ꝙ charitas directè inclinat ad bona & ad vitandum mala opposita. Sed nisi adsit ei fuga & abominatio horrorq; culpæ, seu detestatio & formido diuinæ offensæ, citò obruit̃, & per incautelã prosternit̃, velut si fortis vir vadat per cãpum hostibus plenũ, citò periclitat̃, nisi indesinenter solicitus sit custodire seipsum. [Sicut in percussura cribri remanebit puluis,]quanuis em̃ cribrũ diuidat grana à paleis immunditijsq; admixtis, tñ in foraminibus cribri remanet aliqd puluꝛis, & velut reliquiæ q̃dam materiæ vilis. [Sic aporia hominis]i. stimulus & angustia seu remorsus de prẽteritis vitijs, [in cogitatu illius:]i. in recordatione hominis manet. Quanuis em̃ actus peccati pertranſit & cessat, tñ in recordatione de ipso, stimulus in syntereſi, & remorsus in cõscientia manet. Vndè Esai. 66. ferẽ: Vermis eorum nõ morietur. Atq; in Psalmo 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. [Vasa figuli probat fornax]ardens, i. ostendit quæ sint bona lutea vasa seu ollæ. Nam bonæ ollæ, in igne fornacis consolidantur: malæ crepant, exiliunt, dissipantur. [& homines iustos]probat [tentatio tribulationis:]i. examinatio seu visitatio per aduersa, per infirmitates, damna, irrisiones, iniurias & diabolicas suggestiões. Si ergò in feruore & igne aduersitatum istarum homo permaneat fixus in Deo, proficiensq; in gratia & virtute, signum est ꝙ verè sit virtuosus: si verò murmuret & impatiens fiat, seu malis consentiat, signum est ꝙ nõ verè virtuosus existat. Hinc patientia vocatur probatrix virtutum, & de his qui canonizandi occurrunt, præsertim inuestigatur, an in aduersis fuerint patientes. Hinc scriptum est Sap. 3. Tanq̃ aurum in fornace probauit iustos Dñs. In Prouerbijs quoq; : Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ità corda probat Dñs. Qui & per Zachariam testatur: Ducam eos per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum, & exaudiam eos, quos in igne aduersitatis inuenero patientes, firmiterq; constantes. Itaq; vnusquisq; consideret & examinet semetipsum, an verè sit deuotus ac virtuosus, nec credat suæ deuotioni sensibili aut fletui, sed perpendat, an in omni correptione & correctione, in omni aspernatione, tentatione, afflictione, damno, diffamatione & persequutione sit constans & patiens. Si em̃ per impatientiam, verbositatem, indignationem, iram seu vltionem, seu alterius criminationem, exilit, crepitat, frangitur, sciat se non virtuosum. Ideò subditur: [Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius,]i. cultura rustici circa arborem, facit apparére & nasci arboris fructum, [sic verbum ex cogitatu cordis hominis:]i. sic loquutio procedens ex cogitatione mentis, ostendit quale sit cor, an scilicet sit intùs tranquillũ, & glorians in aduersis, an turbulentum ac murmurans. Hoc est quod in Euangelio asserit Christus: Vnaquęq; arbor ex fructu suo cognoscit̃. Et rursùs: Bonus homo de bono cordis sui thesauro profert bona, & malus similiter mala. Veruntamen sicut est, qui se nequiter humiliat, sic pessimi quidam patientiam fingunt in verbis, cùm intùs sint pleni impatientiæ motibus. His consonat illud Prou. 27. Quomodò probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurũ: sic probatur homo ore laudantis, & etiã vituperantis. Qui em̃ ꝓprijs laudibus delectatur, & vituperationibus ac correptionibus frangitur, nõ est homo virtutis. Hinc excusatio in peccatis, est comes & effectus superbię, similiter impatientia in correptionibus. Patientia verò & accusatio sui ipsius, in omni correptione & correctione comites sunt & effectus humilitatis. Deniq; fundamentalis causa, cur patientia in aduersis sit ꝓbatrix virtutũ, est, qm̃ patientia talis signũ est extirpationis priuati amoris, quo homo afficitur ad propria commoda & honores, sicq; abhorret ac refugit vituperationes, aspernationes, correptiones. [Ante sermonẽ nõ collaudes virũ:]i. nõ dicas eũ esse virtuosum, quousq; completè perceperis quid in aduersitatibus, correptionibusq; respondeat. Quia ex verbis, & præcipuè ex fine & conclusione sermonis, innotescit qualitas cordis, intentioq; loquentis. Idcircò Prouer. 18. inducitur: Qui priùs respondet q̃ audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. [Hæc enim tentatio est hominis:]id est, per verba sua tentatur & proba-

Prou. 17.
Zach. 13.
Matth. 7.
Matth. 12.

probatur, qualis sit ipse qui loquitur; quia ex abundantia cordis os loquitur: vel hæc tentatio est hominis, i. humana tentatio est, & leuitatis indiscretiõisq; signum, laudare hominem antequàm audiat̃. [Si sequaris iustitiã,]actibus eius inhærendo, vel ad eam obtinendã debitè laborando, [apphendes illam:]i. acquires & proficies in eadẽ. Et potest per iustitiam intelligi omis virtus. Hinc dictũ est suprà cap. 15. Qui cõtinens est iustitiæ, apphendet eã. Nam et, si homo fecerit quod in se est, deus mox gratiã tribuit, iustitiãq; infundit, auget, seu perficit. Propter quod ait Saluator Matth. 5. Beati q esuriunt & sitiunt iustitiã, qm̃ ipsi saturabuntur. [Et indues quasi podẽré honoris illã:]i. æquitate ornabis & spiritaliter vesties animam tuã, sicut corpus vestit̃ & decorat̃ honorabili illa veste sacerdotali, quę podéris dicebatur, de qua Sapientię 8. fertur, ꝙ in veste podéris Aaron, orbis erat descriptus. Hinc sanctus Iob: Iustitia, inq t, indutus sum. Et Esai. 61. Indumento iustitiæ circundedit me. [& inhabitabis cum ea:]i. iustitiæ adhærebis, & per eam verè eris in mystico corpore Christi, & in eius Ecclesia manens. [& proteget te in sempiternũ,]nè tentationibus vitiisve succumbas, & ab æterna damnatione te eruet per modum meritoriæ causæ. [& in die agnitionis]i. iudicij, quandò illuminabuntur abscondita tenebrarum, & omnia deducentur in lucem. [inuenies firmamentum:]i. forte præsidium & Dei auxilium, iuxta illud in Psalmo 36. Non vidi iustum derelictũ. Tunc em̃ (vt Saluator ait) oues statuet ipse iudex à dextris, & ibunt iusti in vitã æternam, & fulgebunt vt sol in regno patris cælestis. [volatilia ad sibi similia cõueniunt:]i. quæ eiusdem sunt speciei, congregantur ad inuicẽm, sicut de hoc dictũ est plenius suprà cap. 13. vbi habetur: Omẽ animal diligit sibi simile, & omis caro ad sibi similẽ coniungeť. [& veritas ad eos, qui operantur illam, reuertetur:]i. redundabit in eos per remunerationẽ beatam, & verũ copiosum q; præmium eis acquiret. Quod intelligi potest, non solùm de veritate vitæ atq; iustitiæ, sed & de veritate doctrinæ moralis, quam opere exercere oportet. Hinc in Euãgelio veritas summa affirmat: Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et rursùs: Qui facit veritatem, venit ad lucem. [Leo venationi insidiatur semper:]i. animalibus, quorũ libẽter vescitur carnibus. [sic peccata operantibus iniquitatẽ]insidiantur, quia improuisè & subitò nocent eis, ità ꝙ ab infernalibus deuorantur leonibus, iuxta illud Prou. 5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Hinc Tobiæ angelus ait: Qui faciunt iniquitatẽ, hostes sunt animæ suæ. Et Prouer. 14. †Stultis illudit peccatum. [Homo * sanctus in sapiẽtia manet sicut sol:]i. rationi inhæret stabiliter, nec nebulis passionum lumen sapientiæ suæ extinguitur, immò passionibus dominatur, & spiritaliter fortis & constans est contra tentationes ac vitia, vtpotè habituatus in bonis. Propter quod in suis orationibus, meditationibus, affectionibus & exercitijs virtuosis Deo stabiliter est intentus. Hinc scriptum est Prou. 24. Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus. [nam stultus sicut luna mutat̃:]i. diuersis passionibus agitat̃, & de malo in peius præcipitat̃. Et per stultum intelligit̃ quicũq; homo passionatus & vitiosus. Ideò fertur Psal. 1. Nõ sic impij, nõ sic, sed tanquàm puluis quẽ proijcit ventus à facie terræ. Impij ergò, qui tentationibus & vitijs nõ resistũr, mutantur assiduè instãr lunæ. [In medio insensatorum serua verbum tempori]i. inter insipientes non multùm loquaris, nec doceas, sed verbum doctrinæ reserua tempori opportuno, in quo audientiam víderis te habere. Hoc est quod Prou. 23. dictum est: In auribus insipientium nè loquaris, quia despicient doctrinã eloquij tui. Et infrà: Vbi non est auditus, non effundas sermonem. [in medio aũt cogitantium assiduus esto:]i. libenter & frequenter sis inter eos, qui meditãtur salubria, & cõsiderationibus fructuosis intenti sunt, qui dicere Deo possunt: Meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Vndè Prou. 12. dictum est: Cogitatio stulti, peccatum: cogitationes aũt iustorũ, iudicia. Et rursùs: Cogitationes iusti, semper in abundantia. [Narratio peccantium odiosa,]quia fatua verba loquuntur. Et dato, ꝙ prædicent bona, tñ qa ꝑdicare indigni sunt, eorũ ꝑdicatio Deo odibilis est, iuxta illud Psal. 49. Peccatori dixit Deus: Quarè tu enarras iustitias meas? Prou. 15. quoq; legit̃: Os impiorum pascitur imperitia. [& risus illorũ in delictis peccati:]i. in suis ac aliorum peccatis inaniter gloriãtur, sicq; alienis communicat vitijs, de qbus ait scriptura Prou. 2. Lætantur cùm malefecerint. [Loquela multùm iurans, horripilationẽ capiti statuet:]i. horrorẽ cũ pilorũ erectione incutiet auditoribus timoratis, q vehementer exhorrẽt vitiosam iurationẽ. Porrò de horripilatione scriptura ait: Iob 4. Inhorruerũt pili capitis mei. [& irreuerentia ipsius, obturatio auriũ:]i. inhonoratio quã infert Deo, est causa, ꝙ boni audientes, aures suas obturant atq; auertũt, nè audiant eã, iuxta dictum prophetæ, dicentis: Qui obturat aures suas nè audiat sanguinẽ, i. verba iniquitatis & sanguinis. [Effusio sanguinis in rixa superborum:]i. ex contentione & iurgio

Matth. 12.
Iob 29.
1. Cor. 4.
Matth. 25. & 13.
Ioan. 8.
Ioan. 3.
Tobiæ 12.
†Stultus
*sensatus
Eccl 34.
Psal. 18.
Isaiæ 38.

gio ſuperborum, oriuntur vulnerationes & homicidia, quia vnus eorum non vult alteri cedere. [& maledictio eorum, auditus grauis:] i. maledictio, qua ſibi inuicèm maledicunt, aut Deum blaſphemãt, grauis eſt ad audiendũ. [Qui denudat arcana amici,] i. ea quæ ſecretè & in fide ab illo audiuit, vel quæ ipſe ſolus cognoſcit, & manifeſtari non expedit, [fidem perdit:] i. fidelitatẽ violat in ſeipſo, & quãtùm in ipſo eſt, deſtruit fidelitatẽ amici ſui ad ipſum, immò cùm peccet mortaliter, perdit fidẽ formatam, q̃ eſt theologica virtus in ſe, quãtùm ad fidei formationẽ per charitatẽ, & retinet fidem informẽ. [& nõ inueniet amicum ad animũ ſuũ:] i. fidelẽ amicum iuxta deſideriũ ſuum. Qui eñ cognouerint infidelitatem ipſius, vitabunt amicitiã eius. Hinc ſcriptũ eſt Prou. 11. Qui ambulat fraudulẽter, reuelabit arcana: qui aũt fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. [Dilige proximum] ſpiritali & cõſtanti amore, [& coniungere fide cum illo:] i. vera fidelitate ei adhære. [Quòd ſi denudaueris abſconſa illius, nõ perſequeris poſt eũ:] i. non appẽdes plenariè priſtinã amicitiam eius. Dictum eſt enim, q̃ familiaritas talis hominis ſit vitãda. Ideò ſubdit: [Sicut eñ homo qui perdit amicũ ſuum] per mortẽ illius, [ſic qui perdit amicitiam proximi ſui,] offendendo illum per reuelationem ſecreti ipſius, q̃ in tali caſu familiaris amicitia vix aut non recuperatur, vt dictum eſt plenius ſuprà. [Et ſicut] homo [q̃ dimittit auem de manu ſua, nõ poteſt eã recuperare:] loquẽdo de auibus indomitis: [ſic q̃ reliquiſti proximum tuum, offendendo eum modo p̃tacto, ità q̃ meritò te relinq̃t, quo ad amicitiam familiarẽ. [& nõ eum capies:] i. amicitiã priſtinam eius non recuperabis. [non ſequaris illum,] ad renouandum amicitiam priſtinã, [qm̃ longè abeſt:] i. cor ſuum omninò auertit ab amicitia ſpeciali & familiari tecum habẽda. [Effugit eñ quaſi caprea de laqueo:] i. de vinculo amicitiæ tuæ celeriter exilijt, ſicut capra ſyueſtris de retinaculo ſibi expanſo. [qm̃ vulnerata eſt anima eius:] i. dolore grandi percuſſa & læſa, eo q̃ experta ſit tantam infidelitatẽ in te. [Vltrà eum nõ poteris colligare:] i. prioris amicitiæ vinculo tibi connectere. [& maledicti eſt recordatio:] i. ſi ipſe rurſùs cõcordauerit tecũ ad renouandum amicitiam priſtinam, multi maledicent ei tanquàm ſtultè agenti, & periculis magnis ſe exponenti. [Denudare aũt amici myſteria,] i. ſecreta, [deſperatio eſt animæ infelicis:] i. ad æternam deſperationẽ & cõdemnationẽ Tartaream trahit, eſtq̃; cauſa, q̃ talis denudator irrecuperabiliter perdidit amicitiam proximi quẽ offendit. Hinc ſcriptũ Prou. 20. Ei qui reuelat myſteria, nè cõmiſcearis. [Annuens oculo,] i. ſignum ſeu nutum proditionis aut læſionis cum oculo faciens, de qualibus fertur in Pſalmo 34. Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. [fabricat iniqua:] i. nocere quærit inſidioſè & clàm ei, cuius ſe fingit amicum. [& nemo eum abijciet:] i. nullus ſocietatem & communionẽ eius vitabit, quia adhuc ignorat calliditatẽ nequitiamq̃; ipſius. [In conſpectu oculorũ tuorum conculcabit os ſuũ:] i. quaſi amoroſè & dulciter tibi loquẽ in tua præſentia. [& ſuper ſermones tuos admirabitur:] i. apparatum oſtẽdet quaſi miretur, quòd tam ſapientiſſima protuleris verba. [Nouiſſimè autem peruertet os ſuum:] i. peruerſè loquetur de te, cùm viderit tempus ſibi ad hoc opportunum, [& in verbis tuis dabit ſcandalum:] i. confundet te in proprijs verbis. [Multa aut diui, & nõ coæquæui ei:] i. diuerſa hominũ ſcelera cognoui, & nullum vitiorũ illorum reputaui æquale huic ſcelerato præfato facinori. [& Dñs odiet illum:] i. Deus talem ſimulatorẽ abominabitur & damnabit. His conſonat illud Prouer. 6. Homo apoſtata, vir inutilis gradit ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat: huic extemplò veniet perditio ſua. Cõſequenter per multa ſimilia probat, q̃ peccatum vniuſcuiuſq; redundat in ſuũ authorem. [Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet:] ſi lineali rectitudine proijciat lapidẽ ſurſùm, nec ipſe mutet locũ. [& plaga doloſa doloſi diuidet vulnera] i. læſio aut damnũ, quod homo fraudulẽtus infert proximo ſuo doloſè, ſibijpſi in primis nocebit, & vulnera animæ eius augebit. Nã peccat mortaliter, & pœnã meretur æternã. Hinc ſubditur: [Qui fodit foueam,] i. deceptionis laqueũ alteri parat, [incidet in eam:] i. ſuæ deceptionis demerito cadit in vitiorum p̃fundum, deindè in ima inferorum. Sic ait Chriſtus Matt. 26. Omnes q̃ acceperint gladium, gladio peribunt. [Et q̃ ſtatuit lapidem proximo ſuo,] vt proximus impingat in lapidem illum, [offendet in eo:] i. ſic faciendo, per lapidẽ corruit in peccatum, & legem Dei offendit. [& qui laqueum alio] iuxta antiquam grammaticã [ponit, peribit in illo:] quia ſic agens, peccat mortaliter. Sæpè quoq; contingit eum temporalia incõmoda ac tormenta incurrere, & eadem ſpecie tolerare, qui alijs quærit nocere, & deceptionũ machinamenta extendere, iuxta illud in Pſalmo 9. In laqueo iſto, quẽ abſconderunt, cõpræhenſus eſt pes eorum. Ideò additur: [facienti] i. danti ſeu excogitanti [nequiſſimũ conſilium,] qualiter ſcilicet alijs ſit
3.Reg. 16. nocendum, [ſuper ipſum deuoluetur:] ſicut in lib. Regũ narratur de Zamri & alijs quibuſdam

dam regibus Iſrael, qui traditoriè interfecerũt ſuos dominos, vt regnarẽt, & ipſi paulò pòſt ſimiliter fuerunt occiſi, etiã ab his, de quibus non ſuſpicabantur, & improuiſè. id circò ſubiungitur: [& non agnoſcet vndè aduenient illi:] i. ſibi tale & tantum periculũ, niſi fortè cùm actualiter ſibi infertur, & viderit eos à quibus ſibi infligitur. [Illuſio & improperiũ ſuperborũ & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi:] i. ſicut leo inſidiatur venationi, ſic homini tali imminet & contingit irriſio & cõtumelia à ſuperbis, à quibus ſuſtinebit talia, qualia intulit proximis, & vltionem debitam ſuſtinebit. [laqueo peribũt,] i. propria deceptione cadent, & dæmonum inſidijs capientur, [qui oblectantur caſu iuſtorum:] i. de iuſtorum hominum perſecutione, aut ruina eorum in culpam lætantur, ſicut hæretici, quandò aliquis catholicorum patrum cadit in vitium carnis. [dolor autem] i. grauis infirmitas aut mœror & deſolatio, [cõſumet illos antequàm moriuntur,] ſicut 2. Paralip. 24. narrat de Ioas rege Iuda, qui Zachariam pontificem iuſſit lapidibus obrui, & de Ioram filio Ioſaphat regis, qui fratres ſuos ſe meliores occidit. Simili modo cõtigit Antiocho regi fraudulẽtiſſimo & crudeli, qui ſeptem fratres ſanctos cum matre ipſorũ ferociſſimè interfecit, vt 2. Machab. 7. deſcribitur. Atque Herodi, qui Iacobum occidit apoſtolum, qui conſumptus à vermibus, expirauit miſerrimè, vt fertur Actu. 12. Hinc Prouerb. 28. ſcriptum eſt: Qui fodit foueã, incidet in eã: & qui voluit lapidẽ, reuertetur ad eum. In Eccleſiaſte quoq; Qui diſſipat ſepem, mordebit eũ coluber. Atq; Pſal. Lacũ aperuit atq; effodit eũ, & incidit in foueã quam fecit. [Ira & furor vtraq; execrabilia ſunt.] Nã & ira per vitiũ, ex ſuo genere eſt mortale peccatũ. Ideò ſcriptũ eſt Iob 5. Virũ ſtultũ interficit iracũdia. Et Iacobus ait Apoſtolus: Ira viri iuſtitiã Dei nõ operatur. [& vir peccator cõtinens erit illorũ:] i. vitia illa in ſuo corde recipiet & ſeruabit, iuxta illud in Pſal. 111. Peccator videbit & iraſcetur, dẽtib' ſuis fremet & tabeſcet. Quidã verò etiã boni, citò mouenẽ ad iracundiã, ſed non retinẽt eam: q̃ aũt retinent eam, ſicut hìc dicit, ſunt iniqui.

2.Para. 21. Eccẽs 10. Pſalm. 7. Iacob. 1.

¶ Elucidatio Cap. 28. Qui vindicari vult, à Dño inueniet vindictã. Art. 29.

CONtra iram & cõtra eius affectus iniquos hìc pleniùs loquitur. Ira autem per zelum, q̃ rationẽ comitatur & adiuuat in exequutione iuſtitię, nõ eſt praua, ſed bona, & fuit in Chriſto, iuxta illud in Marco: Contriſtatus eſt Ieſus ſuper cæcitate cordis illorum, circunſpiciens eos cũ ira. [Qui vindicari vult,] i. iniuriã ſibi aut ſuis illatã cupit aut conaẽ vlciſci, p̃pria authoritate, non ſeruato ordine iuris, aut etiã publica authoritate ſecundùm iuris proceſſum, cũ intentione iniqua & ex rancore, & vltionis, non æquitatis, amore: [à Dño inueniet vindictam:] i. diuinã vltionẽ pro ſuis ſuſtinebit peccatis. [& peccata illius ſeruans ſeruabit:] i. Deus reſeruabit peccata illius ad puniendum. Hoc eſt quod ait ſaluator: Cùm ſtatis ad orandũ, dimittite ſi qd habetis aduerſùs aliquẽ: q̃ ſi non dimiſeritis, nec pater veſter q̃ in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. [Relinque] i. agnoſce [proximo tuo nocenti te:] i. damnũ tibi ſeu iniuriã inferenti. Semper eñ remittẽda eſt proximo ipſa offenſa. Satisfactio aũt ſecundùm ordinem iuris, recta intẽtione & æqtatis amore exigi poteſt, quanuis melius ſit eam quoq; p̃pter Deũ dimittere, niſi forſan iniuriator ex tali remiſſione fiat improbior, ac pronior ad iniuriandũ, aut reſpub. patiatur indè iacturam, ac ipſi iuſtitiæ derogetur, q̃ in talibus caſibus cõmendabilius eſt modo prætacto pro culpa infligere pœnã, quatenùs qui peccauit, in præſenti caſtigetur, nè in æternum damnet. Omnes eterñ pœnæ præſentis vitæ, q̃ ſecundùm iuris ordinẽ infliguntur, ſunt medicinales. [& tunc deprecanti tibi] pro remiſſione culparum tuarũ, [peccata ſoluentur:] i. vitia tua tibi dimittentur à Deo, ad minus quo ad culpã, & in parte ſeu totaliter quo ad pœnã, quandò propter Deum dimittis alteri culpã & pœnã, i. iniuriã tibi illatã, eiusq̃; vltionẽ, dum expedit ità. Aliàs ſufficit p̃paratio animi ad dimittendũ ipſam quoq; ſatisfactionẽ, quandò ſic cõuenit. Hinc in Euangelio loqtur Chriſtus: Dimittite, & dimittemini: eadẽ q̃ppe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. [homo homini reſeruat irã:] quærendo opportunitatẽ vindicandi ſe de proximo ſuo, & in ira cõtra proximũ cõcepta pertinaciter remanendo. [& à Deo quærit medelã?] i. vitiorũ ſuorum curã & veniam. Quaſi dicat, Inaniter agit hoc. [in hominẽ ſimilẽ ſibi] in natura & fragilitate ac periculoſitatibus multis, [nõ habet miſericordiã, ſignoſcendo eidem: [& de peccatis ſuis deprecabitur altiſſimum?] i. Deum orat, vt ſibi dimittat ſua peccata, cùm tñ multo plùs forefecerit Deo, q̃ proximus ſuus ſibi. Hinc Chriſtus docuit nos orare: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, quatenùs ſ. miſericordiã faciendo cum proximo, miſericordiã impetremus à Deo. [Ipſe dum caro ſit] i. fragilis, carnalis, mortalis, [reſeruat irã] ſuo iniuriatori, [& propiciationẽ petit à Deo?] i. indulgentiã. [Quis exorabit pro peccatis illius?] quaſi dicat, Tã enormiter peccat talis, q̃ fruſtrà oratur pro illo, immò orare nõ poſſumus, vt ſibi tali manẽti Deus ignoſcat. Poſſumus

Lucæ 6. Matth. 6. Marci 11. Marci 3.

tamen & debemus orare, quatenùs oñi potẽs digneẽ illũ miſericorditer p̃uenire, cõpungere, illuſtrare, vt abiecta oñi ira atq; malitia, cõuertatur ad dñm, & diligat inimicos. Hinc etẽ in Euangelio aſſerit Chriſtus: Sic pater cæleſtis faciet vobis, (videlicet omnia debitae xigendo) ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo. [Memento nouiſſimorũ,] quorũ cõſideratio valdè retrahit à peccatis, ſicut dictũ eſt ſuprà ſuper illud: In oñibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis. [& define inimicari:] q̃a hoc repugnat charitati, quæ cunctis viatoribus in Deo, & propter Deum eſt impendenda, ſicut p̃cipit dñs: Diligite inimicos veſtros, benefacite his q̃ oderunt vos. Ideò ait Dauid Pſal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. [Tabitudo eñ] i. ſpiritualiũ gratiarũ viriumq́; defectio, [& mors imminent in mandatis:] i. p̃uaricatione mandatorũ, in quorum p̃uaricatione conſiſtit mors culpæ mortalis, cui debeẽ mors infernalis, de q̃bus malis in Eccleſiaſte dictũ eſt: Qui cuſtodit mandatum, nõ experietur quicq̃ mali. [Memorare timorem Dñi] filialem, i. q̃ neceſſarius vtiliſq́; cõſiſtat timor Dei, iugiter pondera, vt ſemper habeas illum in te. [& nõ iraſcaris proximo] ira per vitiũ, de qua Gen. 45. Ioſeph fratribus ſuis dixit: Nè iraſcamini in via. Vndè & Eccleſiaſtes ait: Nõ ſis velox ad iraſcendũ, q̃a ira in ſinu ſtulti requieſcit. [Memorare teſtamenti altiſſimi:] i. veteris teſtamenti dati per Moſen, hoc eſt, p̃ceptorum illius, in q̃bus ira & inimicitia prohibeñ. [& deſpice ignorantiã proximi tui:] i. iniuriam & improbitatẽ tibi illatam per ignorantiã à proximo, paruipende atq; dimitte. Superbi aũt, iracundi, & impatientes, etiam modicã iniuriam eis factã reputant magnã, immò frequenter quod iniurioſum nõ eſt, reputant iniurioſum, & pro parua offenſa inferre cupiunt grandẽ vindictam, nõ penſantes illud Leuit. 10. Nõ quæras vltioné, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ. [Abſtine te à lite,] ſicut hortaẽ Apoſtolus: Noli verbis cõtendere. Ad nihil eñ vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. Et rurſùs: Cùm ſit inter vos zelus & cõtentio, nũnè carnales eſtis, & ſecũdùm hominẽ ambulatis? [& minues peccata:] i. multa peccata vitabis, q̃ oriuntur ex lite. Apoſtolus quoq; cõtentionẽ inter mortalia cõputat crimina. [homo eñ iracũdus incendit litẽ,] i. ſeipſum ac alios prouocat ad litigandũ, ſecundùm illud Prou. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignẽ, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. [& vir peccator] ſ. habituatus in vitijs [turbabit amicos,] i. proprios amicos offendet & inquietabit, & eos q̃ mutuã habent amicitiã, cõuertet ad auerſionẽ. Vndè ſubiungit: [& in medio pacẽ habentiũ immittit inimicitiã] ſeminando diſcordiã, ſicut Siba, p̃uocauit Dauid regẽ cõtra iuſtum Mephiboſeth per accuſationẽ mendoſam, intantùm q̃ Dauid dixit: Tua ſint oñia q̃ erant Mephiboſeth. Hinc Prou. 6. afferit: Deteſtatur anima mea eũ, qui ſeminat inter fratres diſcordiam. [Secundùm eñ ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcit.] i. ſicut ignis materialis tãto ſit maior atq; calidior, quanto plura ligna ei apponũtur, [& ſecundùm virtutẽ hominis, ſic iracundia illius erit:] i. ſic homo tanto maiorẽ concipiet iram cõtra iniuriantẽ, quo maioris eſt poteſtatis & authoritatis, ſicut cõmuniter cernimus, q̃ magnates & potentes intenſiùs iraſcũtur, ſimiliter diuites. Propter quod ſubditur: [& ſecundùm ſubſtantiã ſuam] i. quo opulentior fuerit, [exaltabit iram ſuam,] oſtendendo eam etiam per geſtus ac ſigna ſeu opera, ſecundùm illud Prou. 14. Qui impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuã. Iſti eñ ſunt communiter magis ſuperbi: ideò ampliùs ponderant ſuam iniuriam, propter quod ampliùs iraſcuntur; quoniam ira eſt appetitus vindictæ propter paruipenſionem. Nihilominùs quidam potentes ac diuites ex naturali *diſpoſitione*, ſeu acquiſita vel infuſa virtute, ſunt mites & patientes. Vndè cùm quidam vocãſſet Octauianum potentiſſimum imperatorem tyrannum, dixit: Si eſſem, non diceres. Iulius quoq; multas iniurias ſuſtinuit patienter. Scriptura aũt loquitur ſecundùm id, quod communiter accidit. Hinc periculoſum eſt & vitandum, contra potentiores & ditiores contendere, ſicut præhabitum eſt: Non litiges cum homine potente. [Certamẽ feſtinatum incendit ignẽ:] i. diſceptatio ſeu increpatio impetuoſa, inflammat iræ furoriſq́; impetũ atq; incendium. [& lis feſtinans] i. ſine refrenatione in verba prorumpens ac verbera, [effundit ſanguinem: & lingua teſtificans,] i. aliquẽ litigantium approbans, ſeu cauſæ ſuæ teſtimonium tribuens, q̃ ſit iuſta, vel adiuuans eũ *in litigando*, [adducit mortem:] i. eum quem iuuat & approbat, ad alterius occiſionem inducit & animat. Vndè Prou. 26. habetur: Sicut qui appræhendit auribus canem, ſic qui commiſcetur rixæ alterius. Circa hoc ait Gloſſa: Diſciplina immoderata, excitat ardorem furoris: & procax loquutio, effuſionem ſanguinis. [Si ſufflaueris] i. verba prouocatiua protuleris, [quaſi ignis exardebit:] i. ex hoc ira alterius fortiùs ſuccendetur. [& ſi expueris ſuper illam,] id eſt, verba refrigerativa protuleris, vel linguam procacem, vilem eſſe oſtenderis, [extinguetur:] id eſt, per hoc ira proximi minuetur. Quemadmodùm enim immoderata & dura loquutio excitat iram, ſic moderata & pia extinguit eandẽ. [& vtraq; ex ore proficiſcunt:] videlicet tã verba iram inflãmantia, q̃ verba eã mitigantia. Sic & Iacobus ait Apoſtolus: Ex ipſo ore, p̃cedit benedictio & maledictio. [Suſurro & bilinguis maledicus:] i. tam ſuſurro, q̃ in aure malũ de p̃ximo loq̃tur detrahendo, q̃ bilinguis, q̃ duabus vtitur linguis, aliud & aliter loquens in abſentia, & aliud alitérve in p̃ſentia, volens vbiq; etiã iniuſtè placere, eſt maledictus: vel ſuſurro, qui etiã eſt bilinguis, eſt maledictus. [multos eñ turbauit pacẽ habentes,] ſeminando inter eos inquietudinẽ, diſſenſionẽ, diſcordiã. Ideò ſcriptũ eſt: Cùm defecerint ligna, extinguet ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcent. [Lingua tertia] quæ ſ. malè mediat inter duos aut plures, obloquendo, aut alio ſermone repetendo, [multos cõmouit] ad inquietudinem, odium, indignationẽ, diſſenſionem. [& diſperſit illos de gente in gentẽ] poſt bella & deiectionẽ, ità q̃ victi fugerunt ad loca diuerſa. [Ciuitates muratas diuitũ deſtruxit:] q̃a ex eius impia locutione diuites cõtra ſe inuicèm concitanẽ, & eorum q̃ vincuntur, muri ac domus à victoribus deſtruunt. Vndè ſubiungit: [& domus magnatorũ effodit, virtutes populorũ cõcidit, & gentes fortes diſſoluit:] ità q̃ vnus populus aliũ impugnant, & ſe inuicèm vaſtauerunt. Hinc legit Prou. 17. Qui alio ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Et rurſùs: Vir impius fodit malũ, & in labijs eis ignis ardeſcet. Itéq́;: Homo peruerſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat principes. [Lingua tertia mulieres viratas] i. viriles & probas, [eiecit de domibus] maritorum ſuorũ, faciendo diſcordias, ſuſpiciones, rixas inter cõiugatos, [& priuauit illas laboribus ſuis:] i. fructu laborũ ſeu bonis domeſticis ac opibus, ità q̃ abeuntibus mariti nil dare voluerunt. [Qui reſpicit illã,] l. linguã tertiam aduertit, credendo eidẽ, [nõ habebit requiẽ] mentis, [nec habebit amicum in quo requieſcat] cũ plena cõfidentia. Ideò nõ ſimus faciles ad credendũ loquẽtibus mala de proximis, immò (vt ait S. Bernardus lib. de cõſideratione) qui nõ audet dicere coràm alio, quod dicit de eo in ſecreto, habeaẽ ſuſpectus. [Flagelli plaga liuorem facit:] i. ſignũ percuſſionis in cute. [plaga aũt linguæ,] videlicet ſuſurratio, detractio, ſeminatio q́; diſcordiæ, [cõminuet oſſa:] i. lædit interiora, ſicut & ſpiritus triſtis dicitur oſſa ſiccare. Ideò Prou. 26. ſcriptũ eſt: Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa peruenium vſq; ad interiora ventris. [Multi eciderunt in ore gladij:] i. gladio materiali occiſi ſunt, ſed nõ ſic quaſi qui interiẽrunt per lingua ſuã: i. plures per vitioſa verba propriæ linguæ ſunt ſpiritualiter interfecti, videlicet mentiendo, periurando, ſuſurrando, diſcordiã ſeminando, ſecreta manifeſtando, q̃ etiam periculoſiùs ſunt occiſi, q̃a mors culpæ deterior *multo* eſt morte naturę. Rectè igitur ait Iacobus ſanctus: Linguã nullus homo domare poteſt, inquietũ malum, plenũ veneno mortifero. [Beatus q̃ tectus eſt à lingua nequã:] q̃ vitia linguę nõ incidit, q̃ nec ſua lingua extat neq̃tioſa, nec aliarũ linguarũ prauitate deiectus eſt, ſed per gr̃am dei, & per diſcretionẽ euaſit hæc mala. Nã vt Prou. 16. legitur: Dñi eſt, gubernare linguam. [q̃ in iracundiã illius nõ tranſiuit:] i. nõ vixit, nec ambulauit in vitijs, quę per linguã ex iracundia oriunt, vel in quæ Deus iuſto iudicio permittit hominẽ cadere, p̃pter alia ſua demerita, iuxta illud Eſaiæ: Eccè tu iratus es, & peccauimus. [& q̃ non attraxit iugũ illius, & in vinculis eius non eſt ligatus:] i. miſeræ ſeruituti vitiorũ linguæ ſubiectus nõ fuit, nec cõſuetudinem talium incidit vitiorũ. [Iugũ eñ illius] i. praua cõſuetudo linguæ, [iugũ ferreũ eſt:] q̃a difficulter diſſoluit, & crudeliter animã lædit, atq; ad inferni ſupplicia trahit. [& vinculũ illius] i. delectatio loquacitatis, qua detineẽ in vitijs illis, [vinculũ ęreum eſt:] i. difficilimè ſeparabile, vel vinculũ iſtud eſt obligatio, qua tenetur ad pœnas, & diabolo ſubdit. [Mors illius, mors nequiſſima:] i. vitioſitas linguæ eſt *mortale* peccatũ, valdè enorme & *periculoſum*, & peius omni malo purè pœnali, quod nõ eſt niſi priuatio boni creati, aut pœna ſenſibilis. Ideò ſequitur: [& vtilis potiùs infernus q̃ illa:] i. pœna infernalis, ſecundùm quod pœna tantùm, minùs mala eſt, immò vtilior eſt, q̃ lingua iniqua ac tertia. Siq́dem pœna illa eſt effectus diuinę iuſtitię, punitiuus peccati, & declaratiuus æqtatis diuinæ, reparatiuus quoq; deordinationis culpę per ordinationẽ pœnę, & augmentatiuus gloriæ electorũ, q̃a iuſtus lætabitur cùm viderit vindictã. Poſſent tũ per infernũ limbus & purgatorių deſignari, q̃ in ſcripturis quandoq; infernus vocanẽ. Quocircà quæri poteſt: An homo debeat mãlle pati pœnas inferni reproborum, q̃ peccare mortaliter? Quã quæſtionẽ Thomas & alij q̃dam ſuper quartũ Sentẽtiarũ determinant. Cancellarius quoq; Ioannes & Henricus de Haſſia ſuper hoc ſcribunt: quod prolixitatẽ deuitans, pertranſeo. [perſeuerantia illius nõ permanebit:] i. inueterata malitia linguæ iniquæ, citò damnabit. [ſed obtinebit vias iniuſtorũ] deductionẽ & lapſum in infernũ. [in flamma ſua nõ cõburet iuſtos:] i. cùm fuerit deputata infernali incendio, non affliget decæterò iuſtos. Vel in flamma ſua, i. feruore & cupiditate ſuæ loquacitatis ac prauitatis, nõ incendet iuſtos, cõſtantes, perfectos, ad vitia, ſed puſillos. Vndè ſcriptũ eſt: Lingua ignis

ignis est &c.inflammata à gehenna.[Qui relinquunt Deum, incident in illam:] i. in linguæ abusum & vitiositatem.Nudati eñ charitate & gratia,incidunt in diuersa & magna peccata, sicut in Psalmo 80. dñs loqtur:Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus suis,[& exardebit in illis,& non extinguet:] i.feruor & cupiditas peccandi per linguam,manebit in eis vsq; in finem vitæ ipsorũ: deindè ignis infernalis æternaliter feruebit in ipsis,sicut in diuite epulone,qui dixit:Mitte Lazarum vt refrigeret linguã meam,quia crucior in hac flãma.[& immittetur in illos pœna hæc quasi leo:] i.durè ac fortiter,[& quasi pardus lædet illos:] est q; pardus bestia varij coloris atq; celerrima, & pœnaliter mordens, iuxta quod lere.13.scriptum est:Si poterit pardus mutare varietates suas,&c. Cùm ergò tantũ malum sit lingua nequam,subditur seriosissima admonitio, & valdè salubris doctrina:[Sepi aures tuas,] i. per diuini timoris acutissimas considerationes vndiq; custodi, & rege tuũ auditum:[& noli audire linguam nequam,] i. verba detractoria & iniqua sine displicentia & detestatione, reprehensione & fuga, atq; mœstitia: qa vt scriptum est, Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.[& ori tuo facito ostia,] i. discretiõnem silentij adhibe, nè aliquid proferas ad complacẽdum, aut fauendũ obloquenti, seu per linguam peccanti.[& seras] i.repræssionem ab omni audientia curiosa,[auribus tuis]nè habeant pruritũ ad verba inania & peruersa.[Aurũ tuum & argentũ tuũm confla,] i. sapientiã & facundiam tuam cõtempera,& per discretionem ac charitatis ardorem examina, nè abutaris eisdem.[& verbis tuis facito statera:] i.debitam ponderationẽ,cõsiderando,qd, quantùm & qualiter expediat loqui, & qd taceri.[& frenos ori tuo rectos.] i.iustam moderationem ac reformationem adhibe ori tuo,sicut orat Psalmista:Pone dñe custodiam ori meo,& ostium circunstantiæ labijs meis. Qui enim moderatur labia sua, prudentissimus est. Et denuò ait scriptura Eccl 21.Verba sapientis statera põderabo nr. [& attende nè fortè labaris in lingua] tua,qa sic facere debes ptacta pro linguæ custodia,vt ores tibi à Deo hæc dari, & initaris auxilio gratiæ Dei magis, q̃ diligentiæ tuæ, quã tu debes apponere. Iuxta quod scriptum est Psal.38.Dixi, custodiã vias meas,vt non delinquam in lingua mea.[& cadas] in culpam,& corruas in gehennã,[in conspectu inimicorum insidiantiũ tibi,] psertim inuisibilium hostium,[& sit casus tuus insanabilis,in mortem] æternæ damnationis præcipitans.

Lucæ 16.

Prou. 25.

Psal. 140.

Prou.10.

¶Expositio cap. 29. Qui facit misericordiã, fœneratur proximo suo. Art. 30.

AD opera misericordiæ hîc monemur:[Qui facit misericordiam,fœnerat] i. accõmodat [proximo suo.] Q.d.Hoc spectat ad hominẽ misericordẽ ac pium, proximo subuenire per accommodationẽ rerũ, quibus est indigens, sicut in Euangelio ait Saluator:Date mutuum, nihil indè sperantes.Nam & hoc ad naturalem pertinet legem,facere proximo,sicut tibi vis fieri in simili casu.Hinc ait Hieronymus:Partiantur diuites sua egenis,vt accipiãt egeni quod nõ habent & quo indigẽt,diuites q; deponãt,quod ampliùs habent.Seneca quoq;:Alium,inqt,consilio,aliũ auxilio,aliũ iuua pcepto. [& qui pualet manu,] i.qui largè cõmunicat sua,[mandata seruat:] q̃ de operibus pietatis sunt data. Vndè 1.Timo.6.scribit Apostolus:Diuitibus pcipe, facilè cõmunicare, diuites fieri in operibus bonis.[Fœnerare] i. accõmoda [proximo tuo in tempore necessitatis illius.] Quod eñ fit pauperi,ppter deũ,hoc deus sibi reputat factũ.Propter quod scriptũ est Prou.19. Qui misereť pauperis,fœneratur dño.Et in Deuter.iussum est: Nõ claudes viscera à paupere fratre tuo,sed da ei,quo eũ indigere perspexeris. Nempe,vt Salomon Prou.17.protestat: Frater & amicus in angustijs cõprobatur.Hinc in prima sua Canonica S.ait Ioannes:Qui habuerit substantiã huius mundi,& viderit fratrẽ (i.proximũ) suũ necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodò charitas Dei manet in illo? Per hæc vsurarij reprobantur. Præterea, sicut ad ditiorem spectat piè & charitatiuè accommodare, ità ad eum cui accommodatum est,pertinet,toto posse diligentiam adhibere ad persoluendũ tempore præstituto.Ideò subdit:[& iterùm redde proximo tuo in tempore suo:] i. tu q fœnus seu accõmodatũ accepisti,persolue id tempore præfixo accõmodanti.[Cõfirma verbum] i.imple, quod asseruisti de facienda persolutione. [& fideliter age cum illo] q tibi accõmodauit, [& in omni tẽpore inuenies,quod tibi necessarium est.] qui eñ fideliter soluit,bonæ fit fidei, & meretur, vt sibi etiam alia vice,cùm indiguerit, accommodetur. Deus quoq; propter ipsius fidelitatem mouet corda aliorum vt ei succurrant.[Multi quasi inuentionẽ æstimauerunt fœnus,] i.ità accipiunt,quod eis accommodatur,acsi eis gratis præstetur,nõ existẽtes soliciti,vt persoluant,sed velut rem inuentitiam reputant illud.Et loquitur author de re vaga inuẽta, quæ inuenienti & occupanti conceditur, ità q̃ nec secundùm leges, nec secundùm conscientiã ad eius restitutionem tenetur.[& præstiterunt molestiam his,qui se adiuuerunt:] i. accommodantibus fuerunt ingrati,molesti,& tædiosi,vel non, vel tardè soluendo, aut accommodatum negando.[donèc accipiant,osculantur manus dantis:] i.quandiù eis fit accommodatio,dilectionem & reuerentiam grandẽ ostendunt ad accommodantem, quasi grati eidem. [& in promissionibus humiliant vocem suam:] i.ac commodanti cum ficta humilitate promittunt gratitudinem,obsequium, & celerem persolutionem. [& in tempore redditionis] i.tempore persolutioni præfixo, [postulabit] quicunq; talis est, [tempus,] i. prolongationem temporis ad soluendum,[& loquetur verba tædij,] ostendendo se desolatum, grauem & impotentem ad restituendum, [& murmurationem,] i. contra accommodatorẽ murmurabit,vel publicè,aut seorsum,siue in corde,quasi importunus sit,repetendo quod concessit,[& tempus causabitur.] i.conqueretur de sterilitate & inconuenientia temporis. [Si autem potuerit reddere,aduersabitur,] cum indignatione reddendo, aut contentionem prouocando inter accõmodatorem & se:sicq; recedendo,nec persoluendo, quasi iniuriã passus ab illo.[solidi vix reddet dimidiũ:] i.valdè parùm restituet accommodatori pro tota Summa sibi ab illo cõcessa. [& cõputabit illud quasi inuentionẽ:] i. hoc ipsum modicum quod persoluit,reputabit quasi donũ gratis exhibitum accõmodanti,nõ quasi debitum illi.Idcircò non satisfecit,pertìm cùm dicat Gregor.Absolutus est debito, nõ qui multa,sed q omia reddidit.Itemq;:Cõsiderare debemus nõ solùm quantũ iam egimus, sed quantũ superest vt agamus.[Sin aũt] i.si hoc nõ fecerit, sed cõpulsus fuerit totũ persoluere, [fraudabit illũ pecunia sua,] i.creditori & accõmodatori non dabit bonã & valentem pecuniã, sed magis falsatam.Vel ità per partes,q parùm proderit creditori.[& possidebit illum inimicũ gratis:] i. creditor habebit illum,cui accõmodauit, aduersarium sine rationabili causa, qa ille iniustè fit inimicus accõmodatoris, eo q cogat satisfacere ei. [& conuicia & maledicta reddet illi] videlicet creditori,[& pro honore] quem meritò impenderet accõmodatori, [& pro beneficio,] quod ab eo recepit,qui sibi piè subuenit per mutuũ,[reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt,] i. accommodare abnuerunt, nõ ex crudelitate ad proximum,[sed fraudari gratis timuerunt:] i.ideò,qa formidârunt non persolui,& pro bono irrationabiliter recipere malum,sicut iã tactum est interdùm accidere.Mendosi enim & impij sæpè sunt causa,q nec veracibus credit.Veruntñ ex tali timore nõ est accommodatio omittenda,nisi multùm probabiliter timeat hoc malũ:& nisi is q mutuũ petit,possit aliundè iuuari.Si eñ necessitate premat,impendendũ est ei mutuũ tanq̃ eleemosyna, vt si possit, restituat:alioquì pro eleemosyna teneat illud.Hinc sequit:[Veruntñ super humilem animo] i. pauperem,cui aliqd commodâsti,& qui inopiam impotentiamq; soluendi humiliter confitetur,[fortior] i.virtuosior [esto,] vt potè liberalis & pius,non angariando eum ad persoluendum.[& pro eleemosyna non trahas illum.] i. non ducas eum in causam ad iudicem, vt tibi persoluat quod ei ad hoc impotenti, meritò debes pro eleemosyna dimittere, neq; repetere.Nam (sicut in Actibus Paulus allegat Christum dixisse) Beatius est dare, quàm accipere.Propter quod Seneca dixit:Mallem beneficia non recipere, quàm non dare. [Propter mandatum assume pauperẽ:] i. piè tracta proximum indigentẽ, qm̃ Deus hoc iussit in Exodo & Deuter.in pluribus locis. Nam & in Deuter.ait: Omĩnò indigens & mendicus nõ erit inter vos. Quasi dicat:Sic mutuò subueniatis, vt nullus inter vos mendicare cogatur. [& ppter inopiam eius nõ dimittas eum vacuũ.] i.nõ ideò deneges ei mutuũ, qa videt non posse persoluere, immò qm̃ pauper est,subueni ei:qa vt scriptũ est Prou.17.Qui despicit pauperẽ, exprobrat factori eius.[Perde pècuniam propter fratrem & amicũ:] i.potiùs elige damnum pecuniarum & temporaliũ rerum incurrere, q̃ proximis indigẽtibus nõ subuenire, aut eorũ amicitiam iniustè violare ac perdere.Hinc scriptũ est Prou.12.Qui negligit damnũ propter amicum,iustus est.Nempe in tali casu non perditur pecunia absolutè, sed à Deo rependitur merces,nõ solùm in futuro,sed & remuneratio copiosa,etiã in psenti, & multiplicatio temporalium spiritualiũq; bonorũ,sicut in cæteris misericordiæ actibus. Hinc loquit Christus: Omni petenti te tribue.Et:Qui aufert quæ tua sunt,nè repetas.Itemq;:Date, & dabitur vobis. Mensurã bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentẽ dabunt in sinum vestrum. [& non abscondas illam sub lapide in perditionẽ:]i.pecuniam,qua tam piè & meritoriè vti potes,non occultes in terra ad tuũ ipsius damnationẽ:qa vt ait Basilius,Redemptio captiuorum, subuentio egenorũ, est pecunia sic absconsa: & tot indigentibus iniuriaris,quot succurrere posses.Idcircò dñs iubet:Nolite thesaurizare in terra,vbì ærugo & tinea demolitur, thesaurizate aũt vobis in cælo.Talibus auaris dicit Iacobus:Agitè nunc diuites plorate, vlulantes in miserijs quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt,& vestimenta vestra à tineis comesta sunt.Aurum & argentũ vestrũ æruginauit,& ærugo eorũ in testimoniũ vo-

Lucæ 6.

Matth.25. Deut.15.

1.Ioan. 3.

Actu.20.

Exod.22. Deut.15.

Lucæ 6. Ibidèm Ibidèm

Matth. 6. Iacob. 5.

bis erit,& manducabit carnes veſtras,ſicut ignis.Theſaurizâſtis vobis irâ in nouiſſimis diebus.[Pone theſaurũ tuum in præceptis altiſſimi:]i. in hoc reputa verâ & ſalubrem opulentiam tuam cõſiſtere,vt impleas diuina præcepta,& materiales tuos theſauros expone in vſus pios,ſicut Deus præcepit.[& proderit tibi magis q̃ aurum.]i. quàm cuncta terrena incõparabiliter. [Conclude eleemoſynam in cordè pauperis,]i. ſecretè propter Deũ, non ob laudes humanas,da eleemoſynam indigenti,& cordis ſui mœſtitiam ſic conſolare. [& hæc pro te exorabit ab oñi malo:]i.merito ſuo impetrabit tibi omniũ remiſſionẽ culparum ac futurarum euaſionẽ pœnarum, eos quoq; qui ipſam recipiunt, obligat & inducit ad orandũ pro
Lucæ 12. dante.Sicq; eleemoſynarius multos habet interceſſores. Ideò Chriſtus p̃cepit: Quod ſuper-
Matth.6. eſt,date eleemoſynam,& eccè oñia munda ſunt vobis.Et rurſùs:Cùm facis eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua, q̃d faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito,reddet tibi. [Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo:]i. meritũ æternæ retributionis cõtinet,& neceſſaria ad vitã gratiæ, ſicut in ſacculo cõtineẽ ſuſtentaculũ vitæ corporeæ.[Et gratiã hominis quaſi pupillã conſeruabit:]i.gratiam & virtutes ac merita,per q̃ homo gratus & acceptus eſt Deo, fideliter nutriet, roborabit,perficiet, ſicut aſſerit Chri-
Matth.5. ſtus:Beati miſericordes,q̃ ipſorũ miſerebit̃ Deus. Vndè fertur & in Tobia:Noli auertere fa-
Tobiæ 4. ciem tuã ab vllo paupere.ità eñ fiet,vt nec à te auertat̃ facies Dñi.[& poſteà reſurget] homo miſericors in die iudicij reſurrectione beata. [& retribuet illis retributionẽ vnicuiq; in caput ipſorũ:]i. eleemoſyna per modum cauſæ meritoriæ faciet miſericordibus iuſtam reddi mercedẽ in corde & corpore,prout ipſa loqtur veritas: Tunc dicet rex his, qui à dextris eius
Matth. 25. erunt:Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui eñ,& dediſtis mihi manducare &c. [Super ſcutum potẽtis & ſuper lanceam aduerſùs inimicum tuũ pugnabit:]i. fortiùs & infallibiliùs proteget te contra inuiſibiles hoſtes animæ tuæ,quàm quæcunq; exterior armatura contra viſibiles inimicos. Ideò Salomon ait
Tobiæ 4. Prou.11.Benefacit animæ ſuę vir miſericors.Et Tobias:Fidutia,inquit,magna erit eleemoſyna oñibus facientibus eã,& non patietur animã ire in tenebras, qñ eleemoſyna ab oñi peccato liberat. Quæ oñia intelligenda ſunt, dummodò fiant ex charitate in ſtatu ſalutis. [Vir bonus fidem facit proximo ſuo,]i.fidelitatem conſeruat ad illũ, ſubueniendo ei omni quo poteſt modo,etiam fide iubendo pro ipſo.[& qui perdiderit,]i.fidem ad proximũ non cõſeruauerit,nec in neceſſitate illius ſubuenerit illi, [confuſionẽ derelinquet ſibi:]i. ſeipſum
Prouer.11. reddet confuſibilem ob ſuam inuiſcroſitatẽ.Vel ſibi,i.proximũ in ſua neceſſitate permittet confundi.Qui eñ crudelis eſt,& propinquos abijcit,oñi tempore erit execrabilis. Sic & bonus p̃ſidens fideliter agit cum ſubditis ſuis,exhibendo eiſdem,quod ſuũ requirit officiũ:
Matth.15. quod ſi neglexerit,perdit ſeipſum & illos:qa ſi cæcus cæco ducatũ p̃beat, ambo in foueã cadunt.[Gratiam fideiuſſoris]i.pietatem & charitatẽ,quam tibi exhibuit fideiubendo pro te, [nè obliuiſcaris.Dedit eñ pro te animã ſuam:]i. rem victui ſuo neceſſariã. Interdùm quoq; aliquis ponit ſe in captiuitate pro ſuo amico morti adiudicando, & ità exponit vitam ſuam periculo pro amico:idcircò iis gratus es ei.[Repromiſſorem fugit peccator & immundus:]i. ingratus recedit à ſuo fideiuſſore,dũ inſtat tempus ſoluendi, & eruendi fideiuſſorẽ ab onere,quod propter eum ſubiuit.[Bona repromiſſoris ſibi aſſcribit peccator,]dicendo q̃ bona illius ſpectent ad ſe,vel q̃ ſibi debebat tantundem. [& ingratus ſenſu]i.mente [derelinquit liberantem ſe.]i.fideiuſſorẽ.[Vir repromittit de proximo ſuo,]i.ſpondet pro ipſo,[& cùm perdiderit reuerentiam,]i.cùm proximus ilie pro quo promiſit,cœperit eſſe infidelis, ingratus,inuerecũdus,ità q̃ omni reuerentia eſt indignus, [derelinquet] fideiuſſor [ab eo] tam irreuerenter habente ſe,qui non curat fideiuſſorẽ ab onere liberare. [Repromiſſio nequiſſima multos perdidit diligentes;]i. doloſa promiſſio eorum, pro quibus fideiubetur, promittentium quòd ſatisfacient fideiuſſori,ſæpè damnificauit in rebus terrenis ipſos fideiuſſores,qui charitatiuè promiſerunt pro illis.[& commouit illos quaſi fluctus maris.]i.vehementer turbauit, contriſtauit, & à proprijs habitaculis expulit ipſos fideiubentes. Vndè ſubiungitur:[Viros potentes gyrans migrare fecit,]i.nequiſſima illa repromiſſio gyrans, i. circuiens & vndiq; fallens,compulit potentes & diuites viros relinquere propria, quia non potuerunt ſoluere ea, pro quibus fideiuſſerunt, propter quod capti fuiſſent, niſi abiſſent. Vel fugerunt,nè cogerentur totum perſoluere, & ità depauperarentur. Ideò [& vagati ſunt in gentibus alienis.Peccator tranſgrediens mandatũ Dñi,incidet in promiſſionem nequã:]i. prioris tranſgreſſionis ſuæ demerito permittetur iuſto Dei iudicio cadere in fideiuſſionẽ indiſcretam.Vel,in præfatam repromiſſionem nequiſſimam,qua doloſè ꝓmittet ſuo fideiuſſori,q̃ eruet eum de onere. [& qui conatur multa agere,]i.impertinentia ſibi,& quæ vi-

res

res ſuas excedũt,vel plura q̃ expedire poteſt infra tempus, quo ea nitiẽ expedire,[incidet in iudiciũ] indiſcretionis, vel humanũ iudicium in foro cõtentioſo, aut etiam dãnationis ſententiam corã Deo.Oñi eñ negocio tempus eſt opportunũ, & rationabile debet eſſe noſtrũ Eccl 8.
obſequiũ.Ideò Iere.48.habeſ:Quia plùs fecit q̃ potuit,idcircò perijt. Salomon quoq;: Qui Rom.12.
feſtinus eſt,inq̃t,pedibus offendet.[Recupera proximũ] tuum [ſecũdùm tuã virtutẽ:]i. neceſſitatẽ atq; inopiam eius releua,ſecũdùm quod tibi poſſibile eſt. Nec ad impoſſibilia, aut Prou.19.
illicita te obliges propter eũ.Ideò ſubditur: [& attẽde tibi nè incidas:]i.prouide tibi,nè incautè ꝓmittas,ſicq; in p̃tacta cadas pericula. Q.d. quanuis pium ſit fideiubere pro alio,hoc tñ non fiat,niſi cũ ingenti cautela.Hinc quippe Prou.22.Salomon ait:Noli eſſe cũ his, q̃ defigunt manus ſuas,& q̃ vades ſe offerunt pro debitis.Et iterùm Prou.17. Homo ſtultus plaudit manibus,cùm ſpoponderit pro amico. Quid verò agendũ ſit fideiuſſori, doceẽ Prou.6.
vbi legit:Fili mi,ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneũ manum tuam: illaqueatus es verbis oris tui.Fac ergò quod dico tibi,& temetipſum libera,diſcurre,feſtina,ſuſcita amicum tuũ.Conſequenter docet frugalitatem:[Initiũ vitæ hominis,]i.ſuſtentationis
vitæ humanę,ſunt[panis & aqua:]i.ſimplex cibus & potus,& p̃cipuè panis pro cibo,& aqua Exod.16.
pro potu.Sicut & filij Iſrael vſi ſunt manna & aqua, & qui carnes edere petiẽrunt, cæſi ſunt. Num.20.
[& veſtimentum] contra nocumenta immoderati caloris ac frigoris, [& domus protegens Num.11.
turpitudinem:]i.hominem ab aliorum adſpectu abſcondens in his, quæ turpe eſt agere in aliorum adſpectu, quanuis nõ ſint culpabilia in ſe, vt concubitus coniugalis,egeſtio, & cõſimilia.[Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum:]i.ſub domuncula lignea propria, [quàm epulæ ſplendidæ in peregrè]i.in locorum inſtabilitate,& vago itinere,[ſine domicilio] præſertim proprio.[Minimum pro magno placeat tibi,]i. modicum ſuſtentaculum vitæ, quod habes in propria domo, plùs ama quàm multa & delicata apud alienos. [& improperium peregrinationis non audies:]i. verba conuiciosa, quæ ſæpè dicuntur pergentibus hincindè ad alienos, vt lautiora acquirãt.Hinc Prou.14. ſcriptum eſt:Melius eſt parùm cum timore Domini,quàm theſauri magni.Prouerb.quoq; 27.Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos,& in neceſſaria domûs tuæ,&ad victum ancillis tuis.[vita nequam hoſpitandi de domò in domum:]i.gyrouagari, & quotidiè mutare hoſpitia ex curioſitate aut carnalitate. Per hoc tamen non reprobatur iuſta & pia peregrinatio. Hinc & ſanctus Benedictus in Regula ſua dicit, peſſimum genus eſſe monachorum diſcurrentium de clauſtro ad clauſtrum, & in quouis clauſtro manere tribus quatuórve diebus,ſicq; vacare ingluuiei & ocio. [& vbi hoſpitabitur,non fidutialiter aget:]quia ſocietatem cui confidat, non citò inueniet, & per furtum, aut alio modo damnificari verebitur. [Nec aperiet os,]id eſt, audaciam ſeu confidentiam loquendi ibidèm de his, quæ timet ſibi de nocte poſſe occurrere, non habebit, cùm ſit ibi ignotus,& nè ipſemet habeatur ſuſpectus.[hoſpitabitur] in domo aliena,[& paſcet, & potabit ingratos]id eſt, de cibis ac potibus ſuis diſtribuet hoſpiti, & eius vxori ac ſoboli,[& ad hæc amara audiet.]id eſt,vltra prædicta audiet verba pungitiua, amara, videlicet iſta aut conſimilia:[Tranſi hoſpes & orna menſam,]id eſt, diſcede de loco iſto,& alibi prouide tibi refectionem.[& quæ in manu habes,]id eſt, de his quæ habes in promptu, [ciba cæteros]apud quos hoſpitaberis. [Exi à facie honoris amicorum meorum,]id eſt, propter reuerentiam amicorum venerabilium, qui ſuperuenerunt mihi,recede hinc, quia non valeo hoſpitari vos omnes [neceſſitudine domûs meæ:]id eſt,propter anguſtiam habitaculi mei. [hoſpitio mihi factus eſt frater:]id eſt, cognati mei venerunt ad me, quibus alienos præferre non debeo. [Grauia hæc homini habenti ſenſum:]id eſt, ſapienti moleſtum eſt audire talia aſpernatoria verba,quæ ſunt,[correptio domûs,]id eſt, correptio facta hoſpiti ab ipſis domeſticis,[& improperium fœneratoris:]id eſt, conuiciatio illata hoſpiti à patrefamiliâs hoſpitij,qui inſtàr fœneratoris, victualia ſua vendit hoſpitatis in domo ſua, cariùs quàm valeant.

¶Explanatio cap.30.Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella. Art. 30.

QVi diligit filium &c.]Docet hîc author,qualiter à parentibus gubernanda ſit,ples.[Qui diligit filium ſuum,]id eſt,ſobolem dilectione ordinata & ſapientiali, non ſenſuali, [aſſiduat illi flagella:]id eſt, frequenter corripit & corrigit illum, quotiès ſ. promeruerit,nè indomitus ſit & laſciuus.In pueris nanq; praua eſt ratio, prudentia modica,experientia nulla. Ideò non inducuntur ad proficiendum in ſcientia atq; virtutibus,&ad recedẽdum à negligentijs, truſis,ludis ac iocis amore boni,ſed ad hæc oportet eos aſſuefieri ac induci timore pœnarum ac pœnis.Ideò ſcriptũ
eſt:Qui parcit virgę, odit filium ſuũ:qui aũt diligit illũ, inſtanter erudit.Et ad Epheſios ſcri- Prou.13.

Ephe.6. bit Apoſtolus:Patres, educate filios veſtros in diſciplina & correptione Domini. Hinc Heli ſacerdos fuit deſupèr reprobatus, eo ꝙ filios ſuos non ſatìs acriter caſtigauit. Parentes em̃ nõ ſolùm tenentur ſobolẽ ſuã qualitercunq; corripere, ſed cõdignè ſecundùm exigentiam culpæ. [vt lætetur] ipſe pater [in nouiſſimo ſuo,] i. in extrema ſua ætate de profectu & morigeratione filij ſui, [& nõ palpet proximorũ oſtia:] i. nè filius ſuus in caligine palpando q-

Iob 24. rat ianuas aliorũ ad ingrediendũ, vt furetur aut forniceť ibidèm: qa ſicut in Iob legiť, Oculus adulteri obſeruat caligineˊ, & fures nocte effodiũt, ſicut in die cõdixerant ſibi. Deniq; quod de carnalibus patre ac filio dictũ eſt, de ſpiritali quoq; patre & ſubditis eius eſt intelligendũ. Prælatus em̃ & omnis qui præeſt, quicqd in ſubditis ſuis repræhenſibile eſt, aſſiduè debet corripere atq; corrigere, & ipſos ad patientiam addiſcendã exercitare, quouſq; ſint fracti ac benè mortificati. [qui docet] exemplo & verbo, [filiũ ſuum] carnaleˊ aut ſpiritalem in pertinentibus ad ſalutem, [laudabitur in illo:] i. à Deo & hominibus laudem habebit, propter actus ſuos virtuoſos in filium ſuũ exhibitos, etiam ſi filius exiſtat dyſcolus & rebellis. Si verò filius docilis ſit atq; obediens, laudabitur ex cõſideratione probitatis ac ſapiẽtiæ filij ſui, cuius virtutes & merita redundabunt in patrem, iuxta illud Prou.29. Doce filium tuum, & refrigerabit te. [& in medio domeſticorũ in illo gloriabiť.] i. de filij ſui bonitate atq; ſcientia gaudebit in Deo, à quo oñe bonum, & qui filio tali dedit intellectũ ac docilitatem. Quẽ-

Prou.19. admodùm em̃ filius ſtultus eſt dolor patris, ſic filius ſapiens eſt gaudiũ illius. Ideò ſcriptum eſt Prou.23. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, & exultabunt renes mei, cùm loquuta fuerint rectũ labia tua. [qui docet filiũ ſuũ] modo prætacto, [in zelũ mittit inimicũ:] i. occaſio eſt, ꝙ inimici ſui ac filij ſui inuidiam concipiant de profectu filij, quem odiunt. Sicut em̃ charitas congratulatur profectui perſonæ dilectæ, ſic inuidia triſtatur de eius, quem odit, profectu. Si autem quis ea intentione inſtrueret filium ſuum, vt faceret aduerſarios ſuos indè triſtari, eſſet praua intentio. Maximè autem zelantur de profectu hominum inuiſibiles hoſtes. [& in medio inimicorum, gloriabitur in illo:] i. in filio ſuo, vt dictum eſt. Nam filius eius inter inſipientes ſapiens apparebit, & aduerſarijs idoneè reſpondebit. [Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim ſibi reliquit poſt ſe.]

3.Reg.11. & 15. ſ. filium probum & hæredẽ, qui eſt memoriale ſui parentis, in quo pater relucet, ſicut in ſuo effectu & ſucceſſore. Hinc in tertio & quarto Regum frequenter legitur Dñs dixiſſe, ꝙ da-

2.Para.21. ret Dauid regi lucernam in Ieruſalem, i. ſucceſſorem, in quo clarè reſponderet memoria Dauid. [in vita ſua vidit,] i. pater adhuc viuens, conſpexit filij ſui profectum. [& lætatus eſt in illo, & in obitu ſuo non eſt contriſtatus] de filij prauitate & inſipientia, aut ſicut alij contriſtantur, qui bona ſua relinquunt filio indiſciplinato. [nec confuſus eſt coram inimicis:] quaſi malè gubernauerit filium ſuum. [reliquit enim defenſorem domûs contra inimicos:] id eſt, filium prudentem, idoneum ad defendendum bona paterna, familiam, & propinquos, ab aduerſariorum impetitione atq; iniuria, [& amicis reddentem gratiam.] i. gratum ac beneficum ſuis ac parentum ſuorum amicis. [Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua:] i. talis filius cùm tempore procedente habuerit filios, exponet ſe mortis periculis pro illorum vita ac ſalute conſeruanda & obtinenda, quod & de ſpiritualibus patribus accipi poteſt, cùm ſcriptum ſit Ioan.10. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. [& ſuper oẽm vocem turbabuntur viſcera eius:] i. cunctis gementibus & flentibus condolebit, ſicut ait

2.Cor.12. Apoſtolus Rom.12. Flete cum flentibus. Et rurſùs: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et

Iob 31. ſanctus Iob: Flebam, inquit, ſuper eo qui afflictus erat. [Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps:] i. ſicut equus irrefrenatus currit durè in præceps, ſic filius à rigore diſciplinæ ſolutus, diſcurrit præcipitanter in ſoueam vitiorum & perditionis, iuxta illud Prou.2. Inclinata eſt ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ ipſius. [Lacta filium tuum,] id eſt, blandè tracta eum, non caſtigando, ſed adulando eidem. [pauentem te faciet:] id eſt, tam vagus & dyſcolus fiet, quòd eris indè admirans, & metuens quòd pro ſuis exceſſibus occidetur. Vereberis quoq; ſimùl cum eo damnari, eo quòd non compeſcueris eum tempeſtiuè. [Lude cum eo, & contriſtabit te.] i. diſſolutus fiet, nec curabit de te, ſed in proprijs voluntatibus creſcet. Porrò quod ait, Lacta eum & Lude cũ eo, ironicè dicit, quaſi diceret: Si lactaueris eum, & luſeris ſecum, experieris mala prædicta. [Non corrideas illi, id eſt, non rideas ſecum in leuitatibus ſuis. [nè condoleas,] i. nè ipſe fiat tam irrefrenatus quòd pœnis adijciatur, & ſic compatiaris ei confuſibiliter. [& in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui:] id eſt, acriter affligéris in corde, ſicut qui comedit vuam acerbam, acriter dolet in ore. [Non des illi poteſtatem in iuuentute:] i. tempore pueritiæ & adoleſcentiæ eius, reprime libertatem ipſius, nec permittas eum ad libitũ euagari, quia tunc adhuc diſciplinabilis eſt.

[& nè

[& nè deſpicias cogitatus illius:] i. quantũ potes, ex verbis & factis ipſius cõſidera cogitationes & inclinationes ipſius, q̃ ſi bonæ fuerint, foue & robora eas in corde eius: ſi malæ, corripe & euelle eas pro poſſe, & inſtrue eũ, quas & quales cogitationes inclinationesq; aſſumere, & quas ac quales abijcere debeat. [Curua ceruicẽ eius in iuuentute] ſua, i. ſubijce atq; humilia eum, nè per ſuperbiã erigať, [& tunde] i. cũ virga percute, [latera eius, dũ infans eſt,] i. puer, [nè fortè induret] ceruicem ſuã, [& non credat tibi] cùm fuerit induratus, [& erit tibi dolor animæ:] ſi fuerit pertinax & indocilis factus. [Doce filium tuũ, & operare in illo:] i, profectum gigne in ipſo, & factis ædifica ipſum, iuxta illud Prou.19. Erudi filium tuũ, nè deſperes: ad interfectionẽ aũt eius nè ponas animam tuã, i. non eũ damnabiliter ſcãdalizes. [nè in turpitudinẽ illius offendas,] i. nè reus ſis indiſciplinationis eius, nõ impendendo ei debitã informationẽ & diſciplinam. Scriptum eſt em̃: Noli ſubtrahere à puero diſciplinam. ſi em̃ per- Prou.23.
cuſſeris eũ virga, non morieť: tu virga percutis eũ, & animã eius de inferno liberabis. At verò q̃ dicta ſunt de filio, de filia quoq; ſunt intelligenda: & quod de patre dictũ eſt, etiam de matre accipi debet. Sed ad patrẽ correctio ſobolis principaliter ptinet. De ſpiritualibus quoq; filio & filia intelligenda ſunt iſta. Parẽtes ergò tenentur ſoboli ſuæ hæc tria, inſtructionem, caſtigationem, & educationẽ. [Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia:] i. proprij animi inordinatione ac prauitate ſeu conſcientiæ remorſu afflictus, dummodò pauper ille nõ ſit in ſua paupertate impatiẽs aut malitioſus. Dona nanq; naturæ, vt ſanitas roburq; corporis, appetibiliora ſunt donis fortunę, putà diuitijs. [Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ,] i. beatitudo animæ cõſiſtit in ſyncritate iuſtitiæ communiter ſumptæ, q̃ eſt oñis virtus, hoc eſt, puritate & integritate virtutũ, in q̃bus cõſiſtit ſalus tanq̃ in merito, in viſione aũt Deitatis clara per ſpeciẽ cõſiſtit, ſicut in p̃mio. Hinc ſcriptũ eſt Sap.6. Cuſtodia legũ, cõſummatio eſt incorruptionis. Incorruptio aũt facit proximum eſſe Deo. Et 1. Theſſ.5. ait Apoſtolus: Deus pacis ſanctificẽt vos per oĩa, vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſine querela in aduentu Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. [Et melior eſt omni auro & argento:] incõparabiliter animæ ſalus, ſicut & anima melior corpore: [& corpus validũ, quàm cẽſus immenſus:] i. corpus, pprium ſanum & forte, appetibilius & melius eſt, ſecundùm quod tale, q̃ quicunq; theſaurus: qa (vt dictũ eſt) dona naturæ præſtantiora ſunt bonis fortunæ. Si tũ corpus ſanũ, ſit vitijs ſubditũ, vilius luto eſt, iuxta illud Sap.15. Cor iniqui cinis eſt, & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita illius. [Nõ eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis:] i. nullus theſaurus exterior æqualis eſt bonæ habitudini corporis. [& non eſt oblectatio ſuper cordis gaudiũ:] i. gaudiũ intellectuale & ſpiritale, præferendum eſt omni delectationi carnali. Porrò an voluptates ſpirituales ſint intenſiores voluptatibus carnalibus, an econtrà, magna eſt quæſtio, q̃ ſuper quartum Sententiarum à Doctoribus determinatur. Certum eſt aũt, ꝙ voluptates ſpirituales ſint nobiliores, puriores, diuiniores, & magis continuæ poſſint eſſe, q̃ delectationes carnales. [Melior eſt mors, q̃ vita amara.] Certum eſt, ꝙ melior ſit mors iuſtorum, quàm vita iniquorum amara amaritudine vitiorũ, cùm ſcriptum ſit: Precioſa in cõſpectu Dñi mors ſanctorũ eius. Melior quoq; vide- Pſal.115.
tur mors, i. terminatio vitæ amaræ, quàm vita multùm amara & doloribus plena, loquendo de dolore & amaritudine, vt ſunt pœnæ duntaxàt. Vita tũ amara amaritudine compunctionis & dolore contritionis ſeu piæ cõpaſſionis, aut afflictione ex futuræ felicitatis dilatione, melior eſt morte, cùm ſit vita virtuoſa. Similiter vita amara amaritudine pœnali, inquãtùm pœna æquanimiter toleratur, & per eam peccata purgantur, atq; ad patriã tenditur, melior eſt morte, ſecundùm ſe ſumpta: ſed inquantùm mors eſt ianua felicitatis futurę, melior dicitur, & magis appetiť: inquantùm verò mors eſt ianua ad infernũ, peior videť vita amara, quẽ-

admodùm ſcriptũ eſt: Mors peccatorũ peſſima. Ex q̃bus eliciť, qualiter ſancti viri interdùm Pſal.33.
leguntur mortẽ optãſſe, vt Helias, q̃ ait 3.Reg.19. Sufficit mihi, Dñe: tolle (q̃ſo) animã meam. [& requies æterna, q̃ languor perſeuerans.] Certũ eſt hoc, ſi per requiem æternã intelligatur quies ſanctorum in patria, ſecundùm illud Apocalyp. Beati mortui, q̃ in Dño moriun- Apoc.14.
tur. A modò iam, dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Si aũt per requiem ęternã accipiatur quies in monumento vſq; ad finẽ mundi, tunc verum eſt iſtud eo modo, quo mors corporalis dicitur melior vita pœnali, inquantùm huiuſmodi. Vndè ſcriptũ eſt Iob 3. Ibi requieuerunt feſſi robore. Cõcordat quoq; p̃dictis, quod in eiuſdẽ Iob libro habetur: Quarè Iob 3.
miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt, qui expectant mortẽ, & nõ venit, gaudẽtq; vehemẽter cùm inuenerint ſepulcrum? [Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularũ circumpoſitæ ſepulcro:] i. talentũ verbi Dei, ſeu facultas docendi, infructuoſa eſt in eo, qui os ſuum non aperit ad docendum, cùm poſſit ac debeat, ſicut inutile

eſt ap-

est apponere epulas sepultis, quod tñ qdam fecerũt gentiliũ. Hoc est quod infrà habet cap. 41. Sapiẽtia absc̃dita & thesaurus inuisus, q̃ vtilitas in vtrisq;? [Quid, ꝓderit libatio idolo?] i. oblatio de liq̃dis facta simulacro, nil, ꝓdest eidẽ. [nec em̃ manducabit, nec odorabit:] quia nõ viuit. [sic q̃ effugatur à Dño,] i. à Deo iudice reprobat, & ab electorũ cõsortio proijcitur. [& portans mercedes iniqtatis] i. sustinens supplicia seu demerita negligentiæ impietatis q̃ suæ, quà creditis sibi talentis vti neglexit. [Videns oculis suã calamitatẽ & ingemiscẽs,] per seram & infructuosam pœnitentiã, inquantùm scilicet culpa sua, est sibi tantæ miseriæ causa, nõ inquantùm est Dei offensiua, iuxta illud Sap. 5. Videntes turbabunt timore horribili, gementes præ angustia spiritûs, pœnitentiã agentes. Tali etem̃ seruo dicit Matt. 25. Serue piger & nequã. Et rursùs ibid. Seruum inutilẽ proijcite in tenebras exteriores. Iraq; sicut libatio idolo facta, extat inutilis: sic homo talis inutilis est sibijpsi ac alijs. [sicut spado] i. eunuchus [cõplectens virginẽ, & suspirans:] qa ex ea nõ potest fructũ ꝓducere. [Tristitiã nõ des animæ tuæ:] i. inordinatam, carnalẽ, secularẽ mœstitiã nõ admittas. Hæc est tristitia de malo pœnali superflua, vt de dãno rerum, de infirmitate, aduersitate, aut obitu proximorũ, contra quã tristitiam necessaria est virtus moralis, q̃ patientia appellat, quæ tristitiã talem moderat, refrenat, expellit, sicut mititas iram. [& nõ affligas teipsum in tuo cõsilio:] i. inquirendo & discutiendo, qd tibi agendũ sit aut vitandũ, non cõtristes teipsum cõtristatione prẽfata, quæ est desolatio mordax & irrefrenata: sed bonã & rationabilẽ cõsolationem require, patientiã habe, in aduersis lætare, in quantùm proficiunt ad salutẽ. Multi quippe in suo cõsilio se afflixerunt afflictione ad pusillanimitatẽ, ad tædium vitæ, ad desperationẽ atq; violentam iniectionem in seipsos, damnabilissimè inducente. Propter quod dixit Apostolus 2. Co. 7. Tristitia seculi mortẽ operat. [iucunditas cordis, hæc est vita hominis:] i. vita hominis boni cõsistit in spiritali & moderata lætitia, q̃ virtuosis actibus est annexa. Homo em̃ sine amore & gaudio diù esse nõ valet. Viuere aũt & gloriari in vitijs, mors potiùs est q̃ vita. Idcircò ad spi-
Philip. 4. ritalem lætitiã sæpissimè scriptura nos hortat, dicente Apostolo: Gaudete in Dño semper. Iterùm dico, gaudete. Atq; in Psalmo 99. Seruite Dño in lætitia: Introite in cõspectu eius in exultatione. Valdè eqdem placet altissimo, vt alacri corde, mente iucunda, prompto ac feruido animo ei deseruiamus. Hoc nanq; potissimùm spectat ad charitatem. [& thesaurus sine defectione sanctitatis:] i. iucunditas illa interna ac spiritalis, quę est pax pectoris, est thesaurus, ornamentũ, sequela, effectus, opulentia & conseruatio sanctitatis, qa ad sanitatẽ, seu virtutum perfectionẽ, consequitur & ei connectit iucunditas illa, quã perfecti assiduè experiuntur & gustant suauiter. Thesaurus, inquã, sanctitatis sine defectione, i. indeficiens, qa hic incipit, & in futuro perficitur ac perpetuat. [& exultatio viri, est longæuitas.] i. exultatio hominis bona, est vitæ ipsius prolongatiua, quemadmodùm tristitia praua, est vitæ corruptiua. [Miserere animæ tuæ placens Deo,] i. tu homo virtuose tibijpsi esto inprimis bonus, pius, misericors, nè peccando te lædas, & spiritali iucunditate te priues, sic q̃ inordinatã tristitiam incidas. Charitas etem̃ incipit à seipsa: & q sibi nequã est, cui bonus erit? [& contine] i. à vitijs, præsertim à venereis, abstine. [& congrega cor tuũ in sanctitate eius.] i. recollige
Psal. 24. mentem tuã in Deo & in pura adhæsione atq; dilectione ipsius, distractiones vitando & in bonis stabiliter permanendo, iuxta illud Prou. 4. Omni custodia custodi cor tuũ. Et, Oculi
3. Reg. 17. mei semper ad Dñm. Hoc Deo auxiliante facere poteris, si assuescas in omni actu, loco & tempore considerare ꝓsentiam Dei, & dicere intra te cum Helia: Viuit dñs, in cuius cõspectu sto hodiè. [& tristitiam longè expelle à te:] i. ꝓfatum inordinatũ mœrorẽ, dando te ad cõsiderationẽ eorum, q̃ bonam gignũt lætitiã, sicut docet Apostolus Ro. 12. Spe gaudentes. Et ad pa-
Iacob. 1. tientiam, iuxta illud Iacobi: Omne gaudium existimate, cùm in tentationes varias incideritis. Atq; ad actus virtutũ, ꝓsertim ad latriæ actus, orationẽ & psalmodiam, secũdùm illud Iacobi 5. Tristatur aliquis vestrûm? oret. æquo animo? & psallat. Potissimùm ad dilectionẽ cõtemplationẽq; Dei & ad considerationem multiplicium & magnarũ vtilitatum aduersitatis, ad considerandum quoq;, q̃ nociua & praua in seipsa sit ipsa inordinata tristitia. Vndè subiungitur: [Multos em̃ occidit tristitia.] Nam illa quæ est mortale peccatũ, interimit animam, & corporis breuiat vitam: quæ aũt est pœna tantùm, vt cum veniali culpa, etiã aliquo modo corruptiua est bonæ habitudinis corporis, & dispositiua ad mortem mentis. Ideò in
Prou. 17. & 25. Prouerb. dictum est, Spiritus tristis exiccat ossa: & sicut tinea vestimento, sic tristitia nocet
Ezech. 13. cordi. Immò nulla passio tam corruptiua est vitæ, sicut tristitia. Ideò proximum, potissimè iustum & innocentẽ, contristare, est valdè iniquũ, & in Ezechiele inter grauissima numeratur peccata. Propter quod per eundẽ prophetam Dñs ait iniquis: Mœrere feciſtis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui. [& nõ est vtilitas in ea:] sed inutilitas, culpa & mors.

Hinc

Hinc quoq; de irrecuperabili & ineuitabili malo nõ est immoderatè tristandũ. [Zelus & ira cundia minuent dies:] i. inuidia & ira intensa, abbreuiant vitã. sunt em̃ passiones corporalis appetitûs, & fiunt cũ transmutatione corporali innaturali læsiua, & sunt velut q̃dam corrosiones punctiones q̃; cordis, ꝓsertim inuidia, q̃ est tristitiæ species. Ira quoq; est quasi insania hominis. Qui ergò vitia ista in seipsis pœnosa admittit, seipsum inprimis excruciat, ac sæuissimis stimulis torquet, & velut infernũ intra se portat. Idcircò abijciẽda essent hæc vitia, etiã quãuis nõ punirent in vita futura. [& ante tempus senectã adducent cogitatus:] i. cogitationes graues, solicitæ, anxię, faciunt hominẽ canescere, & signa senectutis ꝓtendere ante tẽpus à natura determinatũ caniciei signis q̃; senectutis: & hoc ideò, qa pœnales sunt, & corporales transmutationes naturæ disconuenientes inducunt: qꝑ si cogitationes illæ sint de rebus verè salubribus, sicut de ætuor nouissimis, de ꝓprijs culpis deflendis, de passione dñica, de malis totius seculi deplorandis, bonũ videt. Alioquì esset malũ. [Splendidũ cor, bonum in epulis est:] i. cor liberale & iucundũ, benè se habet in epulis, ꝓsertim spiritualibus, in quibus mens ipsa in Deo reficit, & etiã corporalibus, q̃bus vtitur moderatè, & cũ congrua iucunditate pro recuperatione & sustentatione naturæ, vt idonea sit ad diuina opera, ꝓsequenda, si pauperibus eas cõmunicat. [Epulæ em̃ illius diligenter fiunt:] i. laudabiliter ꝓparantur, administrantur, atq; sumunt. Postremò pensandũ, qꝑ sicut est q̃dam inordinata, carnalis, mundana & vana lætitia in rebus illicitis & actibus vitiosis, de qua scriptũ est in Eccles iaste: Cor Eccẽs 7.
stultorum vbi lætitia. Prouerb. quoq; 2. Lætant cùm malefecerint. Et Ioan. 16. Mundus gaudebit. Sic est q̃dam bona spiritalis & ordinata tristitia, potissimè de ꝓprijs & proximorum peccatis, de aduersitatibus boni cõmunis, de propria imperfectione, & futuræ felicitatis dilatione, de qua tristitia ait Apostolus: Quæ secundùm Deũ tristitia est, pœnitentiã in salutẽ 2. Cor. 7.
stabilem operat. Salomon quoq;: Cor sapientũ, vbi tristitia. Et Saluator: Tristitia vestra vertetur in gaudiũ. De hac salutari tristitia nõ sunt intelligenda iam ꝓducta. De aduersitatibus aũt & damnis, infirmitatibus, morteq̃; amicorũ, moderatè tristari, inquantùm sunt q̃dam mala pœnalia, non est peccatũ, cùm & Apostolus de vno discipulorũ suorum infirmato ac sanato testet: Deus misertus est eius, non solùm eius, sed etiam mei, nè tristitiam super tristi- Philip. 2.
tiã haberẽ. Sed moderanda est talis tristitia, cõsiderando talia mala pœnalia, secũdùm quod ex ꝓuidentia diuina cõtingunt, & multipliciter nobis expediũt, dũmodò eis benè vtamur.

¶ Declaratio cap. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Art. 32.

DE sobrietate sectãda & cupiditate vitãda, hìc specialiter agitur. [Vigilia honestatis,] i. honesta ac virtuosa vigilia ac diligentia in exercitijs spiritualibus, vt in studendo, orando, meditando, dictando, [tabefaciet carnes:] i. debilitat & parùm deficere facit motus cõcupiscentiasq; carnales, & corpus ipsum extenuat vt frequẽter, iuxta illud Hieronymi: Ama studia scripturarũ, & carnis vitia nõ amabis. Hinc Mar. 13. loqtur Christus: Videte, vigilate, & orate. Huius sacrę vigilię Christus seipsum dedit exẽplũ, de quo scriptũ est Luc. 6. Exijt Iesus in montẽ orare, & erat pernoctãs in oratiõe Dei. [& cogitatus illius auferet somnũ:] i. attenta cõsideratio circa honestatẽ virtutũ, seu in ꝓfata vigilia assumpta, tollit torporẽ pigritię, & corporalẽ minuit somnũ, iuxta illud Prou. 20. Aperi oculos tuos, & noli diligere somnũ, nè te egestas opprimat. Et Sap. 6. Cogitare de illa, sensus est cõsummatus: & q vigilauerit, ꝓpter illam: citò erit securus. Porrò honestũ, vt ait Isidorus, dicitur quasi status honoris. Honor aũt debetur virtuti: sicq; honestas & virtus çoincidunt. Atq; vt Tullius fassus est, Honestũ est, quod sua bonitate nos attrahit, & suo decore nos allicit ac delectat, vt virtus & sapientia. [Cogitatus psc ientiæ auertet sensum:] i. cõsideratio ꝓuidentiæ Dei, omia ꝓnoscentis ac clarissimè intuentis, reuocat mentẽ ab omi negligentia & peccato, & ad cordis custodiã, sapientialẽ pudorẽ, ac oẽm spiritalẽ profectũ, ꝓuocat & inducit, sicut testat q̃ ait: Seruaui mandata tua & testimonia tua, qa oẽs viæ meæ in cõspectu tuo. Psal. 118.
Et itẽ: Prouidebã dñm in cõspectu meo semper. Ideò dixit Boethius: Magna vobis est indicta necessitas, ꝓbitatis, qm̃ omia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et certè væ eis, q̃ tanti iudicis psentiã nõ verenť, q̃ tanti regis adspectũ non reuerenť, q̃ deo ꝓsente ac intuente turpiter & iniquè agere nõ erubescũt. Insupèr cõsideratio ꝓdestinationis & ꝓscientiæ Dei, hoiem reddit solicitũ ac pauentem, eo qꝑ nesciat, an amore sit dignus an odio, & qd finaliter fiet de ipso. [& infirmitas grauis sobriã facit animã:] i. à peccatis cõtinentẽ. Nã virtus in infir- Eccẽs 9.
mitate perficit, & facit hoiem ad deũ cõfugere, iuxta illud Psal. 119. Ad dñm, cùm tribularer, clamaui. Disponit quoq; ad corporalẽ sobrietatẽ laudabilẽ, qm̃ appetentiã aufert ciborũ, & cõualescentibus parcitas alimentorũ indicit, nè recidiuẽt. Prudẽs quoq; homo sic cogitat: si tm̃ abstineo ob corporis sanitatẽ, quãtò magìs ꝓpter animæ meæ curationẽ, cõfortationem

& salu-

& ſalutem, debeo abſtinere? [Laborauit dies in congregatione ſubſtantiæ:] hoc in malo accipi poſſet, niſi mox ſubderet: [& in requie ſua replebit bonis ſuis.] Eſt itaq; ſenſus, q̃ bonus dies in collectione ſpiritualium laborauit diuitiarum, putà virtutũ ac meritorum, vel etiam temporalium opum, quantùm neceſſariæ ſunt aut vtiles ad ſpiritalia bona, pietatisq; opera, iuxta illud Prou. 10. Manus fortium parat diuitias, manus aũt remiſſa operata eſt egeſtatẽ. Et iterùm Salomon ait: Qui operatur terram ſuã, ſaturabitur panibus: qui ſectat̃ ociũ, ſtultiſſimus eſt. Hoc eſt quod ſubditur: Et in requie ſua, i. in vocatione circa diuina & exercitijs vitæ contemplatiuæ, aut in morte replebitur bonis, i. fructu & delectatione actuũ priſtinorum ac diuinorum chariſmatum ſeu prę̃mio meritorum, dicente Apoſtolo: Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitã æternã. [Laborauit pauper in diminutione victũs, & in fine inops ſit.] Hoc dictũ videt̃ de diuite auaro, q̃ opibus ſuis ad ſufficientiam vti nõ audet, ſicut in Eccleſiaſte pleniùs recitatur, qui in fine vitæ à ſpiritalibus diuitijs vacuus inuenitur, & tẽporalibus quoq; priuatur, de quo Iob 27. legit: Diues cùm dormiẽrit, nihil ſecum auferet: appræhendet eũ quaſi aqua inopia. Talis, vt ait Fulgentius, oĩa ſua deputat cupiditati, & ſeipſum fami. Vndè Prou. 13. ſcriptum eſt: Eſt quaſi dives, cùm nil habeat: & eſt quaſi pauper, cùm in multis diuitijs ſit. [Qui aurum diligit, nõ iuſtificabitur:] i. qui inordinatè & immoderatè ad aurũ & conſimilia precioſa afficitur, ſ. non in ordine ad ſpiritalia, & plùs quàm expedit pro neceſſarijs vitæ p̃ſentis, iniquus eſt, cùm dictũ ſit ſuprà cap. 10. Nihil iniquius, quàm amare pecuniã. Ideò ait Saluator: Quàm difficile, q̃ pecunias habent, intrabunt in regnũ cẽlorum. [& qui inſequitur cõſumptionẽ,] i. temporalia immoderanter cõſumit in luxu, gula, ambitione & patrimoniũ ſuum dilapidat. [replebitur ex ea:] i. ex illa cõſumptione ſtulta ac prodiga, implebit̃ egeſtate, varijſq; peccatis, ſicut in Euangelio de prodigo filio ſcribitur. Prou. quoq; 21. Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Diuitijs ergò moderatè vtendũ eſt, & tenacia prodigalitasq; vitandæ ſunt. Virtus nanq; eſt quædã medietas inter duo vitioſa extrema. [Multi dati ſunt in auri caſus:] i. Deus iuſto iudicio multos præcipitari permiſit in ruinas & foucas vitiorũ, quę ex amore ſuperfluo ſolent oriri, ex quo infelici peſſimoq; amore naſcuntur ſimonia, vſura, fraus, furtum, rapina, latrocinĩũ, falſum teſtimonium, periurium, mendacium, & alia multa.

Matth. 19. Marci 10. Lucæ 18. Lucæ 15.

Iob 31.

Iudæ 1. c

1. Tim. 6. Iob 31.

Prou. 12.

2. Cor. 9.

hęc Dionyſius neq; expoſuit, neq; legit.

[*& facta eſt in ſpecie ipſius perditio ipſorum.* Lignum offenſionis] eſt [aurum ſacrificantium:] i. aurum auarorum, qui colunt & amant aurũ veluti Deum, & magis quàm verum Deum, ſimile eſt arbori ſcientiæ boni & mali, cuius fructũ Deus prohibuit primis parentibus. Nã ſicut ex guſtu fructûs ligni illius, ſecuta ſunt peccata & tormenta multa & magna, vt patet Gen. 3. ità ex auro & eius amore ſuperfluo naſcũtur memorata mala grauiſſima. [Vę illis qui ſectantur illud.] i. æterna damnatio imminet ac debet̃ his, qui auro & conſimilibus rebus creatis auarè adhærent, conſtituentes ſibi finẽ in illis. Quocontrà ſanctus Iob: Si putaui aurum robur meũ, & obrizo dixi, fiducia mea. [& oĩs imprudens] i. cupidus, qui terrena præponẽdo ſpiritualibus & æternis, immò rem modicã infinito increatoq; bono, valdè imprudenter ſe habet, [deperiet in illo:] i. mortaliter peccabit & damnationẽ incurret, per exceſſiuum auri amorem, & per vitia indè ſequentia, iuxta illud in Pſalmo 75. Nihil inuenerunt oĩs viri diuitiarũ in manibus ſuis. Vndè Iudas Apoſtolus in ſua ait canonic: Væ illis, qui errore Balaam, mercede effuſi ſunt. Abacuc quoq; 2. Vę ei qui cõgregat auaritiam domui ſuę. [Beatus dies, qui inuentus eſt ſine macula.] Poteſt hoc accipi de ſpiritaliter opulento, quanuis in tẽporalibus inope, qui in exteriori paupertate nõ murmurat, neq; impatiens eſt, ſed ſine mortalis culpæ macula conuerſatur, immò nec diuitias appetit temporales. vndè ſubiungit: [qui poſt aurum nõ abijt:] tñ ex circunſtantia literæ videtur ſcriptura hîc loqui de diuite in temporalibus, ſuis diuitijs moderatè vtẽte, nec inordinatè affectato ad eas, iuxta illud Pſalmi 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Itaq; talis dies, beatus eſt iam ſpe & merito: non q̃ dies, ſed q̃ tam virtuoſus, q̃ diuitijs non abutitur, nec inordinatè afficitur, ſed ſimplici victu & veſtitu cõtentus, quod ſupereſt, in pios expendit vſus. Talis homo diuitias poſſidet, nõ poſſidetur ab eis, dominaturq; eis, nõ ipſæ ei. Qui poſt aurum nõ abijt, i. à Deo & eius p̃ceptis per cordis auerſionẽ non receſſit, appetendo aurum & cõſimilia, iuxta illud Prou. 23. Nõ erigas oculos tuos ad opes, quas habere nõ potes. [Nec ſperauit in pecunia & theſauris:] ſicut ait Apoſtolus: Diuitibus præcipe, nõ ſperare in incerto diuitiarum. Et ſanctus Iob loquitur: Si lætatus ſum ſuper diuitijs meis multis. [Quis eſt hic? & laudabimus eum:] Nã comparatiuè loquendo pauciſſimi tales ſunt. [fecit em̃ mirabilia in vita ſua:] i. mira & rara. Magnum eſt em̃, abundare terrenis, & nõ extolli in eis, nec ſuperfluè affici circa eas, nec auarè eas reponere, ſed piè & liberaliter cõmunicare. [qui probatus eſt in illo,] putà in auro, i. tẽtatus

tatus circa illud & approbatus à Deo per hoc, q̃ non habuit ſe circa diuitias inordinatè. Tales diuites erant Abraham, Iſaac, Ioſeph, Melchiſedech, Dauid, multiq; plures fuerunt huiuſmodi ſub Euangelica lege. [& perfectus inuentus eſt:] q̃a iuxta p̃habita, magnæ perfectiõis eſt iſtud. [& erit illi gloria æterna] pro præmio, ſicut in Euangelio iudex loq̃tur tali: Euge̊ ſerue bone & fidelis, q̃a ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituam: intra in gaudiũ Dñi tui. [Qui potuit tranſgredi,] i. multa peccata cõmittere abutendo diuitijs, quæ tribuũt facultatem & occaſionẽ ad vitia magna, p̃ſertim ad elationẽ, gulam, luxuriam. [& nõ eſt trãſgreſſus] per diuitias ſuas, vt potuit. [& facere mala, & nõ fecit:] non q̃ à vitijs fuit immunis, q̃a in multis offendimus oĩs: ſed non fecit plurima mala, quorũ diuitiæ ſolent occaſio eſſe, nec perſeuerauit in malis p̃teritis. [Ideò ſtabilita ſunt bona illius in Dño:] i. opera eius meritoria, ſunt fixa in Deo, per habitũ gratiæ ac virtutum, & reſeruantur ei ad præmium. Vndè Chriſtus hortat̃ Matth. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cælo. Atq; Apoſtolus Galat. 6. Benefacientes, inq̃t, non deficiamus: tempore em̃ ſuo metemus, non deficientes. [& eleemoſynas illius] quas dies talis fecit egenis, tam corporales quàm ſpiritales, [enarrabit omnis Eccleſia ſanctorũ:] i. quidã de omnibus ad laudẽ Dei ædificationẽq; proximi. [ſupra menſam magnam ſediſti,] i. ſi inuitatus ſederis ad menſam magnæ perſonæ, [nõ aperias ſuper illam faucem tuam prior:] i. non ante alios cõmenſales manducare incipias, nè vorax aut auidus iudiceris. [Nõ dicas, ſimulata ſunt, quæ ſuper illam ſunt:] i. non tanti valoris ſunt fercula appoſita, vt appáret, vel fictè appoſita ſunt ad oſtentationem. [Memento, q̃m malus eſt oculus nequã:] i. cor ſuſpicioſum temerariè iudicans, & bona in peius interpretans. [Nequius oculo q̃d creatum eſt?] Non q̃ aliquid ſit malum malitia culpæ à Deo creatum, ſed inter creata, quæ propria voluntate praua ſunt facta, nil nequius oculo interiore iniquo. [ideò ab omni facie ſua lachrymabitur.] i. tam grauiter punietur, q̃ flebit [cùm viderit] per experientiam ſuæ pœnæ, q̃ dirè peccauit. [Nè extendas manũ tuam prior] ad cibos, niſi forſan ſis euidenter & multùm ſublimior cæteris, ità vt irrepræhenſibiliter deceat te. [& inuidia cõtaminatus,] i. inuidioſè ab aliquo p̃ſentium repræhenſus, & de edacitate notatus, [erubeſcas] corã præſentibus. [Nè cõprimaris in conuiuio vini:] i. non ſuperfluè bibas vinũ in conuiuio, immò & nullibì, ità vt premat & pungat te calor & vis vini, & audias quod Heli dixit ad Annã, quanuis erroneè: Digere pauliſpèr vinum quo mades. Ideò Chriſtus præcepit apud Lucam: Attendite nè grauentur corda veſtra crapula vel ebrietate. [Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo:] i. qualiter alij iudicent de te, ſi crapuloſè aut indiſciplinatè te habeas penſa, examinando teipſum, qualiter tu iudicares de ipſis, ſi ipſi taliter ſe haberent. Quod ergò in alijs increpares, in teipſo deuita. Hoc eſt cõpendioſiſſimũ documentũ. Hinc Prou. 23. ſcriptum eſt: Noli eſſe in cõuiuijs potatorum, nec in comeſationibus eorũ, qui carnes ad veſcendum conferunt, q̃a vacantes potibus & dantes ſymbola, conſumentur. [Vtere quaſi homo frugi] i. temperatè, [his quæ tibi apponuntur] iuxta illud Apoſtoli: Sobrius eſto. [vt nõ cùm manducas multùm, odio habearis:] tanq̃ inuerecundus & alijs nocens. [Ceſſa prior] à manducatione [cauſa diſciplinæ,] i. propter honeſtatẽ, aliorumq; ædificationẽ: [& noli nimius eſſe,] i. immoderatus in comedendo. [nè fortè offendas] Deũ & homines: [& ſi in medio multorum ſediſti ad menſam, prior illis nè extendas manũ tuam] ad cibũ, quemadmodùm dictũ eſt. [nec prior poſcas bibere:] q̃a in cibo & potu cõformis diſciplina eſt obſeruãda. [Quàm ſufficiens] i. valdè ſufficiens [eſt homini erudito] i. verè ſapienti ex vnctione diuina, vel inſtructione humana [vinũ exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo:] i. natura in ſomno nõ erit exceſſiuè occupata circa vini digeſtionẽ, nec affligetur ex vini effectibus. ideò ſubditur: [& nõ ſenties dolorem] cùm vigilaueris, ex æſtu punctionẽq; vini ſuperfluè ſumpti. [Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito.] Iſti ſunt pœnales effectus vini ſuperfluè ſumpti, videlicet vigilia afflictiua ſeu priuatio ſomni conuenientis, & cholera, i. euaporatio fellis in pectore ac gutture, & tortura, i. inteſtinorum afflictio, preſſura, tortionesq; ventris, quæ oĩa accidunt homini infrunito, i. guloſo, q̃ in præſenti quoq; pro ſua guloſitate affligitur, & culpã ſuam punit in ſe. Verùm poſt hanc vitã ineffabiliter grauiora ei infliguntur ſupplicia. [ſomnus ſanitatis in homine parco:] i. homo in victu parcus & ſobrius, dormit quietiùs, & ſalubrior eſt dormitio eius, in quo nõ grauatur natura digerendo tam fortia pocula. [Dormiet vſq; manè] ſine afflictione, [& anima illius cum ipſo delectabit̃:] i. trãquillitatẽ habebit, nõ ſolùm in corpore, ſed item in anima, quæ ad bonã iucunditatẽ erit diſpoſita. Hinc ſcriptũ eſt: Nè intuearis vinũ quãdò flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blãdè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet, & eris ſicut dormiens in mari. [Et ſi coactus fueris in edendo multùm,] i. ex aliorũ importuna in-

Gene. 15. 26. 41. & 14. 2. Reg. 27. Matth. 25.

Iacob. 3.

1. Reg. 1. Luc. 21.

2. Tim. 4.

Prou. 23.

na instigatione excesseris multùm in manducãdo,[surge è medio,& vome] in loco secreto, nè & alijs nauseã parias, & nè superueniat tibi vomendi necessitas corã pſentibus. [& refrigerabit te,& nõ adduces corpori tuo infirmitatẽ] ex illa superfluitate. Nempe (vt medici dicunt) vomitus stomachũ purgat, & cholerã minuit. Vitanda est ergò instigatio talis ad comedendũ & bibendũ superfluè, nec ꝓuocãdus est vomitus sine necessitate: qa res turpis est. Et prorsùs illicitũ est ad superfluũ cibũ assuescere, & sponte eũ assumere: qa per vomitũ eijci potest, seu post vomitũ rursùs ad edendũ statim accedere. Spiritaliter verò q rectitudinis mensurã excedit in operando, & carnalibus vitijs sordidaꝫ, surgat per contritionẽ, & prauã relinquat societatẽ, atq; per cõfessionẽ euomat vitia sua, sicq; per corporis castitatẽ ad mẽtis redeat sanitatẽ. [Audi me fili mi, & nõ spernas me,] i. documenta mea hæc nõ paruipendas, sed reuerẽtialiter suscipe, memoriter retine, efficaciter imple. [& in nouissimo inuenies verba mea:] i. tandèm experieris vera esse q̃ doceo. Si eñ obediẽris, senties fructũ, & gaudiũ obtinebis: sin aũt, incurres ꝓacta incõmoda & tormenta. [In oñibus operibus tuis esto velox,] i. agilis in aggrediendo opera tua, nõ tardus, piger & pusillanimis, sicq; sis expeditus ac strenuus in ꝓsequẽdo ac terminando opera virtuosa. Nam & Philosophus docet, quod oporteat morosè cõsiliari, & benè consiliata velociter exequi, i. tempore opportuno, sine tepiditate, non tñ sine discretione, neq; cũ festinãtia importuna, sed cũ moderamine cõgruo, cùm scriptũ sit Prou. 19. Qui festinus est pedibus, offendit. Hinc in Prouerbijs inducit: Vidisti hoiem velocẽ in opere suo? corã regibus stabit, nec erit ante ignobiles, vbi de hac bona velocitate dictũ est plenius. Vndè & Paulus hortaꝫ: Vigilate, viriliter agite, cõfortamini. Et Apoc. 3. Dñs loquit: Quia tepidus es, incipiã te euomere. Et vt Seneca protestaꝫ: Oñis libenter faciẽtis est citò facere. [& oñis infirmitas non occurret tibi:] i. infirmitates quæ solẽt ex torpore & negligentia benè agendi accidere, nõ patieris. [Splendidũ in panibus] i. liberalem in datione eleemosynarũ seu exhibitione decentis cõuiuij, [benedicent labia multorũ:] i. laudabunt, & bona ei imprecabunt, [& testimoniũ veritatis illius fidele:] i. verum testimoniũ de eius liberalitate ac pietate, platum, fidele est, non fallax, sed exemplare & vtile. Vel testimoniũ veritatis illius, i. de vera vita, seu veritate vitæ ipsius dictũ, fidele est. Hinc in Prouerbijs habet: Qui pronus est ad misericordiã, benedicet. de panibus eñ suis dedit pauperi. Et sanctus Iob ait: Si non benedixerunt mihi latera eius. Spiritaliter quoq; q̃ spiritalia alimenta cõmunicat proximis, & verbis vitæ reficit audientes, benedictionẽ meretur à Dño, & cõmendatur à plurimis. [In nequissimo pane murmurabit ciuitas,] i. cõmunitas meritò murmurabit aduersùs eos qui victualia vitiosè acqrunt aut iniustè distribuunt, vt sunt fures, raptores, & personarũ acceptores. [& testimoniũ nequitiæ illius, verũ est:] i. testatio exhibita de nequitia ità agentis, est vera. Vndè Iob 20. habet: Cibos quos comederat, euomet, & panis illius cõuerteturin fel aspidũ. Talia etem vitia obuiant paci cõmunitatis. [Diligentes in vino] i. eos q diligenter se habent ad acquirendũ & bibendum vinũ immoderatè, vtpotè vinolentos, [noli prouocare,] i. ad iracundiã concitare, vel ad potandũ frequenter hortari. Vel diligẽtes, i. amicos tuos in vino noli prouocare, corripiendo eos ibidẽm, qa faciliter ægrè acciperent. [Multos enim exterminauit vinũ.] i. superflua vini potatio multos induxit ad vitiorũ ruinã, & ad dãna grauissima, immò ad homicidia. [Ignis probat ferrũ durum, sic vinũ corda superborũ arguet in ebrietate potatũ:] i. quemadmodùm ignis suo ardore emollit & formatferri duritiam, & illud facit candescere: sic vinũ superfluè sumptũ, ostendit corda prauorũ irrationabilia esse, & feruore passionũ succensa. [Aequa vita hominibus vinũ in sobrietate:] i. vinũ sobriè sumptũ, confert ad cõuenientẽ corporis dispositionẽ, quæ in humorũ æqualitate consistit, nec contrariaꝫ, sed potiùs cooperaꝫ cõuersationi æquæ seu iustæ. Ideò ait Glossa: Vinũ potatum sobriè, vitã æqtatis non tollit, sed sobrietatẽ & virtutũ ornamenta adducit. Nihilominùs virtuosius est, à vino ꝓpter Deũ & corporis castigationẽ ac spiritalẽ profectũ, exemplo sanctorũ penitùs abstinere. [Si bibas illud moderatè, eris sobrius:] ità vt nec in quãtitate, nec in qualitate, nec in cæteris circunstantijs virtutũ excedas. Non cñ potandum est ob voluptatẽ, sed necessitatẽ aut sanitatẽ, sicut ad Timoth. scribit Apostolus: Modico vino vtere, ꝓpter stomachũ tuũ & frequẽtes tuas infirmitates. [Quæ est vita q̃ minuit vino? Itaq̃ dicat, vilis & bestialis est vita hominis vinolenti, q per vinolentiã abbreuiat, ꝓpriam vitã, & vita gratã priuat animã suam, ac mortẽ promeretur gehennæ. Vel sensus est, q̃ est vita q̃ minuitur? i. abbreuiat citra naturalẽ periodũ. ad quod breuiter respondeꝫ, vino: i. illa q̃ vinolentiæ dedita est, iuxta quẽ sensum subiungit: [Quid defraudat vitã? mors.] Mors etem corporalis, est finis atq; priuatio vitæ naturæ: mors culpæ, tollit vitã gratiæ: mors infernalis miseriæ, vitã aufert salutis ac gloriæ: & pstim mors intemperantiæ, putà ebrietas, vitã defraudat, hebetans intellectum ægritudinemq; inducens, immò corpus & animã maximè indisponens, & hominem infelicissimè damnabiliterq; brutificans. [Vinum in iucunditatẽ creatum est, & nõ in ebrietatem, ab initio:] In prima ætate mundi nõ fuit (vt creditur) vsus vini, sed vt in Genesi recitaꝫ, post diluuium Noe plantauit vineã, cuius fructu inebriatus, nudatus est in tabernaculo suo. Verunt̃ ab exordio mundi arbor vitis, sicut & cæterę arbores, à deo producta est, cùm dñs dixit tertio die: Producat terra herbã virentẽ & facientẽ semen, & lignũ pomiferũ faciens fructũ. Vinũ ergò creatũ, i. à deo cõcessum est, & lignũ vitis institutũ est in iucũditatẽ, i. ad hoc vt hoies eo vtanꝫ moderatè pro recreatione & cõgrua exhilaratione cõtra inordinatũ mœrorẽ, & pro digestione & hilari sanitate. Ideò ait Psalmista: Vt educas panẽ de terra, & vinum lætificet cor hominis. Et in Iudicũ libro vitis dicit̃ respõdisse: Nunquid possum deserer evinũ meũ, quod lætificat Deũ & homines? In Prouerb. quoq; habet: Date sicerã mœrentibus, & vinũ his qui amaro sunt animo. Bibãt, & obliuiscanꝫ egestatis suæ, & doloris nõ recordẽtur amplius. Exultatio animæ & corporis, vinũ moderatè potatum: i. moderata vini potatio, delectationẽ bonã, spiritalẽ ac corporalẽ causat & ingerit, immò & ad deuotionẽ atq; internã alacritatẽ disponit. Etenim fructus terræ, ad alimentũ & commodũ hominis, nõ ad detrimentũ eius, sunt cõditi. [Sanitas est animæ & corporis:] i. causa bonæ habitudinis in anima & corpore, est sobrius potus:] idcirco supfluus potus est vehemẽter læsiuus naturæ, & magis nociuus q̃ cibus superfluus. Propter quod etiã specialis virt⁹ homini necessaria est ad reprimẽdũ immoderantiã potũs, prout in Secũdæ Secũdæ Thomas declarat. [Vinũ multùm potatũ, irritationẽ] i. prouocationẽ [& irã & ruinas multas facit.] i. dispositiuè materialiterq; inducit. Cùm enim rationẽ obtenebret, cuius est passiones ac vitia refrenare, cõstat quòd malã culpæ ac pœnæ pariat copiosè. Vinũ equidẽ calefacit, & sic iræ flammã adauget, cõcupiscẽtiã quoq; inflammat, propter quod iubet Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Siquidẽ vinũ & adolescẽtia sunt duo incendia. Cur camino adijcis oleũ? ætnæi montes vix tãtis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino dapibusq; repletæ. [Amaritudo animæ, vinũ multùm potatũ.] Gignit eñ, vt patuit, cholerã, torturã, irã, infirmitates, indignatiões & multas ruinas. [Ebrietatis animositas,] i. elatio & indiscreta audacia ex ebrietate sequẽs, est [imprudẽtis offensio:] i. vitiũ ebriosi, & excæcatio ei⁹, qua deũ offendit & hoies. [minorãs virtutẽ] i. corporale robur diminuens, & vires animæ lædẽs, gratiã & virtutes infusas tollẽs, [& faciẽs vulnera:] qa ad lites & bella instigat. Hinc scriptũ est Pro. 23. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorũ? Nonnè his q̃ cõmorant in vino, & studẽt calicibus epotãdis? Potatio aũt ad haustos æquales, clericis in principio tertij decretaliũ præcipuè prohibet. quocircà vnus sapiẽtũ dixit: Mãlo vt calicẽ accusẽt frugalitas, q̃ excusẽt ebrietas. [In cõuiuio vini nõ arguas proximũ:] qa nõ est ibi aptus loc⁹ aut cõgruum tẽpus, nec cõsequẽs fructus, sed potiùs detrimẽtũ. Vino eñ sumpto, fit homo increpationis incapax, faciliterq; indignãs. Hinc prudẽs Abigail virũ suũ Nabal inebriatum distulit increpare, quẽ, vino digesto, corripuit, vt ait Hieronym⁹, & 1. Regũ 25. narraꝫ. [& nõ despicias eũ in iucũditate illius:] i. offensionẽ eius nõ paruipẽdas, nec eũ despectiuè alloq̃ris in huiusmodi cõuiuio aut poculo q̃ lætaꝫ, quẽadmodũ Cham despexit patrẽ inebriatũ atq; nudatũ. [Verba improperij nè dicas illi] sic refecto & vinolẽto, nè cõtra te exasperet, & duriora respõdeat. [& nõ premas eũ in repetẽdo:] i. nõ arctes nec graues eũ in tali cõuiuio, potationeq; vini, exigẽdo ab eo persolutionẽ debitorũ, qa faciliter in verba elationis, deindè in facta iniuriosa prorũperet. Eccè hoc loco vinolẽtia & oñis immoderãtia potuũ copiosè & multipliciter, immò & valdè rationabiliter reprobaꝫ, atq; in potu sobrietas cõmẽdaꝫ, nõ solũ propter supplicia in futuro seculo euitãda, sed etiã qa & in hac vita tot incõmoda vinolentiã cõcomitatur, quæ vitia præsertim vitãda sunt iudicib⁹, principibus & platis, q̃ præ cæteris tenẽtur esse fortes in ratione, cõstantes, discreti, secretorũq; celatores. Ideò Prou. 31. dicit: Noli regibus dare vinũ, qa nullũ secretũ vbi regnat ebrietas, nè forte bibãt, & obliuiscanꝫ iudiciorũ, & mutẽt causam filiorũ pauperis. Vndè in Leuitico dñs ait ad Aaron põtificẽ, eiusq; filios sacerdotes: Vinũ & oñe quod inebriare potest, nõ bibes tu & filij tui quãdò intrabitis in tabernaculum testimonij, nè moriamini, vt habeatis scientiã discernẽdi inter sanctum & prophanũ, inter pollutum & mundũ, doceatisq; filios Israel oñia legitima mea.

Prou. 22.

1. Cor. 16.

Prou. 22. Iob 3.

1. Tim. 5.

Pſal. 103. Iudic. 9. Prouer. 31.

Ephe. 5.

Gene. 9.

Gene. 1.

Gene. 9.

Leui. 10.

¶ Expositio cap. 32. Rectorem te posuerunt? noli extolli. Art. 33.

SPecialia quædam documenta ad præsidentes spectantia, hîc ponunt. [Rectorẽ te posuerũt?] i. si fueris electus vel cõstitutus rector, platus, iudex, aut princeps, [noli extolli:] i. nõ intumescat cor tuũ, quasi sis alijs melior atq; prudẽtior, & ex cõsideratione pręeminẽtiæ tuæ ac dignitatis, cùm subditi sæpè sint virtuosiores, q̃ præsidẽtes: &

quanto quis plura ac maiora desupèr beneficia est fortitus, tanto gratior Deo atq; humilior
Lucæ 12. esse debet, magisq; timoratus: quñ cui plùs datũ est, plùs requiret ab eo. Et qa rigoro sissimum
iudiciũ psidentibus imminet, iuxta illud Sap. 6. Iudiciũ durissimũ in his, q̃ psunt, fiet: ¶Esto
Lucæ 22. in illis quasi vnus ex ipsis.] i. parẽ te exhibe, humilẽ, socialem, quẽadmodùm de seipso sum-
Matth. 20. mus disseruit rector: Ego in medio vestrûm sum, sicut q̃ ministrat. Et rursùs: Qui maior est
vestrûm, sit vester minister. Itaq; ex cõsideratione naturæ, se parẽ illis exhibeat: ex cõside-
ratione defectuositatis suæ, onerisq; annexi, humilior sit: ex cõsideratione aũt debiti authorita
tis & psidentiæ sue, maioritatẽ suã ostendat, per disciplinæ discretũ rigorẽ, per pastoralium
actuum adimplentionẽ, & per exemplaris vitæ pcessionem condignã. Et certè specialis gratię
donũ est, taliter se habere, cùm dicat Gregorius: Magnũ est, dum in corde sublimiũ regnat
humilitas morũ. Itẽq;: Summa viuendi ars est, culmẽ tenere, & gloriã spernere. ¶Curã illorum
habe:] i. solicitè rege, custodi, informa eos, q̃bus platus es, vtpotè rationẽ daturus pro eis, &
Hebr. 13. qñ eos tanq̃ filios debes diligere. Quasi dicat: Si põdus & pericula regiminis tui benè pẽsa-
ueris, nõ te extolles, sed formidabis, & in executiõe tuĩ officij eris solicitus. Hinc in Deut. 17.
dñs ait de rege: Nõ eleuet cor eius in superbiã super fratres suos. Et beatissimus archiapostõ-
1. Pet. 5. lus iussit platis: Pascite q̃ in vobis est, gregẽ dei, nõ vt dñantes in cleris, sed forma gregis facti,
& ex animo. ¶& sic cõsidera,] i. sapienter perpende, q̃ ad officij tui pertinẽt debitũ, & q̃liter
sis ab altissimo iudicandus, ac quomodò habeãt se subditi tui. ¶& omi cura tua explicita,] i.
expedita atq; exhibita solicitudine ad tuũ officiũ pertinẽte, p subditorũ pace, p fectu, salute,
¶recũbe:] i. quiesce, & p prijs necessitatibus ac directionibus vaca. Oportet em̃ in primis de-
bitũ officij circa subditos adimplere, qa ingratũ est Deo, quicq̃d ei offert, eo omisso, ad quod
homo tenet. ¶vt læteris p pter illos:] i. ex cõsideratione pacis ac p fectûs subditorũ glorieris
in Dño, vidẽs q̃ labor tuus & cura nõ sint inanes, & ex charitate de subditorũ bona dispo-
sitione reflorens, ac potissimè de honorificentia Deo impensa iucundãs. Ista sunt pcipua vir-
3. Ioan. b tuosorũ psidentiũ gaudia, & spiritaliũ gaudiorum incitamenta, sicut & S. Ioannes ait: Maiorẽ
horũ gram non habeo, q̃ vt audiã filios meos in veritate ambulantes. Et Paulus scribens He-
Hebr. 13. bræis: Obedite, inq̃t, ppositis vestris, ipsi em̃ peruigilant, vt cũ gaudio hoc faciant. ¶& orna-
mentũ græ accipias coronã:] i. felicitatẽ æternã, q̃ est cõsummatio græ, & decor ipsius, iuxta
illud Apostoli Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Vndè scriptũ est Sap. 3. Ideò accipiẽt regnum
decoris & diadema speciei de manu Dñi. ¶& dignitatẽ cõsequaris cõgregationis.] vel, vt ali-
qui habẽt libri, corrogationis, & idẽ est sensus, i. cælestẽ consequaris honorẽ, p regimine cõ-
gregationis à te benè directæ, & glorificeris ab ea perpetuè, sicut tuis discipulis scripsit Apo
1. Thess. 2. stolus: Quæ est spes nostra, aut corona gloriæ? nõnè vos antè dñm? Hinc fructuoso plato in
Matth. 25. Euangelio dicit: Eugè serue bone & fidelis, qa super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõsti-
1. Pet. 2. tuã. Nã & princeps Apostolorũ: Vt cũ apparuerit, inq̃t, princeps pastorũ, percipiatis immar-
cescibilẽ gloriæ coronã. Etem̃ beatitudo & gloria electorũ subclitorũ, redundãt in platũ iu-
stũ eorũ. Specialiter verò per dignitatẽ cõgregationis intelligi potest aureola, q̃ bonis cõfer
tur doctoribus & platis. ¶Loquere maior natu:] i. nobilior, aut senior, vel platione pstantior.
¶decet em̃ te primùm.] i. primò seu principaliter. ¶Verbũ diligentis scientiã.] i. sermo boni
pdicatoris, q̃ vtiq; sacræ scripturæ notitiã diligit. Vel diligẽtis scientiã, i. Dei, q̃ loquit per p-
phetã, dicentẽ Ose. 6. Misericordiã volo, nõ sacrificiũ: & scientiã dei plùs q̃ holocausta. Itẽq;:
Osee 4. Quia tu scientiã repulisti, repellã & ego te, nè sacerdotio fungaris mihi. ¶& nõ impedias mu-
sicã:] i. peccando nõ facias dissonantiã inter documenta tua & opera: sed quod doces, inpri-
Actu. 1. mis adimple, sicut Iesus cœpit facere & docere. Hæc est musica bona & cõcordia optima, dũ
voci cõsonat actio, & cõuersatio documentis, pdicationiq; vita. Talis musica dulcis est auri-
bus sponsi, q̃ ait ad sponsam Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Deniq; musica organorũ
in diuino officio nõ vetat. ¶vbi nõ est auditus, nõ effundas sermonẽ:] i. loq & docere non p-
sumas, vbi nõ fuerint auditores capaces, iuxta quod scriptũ est Pro. 23. In auribus insipientiũ
Prou. 9. non loquaris, qa despicietur doctrina eloquij tui. Et alibi: Qui erudit derisorẽ, ipse sibi iniuriã
facit. ¶Et importunè noli extolli in sapientia tua:] i. nunq̃ incõuenienter te erigas, q̃si eo q̃
sapiens sis, cùm & si sapiens esses, hoc ipsum Deo humiliter & gratanter asscribere deberes.
Ideò scriptũ est Isa. 5. Vę q̃ sapiẽtes estis in oculis vestris. ¶Gẽmula carbunculi in ornamento
auri,] i. sicut gẽma parua noie carbũculus, valdè cõuenienter inserit aureo ornamẽto. ¶& cõ-
paratio musicorũ in cõuiuio vini:] i. sic cõgruit melodia in cõuiuio. nã delectat aures & mẽ-
tem, quẽadmodùm cibus & vinũ reficiũt gustũ. Circa hoc asserit Glossa: In ordine gẽmarum
principatũ tenet carbũculus, sic vocatus, qa instàr carbonis ignitus est, i. resplendẽs intrũ, q̃
nec nocte vinciũ fulgor ipsius. Lucet em̃ in tenebris adeò, vt flãmas vibret ad oculos. Huic cũ

auro

auro cõparat musicũ melos in cõuiuio. Sicut em̃ carbũculus duplicat auri splendorẽ, sic me-
lodia cõuiuij iucũditatẽ. Prætereà quæri potest, an licitũ sit in cõuiuio vti huiusmodi melo-
dia. Quòd sic, videt ex ista authoritate: q̃ non, appáret ex eo quod scriptũ est Isa. 5. Vę q̃ con-
surgitis manè ad ebrietatẽ sectandã: Cithara & lyra, tympanũ & tibia, & vinũ in cõuiuijs ve-
stris. Et alius propheta ait: Væ q̃ canitis ad vocẽ psalterij, in phialis vinũ bibẽtes. Respõdet q̃ Amos 6.
ad moderatã recreationẽ, nõ ad sensualem delectationẽ, hæc licẽt. ¶sicut in fabricatione auri,
signũ est smaragdi:] i. quẽadmodũ in opificio aureo benè stat smaragdus p signo decoris,
¶sic numerus musicorũ] i. multitudo & cõsonãtia musicorũ instrumentorum cõuenit & re-
creat ¶in iucũdo & moderato vino.] i. vini cõuiuio. Et sicut hæc cõgrua p portióe iũgunt,
sic cõuersatio virtuosa & salubris instructio se inuicèm ornãt in psidẽte & pdicante. Porrò
smaragdus virore suo herbas frõdesq; vincit, & aẽrẽ circa se viriditate informat, & proficit
oculo. Ostẽso q̃d ad psidentẽ ptineat, docet subditus qualiter habere se debet. ¶Audi tacẽs]
i. cũ taciturnitate audi libẽter atq; beneuolè doctrinã maioris, iuxta illud Iac. 1. Sit omis ho-
mo velox ad audiendũ. Et Pro. 1. Audi fili mi disciplinã patris tui, vt addat gratia capiti tuo.
Vndè subiungit: ¶& p reuerẽtia] quã exhibes Superiori loquẽti, ¶accedet tibi bona gratia:]
i. apud Deũ & hoies gratiã inuenies, & illuminationẽ incrementũq; gratiæ desupèr obtine-
bis. Vndè Iob 34. monemur: Si habes intellectũ, audi quod dicit, & ausculta vocem eloquij
mei. Et Apostolus ait: Intellige quæ dico: dabit em̃ tibi Dñs de omnibus intellectum. ¶Ado- 2. Tim. 2.
lescẽs, loquere in tua causa vix] i. in pertinẽtibus ad te, aut nihil aut moderatè loquaris: ergò
in imptinẽtibus tibi, vix loqui debes. ¶cũ necesse fuerit:] i. tũc solũ loquaris dũ expedit. Sic-
ut enim taciturnitas valdè cõmendat in adolescẽtibus, cũ sit signũ prudẽtiæ, verecũdiæ, ma-
turitatis, humilitatis, & optimæ indolis, sic loquacitas valdè vituperat in eis, cũ sit frõtositatis
& malę audacię & vanitatis indiciũ. ¶Si bis interrogat* fueris, habeat caput respõsum*sum:] *tuum:]
i. signo seu motu capitis respóde. Vel sensus est, q̃ caput seu os tũc primò respõdeat pro te.
¶In multis esto quasi inscius:] i. inter multos, vel in multis quæ, p ponunt, habe te quasi igna-
rus, ità vt ex humilitate sciẽtiã tuã abscondas, cõfidens q̃ alij meliùs sciãt quod quærit, q̃ tu,
quousq; euidẽs ratio exigat vt loquaris. Hinc scriptũ legit: Sapiẽtes abscõdũt sciẽtiã. Hinc in
Vitis patrum narrat, q̃ cùm glorioss. abbas Antonius patribus & fratribus quæstionẽ, ppo-
suisset, & singuli, put poterant respõdissent, abbas Ioseph interrogatus, respõdit: Nescio. Et
dixit sanctus pater Antonius: Solus abbas Ioseph inuenit quæstiõis solutionẽ. ¶Et audi, ta- Prou. 10.
cẽs simùl & quærẽs:] ità vt potiùs sis parat⁹ discere, q̃ docere, quod totũ ad iuniores potissimè
pertinet. Cuius rei exẽplum se pbuit Chrs, q̃ duodecim factus annorũ, sedit inter doctores,
audiẽs atq; interrogãs illos. ¶In medio magnatorũ loqui nõ præsumas:] nisi requirãt à te. ¶&
vbi sunt senes, nõ multũ loquaris:] iuxta quod supra cap. 7. dictũ est: Noli verbosus esse in
multitudine presbyterorũ. Ideò scriptũ est: Iunior sum tẽpore, vos aũt antiquiores: idcir- Iob 32.
cò demisso capite veritus sum vobis indicare sententiã meã. ¶ante grãdinẽ pibit coruscatio.]
fulgor em̃ coruscatiõis, descẽsum grãdinis solet pcedere. ¶& ante verecũdiã pibit gratia: ¶qa
pudor sapiẽtialis, q̃ homo de turpitudine culpæ corã diuini vultûs intuitu erubescit, est ef-
fectus gratiæ ac virtutis. Verecũdia quoq;, quæ ornat faciẽ adolescẽtis, ex gratia pficit. ¶& p Luc. 2.
reuerẽtia] quã exhibes alteri, p tertium tuo Superiori, ¶accedet tibi bona gratia:] sicut modò
expositũ est. ¶Et hora surgẽdi nõ te trices:] i. nõ sis piger, mœstus, pusillaminis, quãdò tẽpus
est surgendi de lecto, ad p cedẽdũ ad opera bona, seu quãdò tẽpus est accedẽdi opera ardua,
sed feruẽs ac agilis sis ad ea, cũ dicat Apostol⁹ Ro. 13. Hora est nos à somno surgere. Et rursùs
Ephe. 5. Surge q̃ dormis. Threnorũ quoq; 2. scriptura ait: Cõsurge, lauda in nocte, in princi-
pio vigiliarũ. His verbis increpant & admonent pigri & somnoléti, religiosi quoq;, q̃ tristã-
tur dũ ad matutinale officiũ excitãtur, de q̃bus asserit Pro. 18. Sicut ostium vertit̃ in cardine
suo, sic piger in lectulo suo. Hinc denuò Salomõ loquit: Noli diligere somnũ, nè te egestas Prou. 20.
opprimat. Et iterùm Pro. 18. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est opera sua
dissipãtis. ¶Præcurre aũt prior in domũ tuã,] i. ad cõsciẽtiã tuã & mẽtis thalamum recurre, Eccle. 27.
anteq̃ ad exteriora p cedas, de qua domo dictũ est suprà: Si nõ in timore Dei tenueris te in-
stãter, citò subuertet domus tua. ¶& illic aduocare,] i. teipsum recollige, examinãdo cõsciẽ-
tiã tuã, & meditãdo quæ Dei sunt, ¶& illic lude] i. delectabiliter age atq; exerce te in actibus
vitæ cõtemplatiuæ, ¶& age cõceptiones tuas.] i. cõcipe & meditare salubria, & eadẽ ad effe- Esa. 26.
ctũ p ducere cura, secundũ illud p phetæ: A facie tua Domine cõcepimus, & quasi parturiui-
mus, & peperim⁹ spiritũ salutis. ¶& nõ in delictis & verbo superbo:] i. ista non agas cũ com-
placẽtia vana, aut p priarũ cõfidẽtia virium, nec tibi asscribas, sed Deo, quẽadmodũ subdit⁹
¶Super his omnibus benedicito Dñm,] i. Deo gratias age de actibus istis, tanq̃ beneficijs su-

is,qm̃ virtutes noſtrę & opera virtuoſa ſeu merita,Dei ſunt munera,iuxta illud quod ſcriptura ait:
Ioan. 1. De plenitudine eius oēs accepimus gr̃am pro gratia. [q fecit te,] à quo habes, quicqd boni es aut habes:[& inebriantẽ te ab oĩbus bonis ſuis,] i. copioſè replentẽ te vniuerſis beneficijs ſuis,naturalibus & ſupernaturalibus,generalibus & ſpecialibus,corporalibus & ſpi
Ephe. 1. ritualibus,hoc eſt,qbuſdã omniũ horũ. Vndè Apoſtolus loquit:Benedictus Deus q benedixit nos in oĩ benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chſto Ieſu. Actuũ quoq; 14. pteſtat̃,dicens:Deus nõ ſine teſtimonio ſemetipſum reliqt, benefaciẽs de cælo,dans pluuias & tẽpora fructifera,implẽs cibo & lætitia corda veſtra. Hinc ferẽ in Pſal. 64. Replebimur in bonis domũs tuæ. Et itẽ Pſal. 35. Inebriabunt̃ ab vbertate domũs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. [Qui timet Deũ] filiali aut initiali timore, [excipiet doctrinã eius] i. diuinę inſpirationi, angelicæ ſuggeſtioni, documentis ſcripturæ, informationibus vicariorũ Dei obtẽperabit,& eas libenter ſuſcipiet. [& q vigilauerint ad illũ,] i. vigilanter q̃ſiẽrint Deũ, & ei placere ſtuduerint,iuxta illud Pſal. 26. Tibi dixit cor meũ, exq̃ſiuit te facies mea, faciẽ tuã Dñe requrã. Sic Deũ q̃rere,eſt, velle deſiderare, conari acq̃rere notitiã & amorẽ ipſius, ſeu in eiſdẽ ꝓficere,atq; ad eius fruitionẽ beatificã adſpirare. [inuenient bñdictionẽ illius:] i. dona gr̃æ in ꝓſenti,& dona gloriæ in futuro obtinebunt ab eo. Deus nanq; nulli quod in ſe eſt faciẽti ſe negat:& quo quis pleniùs & affectuoſiùs ſe ad ipſum diſponit,adſpirat ac tendit,eo copioſiùs inuenit illũ,& abſorbeẽ in ipſum, iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Si direxerit homo ad
Iob 34. 2. Para. 5. Deũ cor ſuũ,ſpiritũ illius & flatũ ad ſe trahet. Ideò alio in loco ſcriptura ait:Si q̃ſiẽritis Deũ, inuenietis. Vndè & Moſes Deut. 33. ait:Qui appropinquãt pedibus eius,accipiẽt de doctrina illius. [Qui q̃rit legẽ] i. diuinã legẽ ſtudet ãgnoſcere & implere, iuxta illud quod ſcriptũ eſt Pſal. 118. Da mihi intellectũ,& ſcrutabor legẽ tuã,& cuſtodiã illã in toto corde meo. [replebit ea.] i. merito obſeruãtię legis,implebit̃ chariſmatibus gr̃arũ. [Qui aũt inſidioſè agit,] i. doloſè & q̃rens alteri nocere, [ſcãdalizabit̃ ab ea:] i. corruet in peccata & mala pœnalia,re-
Pſal. 9. cedendo à lege diuina, iuxta illud quod ſcriptũ eſt Prou. 11. In inſidijs ſuis capient̃ iniq. Atq; per Prophetã ſpiritus ſanctus ait:In laqueo iſto quẽ abſconderũt, cõpræhenſus eſt pes eorũ, Talibus dicit Malac. 2. Vos aũt receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege. [Qui timent Deũ,] caſto & ſancto timore, q eſt fuga culpæ, naſcẽs ex diuino amore. [inuenient iudiciũ iuſtũ:] i. copioſam & iuſtã remunerationẽ, & nũc conſeruant̃ à Deo: gr̃am quoq; iuſti iudicij, i. veræ diſcretionis ſortiunt̃ ab eo, & illuminant̃ à Spiritu ſancto ad inueniendũ qd iuſtè iudicandũ ſit de cauſis ꝓpoſitis, ſeu occurrentibus rebus. De hoc iudicio diſcretionis
Pſal. 1. ꝓpheta ait:Ideò nõ reſurgũt impij in iudicio. Et Iob 34. dicit:Nunquid q nõ amat iudicium,
Ioan. 7. ſanari poteſt? Et Chriſtus:Iuſtũ, inqt, iudicium iudicate. Et Mich. 6. Indicabo tibi homo, qd ſit bonũ, facere iudiciũ. [& iuſtitias q̃ſi lumẽ accendent.] i. actus iuſtos ſplendidè exequent̃, aliEccẽs 7. oſq; docebũt vias iuſtitiæ:qa qui timet Deũ, nihil negligit. Vndè in Pſalmo 36. legit:Educet
Iſaiæ 58. quaſi lumẽ iuſtitiã tuã. Et alibi ſcriptura ait:Erũpet q̃ſi lumẽ iudiciũ tuũ. [Peccator homo] i. habituatus & excæcatus in vitijs, [vitabit correptionẽ] tanq̃ ſuę inclinationi contrariã, iuxta illud Amos 5. Odio habuerũt corripientẽ. Quocõtrà Salomon Prou. 15. ait: Auris q̃ audit increpationes vitæ, in medio ſapientiũ cõmorabit̃. [& ſecundùm voluntatẽ ſuã inueniet cõparationẽ:] i. aliquẽ ſuę voluntati conformẽ in vitijs quẽ ſequetur, vel per cuius exceſſum ſe excuſabit. Vel ſenſus eſt, q̃ iuxta exigentiã demeritorũ ſuæ impiæ voluntatis, inueniet punitionẽ ſuę prauitati ꝓportionatã. [Vir cõſilij] i. prudẽs aptus dare ſana cõſilia, ſicut 1. Mach. 2. legit:Simon frater veſter, vir cõſilij eſt. Vel vir cõſilij, i. cõſilijs bonis aſſiduè acquieſcẽs, iuxta illud Prou. 13. Qui cũctа agunt cũ cõſilio, regunt̃ ſapiẽtia. [nõ diſperdet intelligentiã,] i. notitiã diuinorũ nõ amittet, ſed firmiter retinebit, alijs q̃; cõmunicabit, & creſcet in ea. [alienus & ſuperbus] q à deo auerſus eſt, & in ſua arrogantia induratus, [nõ pertimeſcet timorẽ:] i. timenda iudicia Dei, & futura tormenta, ac cõminationes de eis. Timor quippe in ſcripturis frequenter pro re timenda accipit. Poteſt quoq; hîc accipi, ꝓ timore illo grauiſſimo, quẽ poſt hãc vitã habent dãnati, iuxta illud Sap. 5. Videtes turbabunt̃ timore horribili, quẽ timorẽ incurrere impius nõ vereb̃. [Etiã poſt̃q̃ fecit cũ eo] i. poſt̃q̃ ad horã aliqua egit cõſona diuino timori, [ſine cõſilio] i. potiùs ex ſubita perterritione & aduerſitate, q̃ ex electione atq; cõſtantia. Interdùm nãq; cõtingit, q̃ iniquus inſtante periculo mortis, aut ex volatili quadã cõpunctione, operã aliqd boni ſed ceſſante tali periculo, vel occurrente obiecto cõcupiſcibili, mox redit ad priſtina vitia, ſicut in Euãgelio aſſerit Dñs de q̃buſdam: Hi radices non
Lucæ 8. habent, qa ad tẽpus credũt, & in tẽpore tentationis recedũt. [& ſuis inſectationibus arguet̃,] i. à ſummo iudice reprobabit̃, ꝓpter ſolita mala, q̃ agit ac ſegtur. Sic qdã in graui infirmitate pœnitere videnſ: ſanati verò, peccãt vt antè: qa ex ſeruili timore pœnitentia illa ꝓceſſit. [Fili, ſine

li, ſine cõſilio nihil facias:] i. nil magnũ aut arduũ aggrediaris abſq; ꝓuia inq̃ſitione habita, vel cũ alijs ad cõſulendũ idoneis, vel cũ ꝓpria mẽte & ex ſcripturis, ſeu directionẽ inuocãdo Spiritũ ſanctũ. Vndè Tob. 4. ferẽ: Conſiliũ ſemper à ſapiẽte perquire. Et rurſùs ibidẽm: Pete à Deo, vt viã tuã dirigat, & oĩa cõſilia tua in ipſo permaneãt. Hinc Eſai. 30. dñs loqtur: Væ filij deſertores, vt faceretis conſiliũ, & nõ ex me: & ordiremini telã, & nõ per ſpiritũ meũ, & os meũ nõ interrogãſtis, i. ſacrã ſcripturã, ſecundùm Gregoriũ. Semèl eñ loqtur Deus, & ſe- Iob 33.
cundò idipſum nõ repetit: i. in ſcripturis docet qd agere debeamus, nec ſingulis ſingulatìm hoc repetit. Tale conſiliũ accipit ſapiens ex ſcripturis, & ꝑtìm per donũ cõſilij reddit homo aptus ad ſuſcipiendũ directionẽ à Deo in rebus magnis ac dubijs. Hinc ſcriptũ eſt Prou. 2. Si intrauerit ſapientia cor tuũ, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loqtur. Vndè ſubiungit: [& poſt factũ non pœnitebis] te illud egiſſe, quod ex ſano feciſti cõſilio. Sic quoq; Apoſtolus 1. Tim. 5. Sine ꝓiudicio, inqt, i. præuio diſcretionis iudicio, nihil facias, in alterã partẽ declinando. Salomon quoq; Prou. 4. Palpebræ tuæ ꝓcedant greſſus tuos. [In via ruinæ nõ eas:] i. prauæ doctrinæ nequaq̃ conſentias, nec per latã viam, q̃ ducit ad mortem, incedas. Hæc via eſt cõuerſatio praua, carnalis, mundana, q̃ in infernũ præcipitat euntẽ per eam. De qua Prou. 4. aſſerit: Via impiorũ tenebroſa: neſciunt vbì corruunt. Via quoq; ruinæ, eſt peccandi occaſio, q̃ ſemper vitãda eſt. [& nõ offendes in lapides] i. dura & grauia ſalutis impedimenta nõ incides. Vndè ait Pſalmiſta: Pſal. 90.
Angelis ſuis mandauit de te, nè fortè offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. [nec credas te viæ laborioſæ:] i. non exponas te immoderatę perſcrutationi difficiliũ, nec actibus periculoſis iniuſtorũ bellorũ inaniumq; cõgreſſuũ, neq; duris laboribus ex cupiditate diuitiarũ, aut deſiderio voluptatũ, quẽadmodùm multi q Sap. 5. fatentẽ: Laſſati ſumus in via perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Quædã etiã vitia in ſeipſis amara ſunt, & plurimùm afflictiua, vt ira, rancor, inuidia, impatientia, indignatio, lis, cõtentio: qbus q ſe exponit, viæ laborioſę ſe cre- Prou. 3.
dit. Quocõtrà Salomon dixit: Viæ ei⁹ viæ pulchræ: & oĩes ſemitæ eius, pacificæ. [nè ponas animæ tuæ ſcãdalũ:] i. nè lædas læſione iniquitatis teipſum, nec ꝓcipites te in culpã, iuxta illud Sap. 16. Homo per iniqtatẽ occidit animã ſuã. [A filijs tuis caue,] nè immoderatè eis credas, qa frequẽter infideles ſunt & ingrati ſuis parentibus, ſicut ſequenti habeb̃ cap. Filio & mulieri, fratri & amico nõ des poteſtatẽ ſuper te, &c., put ibì exponeb̃. Caue etiã nè ſubtrahãt tibi occultè, q̃ habes, quod multi filij impunè ſe agere arbitrant̃. Quocõtrà Prou. 28. habeb̃: Qui ſubtrahit aliqd à patre ſuo & à matre, & dicit hoc nõ eſſe peccatum, particeps homicidiæ eſt. [Et à domeſticis tuis attende,] nè infideliter tecũ agant & diſſipent bona tua, ſicut Mich. 7. legit: Nolite credere amico, (ſcilicet incautè, ſed cõſultè) & nolite cõfidere in ducẽ. Ab ea q̃ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui: qa filius cõtumeliã facit patri, filia cõſurgit aduerſus matrẽ ſuã, nurus contra ſocrũ ſuã, & inimici hominis, domeſtici eius. [In oĩ opere tuo crede ex fide animæ tuę:] i. quicqd agis, age ex fide cordis, & firmiter crede, in oĩ loco, actu ac tẽpore, qm̃ fides eſt vitæ meritoriæ fundamentũ, ſecundùm illud Abac. 2. Eccè q incredulus eſt, nõ erit anima eius recta in ſemetipſo. Iuſtus aũt in ſua fide viuet. Vndè ait Apoſtolus: Quod nõ eſt ex fide, peccatũ eſt. Itẽq; Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Rom. 14.
[Hæc eſt eñ conſeruatio mandatorũ] i. adimpletio diuinorũ ꝓceptorum conſiſtit in hoc, vt ſic oĩa ex fide aganṫ, & hoc ipſum deus frequẽter ꝓcepit, iuxta illud ad Heb. 10. Iuſtus meus ex fide viuit: q̃ ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. [Qui credit Deo] fide formata, q̃ eſt fides per dilectionẽ operans, [attendit mandatis:] i. ea diligenter obſeruat. Siquidẽ fides Iacob. 2.
ſine operibus mortua eſt in ſeipſa. De qua fide Marci 16. legitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. [& q confidit in illo] i. in Deo, ſpe formata, quæ ex gratia & actibus ꝓcedit. [nõ minoratus erit:] i. ſpiritualiter paruus non erit, nec pauper in meritis, ſed magnus & diues in Dño, de quo loquitur Eſaias: Deus iudicij Dñs. Beati omnes qui expectant eum. Eſaiæ 30.
Et Pſalmiſta: Dñe virtutum, beatus homo qui ſperat in te. Nempe vt ait Apoſtolus Rom. 5. Pſal. 83.
Spes non confundit. Ideò ſanctus Iob dixit: Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Prouerb. Iob 13.
quoq; 3. legitur: Habe fidutiã in Domino ex toto corde tuo, & nè innitaris prudentiæ tuæ.

¶ Expoſitio cap. 33. Timenti Deum non occurrent mala. Art. 34.

Differentia multiplex inter iuſtum & iniuſtum hîc ponitur, & qualiter paterfamiliãs habere ſe debeat ad coniugẽ ac filios cæteroſq; domeſticos, ꝑtìm ad ſeruos, docetur. Aliqui autem volẽtes in lib. hoc magiſtrales atq; ſcholaſticas diuiſiones inducere, nimìs coarctant ſententias capituli huius ac aliorũ, referẽdo eas ad certas perſonas ſeu determinatos ſtatus, & eorum ſuppoſita, quæ potiùs indiſtinctè ſpectant ad oĩes. [Timenti Deum non occurrent mala:] i. qui Deũ finaliter timet, mala culpæ

Eccĕs 7. non incidet, ſecundùm quod talis, cùm ſcriptū ſit: Qui timet Deum, nihil negligit: Et rurſùs Prou. 14. affirmat: Timor Dñi fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Veruntñ timens Deū, ſæpè tentat̃ de malis culpæ, ſicq; mala culpabilia ei occurrunt per impugnationē, ſed ipſe occurrit illis per ſuperationē. Mala verò pœnalia ſuſtinet in hac vita: hoc eſt quod ſubdit, [ſed in tentatione deus illū conſeruabit:] vt nec tẽtationibus dęmonū, nec mūdi, nec carnis vincat̃. [& liberabit à malis.] i. peccatis & ab inferni ſupplicijs. Cum em̃ ſolicitus ſit ſyncerè, nè Deum offendat, & ad euitandū vitia diligentiā ſuam apponat, mereat̃ deſupèr adiuuari ac protegi. Vndè Prou. 14. legitur: In timore Dñi fidutia fortitudinis. Hinc oramus quotidiè: Et nè
Matth. 6. nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. [Sapiens non odit mandata & iuſtitias.]
Pſal. 118. Immò diligit eas, tanq̃ media ad æternam ſaluteꝫ, dicẽs cum ſancto: Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. [& nō illidetur quaſi in procella nauis:] i. impulſibus paſſionū, impugnationibus tentationum, motibus vitiorum, nō concutietur, nec impelletur ex ſtatu ſalutis, ſicut impellitur nauis in pelagi tempeſtate, ſed Deo ſtabiliter adhærebit, ancorā cordis habens fixam in Deo. Ideò ſcriptum eſt Prou. 10. Iuſtus quaſi fundamentum æternum. Et ſuprà dictum eſt cap. 27. Homo ſanctus in ſapiẽtia manet vt ſol. Iob quoq; 11. dicitur: Si iniquitatem abſtuleris, non cōmoueberis. [Homo ſenſatus credit legi Dei:] i. eam verè eſſe deſupèr datam, & diuinitùs cōfirmatam, pro certo tenet, intantùm, vt etſi angelus de cælo contrarium euangelizauerit, nō credat. Fides em̃ maioris eſt certitudinis, q̃ ſcientia, ex parte obiecti & certitudine adhærentiæ, non aũt certitudine euidẽtiæ. [& lex] Dei [illi fidelis,] i. verax eſt, & facit hominẽ conſequi ea, q̃ ipſa tradit, iuxta illud in Pſalmo 18. Teſtimonium Dñi
Matth. 5. Lucæ 16. fidele. Atq; in Euangelio: Vnus apex de lege nō peribit. [Qui interrogationē manifeſtat,] i. ſacerdos ſeu doctor, aut ꝓfidens, cuius eſt reſpondere ad quæſtionem, & eius manifeſtare ſolutionē, iuxta illud Deuter. 32. Interroga patrẽ tuum, & annunciabit tibi. Et Malach. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius. Deuter. quoq; 17. dñs iuſſit, vt in dubijs haberetur ad ſacerdotes recurſus. Et diuinus Dionyſius in libro de Eccleſiaſtica hierarchia teſtatur, q̃ ad ſummum hierarcham (i. Epiſcopū) pertineat, ad difficiliora quæſita dare reſponſa: propter quod debet eſſe in lege doctiſſimus. [parabit verbum] i. aptā reſpõſionē dare diſponet in corde ſuo, & capacitati interrogantis proportionabit ſuæ reſponſionis doctrinam. [Et ſic deprecatus] i. cùm Deū corde inuocauerit pro illuminatione, & aptæ reſponſionis exhibitione, [exaudietur] à Deo, ſicut ait Apoſtolus 2. Tim. 2. Dabit tibi Dñs
Iacob. 1. de oñibus intellectū. Et ſanctus Iacobus: Si quis indiget ſapientia, poſtulet à deo, & dabitur ei. In tali etem̃ caſu frequenter illuminat Deus ſeniorem ac ꝓfidentem, non ſolùm ob merita eius, ſed etiam propter humilitatẽ, indigentiā, ac ſalutem interrogantis, & per canale putridum propinat quandoq; aureum poculum. [& conſeruabit diſciplinam,] i. ſcientiam ſibi à Deo conceſſam, vel docẽdi modeſtiam. [& tunc reſpondebit] maturè ac ſapienter, iuxta illud
Eccĕs 8. Eccleſiaſtæ: Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Inuocanda eſt igit̃ diuina illuminatio ſemper: quia vt ait ſcriptura Iob 32. Inſpiratio oñipotentis dat intelligentiam. [Præcordia fatui, quaſi rota carri:] i. deſideria iniqui paſſionatiq; hominis, oñinò inſtabilia
Pſal. 82. ſunt, & de vno vitioſo motu agitant̃ ad alium. De q̃bus Propheta: Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Vndè dictum eſt ſuprà cap. 27. Stultus mutatur vt luna. Prouerb. quoq; 25. Cor ſtultorum, diſſimile erit. gratia em̃, virtus & ſapientia, mentem confortant & figunt in bonis. Inſipientia verò, paſſio, & peccatum, eam exagitant. Ideò ait
Hebr. 13. Apoſtolus: Optimū eſt gratia ſtabiliri cor. [Et quaſi axis verſatilis cogitatus illius:] i. cogitationes eius in aſſidua alteratione ſunt, ſicut axis circa quem rota verſatur. Vndè in Pſalmo 11. cantatur: In circuitu impij ambulant. Et Eſaię 57. legit: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Ideò ſicut mola, cui nihil ad molendum imponit̃, ſuo continuo motu cōſumit ſeipſam: ſic cor humanum, cui nil ſalubre infigitur, ſuis phantaſijs & cogitationibus vanis, deſiderijſq; illicitis ſeipſum interimit. [Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator:] i. fictus amicus, qui amico lapſo non condolet, ſed eum ſubſannat, aſſimilatur equo emiſſario, qui ad iumentorum emittit̃ coitum: qm̃ inſtàr talis equi, laſciuus & petulans mente eſt. [ſub oñi ſuprà ſedente hinnit:] i. quēadmodùm talis equus emittit hinnitum, ꝓfertim dum videt cōcupiſcibile ſuum: ſic ſubſannator amicus, orta occaſione, mox petulantiam ſuā effundit. De tali amico Iob 12. ſcriptum eſt: Qui deridetur ab amico ſuo, inuocabit Deum, & exaudiet eum. Sed & Prou. 16. legit: Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonā. Conſequenter oſtendit multiplicem hominum diſtinctionē ex diuina ꝓuidentia naſci, per ſimile in naturalibus atq; cæleſtibus. [Quarè dies diem ſuperat?] i. cur vnus dies eſt longior, clarior, calidior alio? [& iterùm lux lucem?] quia lux ſolis, maior eſt luce lunæ ac

næ ac ſiderum: atq; vt ait Apoſtolus, alia claritas ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum. Stella enim 1. Cor. 15.
à ſtella differt in claritate. [& annus annū?] Interdùm em̃ eſt annus biſſextilis: Annus quoq; ſolaris, longior eſt anno lunari: & vnus annus eſt fertilior, fortunatior, iucūdior altero. His verbis in aliquibus libris ſubiungitur: [à ſole.] i. annus ſolaris ex conſummatione motūs ipſius ſolis in proprio orbe circulóve cauſatus, ſuperat annū lunarem. Alij libri habent, ſol ſolem, i. cur idem ſol tam diuerſimodè habet ſe, accedendo & elongando ſe à nobis, & influendo in alia? Ad iſta reſpondet: [A Domini ſcientia ſeparati ſunt.] i. ꝙ taliter ab inuicèm ſunt diſtincti ac differentes, dies & anni, lux & ſol, fontaliter & cauſaliter primò ex ꝓuidentia dei cõtingit, qui teſte Boethio, Omnia certo fine gubernat, legemq; pati ſidera cogit, q Gene. 1.
ab exordio fecit luminare maius, vt prę eſſet diei, & luminare min⁹, vt prę eſſet nocti. De quo Ierem. 31. ſcriptum eſt: Hæc dicit dominus, q̃ dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ atque ſtellarum in lumine noctis. Et rurſùs Ierę. 33. legitur: Hæc dicit Dominus: Si pactum meū inter diem & noctem irritum fieri poteſt, & leges cælo & terræ nō poſui. qui omnia in ſapientia fecit, & per lumen ac motum & influentiam ſolis, cauſat diuerſitatem dierum & noctiū ac luminum præinductam. Vndè ſubditur: [facto ſole & præceptum cuſtodiente] i. indeſinenter agente, quod creator per ipſum fieri iuſſit, ſecundùm illud in Pſalmo 148. Statuit ea in ſeculum ſeculi: præceptum poſuit, & non præteribit. [per Dei ſapientiam diuiduntur, & immutabit tempora & dies feſtos ipſorum.] id eſt, Sol, ſeu Deus per motū Solis, cauſabit diuerſitatem hyemis & æſtatis, autumni & veris, ſolenniumq; dierum legis, videlicet ſabbatorum & feſtorum, ſcenopegiæ & tabernaculorum. [& in illis] quatuor partibus anni præfatis, [dies feſtos celebrârunt ad horam:] id eſt, Hebræi ſua feſta ſolenniter tenuerũt, durante curſu veteris teſtamenti, ſeu horis in lege præfixis, vt in Leuitic. & Deuterono. paret. Leui. 23.
[Ex ipſis exaltauit & magnificauit Deus] i. ex populo Hebræorum quoſdam per dona gra- & 25.
tiæ ſublimauit in reges, pontifices & prophetas, & in viros virtutum. Vel ex ipſis, ſ. feſtiuis Deut. 16.
diebus prædictis, quoſdam dies fecit ſolenniores, atq; maioribus ſacrificijs honoratos. [& ex ipſis poſuit numerum dierum: [i. ex diebus anni, quoſdam deputauit operibus manualibus, q̃ ſunt dies feriales certo numero cõprehenſi, iuxta illud in Exodo: Sex diebus operaberis. [Et omnes homines de ſolo] i. de firma terra formauit, quantùm ad corpora eorun- Exod. 16.
dem, inquantùm in corporibus hominum mixtis elementum terræ prædominatur quo ad & 20.
corpulentam ſubſtantiam. [& ex terra, vndè procreatus eſt Adam:] qui vt Gene. 1. habetur, de limo terræ formatus eſt, quo ad corpus. [In multitudine diſciplinæ Domini ſeparauit eos:] i. homines ex Adam progenitos, diuiſit per climata terræ in multiplici diſciplina & arte, ſeu in multiplici correctione, qua eos qui turrim Babylonis conſtruxerunt, puniuit per diuerſitatẽ linguarū & operis inchoati impeditionē, atq; ex eo loco ſeparauit eos ſuper vniuerſam ſuperficiẽ terræ, prout Gene. 11. legitur. Vndè & in Actibus Apoſt. Paulus aſſerit: Deus fecit ex vno, ſcilicet primo parente, omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam Acto. 17.
faciem terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum. [& immutauit vias
eorū, i. variū modum viuendi eis contulit ſeu permiſit. immutauit quoq; viam eorū, i. corporalia eorū itinera diuerſificauit. qui em̃ eiuſdẽ linguæ erant, ſibi inuicẽ adhæſerunt, quādò receſſerũt à turri incepta. [& ex ipſis benedixit & exaltauit.] Nam cæteris ad idololatriā
corruentibus, elegit benedixitq; Abraham & poſteros eius, quos per gratiarum chariſmata atq; miracula ſublimauit, ꝓfertim ſub Moſe & Ioſue. [& ex his ſanctificauit & ad ſe applicauit.] Nam tribū Leui, ipſumq; Moſen & Aaron ac filios eius ſpecialiter deputauit cultui Numer. 8.
ſuo, ac miniſterio tẽpli, tabernaculi & altaris. Propter quod Numerorum 16. Moſes ait ad illos: Nū parùm eſt vobis, ꝙ ſeparauit vos Dñs & iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi? Quibus & 2. Paralip. loquit̃ Ezechias: Vos elegit Dñs, vt ſtetis coram eo, & miniſtretis 2. Par. 29.
ei, colatisq; eum, & cremetis ei incenſum. [& ex ipſis maledixit & humiliauit:] i. quoſdā ex hominibus, dona gratiæ ſuæ ſubtrahendo, reprobauit, damnauit, vt Cham & poſteros eius. Vel quid ait, ex ipſis, ad Leuitas refertur, quoniam ipſum Chore & ducentos quinquaginta Nume. 16.
viros cōplices eius dirè occidit, deiecit, [& conuertit illos à ſeparatione ipſorū.] i. propter diuiſionem, qua per rebellionē ſe ſeparauerunt à Moſe & Aaron, cōuertit eos in infernum. Vel à ſeparatione, i. à ſocietate electorum Leuitarū, cum q̃bus ſeparati fuerunt à cæteris tribubus, ad ſeruiẽdum Deo modo ꝓtacto. [Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere:] i. ſicut in poteſtate figuli eſt, formare diuerſa vaſa ex luto eodem: [omnes viæ eius,] i. diſpoſitiones formationeſq; luti, [ſecundùm diſpoſitionē eius:] i. iuxta ordinationē & ꝓconceptionem ipſius figuli ſunt & ſe habent. [ſic homo in manu illius, qui ſe fecit,] i. ſic in omnipotentia dei eſt facere de homine quicquid voluerit, vtpotè piè ſaluare, & iuſtè relinque.

linquere,& vnũ ſublimare,aliumq; deijcere. Hac cõparatione vtitur ſæpè ſcriptura,qm̃ Eſai. 45. ſcriptũ eſt: Væ qui contradicit factori ſuo. Nunquìd dicit lutũ figulo ſuo, qd facis? Iere. quoq; 18. Dñs loquit: Nunquìd ſicut figulus nõ potero facere vobis, domus Iſrael? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ità vos in manu mea. Et ad Romanos 9. ſcribit Apoſtolus: O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunqd dicit figmentũ ei qui ſe finxit, qd me feciſti ſic? An non habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadẽ maſſa facere aliud qdem vas in honorẽ, aliud verò in cõ-
2. Tim. 2. tumeliam? Atq; ad Timoth. In magna, inqt, domo nõ ſolùm ſunt vaſa aurea & c. [& reddet il li ſecundùm iudiciũ ſuũ:] i. Deus ſecundùm diſcretionẽ ſapientiæ ſuæ vnumquéq; pro ſuis remunerat meritis, impios citra cõdignum puniens, & electos vltra condignũ glorificans. [Cõtra malũ, bonũ eſt.] Hîc oſtendit, in cunctis operibus creatoris, eſſe quandã oppoſitionẽ & cõtrarietatem. Nã & genus diuidit̃ per differentias oppoſitas, & omnis diuiſio ſecundùm Boethiũ, prima facie eſt bimembris, vtiq; per oppoſita. Cõtrariorum quoq; eadẽ perhibetur ſcientia: & diſtinctio rerum ab inuicèm, eſt per q̃dam oppoſita. Cõtra malũ, bonũ eſt. Malũ nanq;, loquẽdo in generali, opponit̃ bono priuatiuè. Malũ verò pœnæ, de quo hîc magìs fit mentio, bono contrariat̃ naturæ. Immò ſicut bono naturæ contrariat̃ malũ naturæ, vt ſanitati ægritudo, ſic malo culpæ opponit̃ bonũ virtutis, & malo infernalis miſeriæ bonum gloriæ æternalis. [& cõtra vitam] eſt [mors.] nã vitæ naturali cõtrariatur mors corporalis, vitæ gr̃æ mors peccati, vitæ gloriæ mors inferni. [ſic & cõtra virũ iuſtum peccator:] i. iniquus iuſto, electusq; reprobo, ſapiens ſtulto cõtrariatur. [Et ſic intuere omnia opera altiſſimi:] i. in cunctis creaturarũ ordinibus ac generibus ſic eſſe cõſidera. [Duo cõtra duo] i. inuenies, q̃ quęcunq; duo bona, habeant duo mala ſibi oppoſita: tñ, vt ait philoſophus, ſubſtantiæ nihil eſt cõtrarium. Sed in vna ſubſtantia inuenitur, quod alteri ſubſtantiæ cõtrariatur ſiue opponit̃. [Vnũ contra vnũ:] i. inuenies vnũ bonũ aut verũ, alteri bono ſeu vero cõtrariũ. Nã & philoſopho teſte, quot modis dicitur vnũ cõtrariorum, tot modis & reliquũ. Veruntũ non ſunt duo effectiua principia rerum, vt rudis & impius mentitus eſt Manichæus, videlicet vnũ eſſentialiter bonũ, & aliud eſſentialiter malũ; cùm & philoſophus, p̃bet, q̃ ſi eſſet aliq̃d eſſentialiter malũ, corrumperet vtiq; ſemetipſum: ſed quicq̃d entitatis eſt in malis pœnæ aut culpæ, à Deo eſt, qui per Eſaiam teſtat̃: Ego Dñs formans lucẽ & creans tenebras, faciens pacẽ &
Eſaiæ 45. creans malũ. De quo Amos 3. fertur: Si erit malum in ciuitate, quod Dñs non fecit? Porrò malum culpæ, quo ad ſuũ formale, nõ eſt à Deo, nec aliq̃d poſitiuũ, ſed caſus & defectus à bonitate & veritate, nec habet cauſam propriè effectiuã, ſed potiùs defectiuã, hoc eſt, voluntatẽ creatam, prout ex nihilo eſt. Cõſequenter author huius voluminis humiliter loquens, addit: [& ego nouiſſimus vigilaui,] i. poſt p̃cedentes authores ſcripturæ, vacaui ſtudio ſcripturarũ. Sic & vas electionis de ſeipſo fatetur: Nouiſſimè omniũ mihi tanq̃ abortiuo &c. [& quaſi
1. Cor. 15. qui colligit * racemos] i. paruulas vuas, [poſt vindemiatores:] qui vuas depoſuerunt, quaſi
*acinos dicat, Præcedentium patrum fragmenta collegi, & dicta eorum in vnum redegi. [In benedictione Dei & ipſe ſperaui,] i. in auxilio gratiæ Dei, & in copioſis collationibus chariſmatũ diuinorũ, [& quaſi qui vindemiat, repleui torcular] i. ſicut vindemiator replet torcular vuis & vino, ſic ego repleui Eccleſiam, quæ multis tribulationibus premitur, ſicut vuæ in torculari premuntur: hanc inquam Eccleſiam, ſeu fidelium mentes repleui ſpiritali vino, hoc eſt, ſalutari huius libri doctrina. [Reſpicite, quoniam non mihi ſolùm laboraui,] i. penſate q̃ labor ſtudij mei, non mihi duntaxàt ad augmentum gratiæ proficit & gloriæ, [ſed & omnibus exquirentibus diſciplinã.] i. informationẽ & correctionem in moribus, qui ex hoc libro
Eccle. 24. ſtudij mei valdè queunt proficere. quaſi dicat: ità & vos ſtudeatis proximis veſtris proficere verbo, exemplo & documentis. Iſtud quoq; ſuprà iam dixit, vbì & iſtud pleniùs fuit expoſitũ. [Audite me magnati, & oẽs populi & rectores Eccleſiæ, auribus percipite] ſequentia documenta. quaſi dicat: Omnibus vobis, quãtunlibèt magnis aut paruis, expedit ea ſcire. [Filio & mulieri, fratri & amico nõ des poteſtatem ſuper te in vita tua:] i. nec ſobolem, nec vxorẽ, nec cognatos, neq; domeſticos permittas cõtra te agere aut præualere, in p̃iudicium authoritatis & p̃ſidentiæ tuæ, qua caput es omniũ illorum: [& non dederis alijs poſſeſſionẽ tuam,] eam totaliter ac prodigaliter expendendo, ſeu ſoboli tuæ eam præſtando, [nè fortè pœniteat te,] dum víderis illos tibi ingratos, [& depreceris pro illis,] i. cogaris illos rogare, vt tibi ſubueniant. [Dũ ſuperes & adſpiras,] i. quandiù viuis, [non immutabit te omnis caro:] i. nullus homo te mutet, ſeu remoueat ab huius obſeruantia documẽti, nec immoderãter illiciat te, vt tua des ei, & poſteà egeas. [Melius eſt em̃, vt filij tui te rogent,] vt eis de bonis tuis communices, [quàm te reſpicere in manus filiorum tuorũ:] i. ad munera q̃ dent tibi, hoc eſt, q̃ vt roges eos, quatenùs tuæ ſubueniant paupertati. Parentes enim ſunt ſua ſobole ſuperiores, & habent

habent, q̃uidere eidẽ. Vndè ait Apoſtolus: Nõ debent filij theſaurizare parẽtibus, ſed parentes filijs. His cõſonant apoſtolica documẽta, qm̃ Paulus ait: Mulieri nõ permitto dñari in virum. Et rurſus: Filij obedite parentib⁹. [In omnibus operibus tuis p̃cellens eſto:] i. alijs exemplaris & agilis, & q̃bus maior es authoritate & poteſtate, perfectior ſis in omni virtute. Idcircò & paterfamiliãs p̃fatis perſonis debet eminentior eſſe in exemplaritate & omni cõuerſatione. [& nè dederis maculã in gloriã tuã.] i. dignitatẽ tuam nõ fœdes per vitia & ſubiectionẽ indignã. Ideò admonet Paulus: Nemini dantes vllam offenſionẽ, vt nõ vitupereẽ miniſterium no
2. Cor. 6. ſtrum. [In die cõſummationis dierũ vitæ tuæ, &] pro, i. [in tempore exitũs tui,] videlicet hora mortis, [diſtribue hæreditatẽ tuam] filijs tuis, & q̃bus ſecundùm iura debeẽ. Nã & Prou. 20. legit: Hęreditas, ad quã feſtinat̃ in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. Cautũ eſt tamen, teſtamentũ facere tẽpeſtiuè, ſed ſic, vt ſortiat̃ effectum poſt obitum teſtatoris, ſicut ait Apoſtolus Hebr. 6. Teſtamentũ in mortuis cõfirmatum eſt. [Cibaria, & virga, & onus aſina: panis, & diſciplina, & opus ſeruo:] i. quemadmodùm aſino cõueniunt cibaria groſſa pro ſua ſuſtẽtatione, & verbera, p̃ ſuæ tarditatis excitatiõe, & onus pro commodo dñi ſui, cuius onera debet portare: ſic ſeruo cõgruunt ſimplex victus, vt valeat operari, & caſtigatio, ſi p̃meruerit, & operatio, nè torpeſcat. Et poteſt per ſeruũ intelligi corpus noſtrũ, quod caſtigandũ atq; in ſpiritũs ſeruitutẽ eſt redigendũ, ſobriè nutriendũ, & bonis exercitationibus aſſuefaciendũ, immò cuilibet ſeruo, i. peccatori, qui vitijs eſt ſubiectus, hæc tria debent: Flagellum Prou. 26.
equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentiũ. [Operatur in diſciplina,] i. ſeruus quãdiù ſub virga tenet̃, agit quæ ſibi p̃cipiuntur, ſimiliter corpus. [& quærit requieſcere,] i. ceſſare ab opere, [laxa manus illi, & quærit libertatẽ:] i. ſi relaxaueris eũ ab opere, ſæpè quæret iugum ſeruitutis tuæ omninò euadere. [Iugũ & lorũ] i. habena, [curuant collũ durum] equorum, camelorũ, & bubalorũ. [& ſeruum inclinant] i. humiliant [operationes aſſiduæ,] ſibi à Dño ſuo iniunctæ. nã & Deus videns ſeruũ ſic occupari, grauari, obedire & ſubijci, pronior eſt ei gratiã impartiri: ſic & caro eſt affligenda, nè inſoleſcat. [Seruo maleuolo tortura & cõpedes:] i. tortura ſeu pœnarũ preſſura debeẽ, vt malitia eius debitè caſtigeẽ, vel vt cõpellatur aperire ſuã occultam neq̃tiam, & cõpedes, ſi aliter nequeat reprimi, & de fuga ipſius habeat̃ ſuſpicio, p̃babilis. [mitte illũ in operationẽ, nè vacet: multam em̃ malitiã docuit ociſitas.] i. multorũ vitiorum occaſio, nutrix, miniſtra, eſt ociſitas ipſa, ſeu ceſſatio ab opere bono ac licito, iuxta illud in Pſalmo 72. In labore hominũ non ſunt, ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Et Salomon ait: In deſiderijs eſt omnis piger. Item q̃;: Tota die Prou. 21.
concupiſcit iniquus. Ezechielis quoq; 16. ſcribit: Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, abundantia, & ocium eius. Cùm em̃ homo diù eſſe nõ valeat abſq; occupatione & delectatione, quandò non occupat ſe, nec delectatur in bonis & licitis, ſtatìm ad illicita ſe effundit. Hinc ait Hieronymus: Semper te diabolus inueniat occupatum. Occupatus, tentatur à dæmone vno: ociоſus, à multis: [in opera conſtitue eum. ſic em̃ condecet illum.] nam à ſeruiendo ſeruus vocatur, & de ſeruo empticio ſeu vernaculo, non de ſeruo conducitio, iſta dicuntur præcipuè. Nam ſcribitur: [q̃ ſi non obaudiẽrit tibi, [curua illum compedibus.] De tali etem̃ ſeruo ſcriptum eſt Prouerb. 29. Seruus verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit. [& non amplifices ſuper omnem carnem:] i. non præferas eum alijs per amplam iuriſdictionem. [verum ſine iudicio nihil facias graue] i. abſq; magna diſcretione & diſcuſſione non facias arduum quicquã, nec ſeruis tuis prætactas inferas pœnas, nec eos deſpicias, quoniam ſerui ſunt, ſed honora, quia proximi tui ſunt. Si verò ſint improbi, improbitas cum diſcretione cõpeſcatur & caſtigetur: ſi autem fidelis & probus extiterit, ametur vt filius, vt frater, vt proximus. Hinc ſubditur: [Si eſt tibi ſeruus fidelis,] quærens tuum honorem & commoda tua magìs quàm ſua, atq; ex charitate magìs quàm ex timore obſequens tibi, non minùs te abſente quàm præſente. [ſit tibi quaſi anima tua:] i. cordialiter dilige eum, ſicut teipſum, & eius quærendo ſalutem. [quaſi fratrem, ſic eum tracta:] i. charitatiuè & piè, [quoniã in ſanguine animæ cõparãſti illũ:] i. pro neceſſitatibus & vtilitatibus vitæ tuæ animalis, quæ conſiſtit in ſanguine, iu-
xta illud Leuitici, Anima omnis carnis in ſanguine eſt: vt ſcilicet in neceſſarijs vitæ tibi de- Leuit. 17.
ſeruiat. Hinc Seneca dixit: Viue cum ſeruo fideli cõmuniter & prudenter, & in ſermone illum admitte, & in conuictu. [Si læſeris eũ iniuſtè, in fugã conuerteẽ:] ſicut timendum eſt, & prout 3. Regum 2. ſerui Semei leguntur fugiſſe. [& ſi extollens] i. aliquid de rebus tuis ſecum exportans, q̃ admodùm Oneſimus aliq̃ tulerat ſecum de rebus Philemonis dñi ſui. Vel ſi extollens, i. contra te indignãs & tumens, ſicut & iuſto zelo Iacob contra Laban tumens, dixit: Quã ob culpã meã ſic exarſiſti poſt me, vt Gene. 31. legitur. [q̃ẽ quæras,] i. vbì ſit quem

quæ-

quærere vis,[& in qua via quæras, neſcis.] Poſtremò conſonant hæc apoſtolicis documentis, iuxta illud ad Ephe.6. Serui, obedite Dñis carnalibus cũ omni timore & tremore in ſimplicitate cordis, non ad oculum ſeruientes, ſed ex animo. Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes quia & illorum & veſter Dominus eſt in cælis.

¶Expoſitio cap.34. Vana ſpes & mendacium inſenſato viro. Art. 35.

POnuntur hîc cõpendioſiſſima documenta, ad inſtructionem & intelligentiã ſcripturarum ac fidei opportuna. Et qm̃ veritas fidei ex reuelatione habetur diuina, reddit nos cautos, nè phantaſticis apprehenſionibus, tanq̃ diuinis reuelationibus, inhæreamus.[Vana ſpes & mendaciũ inſenſato viro,]i. inſipiẽs homo habet ſpem vanam, cõfidendo in rebus creatis, vanis, caducis, potiùs quàm in Deo, vel pſumendo ſe cõ-
Eſaiæ 59. ſequuturũ vitã beatam prauè viuendo, vel in fine vitæ pœnitentiam eſſe acturũ. De quibus
Iere.17. loquitur Eſaias: Confidunt in nihili, & loquuntur vanitatẽ. Et Ieremias: Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachium ſuũ. Prouerb. quoq; 28. ſcriptũ eſt: Qui confidit in corde ſuo, inſipiens eſt. De talibus loqtur Dñs Ierem. 2. Quid inuenerunt in me iniq-
tatis? qa dereliquerunt me, & abiẽrunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt. Deniq; ſicut in homine ſapiente & virtuoſo triplex eſt veritas, ſcilicet vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ: ità in homine inſen-
ſato & vitioſo eſt triplex mendaciũ, prætactæ triplici veritati contrariũ, vtpotè falſitas ſer-
Pſal. 4. monis ſeu inſtructionis, falſitas cõuerſationis, & æquitas ficta. Ideò rectè ait Pſalmiſta: Filij hominũ, vſquequò graui corde? vt qd diligitis vanitatẽ & quæritis mendacium? [& ſomnia extollunt imprudentes:] qui neſciunt inter reuelationẽ & ſomniationẽ diſcernere. ideò ſæ-
pè putant ſua ſomnia eſſe diuina oracula, perſuadentq; ſibi ſuggerente diabolo, q̃ ſint ſpi-
ritaliter magni ſapientes & virtuoſi, ac cæteris meliores, ſeu quaſi prophetæ, eo q̃ diuina eis & abdita reuelentur.[Quaſi qui appræhendit]i. appræhendere nititur.[vmbram, & perſe-
quitur] i. inſtanter currit poſt [ventum,] quaſi volens tenere eundẽ: [ſic & qui attendit ad viſa mendacia.] i. falſis apparitionibus ſeu denunciationibus factis in ſomno, credit. Idcir-
cò in Leuitico & Deuter. Dñs iuſſit: [Nõ obſeruabitis ſomnia. Ideò ſubdit: [ſecũdùm hoc vi-
Leuit.19. ſio ſomniorũ:] i. oſtenſio ſeu imaginatio habita in ſomno, eſt vana & fallax, nõ q̃ ſemper ſit
Deut.13. talis, ſed ſæpè, prout infrà dicetur. Ideò gratia diſcretionis, atq; diſcretio ſpirituũ neceſſariæ ſunt, vt ſeparetur pręcioſum à vili, & verum à falſo. [ante faciem hominis, ſimilitudo alteri-
us hominis:] i. in ſomno coram interiori vultu & oculo hominis appáret imago alterius ho-
Iob 4. minis, quẽadmodùm in lib. Iob Eliphaz ait: Stetit qdam, cuius nõ agnoſcebã vultum, imago coram oculis meis. Et qm̃ iſta dicuntur pſertim de ſomnijs, q̃ diabolica fiunt illuſione, ſub-
iungitur: [Ab immundo qd mundabit?] Tanq̃ dicat, Cùm dæmon ſit totus immundus, non exhibet nec infundit viſiões ſalubres & purgatiuas: & dato quòd interdùm vtilia dicat, hoc agit aut inuitè, ſeu cõpulſus ab angelo ſancto, aut intentione peruerſa, vt ſcilicet tandèm fal-
lat & inquinet. Veruntñ miniſtri Eccleſiæ quanùs in mortalibus ſint peccatis, veraciter ta-
men miniſtrant Eccleſiaſtica Sacramenta, & inſtrumentaliter purgant, inquantùm ſunt pu-
blici miniſtri & officiati Eccleſiæ. [& à mendace qd verum dicet?] Nõ dubium quin homo
Matth. 23. mendax & impius, multa vera & ſalubria prædicet & affirmet, ſicut de talibus ait Saluator: Quæcunq; dicũt vobis, facite: ſecundùm opera verò illorũ nolite facere. Dæmones quoq;, quanùs mendoſi, tñ frequenter aliqua vera annunciant & p̃dicunt. Quod igitur dictũ eſt, à
2. Theſſ.2. mendace qd verum dicetur? de diabolo intelligendũ eſt, q̃ vera nõ dicat niſi intẽtione fal-
lendi, & ſic verũ quod dicit, poteſt falſum vocari ex fine intento, quẽadmodùm Apoſtolus loquens de Antichriſto: Cuius, inquit, aduentus erit in ſignis mendacibus. Circa quod Beda & Haymo dicunt, q̃ Antichriſtus faciet aliqua vera ſigna, quæ tamen ex fine aſſerunt mẽ-
dacia. Hinc Apoc.13. legitur: Fecit (i. faciet Antichriſtus) ſigna magna, ità vt etiam ignẽ face-
ret de cælo deſcendere. Veruntñ miracula propriè dicta, quæ totã naturæ creatæ facultatẽ ordinemq; excedunt, agere nõ valebit, niſi forſan pręſtigialiter tantùm, de q̃bus ait Pſal.71. Benedictus Dñs Deus Iſrael, q̃ facit mirabilia ſolus. Circa hæc ſcribit qdam: In ſomniando
appáret aliquãdò ſimilitudo alterius hominis, quæ nõ eſt homo verus, ſed tãtùm phantaſti-
cus: ideò nõ poteſt aliq̃d docere: & ſi aliquandò ibi appáreat dæmon in ſimilitudine illa, nõ dicit veritatẽ, ſed falſitatem, qm̃ mẽdax eſt. Sed aduertendũ, q̃ ſimilitudo talis, interdùm for-
matur in ſenſu interiori miniſterio angeli ſancti, ſicut ſæpiſſimè contigit in prophetis: & in ſimilitudine hominis ſic formata, interdùm apparuit angelus bonus, vel in ſua, vel in Dei
Apoc.1. perſona, iuxta illud Ezechielis 1. Super ſimilitudinẽ throni, q̃ſi ſimilitudo hominis. Vndè in Apocal. ſua ait Ioan. Vidi ſimilem filio hoīs. Interdùm verò in ſimilitudine tali appáret dia-
bolus, q̃ vtiq; quandoq; vera aliqua dicit, immò ad ſalubria admonet, vt poſteà irreparabi-
liùs

liùs fallat, prout in Collationibus & vitis patrum legitur multotiès contigiſſe, & beatiſſimus pater Antonius in Regula ſua fatetur. [diuinatio erroris] i. erronea diuinatio de futuris purè cõtingentibus diabolico ſpiritu facta, quæ in Leuitico prohibetur. Et dicitur diuinatio, quia quod Dei eſt, dæmones ſibi vſurpant, ſcilicet pronunciare futura & abdita, iuxta illud Eſai. 41. Quæ futura ſunt, annunciate nobis, & ſciemus quia dij eſtis vos. [& auguria mẽdacia,]i. mendoſa, quia ad minùs ad deceptionẽ ordinantur, quanùs interdùm per ea aliqua cognoſcunt, iuxta quod Numer. 24. legitur: Videns Balaam q̃ placeret Dño vt beneciceret Iſraeli, nequaq̃ abijt vt augurium quæreret. [& ſomnia malefacientium,]i. immiſſa à dæmonibus decipientibus, vel ſomnia hominum, q̃ ex ſomnijs ſuis ad aliqua illicita inducuntur, [vanitas eſt,] quia à vera ſalute impediunt, & diuina lege prohibita ſunt, ſecũdùm illud Leuitici 19. Nõ augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. [Et ſicut parturientis, cor tuũ phantaſias patiẽ, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio:]i. ſicut fœmina prægnans, vicinaq; partui, phantaſijs repletur atq; doloribus, ità cor tuum in ſomno pœnalibus imaginationibus Sap.17.18.
efficitur plenum, niſi diuinis illuminationibus conſolationibusq; iuuetur. Et hoc magis ac- 19.
cidere ſolet his, qui in magnis ſunt tribulationibus conſtituti, prout in libro Sapientiæ de
Aegyptijs legitur ſub Moſe factum. Nam & ſanctus Iob dixit: Per ſomnia me terrebis. [Nè Iob.7.
dederis in illis cor tuũ] i. nõ intendas nec credas huiuſmodi ſomnijs. [multos em̃ errare fe- Iere.23.
cerunt ſomnia, & exciderunt] à ſtatu ſalutis, [ſperantes in illis.] Vndè in Ieremia, Ezechiele, Ezec.13.
Michæa frequenter conqueritur Dñs de pſeudoprophetis: Deceperunt populũ meum pro- Mich.3.
pter ſomnia ſua, dicẽtes: Sõniaui ſomniaui. Porrò de hac materia in fine huius articuli pleniùs dicã. [ſine mendacio conſummabitur verbum legis:]i. ſcriptura legis diuinæ tota verè implebiť, & ſyncerè verificabitur, cùm ſit diuinitùs reuelata. [& ſapiẽtia in ore fidelis complanabitur:]i. vir fidelis & eruditus, ſapientiã ſcripturarũ planè exponet ac lucidè p̃dicabit, ſicut ait Apoſtolus 1. Cor. 2. Sapientiã loquimur inter perfectos. Vndè ſuperiùs cap. 24. dixit ſapientia ſumma: Qui elucidant me, vitã æternã habebunt. [Qui non eſt tentatus]à mundo, carne, diabolo, [quid ſcit?] i. pauca per experientiã & exercitationẽ cognoſcit, notitia ſcilicet actuali & practica, nec aptus eſt inſtruere alios in tẽtationibus, dubijs, ſcrupuliſq; eorũ, niſi forſan vnctio ſuppleat experientiæ & exercitationis defectum. Idcircò periculoſum eſt talibus inexpertis, nec in ſpiritali vita exercitatis, p̃prias reuelare tentationes, prout Caſſianus declarat. [Vir in multis expertus, cogitabit multa:]eſt em̃ circunſpectus, & diuerſa conſiderabit, p̃terita & p̃ſentia ac futura conferendo ad inuicèm, ſicq; ex ſcripturis & geſtis ſanctorum reſpondebit peritè. [& qui multa didicit,] per exercitationem ſtudij, per illuminationẽ Spiritũs ſancti, per p̃priã experientiã, aut aliorũ inſtructionẽ. [enunciabit intellectũ:] i. verũ ſenſum ſcripturæ, & ſapientiale reſponſum. [Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit:]ſicut expoſitũ eſt. [q aũt in multis factus eſt,]i. per diuerſa diſtractus, & corde per multa diuiſus, cùm vnum ſit neceſſariũ. Vel, vt aliq̃ libri habent, Qui in multis fatuus eſt, i. diuerſis erroribus implicatus, & curioſis rebus intentus, ac ſalutaris ſapientiæ dono priuatus, [multiplicabit malitiã,]i. opera vitioſa abundanter efficiet, & falſa docebit, ſcandalizabitq; alios. Siquidem ex cordis errore atq; ſtultitia, labitur homo ad multa & magna omiſſionis & commiſſionis peccata, ad q̃ vitanda oportet inprimis verè cognoſcere, qd agẽdum, quid omittendũ: ideò ignorantia eſt peccatũ maximè periculoſum. [Qui tentatus non eſt, qualia ſcit?]quaſi dicat, permodica, ſecundùm expoſitionẽ inductã. Qui aũt tentationibus diù & efficaciter reſtitit, & in ſpirituali exercitatus militia, ex ſe & in ſe ſumit formam conſulẽdi, inſtruendi, conſolandiq̃ alios, ſicut & hi, qui in corporalibus bellis ſæpe fuerunt ac triti ſunt, meliùs ſciunt, qualiter in tali oporteat bello p̃cedere. Hinc diuiniſſimi patres, Antonius, Macarius, Paphnutius, Moſes, & eis cõſimiles, qui manu ad manum, cõtra demones tẽtationesq; carnis, victorioſiſſimè atq; acerrimè pugnauerunt, optimè nouerant alijs verba cõſolatoria, ſalubria cõſilia, p̃clariſſima documẽta cõferre. Tales quippe optimè ſciunt fragilitatẽ humanã, pietatẽ diuinã, diabolicamq; verſutiã ac remedia cõtra tẽtationes, modum
quoquè vtendi ipſis remedijs. [qui *implantatus eſt,]i. non radicatus in deo per timorem * ſplanatꝰ
& humilitatem, [abundabit negtia:]nam omni tentatione deijciẽ, ſicut de quibuſdã loquiť
Chriſtus: Hi radices nõ habent, quia ad tempus credunt, facta aũt tribulatione propter ver-
bum, ſcandalizanť. De talibus loquiť Eſaias: Et quidẽ nõ ſatus nec radicatus in terra truncus Lucæ 8.
eorum: repẽte flauit in eos, & aruerunt. De quibus Sapientiæ 4. legiť: Adulterinæ plantatio- Eſaiç 40.
nes nõ dabunt radices altas. Econtrà de iuſtis ait propheta Pſal. 91. Plantati in domo Dñi, in atrijs domũs Dei noſtri florebunt. Vndè & ad Epheſios 3. loquiť Paulus: In charitate radicati ſitis & fundati. [Multa vidi enarrando,]i. plurima conſideraui hæc conſcribendo, [&

*plurimas * plurimorũ verborum]i. rerum ac operum[conſuetudines.] & ità expertus ſum.Frequenter aũt in ſcripturis ſumitur verbum p factо, ſicut cùm Eſa.39. de Ezechia narratur:Non fuit verbũ, quod nõ oſtenderet eis in domo ſua.Vel diuerſas verborum conſuetudines, i.varios idiomatũ modos cognoui. Nam vnaquæq; loquela ſuas habet ꝓprietates ac proprios modos.[Aliquotiès vſq; ad mortẽ periclitatus ſum horũ cauſa:]i. diuerſa pericula incidi & viarũ diſcrimina,vt iſta per experientiã ſciré, eundo per loca remota, quemadmodùm ſanctus Hieroñ. primo libro Vitaſpatrũ recitat, ſe ac ſui itineris comites incidiſſe ſex aut ſeptẽ grauiſſima pericula,vt patres ſanctos in eremo cerneret.Qui etiã recitat de Platone, q̃ dum varias peragraret regiones deſiderio q̃ diſciendi in ſcientijs,tandèm incidit in piratas, à quibus

Pſal.33. captus fuit ac venditus.[& liberatus ſum gratia dei]à tantis periculis. Multæ em̃ tribulationes iuſtorũ,& de omnibus his liberabit eos Dñs, iuxta illud Iob 5. In ſex tribulationibus liberabit te,& in ſeptima non videbis malum.[Spiritus]i. voluntas,mens,ſeu animus,[timẽtium Deũ quæritur:]i.Deus requirit,vt à cordibus hominũ filialiter timeatur,& eos qui ſic metuũt Deum, ipſe Deus quærit & applicat ſibi ad beatificè ꝓmiandũ. Sed & homines boni quærunt eos,qûi timorati ſunt animi,vt orent pro ipſis, & ædificent̃ ab illis. [& in reſpectu illius benedicetur:]i.ſpiritus hominis timorati,augmenta virtutũ in ꝓſenti,& dona gloriæ in futuro à Deo, ipſum clementer reſpiciente,conſequetur.Oculi em̃ Dñi ſuper metu-

Pſalm.32. & 149. entes eũ:Et,Beneplacitum eſt dño ſuper timentes ipſum.[Spes enim illorũ in ſaluantẽ eos,] i.tendit in deũ,qui Iſai.45.teſtat:Deus iuſtus & ſaluãs nõ eſt ꝑter me.[& oculi Dei in diligẽtes ſe]amore infuſo,qui charitas appellat̃.Illos em̃ Deus cũ ſpeciali pietate,approbatione & complacentia intuet̃,ſicut in pſalmo 144.cantat:Cuſtodit Dñs omnes diligentes ſe.De quibus ſcriptum eſt Iudicum 5. Qui diligunt te domine, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ſic rutilent.[qui timet Deum,nihil trepidabit.]i.nulla aduerſa verebit carnali & mundano tremore,ſicut iuſſit ſaluator Matt.10. Nolite timere eos qui corpus occídunt, animã aût non poſ-

1.Pet.3. ſunt occídere.Et beatiſſimus Petrus:Timorem, inquit,eorũ nè timueritis.Hinc Proue.7.legitur:Præter Deum nè timueris alienum. [& nõ pauebit] inordinato timore, ſicut Pro.28. aſſeritur:Iuſtus quaſi leo cõfidens, abſq; terrore erit. [q̃m̃ ipſe eſt ſpes eius:]i.ob hoc quòd deus eſt obiectũ & cauſa cõfidentiæ ſuę, ſecundùm illud in Pſalmo 26. dñs illuminatio mea & ſalus mea,quẽ timebo? dominus ꝓtector vitæ meæ,à quo trepidabo?[Timentis dñm]filiali timore,[beata eſt anima eius] iam in ſpe, diſpoſitione ac merito. [Ad quem reſpicit] ipſe qui timet Deum, vel ad quem reſpicit Dominus?[& quis eſt fortitudo eius?]i. confortator hominis timorati.Vndè Eſai.66.Dominus loquitur:Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculũ,& contritum ſpiritu,& trementem ſermones meos?Ieremię quoq; 16.aſſerit vir timoratus:Dñs fortitudo mea,& refugium meum,& robur meum in die tribulationis.[Oculi Domini ſuper timentes eum,protector potentiæ,]i. potens protector eorum,vel protector virtutis ſeu poteſtatis, quam habent ipſi qui metuunt Dominum.[firmamentum virtutis,] quia confortat & ſtabilit eos in ſpe. [tegumen ardoris,]i. ab ardore tentationum protegens eos, iuxta illud Sapientiæ 3. Quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſuo defendet illos. [& vmbraculum meridiani,]i. obumbrans eis ac refrigerium præſtans contra æſtum perſequutionum atq; libidinum,prout Eſa.4. inducitur: Super omnem gloriam protectio erit in vmbraculũ diei ab æſtu.Et in pſal.90. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. [deprecatio offenſionis,]i.obiectum & cauſa orationis,qua orabunt ſibi offenſiones ſeu culpas ſuas ignoſci. Vndè ait Apoſtolus Rom.8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis,i.poſtulantes nos facit. [& ad-

Pſal.144. & 36. iutorium caſûs]i. præſeruans eos à ruina peccati, & erigens ab eadem,iuxta quod ſcriptum eſt:Alleuat Dominus omnes qui corruunt,& erigit omnes eliſos.Itemq;: Cùm ciderit, nõ collidetur,quia Dominus ſupponit manum ſuam.Ideò ſubditur:[exaltans animam]ab infimo lapſu ad ſummum bonum,& eam dignificans,ità vt ſit ſponſa,hæres filia,& amica dei ſui.[illuminans oculos]cordis per fidem,ſapientiam, ſcientiam, cõſilium,intellectum atq;

Mich.7. prudentiam.Ideò dicit Michæas:Cùm ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.[dans ſanitatem & vitam & benedictionem.] Ipſe nanq; largitur ſanitatem mentis & corporis, vitam naturæ & gratiæ ac gloriæ, & multiplicationem diuinorum chariſmatum. [immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata:]id eſt,vitioſa eſt immolatio, qua quis offert Deo bona iniuſtè acquiſita, dummodò ſciat & poſſit ea reſtituere his quibus rapuit ea, vel eorum propinquis:ſi autem non poſſit hoc,debet ea in pium conuertere vſum, niſi forſan ſint turpi quæſtu adepta, ſicut Deuter.23. Dominus prohibet ſibi offerri mercedem proſtibuli. [& non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniuſtorum:] id eſt,immolationes Deo factæ ex rebus aliorum,diſplicent ei,& magis ſunt ſubſannationes & irriſiones dei,quàm honorificentiæ eius,quia

us, quia prohibuit ipſas. Ideò in Prouerbijs dictum eſt: Non reſpicit Dominus oblationes iniuſtorum.Et rurſùs Pro.3.legitur:Honora dominum de tua ſubſtantia.Hinc 1.Paralip.21. Dauid ait ad Ornan:Nõ tibi auferre debeo,& ſic offerre Domino holocauſta gratuita.[Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & iuſtitiæ:]i. verus deus ſummum & omne bonum eſt his, qui confidunt in eo,& ipſum expectant, finaliterq; poſſidere deſiderant. Sicq; ſuſtinent eũ in via veritatis,i. in fide catholica & ſana doctrina:atq; in via iuſtitiæ, i. in conuerſatione iuſta ſeu virtuoſa.Hinc in libro Threnorum Ieremias loquitur:Pars mea Dominus,dixit anima mea, propterea expectabo eum. Et Pſalmiſta:In Deo ſalutare meũ,& gloria mea, Deus auxilij mei,& ſpes mea in Deo eſt.Itemq;: Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terrã? Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Porrò iniqui conſtituunt ſibi vltimum finem in rebus caducis,quas colunt pro Deo.[Dona iniquorũ non probat altiſſimus:]i. oblata ſeu ſacrificia impiorũ Deus non approbat,etiam ſi ex propria fiant ſubſtantia.Qui enim in mortali eſt culpa,nihil poteſt meritorium operari.Sacrificia quoq; legis Moſaicæ non erant Deo accepta ex ſe,ſed ſolùm ex offerentium deuotione & charitate. Idcircò dũ offerentes, deo nõ placuerunt,nec eorũ oblationes placitæ ei fuerunt.Hinc ſubditur:[nec reſpicit] per approbationẽ [in oblationes iniquorũ, nec in multitudine ſacrificiorũ, eorũ propiciabitur peccatis.]i. peccata eorum non dimittet propter eorũ ſacrificia, quantũlibèt multa.Solis em̃ verè pœnitentibus & cõtritis dimittunt̃ peccata mortalia. Ideò Iere.11. Dñs ait: Nunquìd carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?Et Michææ 6. inducitur: Nunquìd placari poteſt Dñs in millibus arietum, aut in multis millibus hircorũ pinguium? [Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum,]quã eis iniuſtè ſubtraxit,[quaſi q̃ victimat filiũ in conſpectu patris ſui:]i. taliter Deũ offendit,ſicut quis offenderet hominẽ cuius filiũ trucidaret ipſo patre cernente.Sic & Iſai.66.legitur: Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virũ.Prouerb.quoq; 15.fertur: Victimæ impiorũ abominabiles dño.]Panis egentiũ]i. tenuis cibus,[vita pauperis eſt.]i. ſuſtentaculum vitæ egeni. [qui defraudat illum,]i. pauperẽ priuat ſuſtentaculo tali,[homo eſt ſanguinis.]i.ſimilis homicidæ aut vulneratori mutilatorí ve hominis.Nam vitam pauperis exponit periculo mortis,immò qui de proprio nõ largitur in neceſſitudine cõſtitutis,reus eſt mortis illorũ, Auguſt.dicente: Paſce fame morientẽ:ſi nõ paueris,occidiſti.[Qui aufert in ſudore panẽ,]i.victualia tollit iniuſtè ab aliquo, quę ille cum labore & ſudore acquiſiuit, tã grauiter peccat,[quaſi q occidit proximũ ſuũ:] quia in ſcelere aſſimilantur,cũ raptor ſeu fur talis tollit ab altero neceſſaria victui eius.Talibus loquitur Dñs Iſai.3.Rapina pauperis in domo veſtra eſt:quarè faciem pauperũ cõmolitis? Et per Michæam ait: Comedunt carnem populi mei, & pellem deſuper excoriauerũt. [Qui effundit ſanguinem,]occidendo vulnerandóve quenquã iniuſtè.[& qui fraudẽ facit mercenario,] non ſoluendo ei mercedẽ laboris ſui, eámve minuendo, aut eius ſolutionem plurimùm differendo,[fratres ſunt.]i.ſimiles in peccatis ob cauſam ꝓtactam.Ideò Leui.19. Dñs iuſſit: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; manè.Et Tobias ait:Quicunq; tibi aliqd operatus fuerit,ſtatim ei mercedẽ reſtitue,& merces mercenarij tui apud te omninò non maneat. Deniquè defraudatio mercedis mercenarij, inter quatuor peccata clamitantia coram Deo annumeratur,ſicut & homicidium.Scriptũ eſt enim: Eccè merces operariorum,qui meſſuerunt regiones veſtras, q̃ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Dñi Sabaoth introijt.[Vnus ædificans, & vnus deſtruẽs, quid prodeſt illis niſi labor?] i. ſi vnus ædificet domum pro commodo ſuo nõ meritoriè,& alius deſtruat eam,nullam reportant de ſuis laboribus vtilitatem.Cur aût hoc dixerit,ſubdit:[Vnus orans,& vnus maledicens,cuius vocem exaudiet Dominus?]i. ſi is qui abſtulit aliena iniuſtè,facit eleemoſynã indè, ità quòd vnus cui eleemoſynam contulit, oret pro ipſo:alter verò, cui intulit damnũ,ex impatientia,ira, inuidia maledicat ei,amborum voces inexaudibiles ſunt coram deo. Nam orans,non exauditur propter indignitatem eius pro quo orat,cui non dimittitur peccatum,niſi reddat ablatum. Maledicens verò non exauditur, quoniam imprecatur ſpoliatori malum ex vitioſa radice, & quoniam in Prouerbijs dicitur:Nè dicas, reddam malum pro malo:expecta Dominum,& liberabit te. Vndè & Chriſtus in Euangelio: Orate,inquit, pro perſequentibus & calumniantibus vos. Poſtremò, contra recidiuantes ſubiungitur: [Qui baptizat̃ à mortuo,] id eſt, aqua expiationis adſpergitur & purgatur, eo quòd tetigit mortuum,prout in Numeris continetur,[& iterùm tangit mortuum] contra legis mandatum, [quid proficit lauatio illius?]id eſt, purgatio ab illa irregularitate legali,cùm mox inquetur vt antè. [ſic homo qui ieiunat in peccatis ſuis,] id eſt,pro remiſſione culparum ſuarum,[& iterùm eadem faciens, quid proficit humiliãdo ſe?]i. veniam poſtulando, ſeq; per

Thren.3. Pſal.61. Pſal.72.

Prou.20. Matt.5.

Nume.19.

ieiunium affligendo. Si enim de ꝑteritis non pœnituit, ieiunando nil meruit: si autẽ pœnituit, tamen tam citò recidiuando incurrit ſpecialẽ quandã ingratitudinis aggrauationiſq; notam. ſicut & vulnera renouata, ſunt magis nociua: gratiam quoq; quam pœnitendo & ieiunando, ꝓmeruit, recidiuando mox perdit. [Orationem illius quis exaudiet?]i. Deus eam non audiet, non ꝙ recidiuans non poſſit veniã promereri, pœnitere, ac ſurgere, ſed ꝙ non exaudietur, quàm diù manet in recidiuo ac voluntate peccandi. Vel, non exaudietur tã citò
Matt.18. vt antè, propter ingratitudinem recidiuationemq; ſuam irrefrenatam. Vndè in Euangelio legitur, quòd ſeruum nequam, qui ſuo noluit miſereri conſeruo, Dominus iuſſit mitti in carcerem, quouſq; ſolueret vniuerſum debitum, etiam à Domino ſuo ſibi dimiſſum. Circa dicta in iſto capitulo quæritur, an intendendum & credendum ſit ſomnijs. Et quòd nõ,
Leui.19. videtur ex verbis huius capituli præinductis, atque ex eo quod Moſes ait: Non obſeruabitis ſomnia. Oppoſitum apparet ex eo, quod Dominus dixit ad Aaron & Mariam Nume.12. Si fuerit inter vos propheta, in viſione apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad eum. Ioſeph
Gene.40. quoquè expoſuit ſomnia eunuchorum Pharaonis. Et Iob 33. fertur: Per ſomnium in viſione nocturna aperit Deus aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Circa hæc penſandum, quod in dialogo ſcribit Gregorius: Imagines, in quiens, ſomniorum ſex modis animũ tangunt: quia aliquandò ex ventris repletione aut vacuitate, aliquandò illuſione, aliquandò cogitatione ſimul & illuſione, aliquandò reuelatione, aliquandò cogitatione ſimul & reuelatione. Duos primos modos in nobis quotidiè experimur, cæteros in ſcripturis inuenimus. Nempe, quòd ex dæmonum illuſione ſæpiùs fiant, patuit ex iſto capitulo, & quia per
Leui.19. Moſen Dominus iuſſit: Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Valdè etenim deteſtabilia ſomnia oſtenduntur, quæ augurijs coniunguntur. Quòd verò ex cogitatione ſimul &
Eccẽs 5. illuſione interdùm fiant, conſtat ex eo quod ſcriptum eſt: Multas curas ſequuntur ſomnia.
Gene.37. Ex reuelatione autem vidit Ioſeph per ſomnium ſe ſuis fratribus præferendum. Ex cogita-
Dan.2. tione autem ſimul & *reuelatione proceſſit ſomnium Nabuchodonoſor regis*. Vndè Daniel dixit ad eum: Tu rex cœpiſti cogitare in ſtratu. Difficulter ergò credendum eſt ſomnijs, quoniam quo impulſu veniant, facilè non elucet. Sancti autem interno quodam ſapore inter illuſiones & reuelationes diſcernunt, vt ſciant quid à bono ſpiritu percipiant, & quid ab illuſione ſuſtineant. Inſuper de his ſcribit Thomas in Secunda Secundæ, quæſtione 95. Cauſa ſomniorum eſt duplex, putà interior atque exterior. Interior quoquè eſt duplex: Vna animalis, dum phantaſiæ dormientis occurrunt ea, circa quæ cogitatio aut affectio ſua fuit intenta tempore ſuæ vigiliæ: & talis cauſa ſomniorum, non eſt cauſa futurorum euentuum, immò ſomnia talia ſe habent per accidẽs ad futurum euentum. Alia interior cauſa ſomniorum, eſt corporalis, quia ex interiori corporis diſpoſitione formatur motus in phantaſia tali diſpoſitioni conformis, quemadmodùm abundanti in humoribus frigidis videtur in ſomnijs, quòd ſit in aqua vel niue: atque huiuſmodi ſomnijs, ſecundùm medicos, eſt intẽdendum, ad ſciendum interiorem hominis diſpoſitionem. Cauſa quoquè ſomniorum exterior, duplex eſt. Vna corporalis, in quantùm phantaſia dormientis immutatur ab ære continente, vel ab impreſſione cæleſtium corporũ, ex qua appárent dormienti aliquæ phantaſiæ cæleſti diſpoſitioni conformes. Alia exterior cauſa ſomniorum eſt ſpiritualis, quia quandoq; eſt à Deo per miniſterium angelorum, & talibus ſomnijs eſt credendum. Interdùm ex operatione diaboli, qui & ſi quandoq; aliqua vera prænuncietaut oſtendat, tamen intentio eius eſt, tandèm decipere. Idcircò non eſt intendendum eidem.

¶Elucidatio Cap.35. Qui conſeruat verbum, multiplicat orationem. Art. 36.

AGitur hic de ſpirituali & per ſe accepto ſacrificio, quod eſt immediatus actus virtutis. [Qui conſeruat *verbum,]i. verba Dei feruidè audit, memoriter retinet, &
*legem Luc.2. Luc.18. præcepta Dei obſeruat, ſicut beatiſſima virgo Chriſtifera cõſeruabat omnia verba, quæ erant de Chriſto, conferens ea in corde ſuo, [multiplicat orationẽ:] Hoc
1. Theſſ.5. eũ ſcriptura ſacra nos erudit, immò & jubet, vt aſſiduè & ſine intermiſſione oremus, quo-
Luc.18. niam indefinenter diuino indigemus auxilio, ambulantes in medio laqueorum, inuiſibilibus circundati hoſtibus. Vndè in Euangelio ait Saluator: Oportet ſemper orare, & nõ deficere. [Sacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis.]id eſt, conſiderationi mandatorum diuinorum vacare, vt impleantur, ſecundùm illud in Pſalmo 102. Et memores ſunt mandatorũ ipſius ad faciendum ea. Quicquid enim ad Dei honorem fit, & ad eius reuerentiam exhibetur, & ei offertur, ſacrificium dici poteſt. Deniq; per mandata hoc loco intelliguntur præcepta affirmatiua, quæ obligant ſemper, ſed non ad ſemper. Nam ſequitur: [& diſcedere ab omni iniquitate:]id eſt, non facere mala, quod ad præcepta pertinet negatiua. [& propiciatio nem

tionem litare ſacrificij, id eſt, ſacrificare opera miſericordiæ, tam ſpiritualia quàm corporalia. Itaq; litare & ſacrificare propiciationem ſacrificij, id eſt, miſerationem pro ſacrificio, [ſuper iniuſtitias,]id eſt, pro iniuſtitijs ſeu vitijs remittendis, eſt ſacrificium ſalutare, ſicut
Marc.11. ait Saluator: Dimittite, & dimittetur vobis. [& deprecatio pro peccatis, recedere ab iniu-
Lucæ 6. ſtitia:]id eſt, intuitu & amore Dei declinare ab omni culpa, eſt æquiualenter deprecatio ad obtinendũ ꝑteritarum remiſſionem culparum. [retribuet gratiã:]i. ſacrificium ꝓ gratiarũ actione ſeu immolationẽ Deo acceptam exhibebit, [qui offert ſimilaginem] i. puriſſimam tritici ſimilam ſeu farinam, quæ conſueuit in lege offerri, & de qua panes propoſitionis fiebant, vt in Leuitico, Exodo, Numerorumq; libro frequẽter habetur. [& qui facit miſericordiam]cum proximis, [offert ſacrificium:]id eſt, opera Deo accepta, iuxta illud Prouerb. 19.
Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Hinc rurſùs Prouerb. 21. aſſeritur: Facere miſericordiã & iudicium, plùs placet Deo, q̃ victimæ: q̃ non erant Deo acceptæ ſecundùm ſe, ſed
Pſal.50. ex offerentium fide & deuotione. Hoc eſt quod Michæ. 6. innuitur: Quid dignum offeram Dño? Nunquìd placari poteſt Dñs in millibus arietum? Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtiquè facere iudicium, & diligere miſericordiã, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. [Beneplacitũ eſt Domino, recedere ab iniquitate:]i. de prę-
Exod.23. teritis malis dolere, tentationibus reluctari, vitijs diſſentire, eſt ſacrificium Deo valdè acceptum, ſicut Dauid teſtatur: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſſem: vtiq; holocauſtis non
Exod.34. delectaberis. Sacrificiũ Deo ſpũs contribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies. [& deprecatio pro peccatis, recedere ab iniuſtitia:]qa per talẽ receſſum homo diſponit ad diuina chariſmata obtinenda, ſicut per orationẽ. [Nõ apparebis ante cõſpectum Dei vacuus.]i. ſemper aliqd boni age, & in tẽplo ſeu Eccleſia aliqd offer Deo, vel ſpirituale, vel corporale ſacrificium offerendo, ſecũdùm quod Deuter. 16. legitur: Non apparebis vacuus ante Dominum, ſed offeret vnuſquiſq; ſecundùm quod habuerit. [Hæc emn omnia]iam ꝑtacta, [propter mandatum Dei fiunt:]i. ob hoc, quòd Deus ſic iuſſit, qui & Exo. 34. præcepit:
Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinũ tuum in conſpectu omipotentis Dñi dei tui, videlicet in Paſcha, Pentecoſte, & feſto tabernaculorũ, & tunc aliquid tenebanẽ offerre. [Oblatio iuſti impinguat altare:]quoniam placet Deo, & iuſtus de melioribus offert, etiam ampliùs q̃ tenetur. [& odor ſuauitatis eſt]i. oblatio eius ſpecialiter grata eſt, [in conſpectu altiſſimi:]ſicut Gene. 8. fertur de ſacrificio Noę: Odoratus eſt Dominus odorẽ ſuauitatis. Nempe ſacrificia illa ſuauiter corã altiſſimo redolebant ſolùm ex fide, & deuotionis ac charitatis feruore offerentium ea. [Sacrificium iuſti acceptũ eſt]propter virtutem iuſti,
Gene.4. ſicut Dominus reſpexit ad Abel, & ad munera eius. Non enim accepta erant ſacrificia illa, niſi offerentes Deo accepti fuiſſent. ſecùs eſt de ſacrificio illo digniſſimo euangelicæ legis. [& memoriam eius] i. commemorationem iuſti, [nõ obliuiſcet Dominus:]ſed iugiter memor eſt iuſti & iuſtitiarũ ipſius, quemadmodùm ad Hebræos ait Apoſtolus: Nõ iniuſtus eſt
Heb.6. Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & patientiæ. [Bono animo gloriam redde Deo:]i. omne bonum Deo aſſcribe, & gloriam & honorem exhibe ei recta & prompta iucundaq; mente ſeu intentione, cùm dicat Apoſtolus 1. Tim. 1. Soli Deo honor & gloria. Nam & per Iſaiam
Eſa.42. Dominus teſtatur: Gloriam meam alteri non dabo. Ideò orauit vir ſanctus Pſal. 113. Nõ nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. [& non minuas primitias manuum tuarum:] i. primitias fructuum terræ tuæ ex integro offer Deo in ſuſtentationẽ ſacerdotum ipſius, ſecundùm quod Prouerb. 3. legitur: Honora Dominum de primitijs frugum tuarum. Spiritualiter quoq; quicquid primũ & ꝑcipuum fuerit in donis & actibus noſtris, Deo integerrimè aſſcribamus. [In omni dato ſac hilarem vultum tuum.] i. quicquid Deo ſpontè
2.Cor.9. aut per ſupererogationem, obtuleris vel hominibus propter Deum cõtuleris, hilariter exhibe, vt & cordis iucunditas in vultu reluceat, in ſignum internæ liberalitatis, charitatis, & deuotionis. Vndè & vas electionis: Non ex triſtitia, inquit, aut neceſſitate. Hilarem enim da-
1.Para.29. torem diligit Deus. Hinc 1. Paralip. 29. narratur: Lætatus eſt populus, cùm vota ſpontè promitteret, quia toto corde offerebant ea Domino. [& in exultatione ſanctifica decimas tuas:] id eſt, cum gaudio depura & tribue decimas tuas Deo ſeu eius miniſtris. [Da altiſſimo ſecundùm donatum ipſius:]id eſt, pro rebus tibi à Deo conceſſis offer Deo liberaliter, & tanto copioſiùs, quo plura tibi donauerit. Vndè & 1. Par. 29. Dauid loquitur Deo: Quę de
Lucæ 12. manu tua accepimus, dedimus tibi. Chriſto quoq; teſtante: Cui plus datũ eſt, plus requiret ab eo. [& in bono oculo]id eſt, recta ac ſimplici intentione, de quo oculo loquitur Domi-
Matt.6. nus: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. [adiuuẽtionem facito manuum tuarum:]i. noua ꝑcepta offer Deo pro bonis operibus, quæ facere tibi conceſſit.

Vel, adinuentionem manuum tuarum, i. opera viriũ tuarũ ex cordis deliberatione procedentia age, faciendo ea duntaxàt ad Dei honorem. [qm̃ retribuens est Dñs,] i. copiosus remunerator eorũ, qui eius intuitu & amore, nõ pro laude humana, faciunt bona. [& septiès tum reddet tibi:] i. multo plùs seu plenam mercedem, beatitudinem em̃q; perfectam, in tribus dotibus animæ, & quatuor dotibus corporis. Sic̃q; ponit̃ numerus determinatus pro indeterminato. Per septenarium nanq; perfectio designatur. Ideò asserit filius Dei: Mensurã bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabũt in sinus vestros. Specialiter autem opera misericordiæ, & fidelis persolutio primitiarum & decimarũ, constructio Ecclesiarũ & religiosorum locorũ, in quibus regularis viget obseruantia, copiosam ac multiplicem à Domino sortiuntur mercedem, etiam in præsenti, tam in corporalibus, quàm in spiritualibus bonis. [Noli offerre munera praua,] id est, bona iniustè acquisita, dummodò scias quibus sint restituẽda, prout in præcedentis capituli expositione dictum est pleniùs. Nõ enim suscipet illa] iuxta illud Prouerb. 5. Victimæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere. [Et noli inspicere] id est, approbare, [sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est] qui iniustum abire non patitur, de quo ait scriptura: Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit. [& non est apud illum gloria personæ:] id est, personarum acceptio, quemadmodùm Act. 10. præstantissimus archiapostolus protestatur: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus. De quo Iob 34. scriptum est: Qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem. opus enim manuum eius sunt vniuersi. Hoc est quod subditur: [Non accipiet Dominus personã in pauperem:] id est, personas potentum ac diuitum non accipiet in præiudicium egenorum ac infirmorum, immò teste Apostolo, cõtemptibilia & infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat sapientes & fortes. De quo scriptum est Amos 5. Qui subridet vastitatem super potentẽ, & depopulationem super robustum affert. Siquidem vt in libro Sapientiæ legitur: Non veretur personam cuiusquam, qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios. [& deprecationẽ læsi exaudiet.] i. orationem eius, qui iniuriam passus est, si ad Deum syncerè cõfugiat. Ait em̃ Deu. 32. Mihi vindictam, & ego retribuam: qui (vt ait Psalmista) custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus. [Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitûs:] i. verba gemebunda ex desolatione humana. Nõnè lachrymę viduæ ad maxillam descendunt] ex oculis, [& exclamatio eius super deducentem eas?] id est, clamor viduæ clamantis ad Deum, fit contra oppressorem ipsius, qui eam facit lachrymari, propter quod zelo iustitiæ petit sibi à Deo iudicium fieri de oppressore huiusmodi. [A maxilla enim] viduæ [ascendunt vsque ad cælum] per effectum, id est, à Deo cæli attenduntur, seu Deo præsentantur per angelum. [& Dominus exauditor non delectabitur in illis:] id est, displicebunt sibi lachrymæ per respectum ad illum, qui immisericorditer afflixit viduam. Deus enim miserabilium personarum, vt sunt viduæ, pupilli, orphani, pauperes, & infirmi, atque confimiles humanis destituti solatijs, specialis est miserator, patronus, iudex ac vindex, iuxta illud Deuteronomio. 10. Facit iudicium pupillo & viduæ, amat̃q; peregrinum. Et Exod. 23. Peregrino molestus non eris. Et alibi: Peregrinum & aduenam nõ contristabis. [Qui adorat Deum in oblectatione,] id est, cum gaudio spirituali ex charitate. Oratio enim est ascensus mentis in Deum, secundùm Damascenum, & ex consideratione pietatis diuinæ, oritur in orante confidentia atque lætitia, præsertim si feruerat in amando, [suscipietur,] id est, exaudietur à Deo, iuxta illud in Psalmo 36. Delectare in nomino, & dabit tibi petitiones cordis tui. [& deprecatio illius vsque ad nubes appropinquabit.] id est, efficaciam magnam obtinendi effectum à Domino vniuersorum habebit, quoniam feruor amoris & iucunditas cordis, confidentiac̃q; diuina, eleuant eam valdè. [Oratio humiliantis se nubes penetrabit. quo enim orans, seipsum cordialiùs profundius̃q; humiliat, eo corã creatore ampliùs sublimatur, & pleniùs acceptatur, iuxta illud Psal. 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Hinc Christo testante, publicanus, qui nec oculos audebat leuare in cælum, sed pectus suum percussit, exauditus fuit & iustificatus. Hinc venerabilis Iudith dixit ad Dominum: Mansuetorum & humilium tibi semper placuit oratio. [& donec propinquet,] i. quous̃q; oratio illa à Deo exaudiatur, [non consolabit] ipse orans, i. à sua non cessabit petitione, [& non discedet] ab inuocandi actu aut ꝓposito, [donèc altissimus adspiciat] per effectũ, [& Dñs nõ elongabit,] i. misericordiã suã à tali orãte nõ subtrahet, iuxta illud Prou. Longè est Dominus ab impijs, & orationes iustorũ exaudiet, dummodò sorent salubriter & constanter. [& iudicabit iustos] iudicio approbationis ac beatæ remunerationis. Vel, vt aliqui textus habent, vindicabit iustos, quia eorum vlciscet̃ iniurias.

Lucæ 6. Psalm. 10. 1. Cor. 1. Sapiẽ. 6. Iob. 34. Rom. 12. Psal. 145. Exod. 22. Iere. 22. Lucæ 18. Iudith 9. Prou. 15.

[&

[& faciet iudicium, & fortissimus nõ habebit in illis patientiam:] i. omnipotens nõ remittet oppressoribus iustorũ tormenta, q̃ meruerunt. [vt contribulet dorsum ipsorũ:] i. debitè eos flagellet, sicut iniqui solent flagellari in dorso. Vndè legit Pro. 19. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorũ corporibus. De q̃bus per Oseã loquit̃ deus: Iuxta desiderium meum corripiã eos. [& gentibus reddet vindictã:] i. infidelibus infliget damnationẽ. Qui em̃ non credit, iam iudicatus est, vt Ioan. 3. scribit̃. [donèc tollat plenitudinẽ superborũ:] i. omnes superbos innocentium tribulatores auferat de hac vita, de consortio electorũ, de gloria beatorum, iuxta illud in Esaia: Tollatur impius, nè videat gloriam dei. [& sceptra iniquorũ contribulet:] i. reges principes̃q; iniustos cũ adiutoribus & adhæsoribus suis puniat & cõdemnet, eo ꝙ violenti fuerunt, iuxta illud Amos 9. Eccè oculi nñi super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. Vndè Iere. 18. Dñs ait: Repentè loquar aduersùs gentem & regnum, vt eradicem & destruam illud. [donèc reddat hominibus secundùm actus suos, & secundùm opera Adæ:] i. secundùm quod puniuit ipsum hominem protoplastum pro suo excessu. [& secundùm præsumptionem ipsius,] qua Dei præceptum violare præsumpsit, & supra vires suas erexit se. Veruntamen Adam potest hìc esse nomen commune: quia vt ait Hieronymus, In Hebræo est indifferenter nomen commune, significans hominem, & proprium nomen hominis protoplasti. Hinc scriptum est in Iob: Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. opus enim hominis reddet ei, & iuxta viam singulorum restituet. [donèc iudicet iudicium plebis suæ:] i. iudicando proferat iudicium pro plebe fideli, eam saluando, aduersariosq; damnando. [& oblectabit iustos misericordia sua:] ipsos pijssimè consolando, & beatificè coronando, ac de iniurijs eorundem ipsos exhibarãdo, pro quibus eis præstabit coronam glorię, reprobis verò pœnam gehennę. Tuncq; lætabitur iustus, cùm viderit vindictam. Porrò ad literam loquitur author de Israelitico populo, q̃ tempore suo fuit peculiaris populus dei, in medio idololatrarum gentilium commorans, à quibus frequenter & acriter affligebatur. Propter quod Deus gentes illas dirè puniuit. Vndè modus procedendi in libris Esaiæ, Hieremię, Ezechielis, & aliorum quorundam prophetarum est, quòd primò sancti illi prophetæ corripiunt populum suum filios Israel de multis & magnis eorum excessibus: deindè cõminantur atq; prænunciant eis debitas pœnas à gentilibus infligendas ipsis Iudæis, vtpotè à Chaldæis, Assyrijs, Aegyptijs. Sed quia gentiles illi fecerunt hoc nimìs crudeliter & peruersa intentione, præfati prophetę prænunciant pœnas eis ob hoc imminentes, sic̃q; rursùs redeunt ad consolandum Israeliticum populum, prænunciando liberationem & prosperitates ipsius, præsertim in aduentu Messię, in quo electi ex populo illo, præclarissima sortiti sunt gratiarum charismata. [Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis:] misericordia Dei in se æternaliter, inuariabiliter, incircunscriptibiliter̃q; speciosa est, & superpulcherrima, atq; ad intuẽdum amœnissima, ac summè decora: sed tam ipsa, quàm eius effectus, qui sunt adiuuare, consolari, liberare, & saluare afflictos, mœstos, pœnitentes, ac miseros viatores, specialiter specioſi apparent, dum tempore tribulationis, tentationis, aduersitatis, succurrunt & exhibentur afflictis, secundùm quod bonum cõparatione mali oppositi, clariùs innotescit, dulciusq; sentitur post experientiam afflictionis contrariæ. Sic enim sanitas post infirmitatem, refectio post esuriem, potus post sitim magnam, suauiores censentur. Idcircò subiungitur: [quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis:] quia dum siccitas terræ magna ac diuturna cõsistit, pluuia magis accepta est, prout 3. Regum 17. narratur factum tempore sancti Heliæ & Achab, quandò non pluerat annos tres & menses sex. Hinc Dominus per Oseam ait: Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Et Tobiæ 3 legitur: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, quia post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis.

Iacob. 5. Oseæ 6.

¶Declaratio cap. 36. Miserere nostri Deus omnium. Art. 37.

IN fine præcedẽtis capituli dictum est, quàm speciosa sit misericordia & miseratio Dei in aduersis. Nunc orat author, *misericordiam Dei impendi populo Iudæorũ*. Et quod ad literam de populo illo profertur, spiritualiter accipi debet de populo Christiano: [Miserere nostri deus omnium:] siquidem iure creationis, cõseruationis, gubernationis̃q; mundi, Deus est omnium Deus ac Dominus: fideliũ autem & deuotè colentiũ ipsum, est specialiter Deus per gratiam & prouidentiam peculiarem, atq; per cultum & amorem illorum ad eum. [& ostende nobis lucem miserationum tuarum:] i. consolationẽ & gratiam tuæ pietatis immensæ. Quanuìs autem misericordia & miseratio Dei in seipso sit vna & simplex, sicut iustitia eius, nihilominùs propter diuersitatem & copiam suorum effectuum,

pluraliter enunciatur, iuxta illud in Psalmo 24. Reminiscere miserationum tuarum dñe, & misericordiarũ tuarũ, quæ à seculo sunt. [& immitte timorẽ tuum super gẽtes, q̃ non exquisiẽrunt te:] i. infidelibus & malis credentibus incute tuæ maiestatis & æquitatis timorẽ, affligendo eos paternaliter in p̃senti, nè pereant in æternum, vel vt minores post vitam hanc
Sopho. 1. recipiant pœnas. Vndè per Sophoniam dñs loquitur: Disperdam eos, qui auertũtur de post tergum Dñi, & qui non exquisiẽrunt Dñm, nec inuestigauerunt eum. [vt cognoscant,] ve-
Ezech. 5. xatione eis intellectum præstante,] quia non est deus, nisi tu] qui in Ezechiele sæpè testatus
Exod. 14. es: Et scient q̃a ego Dñs. [vt enarrẽt magnalia tua,] sicut Aegyptij sub Mose dirè ac sæpè per-
1. Mach. 6. cussi. Antiochus quoq; rex & Heliodorus, prout in libro recitatur Machabæorum. [Alleua
2. Mach. 3. manum tuam super gentes alienas,] i. potestatem tuam super eos extende per debitã & clementem eorum punitionem in seculo isto. [vt videant potentiam] i. oñipotentiam [tuam] ex effectibus suis cognoscant ac venerentur. [Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis,] i. ipsis cernentibus, sanctitatem tuam declarâsti in nobis, dando nobis gratiam & virtutem seruiendi tibi vero & summo Deo in sanctitate atq; iustitia, [sic in cõspectu nostro magnificaberis in illis] i. nobis cernentibus seu agnoscentibus, ostendes maiestatis tuę potestatem in illis per iustam ipsorum punitionẽ, [vt cognoscant te] per fidem & dona spiritûsancti, [sicut & nos cognouimus, qm̃ nõ est deus præter te] ó [dñe.] Vndè tempore veteris testamenti, multi gentilium conuersi fuerunt ad Iudaismum, & multo, immò ineffabiliter plures, ad Christum conuersi sunt tempore Euangelicæ legis. Hinc fertur Esai. 19. Percutiet Dñs Aegyptum plaga, & sanabit eos, & cognoscent Aegyptij Dñm, & colent eum in
Psal. 82. hostijs & muneribus. Porrò, pars orationis huius sequens, videtur cõtra obstinatos & reprobos fusa ex zelo iustitiæ, seu per modum prænunciationis propheticæ, sicut in Psalmo cantatur: Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & confundantur & pereant. [Innoua signa,] id est, de nouo fac, & inflige plagas miras & miraculosas iniquis, sicut olim in Aegypto feciſti. [& immuta mirabilia] id est; varijs modis, & successiuè operare portenta huiusmodi. [glorifica manum & brachium dexterum] id est, oñipotentiam tuam, & maiestatem
Exod. 34. immensam gloriosè declara, sicut in Exodo loquutus es Mosi: Videntibus cũctis, faciam signa, quæ nunquàm visa sunt super terram, vt cernat populus iste opus terribile, quod facturus sum. De hac dextera fertur Exod. 15. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine. Et in Psalmo 20. de hac manu & brachio: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Potest tamen per brachium dei Christus intelligi,
Psal. 97. de quo ait Psalmista: Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Et beatissima virLucæ 1. go: Fecit potentiam in brachio suo. Vndè & Esaiæ 52. inducitur: Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Per hoc brachium & eius discipulos, Deus pater in Euangelica lege antiqua miracula copiosissimè innouauit, intantùm, quòd ipsemet Christus protestatur Ioan. 15. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. [Excita furorem,] id est, in malignioribus ostende & exerce iustitiæ tuæ
4. Reg. 19. rigorem, sicut feciſti in Sennacherib rege Assyriorum & eius exercitu, quos de temporali interitu ad condemnationem præcipitâsti æternam. [& effunde iram.] id est, æquitatis tuæ seueritatem in eos qui minùs maligni sunt. [Extolle aduersarium, & afflige inimicum:] id est, hostes tui honoris ac populi tui euidenter castiga, & ex societate viuentium tolle, & proijce in tormenta, sicut in libris Iudicum ac Regum legitur sæpè factum tempore legis Mosaicæ, atq; sub Euangelica lege in tyrannis & persequutoribus Christifidelium constat copiosè impletum. [Festina tempus,] id est, tempus nostræ liberationis velociter adduc, sicut orat vir sanctus Psal. 39. Deus meus nè tardaueris. [& memento finis:] id est, attende, ad quem finem creaueris nos, & ad finem illum beatificum perducere nos digneris. Vndè orat Psalmi-
Psal. 88. & 38. sta: Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum. Et rursùs: Notum fac mihi Domine finem meum. Nempe vt Iob 28. asseritur: Vniuersorum finem ipse considerat. Vel, vt quidam dicunt, per finem intelligitur tempus aduentûs regis Messiæ, de quo & cuius tempore principaliter sancti prophetæ loquuti sunt, ficq; precatur Christum mitti, & per eius aduentum saluari. [vt enarrent mirabilia tua:] id est, ipsi indurati in pœnis suis cogantur mirabilia tua fateri, & alijs præbeant materiam laudandi tuam iustitiam ac mira opera tua. Vel, vt fideles liberati à te, mirabilia tua collaudent, iuxta illud Psal. 9. Confitebor tibi Dñe in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. [In ira flammæ deuoretur,] id est, infernali incendio absorbeatur, [qui saluatur:] id est, qui præsentis
Iudæ 1. c vitæ punitionem euadit, de qualibus fertur in Psalmo 139. In ignẽ deijcies eos, in miserijs nõ subsistent. Et in Canonica Iudæ: Quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum.

[qui

[qui pessimant plebem tuam,] i. ad pessima vitia pertrahere moliuntur ipsos fideles, ac crudelissimè tractant iustos, [inueniant perditionẽ:] iuxta illud Sapiẽt. 3. Iniquæ nationes diræ sunt consummationis. Et rursùs ibidẽm: Impij secundùm ea, quæ cogitauerunt, correptionem habebunt. [Contere caput principum & inimicorum, dicentium, non est alius præter nos:] i. elationem, præsidentiam, peruersitatem infideliũ principum & populorũ eis subditorũ deijce & afflige, qui tantùm se reputauerũt, q̃ alios quasi pecora cõtempserunt, vel deos se esse præsumpserũt, vt Nabuchodonosor, de quo habetur in Iudith, & Caius Imperator, Iudith 5.
Herodes quoq;, qui in Actibus Apostolorum legiẽ percussus ab angelo, q̃a non dedit honorem Deo. [congrega oñes tribus Iacob,] reducendo eas ad terram patrum suorũ: Magìs aũt, colligendo eas spiritualiter in vnitate fidei, spei, & charitatis in Christo. Vndè dicit Ioan. 11. Iesus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui dispersi erant, (id est, electos Iudæos vndiq; abductos) congregaret in vnum. [vt cognoscant] per fidem formatam tam ipsæ tribus, quàm gentes, earum reductionem videntes. [quia non est Deus, nisi tu, vt enarrent mirabilia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio:] i. in populum hæreditarium possidebis, sicut olìm tempore Mosis, Dauid, & Salomonis, & in terra promissionis, seu potiùs in Ecclesia, eos spiritualiter congregatos, facies habitare. Circa hæc scribit quidam: Congregatio filiorum Israel in prophetis promissa, intelligitur de vniuersis ad fidem Christi conuertendis. Vtrùm author huius libri, propheticè hoc cognouit, ignoro: & probabilius mihi videtur, quòd non cognouerit, tum quoniam inter prophetas nõ ponitur, tum quia Iudęi credentes in Christũ post eius resurrectionem & spiritûsancti missionem, mirabantur de hoc, quòd gratia Spiritûsancti dabatur gentilibus, sicut & ipsis, vt habetur Actuum 10. Ex quo videtur, quòd adhuc ignorabant, vnam Ecclesiam fore ex Iudæis ac Gentibus congregandam. Ideò magìs appáret, quòd author hîc orat pro congregatione Iudæorum in Iudæa per reditum ipsorum de terris, in quibus erant dispersi & capti. Hæc ille. Circa quæ primò dico, quòd prophetæ non solùm prophetauerunt de congregatione Iudæorum per fidem in Christo, sed etiam de congregatione eorum in Iudæa per reuersionem eorum à terris, in quibus erant captiui. Nulli etenim in prophetis erudito ambiguum, quin Isaias, Ieremias, Ezechiel, frequenter & euidenter vaticinati sint de reductione Iudæorum in Iudæam à Babylonica captiuitate. Immò Ieremias apertissimè expressit tempus, quo redirent ab illa: Cùm cœperint, inquiens, impleri septuaginta anni, suscitabo super vos verbum meum bonum. Quod & in Zacharia & Daniele insinuatur. Vndè rursùs locutus est Ieremias: Non iurabunt vltrà, viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit Dominus, qui reduxit & adduxit eos de terra Aquilonis & Chaldæorum. Et qualiter per Cyrum regem essent dimittendi, & quòd templum de eius licentia ædificaretur, Isaias clarissimè prænunciauit. Secundò dico, quòd prophetæ non prædixerunt vniuersos Iudæos ad fidem Christi conuertendos, nisi fortè circa finem in Heliæ aduentu, prout Malachiæ 4. legitur. Vel nisi intelligatur per modum distributionis alicuiusmodi, vt sit sensus: Vniuersos, id est, quosdam de oñibus, seu aliquos de singulis tribubus, immò apertè prædixerunt Iudæos pro maxima parte excæcandos in primo Messiæ aduentu, vt patet in Isaiæ libro ac Danielis, & in alijs pluribus locis ac Psalmis. Tertiò dico, quòd ad hoc quòd author iste cognouerit congregationem Iudæorum spiritualiter intelligendam, per fidem in Christo, non oportuit eum hoc scire ex speciali reuelatione prophetica, sed sufficit, quòd nouerat hoc ex vero intellectu propheticorum voluminum: nec soli prophetę sciuerunt hoc, sed etiam multi eruditi in lege, qui ex verbis & scripturis prophetarum hoc agnouerunt, inter quos author iste fuit vnus valdè præcipuus. Quartò dico, quòd argumentum illud ex Actibus Apostolorũ, non est idoneum ad probãdum propositum, quoniam in eodẽ describitur libro, q̃ Paulus & Barnabas longo tempore circuibant regiones diuersas, non nisi Iudæis euangelizantes, & tamen optimè cognouerunt vnam Ecclesiam ex Iudæis atq; gentilibus colligendam. Nouerant quippe, primò prædicandum fuisse solis Iudæis. Propter quod Actuum 13. dixisse leguntur obduratis Iudæis: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, eccè cõuertimur ad gentes. Præterea, illi qui Actuũ 10. legũtur admirati de Cornelij & suorum conuersione, non fuerunt de eorum numero, qui in die Pentecostes acceperũt spiritum sanctum in signo visibili: sed alij quidam, adhuc imperfecti & simplices, immò indocti & Iudaizantes, legalia cum Euangelio obseruanda putantes. Vndè Actuũ 11. legitur: Audiêrunt autem Apostoli & fratres, qui in Iudæa erant, quoniam & gentes receperũt verbum Dei. Et de illis non dicitur ibi, quòd super hoc mirabantur. Deindè subditur ibi de prædictis: Cùm autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersùs illum, qui

Esaiæ 44. Iere. 25. Ezech. 39. Iere. 29. Zach. 12. Danic. 7. Iere. 4. Esaiæ 45. Psal. 46. Danie. 9. Psal. 68. Actu. 13. Actu. 11.

qui erant ex circuncisione, dicẽtes: Quarè introisti ad viros p̃putiũ habentes, & manducâsti cũ illis? Ex q̃bus omnibus potiùs reor, q̃ author huius voluminis, tanq̃ vir sapiẽtissimus, cognouit, p̃phetas esse locutos de vtraq; congregatione Iudæorũ, videlicet corporali in Iudæa, & spirituali in Christo: & de vtraq; potest hæc eius oratio accipi, mysticè autem de populo Christiano. [Miserere plebi tuæ,] i. Israelitico populo, & nunc populo Christiano credẽti & speranti in te, [super quã inuocatũ est nomen tuũ:] i. quæ te verum Deũ colit & inuocat, & cuius populi tu specialiter Deus vocaris. De quo populo p̃dictum est per Esaiam prophetã:

Esaiæ 65. Seruos suos vocabit Dñs nomine alio, qui em̃ priùs dicebantur populus Israeliticus, à Christo vocati sunt Christiani. Vndè & Iere. 14. scriptũ est: Tu in nobis es nr̃e, & nomen tuũ inuocatum est super nos. [& Israel quẽ coæquâsti primogenito tuo.] Quis est iste primogenitus Dei, cui Deus coæquauit Israeliticũ Christianúmve populũ, nisi Iesus Christus Dñs noster, de quo ait ad Colossenses Apostolus:

Coloss. 1. Gratias agimus Deo & patri, q̃ nos trãstulit in regnũ filij dilectionis suæ, q̃ est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, q̃a in ipso cõdita sunt vniuersa? Et Ioannes Apoc. 1. Qui est primogenitus mortuorũ, & princeps regũ terræ. De quo suprà cap. 24. sub nomine Sapientiæ dictũ est: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante oẽm creaturam. De quo & Prou. 30. legit: Quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nósti? Sed cùm iste primogenitus Dei, sit patri æqualis & verus Deus, quomodò creatura aliqua ei à patre est coæquata? Et respondendũ, q̃ populus fidelis dicitur primogenito Dei patris coæquatus, i. assimilatus & ipso nomine cõformatus, atq; eidem cohæres effectus. Quemadmodùm em̃ in scripturis similis quandoq; accipitur pro æquali, vt cùm dicitur Iere. 10. Nõ est similis tuí dñe: Et in Psalmo 85. Nõ est similis tuí in dijs dñe: Atq; Exod. 15. Quis similis tuí in fortibus dñe? quis similis tuí? Sic interdùm sumitur æqualis pro simili. De Israelitico quoq; populo loqtur dñs Iere. 31. dicẽs: Factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus. Similiter Exod. 4. Hæc dicit dñs, filius meus primogenitus Israel. Insupèr

Ephe. 2. de populo Christi fideli ait ad Ephesios Apostolus: Reuelatũ est sanctis apostolis & p̃phetis in spiritu, esse gentes cohæredes & cõcorporales & comparticipes promissionis dei in Christo Iesu. Et alibi: Si, inquit, filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes aũt Christi. Deniq; propter incarnationis mysterium insinuandũ, potuit populus ille dici coæquatus primogenito Dei, i. eiusdem naturæ cum illo homine facto, de quo ad Hebræos 2. legitur, Debuit per omnia fratribus similari. [Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Hierusalem, ciuitati requiei tuæ:] Ad literam orat pro illa terrena vrbe Hierusalem, hoc est, pro eius instauratione, custodia, prosperitate, quæ dicitur ciuitas sanctificationis Dei, i. sanctificata, seu ad diuinum cultum deputata ab eo, quia in ea elegit Deus sibi templum ædificare, oblationes & cultum assiduum exhiberi, quemadmodùm 3. Regum 9. ait ad Salomonem: Sanctificaui domum hanc, quam ædificâsti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Hinc quoq; vocatur ciuitas requiei Dei, quoniam habitauit per gratiosos effectus in templo, iuxta illud in Psalmo 10. Dñs in templo sancto suo.

Rom. 8.

Non autem habitauit ibi neq; requieuit ibi per circunscriptionem aut inclusionem. pro-

Esaiæ 66. pter quod ait per Esaiam prophetam, Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum: quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? Et iuxta

Actu. 17. hunc sensum loquitur in Actibus Apostolorum Paulus: Deus qui fecit mundũ & omnia quę in ipso sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat. Spiritualiter autem per Hierusalem designatur Ecclesia militans, seu anima contemplatiua & feruens, quæ sunt sanctificatæ à Deo, & in quibus commoratur per fidem, charitatem, & gratiam. [Reple Sion innumerabilibus virtutibus tuis.] Sion fuit mons, in quo constructũ est templum Hierusalem, sicq; per Sion intelligitur templum, & locus ac populus vrbis illius. Quanuis autem virtus Dei in seipsa sit vna & simplex, tamen propter varios suos effectus, pluraliter designatur, iuxta id Psalmi 105. Quis loquetur potentias Dñi? Vndè & de attributis seu absolutis perfectionibus dei, quæ vtiq; in deo sunt vna simplicissima quidditas, pluraliter loquens Apostolus ad Romanos:

Rom. 1. Inuisibilia, inquit, Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, conspiciuntur. Itaq; orat, vt Deus Israel populum impleat ineffabilibus suis virtutibus, i. effectibus gratiosis suæ omnipotentiæ, sapientiæ, pietatis, quæ incomprehensibiles nobis sunt & ineffabiles, secundùm quod in seipsis consistunt. Præterea per virtutes istas possunt prætacti gratiosi, occulti, & spiritales effectus Dei intelligi, atq; miracula facta ibidèm, præsertìm in aduentu Christi, qui in ipso templo multa fecit miracula, præsertìm in

Matth. 21. die Palmarum, iuxta illud quod Matthæus ait: Accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Et subditur ibi: Videntes aũt principes sacerdotum mirabilia quæ fecit, &c.

Dein-

Deindè sancti Apostoli maxima, p̃digia operati sunt ibi, & in cœnaculo sito in ipso monte, receperũt Spiritum sanctũ in signo visibili, atq; ineffabiliter sunt repleti charismatibus Dei cum existentibus secũ. Deindè quotidiè perdurabãt in templo, vt legit Actuum 2. Similiter scriptum est Luc. 24. Erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deũ: sicq; in Christi aduentu & deincèps impleta est ista oratio in Iudæis ad Christum conuersis, & in vrbe ac templo Hierusalem, monteq; Sion: deindè in tota militante Ecclesia toto orbe terrarũ frequenter impleta est oratio ista. Sion quippe speculatio interpretatur: sicq; per Sion Ecclesia designatur, q̃ diuina assiduè speculatur, iuxta illud Apostoli 2. Cor. 3. Nos aũt reuelata facie gloriam Dñi speculãtes. Hinc subditur: [& gloria tua populum tuũ,] i. præclara tua notitia, seu apparitione gratiosa ac gaudio spirituali, & post vitã hanc beatitudine illa cælesti reple populũ tuum p̃fatum. Vndè cantamus: Pleni sunt cæli & terra gloria tua. Specialiter quoq; il

Esaiæ 6. lud impletũ est per Christi aduentum, ac personalem eius in templo p̃sentiam, oblationem, p̃dicationem & miraculorũ operationem, & per cõuersationẽ eius inter Iudæos, iuxta illud Aggæi 2. Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domũ istam gloria, dicit dñs. Magna erit gloria domûs huius nouissimę magìs, q̃ primæ. Quod nullo modo potest verificari, nisi per p̃fatum Christi aduentũ, præsentiamq; & operationẽ in templo, Cæterùm templum illud nouissimũ, seu secundum, modicæ fuit reputationis cõparatione templi primi à Salomone constructi. Propter quod in libro Esdræ narratur, q̃ senes à Babylone reuersi, visa inchoatione templi secundi, sub Zorobabel ædificati, grandi voce plorabãt, eo quòd modici fuit momẽti respectu prioris templi, seu fundamenti ipsius. Quod & sanctus propheta Aggæus insinuat, dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domũ istam in gloria sua prima,

Agg. 2. & quid videtis hanc nunc? Circa hæc scribit q̃dam: Licèt author iste & alij Iudæi ignorarent modum implendi mysterium Christi, quantùm ad cõditiones particulares, tñ credebant in quodam generali, q̃ multa mirabilia in aduẽtu Messiæ fierent in Iudæa: & sic orabat iste de eorũ impletione. Sed contra hoc dictũ obijci potest, q̃ mysteria Christi, quantùm ad particulares cõditiones, erant à p̃phetis euidenter p̃dicta, videlicet quo ad locũ, & quantùm ad tempus, & q̃ nasceretur ex tribu Dauid, & q̃ in paupertate esset venturus, & qualia miracula esset facturus. Hinc scribæ interrogati ab Herode, vbì Christus nasceretur, respondерunt, In

Matth. 2. Bethlehem Iudæ. Tempus aũt aduentûs eius, & q̃ occideretur, p̃dictum fuit à Daniele. Et de

Dani. 7. paupertate ipsius p̃dixerat Zacharias: Eccè rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper &

Zach. 9. asscendens super asinã. De miraculis demùm ipsius, Esa. 35. p̃dictum est: Tunc aperient oculi cæcorum, & aures surdorũ patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Studiosiores aũt in lege & prophetis, hæc poterant scire. Vndè & Christus in Euan-

Lucæ 12. gelio reprehendit quosdã Iudæorum, q̃ tempus sui aduentûs nõ aduerterunt ex Daniele esse impletũ, dicens: Hypocritæ, faciem cæli dijudicare nôstis, signa aũt temporũ nõ potestis. [Da testimonium, quia ab initio creaturæ tuæ sunt:] i. per mirabilia & beneficia ostende, q̃ populus Israel sit specialiter populus tuus, ad tuũ cultũ electus ab initio vocationis eorũ, p̃sertìm à tempore legis datę per Mosen, quandò Deus sibi desponsauit synagogã, iniens pactum cum ea de obseruanda mutuò fidelitate, vt patet in Exodo. Vndè Ierem. 2. locutus est: Recordatus sum tuí, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuę, quandò secuta es me in deserto. Hinc Deuter. 7. Moses dixit: Te elegit dñs, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terrã. Spiritualiter verò exponitur de populo Christiano, qui ab initio Euangelicæ legis ac missionis Spiritûs sancti, est specialissimè populus Dei & creaturæ ipsius electæ, iuxta illud Iacobi 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt

Ephe. 2. simus initium aliquod creaturæ eius. Propterea ait Paulus: Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Hinc beatissimus archiapostolus in sua prima scripsit cano-

1. Pet. 2. nica: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. [& fuscita precationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores:] i. adimple & exaudi orationes seu deprecatorias prophetias, quas prophetæ veteris testamenti fuderunt pro Christi aduentu, & de ipso ac eius mysterijs prædixerunt. Aliquandò enim orando, aliquandò simpliciter prænunciando, de Christi aduentu locuti sunt. Dauid enim orando ait de Christo in Psal-

Psal. 131. mo: Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui. Et Esaiæ 16. petitur: Emitte agnum Dñe dominatorem terræ. [Da mercedẽ Dñe sustinentibus te,] i. his qui tuarum, p̃missionum impletionem expectant, da spei suæ effectum, & vitæ æternæ remunerationem. [Vt prophetæ tui fideles inueniantur:] i. veraces in suis eloquijs, q̃bus hoc promiserunt, vt

Esaiæ 30. cùm loquitur Esaias: Deus iudicij Dñs, beati omnes qui expectant eum. Abacuc quoq;: Appa-

Abac. 2. rebit

rebit Dñs,& non mentietur:ſi moram fecerit, expecta eũ: quia veniens veniet, & non tardabit.[& exaudi orationes ſeruorum tuorũ,ſecundùm benedictionẽ Aaron da populo tuo:]i. ſicut piè benedixiſti Aaron pontifici, & miſericorditer egiſti cum eo: ſic benedic & fac populo Iſraelitico,& nunc populo Chriſtiano. Vel ſecundùm benedictionẽ Aaron da populo tuo,i. fidelibus tribue chariſmata gratiarũ, quæ Aaron in ſua benedictione, qua plebi Iſrael benedixit, imprecabatur eidẽ. Vndè Num. 6. legitur: Locutus eſt Dñs Moſi & Aaron, dicens: Sic benedicetis filijs Iſrael: Benedicat tibi Dñs,& cuſtodiat te: Oſtendat Dñs faciem ſuã tibi, & miſereatur tuí. Conuertat Dñs vultum ſuũ ad te, & det tibi pacem. [& dirige nos in viam iuſtitiæ,] i. mentes noſtras illuſtra ad intelligendũ, quæ iuſta ſunt ſeu diuina præcepta,& accende ac robora nos ad ea implenda, ſicut Zacharias orat in cantico ſuo: Illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendũ pedes noſtros in viam pacis. Vndè orauit Pſalmiſta: Greſſus noſtros dirige ſecundùm eloquiũ tuum. Et, Deduc me dñe in via tua.

Lucæ 1.

Pſal. 118.

Ibidẽm

Hac directione inceſſabiliter indigemus, quia nõ ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: Qui teſte Apoſtolo, operatur in nobis velle & perficere. Ideò Prou. 16. legitur: Cor hominis diſponit viam ſuã: ſed Dei eſt dirigere greſſus eius. Propterea ſancta docet Eccleſia, quòd in omni actu meritorio indigemus actuali motione & excitatione ſpiritûs ſancti. Quod inſinuatur Ier. 10. vbi habetur: Scio Dñe, quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Veruntñ debet facere homo, quod in ſe eſt, eùm Prouer. 16. ſcriptum ſit: Hominis eſt *animũ præparare. Et Auguſtinus affirmet: Qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te. [Vt ſciant omẽs qui habitant in terra,] i. cæteræ gentes ex euidentia beneficentiæ tuæ circa nos aduertant,[quia tu es Deus conſpector ſeculorũ:] i. cognitor omniũ rerum, generationũ & temporum, qui inuocanteste tam gratioſè exaudis ac adiuuas. Conſequenter hortatur ad diſcretionẽ: [Omnem eſcam manducabit venter:] i. per officium oris intra ſe ſuſcipiet ad dirigendũ, & præſertim venter famelicus, quaſi indifferenter cibum quẽcunq; acceptat, iuxta illud Iob 6. Animæ eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur.[& eſt cibus cibo melior:] ſic etiam vna actio bona eſt virtuoſior alia. Propter quod eligere & exercere debemus, nõ ſolùm bona, ſed etiam virtuoſiora, i. meliora & viciniora ſaluti, iuxta doctrinã Apoſtoli. [Fauces contingunt cibũ, & cor inſenſatum verba mendacia:] i. ſicut fauces eſuriẽtes ſtatim ſine diſcretione cibũ ſuſcipiunt, ſic homines inſipientes amplectuntur & proferunt verba mendoſa, & mox credũt verbis mendoſis, cùm tamẽ dicat Ioannes Apoſtolus: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex deo ſint. Facilitas em̃ indiſcreta credendi, generat multa mala,& periculoſa valdè. [Cor prauum dabit triſtitiam:] i. per ſtolida & irrationabilia verba ſua & indiſciplinata iniurioſaq; opera alios contriſtabit.[& homo peritus reſiſtet illi:] i. vir ſapiens perſa pientiam ſuã cõſolabitur audientes,& reprimet ac inſtruet hominẽ prauum. Sic fatuus Nabal dedit triſtitiam, quã ſapiens vxor eius per verba ſapientiæ mitigauit. [Omnẽ maſculum excipiet mulier:] i. impudica & proſtituta, indifferenter amplectitur quẽlibet accedentẽ ad ſe, non tamẽ omẽs fœmina indifferenter. Ideò ſubditur: [& eſt filia melior filia:] quia vna eſt pudicior alia. Vel ſenſus eſt, q̃ mulier pariens, ſemper acceptiorẽ habet maſculũ, quàm fœmellam: & tñ propter cõmune bonum expedit, quandoq; gigni puellam. Ideò ait, & eſt filia melior filio, i. vtilior ad conſeruationẽ ſpeciei, quæ ſine cõmixtione viri & fœminæ conſeruari nõ valet. [Species:] i. pulchritudo [mulieris exhilarat faciẽ viri ſui, & ſuper oẽm concupiſcentiam hominis ſuperducit deſiderium:] i. cauſabit in corde viri ſui deſiderũ tam ſeruens ad eam, q̃ excedet concupiſcentiam eius ad quãcunq; rem aliam. Quod intelligẽdum eſt de marito ſuam vxorẽ ſenſualiter molliterq; amante. [Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis & miſericordiæ:] i. ſicut contingit inuenire in viro linguã ſalubriter corripientem, ac quantùm in ſe eſt, ſanantem vitia mulieris & eius exceſſum in ornamentis, vanitatibus, loquacitatibus, iocis ac riſibus: ſic eſt inuenire in viro linguã mitigantem inquietudinẽ, turbationem, triſtitiam q̃; vxoris, ſicq; miſericorditer agentis cum illa. [nõ eſt vir illius ſecundùm filios hominũ:] i. talis maritus non eſt tam aſper, durus & indignabundus ad cõingem ſuam, ſicut viri cõmuniter ſunt: ſed virtuoſior eſt cõmuni curſu virorũ. [Qui poſſidet mulierem bonã, inchoat poſſeſſionẽ:] i. dies incipit fieri, cùm mulier talis ſit grande donum. [adiutorium ſecundùm illũ eſt,] i. vxor talis eſt vtilis viro, & adiuuans eum, ſecundùm voluntatẽ ſui mariti. [& columna vt requies:] i. ſicut eſt cauſa quietis ſuo viro, ità eſt ei ſuſtentamentũ ad ſuſtinendũ negocia & onera domûs. [Vbi non eſt ſepes,] i. munimẽtum in circuitu rei, [diripietur poſſeſſio:] i. faciliter poterit tolli. [& vbi nõ eſt mulier, ingemiſcit egẽs:] i. manducanti nil datur. Fœminæ nanq; cõmuniter proniores ſunt ad eleemoſynæ largitionem,

Philip. 2.

*animam

Hebr. 6.

1. Ioan. 4.

1. Reg. 25.

nem, quàm viri. Vndè in Prouerbijs de forti muliere dicitur: Manum ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extendit ad pauperem. [cui credit, qui non habet nidum:] i. nullibi eſt ſecurus, qui non habet domũ, aut fixam alicubi manſionem. [& deflectens vbicunq; obſcurauerit] i. ad manendũ diuertens, vbicunq; occubuerit ſibi ſol. [quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem:] i. hincindè diſcurrens de loco & oppido vno ad aliud velociter, ſicut latro accinctus ad fugiendum celeriter, nè capiatur: vel ad inſequendum, vt latrocinetur. Quaſi dicat: Ad inſtabilitatem, leuitatem, & indiſcretionem hæc pertinent. Propterea Prouerb. 27. ſcriptum eſt: Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui relinquit locum ſuum.

Prou. 31.

Et ad Hebræos: Conſideremus inuicèm in prouocatione charitatis & bonorum operũ, non deſerẽtes collectionem noſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, ſed cõſolantes. Hinc ſanctus Iob ait: In nidulo meo moriar.

Heb. 10.

Iob 29.

¶Explanatio cap. 37. Omnis amicus dicet, & ego amicitiã copulaui. Art. 38.

COntra vitia quædam, colore virtutum palliata, hîc loquitur. [Omnis amicus dicet] proximo ſeu amico, [& ego amicitiã copulaui:] i. libenter inij & ſeruaui, nec violaui amicitiam cum alio habitam. quaſi dicat: Ex parte meî non fuit defectus. [ſed eſt amicus ſolo nomine amicus:] de hoc dictum eſt diffuſè ſuprà ſexto capitulo. [Nonnè triſtitia ineſt vſq; ad mortẽ?] i. verus & fidelis amicus quandoq; incurrit mœrorẽ durantẽ per totam viã ſuam, ex hoc, quòd eum quẽ putat eſſe verũ ſuum amicũ, inuenit falſum, fictum, atq; fallacẽ: ex quare etiam ſæpè incurrit damnũ ꝑcipuum. [ſodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur:] Sodalis hîc dicitur amicus menſæ, qui propter ꝑpriũ commodũ tenet cum alio amicitiam quandam: quo cõmodo ſi priuetur, vel aliundè offendaẽ, ad inimicitiã mox erumpit: ſimiliter fictus amicus. [O præſumptio nequiſſima, vndè creata es cooperire] i. quis te ex ſua peruerſa voluntate produxit ad operiendam & celãdum [aridam malitiam] i. peccatum cordis deſtitutum pinguedine charitatis, & aqua ſapientiæ ſalutaris, [& doloſitatem illius?] i. hypocriſim, qua iniquus intendit ſe ſimulare quod nõ eſt, vt proximum fallat. Multi enim præſumunt ſe poſſe ſuas nequitias occultare, aliosq; decipere: qui tamen falluntur in hoc, & perſonaliter incidunt quod alijs machinãtur, vt dictum eſt ſæpè. Ideò ſcriptum eſt Prouerb. 26. Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in conſilio. Et item ſequitur ibi: Qui fodit foueam, incidet in eam. Hinc denuò ſcriptum eſt Pro. 3. Nè moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam. Porrò præſumptio, quantùm ad ſuum formale, nõ eſt niſi receſſus & caſus ab ente, nec eſt aliquid poſitiuum: ſicut peccatum formaliter nihil eſt, nec eſt creatura: cùm omnis creatura ſit bona, ſed eſt à voluntate creata vt defectiua. [Sodalis amico cõiucundabitur in oblectationibus,] i. in lautis refectionibus, quas ab amico acquirit, & in tempore tribulationis aduerſarius erit:] i. amico in ſua aduerſitate erit infidelis. Quocõtrà Prouerb. 17. dictum eſt: Omni tempore diligit qui amicus eſt. Et rurſùs ibid. Frater in anguſtijs comprobatur. [Sodalis amico condolet cauſa ventris,] i. oſtendit ſeu fingit amico ſuo ſe compati, vt delicatè reficiatur ab eo. Vel ideò dolet de aduerſitate & depauperatione amici, quia ab eo non conſequitur cõſueta commoda ventris. [&] ob hanc cauſam [contra hoſtem accipiet ſcutum:] id eſt, armabit ſe contra aduerſarium amici ſui, inquantùm aduerſarius ille etiam ſibi nociuus eſt. [Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo,& nõ immemor ſis illius in operibus tuis:] id eſt, corde & opere memor ſis inceſſanter veri & fidelis amici tui, iuxta illud 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, (ſupple tantùm) ſed opere & veritate. [Noli conſiliari cum ſocero tuo,] cuius ſcilicet filia eſt vxor tua: quia amore filiæ vellet tibi nimìs placere, & potiùs loqui placentia quàm expedientia: vel quia conſulet tibi ea, quæ eſſent pro commodo filiæ ſuæ, ſeu prout illa ſuo patri ſuggereret. [& à zelantibus te,] i. odiẽtibus [abſconde conſilium] i. ſecretum conſilij tui, nè prodant atque impediant illud. Vndè in Prouerbijs dictũ eſt: Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum tuum extraneo nè reueles. [Omnis cõſiliarius prodit] i. proponit [conſilium:] quod tamen aliquandò non eſt bonum, & interdùm doloſè datur à conſulente, & aliqui dant conſilium, nè videantur ignari & imperiti de cauſa propoſita: ſicque inuoluunt eum, qui quærit conſilium, magnis periculis. [ſed eſt cõſiliarius in ſemetipſo:] qui ſcilicet conſulit, ſicut vellet conſuli ſibi, & ſicut perſonaliter agit. [A conſiliario ſerua animam tuam:] id eſt, teipſum cuſtodi, nè incautè & citò confidas conſiliario, quouſq; fidelitatem & prudentiam eius experiaris, & interìm pedetentìm proba illum. [Priùs ſcito quæ ſit illius neceſſitas, id eſt, indigentia ſeu paupertas: quia ſi conſilium eius tendit ad releuamen ſuæ neceſſitatis, non eſt conſul fidelis: ſed quærit commodum ſuum magis quàm tuum. [& quid ipſe in animo ſuo cogitabit:] id eſt, exterioribus ei-

Prou. 25.

us verbis & factis perpende pro posse,quæ sit eius intentio,& secundùm hoc confidas siue diffidas.[nè fortè mittat sudem]i.palum acutum [in terram,]hoc est, nè versutum aliquid contra te machinetur.[& dicat tibi: Bona est via tua.]i.rectè agis,& prosperè tendis ad finem optatum, iuxta illud Prouerb.16. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.[& stet econtrariò videre, quid tibi eueniat.]i.obseruet aduersitatem ti-
Abdi.1.b bi imminétem, & gaudeat cùm ipsa acciderit tibi, iuxta illud Abdiæ: Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi:qui comedunt tecum panem,ponent insidias subter te.De talibus fertur in Psal.63.Narrauerunt,vt absconderent laqueos:dixerunt,quia videbit eos?Consequenter ironicè loquens notat multos, cum quibus nō est consulendū. [Cum viro irreligioso tracta de sanctitate:]i. consule qualiter possis & debeas viuere virtuosè: quod ironicè dicit, quia irreligiosus potiùs daret ei cōsilium ambulandi per latam viam perditionis. Nam sicut vera amicitia non habetur, nisi inter virtuosos:sic sanum consilium non datur, nisi à prudente.Nec aliquis verè est prudens,nisi moraliter bonus.[& cum iniusto de iustitia:]quod (vt dictum est) ironicè dicit,quia iniustus ad mala instigat.[& cum muliere,de his quæ emulatur,]i. immoderanter amat aut odit, de quibus dat mala consilia,quia sequitur suas passiones.Amor quoquè priuatus.& odium,peruertunt iudicium,&specialiter fœminæ passionibus faciliter vinci solent,cùm sint debiles ratione.[cū timido, de bello:]quod refugit ille: [cum negociatore, de traiectione:]i. mercium transportatione ad forum, quam transportationem ille potiùs dissuaderet, vt posset sua cariùs expeditiusque venundare.[cū emptore,de venditione:]i.de precio rei vendendæ, quod ipse plùs iusto minueret.[cum viro liuido, de gratijs agendis:]i. de beneficijs gratis præstandis, quæ ipse non fauet his,quibus inuidet.[Cū impio, de pietate:]cùm impius potiùs ad impietatē instigaret.[cū inhonesto, de honestate:]secundùm eundē sensum. [cū operario agrario,]i.rurali [de omni ōpere:]i. de exercitijs militaribus atque ciuilibus, de quibus nihil scit.[cū operario annuali,]id est, conducto per annum,[de consummatione anni:]quem vellet citò finiri, vt posset accipere suum stipendium. Vel de consummatione anni, *i.* de completione operis intra annum, quod diceret intra annum vix posse compleri,cùm intra medium annum posset. [Cum seruo pigro,de multa operatione,]quam abhorret.Porrò quòd omnia ista ironicè dicta sint, pandit subdendo:[Non attendas his in omni consilio:]id est, in nullo consilio acquiescas prætactis personis in prædictis materijs earum voluntati contrarijs. Potest tamen homo de prædictis rebus cum eis conferre, hortādo eos ad virtutes eorum prauitati contrarias. [Sed cum viro sancto assiduus esto:]id est,frequenter ei te applica, & eius consilijs atque exemplis innitere,vt cum sancto sis sanctus. [quemcūque cognoueris]probabiliter [obseruantem timorem Dei,]id est, quem víderis timoratum, vtpotè solicitum ad vitandum omne peccatum.[cuius anima est secundùm animam tuam:]i.cōformis est animæ tuæ in recta intentione & profectu virtutum. [Quicunq; titubauerit in tenebris,]i. in aduersis vacillauerit à vera amicitia & fidelitate, vel in tenebris ignorantiæ & erroris deuiat, [non condolebit tibi]in aduersis, quia non quærit nisi seipsum inordinatè, nec pensat veræ amicitiæ iura.[Et cor boni consilij statue tècum.]i.virum verè prudentem tibi associa:[non est enim ti-
*aliud bi *alius plus illo:]i.nullus alius est tibi vtilior illo. [Anima viri sancti enunciat aliquandò
pluris vera, quàm]i. plùs quàm [septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum:]i. quicunq; huiusmodi portarū custodes speculatorésve turrium, aut magistri humanæ prudentiæ, sapientesq; seculi. Viri enim perfecti, per donum consilij supernaturaliter diriguntur à Spiritu sancto, ità vt de occultis & arduis saluberrim a præstent consilia. Quod &
Matt.11. in generalibus synodis sæpè expertum est. Propter quod ait Saluator:Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelásti ea paruulis. Salomō quoq;:
1.Ioan.2. Cum simplicibus,inquit,sermocinatio eius.De talibus quippe sanctus ait Ioannes:Non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed vnctio eius docet vos de omnibus. [& in his omnibus deprecare altissimum,vt dirigat in veritate viam]i.conuersationem [tuam,]quoniam ipse
Psal.24. est principalis & summus director,quem Psalmista inuocans, ait: Dirige me in veritate tua, & doce me. De quo Sapientiæ 10. legitur: Iustum deduxit Dominus per vias rectas. [Ante omnia opera verbū verax præcedat te:]i.sacra scriptura te informet, vt agas secūdùm eam, & eā tanquàm ducē tuæ conuersationis sequaris. Vel verbum verax, i. instructio bona, qua instruaris ab alijs.Non enim presumere debes instruere alios,nisi personaliter vixeris benè. Vel verbum verax,i.verbum cordis scilicet,seu cogitatio recta,& bonū propositum,secundùm quæ agas & in secùs,iuxta illud Pro.4.Oculi tui recta videant,& palpebræ tuæ precedant gressus tuos.[& ante omnē actum,consilium stabile.]sicut dictum est suprà ca.32. Fili,
sine con-

sine consilio nihil facias.Nempe in hoc libro eadem sententia sub alijs verbis multotiès repetitur, vt menti firmiùs imprimatur :sicut & ea, quæ hìc dicta sunt de amico vero & falso, & de consiliario bono ac malo,pleniùs dicta sunt suprà sexto capitulo: ideò talibus nō immoror.[Verbum nequam immutabit cor,]i.falsa doctrina,seu fallax consilium,aut verbum iniquum trahit cor à statu bono ad dispositionē periculosam. [ex quo]scilicet corde [partes quatuor oriuntur.]i.quatuor riuuli seu effectus, tanquàm ex fonte & causa: quæ quatuor,sunt[bonum & malum,vita & mors:]i.cogitatio bona & mala, vita actionis virtuosæ, & mors operis vitiosi.Vndè ait Saluator:De corde exeunt cogitationes malæ,fornicatio, fur- Matt.15.
tum.Et Salomon: Omni,inquit, custodia custodi cor tuum,quia ex ipso vita procedit, im- Prou.4.
mò vita gratiæ,& etiam vita gloriæ ex dispositione & merito cordis procedunt,bona quoq; & mala consilia,desideria praua & iusta.[& dominatrix illorum est assidua lingua:]i.custoditrix & dissipatrix illorum quatuor, est lingua assiduè mobilis. Si enim lingua benè custodiatur, salubriterque loquatur, gignitur & fouetur bonum,& vita in corde tam loquentis, quàm audientis. Si verò lingua non reprimatur, nec vtilia proferat, bonū & vita cordis periclitantur: quia corrumpūt mores bonos colloquia mala,& malum ac mors cordis conco- 1.Cor.15.
mitantur,fouentur, augentur.Ideò Christus dixit Matt.12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.Prouerbiorum quoq; 18. inducitur: Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Et alibi: Lingua immoderata contē- Pro.15.
ret spiritum. [Vir peritus]vnctione Spiritussancti & in scripturis,[erudiuit multos]verbo & exemplo,consilio,& per scripta. Ideò Prouerb.15.scriptum est:Labia sapientum disseminabunt scientiam.[& animæ suæ suauis est:quia per contemplationē & sacras meditationes occupationesq; salutares, animam suā exhilarat & oblectat. Vndè & philosophus protestatur, quòd vir cōtemplatiuus plenus est iucundis theorematibus,nec quærit extra se consolari, quoniam intra se habet syncerę delectationis materiam.Hinc scriptum est in Ecclesia- Eccēs 2.
ste:Homini bono dedit Deus sapientiam,& scientiam,& lętitiam. Ideò dixit philosophus, quòd philosophia habet admirabiles delectationes sibi admixtas.Et rursùs, quòd delectationi, quæ est in considerando, non est tristitia contraria. [Qui sophisticè loquitur,]i.dupliciter seu deceptoriè,[odibilis est]Deo & angelis atque hominibus, secundùm quod talis, quia nō est syncerus,verax & simplex.Simulatores quoquè & callidi prouocant irā dei. Iob.36.
Sapientiæ etiā i.habet: Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Et Prouerb.8. Dominus loquitur:Os bilingue detestor. [in omni re defraudabitur:]quia in primis & maximè fallit, nocet, & lædit seipsum, & diffamis efficitur: & quod alijs inferre molitur, multotiès patiē. Quòd si ad tempus aut in certis negocijs videatur prosperari, totum vertitur sibi in detrimentum. [Non est enim illi data à Domino gratia:]i. iusto iudicio priuatus est gratia Dei gratum faciente,nec diffusa est gratia in labijs eius:& si ad tempus habuit gratiam,tamen sophisticè loquendo, amisit eandem. Siquidā os quod mentitur, occidit animam. [Omni em Sap.1.
sapientia defraudatus est,]id est, sapientia, quæ est donum Spiritussancti, quæ sine charitate & gratia non habetur. Potest tamen sapientiam philosophicam scholasticam acquisitam habere,sicut multi hæretici & fraudulenti, qui blandiunt in vultu, & pungunt occultè vt scorpio. De quibus loquitur Ieremias: Sagitta vulnerās est lingua eorum.[est sapiēs, ani- Iere.9.
mæ suæ sapiens:]i.ille est sapiens verè ac propriè,qui ad salutem animæ suæ vtitur sapientia sua, & per eā deo adhæret. Nā vt Iacobus ait apostolus, Quæ desursùm est sapientia,est bonis consentiens,plena misericordia & fructibus bonis.Vndè subiungitur:[& fructus sensūs Iaco.3.
illius,laudabilis:]i. vsus seu actus & profectus sapiētiæ talis,videlicet contēplatio, & actiones eam sequentes,sunt meritorij,virtuosi,salubres.[Vir sapiens plebem suam erudit:]i.sibi commissos & suos domesticos, quod potissimè pertinet ad pastores, cùm per Ieremiam Dominus dicat:Dabo vobis pastores iuxta cor meū,& pascent vos scientia & doctrina, hoc Iere.3.
est,de pertinentibus ad salutem.[& fructus sensūs illius,fideles sunt:]i.bona sequētia ex eius doctrina,extant salubria,& in fide fundata,ac fidelitate subnixa,& magnum præmiū habitura.[Vir sapiens implebitur benedictionibus:]i.donis & profectibus gratiarū, virtutū, donorum, fructuum,ac beatitudinum,in quibus omnibus crescit atq; perficitur benè vtēdo sapientia sua, videlicet diuina contemplando,& proximos instruendo. [& videntes illū laudabūt:]quia reuerà honore & laude cōdignus est.[Vita viri in numero dierū:]i.duratio vitæ cuiuslibet hominis, consistit in numero dierum,qui satis faciliter poterunt numerari, cùm scriptum sit Psal.89. Dies annorum nostrorum,in ipsis septuaginta anni.Et itē Iob 14. Breues dies hominis sunt,numerus mensium eius apud te est. [dies autem Israel innumerabiles sunt:]quia duratio totius Israelitici populi manet per successionem similiū personarū

in ſpecie vſq; ad finẽ mundi, ſicut manet identitas fluuij. Porrò dies vitæ gratiæ, quæ continuat in vita gloriæ, ſunt in iuſtis hominibus innumerabiles, quoniam ſine fine cũ deo regnabũt. [Sapiẽs in populo hęreditabit honorẽ:]i. firmiter habebit honorem à plebe, immò in populo ſibi ſubiecto, & per ipſum benè recto habebit cæleſtẽ honorẽ, & merito p̃fidentiæ efficacis remunerationem ſortietur æternã. [& nomẽ illius, erit viuens in æternũ:] quia memoria eius manet perpetuè, p̃ſertim in triumphanti Eccleſia, & frequenter valdè diù in
Pſal.111. Eccleſia militãte, iuxta illud in pſalmo 110. Laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Et item, in memoria æterna erit iuſtus. Sapientiæ quoquè 8. Habeo propter ſapientiam claritatem ad turbas, & honorẽ apud ſeniores. [Fili, in vita tua tenta animã tuã:]i. diligenter conſidera atq; examina, immò & exercita eã, an ſcilicet adhuc ſit prona ad paſſiones, ad vitia, an potiùs patiens, manſueta, & reformata. Hæc eſt ſaluberrima conſideratio & notitia, ſeipſum cognoſcere & penſare. Vndè loquit̃ Paulus 2. Co. 13. An nõ cognoſcitis voſmetipſos, niſi forſitã reprobi ſitis? [& ſi fuerit nequã,]i. ſi adhuc experiris eã delectari in vitijs, & procliuẽ ad quæuis illicita, ac irreformatã, nec ſpiritaliter mortificatã. [non des illi poteſtatem,]i. reprime eam ab obiectis delectabilibus ſibi, & caſtiga eandem, iuxta illud Deuter. 4. Cuſtodi teipſum & animam tuã ſolicitè. Ideò dictum eſt ſuprà, Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Hinc Chriſto teſtante, Regnum cælorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud, qui ſcilicet et fortiter vincunt ſeipſos Ioan. quoq; 12. ait; Qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. [Non enim omnia omnibus expediunt.] Certum eſt quòd illicita, nulli expediunt: ſed indifferentia omnia non expediunt omnibus. quædã emi in ſe licita ſunt, quę tamen pronis ad vitia ſunt peccandi occaſio. Idcircò à talibus ſunt frenandi, & iuxta diuerſitatem illicitarum inclinationum compeſcendi ſunt homines: à diuerſis etiam licitis rebus, concupiſcibilibusq; obiectis atque occaſionibus excedendi: & in hoc debet vnuſquiſq; penſare ſeipſum, & intueri quid ſibi ſit periculoſum, & q̃d fuerit ſibi iam antè peccãdi occaſio, & vitare huiuſmodi. [& nõ omi animæ omne genus placet.] i. quædam animæ magìs afficiuntur ad delicias, aliæ ad diuitias, aliæ ad honores, & quædã ad p̃digalitatẽ, q̃dã ad cupiditatẽ: ideò vnaquæq; eſt refrenanda à genere rerũ, ad quas intẽſiùs ac periculoſiùs inclinat̃. [Noli auid⁹ eſſe] i. nimìs appetẽs & guloſus [in omi epulatione, &
Lucæ 21. nõ te effundas ſuper omnẽ eſcã,]inſtàr canis famelici. Ideò iubet Saluator: Attẽdite nè grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Et Paulus Ro. 13. Carnis curam nè feceritis in deſiderijs. [In multis emi eſcis] i. ſuperfluis comeſtionibus & potationibus, [erit infirmitas] cõſequens eas, [& auiditas appropinquabit vſque ad choleram,]i. guloſitas, ſi nõ frenetur, generabit materiam choleræ, quæ eſt vnus de quatuor humoribus. [propter crapulam multi obiẽrunt:]i. ex crapula incurrerunt infirmitates, vitam abbreuiantes aut corrumpentes: [q̃ autẽ abſtinens eſt,]i. ſobrius, [adijciet vitam:] i. prolongabit & in ſanitate conſeruabit vitã ſuam, tam naturalẽ, quàm ſpiritualem. De iſto, & quid ſit cholera, & de morbis immoderãtiam concomitantibus, pleniùs dictum eſt ſuprà 31 cap. idcirco non immoror, hoc adiecto,
Seneca. q̃ rectè dixerit Seneca, Plures interire gula, quàm gladio. eſt q̃ gu'a, mors corporis & animę.

¶Elucidatio cap. 38. Honora medicum. Art. 39.

DE honore corporalibus & ſpiritualibus medicis exhibendo, hic agitur. [Honora medicum]corporum, non ſolùm, quia ad dei imaginem conditus eſt, ſed etiam p̃pter artis ſuæ peritiam, & propter vtilitatem hominibus prouenientem ex medicis, ideò ſubditur: [propter neceſſitatem etenim illum creauit altiſſimus.] i. Deus artem illam ei conceſſit propter cõmune bonum generis humani, ad ſuccurrendũ ſcilicet infirmitatibus hominum. Et ſumitur hìc, creare, pro formare. [A Deo eſt emi omnis medela:]quia tam ars medicinæ, quàm ipſa medicinalia, originaliter ſunt à Deo. [& à rege accipiet donationem:] i. reges & principes munera precioſa & præmia copioſa peritis medicis largiuntur: ſunt enim valdè intenti circa corporalem ſanitatem, prolongationemq; vitæ. [Diſciplina medici, exaltabit caput eius:]i. medicus ob medicinæ ſuæ peritiã, acquret famam, promotionem, honorem & opes. [& in conſpectu magnatorũ collaudabit̃]medicus prudens, expertus, p̃cellens, ab ipſis magnatis ac alijs. [Altiſſimus de terra creauit medicinam:] i. ex terra produxit herbas, gemmas, & varias medicinales materias, ex quarũ effectibus & conſiderationibus inuenta eſt medicina. [& vir prudens non abhorrebit illam.] immò nolle ea vti tempore opportuno, eſſet quaſi tentare Deum, & ſpernere beneficia eius, quæ ad cõmodũ ordinauit humanũ. Aliquæ tamen perſonæ eximiæ ſanctitatis, ex ſpecialẽ Spiritusſancti inſtinctu, corporali medicina vti nolebant, vt ſanctus abbas Aegidius iaculo grauiter vulneratus, & feliciſſima Agatha martyr. [Nonnè à ligno indulcata eſt aqua amara?]

i. vtiq;

i. vtiq; ex immiſſione ligni in aquas amaras, factæ ſunt illæ aquæ ſuaues. Siquidẽ Exo. 15. legit̃: Venerũt filij Iſrael in Marath, & nõ poterãt aquas bibere de Marath, eo q̃ eſſent amaræ. At Moſes clamauit ad Dñm, & oſtendit ei lignũ, q̃d cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinẽ verſæ ſunt. Circa hoc q̃rit̃, an lignũ illud habuit naturalẽ efficaciã ac virtutẽ dulcoratiuã aquarum. Et videt̃ quòd immò, qa hoc textus iſte in ſinuare videt̃. Cùm emi præmiſſiſſet, Altiſſimus de terra creauit medicinã, quaſi exemplificans, & propoſitũ probans, adiecit: Nonnè à ligno indulcata eſt aqua? Nam aliter iſta probatio eſſet nulla. De hac materia ſuper Exodũ, in præallegati expoſitione capituli pleniùs dixi. Sunt emi de hoc duæ opiniones: Vna dicẽtiũ, quòd lignũ illud ex natura ſua ſic dulcoratiuũ fuit aquarũ. Quidam verò Hebręi, vt in Scholaſtica recitatur hiſtoria, aiunt quòd lignũ illud amariſſimum fuit, & Deum iuſſiſſe, vt Hieron.
lignũ illud proijceretur in aquã, quatenùs miraculũ maius eſſet, dum ex additione amari cũ amaro, cõſecuta eſt dulcificatio. Idẽ tangit Hieronymus ſuper Iſaiã de emplaſtro, quod Iſaias iuſſit ſuperponi vlceri Ezechiæ. Ioſephus quoq; narrat, quòd Moſes ſcidit lignũ illud in Ioſephus
longitudine eius per medium, & p̃iecit in puteum. [Ad agnitionẽ hominũ virtus illorum:] i. vis curatiua medicinaliũ terrænaſcentium, deuenit ad notitiã hominũ, vel ex reuelatione facta q̃buſdam, vt patet de Salomone, q̃ diſputauit atq; diſſeruit de virgultis, herbis & ſpeciebus: vel ex ſtudio ſeu experientia longa, qa ex hoc q̃ illud aut illud medicinale curauit Petrũ & alios quoſdam, elicit̃ regula generalis, q̃ ſanatiuũ ſit omnium ſimili morbo laborantiũ. [& dedit hominibus ſcientiã altiſſimus] i. medicinalem peritiã ſecundùm diuerſos modos iam tactos. [honorari in mirabilibus ſuis:] i. vt ipſe Deus ab hominibus honoretur ex conſideratione & effectu mirabiliũ viriũ curatiuarũ, quæ in rebus ex terra p̃ductis inueniunt̃. Vndè & Salomon: Omia, inquit, fecit Deus, vt timeatur. [in his curans]i. medicus per Eccés 3.
hæc medicinalia ſanans, [mitigabit dolorẽ]ægroti, immò interdùm omninò expellit dolorẽ, ſucceſſiuè tamẽ, & ſic paulatim mitigat eũ. [& vnguentarius] i. vnguentorũ confector, vt apothecarius [faciet pigmenta ſuauitatis,]i. cõfectiones ſuaues [& vnctiones conficiet ſanitatis] cauſatiuas, [& nõ cõſummabuntur opera eius:] i. exercitia medicinõ perficient̃, nec optatam ſanitatẽ inducent principaliter virtute aut arte ipſius aut medicaminũ. Ipſe emi eſt cauſa diſpoſitiua, applicãs actiua & paſſiua: medicamia verò reſpectu primi ac ſummi opificis, ſunt cauſę ip⁹ ſanitatis inſtrumẽtales. Deus verò, ſeu æterna & increata ars & inſtitutio eius, eſt cauſa effectiua principalis atq; fontalis. Ideò ſubdit̃: [pax emi Dei ſuper faciẽ terræ:]i. in habitatoribus terræ eſt pax & cõſonãtia harmoniæ ſeu cõplexionis, & quies à moleſtia infirmitatis à Deo, qui rebus medicinalibus indidit ſuas vires. [Fili, in tua infirmitate nõ deſpicias teipſum.]Poſſet hoc de corporali ægritudine accipi, in qua nõ eſt de curatione diffidendũ, ſed ad medicũ recurrendũ. Sed qa ſunt multæ incurabiles infirmitates, meliùs exponit̃ de ſpiritali infirmitate ſeu culpa: in qua quantúlibèt magna & multa, non eſt de diuina miſericordia deſperandũ, cùm illa in infinitum ſit maior omi creaturarũ culpa atq; miſeria. [ſed ora dñm]p remiſſione, ex vera contritione, vel ſaltẽ attritione tanta quãta potes, & ità mox fiet cõtritio. [& ipſe curabit te]à tuorũ vulneribus vitiorũ, cùm ſit miſericordiſſimus, ſapiẽtiſſimus, atq; omipotens medicus animarũ, cui loquit̃ Ieremias: Sana me dñe, & ſanabor. [Auerte]i. recede [à delicto,]prout dictum eſt ſuprà: Quaſi à facie colubri fuge Iere. 17.
peccata. [& dirige manus,]i. opera tua ad Deũ, corporales quoq; manus p̃ excitatione deuotionis, & ex feruore diuinæ dilectionis extẽdead ipſum, iuxta illud Threnorũ 3. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad Deũ in cælos. Et in Pſal. 142. Expandi manus meas ad te. Hinc 1. ad Tim. 2. ait Apoſtol⁹: Volo viros orare in omi loco, leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatione. [& ab omi delicto mũda cor tuũ]per cõfeſſionẽ plenariã, quia in cõfeſſione omia lauantur. Veruntamen mundatio iſta à vitijs, principaliter eſt à Deo, q̃ ſolus per gratiæ infuſionem mundat à culpa mortali, & ſolus principaliter dimittit peccata. Poteſtq; eſſe ab homine diſpoſitiuè ac meritoriè ſaltẽ per modũ congrui: qui autẽ in charitate eſt, à reatu ſe poteſt purgare per ſatisfactionẽ, cõtritionẽ, & charitatis feruorẽ, à venialibus quoq; per diuerſa ad hoc deputata remedia. Hinc p̃ iſta mũdatione orauit Pſalmiſta: Cor mundũ crea in Pſal. 50.
me Deus. Et S. Iob loquit̃ Deo: Quis poteſt facere mundũ de immũdo cõceptũ ſemine? Nõnè tu q̃ ſolus es? [Da ſuauitatẽ]i. hoſtias ſuauis odoris in lege p̃ceptas offer, vel oblationẽ de aromaticis ſpeciebus exhibe Deo, [& memoriã ſimilaginis,]i. memorialẽ hoſtiã de optima farina triticea, vt Deus memor ſit tuſ in bonũ. [& impingua oblationẽ,]i. de melioribus offer, vel oleũ cũ alijs immola, & ex charitate & deuotionis hilaritate omia age. Spiritaliter verò debemus Deo ex cordis dulcedine ſacrificium laudis & orationis offerre, & tanquã adipe & pinguedine, interna cõſolatione ac deuotionis abundãtia, atq; virtutum opulẽtia, re-

fectionibusq; mẽtalibus adimpleri,[& da locum medico,]potiſſimè ſpiritali,ſcilicet ſacerdoti,ꝑdicatori,ꝓphetæ.[Etenim illũ Dñs creauit,]i.in ſuo officio cõſecrauit ꝓ aliorum ſalute.[& non diſcedat à te,]i.non ità elongetur à te,quin poſſis ad eum habere recurſum : & ſicut ouis ſuo paſtori,ſic tu illi adhæreas,[qa opera eius ſunt neceſſaria:]i.actus ſui officij ſunt neceſſarij tuæ ſaluti,vt oret & offerat ꝓ te, tẽq; gubernet, erudiat, & conſeruet,nè ſis ſicut ouis abſq; paſtore.[eſt eñ tẽpus quandò in manus illorũ incurras:]i.ſubuentione eorũ indigeas, quod totũ potiſſimè verũ eſt de ſacerdotibus Euangelicæ legis,q Eccleſiaſtica ſacramẽta ad ſalutẽ valdè neceſſaria adminiſtrant.[Ipſi verò Dñm deprecabunt,vt dirigat requiẽ eorum in ſanitatẽ.]i. ad ſalubrem perducat effectum, quietem mentis,& curationẽ à vitijs,quas tibi ꝓcurare conanti à Dño per actus ſui officij:qa ad hoc ꝓſunt tibi,vt oratione, ſacrificio, ꝓdicatione, correptione & correctiõe perducãt te ad deſcendũ in Deo per fidẽ, ſpem,& charitatem,quatenùs Deo tanquàm fini ſemper inhæreas mẽte reformata & curata à paſſionibus & peccatis.[ꝓpter conſeruationẽ illorũ.]nam quicqd boni efficiunt, populo ſuo libenter cõmunicant,& ꝓpter merita ſua(ſi quæ habeant)poſtulãt exaudiri ꝓ ſubditis.[Qui delinqt in conſpectu eius,q fecit eum,]i.qui corã ſuo creatore peccat,[incidet in manus medici,]i. à prælato ſuo indiget ad curationẽ internã reduci, qa prælatus eſt mediator & arbiter inter Deũ & populũ, habetq; plebẽ ſuã Deo reconciliare.[Fili, in mortuũ ꝓduc lachrymas:]i. ex
Eccl.22. cõpaſſione mortuũ moderatè deplora,ſicut ꝓhabitum eſt: Luctus mortui,ſeptẽ dies.Præcipuè autẽ cõpatiendũ eſt mortuo in anima ꝓ mortale peccatũ.[& quaſi dira paſſus,]videlicet ſeparationẽ à charo amico finalẽ,[incipe plorare:]tamẽ cũ ſpe futuræ reunionis,[& ſecũdùm iudiciũ cõtege corpus illi⁹,]i. in monumẽto repone cũ diſcretionis cẽſura in orãdo, & ſuffragia,ꝓ defunctis cõſueta exhibẽdo,ꝓ ipſo.[& nõ deſpicias ſepulturã illius,]ſed reue-
Tobiæ 1. rẽter & deuotè exhibe eã,cùm ſit vnũ de ſeptẽ operib⁹ miſericordiæ exẽplo Tobiæ,q relicto prandio, exilijt ad tollendũ & ſepeliendũ corpus defuncti. [Propter delaturã aũt amarè fer luctũ illius vno die:]i.patiẽter tolera, vt tuipſe acerbè deplores defunctũ ſpecialiter primo die,quo cognoueris eũ obijſſe,,ꝓpter delaturã ſeu detractionẽ vitandã, videlicet nè dicaſ q læteris de morte illius.[& cõſolare,ꝓpter triſtitiã.]i.cõſolatione te recrea, nè abundantiori abſorbearis triſtitia, quẽadmodũ Dauid,cognita morte infantuli ſui,recreauit ſe,dicẽs: Nũ-
2.Re.12. qd potero reuocare eũ?[& fac luctũ ſecũdùm meritũ eius:]i. ſecũdùm quod ſe,ꝓbitate, aut beneficiorũ exhibitione, aut,ꝓpinquitate magìs aut minùs meruit à te defleri. [vno die vel duobus]diebus primis magìs intenſè quàm diebus ſequẽtibus, [propter detractionẽ]vitãdam, vt dictũ eſt,& nè tanquàm inuiſcerоſus vitupereris.[A triſtitia enim feſtinat mors:]i. immoderata triſtitia mortẽ accelerat.idcircò vitanda eſt,quemadmodùm dictum eſt ſuprà:
Eccl.30. Triſtitiam longè expelle à te:multos enim occidit triſtitia,& non eſt vtilitas in illa. Prouerꝝ quoq; 17. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Itemq; 25. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno:ſic triſtitia nocet cordi.Ideò ſubditur:[& cooperit virtutẽ,]id eſt, robur naturæ extenuat, im-
2.Cor.7. mò ſecundùm Apoſtolum,ſeculi triſtitia mortem operatur.Nam & virtutes obſcurat,& earum impedit actiones.[& triſtitia cordis flectit ceruicem:]id eſt,collum deprimit & incuruat,debilitata virtute naturæ.Verùm de qua triſtitia intelligenda ſint iſta, & de multiplici triſtitia, dictum eſt pleniùs ſuprà cap.30.[in abductione]id eſt, recuſatione conſolationis, & deuiatione à medio rationis, [permanet triſtitia:]ſicut in refutatione medicinæ permanet languor.[& ſubſtantia inopis ſecundùm cor eius:]id eſt,ſecundùm diſpoſitionem cordis, iudicandus eſt aliquis eſſe pauper aut diues. Si enim contentus eſt modico, & in paupertate patientiam habet & gaudet, reputandus eſt diues. Porrò ſi multis abundet diuitijs, nec tamen ijs contentetur, & per vitioſum amorem habeatur & poſſideatur à ſuis diuitijs magìs,quàm eas poſſideat, & eis vix audeat ad ſufficientiam vti, reputãdus eſt pauper & miſer.Hinc ſcriptum eſt Prouerb.13.Eſt quaſi diues cùm nihil habeat,& eſt quaſi pauper,cùm in multis diuitijs ſit. Apoſtolus quoquè 2. Cor. 6. Quaſi nihil, inquit, habentes, & omnia poſſidentes. [Nè dederis in triſtitia cor tuum:]id eſt, non permittas cor tuum inordinatæ triſtitiæ immorari,cùm triſtitia illa ſit paſſio maximè corruptiua &afflictiua naturæ,cuius ſpecies deteſtanda eſt inuidia, quæ putredo eſt oſſium.[ſed repelle eam à te, & memento nouiſſimorum:]id eſt,teipſum cogita moriturum, & metue nè imparatus inueniaris:diuini quoquè rigorem iudicij intuere,& pœnas ac gaudia futuri ſeculi.Sicque per has occupationes ſalubres expelle immoderatas ac prauas triſtitias.[& noli obliuiſci]nouiſſimorum tuorum,ſicut dictum eſt ſuprà cap.7.Memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis. [Neque enim eſt conuerſio:]id eſt, reditus ad hanc vitam poſt mortem ad viuendum vita mortali in terra, & hoc ſecundùm legem communem,quanuis multi miraculoſè ſint reſuſcitati,

ſuſcitati,ꝑtim in Euangelica lege.Ideò S. Iob dixit: Viam per quã non reuertar, ambulo. Iob 16.
[& huic nihil,ꝑderis,]i.defuncto nil cõfers, nec ſubuenis tuo immoderato mœrore, quo & deũ offendis,de cuius iudicio & prouidentia debes te conſolari &contentari,& ipſius creatoris volũtati ſubijcere tuã ac cõformare.Ideò potiùs ora pro mortuo, & per pietatis ſuffragia ſubueni ei. [& teipſum peſſimabis.]i.indiſpones & lædes per mœrorẽ ſuperfluũ. Hinc in perſona defuncti ſubiungitur: [Memor eſto iudicij mei,]i. tranſitûs & exitûs mei de hoc mundo per mortẽ ſecundùm diuinæ voluntatis dictamẽ. [ſic eñ erit & tuũ:] i. ſimili modo citò hinc emigrabis.[mihi herì.]i. tempore paulò antè elapſo cõtigit mors. [& tibi hodiè] mors cõtinget,i.in breui.Ideò quicqd poteſt manus tua,inſtanter operare & ora, pro me ac ſubueni mihi,ſicut deſideras tibi poſt obitũ ſubueniri. Hinc Eccés inqt:Neſcit homo finem Eccés 9.
ſuũ:ſed ſicut piſces capiunt hamo,& aues laqueo, ſic capiunt homines tẽpore malo, cùm eis extemplò ſuperuenerit.[In requie mortui,requieſcere fac memoriã eius:]i. memoriã morientis fige in requie,quã animæ electorũ habẽt poſt vitã ꝑſentem, loquẽdo ei de beatitudine
illa futura,vt dicat:Portio mea dñe ſit in terra viuentiũ. Vel ſenſus eſt,vt tẽpore mortis,faci- Pſal. 118.
as memoriã morientis quieſcere à recordatione ſecularium rerũ,vt cogitet ſolùm ea,q̃ ſuam cõcernunt ſalutẽ.Porrò q̃dam exponunt ſic:In requie mortui, i. ad monumentum, in quo, quãtùm ad corpus ſuũ quieſcit,requieſcere fac memoriã eius,i. aliquod ſenſibile memoriale cõſtitue,ex cuius intuitu viuentes recordentꝰ ipſius,& orẽt,ꝓ ipſo,ſicut nunc figit̃ crux iuxta ſepulcra.Et 1.Mach.13.Simon filius Mathathiæ legit̃ ædificaſſe ædificiũ altũ ſuper parẽtum & fratrũ ſuorũ ſepulcrũ in memoriã æternã.[& cõſolare illũ in exitu ſpiritûs ſui:]i.morientẽ hortare vt cõfidat in miſericordia Dei,& toto corde indulgentiam petat ab ipſo,atq; ad æternã pertingere beatitudinẽ ſperet. Ex ꝓductis colligi poſſent multa remedia cõtra inordinatũ mœrorẽ de morte charorũ.Primũ eſt,qa huiuſmodi mœror nocet animę & corpori eius ꝙ ità triſtat. Secundũ, qa nõ prodeſt defuncto. Tertiũ eſt cõſideratio,ꝓpriorũ nouiſſimorũ intenta. Quartũ, qa ex diuinæ ꝓuidentiæ ordinatione atq; iudicio cõtingit mors defuncti. Quintũ,qa ſperandũ eſt de eius ſalute. Hinc dixit Apoſtolus: Nolumꝰ vos ignorare fratres de dormientibus,vt non cõtriſtemini,ſicut & ij q̃ ſpem non habent.Poteſt addi & ſextũ,qa de multis & magnis periculis ac ærumnis huius miſeræ vitæ eſt liberatus.Septimũ, qm̃ mors eſt ineuitabile debitum naturæ,quod nullus hoim poteſt euadere,iuxta illud Pſal. 88.Quis eſt homo q̃ viuet, & nõ videbit mortẽ?[Sapientiã ſcribe,]i. memoriæ tuæ firmiter imprime,ſcribendo eã in tabulis cordis tui,vt Pro.3.admoneꝫ.Vel ſapientiã,i.libros doctrinales & ſapientiales ab alijs editos,ſcribe,vel certè,ſi tantæ es eruditionis,tales libros cõpone.[in tẽpore vacuitatis]i. vacationis ab exterioribus occupationibus.Vel vacuitatis,i. dum adhuc ieiunus & ſobrius es,qa tunc intellectus eſt vigoroſior ad cõſiderandum ꝓfunda.Vel vacuitatis,i.abiectionis tẽporaliũ diuitiarũ, q̃ à ſapientiæ cõtemplatione impediũt. Propter
quod * Socrates ad philoſophiã pergens,maſſam auri proiecit in mare. Vndè dixit Secũdus * Crates
philoſophus,ꝙ paupertas eſt repertrix ſcientiæ.[& q minoraꝝ actu,]i. ab exterioribus occupationibus abſtrahit ſe,ꝓ poſſe, [ſapientiã percipiet],ꝓficiendo in ea. Anima eñ quieſcẽdo fit prudẽs, & virtus vnita fortior eſt q̃ diſperſa,&tanto intenſiùs poteſt anima vacare actibus vnius potẽtiæ,quo minùs circa aliarũ actiones viriũ occupaꝫ.Ideò in Threnis ſcriptũ eſt:Se-
debit ſolitarius & tacebit,qa leuabit ſe ſuper ſe.Nẽpe ad ꝓficiendũ in ſapiẽtia ſalutari & in- Thren. 3.
telligentia ſcripturarũ ex illuminatione diuina,plùs cõfert puritas cordis,qes mentis,oratio feruens,q̃ ſtudiũ diſputationis & exercitationis ſcholaſticę inquietæ,quã q̃ & illa ad acq̃ſitam ſapientiã cõferat.Ideò ſubdit:[qa ſapientia implebit̃,]q actu ſic minoraꝫ.Cõſequenter ad literã tãgit diuerſa diuerſorũ artificũ & operariorũ officia,ex qbus tandèm oſtẽdit,qd ſit ꝓlati & doctoris,ſeu ſacerdotis ꝓſidentis officiũ.[Qui tenet aratrũ,]putà agricola ſeu arator, [& q gloriaꝫ in iaculo,]i.telo ſeu miſſili, quod interdùm mittit ad repellendũ, ſagittandúm ve aues grana ſata extrahẽtes, [ſtimulo boues agitat:]ſtimulus eñ hic ſumit̃ ꝓ inſtrumento longo ligneo in extremitate ſua acuto, quo boues ſeu equi aratrũ trahentes pungunt̃ ad,ꝓcedendũ. [& conuerſatur] i.occupat ſe [in operibus eorum,]ſcilicet aratri, iaculi, ſtimuli, & boum ſeu equorum arantium.[& enarratio eius in filijs taurorum:] boues arantes ex tauris generatos,multotiès nominat,excitando eos ad trahendum. [cor ſuum dabit] i.diligentiam adhibebit [ad verſandos ſulcos:] i. ad euertẽdum aptè terram cum ferro aratri, cuius terræ glebæ euerſæ, dicuntur ſulci. [& vigilia eius in ſagina vaccarum:] id eſt, peruigil erit & diligens ad benè nutriendum boues arantes, quæ & vaccæ dicuntur, quantùm ad naturam ſpecificam, quemadmodùm in Oſee vituli vaccæ vocantur, cùm dicitur: Vaccas Be- Oſeæ 10.
thauem coluerunt. Conſequenter tangit de operibus alterius artificis, putà ædificatoris.

[Sic omis faber & architectus] i. principalis in opificio. Faber aũt generaliter appellaſ, quì circa materiam ædificij operaſ, & ſecundùm diuerſitatẽ materiarũ diuerſi fabri diſtinguuntur, vt faber ferrarius, faber lignarius. Vndè & Ioſeph in Euangelio diciſ faber, qui tñ operabaſ in lignis, & erat faber lignarius. Itaq; omis faber & architectus, [q noctem tanquàm diem tranſigit,] i. expendit vigilando de nocte in cogitationibus operũ ſuorum artificioſorũ, vel aliqua curioſa atq; habilia faciẽdo in nocte, [q ſculpit ſignacula ſculptilia,] i. imagines per ſculpturã. [aſſiduitas eius variat picturã,]i. aſſidua eius diligentia quaſdã nouitates in picturis & ſculpturis inducit, quas & varijs modis colorat. [cor ſuum dabit in ſimilitudinẽ picturę,] i. diligentiã cordis apponet, vt pictura ſua magiſtraliter conformeſ ei, iuxta cuius effigiẽ efficit eam, ſeu ei quẽ repræſentat. [& vigilia ſua perficiet opus.] i. diligens inſtantia cõplet picturam. Deinde proſequiſ de operibus operantis in ferro: [ſic faber ferrarius ſedens] i. cõſiſtens [iuxta incudẽ,] ſuper quã format ferra igne mollita, [& cõſiderans opus ferri:] qualiter ſit formandũ. [Vapor ignis vrit carnes eius,] i. calor ſeu exhalatio ſui ignis pœnaliter calefacit corpus ipſius: [& in calore fornacis cõcertatur:] i. contendit, & per modũ pugnantis ſe habet, ferra cõtra eorum naturã calefaciendo, emolliendo, & ad formas varias redigendo, ꝓpter quod apponit carbones, & agitat folles, vt ignis violentiùs agat in ferra. [Vox mallei innouat aurẽ eius:] i. ſonus martelli ex percuſſione cauſatus, auditũ eius immutat. [& contra ſimilitudinem vaſis oculus eius.] i. oculos ſuos frequenter dirigit ad exemplar inſtrumenti quod facit, vt iuxta formam exemplaris faciat illud. Eſt aũt prõprietas linguæ Hebrææ, oñe illud vas nuncupare, quod eſt contentiuum ſeu cauſatiuum alicuius. [Cor ſuũ dabit in conſummationem operum,] i. opera ſua complere ſtudebit, vt lucrum indè recipiat, ſeu laboris mercedem. [& vigilia ſua ornabit imperfectionem.] i. per vigilantiam atq; induſtriam mentis ſuæ ſupplebit quod pulchritudini deerat, & imperfectum perficiet. Deincèps ſubdit de actibus figuli, qui lutea facit vaſa. [Sic figulus ſedens ad opus ſuum,] perficiendum, [conuertens] i. reuoluens pedibus ſuis rotam, [qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum,] nè diſſipetur & impediatur. [& innumera eſt omnis operatio eius,] i. multiplex valdè, ità quòd vaſa quę format, quaſi innumerabilia ſunt, & multipliciter inter ſe diſtinguuntur in quantitate, figura, colore, &c. [In brachio ſuo formabit lutum,] i. vſu & robore manũs ſuę ac brachij faciet ex lùto vaſa diuerſis modis formata. [& antè pedes ſuos curuabit virtutem ſuam:] i. corpus ſuum robuſtũ inclinabit ad faciendum, quæ cum tali incuruatione & depreſſione fieri ſolent. [Cor ſuum dabit vt cõſummet linitionẽ:] i. vt vaſa lutea liniat in ſuperficie plumbo. [& vigilia ſua mundabit fornacem.] i. furnum ſuum vigilanter purgabit à cineribus & lapillis. [Oñes hi in manibus ſuis ſperauerunt:] i. confiſi ſunt procurare neceſſaria victui per exercitia atq; mechanica ſuarum manuũ opera. [& vnuſquiſq; in arte ſua] mechanica [ſapiens eſt:] i. prudens & doctus. [Sine his oñibus nõ ædificatur ciuitas,] i. ad ædificium & conſiſtentiam vrbiũ, neceſſaria ſunt artificia iſta habitatoribus vrbium. [& non inhabitabunt nec inambulabunt.] i. homines non poterunt cõuenienter in vrbibus cõmorari & cõuerſari, niſi inibi ſint ꝑfati artifices, quorum opera cõmunitati ſunt neceſſaria. [& in Eccleſiã non tranſilient,] i. ad loca cultũs diuini non ingredienẽ ſine artificibus iſtis, cùm nec ſacra loca ſine eorũ officijs fieri queãt, nec vrbs inhabitari. [Super cellã iudicis nõ ſedebunt,] i. ꝑfati artifices mechanici apti nõ ſunt ſedere & iudicare in ſolijs iudicum, cùm nõ ſint legiſperiti. [& teſtamentũ iudicij] i. pactũ pœnæ infligendę iniqs, ſeu gloriæ cõferendæ iuſtis, [nõ intelligent:] qa non ſunt periti in regulis iuris & legũ. [neq; palàm faciẽt diſciplinã:] i. correctionẽ in malefactores. [& iudiciũ,] i. diffinitiuas ſententias, qa nõ habent ad hoc authoritatẽ & iuriſdictionẽ. [& in parabolis nõ inuenienẽ.] i. idonei nõ erũt obſcura & magiſtralia documenta intelligere aut docere, aut alijs enodare. [ſed creaturã æui cõfirmabũt.] i. cõmunitati diù ſubſiſtenti in exterioribus rebus deſeruiẽt, vt ſubſiſtat & per ſucceſſiones ciuium conſeruẽ in eſſe. [& deprecatio illorũ in operatione artis,] i. dñm deũ rogant, vt in operibus artiũ ſuarũ proſperè eis ſuccedat: [accõmodantes animã ſuam,] i. ꝑlatis cõmendantes ſe quo ad ſpiritualia, vt dirigant & informenſ ab illis in obſeruãtia legis diuinæ. Vel accõmodãtes animas ſuas, i. vtilitatibus aliorũ eas exponẽtes in ſuis officijs, [& conquerentes in lege altiſſimi.] i. ſimùl qrentes à ſacerdotibus & ꝑlatis notitiam ꝑceptorũ legis diuinæ, & ql̃iter debeãt ea implere ac Deo ſeruire, placere, ſaluari. Prætereà ꝑinducta poſſunt ſpiritualizari, vt ſit ſenſus: [Qui tenet aratrũ,] i. doctor ſeu paſtor q excolit agrũ cordis ſubditorũ ſuorũ, [& gloriaſ in iaculo,] i. allegationibus ſcripturarũ, [ſtimulo boues agitat,] i. acutis exhortationibus, puocat ad actus virtutum homines beſtiales. [Et narratio eius in filijs taurorum,] i. ſuperbos alloquitur, vt eos ad humilitatem conuertat. [Cor ſuum dabit ad verſandum ſulcos,] i. ad euertendũ fundũ cordis ſubditorum, quatenùs indè vitia cũcta extirpet, & virtutes plantet in eis. [& vigilia eius in ſagina vaccarũ:]id eſt, ad hoc quoq; intẽtus eſt, vt perſonas fœminei ſexũs pigras & tardas, ſpiritualibus alimentis impinguet. [ſic oñis faber & architectus.] Spiritualiter fabri & architecti, ſunt prædicatores & prælati idonei, ſu per dominicũ gregem die ac nocte intenti, qui audientium mentes conantur varijs virtutum picturis, ornare, & exhibere ex eis ſignacula ſculpta, id eſt, exemplares perſonas, ac facere vaſa gratiæ ad honorem Dei. Faber quoq; ferreus, eſt præſidens virtuoſus, qui arma virtutum, remedia tentationum, fortitudinemq; conſtantiæ fabricat, docet, oſtendit ſibi commiſſis, qui ſedet iuxta incudem, id eſt, tribulationum duritiam, quem vrit feruor perſequutionis, ſed eo non vincitur. Quem etiam oportet varias audire querelas, cõminationes, clamores, tanq; malleos percutiẽtes, qui ſibi cõmiſſos conatur perficere, & iuxta ꝑcedentiũ patrum exempla dirigere. Conformiter per figulum deſignatur, qui ꝑſidet imperfectis, fragilibus, & terrenis, quos colore conſtantiæ conatur polire, qui oñes per ꝑtacta opera officij ſui confidunt ſaluari. Sine quibus ciuitas, id eſt, Eccleſia non conſtruitur, nec ſubſiſtit, nec ſine eorum directione, doctrina, exemplo alij efficaciter iudicare poterunt aut præeſſe.

¶Elucidatio cap. 39. Sapientiam omniũ antiquorum exquiret ſapiens. Art. 40.

DEclaratur hîc, quid ad ſapientem & contemplatiuum pertineat virum. [Sapientiam omnium antiquorũ exquiret ſapiens,] i. quorundam de omnibus, vel oñium fidelium, antiquorum ſ. patriarcharum, quorum libri habẽtur, ſeu quorum documenta & geſta conſcripta ſunt, vt ex eis proficiat. Sic Ptolemęus rex Aegypti ſtuduit omnium gentium bibliothecas habere. Sapientia eñ eſt de numero bonorũ honorabilium, per ſe appetibiliũ, eſtq; refectio mentis, q̃ quanto plùs editur ac ſentitur, tanto auidiùs deſideraſ, ſicut ſuperiùs dictũ eſt cap. 24. Qui edunt me, adhuc eſurient. [& in prophetis vacabit:] i. intentus erit ad intelligendũ volumina prophetarũ, qui ſunt fundamenta orbis terrarũ, in qbus Chriſti continenſ myſteria, per quorũ eloquia roborant Euangelica & Apoſtolica documenta, quanuis per * actorũ ſuorũ ꝑclara & ſoli deo poſſibilia miracula, ſint ſatis firmata & cõprobata. [Narrationẽ virorũ nominatorũ conſeruabit,] i. verba & doctrinas famoſorũ magiſtrorũ ac ſapientũ memoriæ imprimet. [& in verſutias parabolarum ſimùl introibit,] i. penetrare & clarè cognoſcere laborabit notabilia & obſcura verba ſententioſa, ſeu parabolica dicta. Hinc expoſitoriè ſubdit: [Occulta prouerbiorũ exquiret, & in abſconditis parabolarum cõuerſabitur:] ſcrutando myſticos ſenſus, allegorias, tropologias, & anagogicos intellectus. Hinc Prouer. 1. ſcriptum eſt: Audiens ſapiens, ſapientior erit: animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientum & ænigmata eorum. Apoſtolus quoq; teſtatur: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Nihilominùs (ſicut Seneca dicit) certis ingenijs immorandum eſt, vt multis perlectis, in ſiſtatur ſalubrioribus. Vndè & Paulus: Doctrinis, inquit, varijs & peregrinis nolite abduci. [In medio magnatorũ miniſtrabit,] i. tanquàm vnus eorũ ſeruiet Deo, & proximis ꝑſidebit miniſterio ꝑlaturę, quod eſt ſeruitus dignitatis, iuxta illud Apoſtoli: Prędicamus Ieſum Chriſtũ, nos aũt ſeruos veſtros per Ieſum. Ideò Prou. 1. aſſeriſ: Intelligens gubernacula poſſidebit. [& in conſpectu ꝑſidis apparebit] tanq; dignus ꝑſentia principum ac iudicũ. Vndè Sap. 8. induciſ: Per ſapientiam acutus inueniar in iudicio, & in cõſpectu potentiũ admirabilis ero, & facies principum mirabunſ me. [In terra alienigenarũ gentium pertranſiet,] ad videndũ & audiendũ famoſos in ſapientia, ſicut in 1. Timæi narratur de Solone, q à Græcia intrauit Aegyptũ pro cauſa hac. Et Hieronymus refert de Platone alijsq; qbuſdam, ſicut & regina Saba venit Hieroſolymam audire Salomonis prudentiam. [Bona enim & mala in omnibus tentabit,] i. addiſcere atq; diſcernere ſataget, vt ſit expertus: nam errores & vitia ſcire non eſt malum, ſed vtile. ſic & Apoſtolus monet: Omnia probate: quod bonum eſt, tenete. non tamen licet peccata per experientiam ſeu effectum probare. [Cor ſuum tradet] id eſt, paratum exhibebit & extendet [ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum,] id eſt, ad vacandum ſuo creatori per meditationes, cõtemplationes, orationes, & ſtudia ſcripturarum. Ideò ſubditur: [& in conſpectu altiſſimi deprecabitur,] habendo ſe recollectè ac reuerenter coram Deo in ſua oratione, conſiderando præſentiam maieſtatis diuinæ. Et poteſt per diluculum intelligi aurora ſeu manè, quod eſt hora apta vacandi Deo, iuxta illud Pſal. 5. Manè adſtabo tibi, & videbo. Atque in Eſaia: De manè vigilabo ad te. Poteſt quoquè per manè intelligi adoleſcentia ſeu iuuentus, vel exordium infuſionis gratiæ & illuminationis diuinæ. Hinc Prouerb. 8. increata proteſtatur ſapientia: Qui manè vigilauerit ad me, inueniet me. [Aperiet os ſuum in oratione,] ad impetrandum chariſmata gratiarum, [& pro delictis ſuis depre-

Matth. 13.

* authorũ

Rom. 15.

Hebr. 13.

1. Cor. 1.

2. Cor. 4.

1. Theſſ. 5.

Iſaiæ 26.

Sapient. 1. deprecabitur] vt ſibi dimittantur, ſciens q̃ in maleuolam animam non introeat ſapientia, cùm & Prouer. 8. ſapientia ſumma affirmet: Viam prauam deteſtor. [Si em̃ Dñs magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum:] & hoc vtiq; Dñs vult, & intelligentiam tribuit ſapienti, ipſum feruidè inuocanti, augendo in eo illuminationem ſupernam, iuxta illud Sapient. 7. Inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. [& ipſe tanquàm imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ:] i. alios copioſè eruditet, & riuos ſapientiæ influet proximis, gratiam ſibi conceſſam fratribus communicando, iuxta illud Prou. 5. Deriuentur fontes tui foràs, & in plateis aquas tuas diuide. [Et in oratione confitebitur Dño] ipſum Deum laudando, ſicut illud in Pſalmo 17. Laudãs inuocabo dñm: & ſeipſum humiliter accuſando, iuxta illud ſancti Iob:

Iob 13. Vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Atq; in Pſalmo 31. Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meã Domino. [Et ipſe Dominus] quem inuocat, [diriget conſilium eius,] vt ſapiens ſapienter inquirat, & conſulat de agendis. [& diſciplinam:] id eſt, ſcientiam practicam, vt agat ſecundùm eandem: vel diſciplinam qua caſtigat ſeipſum, vt ſit diſcreta, iuxta illud Apoſtoli Rom. 12. Rationabile obſequium veſtrum. Hac directione maximè indigemus, quia vt Sapient. 9. legitur: Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Hinc Tobiæ 4. docetur: Omni tempore benedic Deo, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. [& in abſconditis ſuis conſiliabitur:] id eſt, Deus cõſilium largitur ſapienti in dubijs, & incertis ac arduis, iuxta illud Da-

Danie. 2. nielis: Ipſe reuelat abſcondita & profunda. [Ipſe palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ:] id eſt, ſapiens fic deſupèr illuſtratus, alios planè docebit ſcientiam ſibi à Deo conceſſam, prout Prouer. 14. ſcriptum eſt: In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoq; erudiet. [Et in lege teſtamenti Domini gloriabitur.] id eſt, in conſideratione ac adimpletione legis diuinæ, iuxta quod ſcriptum eſt ſuprà cap. 9. In lege Domini ſit gloriatio tua. Et in Pſalmo 1. In lege dñi voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. [Collaudabunt multi ſapientiam eius,] omnes videlicet boni, qui eam perceperint. [& vſq; in ſeculum non delebitur:] id eſt, ſapientia eius iugiter permanebit in corde ipſius & in memoria hominum, nec ipſe electus ſapiens vnquàm de libro vitæ delebitur. [non recedet memoria eius:] quia fama eius manet in cordibus hominum, etiam eo defuncto, iuxta illud Prouer. 10. Memoria iu-

Pſal. 111. ſti cum laudibus. Nec à Deo obliuioni tradetur, cùm ſcriptum ſit: In memoria æterna erit iuſtus: quod in his qui libros ſalubres componunt, præcipuè adimpletur. Hinc Sapientiæ 8. ait vir ſapiens: Habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam his, qui poſt me futuri ſunt, relinquam. [Et nomen eius requiretur à generatione in generationem:] id eſt, futuri poſt eum per ſucceſſiones generationum, exquirent adiutorium eius, ſi fuerit canonizatus, & ipſum ad imitandum requirent, & libros intitulatos ab eo, acquirere conabuntur, ſicut vſq; in præſens quæritur Hieronymus ſuper Iſaiam cæteroſq; prophetas. [Sapientiam eius enarrabunt gentes,] conferendo de ea, & allegando eandem. [& laudem eius enunciabit Eccleſia:] ſicut videmus iam viros ſanctos & ſapientes in Eccleſijs prædicari, & à fidelium congregationibus inuocari. [ſi permanſerit nomẽ eius,] id eſt, ſi ipſemet nomine deſignatus, diù in vita hac perſeuerauerit. [derelinquẽt plùs quàm mille] id eſt, valdè multos imitatores ſuæ vitæ atq; diſcipulos ſuæ doctrinæ. [Et ſi requieuerit] citiùs moriendo, [proderit illi:] quia decæterò non peccabit, nec decipietur, & in refrigerio erit, iamq; poſt Chriſti paſſionem citiùs pertingit ad gloriam. Hinc legitur Sapient. 4. Raptus eſt, nè malitia mutaret intellectum eius, aut nè fictio deciperet animam illius. Conſummatus in breui, expleuit tempora multa. placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere il-

Ibidèm lum de medio iniquitatum. Et rurſùs: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. [Adhuc conſiliabor,] id eſt, intra me tractabo, & per modum cõſulentis diffiniam, [vt enarrem] mirabilia Dei & laudem ipſius, & ea quæ audientibus extant ſalubria. [vt furore enim repletus ſum,] id eſt, feruore deuotionis & æſtu ità loquendi, ſic quòd inſtàr furentis contine-

Iere. 32. re me nequeo, prout Iob 32. legitur: Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei: loquar, & reſpirabo paululùm. Et Ieremias ait: Factus ſum quaſi vir ebrius à facie Domini, & à facie verborum ſanctorum eius. [Et in voce dicit,] id eſt, ſpiritus per os meum effatur & admonet, [obaudite] i. obediendo audite [me diuini fructus,] i. filij ac filię Dei adoptiui, & vos virgines ſacræ ac omnes regenerati in ſpiritu ſancto, [& quaſi roſæ plantatæ ſuper riuos aquarum fructificate:] i. ſicut roſæ iuxta aquas pulchrè erumpunt, & dulciter fragrant, ſic per ſpiritualem profectum alijs apparete, ſuauitatem virtutum diffundite, Chriſti bo-

2. Cor. 2. nus odor in omni loco eſtote. Hinc ſequitur: [Quaſi Libanus odorem ſuauitatis habete:] id eſt, dulcedinem charitatis internam, refectionem deuotæ orationis, fragrantiam caſtitatis.

[Flore-

[Florete flores quaſi lilium,] id eſt, puris meditationibus, ſanctis deſiderijs, munditia mentis & corporis reſplendete, iuxta illud in Canticis: Fulcite me floribus, ſtipate me mális, quia Canti. 2. amore langueo. [& date odorem,] i. redolentia veſtræ optimæ famæ alios ad veſtram imitationem allicite. [& frondete in gratiam,] i. ad gratię incrementũ procedite de virtute in virtutem, iuxta illud Ezechielis 36. Montes Iſrael, ramos veſtros expandite. [& collaudate canticum,] i. laudando ſimùl proferte præconia Dei, [& benedicite dñm in operibus ſuis:] in q̃bus omnibus reſulget ſapientia, omnipotentia, bonitas creatoris. Idcircò in eis & de eis & ab eis eſt benedicendus, iuxta illud: Benedicite omnia opera dñi dño, laudate & ſuperexaltate Dani. 3. eum in ſecula. Vndè ait Pſalmiſta: Quàm magnificata ſunt opera tua dñe. Hæc opera Dei, Pſal. 91. ſunt opera creationis, redemptionis, glorificationis, ſeu opera naturæ, gratiæ & glorię. [Date magnificentiam nomini eius,] i. eminentiam & præclaritatẽ agendi aſſcribite Deo, iuxta illud Deut. 32. Date magnificentiam Deo noſtro. Hoc fecit qui dixit: Nõ eſt ſimilis tuí in dijs Pſal. 85. dñe, & non eſt ſecundùm opera tua. Et alius qui ait: Quis ſimilis tuí in fortibus dñe? quis ſi- Exod. 15. milis tuí, magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia? [& confitemini illi in voce labiorum veſtrorũ:] triplici confeſſione, videlicet confeſſione laudis diuinæ, quæ eſt actus latriæ, de qua Chriſtus ad patrẽ: Confiteor, inqt, tibi pater, dñe cæli & ter- Matth. 11. ræ: confeſſione quoq; propriæ culpæ, q̃ eſt actus pœnitentię, de qua Iacobus ait: Cõfitemini Iacob. 5. alterutrùm peccata veſtra: atq; confeſſione, q̃ eſt proteſtatio credendorũ, de qua in Euangelio Chriſtus: Qui me confeſſus fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo: Lucæ 12. Eſtq; cõfeſſio iſta actio fidei, dicente Apoſtolo Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore aũt cõfeſſio fit ad ſaluté. [In canticis labiorũ & citharis,] pſertim ſpiritalibus, hoc eſt, virtuoſorum actuum cõſonantijs, [& ſic dicetis in cõfeſſione] laudis diuinæ: [Opera dñi vniuerſa, bona valdè.] iuxta illud Gene. 1. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valdè bona. Quælibet eqdem creatura Dei eſt bona, ſed omnes ſimùl ſunt valdè bonæ, & ornant ac iuuant ſe inuicèm, ſicut in exercitu vnus fulcitur ac roboratur ab alio, & pulcherrimus ordo cõſurgit ex omnibus ſimùl, ſicq; excellentia creatoris in omnibus pariter ſumptis, glorioſiùs p̃ſentatur atq; reſplendet. [In verbo em̃ eius ſtetit aqua ſicut congeries:] i. ex Dei p̃cepto aqua à ſuo fluxu & curſu ceſſauit, quandò in exordio mundi p̃cepit: Cõgregentur aquæ q̃ ſub cælo ſunt, in lo- Gene. 1. cum vnũ, & appareat arida. Vndè dñs Iob 38. ait: Quis cõcluſit oſtijs mare, quãdò erumpebat quaſi de vulua procedens? Prou. quoq; 8. ſcriptum eſt: Certa lege & gyro vallabat abyſſos. Poteſt etiam iſtud exponi de aqua maris rubri, q̃ diuiſa ſtetit vt murus, & ſicut cõgeries ſeu congregatio ſaxorũ in ædificio, vt patet Exod. 14. Similiter Ionæ 1. legitur: Stetit mare à feruore ſuo. Et Marc. 4. Surgens Ieſus, comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace & obmutęſce, & facta eſt tranquillitas magna. [& in ſermone oris illius, ſicut exceptoria] i. receptacula [aquarũ:] i. aqua ſtetit tam firmiter fixa in vno loco, ſicut ſtant aluei in q̃bus colligunt aquę & flumina, ſicut Deus dixit & iuſſit, quod verificatũ eſt, quãdò iuxta verba Dei ad Ioſue ſteterunt aquę Iordanis in loco vno, & receperũt ſuper ſe aquas à loco ſuperiori defluentes, iuxta illud Ioſuæ 3. Ingreſſis filijs Iſrael Iordané, ſteterũt aquæ deſcẽdentes in vno loco, & inſtàr montis intumeſcentes apparebãt procùl. [qm̃ in p̃cepto ipſius placor fit,] i. trãquillitas ab inquietudine tẽpeſtatis, iuxta illud in Pſalmo 106. Dixit, & ſtetit ſpiritus, pcellę. [& nõ eſt minoratio in ſalute ipſius:] i. ipſe perfectã ſalutẽ largit & curat plenè, vt vult, nec aliqs poteſt minuere liberationẽ datam ab ipſo, niſi ipſe iuſtè permittat. Ideò Deut. 32. habeſ: Dei perfecta ſunt opera. Et Apoſtolus ait: Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Ieremiæ quoq; 49. Dñs lo- Rom. 8. quitur: Quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Et Iob 34. ait ſcriptura: Ipſo concedente pacem, quis eſt qui condemnet? [Opera oñis carnis coram illo,] i. cuncti actus hominũ interiores & exteriores, Deo certiſſimè ac diſtinctiſſimè innoteſcunt. [& nõ eſt quicq̃ abſconditũ ab oculis eius:] cùm & Apoſtolus dicat Hebr. 4. Oñia nuda & aperta ſunt oculis eius, i. intellectui & ſapientiæ Dei, q̃ per ꝓpriam eſſentiã vniuerſa æternaliter, ineffabiliter, inuariabiliterq; intelligit. Qui Ierc. 23. ait: Si occultabit̃ vir in abſconditis, & ego nõ videbo eũ? De quo Iob 34. aſſerit: Oculi eius ſuper vias hominũ, & oẽs greſſus eorũ conſiderat: non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatẽ. [& nihil eſt mirabile in conſpectu eius:] i. magnum aut mirandum. Admiratio nanq; conſurgit ex hoc, q̃ videtur effectus, cuius cauſa ignoratur. Deus aũt omnium rerũ cauſas & rationes perfectè cognoſcit, & ipſe vniuerſa infinitè excedit: ideò eius cõparatione ac iudicio nihil eſt magnũ neq; mirabile. [nõ eſt dicere, quid eſt hoc? aut qd eſt illud?] i. nõ licet de effectibus & creaturis Dei temerè iudicare, quaſi inutiles ſint aut ſuperfluæ, nec debemus de ſingulis curioſè ſcrutari. ideò errauit impijſſimus Manichæus, dicẽs: Hęc inferiora, fœda, venenoſa & turpia,

non

non esse instituta aut ꝓducta à Deo lucis, sed à principio tenebrarũ: cùm nihil sit tã venenosum, deforme & vile, quin sit ad aliqd vtile: immò venenosissima q̃dam mirabilissimas habẽt vires. ideò subditur: [omnia em̃ in tempore suo quærentur:] vt habeantur ad id, ad quod valent, quẽadmodùm quæritur basiliscus mortuus ad medicinalia magna: & caro serpentis, vt
Matth. 12. conficiatur ex ea medicina ad curationem leprosi. vel omnia suo tempore quærentur, i. discutientur & iudicabuntur à Dño, qui de omnibus hominũ actibus exiget rationẽ, ideò debemus curiosa scrutinia ac temeraria vitare iudicia. [Benedictio illius quasi fluuius inundabit,] i. collatio donorũ gratiæ & munerum gloriæ, copiosè descendet in eius electos, iustos ac timoratos, qui benè vtuntur rebus creatis ad honorificentiã creatoris. [& quomodò cataclysmus aridam inebriauit,] i. sicut vniuersale diluuiũ terram vltra modũ repleuit, videlicet quindecim cubitis supra altissimorũ capita montiũ, vt legitur Gen. 7. [sic ira] i. vltio [ipsius,
Gene. 8. gentes quæ nó exquisiẽrunt eũ, hæreditabit:] i. perpetuò occupabit & affliget rẽpbos, qui Deum cognoscere, diligere, venerari & colere neglexerunt. [quomodò conuertit aquas in
Exod. 14. siccitatẽ,] i. per diuisionem & ablationem aquarũ siccauit terram & fundos aquarũ, sicut cessante diluuio redeũtibus aquis, siccata est superficies terræ, & in mari rubro siccatus est fundus eius. [& viæ illius,] i. viæ à Deo factæ in terra & mari per huiusmodi deficcationẽ, [vijs illorum directæ sunt:] i. aptæ effectæ ipsis hominibus ad pergendũ per eas. Viæ quoq; Dei, hoc est, iustitia & misericordia, de qbus in Psalmo 24. Vniuersæ viæ Dñi misericordia & veritas: directæ sunt vijs, i. operibus hominũ, qm̃ vnumquenq; iudicat secundùm actus ipsius, & in quorundã iudicatione ac ꝑmiatione magìs abundat misericordia, in aliorũ iudicio ac
Ezech. 18. mercede magìs abundat rigor iustitiæ, secundùm quod meruerunt. Hinc per Ezechielẽ fatetur: Vnũquenq; secundùm vias suas iudicabo. [sic peccatoribus offensiones] i. viæ & opera, beneficia & miracula Dei, sunt iniquis materia atq; occasio corruendi & offendendi. [in ira eius] i. Deo eos iustè derelinquente secundùm illud Psal. 80. Dimisi eos secundùm desi-
Mich. 2. deria cordis eorũ. Vndè per Michæã dñs ait: Nonnè verba mea sunt bona cũ eo qui rectè graditur, & econtrariò populus iste in aduersarium cõsurrexit? Hinc subdit: [Bona bonis creata sunt ab initio:] i. electis & iustis creata cedunt ac ꝓficiunt ad profectũ gratiæ ac salutẽ, & Deus condidit res ad ipsorũ salubritatẽ. Propter quod ait Apostolus Ro. 8. Scimus, qm̃ diligentibus Deũ omnia cooperanť in bonũ, his qui secũdùm propositũ vocati sunt sancti. [sic nequissimis bona & mala:] i. prospera & aduersa cedunt eis in mala. Propter quod Sap. 14. scriptũ est: Creaturæ Dei factæ sunt in odiũ, & in tentationẽ animæ hominũ, & in muscipulam pedibus insipientium. [Initiũ necessariæ rei vitæ hominũ,] i. ꝑcipuè necessaria sustentationi & nutritioni vitæ humanæ sunt, [aqua & ignis:] q̃ duo in multis deseruiunt, sine qbus nec panes nec alia cibaria cõmuniter solita fieri queunt. [& ferrũ,] quod ad arandũ quoq;, ad ædificandũ, ad pugnandum, ad defendendũ rempublicã, & ad alia multa requirit. & [sal] pro cõdimento ciborũ, [lac & panis similagineus,] i. triticeus, [& mel & botrus vuæ:] i. vua, vt sit cõstructio intransitiua. [& oleum & vestimentũ:] immò & alia multa. nã & aër ad respirandum requritur. [Hæc oĩa sanctis in bona,] i. ad electorum salutẽ sunt cõdita, qm̃ benè eis vtuntur, cum moderamine, gratiarumq; actione. [sic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur:] i. peccandi materia sunt atq; occasio, per ipsorũ ingratitudinẽ & abusum, q̃ Sap. 2. loquuntur: Venite, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura, tanq̃ in iuuentute celeriter: vino precioso & vnguentis nos impleamus: nullũ pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra. [Sunt spiritus qui ad vindictã creati sunt,] s. dæmones, quos Deus prima & directa intentione creauit ad gloriam & salutẽ, & bonos condidit eos: sed qa eorum ruinam & improbam voluntatẽ præsciuit, sic quasi cõcomitanter & secundaria intentione creauit eos ad vindictam, & ad hoc, q̃ sua iustitia in eorũ iusta damnatione & pœna reluceat, & vt vindictam Dei pro suis excessibus patiantur: & item, vt per eorũ obsequiũ impij homines torqueanť, q̃ seipsos spontè subiecerunt dæmonibus per peccata: ideò ex diuino iudicio subijciuntur eis inuitè post vitam hanc per tormenta, quatenùs deordinatio culpæ, recuperet per ordinationẽ diuinæ iustitiæ ac debitæ pœnæ. [& in furore suo cõfirmauerunt torméta sua:] i. per inconuertibilem & obstinatam eorum auersionẽ à Deo, meruerunt irrecuperabiliter condemnari. Est nanq; in eis (vt diuinus Dionysius ait) amens furor, in quo etiã furore acriter nimìs & crudelissimè puniunt condemnatos, in quos sunt diuinæ executores iustitiæ. [& in tempore consummationis effundent virtutẽ:] i. instante fine seculi tempore Antichristi,
Apoc. 20. acriùs sæuient, grauiusq; tentabunt, & plures decipient. Tunc quippe (vt in Apocal. habet)
Danie. 11. satanas soluetur, atq; (vt in Daniele legit) veniet tẽpus, quale nõ fuit ex quo gentes esse cœ-
Matt. 24. perunt. Vndè & veritas asserit: Erit tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio, neq; fiet.

[& fu-

[& furorẽ eius, qui fecit illos,] i. districtionem diuini iudicij & vindictam Dei in reprobos, [confundent:] i. simùl & celeriter, seu pariter fundent, tentando & affligẽdo homines, iuxta illud Apocal. 12. Descendit diabolus habens iram magnam, sciens quòniam modicum tempus habet. Insupèr præfatum Dei furorem confundent, i. peruersa & crudeli intẽtione exequenť, quod Deus iustè fieri iubet, quemadmodùm per Esaiam Dominus ait de rege Assyriorũ: Væ Assur, virga furoris mei & baculus, ipse est: ipse autẽ non sic arbitrabiť, sed ad conterendũ erit cor eius. Quidam verò exponunt hæc de punitione reproborũ in inferno. Vndè super illud, Effundent virtutẽ, quidã expositoriè addit, ad affligendũ damnatos, qui cum eis retrudenť in infernum. Communiter tamen dicũt doctores, qꝺ post diem iudicij cessabit
Esa. 10. executio & punitio illa per obsequium dæmonũ, & quòd tunc communi igne punienť homines, & angeli reprobi: quia, vt ait Apostolus, tunc Dominus euacuabit omnẽ principa-
1. Cor. 15. tũ & potestatẽ. [Ignis, grando, fames & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt:] i. ad vltionẽ vitiorũ ordinata à Deo, quanuìs etiam ad alios vsus & actus sint facta. Mors tamẽ formaliter est priuatio vitæ, & sic dicit non facta à Deo, sed consecuta transgressionẽ, & ad eius vltionẽ inflicta, secundùm illud Sapient. 1. Deus mortẽ nõ fecit. [bestiarũ dentes, & scorpij] i. scorpiones, [& serpentes, & romphęa] i. gladius [vindictas in exterminiũ impios:] i. vindicando affligens iniustos finaliter, ità qꝺ penitùs exterminantur à cõsortio electorum. Et potest per gladiũ, accipi acumen diuinæ sententiæ cõtra iniquos, qua dicetur: Ite maledicti in
Matt. 25. ignẽ æternũ, iuxta illud Apoc. 1. De ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat. [In mãdatis eius epulabunť,] i. Deo iubente, per modũ epulantis deuorabunt iniquos, nõ cõsumẽdo, sed acerrimè puniẽdo. [& super terrã in necessitate ꝑparabunť:] i. ex diuino ꝑcepto ineuitabiliter exhibebunt in terra, & infligenť iniqs. De qua terra sanctus Iob dixit: Antequàm vadam ad terrã tenebrosam & opertã mortis caligine. Quę Ezech. 26. vocatur terra nouissima.
Iob. 10. Ignis verò conflagrationis, terrã istã superiorẽ purgabit, & gladius diuinæ sententiæ exister super terrã penetrabit. [& in tẽporibus suis non ꝑterient verbũ:] i. tempore opportuno desupèr præordinato, nihil omittẽt vltionis inferre iniustis, quod Deus eis inferri præceperit. Circa hæc quæri potest, an in inferno erũt irrationalia animalia iã ꝓtacta, vt bestiæ ferocissimę, scorpij, serpẽtes. Ad quod respõsum est suprà in expositione capituli septimi, sup illud: Vindicta carnis impij, ignis & vermes. [Propterea ab initio cõfirmatus sum:] i. cùm tãta immineat iniustis dãnatio, idcircò de nouo roboratus sum in bono, ꝓposito iustè viuẽdi. Consideratio em̃ æternæ damnationis, valdè excitat ad vitia euitanda, & ad bona agẽda. [& cõsiliatus sum,] i. mihi ipsi & alijs persuasi hoc ipsum, [& cogitaui] ista nouissima, sicut ait Psal-
Psal. 76. mista: Cogitaui dies antiquos, & annos ęternos in mẽte habui: meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar, & scopebã spiritũ meũ. Abacuc quoq; secũdùm translationem antiquã: Dñe, inquit, audiui auditionẽ tuã, & timui: consideraui opera tua, & expaui. [& scripta
Abacuc 3. dimisi] ad futurorũ iustructionẽ, & certè magnũ est verbo ac scriptis instruere, & nõ solùm ꝑsentes, sed & absentes & posteros informare. sicq; participẽ fieri vniuersorũ bonorũ indè
Psal. 144. sequentium. [Omnia opera Dñi, bona:] inquantùm ab ipso sunt, & eius participãt bonitatem. iustus em̃ Dñs in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. [& omne opus
Proue. 16. hora sua subministrabit:] i. quælibet creatura creatori suo in aliquo tẽpore opportuno deseruiet, & id ad quod instituta est, faciet, & ad Dei cedet honorẽ. Oĩa em̃ propter seipsum operatus est Dñs, & cuncta fecit vt timeatur. Vel sensus est, quòd Deus tempore à se præordinato subministrabit, i. præbebit & faciet omne opus, quod se prouidit facturum. Vndè ait
Ioan. 5. filius Dei: Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor. [Non est dicere, hoc illo nequius est:] i. rationabiliter dici nõ valet, quòd vna creatura sit nequior alia, quantùm ad esse suum naturale specificum, propriamq; naturam, cùm sic nulla creatura sit nequam aut mala. propter quod in Ecclesiaste cõscriptum est: Nè dicas, cur priora tẽpora meliora fuerunt quàm
Eccẽs 7. nunc sunt? [Omnia em̃ in tempore suo comprobabuntur.] i. bona fuisse ostendentur, modo iã dicto, & hoc in die iudicij maximè manifestabitur, dũ hæreticę prauitates, aliter sentientium reprobabuntur. Cùm ergò tam bonus, iustus, & sanctus sit Deus in seipso, & in suis
2. Cor. 6. operibus, meritò admonet: [Sic nunc] quandò est tempus acceptabile, & tẽpus promerendi ac proficiendi, [in omni corde] i. toto intellectu & affectu & ore collaudate & benedicite nomen Domini: i. ipsum Dñm Deum deuotissima mente simùl concorditerq; laudate, & omne bonũ ei ascribite, iuxta illud Apostoli ad Rom. 16. Vnanimes, vno ore honorificetis Deũ. Vndè & Danie. 3. de tribus pueris ferũ: Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebãt Deum, dicentes: Benedictus es domine Deus patrũ nostrorũ, etc.

¶ Expositio cap. 40. Occupatio magna creata est oĩbus hominibus. Art. 41.

DE miſerijs ex originali peccato ſecutis, hîc agit: [Occupatio magna creata] i. facta & inflicta. [eſt omnibus hominibus:] propter quod Iob 5. ſcriptũ eſt: Homo ad laborẽ naſcitur, & auis ad volatũ. [& iugũ graue] i. pondus & copia ærũnarũ, laborum, afflictionũ, [ſuper filios Adã] i. ſuper poſteros vtriuſq; ſexûs primorũ parentũ, immò ſup filias magis, vt appáret, q̃ ſuper filios, ſicut & prima illa mater magis peccauit, q̃ vir. [à die exitûs de vẽtre matris eorũ.] Mox eñ, vt vterũ egrediunt maternũ, clamãt & plorãt, ſecũdùm illud Sap. 7. Primã vocẽ ſimilẽ omnibus emiſi plorans. [vſq; in diẽ ſepulturæ in matrẽ omniũ:] i. in terram, ex qua corpus humanũ eſt ſumptũ. Vndè Iob ait: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. [Cogitationes eorũ] i. ſolicitę appheníones de varijs neceſſarijs rebus, [& timores cordis] de futuris periculis, [adinuẽtiones expectationis] i. excogitatæ & vanæ imaginationes imminentiũ aduerſitatũ, q̃ vt frequẽter nõ imminẽt, qa vt Iob 15. ſcribit: Sonitus terroris ſemper in auribus impij: & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicat. propter quod Sap. 17. dicit: Semper præſumit ſæua perturbata cõſcientia. [& dies finitionis] i. mortis, quæ finis eſt vitæ. Deniq; iſtæ miſeriæ magnis & paruis communes ſunt. Idcircò ſubiungitur: [à præſidente ſuper ſedẽ gloriosam, i. rege, principe, iudice & pIato atq; doctore, [vſq; ad humiliatum] i. deiectũ [in terrã & cinerem] vt ſunt incarcerati: [ab eo qui vtiẽ hyacintho,] quẽadmodùm legit Eſther 8. Mardochæus de conſpectu regis egrediens, fulgebat veſtibus regijs, hyacinthinis ſ. & aërinis. [& portat coronam, vſq; ad eum qui operiẽ lino crudo: i. ſacco lineo groſſo, iuxta illud Zachariæ 13. Operientur pallio ſaccino. Hinc Sap. 7. ſcriptũ eſt: In inuolumentis nutritus ſum & curis magnis. Nemo eñ ex regibus aliud habuit nativitatis initiũ, vnus ergò introitus eſt oñibus ad vitam, & ſimilis exitus. De iugo Gene. 3. legit: Mulieri dixit Deus: Multiplicabo ærũnas tuas, in dolore paries, & ſub viri poteſtate eris. Adæ verò dixit: Quia comediſti de ligno, ex quo pceperã tibi nè comederes: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, in ſudore vultûs tui veſcéris pane tuo, donèc reuertaris in terrã. Hæc pœnalia mala ſuſtinet genus humanũ, propter originale peccatũ, & qa per illud deſtitutũ eſt originali iuſtitia, incidit etiã vitia multa, ad q̃ ex fomitis inclinatione & quatuor eius vulneribus pronũ eſt. Hinc de talibus malis culpæ ſubiungit: [Furor,] i. ira pdominãs, [zelus,] i. inuidia, [tumultus,] i. inq̃etudo diſtractionũ, cogitationũ, ac pſtrepẽtiũ deſideriorũ, [fluctuatio,] i. inſtabilitas ſeu perplexa anxietas cordis, [& timor mortis] immoderatus, ppter quẽ à iuſtitia & veritate recedit, quẽ, pphibet Chriſtus, dicendo: Matt. 10. Nolite timere eos q̃ corpus occídũt. Et de quo ait propheta: Illic trepidauerunt timore, vbi Pſal. 13. 52. nõ erat timor. [iracũdia perſeuerãs] q̃ parit rancorẽ, [& contentio] de qua Iacobus ſanctus: Vbi zelus & cõtentio, ibi incõſtantia & oñe opus prauũ. [& in tẽpore refectionis] i. repauſationis, [in cubili] ſ. hora noctis, quãdò natura reficit ſomno, [ſomnus noctis immutat ſcientiã eius:] i. ad errorẽ inducit, ſicut phabitũ eſt, multos errare fecerũt ſomnia. [Modicũ tãquàm nihil in reqe,] i. tã modicũ tẽporis dormit qetè, vt quaſi pro nihilo reputeẽ. [& ab eo in ſomnis quaſi in die reſpectus:] i. ab homine habeẽ reſpectũ ſeu viſio vel imaginatio in ſomno, quaſi in die ac tẽpore vigiliæ. Somnianti nanq; appáret frequẽter cp vigilet, & vigiliãdo aliqua diſponat aut operẽ, iuxta illud Iſaiæ 29. Sicut ſomniat eſuriens & comedit: cùm aũt fuerit experrectus, vacua eſt anima eiº. In ſomnio eñ vtiẽ anima ſimilitudinibus rerũ pro ipſis rebus. [Cõturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanq̃ qui euaſerit in die belli:] i. tã vehemẽtem horrorem in ſomno perpeſſus eſt, cp etiam expergefactus, vix potuit timorẽ illum abijcere, ſicut q̃ fugit de prælio. Vndè Deuter. 28. habeẽ: Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Deut. 28. Manè dices, qs mihi det veſperũ? & veſperè, qs mihi det manè? propter cordis tui formidinẽ, qua terreberis, & ppter ea quæ tuis videbis oculis. [In tempore ſalutis] i. ſanitatis [ſuæ exurrexit] de lecto poſt ſomnium quo territus fuit, [& admirans ad nullum timorem:] i. vigilans adhuc, admirans ex re viſa in ſomno, de qua tamen re nullus timor habendus eſt, [cũ omni carne] i. à quocunq; animali, [ab homine vſq; ad pecus.] i. nec à rationali, nec ab irrationali animali. Vndè refert S. Bernardus in ſermone, quendam è monachis ſuis irà fuiſſe in ſomnis pterritũ & illuſum, cp toto die ſequẽti vix potuit quietari. [& ſuper peccatores ſeptuplùm.] Sapiæ 18. i. iniqs magis hæc accidunt. Vndè de Aegyptijs in libro Sapiẽtiæ ſcriptũ eſt: Viſus ſomnio- Sap. 17. rũ malorũ turbauerũt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati. Rurſùs quoq; in eodẽ: Solis illis ſuperpoſita erat grauis nox, imago tenebrarum, & ipſi ſibi erãt grauiores tenebræ. [ad hęc] i. vltra pdicta inſunt hominibus mala ſequẽtia, ſcilicet [mors,] violenter inflicta, [ſanguis,] i. vulneratio, [cõtentio & romphæa,] i. percuſſio in ore gladij, [oppreſſiones] à potẽtioribus & tyrannis, [fames & contritio,] i. vaſtitas, vel vt alíq legũt, cõtractio, i. conſtrictio per vinculationem & flagella. [ſuper iniquos creata ſunt hæc oñia:] i. ad iniquorũ punitionem

nem ordinata, q̃ tamen frequenter magis abundant in ſeculo iſto in electis & iuſtis ad exercitationẽ, expurgationẽ, & coronationẽ eorũ. [ppter illos factus eſt cataclyſmus:] i. diluuiũ ppter iniquos inductum fuit, iuxta illud quod Gene. 6. legitur: Dixit Dñs ad Noe: Repleta eſt terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdã eos cum terra. [Omnia eñ q̃ de terra ſunt,] i. mixta & facta ex terra, [in terram conuertentẽ] per reſolutionẽ ſeu mortem, quantùm ad corpus. Propter quod iuxta philoſophum: Vnumquodq; in ea reſoluitur, ex quibus componiẽ. Mixta tamẽ nõ reſoluunt in terrã duntaxàt, ſed in alia quoq; ex quibus facta ſunt, elementa. Sed in terrã ſpecialiter conuerti dicunt, qa hoc magis appáret, & elementũ terræ in mole & corpore mixtorũ prædominatur. [& aquę omnes in mare conuertentur:] i. particularia maria & fluuij magni, ſicut originaliter profluunt ex Oceano, ſic p maxima parte reuertunt in illud, iuxta illud Eccleſiaſtę: Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat: ad locum vndè exeunt flumina, reuertunt vt iterùm fluant. Spiritaliter aquæ omnes, i. abũdantia gratiarum, flumina ſapiẽtiæ, copia virtutum ac meritorũ, in ſuũ ſunt fontem, i. in deitatis Oceanũ reducenda: hoc eſt, Deo humiliter cũ oñi gratitudine aſſcribenda, & ſic copioſiùs refluent, qa abundanti dabiẽ vt abundet. [Omne munus & iniquitas delebiẽ:] non de quocunq; munere intelligendũ hoc eſt, ſed de munere quod daẽ ſiue recipitur ad ſubuertendũ iuſtitiam, de quo Exo. 23. ſcriptũ eſt: Nõ accipias munera, quæ excæcant etiã prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorũ. Tale igiẽ munus & iniquitas delebunt, i. re, pbabunt à iudice ſummo, & damnabunt qui ea ſic largiunt. Porrò quoddã eſt munus gratuitũ, de quo ait Saluator Lu. 6. Date, & dabiẽ vobis. Et rurſùs Act. 20. Beatius eſt dare, q̃ accipere. Interdùm quoq; daẽ munus ad amicitiã reparandã, iuxta illud Pro. 21. Munus abſcõditũ extinguit iras, & donũ in ſinu indignationẽ maximã. Iuxta hũc modũ loquendi, quo dictũ eſt, Omne munus & iniqtas delebiẽ, ait ſanctus Ioannes in prima ſua epiſt. Et mũdus tranſit, & concupiſcẽtia eius. [& fides in ſeculũ ſtabit.] Certũ eſt cp fides Catholica vſq; ad finẽ mundi in multis inuiolata manebit. Fidelitas quoq; iugiter manet in iuſtis. Sed & fides, i. fidei merces, manet in æternũ in cælo. [ſubſtãtiæ impiorũ ſicut fluuius ſiccabunt:] i. ſicut torrẽs ſiccatur ſolis ardore, ſic diuini iudicij punitione impij ſuis priuabunt diuitijs, ſaltẽ in morte aut alio modo. Ideò Prouer. 13. ſcriptũ eſt: Cuſtodit iuſto ſubſtantia peccatoris. Et in Pſal. 36. Vidi impiũ eleuatũ, & tranſiui, & eccè nõ erat. Iob quoq; 27. ait: Si cõportauerit impius quaſi terrã argentũ, & ſicut lutũ pparauerit veſtimẽta: pparabit quidẽ, ſed iuſtus veſtiẽt illis, & argentũ innocẽs diuidet. Deniq; in veteri teſtamẽto iſtud ſic euenire ſolebat, qm̃ lex Moſis, obſeruatoribus ſuis, pſperitatẽ, pmiſit terrenã, tranſgreſſoribus verò aduerſitatẽ. [& ſicut tonitruũ magnũ in pluuia, perſonabunt.] i. ad modicũ tẽpus pompam, iactantiã, iucunditatẽ fouebunt, ſed inſtàr tonitrui citò deficient. [In aperiendo manus ſuas lætabit:] i. auarus & impius gaudet, dum aperit manũ ſuam ad recipiendũ munuſcula. Vndè de talibus dictũ eſt ſuprà cap. 29. Donèc accipiunt, oſculanẽ manũ dantis. De qbus Eſa. ait: Omnes diligunt munera, ſequunt retributionẽ. Cõtra quod dictũ eſt ſupra cap. 4. Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendũ, & ad dandũ Eſaiæ 10. collecta. [ſic ſuaricatores in cõſummatione tabeſcent.] i. dum magis, pſperari videbuntur, deficient, iuxta illud Pſal. 36. Quoniã tanquã fœnũ velociter areſcent. Et rurſùs: Quomodò Pſal. 72. facti ſunt in deſolationẽ? ſubitò defecerunt, periẽrunt, ppter iniquitatẽ ſuã. Vndè 2. Reg. 23. Dauid teſtaẽ: Prævaricatores quaſi ſpinæ euellent vniuerſi. [nepotes impiorũ non multiplicabunt ramos:] i. multam ſobolem nõ, pducent, loquendo de nepotibus imitãtibus ſcelera pgenitorũ ſuorũ. Nempe vt Sapientiæ 3. legit: Nationes iniquæ, diræ ſunt conſummationis. Et rurſùs ibidẽm: Filij adulterorũ in cõſummatione erũt, & ab iniquo toro ſemen exterminabiẽ. Prou. quoq; 13. Bonus relinquet hæredes filios & nepotes, peccatores perſequet malum. Et Iob 27. ait: Hæc eſt pars hominis impij apud Deũ, & hæreditas violentorũ quam ab omnipotente ſuſcipient, ſi multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabũtur pane: qui reliq fuerint ex eo, ſepelient in interitu. Vndè ſubiungitur: [& radices immũdæ ſuper cacumẽ petræ ſonabunt:] i. vitioſi parẽtes citò deijcient, ſicut quod creſcit ſuper cacumẽ lapidis, nõ habet fixam radicationẽ, ſed ex venti impulſu cadit cũ ſonitu, iuxta illud Proue. 10. Quaſi tẽpeſtas tranſiens impius nõ erit. Et alibi: Multigena impiorum Sap. 4. multitudo nõ erit vtilis, & ſpuria vitulamina nõ dabut radices altas. Vndè Iob 4. aſſerit: Vidi iniquos dño flante periſſe. [Super omnẽ aquã viriditas,] i. iuxta aquarum irrigua creſcere ſolent viridia gramina. [& ad orã fluminis] i. prope fluuij ripã. [ante omne fœnum euelleẽ:] i. anteq̃ gramina illa fiant fœnũ, carpentur à pecoribus ibi paſcentibus, prout Numer. 22. legitur: Solet bos herbã vſq; ad radices carpere. Vel ante omne fœnũ, i. citiùs fœno euelletur viride tale. quaſi dicat, Sic natio & generatio impiorũ mox labitur, prout Eſai. 40. le-

gitur:Et quidē neq; plantato, neq; ſato, neq; radicato in terra trunco eorū, repentè flauit in eos,& aruerunt,& turbo quaſi ſtipulā auferet eos. Veruntamen his obijci poteſt,q; videmus impios quotidiè,pſperari, ſeneſcere & ſobole abūdare per generationū ſucceſſiones quàm plurimas,iuxta illud in Pſal.143. Quorū filij ſicut nouellæ plantationes,filię eorū cōpoſitę, promptuaria eorū plena. Nō eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorū. Et Iob 21. aſſerit: Quarè impij viuūt,ſubleuati ſunt, cōfortatiq; diuitijs?ſemē eorū permanet coră eis,,ppinquorū turba & nepotū in conſpectu eorū, domus eorū pacatæ ſunt,& non eſt virga Dei ſuper eos,egrediunt quaſi greges paruuli eorū. Et reſpōdendū, q; ſicut omnipotens,iuſtus,pius, & ſapiēs Deus peccata regnorū ſuſtinet ad tēpus,quouſq; menſurā iniquitatis ſuæ impleuerint: Vndè in Geneſi ait ad Abraham: Nondùm completæ ſunt iniquitates
Gene.15. Amorrhęorū,qua iniquitatis meſura cōpleta,mox puniunt,ſicut dictū eſt ſuprà cap.10. Regnū de gente in gentē tranſfert,ſic intelligendū eſt de quacunq; particulari ,pgenie ac perſona. Aduertendū quoq;, q; iniqui quandoq; agūt aliqua opera ex ſuo genere bona,& ità q̄uis inquantū iniqui merent deleri, tamē ,ppter huiuſmodi opera bona,quorū mercedem in pſenti recipiunt,concedit eis deſupèr terrena,,pſperitas, prolificatio,& vita protractior. Iſta tamē in particulari determinare,tranſcendit capacitatē mentis humanę,cùm ad diuinorum profunditatē iudiciorū pertineāt. [Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus,]i. impijs modo ptacto deficientibus, gratia Dei in collationibus eius ità pulchrificat,ſtabilit,& delectat iuſtos,ſicut paradiſus ille terreſtris amœniſſimus locus,eſt ſemper trāquillus. Ideò ait Apo-
Heb.13. ſtolus: Optimū eſt gratia ſtabiliri cor. Et Pro.10. legitur: Benedictio Domini diuites facit,& nō ſociabit eis afflictio. [& miſericordia in ſeculū permanet.] Pietas etenim Dei in ſeipſa, & in ſuis effectibus,potiſſimè in electis ęternaliter perſeuerat, iuxta illud Pſal. 102. Miſericordia aūt Dñi ab æterno & vſq; in æternū ſuper timentes eū. [Vita ſibi ſufficientis operarij,]q̄ neceſſaria victui ſibi recta intētione acquirit ſuo labore, ſeu neceſſaria ad ſalutē exequitur, [cōdulcabit:]qa in vita hac deſupèr cōſolatur, & in bonis operibus delectat. Atq; poſt vitā
Pſal.127. hanc cōſequet ſaluté,ſecūdùm dictū illud Pſalmographi: Labores manuū tuarū quia manducabis, beatus es & benè tibi erit. Tali quoq; operario ſomnus atq; refectio magis dulceſcūt,ſecūdùm illud Eccēs 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue multùm, ſiue parùm comedat. Hinc Pro.12. ſcriptū eſt: Qui operat terrā ſuā,ſaturabit panibus: qui aūt ſectat ociū, ſtultiſſimus eſt. [& in ea inueniet theſaurū:] i. in vita tali habebit opulentiā mæritorū in via,atq; diuitias ,pmiorū in patria,ſecūdùm illud Sap.3. Bonorū laborū glorioſus eſt fructus. Magnum quoq; gaudiū eſt ſenibus,virtuoſè vixiſſe tēpore iuuentutis. [Fili, ædificatio ciuitatis cōfirmat nomē:]i. memoriā ac celebrē famā parit cōſtructori ciuitatis: cauſa em in ſuo effectu cognoſcit,ſicut Nemroth,Paris,Nabuchodonoſor,Romulus,multiq; alij famoſi effecti ſunt ex vrbibus,quas fecerunt. Spiritaliter aūt q Eccleſiā ſeu congregationē ſibi cōmiſſam ędificat, aūt in ſeipſo virtutū conſtruit fabricā, nomē bonū mereat,& in æterna memoria erit. [& ſup hanc mulier immaculata cōputabit:]i. cōmendabilior erit, ſeu maius donū q̄ædificatio ciuitatis,quēadmodùm dictū eſt ſuprà cap.26. Gratia ſuper gratiā mulier pudorata & ſancta. Prou.quoq; 19. Domus & diuitię dant à parentibus,à Dño aūt ,ppriè vxor prudens. [Vinū & muſica lætificāt cor,& ſuper vtraq; dilectio ſapientiæ:] qui em ſapientiā diligit, in eius adeptione,poſſeſſione & actu plurimùm delectat,eſtq; delectatio illa multo nobilior,diuinior, ſtabilior,& ſæpè intenſior delectatione corporaliū rerū. Ideò Sap.8. vir ſapiēs ait: Intrans in domū meā, conquieſcā cū illa. nō em habet amaritudinē cōuerſatio illius,ſed gaudiū & lætitiā: quod nō ſolùm verificat de ſapientia,q̄ eſt donū,ſed & de ſapiētia naturali atq; ſcholaſtica,acq̄ſita & ſupernaturali,cùm & (teſte philoſopho) philoſophia admirabiles habeat delectationes,atq; ex vnione potentiæ cū obiecto conueniente,delectatio generet. [Tibiæ & pſalteriū] q̄ ſunt muſica inſtrumēta, [ſuauē faciūt melodiā,& ſuper vtraq; lingua ſuauis:]i. locutio ordinata,cōpoſita,doctrinalis,ſalubris,eſt illis ambobus ſuauior,iuxta illud Pro.16. Fauus mellis,verba cōpoſita. [Gratiā & ſpeciē deſiderabit oculus:]i. obiecta pulchra & grata viſus delectabiliter intuet,intuerię; appetit. [& ſuper hæc virides ſationes:]i. ſata virentia delectabiliùs videt q̄ illa. Nam magis cōfortant viſum,roborantq; naturā. [amicus & ſodalis in tēpore cōuenientes:]i. ſuo tēpore cōgruunt ſibijnuicèm,& iucūda eſt eorū cōuentio. [& ſuper vtroſq; mulier cū viro:]i. maritus & vxor ſibi inuicèm cōcordantes, delectabiliùs ſimūl viuūt ac vniuntur q̄ illi,cū ſint vna caro, & maximè inuicèm ſibi ſeipſos & omia ſua cōmunicēt: quod potiſſimè verū eſt de Chro atq; Eccleſia,& de anima amoroſa ac deo. [frater in adiutoriū in tēpore tribulationis:]i. vnus homo ſuffragat alteri pſertim fratri & amico familiari in aduerſitate, vt dictū eſt copioſè ſexto capitulo. [& ſuper eos miſericordia liberabit.]

bit.]i. pietas Dei multo efficaciùs,gratioſiuſq; ſuccurret & eruet ab aduerſis. [Aurū & argētū & cōſtitutio pedū,]i. opulentia & robur,ſeu ſanitas ſtandi, & ambulādi ſuper ,pprios pedes,ſupple,acceptæ ſunt homini. [& ſuper vtrūq;]i. plùs illis duobus [cōſiliū beneplacitū] i. optatū & ſalubre,Deoq; placēs,gratū expediensq; cōſiſtit. [Facultates & victus & virtutes exaltant cor:]i. ex cōſideratione diuitiarū & viriū animus exaltat, quādoq; periculoſè & arrogāter. [& ſuper hæc timor Dñi,]i. filialis timor Dei,q multo pclarius atq; ſalubriùs mentē corā Deo ſublimat q̄ illa, & dignioré efficit eā magis q̄ illa. [Non eſt in timore Dñi minora-
tio:]i. defectus neceſſariorū ad ſaluté,cùm ſcriptū ſit: Timete Dñm omnes ſancti eius, qm̄ ni- Pſalm. 33.
hil deeſt timētibus eū. [& nō eſt in eo inqrere adiutoriū]ad cōplacendū Deo, vel ad euadēdū pericula: nō q; fides, ſpes, charitas,angelorū ſubſidia, & humana auxilia, nō ſint neceſſaria, nec quęrenda,ſed qa hæc præſtò ſunt timoratis. ideò ſubdit: [Timor Dñi ſicut paradiſus benedictionis:]i. ſimilis eſt paradiſo benedictæ, qm̄ ſicut in paradiſo eſt affluentia amœnitatis & miri decoris arborū & herbarū,fluminū & gemmarum,ſic timori filiali annexæ ſunt virtutes & dona,fructus & beatitudines,cōſolationes ac merita. [& ſuper omnē gloriā operuerūt eū:]i. pfata gratiarū chariſmata, & poſt vitā hanc æterna pmia,ornant & cōplent ſanctū timorē. [Fili,in tēpore vitæ tuæ nè indigeas]his, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Ideò nequaquàm des locū negligentiæ aut torpori. [Melius eſt em̄ mori]in corpore, [q̄ indigere:] i. in anima non habere gratiā & virtutes. Poteſt quoq; exponi iuxta modū & curſum veteris legis de indigentia corporaliū rerū vitanda, qa in lege abundantia temporaliū fuit ,pmiſſa. Vndè Deu.15. ſcriptum eſt: Omninò indigens & mendicus nō erit inter vos. Pro.quoq; 30. Mendicitatē & diuitias nè dederis mihi,tribue tantùm victui meo neceſſaria. Sic tamē in deuitanda hac indigentia, ſubintelligitur cauſa eius, vtpotè tranſgreſſio legis iugiter fugiēda. [Vir reſpiciēs in menſam alienā,]i. querens ab alijs refici, [nō eſt vita eius in cogitatione victūs:]i. nō occupat ſe fructuoſè, cogitādo qualiter ſibi ,pcuret neceſſaria vitæ. [Alit em̄ animā ſuā]i. vitā [cibis alienis.] Vndè dictū eſt ſuprà cap.29. Nequā vita hoſpitandi de domo in domū. ſic & ſpūaliter ſtultus eſt, q aliorū oratione ac virtutibus ćrit ſaluari, negligens quod ad ſe pertinet operari. [Vir aūt diſciplinatus & eruditus,]i. in practicis & cōtēplatiuis benè inſtructus, [cuſtodiet ſe]ab huiuſmodi ignauia, negligētia, paupertate. [In ore imprudentis cōdulcabit inopia,]i. ociari, pigritari, & ſpūali cuſtodia carere, dulce eſt ſibi. [& in vētre eius ignis ardebit.] i. in corde eius ſera pœnitentia erit, atq; in ſtomacho fames, calore naturali agēte in humidū radicale. Vitāda eſt ergò ociositas, q̄ ſpiritalē & corporalē ingerit egeſtatē. idcircò Pro.10. ait ſcriptura: Qui cōgregat in meſſe, filius ſapiēs eſt: q aūt ſtertit ęſtate, filius confuſionis. Et denuò ibidēm: Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium diuitias parat. Et iterùm Pro.16. Anima laborantis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum: vir autem iniquus fodit malum,& in labijs eius ignis ardeſcit.

¶Expoſitio cap.41. O mors, quàm amara eſt memoria tua. Art. 42.

QValiter circa mortē habere ſe debeat homo, hīc edocet: O mors, q̄ amara eſt memoria tua homini pacē habēti in ſubſtantijs ſuis:]i. in amore & vſu tēporaliū finaliter qeſcēti, in quo eſt pax fallax, mūdana, carnalis, de qua ad Hieruſalē dixit Lucæ 19.
ſaluator: In hac die tua q̄ ad pacē tibi. Et Pſal. 72. Zelaui ſuper iniquos, pacē peccatorum videns. De qua iterùm Dñs Mat.10. Nō veni, inqt, pacē mittere, ſed gladiū. [viro qeto]qete repauſationis carnalis, [& cuius viæ directę ſunt in omnibus]ſecundùm voluntatē ipſius, i. qui ,pſperat in cunctis, iuxta illud Ier.12. Quarè via impiorū proſperat, & benè eſt omnibus qui puaricant & iniquè agūt? [& adhuc valēti cibū accipere:]i. corporaliter ſano. talis em̄ ſenſibilia & caduca plùs diligit, q̄ æternalia, ſpūalia ac diuina. Idcircò amarum eſt ſibi nō ſolùm à pſentibus ſeparari, ſed etiā de ipſa ſeparatione meditari. Ecōtrariò verè ſapiētes mortē aſſiduè pēſant, & qualiter poſt eā nō ſit reditus ad hāc vitā, ſed mox diuinū ſequat metuendū iudiciū, & pœnę grauiſſimæ, & q̄ta ſit acerbitas mortis, quāta etiā moleſtia tētationū tūc impugnātiū morientē, q̄q; miſerrimū ſit nō eſſe paratū ad mortē. [O mors, bonū eſt iudiciū]i. euētus tuus ex diuinæ mētis ac ſapiētiæ eius iudicio, ,pcedēs, [homini indigēti]neceſſarijs vitæ, [& q minoratur viribus]corporalibus, [defecto ætate,]i. quaſi cōſumpto p̄ ſenio, [& cui de omnibus eſt cura,] neceſſarijs ad corporis victū & animæ felicitatē, [& increduli,]i. qui tātis ærumnis repletus eſt, q̄ ei id aſſerēti nō creditur. Vel, qui iā p̄ ſenectute, ſuſpicione & debilitatione vix credit alicui. Vndè ſubiungit: [q perdit ſapientiā,]i. ex ætate decrepita deficit ratione, & incipit delirare. Vel incredibili, i. q hęreticis & errātibus nō credit, & perdit ſapientiā huius mūdi, curans duntaxàt ea quæ Dei ſunt. Vndè dictū eſt ſuprà: Melior eſt Eccī 30.
mors q̄ vita amara. Propter quod Iob ait: Quarè miſero data eſt lux, & vita his q in amaritu- Iob 3.

dine animæ ſunt? Tali itaq; homini mors eſt appetibilis, tanq; terminus tot ęrũnarũ, & ianua
ad vitã felicẽ. [Noli metuere iudiciũ mortis] inordinato timore, q ſpiritalẽ impediat alacri-
Roma. 7. tatẽ & libertatẽ in dño: immò ſic viue, vt mortẽ ſecurus expectes, & cũ Apoſtolo dicere poſ-
Pſal.119. ſis: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et cũ Propheta: Heu mihi q̃a incolatus meus ꝓlongatus eſt. [Memẽto quæ antè fuerũt,] q̃ ex ſcripturis vel reuelatione, aut aliorũ nar-
ratione agnoſcis, videlicet q̃ antè fuerũt iniuſti & iuſti, & qualiter iuſti per tẽporalẽ pœni-
tentiã peruenerũt ad æternã lætitiã, iniuſti verò per breuẽ voluptatẽ, ad perpetuã dãnatio-
nẽ. [& quæ ſuperuentura ſunt tibi:] q̃ꝑ ſ. mortẽ euadere nequis, ſicq; infernalẽ mortẽ, & mor-
tẽ culpæ, ac diuini rigorẽ iudicij intantùm formida: q̃ omnia potes effugere, vt mortẽ corpo-
ralem, breuẽ & inſtantaneã, nõ immoderatè formides. Hinc Seneca: Stultũ eſt, inquit, timere
quod vitare nõ poſſis. Et denuò: Stultũ eſt dolere, in eius cõditione ſe eſſe, in qua nemo nõ
eſt. Hinc ſubdit: [Hoc iudiciũ] ſ. euentus mortis [à Dño] imminet [omni carni,] i. omni homi-
ni, corruptibile & mixtũ corpus habenti. Propter quod ferẽ in Pſalmo: Quis eſt homo q̃ viu-
Gene.3. uet, & nõ videbit mortẽ? Vndè dictũ eſt homini ꝓtoplaſto à Dño: Puluis es, & in puluerem
reuertéris. [& quæ ſuperuenient tibi in beneplacito altiſſimi:] i. tempora vitæ q̃ tibi reſtant,
ſecũdùm diuinæ voluntatis ꝓordinationẽ. [ſiue decẽ, ſiue centũ, ſiue mille annis:] i. hæc tibi
ſufficiant, & gratãter ea accipias, & fructuoſè expẽdas, & tuã voluntatẽ in hoc diuinæ ſubij-
ce voluntati. [Nõ eſt emꝫ in inferno accuſatio vitæ:] i. nulla ſalubris reprehenſio, ꝓpriæ vitæ eſt
in inferno, cùm nõ ſit ibi ſtatus aut tẽpus merendi, iuxta illud in Pſal. 6. In inferno aũt quis
cõfitebit tibi? Nihilominùs eſt in inferno pœnitẽtia ſera, iuxta illud Sap. 5. Talia dixerũt in
inferno hi q̃ peccauerũt. quorũ verba ibi deſcripta ſunt, miſerabilia ſatis, ſed infructuoſa: id-
circò iã ante mortẽ vacandũ eſt pœnitẽtię ſalutari, exercitioq; ſalubri. [Filij abominationũ,
ſiunt filij peccatorũ:] i. nati ex iniqs parẽtibus, & vitia ſuorũ parentũ ſequentes, efficiunt di-
Pſalm.13. gni abominatione, de q̃bus cantamus: Corrupti & abominabiles facti ſunt in iniq̃tatibus.
Et Iere. 2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Hinc in Abdia Dñs ait iniquo & arro-
Abdię 1. a ganti: Contemptibilis tu es nimis, ſuperbia cordis tui expulit te. [& q cõuerſantur ſecus do-
mos impiorũ:] i. cõſortia & peccata eorũ ſequunt. Ideò ſcriptũ eſt Pro. 1. Fili, ſi te lactauerint
peccatores, nè ac q̃eſcas eis: ſi dixerint, veni nobiſcũ, prohibe pedẽ tuũ à ſemitis eorũ. Num.
quoq; 16. Recedite à tabernaculis hominũ impiorũ, & nolite tangere q̃ ad eos pertinent, i.
malis & vanis eorũ actibus nõ cõſentiatis, nè inuoluamini in peccatis eorũ. [Filiorũ pecca-
torũ periet hęreditas:] i. æternã electorũ hæreditatẽ amittẽt, tẽporalia quoq; in morte relin-
quũt filij peccatores, ſeu impiorũ parentũ peccata ſequẽtes. [& cum ſemine illorũ aſſiduitas
op̃brij.] i. aſſiduũ & æternũ op̃briũ erit impijs filijs, imitatoribusq; eorũ, quibus dñs per
Ieremiã loquit, dicẽs: Dabo vos in op̃briũ ſempiternũ, & in ignominiã æternã, q̃ nunq̃ ob-
liuione delebit. Vndè & Danie. 12. legit: Multi de his q̃ dormiũt in puluere terrę, euigilabũt,
alij in vitã æternã, alij in op̃briũ, vt videãt ſemper. [De patre impio querunt filij,] i. filij re-
ꝓbi & dãnati, in finali iudicio & in gehẽna cõquerent de patribus ſuis carnalibus ac ſpũali-
bus, per quorũ negligẽtiã ſcãdaloſam q; vitã periẽrũt, quorũ dãnatio redũdat in patres ipſo-
rũ: [q̃m ꝓpter illũ ſunt in op̃brio] i. ex negligentia & ſcandaloſitate parentũ & ſuperiorũ
Sapię 4. ſuorũ prauorũ, ad peccata ꝓlapſi ſunt, & cõſequẽter infernali op̃brio deputati. Merito igi-
tur ait Grego. Vnuſquiſq; ꝑſidens, tot mortibus, tot æternis dãnationibus dignus eſt, quot
ꝑditionis exẽpla ſubditis ꝑbuit. Hinc ſcriptũ eſt: Ex iniqs omnes filij q̃ naſcunt, teſtes ſunt ne-
q̃tiæ aduerſùs patres. [Væ vobis viri impij, q dereliquiſtis legem dñi altiſſimi:] cuius legem
ꝑuaricari tanto enormius eſt, quãto maior eſt dignitas tãti legiſlatoris, & quo plura ac maio-
Pſalm.118. ra beneficia cõtulit nobis, cui loquitur ſanctus Dauid: Maledicti q declinãt à mandatis tuis,
[Et ſi nati fueritis, in maledictiõe naſcemini:] i. in fomite & originali peccato, atq; vulneribꝰ
illud ſequẽtibus, iuxta illud Pſal. 50. Ecce in iniq̃tatibꝰ cõceptus ſum. Sed q̃a & iſtud cõuenit
Matt.25. etiã electis & iuſtis, poteſt & ità exponi: In maledictione, i. natiuitas veſtra tẽdit ad maledi-
ctionẽ, cùm ſitis vaſa iræ: [& ſi mortui fueritis, in maledicti iõe erit pars veſtra: q̃a dicẽt vobis]
Ite maledicti in ignẽ æternũ. [Omnia q̃ de terra ſunt, in terrã conuertentur:] ſicut ꝑcedẽti capi-
tulo ſcriptũ eſt atq; expoſitũ. [ſic impij à maledicto in perditionẽ: i. à maledictione pecca-
ti derelictioneq; gratię, ꝑcipitabunt in maledictionẽ dãnationis ęternę, amiſſionemq; glo-
riæ. Ideò Iſa. 5. ferẽ: Væ impio in malũ. retributio emꝫ manuũ eius fiet ei. [Luctus hominum in
corpore ipſorũ:] Hoc de virtuoſis hominibus dicit, q̃a ſubiungit: [Nomẽ aũt impiorũ delebi-
tur.] Itaq; luctus hominũ in corpore ipſorũ, i. homines boni & rationabiles, in hac carne
mortali lachrymarumq; valle deplangũt ſe, & ſua, ac proximorũ peccata. De q̃bus aſſerit ve-
Mat.5. gitas: Beati qui lugẽt, q̃m ipſi cõſolabunt. Nomẽ aũt impiorũ delebit, iuxta illud Pro. 10. No-

men

mẽ impiorũ putreſcet. Et in Pſal. 9. Perijt memoria eorũ cũ ſonitu. Itẽq; Pſal. 68. Deleant de
libro viuentiũ, & cũ iuſtis nõ ſcribant. Et rurſùs Pſal. 9. Nomen eorũ delẽſti in æternũ, & in
ſeculũ ſeculi. Quod cùm ità ſit, [Curã habe de bono noĩe:] i. de bona exemplariq; fama, hoc
eſt, taliter cõuerſeris, vt bonus rumor diffundat de te, ad dei honorẽ, ꝓximorũq; ædifica-
tionẽ, quatenùs deus in ſuo famulo benedicat & honoret: nẽpe q negligit famã, crudelis eſt: q̃m
alios, quãtùm in ſe eſt, ſcandalizat & perimit. Simus igit bonus odor Chriſti in omni loco, ſe- 2. Cor. 2.
cundùm quod ipſe hortat: Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera veſtra bo- Matth. 5.
na, & glorificent patrẽ veſtrũ, q in cælis eſt. [Hoc emꝫ magis permanebit tibi,] i. ad augmentũ
gloriæ tuæ, [q̃ mille theſauri precioſi & magni.] Omniũ emꝫ bonorũ operũ q̃ gerunt ab alijs
ex famæ tuæ exemplaritate, partiçeps eris in gloria. Hinc Prou. 22. habet: Melius eſt nomen
bonũ, q̃ diuitiæ multæ. [Bonæ vitæ numerus dierũ:] i. breuis & certus eſt numerus dierũ, q̃-
bus quis viuit benè in ſeculo iſto. [Bonũ aũt nomen permanebit in æuũ.] i. vſq; ad finẽ mũ-
di in memorijs hominũ & in cælo. [Diſciplinã in pace cõſeruate filij.] i. ô filij & diſcipuli,
morũ compoſitionẽ, moralẽ doctrinã, iuſtã increpationẽ gratanter accipite, cũ mentis tran-
quillitate, cùm ſcriptũ ſit: Sapientiam & diſciplinã q̃ abijcit, infelix eſt. [Sapientia emꝫ abſcõ- Sap. 3.
dita,] i. proximis nõ cõmunicata per informationẽ tempore opportuno, nec in ꝓpria con-
uerſatione ac locutione exhibita, [& theſaurus inuiſus, q̃ vtilitas in vtriſq;?] q. d. nulla, immò
in tali abſconſione cõſiſtit ingratitudo, inuiſcroſitas & abuſus, ſicut de iſto iam dicta ſunt
multa. Aliquãdò tũ ex humilitate abſcondit ad tẽpus ſapientia, ſicut Prou. 10. dictũ eſt: Sa-
pientes abſcondũt ſapientiã. Porrò ſeruus ingratus piger, q talentis ſibi cõceſſis non vtitur, Matth. 25.
reprobat. [Melior eſt homo q abſcondit ſtultitiã ſuã,] vel innatã vel contractã, nè alios ſcan-
dalizet, [q̃ qui abſcõdit ſapientiam ſuã] iuxta ſenſum ꝓtactum. [Veruntũ reuertimini in his
q̃ procedũt de ore meo:] i. ex mea inſtructione redeatis ad cor, & abiecta impietate, ad vir-
tutũ exercitia, ꝓperate. [Nõ eſt emꝫ bonũ, oẽm irreuerentiã obſeruare:] i. nõ expedit cõſide-
rare in alio, q̃cq̃d reprehenſibile eſt, & ob id ei irreuerentiã exhibere, ꝑſertim ſuperiori, vt pa-
rentibus, ꝓlatis, magiſtris, quorũ imperfectũ, piũ eſt diſſimulare, & quãtùm poteſt fieri, excu
ſare. [& nõ omnia omnibus benè placẽt in fide.] i. documẽta & opera ſingulorũ, quãuis vera &
bona, ſeu ꝓbabilia, tñ interdùm nõ placẽt alijs, immò nec cũctis diſcipulis: q̃a (vt ait Apoſto
lus) vnuſq;q; in ſenſu ſuo abundat, & in multis licitũ eſt diuerſimodè opinari. Nõ tñ ob hoc Rom. 14.
eſt alteri irreuerentia exhibenda, nec indiſciplinatè, cõtentioſè, impatienter eſt diſputandũ
in tali materia, ſed modeſtè. [Erubeſcite à patre, & à matre de fornicatione,] i. ſpecialiter eru
beſcatis, preſentibus aut ſcientibus parentibus veſtris carnalibus ſeu ſpiritualibus, fornicari
fornicatione corporali aut ſpirituali, nè videant immunditiæ veſtræ eſſe patroni, & q̃a illos
ſpecialiter honorare debetis. [& à ꝑſidente & à potente, de mẽdacio:] i. corã illis mentiri ſpe-
cialiter verecundemini, q̃a inhoneſtius hoc eſt, cùm ꝑſidentes & potẽtes debeant ꝑcipuè eſ-
ſe veraces, & mendaciorũ caſtigatores. [à principe & à iudice, de delicto:] i. coram principi-
bus & iudicibus peccare ꝑſertim erubeſcatis, q̃m illorũ eſt peccata punire, atq; ad grandem
eorũ irreuerentiam ſpectat facere præſentibus ipſis quod prohibent, & corrigere habent, [à
ſynagoga & plebe, de iniquitate:] i. corã cõmunitate nõ audeatis peccare, nè illam ſcandali-
zetis, & nè deſpiciamini à tam multis. [à ſocio & amico, de iniuſtitia:] q̃a fidelitas atq; iuſti-
tia inter amicos & ſocios eſt inuiolabiliter obſeruanda, omni fraude ſecluſa. [& de loco in
quo habitas, de furto:] i. ſpecialiter erubeſcatis furari in loco quo habitatis, nè ſitis moleſti
& nociui veſtris domeſticis & vicinis, & nè contemnamini ab eiſdem, quorum auxilio iu-
giter indigetis. [de veritate Dei & teſtamento:] i. vbiq; & ſemper ac ſummè verecundemini
de violatione & inhonoratione veritatis legis diuinæ, & ꝑceptorum ipſius, quoniã ipſe al-
tiſſimus omia intuetur. [de diſcubitu in panibus:] i. verecundemini in menſa excedere, vel
per gulam, vel per ſuperioris loci appræhenſionẽ ex ambitione, cùm ſcriptũ ſit: In loco ma- Prou. 25.
gnorũ nè ſteteris. Melius emꝫ eſt, vt tibi dicatur, Aſſcende huc, quàm vt humilieris corã prin-
cipe. Vndè ait Saluator: Cùm inuitatus fueris, nõ diſcumbas in primo loco. [& ab offuſcati- Lucæ 14.
one dati & accepti:] i. ab indigna recompenſatione pro beneficio impenſo, & à datione in-
decenti ac turpi. Vndè ait Apoſtolus: Nulla eccleſia mihi cõmunicauit in ratione dati & ac- Philip. 4.
cepti, niſi vos ſoli. [à ſalutantibus de ſilentio] i. erubeſcatis non reſalutare vos ſalutantes,
cùm hoc videatur eſſe odij aut timoris, niſi forſan ex myſtica cauſa id omittatur, ſicut Chri- Lucæ 10.
ſtus dixit diſcipulis: Neminẽ per viam ſalutaueritis. Et Heliſæus ad Giezi: Si ſalutauerit te 4. Reg. 4.
quiſpiã, non reſalutes eum. [à reſpectu mulieris fornicariæ,] i. talem adſpicere erubeſcatis,
quia lubricitatis indicium eſt. [& ab auerſione vultûs cognati,] id eſt, erubeſcatis faciem
veſtram à cognatis veſtris auertere, propter eorũ aduerſitatem ſiue pauperiem, immò tunc

eos potiſſimùm cõſolari debetis. [Nè auertas faciẽ tuam à proximo tuo,] quẽ tenéris diligere ſicut teipſum. Ideò poſtulantem à te conſiliũ ſiue auxilium, piè adſpicias, & adiuuare nõ deneges. [& ab auferendo parté:] i. erubeſcatis aliq̃d alijs iniuſtè auferre, [& non reſtituendo.] i. ſi quid iniuſtè abſtuleritis, erubeſcatis non reſtituere ea, & ſatisfacere iniuriatis non
Leuit. 19. differatis. [Nè reſpicias mulierem alieni viri] incautè, moroſè, libidinoſè, prout de hoc di-
Matth. 5. ctum eſt pleniùs cap. 9. [& nè ſcruteris ancillam eius,] inueſtigando ab ea de ſecretis dominæ ſuæ, & qualiter poſſit ad libidinẽ explendam acquiri. [neq; ſteteris ad lectum eius,] quia hoc eſſet occaſio mali ex parte loci, & ſpeciem habens peccati. [Caue ab amicis de ſermonibus improperij:] i. ſpecialiter caue, nè amicis tuis dicas verba improperioſa, cùm dictum ſit ſuprà cap. 23. Homo aſſuetus in verbis improperij, omnibus diebus vitæ ſuæ non erudietur.
Eccl 22. Et rurſùs: Qui conuiciatur proximo ſuo, diſſoluit amicitiam. [& cùm dederis, nè impro-
Iacob. 1. peres.] ſed imitare Deum, de quo ſcriptũ eſt: Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

¶Elucidatio cap. 42. Non duplices ſermonem auditũs. Art. 43.

HIc docet in primis, ſecreta non eſſe prodenda. [Nõ duplices ſermonem auditũs,] i. verba, quæ ſemèl audiſti, non proferas ſecundò, nec iteres, [de reuelatione ſermonis:] i. loquendo de his quæ in ſecreto dicta ſunt tibi, pſertim ſi ea in fide ſuſcepiſti, ſeu cum obligatione celandi, qa eſſet mortale peccatum prodere ea, niſi forſan propter cõmune bonũ id neceſſariũ eſſet. Hinc dictum eſt Pro. 20. Ei qui reuelat myſteria, non cõmiſcearis. Et rurſùs: Qui ambulat fraudulenter, reuelabit arcana: q aũt fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. [& eris verè ſine cõfuſione:] i. de infidelitate, doloſitate, loquacitate, confundi non poteris, ſaltem in hac parte. [& inuenies gratiam in cõſpectu omniũ hominum:]
Prou. 11. i. cunctis eris acceptus, niſi forſan aliundè offendas. [Nè pro his omnibus confundaris,] i. mala quæ iam tangam, deuita, nè ſi ea incurreris, cõfuſione & damnatione ſis dignus. [& nè accipias perſonam, vt delinquas:] i. acceptionem perſonarũ deuita, nè Deum offendas, contra quod vitium dictum eſt ſæpè. Conſequenter proſequitur mala vitanda: [De lege altiſſimi, & teſtamento:] i. caue nè cõfundaris, tranſgrediendo legem Dei & teſtamentum, ſeu pactũ aut ſcripturas veteris teſtamenti ſeu noui violando. [de iudicio iuſtificare impium,] i. circa iudiciũ caue, nè iniquum & reum dicas iuſtum & innocentem, quod eſſet apertiſſimè vitioſum & contra iuſtitiam. Vndè de taliter iudicantibus Dñs per prophetam ait: Interfecerunt animas q̃ nõ moriunt, & viuificabant animas q̃ non viuunt. [de verbo ſociorũ & viatorũ:] i. caue nè cõfundaris repetẽdo maleuolè, q̃ ab amicis aut ſocijs itineris tui audiſti, quæ magis celanda ſunt. [& de datione hæreditatis amicorũ,] i. non pecces, nec cõfundaris hæreditaria bona amicorum diuidendo iniuſtè, aut dando quibus non ſunt danda, quod actoribus & tutoribus & exequutoribus teſtamentorum valdè cauendum eſt. [de æqualitate ſtateræ & ponderum:] i. vide nè pecces, non ſeruando æqualitatẽ ſtateræ ac ponderum in quocunq; cõtractu, quod eſſèt dolus, & fraus, & furtum. Hinc Leuit. 19. Dñs iuſſit: Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Vndè fertur in Pſal. 61. Mendaces filij hominũ in ſtateris, vt decipiant de vanitate in idipſum. Prou. quoq; 16. ſcriptum eſt: Pondus
Prou. 20. & ſtatera, iudicia Dñi ſunt. Et denuò Salomon proteſtatur: Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrunq; abominabile eſt coram Dño. Qui & Mich. 6. ait: Nunquìd iuſtificabo mẽſuram impiam & ſaccelli pondera doloſa? In his multi auari & mercatores iniuſti, ac venditores ſeu ſolutores frumenti, peccant grauiſſimè, & ad reſtitutionem tenentur, nec dimittitur eis peccatum, niſi reſtituant ſic ablatum. quibus Amos 8. dominus loquitur: Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quandò tranſibit meſſis, & venundabimus merces: & ſabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus menſuram, & augeamus ſiclũ, (id eſt, precium) & ſupponamus ſtateras doloſas, & quiſquilias frumenti vendamus? iurauit Dominus, ſi oblítus fuero vſq; ad finem omnia opera eorum. [de acquiſitione multorum & paucorum,] id eſt, non pecces, nec repræhendaris acquirendo multa per fraudem, furtum, rapinam, aut alio modo illicito, nec pauca iuſtè adipiſcendo ex tua ignauia, cùm iubeat Dñs: Negociamini dum venio. [de corruptione emptionis & negociatorum:] i. non pecces emptionem iuſtam corrumpẽdo per precium iniuſtum, per mendacium, aut aliquem dolum, nec ipſos negociatores praua ſuggeſtione inficiendo, vt plùs iuſto velint vendere ſua, & minùs iuſto emere aliena. [& de multa diſciplina filiorum,] id eſt,
Ephe. 6. non pecces nimis aſperè & indiſcretè corripiendo filios tuos carnales aut ſpirituales. Vndè
Coloſſ. 3. & Paulus: Patres, inquit, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. [& ſeruo peſſimo latus ſanguinare.] id eſt, non pecces hoc omittendo, ſed peſſimum ſeruum, qui nec verbis, nec mediocri diſciplina vult emendari, flagella in dorſo vſq;

ad la-

ad laterum læſionem, & ex ſanguine perfuſionem. Aliqui tamen exponunt iſtud contrario modo, q̃ ſcilicet ſeruus, quanuis peſſimus, non ſit vſq; ad ſanguinis effuſionẽ percutiendus. ſed prima expoſitio melior iudicatur. tamen in tali flagellatione ſeruandum eſt moderamen, quatenùs (ſicut in Deuter. ſcriptũ eſt) iuxta menſuram delicti ſit plagarũ modus. [Super mulierem nequã bonum eſt ſignum:] i. expedit, ſignaculum ſeu clauſurã adhiberi prauæ vxori vagæ atq; laſciuæ, nè euagetur & liberè peccet. [Vbi manus multæ ſunt,] i. multi parati ad diripiendum occultè, [claude] ea, quæ non vis tolli te ignorante. [& quodcunque trades,] id eſt, expoſueris, [numera & appende:] vt ſcias quot ſint, & quanti valoris aut ponderis: [datum verò] id eſt, quod dederis alijs, [& acceptum omne] ab alijs, [deſcribe:] vel in memoria, aut in membranis propria manu, vel per alium, dummodò talia ſint, quòd non vis ea tradere obliuioni. De minimis tamen non oportet hoc fieri. [De diſciplina inſenſati & fatui] caue, nè eorum ſequaris mores aut traditiones, nec eos informare præſumas, qui capaces non ſunt, ſicut dictum eſt Prouerb. 23. In auribus inſipientium nè loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Et Eccl 32. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. [& de ſenioribus qui iudicantur ab adoleſcentibus.] Hoc dupliciter poteſt exponi: Primò, vt caueamus doctrinam & mores ſenum ætate, non probitate neque prudentia: qui meritò ab adoleſcentioribus tempore, ſed prudentia & maturitate ſenioribus, reguntur & gubernantur. Non enim ætas iuuenilis deſpicienda eſt in doctore aut præſidente, quẽ vita cõmendat atq; diſcretio. Vndè ad Timoth. ſcripſit Apoſtolus: Nemo adoleſcentiã tuam con- 1. Tim. 4.
temnat. Secundò, vt cõfundamur de iſto abuſu, & eũ pro viribus impediamus, q̃ ſcilicet iuniores pſumunt iudicare ſeniores ſapientia, ætate ac moribus. [& eris eruditus in omnibus] de neceſſarijs ad ſalutẽ, ſi feceris iſta, [& probabilis in conſpectu omniũ virorũ. Filia patris abſcondita eſt:] i. cùm pater filiam ſuam recluſerit, nè euagãdo rapiatur aut fornicetur. [vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnũ:] i. vigilia & cura quam parentes habebunt, p̃ cuſtodia filiæ ſuæ, impediet eos à ſomno propter magnitudinem periculi. Ideò ſubditur: [nè fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur.] non contenta ſuo marito: [& cum viro commorata, odibilis fiat:] id eſt, à proprio odiatur marito propter ſuam laſciuiam, [nè quandò polluat in virginitate ſua.] ſ. antequàm tradita fuerit nuptui, qa tam ante nuptiarũ contractionem, quàm poſteà, periculum eſt de ea. [& *in* paternis ſuis] i. in domo parentum, & adhuc poſita ſub cuſtoditione eorum, [grauida inueniatur,] iam deflorata, [nè fortè cum viro ſuo cõmorata,] ſ. poſt initum connubium, [tranſgrediatur] torum legitimum, [aut certè ſterilis efficiatur] ex frequẽti concubitu, ſicut in meretricibus accidit. [Super filiam luxorioſam,] vel ad vitium illud procliuẽ, [confirma cuſtodiam:] id eſt, eam diligenter cuſtodi, [nè quandò faciat te in opprobrium venire inimicis,] qui tibi inſultarent atq; detraherent, imputantes lapſum filiæ tuæ tibi, & de tua aduerſitate ac confuſione gaudentes. [à detractione in ciuitate:] i. caue nè communitas detrahat tibi ex filiæ tuæ ruina, aſſcribendo eam negligentiæ & imprudẽtiæ tuæ. [& *abiectione plebis,] quæ te tanquàm inſipientẽ deſpiceret, & pſer- *obiectione
tim filiã adulterã aut fornicaram abijceret, tanq̃ lapidatione aut alia pœna dignam: [& confundat te] filia talis [in multitudine populi,] quia dedecus eius in parentes ſuos redundat, præſertim ſi circa eam blandi & negligentes fuerint. [Omni homini noli intendere in ſpecie:] i. neminem ob eius pulchritudinem incautè conſpicias, nè ad eum ſenſualiter afficiaris. [& *in* medio mulierũ noli commorari:] i. inter mulieres extraneas, tamen cum vxore, filiabus & cognatis eſt habitandum. Periculoſum verò eſt inter alias demorari & conuerſari. Propter quod ſacerdotibus, canonicis, & in ſacris ordinibus conſtitutis prohibetur tertio decretalium cohabitatio mulierum, vetulis & cognatis exceptis. [De veſtimentis enim procedit tinea,] i. ex veſtium corruptione aliquantula generatur, *ſicut vermis ex ligno.* [& à muliere iniquitas viri:] id eſt, ex mulierũ adſpectu, affatu, tactu, cohibitatione, viri ad concupiſcentiam & ad vitia alia excitantur, prout ſuprà 9. cap. dictum eſt pleniùs. Hinc Prouerb. 6. inducitur: Non concupiſcat pulchritudinẽ mulieris cor tuum, nè capiaris nutibus illius. Mulier enim viri preciosam animam capit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimẽta illius nõ ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt nõ cõburantur plantæ eius? [Melior eſt iniquitas viri, q̃ mulier benefaciens.] Certum eſt q̃ abſolutè & planè loquendo, mulier benefaciens ſeu laudabiliter viuens, melior ſit in ſe q̃ iniquitas viri, ſeu vir iniquus. Sed aliquid *dicitur melius aut peius alio dupliciter.* Primò, directè & immediatè. Secundò, occaſionaliter: & hoc ſecundo modo iniquitas viri ſeu vir iniquus melior eſt, i. minùs periculoſus & nocẽs, quàm mulier bona: qm̃ minùs allicit ad concupiſcentię inflammationẽ vir iniquus aut eius iniquitas, quàm mulier bona: quæ quanto melior atq; facetior,

tanto

tanto concupiſcibilior. & q̃ iſte ſit ſenſus, patet ex eo quod ſubdit: [& mulier cõfundens in opprobriũ:] i. ad cõfuſibilem libidinẽ trahens & ad grande opprobriũ quod indè cõſequitur. Aliqui verò ſic gloſſantur: Melior eſt iniquitas viri, q̃ mulier benefaciens ad cohabitandũ. Porrò gloſſa ſic ait: Mulier ſexũ ſignificat, vt ibi: Miſit Deus filiũ ſuum natum de muliere. Vir ergò, hoc loco fortis & diſcretus vocatur: Mulier aũt, infirma & indiſcreta. & ſæpè cõtingit, q̃ diſcretus labitur in peccatum, indiſcretus aũt exit in bonã operationẽ. ſed indiſcretus de bonis ſuis ſuperbiens, grauiùs cadit: diſcretus verò de peccato ſuo pœnitens, ad diſcretionis regulã redit, & decæterò fortiùs & cautiùs agit. [Memor ero igitur operum Dñi,] i. quia tam periculoſum eſt mulieribus cohabitare, dabo viris occupationẽ ſalubrem & dulcem in cõtemplando Deum in ſuis effectibus, & memor ero creaturarum Dei, determinando de eis: [& quæ vidi, annunciabo in ſermonibus Dñi opera eius:] i. opera Dei quæ cognoui ex ſacris eloquijs, enunciabo ad creatoris honorẽ, ædificationẽq̃ proximorũ. Vel q̃ cognoui, annunciabo in ſermonibus Dñi, i. per verba vera, authentica & diuina. [Sol illuminans per omnia reſpexit:] i. ſua illuſtratione cuncta hæc corpora fecit actu viſibilia. Lux em̃ ad viſionem requiritur. [& gloria Dñi plenum eſt opus eius.] diuina nanq; maieſtas omnia penetrat, irà q̃ pleni ſunt cæli & terra gloria eius. Excellentia quoq; ſapientiæ, om̃ipotentiæ, bonitatisq; Dei, in cunctis ſuis relucet effectibus: ſed & ipſe Dñs lætatur in operibus ſuis. Intellectuales quoq; creaturæ, repletæ ſunt gloria, i. clara notitia, lætitia, & excellentia eius. [Nonnè Dñs fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confirmauit] i. firmiter fecit ac ſtabiliuit [Dñs omnipotens ſtabilis in gloria ſua?] i. inuariabilis in maieſtate & omni beatitudine ſua, i. Deus ſanctos prophetas, patriarchas, apoſtolos, & alios viros heroicos illuſtrauit & inſtigauit ad deſcribendum ac prædicandum vniuerſa magna & mira opera ſua & præclara myſteria, videlicet opera naturæ, gratiæ & gloriæ. Hinc enim ait Pſalmiſta: Confitebor tibi Dñe in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Sed qualiter vera ſunt hæc, cùm Iob dicat: Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt numerus. Infrà quoq; cap. 43. legitur: Pauca vidimus operum eius. Et reſpõdendum quòd diſtributio iſta eſt accommoda, & de generibus ſingulorum intelligenda, quia de omnibus mirabilibus ſuis aliqua notificat ſanctis, & per eos fecit narrari ad ipſius creatoris gloriam & honorem. [Abyſſum & cor hominum inueſtigauit,] i. perfectè agnoſcit & perſpicit. [& in aſtutia eorum] ſ. hominum, [excogitauit] i. diſpoſuit, quid vnicuiq; pro ſuis verſutijs, dolis, calliditatibus ſit reddendum, quid etiam boni ex ipſorum malis elicere velit, de quo Iob 28. loquitur: Profunda fluuiorum ſcrutatus eſt. Et ſuprà cap. 24. ſapiẽtia increata teſtata eſt: Profundum abyſſi penetraui. Quidam tamen per abyſſum intelligunt diabolum, ob ſui nequiſſimi cordis tenebroſitatem: gloſſa verò interlinearis, profunditatem conſiliorum. [Cognouit enim Dñs omnem ſcientiam.] Nam ipſemet ſubſtantialiter eſt ſapientia & ſcientia ſua plena, perfecta & infinita, in qua omnis creata ſcientia cauſaliter & exemplariter, cognitiuè, & ſuperem inentiſſimè continetur, de quo 1. Regum 2. aſſeritur: Quia Deus ſcientiarum Dominus eſt. [& inſpexit in ſignum æui,] i. menſuram æuiternorum ſeu perpetuorum, & cuncta quæ menſurantur euo, cognoſcens, de quo ait Boëthius: Qui tempus ab euo ire iubes, de quo & Iob 28. habetur: Vniuerſorum finem conſiderat, & omnia quæ ſub cælo ſunt, reſpicit. [annuncians quæ præteriêrunt.] Sic enim de mundi exordio & de his quæ ante diluuium erant, multa Moſi reuelauit. [& quæ ſuperuentura ſunt.] Sic quippe prophetis veteris teſtamenti reuelauit myſteria Chriſti atq; Eccleſiæ, qui Iſaiæ 43. teſtatur: Priora extunc annunciaui, & ex ore meo exiêrunt. [reuelans veſtigia occultorum,] id eſt, ipſa occulta per ſimilitudines eorundem, quæ occulta ſunt, velut quædam veſtigia, id eſt, effectus & impreſſiones creatricis ſapientiæ. De quibus Iob 11. legitur: Forſitan veſtigia Dei compræhendes, & vſq; ad perfectum omnipotentem cognoſces. De quo ſcriptum eſt Daniel. 2. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta. [non præterit eum omnis cogitatus:] i. omnis cogitatio creaturarum, ei innoteſcit, & ſub eius iudicio cadit, iuxta illud ſancti Iob: Scio quòd omnia potes, & nulla te cogitatio latet. [& non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo,] qui de omni verbo ocioſo exigit rationem. Vndè ſcriptũ eſt Sap. 1. Qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præterit illum corripiens iudicium, quoniam auris zeli audit omnia. [magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit,] i. magnificos & præclaros ſapientiæ ſuæ effectus ornauit, & formoſos eſſe monſtrauit, videlicet creaturas cæleſtes, angelos, orbes, ſidera, & planetas. Vndè & in Ezech. ſub perſona regis Tyri ait ad quendam: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore. Omnis lapis precioſus, operimentum tuum. [qui eſt ante ſeculum & vſque in ſeculum,] id eſt, æternaliter inuariabiliterq; in ſeipſo conſiſtens, qui

Galat. 4.
Iſaiæ 6.
Pſal. 9.
Iob 9.
Iob 42.
Matth. 12.
Ezech. 28.

qui ſtabilis manens, dat cuncta moueri. Sed & rationales creaturas decorauit imagine & ſimilitudine ſua, & cuncta prædicta multiplici perfectione ſubſtantiali & accidentali venuſtauit. Nam in Geneſeos exordio agitur de opere creationis & diſtinctionis atq; ornatûs. Vn dè & Gene. 2. habetur: Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. [neq; adiectum eſt, neq; minuit:] i. ſuæ infinitæ & inuariabili perfectioni nil poteſt addi aut ſubtrahi. [& non eget alicuius conſilio,] cùm ſit perfectus omnimodè in ſeipſo, cunctisq; ſapientior infinitè, de quo ſcriptum eſt Iſai. 40. Cum quo inijt conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia, & viam prudentiæ oſtendit illi? De quo loqtur Paulus: Quis conſiliarius eius fuit? i. dans ei cõſilium. Veruntamen viri heroici & perfecti per ſupremum gradum doni ſapientiæ, ſunt & ſunt conſiliarij Dei, i. quibus Deus reuelat profunda conſiliorum ſuorum, quorum vnus: Incerta, inqt, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi. Et alius: Nobis, ait, reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. [Quàm deſiderabilia ſunt omnia opera eius:] i. valdè bona, pulchra & amabilia, iuxta illud Gen. 1. Vidit Deus cũcta quæ fecerat, & erant valdè bona, quæ etiam deſiderabilia ſunt ad cognoſcendũ, potiſſimùm prout in eis creatoris relucet maieſtas. [& tanq̃ ſcintillam quæ eſt cõſiderare.] i. q̃ magnalia & deſiderabilia opera Dei cõuenit conſiderare, tanq̃ ſcintillam, i. modicum qd reſpectu incircunſcriptibilis creatoris: vel tanq̃ ſcintillam, qa nec multùm clarè ea cognoſcimus, nec omnia. Hinc Iob 26. inducitur: Eccè hæc ex parte dicta ſunt viarum eius, & cùm vix paruã ſtillam ſermonũ eius audiêrimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri? [Om̃ia hæc viuunt,] Certum eſt, intellectuales rationabilesq; creaturas & cũcta animalia viuere, vegetabiliq; vita om̃ia vegetabilia, cæleſtia quoq; corpora multi doctiſſimi Iudæorũ, vt Rabbi Moſes, & eminentiores philoſophi, ſimiliter aliqui Chriſtiani doctores, animata eſſe perhibuerunt. Cætera verò non viuunt in ſua natura, ſed in creatore glorioſo & adorando omnia idealiter ac vitaliter æternaliter præexiſtunt, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum eſt in ipſo, vita erat. Propter quod & Chriſtus in Euangelio aſſerit: *Om̃ia viuunt Deo. [& manent in ſeculum ſeculi,] qa aut incorruptibilia atq; perpetua ſunt, aut per generationũ ſucceſſiones manent in ſuo ſimili vſq; ad finem mundi, & indeſinenter manent in Deo. Ideò in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Om̃ia opera quæ fecit Deus, perſeuerant in æternũ. [& in omni neceſſitate] i. quandocunq; fuerit opportunum ac placitũ Deo ſeu ineuitabiliter [om̃ia] creata [obaudiunt ei:] ad cuius nutum mox párent per obedientialem potentiam omni creaturæ innatam. Creatura nanq; ex ſolo conceptu & iuſſu ſui creatoris immutatur, obedit, mouetur, iuxta illud Eſther 13. Dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati. [Om̃ia duplicia, vnum contra vnum:] i. in omni genere ſeu ordine rerũ, ſunt duo aliquo modo contraria ſiue oppoſita, vt patet in elementis & quatuor anni tẽporibus. In cæleſtibus quoq; corporibus eſt oppoſitio motuum ab oriente in occidẽtem, & econuerſò. De hoc ſcriptum eſt pleniùs ſuprà cap. 33. vbi inter cætera legitur: Cõtra malum bonum eſt, & contra vitam mors, & ſic intuere in omnia opera altiſſimi. Duo & duo, vnum contra vnum. Deniq; diuiſio generis ſit per differentias oppoſitas, ſecundùm philoſophos: ſicq; in om̃i genere entis eſt inuenire duplicia, & duo oppoſita. [& nõ fecit quicquã deeſſe:] i. vnumquodq; perficit ſecundùm ſuæ exigentiam ſpeciei, & compleuit ordinem vniuerſi. Omnia quoq; conſtituit in numero, pondere, & menſura. Defectus etiam non propriè eſt à Deo. De quo Deut. 32. ſcriptum eſt: Dei perfecta ſunt opera. [Vniuſcuiuſq; confirmabit bona:] i. vnumquodq; cõſeruabit in ſuo eſſe, & proprietatibus vel perfectionibus ſuis, ſecundùm naturam ipſius, videlicet ſine fine in poſterum, ſiue ad certam periodum corruptibilibus præſtitutam. Vel ad tempus ſecundùm ordinẽ ſapientiæ atq; iuſtitiæ ſuæ. quemadmodùm enim omnia profluxerunt à Deo, ſic nec ad momentũ ſine eius manutenentia poſſent durare. [& quis ſatiabitur videns gloriam eius?] i. excellentiam creatoris in creaturis cõtemplans, ſeu magnifica eius opera ſpeculãs, in quorũ cognitione quanto quis ampliùs ꝓficit & lætatur, tanto plùs in eiſdẽ perfici cupit, & pleniùs iucundari, atq; ex cõtemplatione Dei per ſpeculũ in ænigmate, ſeu ex fide & rebus creatis accẽditur mens ad cognoſcendũ ipſum clarè in ſemetipſo. Cũq; peruenerit ad conſpectũ gloriæ Dei, & gloriã, i. maieſtatem eius immenſam viderit clarè per ſpeciem, i. facie ad faciẽ, nunq̃ ſatiabitur viſione, fruitione, poſſeſſione ipſius, ſecundùm quod ſatietas includit faſtidiũ, ſatiabit tñ plenè, i. perfectè ac beatificè contentabit, nil ampliùs appetẽs, iuxta illud: Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Poſtremò, pro huius gloriæ viſione Moſes Dñm legit exorâſſe, dicẽs: Oſtende mihi gloriam tuam.

Galat. 4.
Gene. 1.
Rom. 11.
Pſal. 50.
1. Cor. 2.
Eccẽs 3.
Lucæ 20.
Sapiẽt. 11.
1. Cor. 13.
Pſal. 16.
Exod. 33.

¶ Declaratio cap. 43. Altitudinis firmamentum, pulchritudo eius eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ. Art. 44.

De cæ-

DE cælestium ornatu & pulchritudine corporum tractat hîc, in quibus creatoris eminentia euidêter relucet, atq; sublimiter cernitur. Propter quod in Isaia admonetur: Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. [Altitudinis firmamentum,] i. altum cælũ stellatum, de quo Gen. 1. legitur: Vocauit Deus firmamentũ cælum. Quod dicitur firmamentum altitudinis, qm̃ nulla sphæra cælestis altior eo videtur, quãuis super illud sit cælum crystallinum seu aqueum, secundùm philosophos, immò, vt qdam eorũ opinati sunt, etiã decima sphæra, quã nominãt primũ mobile. Secũdùm theologos verò, super om̃es orbes mobiles est cælum empyreũ, i. igneum, non ab ardore, sed à splendore, quod est altissimũ situ, maximũ quantitate, pulcherrimũ qualitate, & (sicut asserit Damascenus) ipsum est cõtinentia inuisibiliũ & visibilium. [pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ:] i. pulchritudo firmamenti, est claritas, ordo, venustasq; stellarũ, quæ pulchritudo est decor & species cæli octaui, immò & orbium aliorũ, in quos redũdat. Aliqui tamen per pulchritudinem firmamenti, intelligunt solem, qui effectiuè est pulchritudo firmamenti, tam ipsum quàm sidera eius suo lumine perfundendo. [sol in adspectu,] i. hemisphærio nostro visui nostro appárens, [annuncians in exitu:] i. multa insinuans & designans, dum exit ab oriente versùs meridiẽ. Vel in exitu suo à nostro intuitu, vtpotè in occasu: sic em̃ designat diei aut noctis euentũ, & proprietates temporum horũ. [Vas admirabile] i. miræ & magnæ lucis, virtutis & influentiæ cõtentiuũ, propter quod tertio de anima pater virorum & deorũ vocatur. Porrò secundùm Hebrææ linguæ proprietatẽ, vas appellatur, quicqd alicuius rei est cõtentiuũ. [opus excelsi] i. creatura altissimi, qui solus talẽ potest creaturam producere, quæ (teste diuino Dionysio quarto de diuinis nominibus cap.) euidens est summæ & increatę lucis imago. [In meridiano exurit terrã:] i. medio die tantum generat in terra calorẽ, q̃ terra calore siccat̃, habitatores terræ æstuãt caumate. [& in cõspectu] i. præsentia [ardoris eius quis poterit sustinere?] p̃sertim tempore æstiuali, & vbi calidiora sunt territoria, maximè aũt sub torrida zona, secundùm quosdã, vbi scilicet radij Solis perpendiculariter caderent super capita hominũ. [fornacẽ custodiens in operibus ardoris] i. proprietatem seruans furni ardentis, qm̃ instãr fornacis ardentis inflammat & calefacit. [Tripliciter sol exurens montes,] i. multo plùs quàm alias terræ partes. Nã primò radijs suis tangit montes, & diutiùs super eos resplẽdet, acutioriq; radio percutit eos, qui facit ibì fortiorem reflexionem, ex qua gignitur calor. [radios igneos exufflans, i. copiosè diffundens, qui radij, sicut & sol, dicuntur ignei seu calidi, non formaliter, sed causaliter, quia (vt tactũ est) sua reflexione causant calorem. [& resplendens radijs suis obcæcat] i. reuerberat [oculos,] quia vehementia luminis sui lædit, obtundit, & ab actu suo impedit visum. Abundantia em̃ sensibilis, corruptiua est sensûs, secundùm Philosophum. [magnus Dñs qui fecit illum,] ponens in vno corpore tantam lucem, virtutem, & causalitatem. [& in sermonibus eius festinauit iter:] i. ex institutione & iussione Dei perficit cursum suum celerrimè, præsertim motum quem habet ex superiori mobili sphæra, quo quotidiè circuit mundũ. [Et luna in om̃ibus in tempore suo ostensio temporis & signũ æui:] i. in cũctis dispositionibus & processibus temporalium rerum, vel in omni natione in tempore mutabilium rerum seu populorum, ipsa luna suo motu ostendit seu causat temporum variationem, quia secundùm nouas lunationes accipiuntur menses & eorum distinctiones, & signũ æui durationis mundi, quæ attenditur per curricula annorũ ac mensium. [A luna signũ diei festi,] i. à lunatione accipit̃ tempus festi paschalis & neomeniæ: qa secũdùm legẽ iussum fuit, vt quartadecima lunatione primi mensis incipereẽ paschalis solennitas à vespere, & festũ neomeniæ seruareẽ in vniuscuiusq; mensis exordio. [luminare quod minuitur in cõsummatione,] i. cùm fuerit plena, mox incipit lux eius minorari, put appáret. [Mensis secundũ nomẽ est eius,] i. à nouilunio incipitur nouus mensis secundùm Hebræos, seu dum à sole egreditur, nouus mensis incipitur. [crescens mirabiliter in cõsummatione.] quotidiè em̃ videtur crescere lumẽ lunæ, quousq; tota appareat clara & illustrata, quanuis secundùm astrologos semper sit tota illustrata in ea parte, qua respicit solem. [Vas castrorũ] i. vnũ inter sidera seu planetas, quæ in scripturis veteris legis sæpè vocantur militia cæli, inter quæ luna post solẽ videtur habere primatum, eo modo quo Ge. 1. sol & luna dicuntur duo luminaria magna, cùm tamẽ sit multo minor minima stella firmamenti visibili. Hinc luna in Iere. vocatur regina cæli. Et 4. lib. Regum, Manasses omnẽ militiam cæli legitur adorâsse. Similiter alij quidam. Quod & in prophetis legitur sæpè prohibitũ. [in firmamento cæli resplendens glorioſè,] non q̃ luna stet in firmamento, cùm sit infimus planetarũ, sed splendet clarè sub firmamẽto, & lux eius diffundit̃ in regione cęlestiũ corporũ. Circa hęc ait glossa: Quòd dicit lunã ostensionẽ tẽporis, & si-

Esaiæ 40.

Leuit. 23.

Iere. 7. 44. 4. Reg. 21.

& signũ æui & diei festi, significat, q̃ ipsa menstruis defectibus & cursu suo per Zodiacum, seriẽ annorũ & ætatẽ mundi demonstrat, qa Hebræi cõputũ tẽporis & transitũ anni, secundùm cursum lunæ metiebanť, & omnes mẽses à lunæ vocabulo, quod est Lami, nominauerũt, & ipsos mẽses secũdùm lunæ cursum cõputabãt. Veruntamẽ Lyra super Danielẽ & hoc loco, affirmat hoc falsum esse, q̃ scilicet alij dicunt, Iudæos cõputare per annos lunares. Sed sicut super Daniel. multipliciter cõprobaui, nequaq̃ putandũ est, q̃ Aphricanus, Bedã, Rabanus, Petrus Comestor, & Albertus Magnus falsè id dixerint, qa & ipsi cum Iudæis de hoc sæpiùs contulerunt. [Species cæli, gloria stellarũ:] i. claritas siderũ est ornatus & speciositas firmamenti. Gloria aũt sæpè pro claritate accipitur. Nam in verbis Apostoli vbì habemus: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia stellarũ: alia litera, qua vtiť Augustinus, habet: Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarũ. [mundũ illuminans in excelsis Dñs.] i. Deus altissimus ministerio p̃dictorum luminariũ ac siderum cæli illustrat mundum sensibilem, ideò ipse colendus est & adorandus, non creatura ministra. [In verbis sancti stabunt ad iudicium.] id est, ex imperio creatoris essentialiter sancti, parati erunt ad eius obsequium, & ad cooperandum effectibus suę iustitiæ, & influent seu influentiam retrahẽt iuxta Dei sententiam, de quo Iob 9. scriptum est: Qui præcipit soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo. Et in libro Iudicũ legitur: Stellæ manentes in cursu & ordine suo, contra Sisaram dimicauerunt. Sic & Baruch 3. scriptum est: Stellæ lumẽ dederunt in custodijs suis, & lætatæ sunt, vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus, & luxerunt ei cũ iucunditate. [& non deficient in vigilijs suis:] i. ab exequutione peruigili suarũ influentiarum ac motionũ & actionum. Prætereà quidã exponunt hæc satis catholicè, dicentes, q̃ in Dei præcepto stabunt, i. à motu cessabunt in die iudicij vniuersalis, facta mundi innouatione, completo numero electorũ. Interìm verò à suis vigilijs, i. exercitijs nõ deficient. Deniq; de his creatoris effectibus loquitur hîc, inquantùm in ipsis relucet excellentia eius, & prout sunt obiecta quædam cõtemplandi altissimum, quę in seipso in hac vita cernere non valemus. Vndè & consequẽter de quibusdam naturalibus impressionibus in aẽre apparentibus, simili tractat intentione: [Vide arcum] i. iridem, [& benedic eum qui fecit illum,] i. Deũ lauda, qui est prima principalisq; causa ipsius arcûs, habentis naturales & proximas causas, prout in libro Meteororum docet Philosophus. [Valdè speciosus est in splendore suo:] ipse Deus qui fecit arcum, vel ipse arcus formosus est in suo triformi splendifluoq; colore. [Gyrauit cælũ in circuitu gloriæ suæ.] Certum est, quòd cælum, id est, quilibet orbis seu sphæra cælestis, circueat iridem per gyrum suæ claritatis, iris quoq; pro parte circuit cælum aëreum, & nihilominùs circuit, quantùm ad apparentiam, orbem cælestem, quo ad eius concauum vel conuexum. [Manus excelsi aperuerunt illum: id est, virtus & sapientia Dei sublimis repræsentauerunt & apparére fecerunt arcum adspectui hominum, nõ solùm vt est effectus purè naturalis, seu etiam secundùm quod ex institutione & ordinatione diuina est signum fœderis inter Deum & homines, quòd vltrà non delebitur genus humanum aquis vniuersalis diluuij, sicut factum est tempore Noę, vt legitur in Genesi. Quo circà glossa & Petrus Comestor in Scholast. hist. Strabo quoquè & alij dicunt: Arcus est signum duorum iudiciorum, vnius scilicet facti per aquas diluuij, nè timeatur: & alterius fiendi per ignem, vt expectetur. Ideò iris duos habet colores, vnum ceruleum, qui aqueus est, atque exterior, significatq̃ue iudicium diluuio factum. Alium rubeum & igneum, qui designat iudicium futurum per ignem. Et tradunt sancti, q̃ per XL. annos ante iudicium futurũ non apparebit. Hæc illi. Porrò de obiectionibus, quæ contra hæc fieri possunt, & solutionibus earundẽ, & qualiter naturalis iste effectus, videlicet iris, sit signum supernaturaliũ rerũ, super Genesim in expositione pallegati cap. plenius scripsi. Generať aũt iris ex repercussione radiorũ solis ad nubẽ roridã soli oppositã, ad quam iridem requiritur etiã nubes densa. [imperio suo accelerauit niuem] i. Deus tanquàm prima & summa causa, suo om̃ipotenti imperio celeriter p̃duxit & descendere fecit niues, iuxta illud in psal. 147. Qui dat niuem sicut lanam. Iob quoq; ait: Præcipit niui vt descendat super terrã. Ex diuina em̃ ordinatione nix & cætera naturalia ex suis causis naturalibus producuntur. [& accelerat coruscationes emittere iudicij sui:] i. fulgura velociſſimè emittit, secundùm censurã sapientiæ suæ, vel ad ostensionẽ terroris & rigoris diuini iudicij, aut etiam ad puniendũ nõnullos, & p̃sertim instante futuro iudicio, existentibus signis in sole & luna ac stellis, abundabunt tonitrua, diuini iudicij formidolosa indicia. Hinc Iob 36. scriptum est: Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suũ, & fulgurare lumine suo desupèr, cardines quoq; maris operiet: per hæc em̃ iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. Vndè & ad eundẽ Dñs ait: Nunquìd ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grãdinis adspexisti,

Dani. 9.

1. Cor. 15.

Iudic. 5.

Gene. 9.

Ibidem

Iob 37.

Iob 38.

xisti,quæ ꝓparauit in tẽpore hostis,in diẽ pugnę & belli.Et iuxta hunc ſenſum ſubiungitur:
[Propterea aperti ſunt theſauri,]i. cauſæ fœcundæ & cõtentiuæ taliũ effectuum,Deo iubẽte
ꝓceſſerunt in actũ.[& euolauerũt nebulæ ſicut aues] i.nubeculæ raræ ſeu tenues productæ
ſunt,& velut volucres diſcurrerunt & volauerunt per aërem, iuxta illud Deuter.33. Non eſt
Deus alius,vt Deus rectiſſimus:magnificentia eius diſcurrunt nubes.Sic & in Pſalmo habe-
Pſal.146. & 134 tur:Qui operit cælũ nubibus.Et rurſùs:Qui producit ventos de theſauris ſuis.Ieremię quo-
què 50. Aperuit Dñs theſaurũ ſuum.[In magnitudine ſua poſuit,]i. propria maieſtate pro-
duxit, collocauit, diſpoſuit [nubes,]ità q; fundunt imbrẽ ſuper vnam gentem, vrbem, ſeu
patriam,ſecundùm diuinæ ſapientiæ ac iuſtitiæ iuſſionem, & iuxta merita & demerita ho-
Amos 4. minum,quemadmodùm ait per Amos,ꝓphetam:Plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper aliam
nõ plui:pars vna compluta eſt,& pars ſuper quã non plui, aruit.Iob quoq; 37.Nubes luſtrãt
cuncta per circuitũ,quôcunq; eas voluntas gubernantis duxerit,ad omne quod cõceperit il-
lis ſuper faciẽ orbis terrarũ, ſiue in vna tribu, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas
iuſſerit inueniri.[& cõfracti ſunt lapides grandinis,]cadendo ſuper duras materias, & quã-
dò reſoluuntur in aquas. Grando quippe non aliud eſt, q̃ guttæ pluuiales congelatæ ex fri-
gore,præſertìm in deſcenſione ex nube. Porrò de generatione, qualitate, ac differentia im-
preſſionum præfatarum ac ſubſequẽtium,diffuſiùs pertractare,ad philoſophiam certum eſt
pertinere,præſertìm ad librum Meteororũ,de quibus tamẽ ſuper Iob,& in expoſitione can-
Daniel 3. tici trium puerorum ſuper Danielẽ diffuſiùs ſcripſi.Sed & in Summulis Alberti de Saxonia,
quæ dicuntur philoſophia pauperũ,ſuper his plenè & planè tractatur.[In cõſpectu eius cõ-
mouebuntur montes:]Hoc ſuprà cap.16. ſcriptum atq; expoſitum eſt.[& in voluntate eius
adſpirauit.]i. Deo volente atq; iubente,flauit nothus ventus,qui dicit auſter, qui ſolet cor-
rumpere aërem, & ſuo calore aquas congelatas diſſoluit. [Vox tonitrui eius]id eſt, ſonus
tonitruũm,ſeu ipſa tonitrua à Deo cauſata, [percuſſit terram:]i.commouit ac terruit habi-
tantes in terra,vel *ipſam terram* in aërem agitando vſq; ad ipſam.Nam vt ſecundo de anima
docet philoſophus,ſicut ſaxo in aquam ꝓiecto fit circungyratio quædam in aqua,vna par-
te vſque ad locum remotum aliam impellente:ſic ſono formato ex aëris fractione, vna pars
impellit aliam vſq; ad auditum.In ſcripturis demũ vox frequenter extenſè pro ſono accipi-
1.Cor.14. tur, vt cùm ait Apoſtolus: Si incertam vocẽ tuba dederit. Et Pſalmiſta: Vox tonitrui tui in
Pſal.76. rota.Cùm tamen propriè vox ſit ſonus animatorũ.[tempeſtas aquilonis]id eſt, ab aquilone
conſurgens,[& congregatio ſpiritũs]id eſt, collectio ſeu vehementia venti aquilonaris ge-
nerans tempeſtatẽ,quæ vehementia tanta eſt,vt Prouerb.25.dicatur:Ventus aquilo diſſipat
nubes.Hęc,inquam,percutiunt terram & habitatores eius terrent & grauant ſicut tonitrua.
[& ſicut auis deponens ad ſedendum,adſpergit niuem:]id eſt,Deus niuem facit deſcendere,
& ſuper terram quieſcere, ſicut auis deponit alas ſuas,& corpus ſuum deprimit ad quieſcẽ-
dum ſuper terrã aut arborem.[& ſicut locuſta demergens deſcenſus eius:]i. nix ipſa copioſè
deſcendit in terram, quemadmodùm locuſtæ in magno numero deſcendunt ſuper viren-
tia,vt comedãt ea. Iuxta quod Exodi 10. Dominus ait: Inducam locuſtam in terminos tuos,
Iohe.1. quæ operiat ſuperficiem terræ, & comedat quod reſiduum fuerit grandini. Et in Iohele le-
gitur: Reſiduũ ærucæ comedet locuſta.[Pulchritudinẽ candoris eius admirabitur oculus.]
i. viſus interior,ſcilicet intellectus,mirabitur pulchrum illum candorem albiſſimum niuis,
qui ex frigiditate cauſatur.[& ſuper imbrẽ eius expaueſcet cor:]i. corda habitantiũ in terra,
verentur inundationem aquarum ex niuis reſolutione prouenientium,ex qua inundatione
Iob 34. frequenter contingunt aduerſa,ſubmerſionesq; hominũ,iuxta illud ſancti Iob:Subitò mo-
rientur,& in media nocte curuabuntur populi,& pertranſibunt.[Gelu ſicut ſalem effundet
ſuper terram:]i. ſuper aquas,riuos,ſtagna & fluuios terræ cauſabit copioſè congelationem,
ſicut diffunditur ſal in terra. Vel per gelu intelligitur grando parua atq; pruina, quæ inſtàr
ſalis diſperguntur per terram. [& dum flauerit ventus] calidus, congelationis reſolutiuus,
[fiet tanquàm cacumina tribuli,]id eſt, gelu per reſolutionem diſperibit velociter, quẽad-
modum ſummitas tribuli,qui eſt herba ſpinoſa, cuius cacumina ex paruo vento diſpárent.
[frigidus ventus aquilo]i. ventus aquilonaris ſeu ſeptentrionalis, [flauit,& gelauit cryſtal-
lus ab aqua.]id eſt,ex aqua. Eſt emꝫ cryſtallus glacies indurata irreſolubilis,cauſata ex vehe-
mentiſſimo frigore aquilonis.[ſuper omnem congregationem aquarum requieſcet]ventus
aquilo frigidus,aquas etiam abyſſi hincindè congelando. Vndè Iob 38.Dominus loquitur:
De cuius vtero egreſſa eſt glacies,& de cælo gelu quis genuit?In ſimilitudinem lapidis aquę
durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. [& ſicut lorica induit ſe aquis:]id eſt, ipſa fri-
giditas incluſit ſe aquis congelatis,ſicut homo operitur & armatur lorica,[& deuoratuit mõ-

tes,

tes,]i.gramina montium arefecit,[& exuret deſertum,]i.virentia eius conſumet, [& extin-
guet viride ſicut ignem.]i.viridia terrænaſcentia deuorabit, quaſi eſſent igne conſumpta.
[Medicina omnium, in feſtinatione nebulæ:]i. recuperatio omnium ꝓdictorum per frigus Cant.4.
arefactorum,conſiſtit in celeri adductione nebulæ ſeu nubeculæ conuenientis,per ventum
auſtralem adductæ,quæ conuertitur in pluuiam terræ fœcundatiuã. Vndè in Canticis: Sur-
ge(i.recede)aquilo,& veni auſter,perfla hortum meum.[& ros obuiãs ab ardore venienti:]
id eſt, reſiſtens immoderato calori ab auſtrali plaga ac vento naſcenti, qui calor interdùm
impeditiuus eſt fructuum terræ.[humilem efficiet eum] i. ardorem illum à ſuo vigore deji-
ciet ac temperabit.Aliqui habent,ab ardore venienti,& redit in idem.Nam ſenſus eſt,quòd
ros temperabit calorem venientem & cauſatum ab ardore ſolis, ſeu venti auſtralis. [In ſer-
mone eius ſiluit ventus:]id eſt,Deo iubente deficiunt venti,ſicut & Chriſto dicente ad ma- Marc.4.
re:Tace & obmutesce,fracta eſt grandis trãquillitas.Similiter miſſo Iona in mare,ſtetit mare Ionæ 1.
à feruore ſuo.Ideò fertur in pſalmo 106.Dixit,& ſtetit ſpiritus procellæ.[& cogitatione ſua
placabit abyſſum:]i. Deus ſola ſua appræhenſione faciet abyſſum à ſua commotione ceſſa-
re.Nempe cùm Deus ſit cauſa & creator ſubſtantiæ rerum,ad eius conceptum & iuſſum cũ-
cta alterantur ac pãrent. [& plantauit illum Dominus Ieſus.]i. Deus, cui ex ſua natura con-
uenit ac præſtò eſt ſaluare quicquid voluerit,qui ait per Eſaiam: Deus ſaluans non eſt præ- Eſa.45.
ter me.De quò & Abacuc ait: Exultabo in Deo Ieſu meo. Abyſſum autem Deus plantauit, i. Abacuc 3.
in ſuo loco firmiter collocauit,quandò dixit Gene.1. Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt,
in locum vnum,& appareat arida.[Qui nauigant mare,enarrant pericula eius:]quia experi-
untur multa & magna pericula, quæ ſunt in mari. [& audientes auribus noſtris] talia eſſe in
mari pericula,[admirabimur:]ſicut de rebus nobis inconſuetis & ignotis. Aliqui habent,
non admirabimur: quia quandoq; non credimus talia ibi eſſe, vel nõ admiramur,ſed mira-
remur ſi ea conſpiceremus.[Illic præclara opera & admirabilia:varia beſtiarum genera,]ſ.
beluæ marinæ,[& omnium pecorum,]i. genera pecorum, quia ſunt ibi piſces ſimiles in fi-
gura canibus,bubus,porcis,[& creatura beluarum]i.factura ſeu opera Dei,quæ ſunt beluæ,
piſces ſcilicet monſtroſi. Vndè Gene.1.legitur:Creauit Deus cete grandia,& omnẽ animam
viuentem atq; motabilem,quã produxerant aquæ in ſpecies ſuas. De his Ariſtoteles,Theo-
phraſtus,Albertus,& alij multi mira & præclara ſcripſerunt.Hinc fertur in Pſalmo 103.Hoc
mare magnum,& ſpatioſum manibus:illic reptilia,quorum non eſt numerus,animalia pu-
ſilla cum magnis.In geſtis quoq; Alexandri Magni de his multa narrantur.[Propter ipſum]
id eſt,propter abyſſum,ſeu Oceanum reprimendum à ſuo effluxu, nè ſcilicet rurſus operi-
at terram,[confirmatus eſt itineris finis.]i.terminus à Deo firmiter poſitus eſt ipſi mari ma-
gno, quem præterire non poteſt, iuxta illud Prouerb.8. Certa lege & gyro vallauit abyſſos.
Et in Pſalmo 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Atque
Iob 38.Quis concluſit oſtijs mare,&c.ſicut allegatum eſt ſæpè. [& in ſermone eius compo-
ſita ſunt omnia:]id eſt,iuxta præceptum & eloquium Dei vniuerſa ſunt facta,collocata,diſ-
poſita. Vndè Gene. 1.legitur ſæpe: Dixit Deus, fiat hoc aut illud.& ſubditur ibi: Et factum Pſa.32. &
eſt ità.Ideò ait Pſalmiſta: Ipſe dixit,& facta ſunt.Sapientiæ quoquè 11.ſcriptum eſt: In pon- & 148.
dere & numero & menſura conſtituiſti omnia. [Multa dicimus, & deficimus in verbis,]id
eſt,de effectibus Dei multa docemus,& tamen ex eis Deum perfectè eloqui,laudare,cogno-
ſcere,deſcribere non valemus.[Conſummatio autem ſermonum, ipſe eſt.]id eſt,ipſe Deus
eſt finis totius noſtræ pertractationis de rebus creatis, & ipſe ſolus compræhenſiuè cogno-
ſcit ſe,& ſe intra ſe perfectiſſimè exprimit verbo vnico, æterno & coæquali conſubſtantia-
liq; ſibi. [In omnibus gloriantes,]id eſt, de omnium creaturarum cognitione lætantes, [ad
quid valebimus?]id eſt, quouſq; poterimus ad creatoris contemplationem proficere? quaſi
dicat,Ad plenam & claram ipſius notitiam pertingere non poſſumus naturali ratione, neq;
in vita præſenti. [Ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua:]id eſt, infinitæ eſt maie-
ſtatis, & cunctis incomparabiliter maior atq; potentior,tanquàm purus actus,in quo peni-
tùs idem ſunt, eſſe,poſſe,& agere. [Terribilis Dñs,]quia metuenda & incompræhenſibilia
ſunt eius iudicia, & rigor iuſtitiæ ſuæ eſt infinitus, æterna quoq; infligit ſupplicia pro pec-
catis mortalibus,& ignoramus an ſimus electi, an reprobi,& an præſciti. [& magnus vehe-
menter]non mole quantitatis, ſed immenſitate perfectionis, quia ſic magnitudinis eius nõ Pſal.144.
eſt finis,immò infinitas,eſt prima,propria & intrinſeca proprietas eius. [& admirabilis po-
tentia eius: [cui non ſolùm nihil impoſſibile,ſed nec quicquam ei difficile. [glorificantes Luc.1.
Dominum, quantumcunquè potueritis,]id eſt, totis viribus eſtote Dominum glorifican-
trs,id eſt,gloriam eius recognoſcentes.Vel ô vos glorificantes Dominum quantumcunquè

potueritis, ſcitote q; [ſuperualebit adhuc:] quia in infinitum glorificabilior, maior & dignior eſt, quàm eum glorificare, aut honorare, aut cõcipere valeamus. [Et admirabilis magnificentia eius:] de quo cantatur in Pſalmo 85. Non eſt ſimilis tuí in dijs Domine, & non eſt ſecundùm opera tua. [Benedicentes Dominum, exaltare eum quantùm poteſtis:] id eſt, toto poſſe ſublimitatem recognoſcite, colite, prædicate. [Maior eſt enim omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute:] id eſt, ſupernaturali confortatione & gratia, iuxta illud Apoſtoli: Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. [Nè laboretis] ad comprehendendum eum perfectè. [Non enim *peruenietis ad hoc.] Nam ſicut eſt infinitæ actualitatis, ſic eſt infinitæ cognoſcibilitatis. [Quis vidit eum] per ſpeciem in hac vita, de quo 1. Tim. 6. aſſeritur: Beatus & ſolus potens, & rex regum, & Dominus Dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Hinc Exod. 33. proteſtatur: Faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo, & viuet. Hoc eſt quod Ioannes teſtatur: Deum nemo vidit vnquàm. Veruntamen ex valdè ſpeciali priuilegio creditur viſio iſta diuinæ eſſentiæ quibuſdam in hac vita fuiſſe conceſſa. [& enarrabit] plenariè, quid ſit Deus? [& quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio?] id eſt, quis maieſtatem Dei cognoſcet, extollet, & deſcribet, ſecundùm quod æternaliter in ſeipſo conſiſtit? [Multa abſcondita ſunt maiora his,] id eſt, plures ſunt creaturæ Dei nobis ignotæ, digniores præfatis effectibus eius, exiſtentibus in elementis cæleſtibus; corporibus. Certum eſt enim, quòd intellectuales & ſeparatæ ſubſtantiæ ſint innumerabiles, & cunctis corporeis rebus præſtantiores: quas, quantùm ad quid eſt, & quo ad vltimatam ſpecificam differentiam, ignoramus. [Pauca enim vidimus operum eius,] comparatiuè loquendo. Innumerabilia quippe ſunt incluſa in viſceribus terræ, in mari, omnibus; abyſſis, in cælis & inferis, in deſertis & varijs elementorum locis, nobis incognita & inuiſa. Vndè & Plato diſſeruit, quòd ea quæ ſcimus, ſunt minima, reſpectu eorũ quæ ignoramus. [* & piè agentibus dedit ſapientiam.] id eſt, corda piorum hominum Deus illuminauit, de quibus dixit S. Ioãnes 1. Ioã. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Porrò pietas, vno modo eſt idem quod cultus Dei. Nam Iob 28. vbi noſtra habet tranſlatio, Eccè timor Domini ipſa eſt ſapientia: antiqua tranſlatio continet, Eccè cultus Dei, ipſa eſt pietas. Colentibus autem Deum deuotè, ſapientia copioſè infunditur. ¶Poſtremò capitulum iſtud ſpiritualiter poſſet exponi, per firmamentum intelligendo militantem Eccleſiam, cuius ſtellæ ſunt electæ & virtuoſæ perſonæ. Pulchritudo autem & decor pulchrificans & exornans Eccleſiam, Chriſtus eſt, Sol ſapientiæ atque iuſtitiæ, qui ſecundùm naturam aſſumptam eſt vas admirabile, totius gratiæ contentiuum. [In meridiano ſuo extitit Chriſtus quandò triginta factus annorum, cœpit publicè prædicare, miracula agere, & euangelicam tradere legem, per quæ plurimorum corda ſuccendit. Vndè & dixit: Ignem veni mittere in terram, cuius ignis ardorẽ nemo poſſet ſufferre, niſi temperaretur ab ipſo. [Fornacem cuſtodiens] Mens Chriſti inſtàr ardentiſſimæ fornacis fuit æſtuantiſſima, charitate repleta in ſe, & in operibus ardoris, id eſt, in actibus ſuæ dilectionis exurens mõtes, id eſt, corda Apoſtolorum, & eorum qui fuerunt cum ipſis, præſertìm quandò in die Pentecoſtes repleti ſunt Spiritu ſancto. [radios igneos exufflans.] id eſt, ſapientialia atque feruentia documenta effundẽs, ità quòd omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius. [Et refulgens radijs ſuis,] id eſt, virtutum ſuarum fulgoribus [obcæcat oculos,] quoniam altitudinem documentorum ipſius, & ſplendorem perfectionis eius nemo comprehendere poteſt, & quanuis oculi cordis indè illuminantur, tamen & reuerberãtur. [Magnus Dominus qui fecit illum,] ſcilicet Chriſtum, ſecundùm naturam ſuam humanã, in qua factus eſt patri ex ſemine Dauid, [& in ſermonibus eius feſtinauit iter.] Exultauit nanque vt gigas ad currendam viam, & iuxta patris commiſſionem pertranſiuit, docendo & benefaciendo, atque ſanando omnes oppreſſos à diabolo. Hinc fertur de ipſo Cant. 2. Eccè iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. [& luna in omnibus in tempore ſuo.] poteſt per lunam accipi beatiſſima virgo, de qua multa habemus ſolennia.

¶Declaratio capituli quadrageſimiquarti: Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros.

Articulus quadrageſimusquintus.

HIc per exempla hortatur nos ad virtutes, & Deum in ſuis commendat miniſtris. [Laudemus viros glorioſos,] id eſt, famoſos & honore prædignos, meritisq; conſpicuos, [& parentes noſtros in generatione ſua.] id eſt, inter ſuos, ſeu in genere ſuo, & in ſobole propagata ab ipſis. Itaque author intendit hîc laudare non ſanctos, qui ab initio mundi fuerunt, ſed præcipuè patriarchas, prophetas, & viros præcipuos in

Ephe. 6.

*cõphédetis. i. non peruenietis ad hoc. Nã Ioan. 1. & 1. Ioan. 4.

* [Oĩa aũt dom' fecit, & piè

Lucæ 12.

Actorũ 2.

Lucæ 4.

Roma. 1. Pſalm. 18. Actо. 10.

os in lege, ex quibus Iudæi ſunt orti. Ideò non incepit ab Abel, ſed magìs ab Enoch, & Noe, atque ab Abraham, à quo genus Iudæorum duxit originem, immò & ritum colendi verum Deum. [Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua:] id eſt, per ſuę efficaciam poteſtatis fecit præclara glorioſaq; opera, vtpotè [à ſeculo dominantes in poteſtatibus ſuis,] id eſt, viros eximios, qui alijs præfuerunt per poteſtates & authoritates eis conceſſas ab eo, à quo eſt omnis poteſtas, qui & in vnaquaq; gente præpoſuit rectorem. Et, ſupple, iſti fuerũt [homines magni virtute] corporali & ſpirituali, [& prudentia ſua prædíti,] id eſt, in diſcretione prudentiæ decorati, [nunciantes in prophetis] id eſt, in expoſitione & lectione librorum propheticorum, [dignitatem prophetarum:] quòd ſcilicet fuerunt amici Dei, & deſupèr illuſtrati, quibus & per quos Deus incerta & occulta ſapientiæ ſuæ myſteria reuelauit, iuxta illud Amos prophetę: Nõ faciet Dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Vndè & Sapientiæ 3. de increata ſapientia ſcriptum eſt: In animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & prophetas conſtituit. Et 2. Petri 1. inducitur: Non voluntate humana allata eſt aliquandò prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines. [& imperantes in præſenti populo:] Nam multi eorum alijs præfuerunt, vt Moſes, Ioſue, iudices atque reges nonnulli, præſertìm Dauid & Salomon. [& virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba:] id eſt, per virtuoſam ſuam prudentiam annunciantes populis ſaluberrima Dei eloquia, tam moralia q̃ prophetalia, vt patet in Iſaia, Ieremia & alijs. [In pueritia ſua requirentes modos muſicos,] id eſt, à tẽpore pueritiæ ſuæ diſcentes canere laudes Dei, & pſalmos in quibuſdã muſicis inſtrumentis, vt Dauid qui in pſalterio & cithara cecinit pſalmos, quę in hoc aliqui ſunt ſequuti, immò & ante eum quidam ità egérunt, ſecundùm quod 1. Reg. 10. Samuel legitur dixiſſe ad Saul: Obuium habebis gregem prophetarum, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſos q́ue prophetantes. Hinc ſubditur: [Et narrantes carmina ſcripturarum.] Nam quidam eorum cãtica ſpiritualia ediderunt, alij edita ab alijs decinerunt. [homines diuites in virtute,] id eſt, poteſtatiuè in ſpiritualibus ac tẽporalibus opulenti, vt conſtat de Dauid, Aſa, Ioſaphat, Ezechia, Ioathan & Ioſia in libris Regum ac Paralipomenon. [pulchritudinis ſtudium habentes,] id eſt, diligenter intenti circa ornatum cultũs diuini, & templi decorem, & circa intelligentiam legis ac prophetarum. Vndè Gene. 49. legitur: Nephthalim ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. [pacificantes in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ,] id eſt, inter tribus Iſraeliticæ plebis, [gloriam adepti ſunt,] id eſt, famam, immò iucunditatem atque ſalutem, [& in diebus ſuis habẽtur in laudibus:] id eſt, laudantur propter virtuoſos actus, quos tempore vitæ ſuæ ſunt exequuti, iuxta illud Prouerb. 10. Memoria iuſti cum laudibus. Et alibi: In memoria æterna erit iuſtus. [qui de illis nati ſunt,] ſcilicet filij præfatorum, [reliquerunt nomen narrandi laudes eorum:] id eſt, nomina parentum ſuorum fecerunt commemorabilia, & patrum ſuorum perſonas commendari fecerunt, ſequendo virtutes prædeceſſorum ſuorum, qui in ſuis poſteris reſplenduerunt. [& ſunt] id eſt, multi fuerunt, [quorum non eſt memoria:] iuxta illud Prouerb. 10. Nomen impiorum putreſcet. Et in Pſalmo 9. Perijt memoria eorum cum ſonitu. [Periêrunt quaſi non fuerint, & nati ſunt, quaſi non nati:] quia à Deo obliuioni ſunt traditi, nec in hominum permanſerunt memoria. Quidam tamẽ ex prędominante iniquitate ſua famoſi effecti ſunt, ſolùm in malum, & talis commemoratio cedit eis in pœnam. Hinc Sapientiæ 5. dicunt: Virtutis nullum ſignum valuimus oſtendere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. [Et filij ipſorum cum illis] periêrunt à vita beata, & à viuentium memoria, loquendo de filijs carnalibus ac ſpiritualibus, patrum impiorum peccata ſectantibus. [Sed illi viri miſericordiæ ſunt,] id eſt, digni ſunt miſericordes vocari, & vaſa ſunt miſericordiæ Dei, ac miſericordiam deſupèr conſecuti, ac digni in memoria hominum permanere. [quorum pietates non defuerunt:] id eſt, cultui latriæ atque operibus miſericordiæ fuerunt perſeueranter intenti vſque in finem. [& cum ſemine eorum, perſeuerat bona hæreditas nepotum ipſorum:] per quam hæreditatem poteſt ad literam accipi poſſeſſio terræ promiſſionis, quæ Iudæis iuſtè viuentibus reſeruabatur, ſicut per Iſaiam dominus dixit: Si volueritis & audiêritis me, bona terræ comedetis. Hinc rurſus per eundem Dominus loquutus eſt: Si glorificaueris me, cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Veruntamen meliùs iſta intelliguntur de felicitate æterna, & opulentia ſpirituali in omni gratia & virtute. Non enim temporalia illa fuerunt ſufficiens, principaléve præmium actuum vituoſorum. [Et in teſtamento ſtetit ſemen ipſorum,] id eſt, eorum electa poſteritas ſtabilis fuit in obſeruantia veteris teſtamenti. [& gloria eorũ non derelinquetur. Ii. fama, merces, & beatitudo eorum perſeuerat in æuum. [Vſque in æternum manet ſemen eorum.] i. electi eorũ

Matt. 28.

Pſalm. 50. Amos 3.

2. Reg. 6.

Pſalm. 111.

Iſaiæ 1.

Iſaiæ 58.

posteri in æterna requie perseuerant,& qui eorum virtutes sectantur,permanebũt vsque in seculi finem.[Corpora ipsorum in pace] id est,pacificè,& in expectatione pacis futuræ[sepulta sunt:] resuscitanda in fine, & felicitanda cum animabus eorum. [& nomen eorum] id est, fama [viuet in generationem & generationem.] in memorijs Dei ac hominum. Vel nomen, id est, persona eorum viuet vita gloriæ in æternum. [Sapientiam ipsorum narrant populi]ad Dei honorem, & proximorum ædificationem, [& laudem eorum nunciat Ecclesia] simili ratione. [Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum,]Hoc est quod in
Gene.4. Genesi legitur: Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. [vt det
Malac.4. gentibus sapientiam.] id est, in fine seculi cum Helia veniens, contra Antichristum euangelizet, & ab eius perfidia eruat plebem Iudæorum atque Gentilium, eosq; informet salu-
Apoca.11. briter,sicut de hoc in Apocalypsi multa leguntur. [Noe inuentus est perfectus, iustus.] se-
& 12. cundùm illud Genesis 6. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. [Et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.] id est,cùm deus deleuisset genus humanum diluuio, hic Noe factus est meritoria causa reconciliationis inter Deum & homines, nè vltrà
Gene.8. deleretur genus humanum inundatione diluuij, iuxta quod in Genesi legitur: Aedificauit Noe altare,& obtulit holocausta, odoratusq; est Dominus suauitatem odoris, & ait ad eum: Nequaquàm vltrà maledicam terræ propter homines. [Ideò dimissum est reliquum terræ, cùm factum est diluuium.] id est, meritis Noę reseruati sunt super terram filij eius, qui secum fuerunt in arca,ad propagandum genus humanũ rursùs post ipsum diluuium. [Testamenta seculi posita sunt apud illum:] id est, deus inijt pactum & fœdus cum Noe,quòd am-
Gene.9. pliùs non deleret genus humanum diluuio.Ideò subditur:[nè deleri possit diluuio omnis caro:] id est, homines & iumenta, iuxta illud Genesis 9.Dixit Deus ad Noe: statuam pactum meum vobiscum,& nequaquàm vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij. [Abraham magnus pater multitudinis gentium:] magnus pater sanctitate,sapientia,& honore, cui Genesis 17. Dominus loquitur:Ego sum,& pactum meum tecum,erisq; pater multarum gentium, nec vltrà vocabitur nomẽ tuum Abram,sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.Ex filijs etenim Abrahæ nati sunt maximi populi,videlicet duodecim tribus Israel, & Ismaelitæ seu Agareni, & Amalechitæ, & aliæ plurimæ nationes per Indiam,
vt refert Hieronymus.Est quoq; spiritualis pater cunctorum credentium, quemadmodùm
Galat.3. ad Galatas fertur:Qui ex fide sunt,hi filij sunt Abrahæ.Et de hoc multa scribit Apostolus ad Romanos & Galatas. [Et non est inuentus similis illi in gloria:] id est, nemo tempore suo, quo Deo in sanctitate seruiuit, fuit æqualis ei in præclaritate virtutum ac meritorum. Vel,
Iob 1. quia simpliciter nemo extitit ei æqualis pro tunc, sicut & illud Iob à multis exponit: Nunquid considerâsti seruum meum Iob,quòd non sit similis ei in terra? Vel, quia quantùm ad aliqua,ipse Abraham maior alijs fuit,quoniam in virtute & promptitudine obedientiæ fuit excellens:atq; vt aliqui dicunt,primus post diluuium prædicauit fidem vnius Dei:quod tamen vel incertum,vel non verum censetur:quia temporibus eius fuit vir sanctus Melchisedech rex Salem,senior eo,qui vtiq; Melchisedech subditis suis ac alijs annunciauit fidem ac cultum vnius veri Dei. [qui conseruaret legem excelsi.] Legem nanq; naturalem cum fide saluatoris futuri,ac alia quædam mandata sibi specialiter facta, & tempore illo currentia, ac posteà in lege Mosis renouata ac scripta, multùm perfectè ac deuotissimè adimpleuit. [Et fuit in testamento cum illo:] id est,Deus percussit pactum cum Abraham,& hoc ipsum impleuit ei fideliter.Hinc Genesis15.legitur:Pepigit Dominus pactum cum Abraham,dicens: Semini tuo dabo terram hanc.Itemq; Gene.17.Ponam fœdus meum inter me & te,& multiplicabo te vehementer nimis. [In carne eius stare fecit testamentum.] id est, pactum de obseruantia circuncisionis Deus præcepit in corpore Abrahæ ac suorum,seruari in signum fi-
Rom.4. delitatis ac distinctionis fidelium ab infidelibus,iuxta illud Apostoli ad Romanos: Signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ.Vndè Gene.17.dixit ei Deus:Tu ergò custodies pactum meum,& semen tuum post te:Circuncidetur in vobis omne masculinum,& circuncidetis carnem pputij vestri,vt sit signũ fœderis inter me & vos.[& in tentatione] de qua legitur Gene.22.Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis,Isaac,& offeres illum mihi in holocaustũ. [inuentus est fidelis.] id est, ad obediendum omninò paratus.In cæteris quoq; quas à mundo & dæmonibus pertulit,tentationibus viriliter restitit,iuxta illud Iudith 8.Abraham tentatus est,& per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est. [Ideò iureiurando dedit illi semen in gente sua:] id est, merito prætactæ obedientiæ Deus cum iuramento promisit & contulit Abrahæ sobolem copiosam, benedictionem, & gloriam, iuxta illud Genesis 22. Extendit Abraham manum,
& ar-

& arripuit gladium,vt immolaret filium.Et post pauca subditur ibi:Per memetipsum iurauí,dicit Dominus, quia fecisti hanc rem,benedicam tibi,& multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris. Hinc subditur: [crescere illum] id est, posteritatem ipsius,[velut terræ cumulum,]id est,quasi monticulum arenosum,[& vt stellas exaltare semen,] id est, posteritatem eius sublimare potestate & numero, virtutibus & honore instàr stellarum.Nati sunt enim ex eo multi sancti & iusti patriarchæ, prophetæ,reges,principes,iudices,pontifices,sacerdotes & innumerabiles aliæ personæ electæ. [& hæreditare illos] id est, posteros eius fecit hæreditariè possidere [terram promissionis à mari vsque ad mare:] id est, à mari mediterraneo ab occidentali plaga, vsque ad mare mortuum versus plagam orientalẽ.[& à flumine vsq; ad terminos orbis terræ,]id est,à fluuio Euphrate,ab aquilone vsq; desertum Aegypti versùs meridiem. Hæ sunt quatuor plagæ seu termini terræ promissionis, prout in Numerorũ libro diffusè narratur, in Deuteronomio quoq; & Iosue.Ista est cõmunis expositio textûs huius ad literã.Aptiùs tamẽ de semine Abrahę,quod est Christus,& multiplicatione fidelium in Christum credentium explanatur.Immò textus ad hoc magis concordat cùm dicitur: Vsque ad terminos terræ, seu orbis terræ. Sic enim de Christo est prędictum in Psalmo 71.Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ.Et Zachariç 9.Potestas eius à mari vsq; ad mare,&à fluminibus vsq; ad fines orbis terræ.Hinc Gen.13.Dominus locutus est Abrahæ:Vide ad aquilonem & meridiem,ad orientem & occidentem:omnem terram quam conspicis,tibi dabo & semini tuo post te vsq; in sempiternum.Sic & Gene.28.promissum est Iacob: Dilataberis ad orientem, & occidentem, & aquilonem,& meridiem. [& Isaac eodem modo fecit]id est, deus benedixit ipsi Isaac filio Abrahæ,quemadmodùm ipsi Abrahæ patriarchæ, [propter Abraham patrem eius:] id est, meritis Abrahæ, meritis quoq; Isaac imitatoris virtutum patris sui. Vndè scriptum est Gene.25.Post obitũ Abrahę benedixit Deus Isaac filio eius.Genesis quoq; 26. de hoc plenius recitatur. [Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.] Hoc aliqui ad literam sic exponunt, quòd Deus fecit ipsum Isaac cunctis gentibus, inter quas habitauit,ità acceptum,quòd omnes imprecabantur ei bonum.Cui expositioni obuiat,quòd Isaac non habitauit inter omnes gentes, & item quòd in Gene. 26. Palæstini ei inuidisse, & molestiam intulisse leguntur. Et rursùs, quòd eodem capitulo scribitur, Isaac dixisse Abimelech regi Palæstinorum ac suis: Quid venistis ad me, hominem quem odistis & expulistis à vobis? Iosephus quoquè refert, qualiter Isaac bella habuerit contra quosdam Amorrhæorum.Meliùs ergò exponitur locus iste,vt sit sensus:Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, id est, semen sanctum, scilicet Christum, in quo omnium benedictio consistit & salus,Deus promisit nasciturum ex Isaac,iuxta illud in Genesi,quo Dominus lo- Gen.26.
quitur ei:Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli,& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et denuò ibidèm Dominus loquitur ei: Benedicam tibi propter seruum meum Abraham. [Et testamentum suum confirmauit super caput Iacob,] id est, pactum seu promissionem, quam fecit Deus Abrahæ & Isaac, repetiuit & innouauit in persona Iacob, loquens ad eum, secundùm quod Gene.28.habetur: Terram in qua dormis, semini tuo dabo, eritque semen tuũ sicut puluis terræ,& benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ,eroque custos tuus quocunquè perrexeris.Hinc additur:[Agnouit eum in benedictionibus suis,] id est,benedicendo ipsi Iacob,ostendit se eum cognoscere per approbationem.Nam per Isaac benedixit ipsum Iacob,prout Gene.27.recitatur.[& dedit illi hæreditatem] id est,promisit dare posteris eius terram promissionis,vel hæreditatem, de qua Ia-
cob dixit ad Ioseph:Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi Gen.48.
in gladio & arcu meo. Contulit demùm ei hæreditatem supernæ patriæ beatorum. Hinc Ioan.4.
per Isaiam Dominus ait: Cibabo te hæreditate Iacob patris tui. [& diuisit ei partem in tri- Isa.58.
bubus duodecim.] id est, filius eius diuisit terram promissionis in duodecim partes, iuxta numerum duodecim tribuũ ex eo progenitarum,sicut in libris Numerorum,Deuteronomij,& Iosuæ legitur.Et si obijciatur,quòd tribui Leui non est data possessio, respondeẽ, quòd p tribu illa,diuisa fuit tribus Ioseph in duas tribus,scilicet Ephraim & Manasse,iuxta Ezec. 47.
illud Ezechielis: Ioseph duplicem funiculum habet. [Et conseruauit illi homines misericordię:]i.ex semine Iacob,pduxit viros electos,q sunt vasa misericordię dei,&misericordes fuerũt,videlicet duodecim patriarchas,& multos genitos ex eisdẽ,&multi ex patriarchis illis,de quorũ scilicet cõsensu venditus fuit Ioseph,de tanto facinore sunt misericordiã consecuti.Hinc Deut.10. dicitur Israelitico populo: Patribus tuis conglutinatus est Dominus, amauitq; semen eorum post eos. [Inuenientes gratiam in oculis omnis carnis:] id est, com-

placentes cunctis hominibus, seu quibusdam de omni genere hominum, seu vniuersis fidelibus. Nam & Pharaoni, & eius ministris fuerunt accepti.

¶Explanatio cap. 45. Dilectus Deo & hominibus Moses. Art. 46.

LAus patrum qui sub lege scripta fuerunt, hîc explicatur. [Dilectus Deo & hominibus Moses] Fuit enim valdè electus à Deo, elegantisq; formæ, ac mansuetudinis maximæ, quemadmodùm in Nume. 12. legitur: Erat Moses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Mansuetudo aût reddit hominem cunctis amabilem, prout dictum est suprà cap. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriã hominum diligéris. Porrò de pulchritudine & amabilitate ipsius, Iosephus multa scribit, & qualiter regina vrbis, quam obsedit, eó viso, in eius exarsit amorẽ. Similiter cùm iurâsset, q̃ habitaret cum Iethro Madian sacerdote, ille mox acquieuit, & paulò pòst filiam suã dedit ei in coniugẽ. [cuius memoria in benedictione est:] i. cum laudibus frequentatur. [similem illum fecit in gloria sanctorum.] i. Deus coæquauit Mosen sanctis patriarchis & prophetis in eminentia famæ & gratiæ, & in p̃claritate meritorũ ac præmiorũ seu operum glorioſorum, videlicet signis atq; miraculis assiduisq; allocutionibus & visiõibus ac familiaritatibus dei, in q̃bus tantæ eminentiæ extitit, vt Deut. 34. de ipso sit scriptum: Non surrexit propheta vltrà in Israel sicut Moses, qui nôsset Dñm facie ad faciem, in oñibus signis atq; portentis, quæ misit per eum. Quidam verò exponunt istud, dicentes, q̃ Moses in hac vita vidit Deum per
Exod. 33. speciem, sicq; factus est similis sanctis in gloria visionis diuinę essentię. Vndè in libro de vi-
2. Cor. 12. dendo deum ad Paulinã, asserit Augustinus, q̃ Moses legifer Iudæorũ, & Paulus doctor gentium, viderunt Deum in hac vita per speciem, i. clarè & facialiter: quod probat per id, quod
Nume. 12. in Numeris Dñs ait ad Aaron & Mariam: Si quis fuerit inter vos propheta Dñi, in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad eum. At nõ talis seruus meus Moses, qui in omni domo mea fidelissimus est. ore enim ad os loquor ei, & palàm, & non per ænigmata & figuras, videt Deum. [Et magnificauit eum in timore inimicorum.] i. per horribilia signa, per quę fuit Aegyptijs metuendus, & valdè reputatus ab eis, secundùm quod Exod. 11. legitur: Fuit Moses vir magnus valdè in terra Aegypti coram seruis Pharaonis & omni populo. Frequenter etiam magnificauit eum per horribiles vltiones, rebellibus filijs Israel, contra ipsum Mosen insurgentibus, illatas. [& in verbis suis monstra placauit.] id est, Moses per suas orationes impetrauit à Domino, quòd cessauerunt miraculosæ & monstruosæ plagæ, Aegyptijs aut etiam filijs Israel peruersis inflictæ, vt patet in libris Exod. & Nume. per diuersa capitula. [Glorificauit illum in conspectu regum.] id est, magnum & potentem, & victorem ostendit, & fecit eum coram Pharaone rege Aegypti, & coram Seon & Og regibus Amorrhæorum, & coram Balach rege Moab ac Madian. [Et iussit illi corã populo suo,] id est, publicè coram filijs Israel locutus est Mosi in monte Sinai, dando ei præcepta decalogi, toto populo Israel audiente, prout Exod. 20. recitatur, vbi inter cætera legitur: Dixit Dñs ad Mosen: Hæc dices filijs Israel: Vos vidistis, quòd de cælo locutus sim vobis. [& ostendit illi gloriam suã,] id est, suę omnipotentiæ maiestatem, seu beatitudinem suam immensam, increatiq; luminis
Exod. 33. claritatem, quæ oñia ostendit Mosi, præsertim in visione, qua (vt dictum est) vidit Deũ per
Exod. 16. 24. & 40. speciem. Quotidiè quoq; per fidem illuminatam, & per sapientiæ donũ, & per angelicas ap-
Leuit. 9. paritiones, ac p̃claros diuinitatis effectus in monte Sinai apparentes, & per columnam ignis
Num. 16. ac nubis, vndè multotiès in libris Exo. Leuit. Numerorũq; legit: Et apparuit gloria nñi. Deus quoq; 5. Moses protestatur: Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Et rursùs ibidèm: Eccè ostendit nobis Dñs Deus noster maiestatẽ & magnitudinẽ suam. Veruntã præinductis obijci potest, q̃ Exo. 33. legit: Moses nñm exorâsse: Ostende mihi faciem tuam. Et rursùs ibidèm: Ostende mihi gloriam tuam. Cui Dñs ibi scribit respondisse: Non poteris videre faciem meã. Non enim videbit me homo, & viuet. Ad hoc Augustinus respondet, q̃ id quod in Exodo legitur Mosi denegatum, posteà ei concessum est, prout Numerorũ 12. fert: & pro tempore illo quo Moses vidit sic deũ per speciem, nõ vixit vita humana & sensitiua, sed solùm intellectuali, q̃ in maximo raptu fuit & alienatione à sensibus tam exterioribus q̃ interioribus. [In fide & lenitate ipsius sanctũ fecit illum:] Fuit enim Moses tam in fide, quę est
Num. 12. virtus theologica, q̃ in fide, quæ est pars iustitiæ, vtpotè fidelitate valdè p̃clarus. Vndè vt est prædllegatum, nñs dixit de eo: In omni domo mea fidelissimus est. Habuitq; fidẽ cum rationibus credendorum, & purificatæ intelligentia mentis. Fuit etiam tantæ lenitatis seu mitiNum. 12. tatis, vt de eo iam dictum sit, quòd erat mitissimus super oẽs homines, q̃ morabanť in terra. In his ergò virtutibus, & per eas fecit eũ sanctũ, i. heroicũ & perfectũ. nã iustus ex fide viuit, & mansuetis gratia datur p̃cipua. [& elegit eum ex omni carne,] i. præ cunctis hominibus ad hoc,

hoc q̃ filios Israel de Aegypto educeret, eisq; legem Deo iubente conferret. Propter quod Deut. 5. fatetur: Ego sequester & medius fui inter Dñm & vos, vt annunciarem vobis verba eius. [Audiuit enim eũ & vocem ipsius:] i. Deus frequenter & piè exaudiuit Mosen, & preces ipsius pro Israelitico populo. Moses quoq; per obedientiam audiuit & impleuit dei præcepta & verba, & docuit alios. [Et induxit illum in nubem,] iuxta illud Exodi 19. Moses accessit ad caliginem, in qua erat Deus, id est, in nubem densam super verticem montis Sinai quiescentem. [& dedit illi præcepta,] i. decalogum scriptũ in duabus tabulis lapideis, [& legem vitæ] i. legem, per cuius obseruãtiam habebatur vita gratiæ in præsenti, & promerebatur vita gloriæ in futuro. Fuitq; lex illa renouatio legis naturalis, cum multis additionibus p̃ceptorum cæremõialium & iudicialiũ. Vndè subiungitur: [& disciplinæ,] i. moralium seu iudicialium doctrinarũ ac iussionum, [docere Iacob testamentũ suum, & iudicia sua Israel.] i. ad hoc, quòd ipse Moses doceret posteros Iacob patriarchæ, qui alio nomine dictus est Israel, vt Gene. 32. narratur. [Excelsum fecit Aaron frẽm suum.] Nam fecit eum primum pontificem Iudæorum, nec solùm contulit ei dona gratiæ gratis datæ, sed & magna munera gratiæ gratũ facientis, per quæ dignus fuit tanto officio. [& similem sibi] s. Mosi, quia fuit socius Mosis in operatione signorũ, eductioneq; populi de Aegypto, ac regimine eius. Moses tamẽ principalis fuit in omnibus. [de tribu Leui,] de qua ambo sunt nati. Erant enim filij Amrã, filij Caath, filij Leui, vt legitur Exod. 6. [Statuit ei testamentũ æternũ:] i. pactum sacerdotij, quod duranit per oñe tempus veteris testamenti, & p̃figuratiuũ fuit sacerdotij Chr̃i, cui aliud nõ succedet verũ, atq; à Deo procedens. [& dedit illi sacerdotiũ gentis,] i. pontificiũ plebis suæ, [& beatificauit illũ in gloria.] Certũ est, q̃ nunc in gloria cælesti beatificauerit Aarõ sanctũ suum. Tunc quoq; fecit eum beatũ reputari ac dici pro omni gratia sibi desuper cõdonata, quæ oñia in Exodo patent. [Et circuncinxit eũ zona iustitiæ,] i. balteo quatuor colorũ nobiliũ, qui restrinxit sacerdotalia ornamenta, sicut iustitia frenat actus & motus iniustos, de quo Exod. 28. Facies & balteum opere plumarij, q̃ ex eisdẽ materijs coloribusq; cõstabat, ex quibus superhumerale & rõnale. [Et induit eũ stolam gloriæ,] i. tunicam hyacinthinã, quæ multùm fuit p̃clara, de qua prædllegato Exodi capitulo legit: Facies tunicã superhumeralis totã hyacinthinã, i. ex filis hyacinthi, q̃ sic vocatur, qm̃ põtifex super eã immediatè induit superhumerale. Vel (vt asserit Beda) ad differentiã interioris tunicæ lineæ. [& coronauit eũ in vasis virtutis,] i. ornamentis pontificalibus eũ ornauit, vt mitra & aurea lamina in mitra pendenti, in qua lamina nomen Dñi tetragrammaton fuit insculptũ. Sicq; ornamenta illa erant cõtentiua & significatiua magnæ virtutis. Propter quod iuxta proprietatẽ idiomatis Hebræorũ, vasa virtutis vocantur. Hæc mitra in Exodi prætacto cap. appellatur tiara. [circumpediles] i. sandalia, [& femoralia] linea ad operiendum carnem turpitudinis, [& humerale] i. vestẽ quæ superhumerale vocata est, [posuit ei:] i. induit eũ, sicut p̃allegato habetur cap. [circũcinxit illum tintinabulis aureis plurimis in gyro.] Hæc tintinabula dependebãt in inferiori parte superhumeralis per gyrũ, inter mala Punica aurea, sicut p̃dicto Exo. cap. cõtinet. [dare sonitũ in incessu suo:] qa ad hoc ibi disposita erãt, vt audirẽt sonit', quãdò pontifex ingrederetur & egrederẽt sanctuariũ. Ideò subdit: [auditũ facere sonitũ in templo in memoriam filijs gentis suæ:] i. quatenùs Deus piè recordarẽt filiorum Israeliticæ stirpis. Vel, vt ipsi filij Israel memores essent, q̃ lex data fuit in tubæ clangore, vt Exod. 19. patet. [Stolam sanctam] i. rõnale factum ex [auro & hyacintho & purpura, opus textile viri sapientis, iudicio & veritate prædditi.] id est, factum ab ipso Beseleel viro sapientissimo in omni huiusce modi opere faciẽdo, qui p̃ditus fuit seu decoratus iudicio discretionis & veritate artis, iuxta illud Exodi: Vocauit Dñs ex nomine Beseleel, impleuitq; eũ spiritu Dei, sapientia Exod. 31. & intelligentia, & scientia ad excogitandũ & faciendũ opus in auro & argento & ære, sculpendisq; lapidibus, & opere carpentario. Opus, inquã, textile: [Torto cocco] i. pãno seu filo rubeo, [opus artificis] s. p̃fati Beseleelis, [gẽmis pretiosis figuratis in ligatura auri:] quia in rõnali erant dispositi & contenti duodecim lapides pretiosi auro inclusi, quo erant alligati in p̃fato rõnali. Ideò addit: [& opere] i. artificio [lapidarij] qui s. operat in pretiosis lapidibus, [sculptis in memoriã secũdùm numerũ tribuũ Israel:] quia gẽmæ illæ erãt insculptæ nominibus duodecim tribuum Israel, hoc est, nominibus duodecim patriarcharum singulę omnibus, q̃ in qualibet gemma erant sculpta duodecim patriarcharum vocabula. Hinc in Exodo Dñs iussit: Facies rõnale iudicij opere polymito iuxta texturã superhumeralis ex au- Exod. 28.
ro, hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta: quadrangulum erit & duplex: Exod. 31.
mensurã palmæ habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine: ponesq; in eo quatuor ordines lapidum, &c. Hoc rationale fuit ante pectus põtificis. [Corona aurea supra mitrã eius,

expressa

expressa signo sanctitatis.] Per coronā hanc intelligitur lamina aurea, in qua nomen dñi tetragrāmaton sanctissimū fuit expressum & sculptū, quę lamina posita fuit supra mitram pōtificis, sic tamen, quòd pars eius inferior dependendo descendebat vsq; pontificis frontem, fuitq; lamina ista [gloria honoris] i. clara honorabilisq; factura, [& opus virtutis] magnę cōtentiuum propter inscriptionem præfati nominis Dei, quod diuinam essentiā purè & nudè designat. [desiderio oculorum ornata,] i. pulchra & desiderabilis ad videndum. [sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsq; ad originem.] vel (vt aliqui habent) vsq; ad orientem, id est, tam decora & præclara ornamenta ac indumenta pontificalia, non fuerunt ante Aaron vsq; ad mundi exordium, vel vsq; ad solis ortum, seu terræ extremitatem. [Non est indutus
Iudic. 8. illa] veste pontificali [alienigena aliquis,] i. alius à tribu & semine Aaron, & si alter quis vsus
2.Para.26. est ea, illicitum fuit, vt patet de Gedeone & rege Ozia. [sed tantùm filij ipsius soli] q ei successerunt per temporū interualla in pōtificatu. [& nepotes eius] videlicet filij filiorū suorum, [per oīe tempus,] quo viguit cultus Dei in veteri testamento. [Sacrificia ipsius cōsumpta sunt igne quotidiè.] hoc verū est de iugi sacrificio, quo quotidiè offerebat agnus manè & agnus de vesperè, qui cōsumebant igne holocaustorū, qui semper ardebat in alteri holo-
Exod. 29. caustì, vt habet in Exodo. Sacrificia quoq; q̄ obtulit Aaron in die cōsecrationis suæ, cōsum-
Leuit. 9. pta fuerūt igne desuper veniente, sicut describit in Leuit. Vndè subiungit: [Cōpleuit Moses manus eius] i. ipse Moses consecrauit manus Aaron pontificis, [& vnxit illum oleo sancto,]
Leuit. 8. s. oleo consecrationis benedicto, quod fudit super caput Aaron præsulis, prout in Leuitico diffusè narrat. [Factū est illi in testamentū æternū:] i. cōsecratio illa facta est Aaron sacerdoti in pactum pontificij perpetui seu ad hoc, vt sacerdotio & pontificio iugiter fungerē per successiones filiorū & posterorū suorū. Hinc additur: [& semini eius sicut dies cæli.] i. perpetuè secundùm sensum, quo dictum est in isto cap. Statuit ei testamentū æternū. [fungi sacerdotio, & habere laudem:] quia hoc fuit officium laudabile & præclarū, præsertim quòd fuit electus à Deo in primū pontificem. Vel habere laudē, i. habere officium laudandi, exorandi, sacrificandiq; Deo. [& glorificari populum suū in nomine suo:] i. posteritatem eius honorari per hoc, q̄ nata fuit ex tanto pontifice, & quia successit ei in pontificatu & sacerdotio. Aliqui aūt legunt, Glorificare populum suū in nomine suo, i. vt ipse pontifex glorificaret & benediceret populum Israel in nomine Dei. [Ipsum elegit ab omni viuente,] i. præcunctis tunc viuentibus [offerre sacrificium] i. vt Deo sacrificaret, vt pontifex, & semèl in anno in sancta sanctorū *intraret*, [incensum] i. thymiama, [& bonū odorē,] qui ex thymiamatis inflāmatione cōsurgebat cōtra odorem, q̄ ex sacrificiorū succensione oriebat in atrio. erat em altare thymiamatis in sancta seu exteriori tabernaculi parte: altare verò holocaustorum, in atrio. [in memoriā,] i. ad hoc, vt Deus misericorditer memor esset populi sui, p quibus sacrificia immolabant. In memoriā quoq; obedientiæ, deuotionis ac fidei patriarcharū, quatenùs deus eorū meritis, ppiciaretur posteris eorundē. Hinc sequit: [placare pro populo suo,] i. ad recōciliandū Deum Israeliticæ plebi. [& dedit illi in p̄ceptis suis potestatem,] i. Aaron pontifici & successoribus eius dedit authoritatē exponendi diuina p̄cepta, & discernendi inter verū & falsum, inter virtutes & vitia. [in testamentis iudiciorū,] i. dispositionibus & pactis iudicialiū mandatorū, dedit eis authoritatē discernendi, q̄d esset in q̄buscunq; etiā arduis casibus sentiendū & obseruandū, q̄m difficiliores causæ & lites referebant ad pōtificis iudiciū. Vndè adiungit: [docere Iacob testimonia,] i. vt doceret populū natū ex Iacob p̄cepta & iura legis scriptæ, q̄ Deus vera & iusta esse per miracula multa est cōtestatus. [& in lege sua lucem dare Israel] i. exponere Israelitico populo ea quæ scripta sunt in lege Mo-
Malach.2. saica, quod est intelligentiæ lucē tradere populo, iuxta illud Malach. Labia sacerdotis custo-
Agg. 2. diūt scientiā, & legē requirent de ore eius, q̄m angelus Dñi exercituū est. Et Aggæus ait: Interroga sacerdotes legem. Hinc Leuit. 10. scriptum est: Dixit Dñs ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, nō bibes tu & filij tui, quādò intrabitis in tabernaculū testimonij, nè moriamini, vt habeatis scientiā discernēdi inter sanctū & pphanū, inter pollutū & mundū, doceatisq; filios Israel oīa legitima mea. Deutero. quoq; 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter causam & causam, venies ad sacerdotem & iudicē qui fuerit tēpore illo, & quæres ab eis, qui indicabūt tibi iudicij veritatē. [Quia contra illū steterūt alieni] i. homines Deo rebelles, & alieni à creatore suo ac sacerdotali officio, videlicet Chore & cōplices eius, cōtra Aaron surrexerunt. [& propter inuidiam] i. ex inuidia & ambitione, [circundederunt illū homines in deserto, qui erant cū Dathan & Abiron, & congregatio Chore,] videlicet ducenti quinquaginta viri, qui erant cum eo, [in iracundiā:] i. ad exequendum iram suā in Aaron. Vel in iracundiā, i. sic q̄ ex hoc Deus fuit iratus aduersùs eos,

Præterea

Præterea aduertendum, quia (vt legitur Nume. 16.) prædicti viri consurrexerunt nō solùm contra Aaron, sed etiam cōtra Mosen. Chore nanq; & Leuitæ ei adiuncti, inuiderūt specialiter pontificio Aaron & sacerdotio eius ac filiorū ipsius. Porrò Dathan & Abiron & Hon de tribu Ruben, inuiderūt principaliter principatui Mosis, eo q̄ essent de tribu primogeniti Iacob. Hīc tñ fit specialiter sermo de Aaron, quia de eius laudibus tractatur. [Vidit Dñs, & non placuit ei:] immò valdè displicuit ei illorū schisma, arrogantia, ambitio & irrefrenata rebellio, [& cōsumpti sunt in impetu iracundiæ.] Chore quippe & Dathan ac Abiron, atq; Nume. 16.
(vt creditur) etiam Hon cum tabernaculis suis fuerunt repentè à terra absorpti. [Fēcit illis monstra] i. insolitas & admirabiles plagas intulit eis, secundùm quod Nume. 16. Moses ait: *Si consueta morte interiērint, non misit me Dñs*: si autem nouam rem fecerit Dñs, vt aperiens terra os suum, deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintq; viuentes in infernum, scietis, q̄ blasphemauerint Dñm. [& consumpsit illos in flamma ignis,] nō ipsos Dathan, Abiron, Hon, & Chore, qui tanq̄ principales in illa seditione, fuerunt horribiliori Ibidem
vltione puniti, sed fautores eorum, iuxta illud quod in Numeris legitur: Ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. [& addidit Aaron gloriam,] i. Deus adhuc plenius glorificauit Aaron pontificem, quia aduersariorū suorum consumptio, fuit confirmatio sua. Et floritio virgæ suæ miraculosa, de qua in Numeris legi- Num. 17.
tur, aliarum tribuum virgis in sua ariditate manentibus, fuit glorificatio sua, q̄ esset præ cæteris à Deo ad pontificale electus officium. [& dedit illi hæreditatem,] non talem, qualem alijs tribubus, quoniam tribui Leui nō fuit data hæreditas, sed loca & oppida ad habitandū, & suburbana ad alendum eorum iumenta: sed dedit ei & filijs eius hæreditatē, i. perpetuam necessariorum prouisionem, sicut subiungitur: [&] pro, i. primitias frugum terræ diuisit il-
li] & sacerdotibus, quibus debebant primitiæ, sicut Leuitis decimæ, vt in Leuitico & Deut. Leuit. 23.
patet. [Panem ipsis in primis parauit,] i. competentem refectionem prouidit eis de primitiuis fructuum terræ, [in satietate] i. ad sufficientem sustentationem. [Nam & sacrificia domini edent, quæ dedit illi & semini eius:] i. partes aliquæ sacrificiorum cedebant in vsum pōtificis & sacerdotum. Holocausta equidem tota comburebātur ad diuinæ reuerentiam maiestatis, in signum, quòd debemus nos totos Deo offerre. Partes autem quædam de sacrificijs pacificis & spontaneis & pro peccato oblatis, cesserunt in vsum ipsorum, vt in *Leuitico* Num. 18.
per diuersa patet capitula. Porrò pontifici dabantur à sacerdotibus decimæ decimarū. [Cæterùm *in* terra gens non hæreditauit,] i. in terra promissionis plebs stirpis Leuiticæ hæreditatem (vt dictum est) non accepit. [& pars] hæreditaria [non est illi in gente.] i. in Israelitico populo. [Ipse enim est pars & hæreditas eius:] i. sacrificia Dei, & quæ Deo offerenda
erant de fructibus terræ, data sunt sacerdotibus ac Leuitis pro hæreditaria portione. Vndè 2.Cor. 9.
per Mosen Dominus dixit multotiès: Ego hæreditas eorum. [Phinees filius Eleazari tertius in gloria est,] i. in honore & gloria pontificij successit tertio loco, ità quòd Aaron fuit primus, Eleazarus filius eius secundus, cui immediatè Phinees iste successit, de quo fit mentio potiùs quàm de Eleazaro, de quo non multa nec magna specialia scripta sunt, sicut de Phinees, qui instār Heliæ feruentissimus fuit pro Dei honore. [imitando eum] s. patrem suum, [in timore Dñi] filiali, quia sic zelabatur pro Dei honore contra iniustos, q̄ personaliter timoratus atq; solicitus fuit, nè Deum offenderet, [& stare in reuerentia gentis,] i. cōsistere in suo officio ad plebis suæ profectū, & vt haberetur in reuerentia magna ab illis. [In bonitate & alacritate animæ suæ,] i. per cordis sui synceritatem & deuotionē, seu spiritalem iucūditatem, [placuit Deo Israel,] cui talia placent corda, & qui hilarem diligit seruitorem. [Ideò statuit illi testamentum pacis] i. pactum & promissionem, q̄ sacerdotium ac pontificiū pacificè possideret. [& principem sanctorum & gentis suæ,] i. fecit eum principem sacerdotum ad diuina & sancta deputatorum, ac reliqui populi Iudæorum, q̄bus in spiritalibus præfuit. [vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum,] iuxta expositionem præhabitam. Nempe cùm ex zelo Dei perfodisset Zamri & Cosbi pariter fornicantes in genitalibus Num. 25.
eorundem, Dñs dixit ad Mosen: Phinees auertit iram meam à filijs Israel, quia zelo meo commotus est contra eos. Idcircò loquere ad eum: Eccè do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiterni, vt Numerorū 25. inducitur. [Et testamentū] id est, ordinatio [Dauid regis filij Iesse de tribu Iuda,] qui Dauid ordinauit vigintiqua- 1.Para. 24.
tuor præcipuos sacerdotes, qui sub pontifice ministrarent in templo cum sibi deputatis, vnusquisq; in sua hebdomada, prout 1. Paralip. 25. legitur: Hæc, inquam, ordinatio fuit sub regimine Phinees seu posteritatis ipsius. [hæreditas ipsi & semini eius,] id est, loco hæreditatis seu hæreditario iure pertineret ad præsulem & posteros eius, [vt daret sapientiam in

cor

cor noſtrũ,]i. vt ipſe Phinees, ſeu poſteritas eius, nos informaret de lege, [iudicare gentem ſuam in iuſtitia:]i.ad iudicandum ac dirigendum Iſraeliticam plebem iuſtè ſecundùm legẽ, [nè abolerentur bona ipſorum,]i. nè priuarentur poſſeſſionibus ſuis propter peccata ſua, ſicut in libris Iudicum, Regum, ac Paralip. legitur contigiſſe frequenter, [& gloriam ipſorum]i.bonum ſtatum, ſeu ſacerdotij honorem & proſperitatem Iudæorum,[in gentem eorum]i.in tribubus Iſrael [æternam fecit.]i.diù vel perpetuè ſtabiliuit,manereq; fecit,quantùm in ipſo fuit.Circa hæc dicit Gloſſa:Significat locus iſte,quòd diſtributio miniſtrorum Dei,quos in vigintiquatuor ſortes diuiſit Dauid,vt per vices ſuas nomino miniſtrarent,gloriam Phinees non minorauit, ſed auxit. Vndè in Paralipomenon libro: Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum coram Domino. Hinc Hebræi tradunt, quòd adhuc eo tempore vixit,& miniſtrorum vices in tabernaculo ordinauit. Veruntamen non appáret quòd Phinees vſq; ad illud vixerit tempus, nec de iſto Phinees ad tale propoſitum hoc ibi perhibetur.Multi quoq; leguntur fuiſſe pontifices poſt Phinees,& tempore Dauid Abimelech pontifex,quem Salomon eiecit, & pro eo Sadoch inſtituit, vt legitur 3.Regum 2.Si autem Phinees vixiſſet tam diù, manſiſſet in pontificatu. Poſtremò de ſpirituali expoſitione ſacerdotalium & pontificalium ornamẽtorum ac veſtimentorum pertranſeo, quoniam ſuper Exodum in expoſitione cap.28. indè tractatum eſt.

1.Para. 9.

¶Expoſitio cap.46.Fortis in bello Ieſus Nauæ. Art. 47.

PRæconia Ioſuę & Caleph ac iudicum, hîc ponuntur. Et aliqui dicunt, quòd ſicut capitulo præcedenti ponuntur laudes patrum, qui fuerunt ante ingreſſum in terram promiſſionis:ſic in iſto capitulo deſcribuntur laudes patrum,qui poſt ingreſſum in terram promiſſionis fuerunt.Quibus obijci poteſt,quòd pręcedenti capitulo introducuntur laudes Phinees,qui,ſicut & Ioſue, terram promiſſionis intrauit. [Fortis in bello Ieſus] filius [Nauę,]i.Ioſue,qui alio nomine dictus eſt Ieſus & Oſee, ſed à Moſe vocatus eſt Ioſue,vt patet in Nume.lib.ſtrenuus & victorioſus fuit in prælijs, & primò pugnauit cõtra Amalech,prout in Exodo recitatur. Deindè contra reges Amorrhæorum,debellauitq; reges 31.ſicut in ipſius volumine ſcriptum eſt. [ſucceſſor Moſis]in regimine populi, quemadmodùm in Numer.lib.& alibi ſæpè habetur.[in prophetis]i.de numero prophetarum,qm̃ prophetico ſpiritu fulſit.Vndè & liber eius inter libros ponitur prophetarũ. Nempe vt ait Hieronymus,Hebręi ſcripturam canonicam veteris teſtamenti diuiduntin legem, ad quã pertinent quinq; libri Moſis,in prophetas, & in hagiographa, & libros propheticos à Ioſue inchoant.[q; fuit magnus]i.pclarus in actibus,[ſecundùm nomen ſuũ,]i.ſecundùm interpretationẽ nominis ſui. Ieſus nanq; interpretaẽ ſaluator, & ipſe populũ ſuũ benè rexit, à periculis liberauit,& eorum aduerſarios expugnauit.Ideò ſubdit: [maximus in ſalutẽ electorũ Dei,]i.pcipuus in obtinendo proſperitatẽ, victoriam & quietẽ filijs Iſrael,qbus & veram ſalutẽ animarũ miniſterialiter procurauit, inducendo eos exemplo & verbo ad obſeruantiam legis Moſaicæ.[expugnare]in debellando [inſurgentes hoſtes,]q conuenerunt ad impugnãdum filios Iſrael, vt in Ioſuę huius libro legit. [vt cõſequeretur hæreditatẽ Iſrael,]i.quarenùs Iſraeliticus populus terram Chanaan hæreditariè poſſideret. [Quã gloriam adeptus eſt intollendo manus ſuas]i.famã & laudẽ hanc acqſiuit, leuando manũ ſuam cũ clypeo contra hoſtes,prout in eius libro ſcriptũ eſt:Ioſue nõ contraxit manũ, quam in ſublime porrexerat,tenens clypeum,donèc interficerentur oẽs habitatores Hai.[& iactando cõtra ciuitates] quas obſedit,[romphæas,]i.ſpatas vel acutas ſagittas,ſeu bellicas machinas.[Quis ante illum ſic reſtitit] Chananæis? quaſi dicat:Nemo ante eum ità proſtrauit reges ac populos Chananæorũ. Veruntñ non humana,ſed diuina virtute. Ideò addit: [Nã hoſtes ipſe Dñs percuſſit,]qui populũ Iſrael cõfortauit cõtra iniquos,atq; vt legitur in Ioſuæ libro,Dñs miſit ſuper illos lapides grandinis magnos de cælo,ità q; plures occidebanẽ grandinibus illis, q̃ gladijs Iudæorum.[An nõ in iracundia eius impeditus eſt ſol,& vna dies facta eſt q̃ſi duo?] i.ſol in medio cæli ſtetit immobilis ſpatio vigintiquatuor horarũ, ex ira per zelũ ipſius dñi Dei,id principaliter facientis, vel Ioſuę id procurantis, quatenùs filij Iſrael ſe vlciſcerentur de aduerſarijs ſuis:nec ſolùm ſol,ſed & luna ſtetit tam diù.[inuocauit altiſſimũ potentẽ,]q ſolo nutu poteſt totum mundũ delere.[in oppugnando inimicos vndiq;]in terra Chanaan, ſciens ſe abſq; ſpeciali & ſupernaturali Dei auxilio fortiſſimis gentibus illis prævalere nullatenùs poſſe.Vndè & in libro eius legitur pronus iacuiſſe in terra vſq; ad veſperam.[& audiuit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grandinis virtutis valdè fortis:]i. mittendo ſuper aduerſarios eius lapides grandinis magnos & duros magnæ efficaciæ, ad necandum eos ſuper quos ceciderunt, ſicut iam patuit. In ꝓallegatis tamen nõ legitur ipſe Ioſue Dñm exorâſſe

Num. 11.
Num.13.
Exod.17.
Ioſuæ 22.

Ioſuæ 8.

Ioſuæ 10.

Ibidèm

Ioſuæ 7.

Ioſuæ 10.

orâſſe pro hac re.Sed non omnia ſcripta ſunt, certumq; eſt, Ioſue ſanctum virum inuocâſſe aſſiduè diuinũ auxilium.[impetũ fecit contra gentẽ hoſtilem,]videlicet Chananæos,[& in deſcẽſu perdidit cõtrarios,]i. aduerſarios illos occidit in deſcẽſu Bethorõ,ac deſcẽdẽtibus ſuper illos grandinibus.[vt cognoſcant gentes potentiã eius:]i.omnipotẽtiã Dei ſiue robur, quod dedit Ioſuę ſeruo ſuo ac Iſraeli.[quia contra Dominum pugnare non eſt facile:]immò ſtultum eſt,præſumptuoſum,ac deiectionis principium,cùm omnipotenti nullus queat reſiſtere.[& ſecutus eſt à tergo potentes,]i.Chananęos fugientes inſequebatur.Hinc ſcriptum eſt:Irruit ſuper eos repentè,contriuitq; plaga magna,ac perſecutus eſt per viam aſſcẽſus Bethoron.[& in diebus Moſis, miſericordiam fecit ipſe & Caleph filius Iephonæ:]id eſt, quãdò miſſi ſunt ipſe Ioſue & Caleph cum alijs decem à Moſe de CadesBarne ad explorandum terrã promiſſam, reuerſus ipſe & Caleph cum alijs, miſericorditer egit cum populo Iſrael,de quorũ murmuratione & rebellione ac incredulitate eatenùs doluerunt,q; veſtimenta ſua ſciderunt, quæ omnia Numerorũ 13. & 14. capitulis pleniùs deſcribuntur.[ſtare contra hoſtem,]i.ſtando viriliter contra alios decem exploratores peruerſos, qui populum terruerunt,[& ꝓhibere gentem à peccatis,]i.refrenando pro poſſe filios Iſrael ab eorũ murmuratione,rebellione,ac propoſito redeundi in Aegyptum.Hinc ſubditur:[& confringere murmur malitiæ,]i. reprimendo malitioſum murmur filiorum Iſrael,murmurantiũ contra Deum & Moſen. Hinc in Numeris fertur: Murmurati ſunt contra Moſen & Aaron cunctifilij Iſrael,dicentes:Vtinàm pereamus, & non inducat nos Dominus in terram iſtam, nè cadamus gladio. At verò Ioſue & Caleph ſciderunt veſtimenta ſua, & ad omnẽ multitudinẽ locuti ſunt: Nolite rebelles eſſe contra Dñm, neq; timeatis populum terræ huius,quia ſicut panem,ità eos poſſumus deuorare,dñs nobiſcum eſt.[& ipſi duo conſtituti,]i.à Deo in virtutibus collocati,[à periculo]i. à plaga mortis,[liberati ſunt]per hoc,q; Deus præſeruauit eos à culpa,ob quam alij decem exploratores fuerũt percuſſi, vt in Numerorum habetur libro.Liberati ſunt etiam à periculo, quod omnes contra Moſen (vt dictum eſt) murmurantes inciderunt,qui ob murmurationem, rebellionem, infidelitatemq; ſuam mortui ſunt in deſerto,atq; ab ingreſſu terræ ꝓmiſſionis,ꝓhibiti. Vndè ſubiungitur:[à numero ſexcentorũ milliũ peditũ:]quia in prima numeratiõe filiorũ Iſrael,à viceſimo anno & ſupra,qui poterant ad bella,ꝓcedere,fuerunt ſexcenta millia,non tamẽ præciſè,immò vt in Numeris habetur,fuerunt ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta. ſed ſcriptura iſtas minutias non attendit.Et de omnibus illis hi duo duntaxàt terrã ꝓmiſſionis introiêrunt:immò & alios induxerunt in eã, præſertim Ioſue. Propter quod ſcribitur: &[inducere illos in hæreditatem, in terrã quæ manat lac & mel.]i.affluentijs victualium eſt referta. Veruntamen de Leuitis ex Aegypto egreſſis,& inter ſuos numeratis,multi introiêrunt terrã ꝓmiſſionis,ſicut & Eleazarus & Phinees:ſed tribus Leui inter alias tribus numerata nõ fuit,nec eo modo vt alię,ſed ſeorſum ſpecialię; modo: & illi q introiêrunt, nõ murmurauerũt cũ alijs cõtra Moſen in caſu ꝓtacto.[& dedit Dñs ipſi]Caleph[fortitudinem,]i.robur mentis & corporis.[& vſq; in ſenectutẽ permanſit illi virtus] corporeæ fortitudinis,cùm tamẽ à quinquageſimo anno illa ſolent tendere ad defectũ.[vt aſſcenderet in excelſum terræ locũ,]i.ad loca montana, videlicet ad expugnandũ habitatores eorũ, atq; ad poſſidendũ hæc loca.[& ſemen ipſius obtinuit hæreditatẽ,vt viderent]i. ex beneficijs iuſto Caleph à Deo collatis conſiderarent oẽs filij Iſrael,[qa bonũ eſt obſequi ſancto Deo:]qui etiã aliquandò in ꝑſenti tã copioſè remunerat ſuos.Hinc in Ioſuę libro ſcriptũ eſt:Dixit Caleph ad Ioſue:Quadraginta annorũ eram quandò me miſit Moſes,vt conſiderarẽ terrã.Hodiè octogintaquinq; annorũ ſum, ſic valẽs vt eo valebã tempore.Illius in me temporis fortitudo vſq; hodiè perſeuerat, tam ad bellandum q̃ ad gradiendũ.Da ergò mihi montẽ iſtũ,in quo Enachim ſunt & vrbes magnæ,ſi fortè potuero delere eos. Benedixitq; ei Ioſue,& tradidit ei Hebron in poſſeſſionẽ. Sequitur laus Iudicũ in generali:[& iudices ſinguli ſuo]i.proprio [nomine] appellati, q ſicut in libro Iudicũ inueniũ,poſt Ioſue ꝑfuerunt,[quorum nõ eſt cor corruptũ,]i. vitijs laceratũ,ſcilicet eo tempore quo ꝑfuerunt: qdam tamen eorũ ante ſui aſſumptionẽ officij fuerunt iniqui, vt Iephthe, q erat ad temp⁹ princeps latronũ. [qui nõ auerſi ſunt à Dño] per idololatriã aut alia magna peccata,ideò intelligendũ eſt iſtud nõ de vniuerſis iudicibus Iſrael,cùm & Abimelech peſſimus fuerit.[vt ſit memoria illorũ in benedictione:]i. cũ laude & benedictionibus frequentetur,iuxta illud:Memoria iuſti cũ laudibus.[& oſſa eorũ pullulant de loco ſuo,]i. de ſuis ſepulcris germinant bonæ famæ odorẽ & exemplaritatẽ his,qui recordantur ipſorũ iudicum,& eorum viſitant monumenta.[& nomen eorum permanet in æternũ:]id eſt,memoria nominis ac perſonæ ipſorum,in militanti ac triumphanti perſeuerat Eccleſia, & ipſi

Ioſuę 10.

Ioſuę 14.

Pro.10.

æternaliter ſunt cum Deo. Nam & liber Iudicum omni anno in Eccleſia legit, in quo eorum geſta & nomina recoluntur. [permanente ad filios illorum ſanctorum virorum gloria:] id eſt, fama & virtuoſitate ſanctorum Iudicum perſeuerante vſq; ad filios & imitatores ipſorũ, & in cordibus poſterorũ. Sequunt præconia Samuelis, qui inter iudices vltimus fuit & ſanctior. [Dilectus à Dño Deo ſuo Samuel propheta Dñi.] de quo legitur 1. Regum 2. Magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum, & placebat tam Deo quàm hominibus. [renouauit imperium,] id eſt, regium principatum, Deo iubente, tranſtulit de Beniamin tribu ad tribũ Iuda, vngendo Dauid in regẽ pro Saul, quẽ vnxerat antè. Vndè ſubiungit: [& vnxit principes in gente ſua,] i. Saulẽ & Dauid vnxit reges in populo Iudæorũ, & dixit ad Saul: Abiecit te Dñs, nè ſis rex. & rurſùs: Quæ fuit ſibi Dñs virum ſecundùm cor ſuum. [In lege Domini congregationem iudicauit,] id eſt, collectionem Iudæorum iudicauit ſecundùm legis diuinæ præcepta, ſecundùm illud 1. Regum 7. Iudicauit Samuel Iſrael, circumiẽs Bethel & Galgala & Maſphat. [& vidit Deum Iacob] per propheticas reuelationes, & per contemplationes ſublimes, atq; imaginarias viſiones, vt primo Regum diffuſè deſcribitur. [& in fide ſua probatus eſt propheta,] i. approbatus eſt propheta à Deo atq; hominibus, ob fidei ſuæ ac fidelitatis eminentiam. [& cognitus eſt in verbis ſuis fidelis,] ſecundùm illud 1. Regum 3. Cognouit vniuerſus Iſrael, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini, & euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli. [quia vidit Dominum lucis,] ſicut iam dictum eſt, & verba eius audiuit in reuelationibus ſecretorum, [& inuocauit Dñm omnipotentẽ in oppugnando hoſtes circunſtantes vndiq;,] vt potè Philiſtæos & alios, [in oblatione viri immolati,] i. per oblationẽ ipſius Samuelis, quem mater ſua adhuc infantulum obtulit Deo in templo, vt legitur 1. Regum 1. Vel vt aliqui legunt, in oblatione viri inuiolati, id eſt, ipſum Samuelem Dominus exaudiuit per oblationem ipſius, qui fuit vir integer, virtuoſus, non corruptus per vitia. Hinc 1. Regum 7. fertur: Tulit Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit holocauſtum, & clamauit ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum. [& intonuit de cælo Dominus,] id eſt, miniſterio angelico, produxit tonitrua in cælo aëreo. [& in ſonitu magno] i. horribili tonitru [auditam fecit vocem ſuam,] i. ſonum illum à ſe cauſatum, fecit palàm terribiliterq; audiri. [& contriuit principes Tyriorum & omnes duces Philiſtijm,] qui tunc fuerant congregati ad impugnandum filios Iſrael, iuxta illud 1. Regum: Cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſtæi inierunt prælium contra Iſrael. Intonuit autem Dominus fragore magno ſuper Philiſtijm, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſrael. Et ſicut ex iſto paſſu videtur, principes Tyriorum venerunt tunc in auxilium Philiſtæorum. [& ante tempus finis vitæ ſuæ & ſeculi,] i. ſuæ periodi ſeu durationis, putà in ſenio ſuo, [teſtimonium præbuit in conſpectu nomini & chriſti] eius, i. coram Deo & Saule recenter in regẽ vncto proteſtatus eſt & probauit, ſe iuſtè præfuiſſe, & neminem oppreſſiſſe, aut ſpoliâſſe de filijs Iſrael, nec munera accepiſſe, ſicut ſubiungitur: [pecunias & vſq; ad calceamenta ab omni carne non accepit:] i. nil penitùs ab aliquo homine contra iuſtitiam. [& non accuſauit illum homo:] immò omnes atteſtabantur ſuæ iuſtitiæ. Vndè ait ad populũ: Loquimini de me coram dño & coram chriſto eius, vtrùm bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi de manu cuiuſquã munus accepi. Et dixerunt: Non. [& poſt hæc dormiuit] ſomno mortis, [& notum fecit regi] Sauli ea, quæ interrogauit à Samuele defuncto, [& oſtendit illi finem vitæ ſuæ,] dicendo: Cras tu & filij tui mecum eritis, vt 1. Regum 28. narratur. [& exaltauit vocem eius de terra in prophetia:] i. Samuel apparuit quaſi ſurgens de terra, & loquens altè ac fortiter, tanquàm propheticè prænunciauit Sauli non ſolùm ſuam occiſionem, ſed etiam interfectionem populi ſui propter peccata regis ac populi. Nam dixit: Sed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſtijm. Ideò ſubditur: [delere impietatem gentis.] i. ad puniẽdum peccata Iſraeliticæ plebis per manus Philiſtinorum. Præterea an ipſemet ſpiritus Samuelis defuncti apparuit Sauli, an ſpiritus malignus in ſpecie eius, magna eſt quæſtio, de qua ſuper librum primum Regum diffuſè tractatum eſt. Idcircò pertrãſeo. Poſtremò, qualiter Ioſue penè in omnibus fuit figura Chriſti, ſuper Ioſue eſt oſtenſum. Ideò nunc abſcindo.

1. Reg. 15. & 13.

1. Reg. 7.

1. Reg. 12.

1. Reg. 28.

Ibidem.

¶ Expoſitio cap. 47. Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta &c. Art. 48.

PRæconia quorundam regum, & aliquorum q regum fuerunt tẽporibus, hic narrãtur. [Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta] qui poſt Samuelẽ ſplenduit ſpiritu prophetiæ [in diebus Dauid,] quandò ſcilicet regnauit. nam & Samuel fuit in diebus Dauid, ſed antequàm cœpit regnare. [& quaſi adeps ſeparatus eſt à carne,] i. ſicut in ſacrificijs adeps ſeparabatur à cæteris partibus animalis oblati, vt ad Dei cremaret honorẽ, iuxta illud Leuitici: Omnis adeps Dñi erit iure perpetuo: ſic Nathan à carnalibus filijs Iſrael fuit

Leu. 3.

el fuit diſiunctus, tanquàm vir ſpiritalis & multùm deuotus ac exemplaris. Aliqui tamen exponunt iſtud de Dauid, q ſcilicet cæteris filijs Iſrael etiã ſpũalibus ac deuotis diuinior fuerit atq; deuotior. Nã ſubdit: [ſic Dauid à filijs Iſrael. Cũ leonibus luſit quaſi cũ agnis,] i. per modũ ludentis facili conatu & delectabiliter occidit leonẽ, tanq; ſi agnũ interfeciſſet. [& in vrſis ſimiliter fecit, ſicut in agnis ouiũ:] celeriter vrſum interimẽdo. Quocircà ſciendũ, q in nulla ſcriptura canonica legit Dauid occidiſſe leões & vrſos, niſi q ipſemet 1. Reg. 17. ait ad Saul: Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregẽ, & veniebat leo vel vrſus, & tollebãt arietẽ de medio gregis, & ſequebar eos & percutiebã, eruebamq; de ore eorũ, & illi cõſurgebãt aduerſùm me, & apprehendebã mentum eorũ, & ſuffocabam interficiebamq; eos. Nã & leonẽ & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Ex quibus verbis non habetur, niſi q vnum leonẽ & vnũ occiderit vrſum. Idcircò cùm dicitur hoc loco pluraliter, cũ leonibus & vrſis, puto plurale poni pro ſingulari. [in iuuẽtute ſua. Nũquìd nõ occidit gigantẽ,] ſcilicet Goliath Philiſtæũ, [& abſtulit opprobrium de gẽte?] i. populum Iſrael liberauit de opprobrio, quod eis Goliath quotidiè inferebat. Qui vt 1. Reg. 17. legitur, dixit exercitui Hebræorum: Eligite ex vobis virũ, & deſcendat ad ſingulare certamẽ. & addidit: Ego exprobraui agminibus Iſrael hodiè. [in tollendo manum, in ſaxo fundæ dereſit exultationem Goliæ:] i. ipſe Dauid eleuando manum ſuam ac brachium ad proijciendũ lapidem cũ funda, vulnerauit Goliam in fronte, ità q cecidit, accurrensq; Dauid, gladiũ extraxit Goliæ, amputans ei caput proprio enſe. [vbi inuocauit Deũ omnipotentẽ, & dedit in dextera eius tollere hominẽ fortẽ in prælio:] i. Deus conceſſit ipſi Dauid, vt cum dextera ſua occideret & tolleret de hac vita robuſtũ illũ gigantẽ in duello. [& exaltare cornu gẽtis ſuæ:] q̃m Dauid ſic ꝑualendo, cõfortauit poteſtatẽ regis Saul & ſui exercitũs, qa Golia occiſo, fugerũt, ꝑtinùs Philiſtijm, quos inſecuti filij Iſrael occiderũt fugientes in via, & caſtra eorũ ſunt deprædati, ꝑut ꝑallegato refertur capitulo. [Sic in decẽ millibus] Philiſtinorũ, quos occidit, ſeu modo ꝑtacto fecit occidi, [glorificauit eũ] Deus, ꝑpter quod egreſſæ fœminæ cecinerũt: Percuſſit Saul mille, & Dauid decẽ millia, prout lib. primo Reg. deſcribit. [& laudauit eũ in benedictionibus Dñi,] i. Deus laudabilẽ fecit ipſum Dauid, ꝑpter dona & triumphos, quos ei gratioſè cõceſſit, [in offerendo illi coronã gloriæ,] i. dando ei regiam poteſtatem. [contriuit enim inimicos vndiquè,] i. Dauid auxilio Dei ex omni parte deuicit aduerſarios Iſraelitici populi, [& extirpauit Philiſtijm contrarios vſque in hodiernum diem:] i. Philiſtæos ſpecialiter ac vehementer vaſtauit & vicit, nõ eos totaliter occidendo, ſed poteſtatem ipſorum valdè diminuendo, ità quòd decæterò nõ ſunt filijs Iſrael dominati. ideò ſubditur: [contriuit cornu] i. poteſtatem, extollẽtiamq; [ipſorum vſq; in æternũ. In omi opere dedit confeſſionem ſancto & excelſo in verbo gloriæ:] i. in cunctis actibus ſuis bonis atq; victorijs, in omni gratia & profectu, laudauit Deum ſublimem eſſentialiter ſanctum, per verba ſapientialia & præclara, omne bonum Deo deuotiſſimè attribuẽdo. Sæpè equidẽ ait in libro Pſalmorum: Confitebor tibi Dñe in toto corde meo. Et rurſùs: Non nobis, inquit, Dñe non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. [De omni corde ſuo] i. toto intellectu & affectu, [laudauit Dominum,] ſicut patet in deuotiſſimis pſalmis, quos edidit. [& dilexit Deum qui fecit illum,] videlicet proprium creatorem, dicendo: Diligam te Dñe fortitudo mea. Hinc 2. Reg. 23. proteſtatur: Cuncta ſalus mea & omis voluntas, nec eſt quicquam ex ea, quod non germinet. [& dedit illi contra inimicos potentiam,] i. virtutem præualendi aduerſarijs contulit Deus ipſi Dauid. Vndè in libris Regum frequẽter habetur: Saluauit Dñs Dauid in omnibus ad quæcunq; perrexit. [& ſtare fecit cantores contra altare,] i. Dauid ordinauit & iuſſit, vt cantores ſtarent circa altare templi, ſeu ex oppoſito eius, quatenùs tempore ſacrificiorum cantarent ibi Pſalmos & hymnos, prout 1. Paral. 25. recitatur. [& in ſono eorum dulces fecit modos,] i. melodias ſuaues, quia inſtituit Pſalmos & ſpũalia cantica decantari cũ muſicis inſtrumẽtis, ſicut & in deportatione arcæ. [& dedit in celebrationibus decus,] i. in diuini obſequij executionibus & cultu ac ritu ſolenniũ, fecit venuſtũ & decentẽ proceſſum ſeruari, ità quòd omia decenter & ordinatè fiebant. [& ornauit tẽpora vſq; ad conſummationem vitæ,] i. tempora quibus regnauit, fecit à populo ſuo tam deuotè expendi, quòd erant quaſi aurea tempora ſub eo vſq; ad finem vitæ ſuæ, & tunc populus Iſrael fuit in præcipua proſperitate. [vt laudarent nomẽ ſanctum Dñi,] i. ſanctum Deum iugiter collaudarent miniſtri templi in templo, & etiam alij ſuo modo. [& amplificarent manè Dei ſanctitatem:] i. ſanctitatem Dei immenſam, ſeu ſanctum Deũ copioſiùs ſolito honorarent, laudarent, manè ſurgendo, & ante omnia exequendo diuina, iuxta illud Pſal. 5. Manè adſtabo tibi, & videbo. Atque in Eſaia: De manè vigilabo ad te. [Chriſtus purgauit peccata ipſius,] i. vnigenitus patris rex Meſſias in lege promiſſus, ſecundùm quod Deus gratiã con-

1. Reg. 18.

Pſal. 9. 110. & 137. Pſalm. 113. Pſalm. 17.

trition is & remissionis præstitit Dauid regi, quem ipse Dauid in spiritu vocat Dñm, dicens:
Psal. 109. Dixit Dominus dño meo. De quo Iudas ait apostolus: Iesus populum suum saluans de terra
Iudæ 1. a Aegypti, secundò eos qui nõ crediderunt, perdidit. [& exaltauit in æternũ cornu eius:]i. regiam potestatẽ magnificauit in eo ac posteris eius, quousq; ex eis natus est Christus, in quo regia potestas Dauid est perpetuata, iuxta illud Esa. 9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit in æternũ. Et Luc. 1. Dabit illi Dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. [& dedit illi testamentum regum,]i. pactum & ꝓmissionem, quòd posteri eius succederent ei in regno. Vndè 2. Reg. 7. Dominus dixit ad eum: Fidelis erit domus tua & regnum tuum vsq; in æternũ ante faciem meam, & thronus tuus erit firmissimus iugiter. [& sedem gloriæ in Israel:]i. thronum regalem præclarum super duodecim tribus. [Post ipsum surrexit filius sensatus,]i. sapientissimus Salomon successit Dauid regi in regno. [& ꝓpter illum deiecit oñem potentiã inimicorum,]i. Deus pacificè subdidit gentes in circuitu filiorũ Israel commorantes, ipsi Salomoni, quæ gentes antè frequenter fuerunt hostes Israeliticæ plebis: quatenùs Salomon pacẽ vndiq; habens, construeret celeberrimum templũ Deo. Hinc subdit: [Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus oñes hostes, vt conderet domũ in nomine suo:]i. templũ ædificaret Deo ad ipsius honorẽ, & nomẽ, & famam. [& pararet sanctitatem in sempiternum,]i. cultum Dei & vasa ac vtensilia templi ad Dei obsequium requisita, vel vt populum præpararet ad sanctè viuendũ. [quẽadmodùm eruditus est in iuuentute sua:]i. secũdùm quod Dauid pater suus docuit eũ de modo cõstruendi templũ, dans ei descriptionẽ templi & faciendorũ in eo, ꝓut 1. Para. 28. habetur. nocuit
3. Reg. 3. etiã filium suũ, qualiter indesinenter timeret & coleret Deũ. Similiter Nathan ꝓpheta diligẽter docuit Salomonẽ in pueritia sua, & paulò pòst eruditus fuit plenissimè per sapientiã infusam à Deo. Ideò subditur: [& impletus est quasi flumẽ sapiẽtia,]i. multùm copiosè, sicut flumẽ implẽ guttis & aqs. [& terrã retexit anima sua:]i. mẽs Salomonis aperuit & notificauit terrenarũ rerũ naturas, tractãdo de naturis & ꝓprietatibus herbarũ & arborũ, gemmarũ, virgultorũ, radicũ, lignorũ, animaliũ gressibiliũ, volucrũ & piscium, ꝓut in 3. Reg. 4. & 2. Par. 1. scriptũ est atq; expositũ. Insupèr ex admiratiõe tanti viri dirigit verbũ ad eũ, mutans locutionẽ à persona tertia ad secundã: [Et replẽsti in cõparationibus ænigmata,]i. obscuras sentẽtias cum varijs similitudinibus plenè, ꝓposuisti, & reginę Saba tibi talia, ꝓponẽti plenariè
3. Reg. 10. super his respõdisti. [ad insulas lõgè diuulgatũ est nomẽ tuũ]intãtùm, ꝙ tota terra desiderabat videre vultũ tuũ, & audire sapientiã tuã. Propter quod regina Saba à finibus terræ venit ad te. [& dilectus es in pace tua,]i. in pacifica tua regnatiõe ac ꝓsidentia fuisti populo Israel & alijs plurimis, immò & Deo, valdè dilectus. [In cantilenis]i. carminibus seu canticis spũalibus. Vndè legit 3. Reg. 4. Fuerunt carmina eius quinq; millia. [&]in [Prouerbijs]i. parabolis, de qbus fertur ptacto capitulo: Locutus est Salomon tria millia parabolas, & disputauit super lignis à cedro quæ est in Libano, vsq; ad hyssopũ, q̃ egreditur de pariete, & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus, & venerũt de cũctis populis ad audiendũ sapientiã Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, q audiebãt sapientiã eius. [& cõparationibus]i. similitudinibus, [& interpretatiõibus]i. ꝓdictorũ difficiliũ expositionibus tuis, [miratæ sunt terræ,]i. habitatores terrarum, [& in nomine Dñi Dei]i. de ipso Deo, à quo perceperũt tibi infusam esse sapiẽtiã & scientiã tantã, miratæ sunt, admirãtes causam ex suo effectu. [cui est cognomẽ Deus Israel:]i. q licèt sit omniũ Deus iure creationis, cõseruatiõis, & ꝓuidẽtiæ generalis, specialiter tamẽ vocat̃ Deus Israel, tãq̃ principaliter regẽs populũ illũ, & cultus ab illo. sicq; cõplexũ hoc, Deus Israel, ratiõe additiõis istius Israel, est quasi cognomẽ Dei, i. cõtrahẽs ac determinãs nomẽ ipsius, quo dicit omniũ Deus. [Collegisti quasi aurichalcũ aurũ,]i. tã copiosè, quasi aurũ nõ esset preciosius aurichalco, q̃d habet auri splẽdorẽ, & ꝙris duritiã. [& vt plumbũ cõplẽsti argentũ:]i. tantã copiã argẽti, quasi nõ esset preciosius plũbo. De hoc & cæteris opulẽtijs eius, & qualiter naues eius attulerũt aurũ, & alia valdè
3. Reg. 9. preciosa de Ophir, 3. Reg. multa legunt. In his quoq; excessisse videtur, & cõtra illud quod
2. Para. 9. Deu. 17. legit: Nõ habebit rex auri & argẽti immẽsa põdera, egisse censẽt. [& inclinãsti femora tua mulieribus]intantùm, quòd de tanta insipiẽtia tua & carnalitate nemo sufficiat admirari. [potestatem habuisti in corpore tuo,]ad explendum fœdã libidinem irrefrenatissimè,
3. Reg. 11. [dedisti maculã in gloria tua,]i. claritatem famæ & sapientiæ tuæ maculãsti turpissima vita atque diffamia. [& prophanãsti]i. contaminãsti [semen tuum, inducere]i. inducendo [iracundiam ad liberos tuos:]qui vitia tua sequendo, Dei iracundiam incurrerũt, [& in cæteris stultitiam tuã,]i. in multis alijs stultè egisti, & populũ tuum scandalizãsti, intantùm, vt idola fabricares & coleres, & suis excessibus mereretur regno in toto priuari, quanuis miseri-

cordi-

corditer dimissa sit filio eius pars regni meritis Dauid sancti. Ideò subdit: [vt faceres]i. fieri mereris [imperiũ bipartitũ,]ità ꝙ regnũ totũ fuit diuisum in regnũ decem tribuũ, quod regnũ Israel appellat̃, & in regnũ Iuda. Quod factũ est tẽpore Roboam filij Salomonis, etiã ꝓpter stultam & improbam ipsius Roboam rẽsponsionem. [& ex Ephraim, imperare imperiũ durum,]i. ipsum Hieroboam Ephratæum regnare super decẽ tribus duro imperio, qui fuit idololatra pessimus & tyrannus, & in malitijs obstinatus, inducens populum suum ad idolorum culturam, cuius impietates sequuti sunt successores eius reges Israel, qui pro magna parte de tribu Ephraim erãt. [Deus autem non derelinquet misericordiam suam,]i. pietatis suæ effectũ non abstrahet à posteris sancti Dauid. [& nõ corrumpet, nec delebit opera
sua,]i. beneficia & promissa, [neq; perdet à stirpe nepotes electi sui,]i. filios filiorum electi Dauid nõ permittet in toto in sua genealogia deficere, durante videlicet veteri testamentõ. [& semẽ eius qui diligit nõm,]i. sobolẽ amatoris Dei, vt erat Dauid, [nõ corrumpet,]i. perire totaliter nõ permittet, sicut in Exodo cõtestatur: Ego sum Dñs, faciens misericordiam in Exod. 20.
millia his qui diligunt me. [Dedit aũt reliquum Iacob]i. residuum tribuum patriarchæ Iacob, quod non adhæsit ipsi Hieroboam, [& Dauid de ipsa stirpe:]hoc est, tribum Iuda dedit natis de stirpe Dauid, & ex consequenti etiam tribum Beniamin habitantem in medio tribũs Iudæ, & quoniam templum fuit in tribu Iuda, & Hieroboam ad idololatriam corruit, tribus quoquè Leuitica adhæsit regibus Iuda. [& finem habuit Salomon cum patribus
suis]moriendo. an autem pœnituit, scriptura canonica euidenter non exprimit. quid verò de hoc probabilius videatur, super librum tertium Regum expressum est. [Et dereliquit 3. Reg. 11.
post se de semine suo gentis stultitiam,]i. filium stultum & populi Iuda regem insipientẽ, [&]pro, id est, [minutum à prudentia Roboam,]i. ipsum Roboam, qui paruæ fuit prudentiæ, & multùm carnalis, de quo filius eius Abia, 2. Para. 13. loquitur, quòd fuit rudis & corde pauido. [qui auertit gentem consilio suo,]i. decem tribus auertit à se, respondendo eis rusticaliter atq; tyrannicè, iuxta consilium iuuenum secum in delicijs nutritorum, dicendo: 3. Reg. 12.
Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus, & multa similia, nec acquieuit precibus populi, ac seniorum suorum sapiẽtum virorum reliquit consilium, prout 3. Reg. 12. legitur. [& Hieroboam filium Nabath]reliquit post se, [qui Hieroboam [peccare fecit Israel,]id est, tribus decem, quas induxit ad aureorum vitulorum culturam, timẽs quòd populus suus rediret ad obedientiam Roboam, si irent ad adorandum & sacrificandum in Hierusalem. [& dedit Ephraim]i. Ephratæis [peccandi viam.]nam tribus illa fam̃iliariùs ei adhæsit, tanquàm cognato, & ampliùs imitata est scelera eius. [Et plurima redundauerunt]i. abundauerunt [peccata eorum:]qñ tempore procedente coluerunt nõ solùm vitulos illos, sed etiam Baal & alia idolorũ portenta, multaq; alia inciderunt peccata enormia, quæ oriri solent ex idololatria, iuxta illud Sap. 14. Infandorum idolorum cultura oñis mali causa est & initiũ & finis. Hinc Oseę 4. scriptũ est: Maledictum & homicidiũ & mendaciũ & furtũ & adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit. [Valdè enim auerterunt 4. Reg. 25.
illos à terra sua:]i. tribus illæ propter peccata sua sunt captiuatæ & translatæ à propria terra in terrã Assyriorum, Persarũ, Medorum, vt legitur 4 Reg. 17. Et item valdè auersi fuerunt à terra regni Iuda, ità ꝙ non iuerunt ad templum ibidẽm situm secundùm legem. [& quę fuit oñes nequitias,]i. Hieroboam & tribus Ephraim, seu successor regis illius, de industria excogitauit vias prauissimas, ad auertendum decem tribus à cultu Dei. [vsq; dum peruenire
ad illos defensio, & ab oñibus peccatis liberauit eos.]Quod quidam exponunt de Cyro rege Persarũ, qui dedit eis defensionem, i. redeundi licẽtiam à captiuitate dispersa per regna diuersa, vt in Esdrę libro habetur, sicq; liberauit eos à peccatis eorum, i. à pœnis & cladibus, 2. Para. 36.
quas propter sua scelera inciderunt. Alij exponunt de Christo, vsq; ad cuius aduentum mãserunt in multis peccatis, à quibus conuersi ad Christum, fuerunt purgati, iuxta illud quod 1. Esdræ 1.
Oseæ 3. legitur: Dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephot, & sine teraphim, & post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dñm Deum suum, & Dauid regem suum, i. Messiam, vt omnes exponunt tã catholici quàm Hebræi. Vndè & Daniel 9. habetur: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctã tuam, vt consummetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur ꝓphetia, & vngat̃ sanctus sanctorũ. Postremò, quanuis Cyrus rex pstitit tribubus Israel prætactam redeundi licentiam, multi tamen ex eis manserunt in terris suæ captiuitatis, amore possessionum & vxorum ac sobolis, quas ibi procurauerunt, immò pauci ex decem tribubus rediẽrunt. Propter quod dicunt nonnulli, quòd nati ex decem tribubus, non fuerunt reuersi: quia quod

modicũ eſt, reputatur pro nihilo. Nihilominùs ex illis paucis reuerſis, & alijs ex ſemine decẽ tribuum natis, atque hinc indè reductis, nati ſunt multi, de quibus & de natis ex tribu Iuda, prophetæ ſancti, Ezechiel, Zacharias atque Ieremias, vaticinati ſunt, quòd venirent & conſtituerent ſibi caput vnum, i. in Chriſtum concorditer crederent.

¶Declaratio cap. 48. Et ſurrexit Helias propheta quaſi ignis. Art. 49.

Hic collaudantur quidam magni & ſancti prophetæ. [Et ſurrexit Helias propheta quaſi ignis,] i. valdè feruens in dei amore ac zelo iuſtitiæ, atque in verbis increpatorijs vehementer acutus. Hinc ſubditur: [& verbum ipſius quaſi facula ardebat.] Nam & feruens fuit in exhortando & inſtruendo ſuos diſcipulos, & Deitatis amore ſuccenſus, ſuccendit & alios. Vndè 3. Regum 19. fatetur: Zelo zelatus ſum pro Domino. Iere. quoq; 23. Dominus loquitur: Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram? [Qui induxit in illos famẽ,] i. zelo iuſtitiæ procurauit terræ ſterilitatem, ex qua ſecuta eſt fames multorum. [& imitãtes illum, inuidia ſua tabefacti ſunt.] Vel (vt aliqui habent) pauci facti ſunt. Iſti fuerunt prophetæ Baal quadringenti, inuidentes Heliæ, & volentes impetrare conſumptionem ſacrificiorum ſuorum à Baal per ignem, ſicut impetrauit Helias à dño, quod fuit velle eum imitari ꝓſumptuoſẽ, qui ab eodẽ, occiſi ſunt gladio, vt 3. Reg. 18. habetur. [Nõ poterant eñ ſuſtinere ꝓcepta Dñi:] i. reſiſtere iuſſionibus Dei, qui per Heliã loquebatur, & iubebat eos interfici etiã preſente rege Achab, qui id impedire auſus nõ fuit. [Verbo Domini continuit cælũ,] i. virtute diuina ſeu feruente oratione, & verbo quod protulit ex diuino inſtinctu, repreſſit cælũ aëreũ à pluuia annis tribus & méſibus ſex, iuxta quod legitur 3. Regũ. 19. Et dixit Helias: Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto, ſi
Iaco. 5. erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba. Et in Canonica Iacobi apoſtoli: Helias homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & oratione orauit, vt nõ plueret ſuper terram, & nõ pluit annos tres & menſes ſex. Ex quo S. Iacobus probat, ꝙ magni vigoris ſit apud Deum oratio iuſti aſſidua. [& deiecit à ſe ignem terræ,] i. orationis ſuæ virtute procurauit, quòd ignis deſcendit ex aëre, & deuorauit ſacrificium ſuum, vt legitur 3. Reg. 18. & poſteà bis impetrauit ignis deſcenſum, quo deuorati fuerunt quinquagenarij Ochoziæ cum ſuis quinquaginta, quemadmodùm 4. Reg. 1. narratur. [Sic amplificatus eſt] i. magnus & ꝑclarus oſtenſus [Helias in mirabilib' ſuis:] i. per miracula à ſe miniſterialiter facta, principaliter autẽ à Deo meritis precibuſq; Heliæ. [Et quis poterit ſimiliter gloriari tibi?] i. de tanta ſua excellentia iucundari in Deo? vtiq; pauci de his, qui fuerunt in veteri teſtamento. Glorioſi verò apoſtoli, & multi ſancti in euangelica lege fecerũt maiora, & multo plura miracula quàm Helias. [ꝙ ſuſtuliſti mortuum ab inferis,] i. filium viduæ in Sarepta defunctum reſuſcitâſti, [& de ſorte mortis in verbo Domini Dei.] i. de mortis euentu, oratione ſua ex diuino inſtinctu, prout
3. Reg. 21. 3. Regum 17. legitur. [Qui deieciſti reges ad perniciem,] i. Achab regẽ & filium eius Ochoziam dixiſti morituros propter eorum exceſſus. Similiter Ioram filium Ioſaphat, vt 2. Para-
4. Reg. 1. lip. 21. recitatur. [& cõfregiſti facilè potentiam eorum.] i. faciliter impetrâſti à Domino, & prædixiſti eorum deiectionem, [& glorioſos de lecto ſuo.] id eſt, de ſua carnali repauſatione excuſſiſti in mortem. Vel ideò dictũ eſt hoc, qm̃ Ochoziæ prædixit quòd de lecto ſuo nõ ſurgeret, eo ꝙ conſuluerit Beelzebub, vt 4. Re. 1. inducitur. [Qui audiſti in Sina iudicium,] i. in monte Sinai Deus tibi reuelauit per angelum quædam ſua ſecrera cõſilia ac iudicia, ſecundùm quod 3. Reg. 19. ſcriptum eſt. [& in Oreb iudicia defenſionis.] mons Sinai, alio nomine dicitur Oreb, ꝑſertim quo ad partem ſuã inferiorem, & ibi audiuit Helias à Dño quædam iudicia ſuæ iuſtitiæ, quibus defendit ſe, i. ſuam iniuriam vindicauit de tranſgreſſoribus legis. [qui vngis reges ad potentiã:] i. ad correctionẽ iniquorũ, vt de ſuis pœniterent peccatis. Vndè 3. Reg. 19. fertur: Ait Dñs ad Heliã: Vnges Azahel regẽ ſuper Syriam, & Iehu vnges regẽ ſuper Iſrael, Heliſæũ aũt vnges prophetã pro te. & erit, quicunq; fugerit gladiũ Azahel, occídet eum Iehu: & qui fugerit gladiũ Iehu, occídet eũ Heliſæus. [& ꝓphetas facis ſucceſſores poſt te:] i. Heliſæo gratiã prophetiæ impetrâſti, & Ionæ, vt aliqui dicũt, dicentes ꝙ ipſe
4. Reg. 2. fuit, quẽ ſuſcitauit à mortuis. Habuit quoq; multos diſcipulos, qui 3. & 4. Reg. dicũtur filij ꝓphetarum, & multi diſcipulorum illorum gratiam prophetię habebant. Nã & Heliſæo prędixerunt, ꝙ Helias auferendus eſſet ab eo. [Qui receptus eſt] i. tranſlatus in paradiſum, [in turbine ignis,] i. cum ignea impulſione ſeu cõmotione. Hinc expoſitoriè ſubditur, [in curru equorũ igneorũ,] iuxta illud 4. Reg. 2. Eccè currus igneus & equi ignei diuiſerũt vtrũq;, ſcilicet Heliã & Heliſæum ab inuicèm, & aſſcendit Helias per turbinẽ in cælum ſcilicet aëreum. quod totum angelico miniſterio factum eſt, prout ſuper Regum libros pleniùs dictũ eſt. [qui inſcriptus eſt in iudicijs temporum,] id eſt, propheticè prænunciatus ac deſupèr

præuiſus

præuiſus eſt venire rurſus ad homines temporibus Antichriſti, ad reſiſtendum impijſſimo illi, atq; ad inſtruendum Iudæos. Propter quod ſubditur: [lenire iracundiam nomini] id eſt, ad mitigandum iram Dei per conuerſionem iniquorum ad ipſum, [conciliare cor patris ad filium] id eſt, ad conuertendum Iudæos incredulos tunc futuros ad Chriſtum, atq; per hoc facere cõcordiam inter ſanctos patriarchas & ipſos. [& reſtituere tribus Iacob,] id eſt, ad reformandum ſpiritualiter eas, & ad perducendum eas ad ſtatum ſalubrem. Hinc in Euange- Matth. 17.
lio ait Saluator: Helias cùm venerit, reſtituet omnia. Per Malachiam quoq; proteſtatur: Eccè Malac. 4.
ego mittam vobis Heliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorũ, nè fortè veniam & percutiam terram anathemate. [Beati qui te audiêrunt,] nõ ſolùm auribus corporis, ſed etiã cordis tibi obtemperando. Auribus eñ corporis audiêrũt eum Achab, Ochozias, ſacerdotesq; Baal, & alij multi prauiſſimi. [& in amicitia tua decorati ſunt:] i. tibi amici fuerunt per veram concordiam, voluntatisq; conformitatẽ, quod ſine charitate & pace interna nõ fuit. Talis nanq; amicitia fundatur in bono honeſto. [nam nos vita viuimus tãtùm:] id eſt, vita naturæ & gratiæ abſq; tantis & talibus miraculis, qualia tu feciſti, nec tãtæ ſumus perfectionis, vt tu. [Poſt mortem aũt nõ erit tale nomen noſtrum.] i. tantæ famæ non erimus, qm̃ nec in donis gratię gratum facientis, neq; in donis gratiæ gratis datæ, ſimiles tibi ſumus. Nec iſtud ideò dicitur, quaſi fama humana poſt vitam hanc ſit multùm appreciandа, ſed virtutum excellentia, quæ eſt huiuſmodi famæ cauſa. Porrò homines vani, & qui putãt animã mori cũ corpore, multùm deſiderauerunt famam humanam, vt ſaltẽ in memorijs hominũ remanerent poſt mortem. [Helias qui in turbine tectus eſt,] i. per turbinẽ ſublatus viſui hominũ. Vndè & quarto Regum 2. aſſeritur: Ampliùs non vidit eum Heliſæus. [& in Heliſæo completus eſt ſpiritus eius.] i. gratia prophetiæ & efficacia miraculorum, quas habuit Helias, conceſſæ ſunt Heliſæo, qui dixit: Oro, vt fiat ſpiritus tuus duplex in me. Hinc legit̃ prætacto capitulo: Spiritus 4. Reg. 2.
Heliæ requieuit ſuper Heliſæum. [In diebus ſuis nõ pertimuit principem.] i. Heliſæus adepta perfectione & gratia Heliæ, nec reges, nec principes timuit timore carnali mundano, immò cùm Ioram rex miſiſſet vnũ ad occidendum Heliſæum, dixit: Nunquid ſcitis, ꝙ filius 4. Reg. 6.
homicidæ miſit vt ꝑcidatur caput meum? Poſtmodùm quoq; dixit ei in faciẽ: Si non vultũ 4. Reg. 3.
Ioſaphat regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem qdem te, nec reſpexiſſem. Nec etiã timuit principes regis Syrię, miſſos ad capiendum ſe, ſed dixit ad puerũ ſuum: Nè timeas, plures eñ nobiſcum ſunt, quàm cũ illis. Quæ omnia quarto Regũ deſcripta ſunt. [& potentia nemo vi- 4. Reg. 6.
cit illũ:] qa diuina virtute protegebatur atq; ꝓaluit. [Nec ſuperauit illum verbũ aliquod:] i. nec per verba cõminatoria, neq; per verba adulatoria à rectitudine æquitatis deiectus eſt, immò conſtans atq; immobilis corde manſit in Deo. [& mortuũ prophetauit corpus eius:] i. corpus eius ſepultum, ſuo tactu ſuſcitauit quendã à latronibus interfectũ, qui in ſepulcro Heliſæi proiectus, dum ſacra eius oſſa tetigiſſet, diuina virtute reuixit, vt 4. Re. 13. recitatur, per quod patuit eũ fuiſſe verum Dei prophetam. [In vita ſua fecit monſtra,] i. præclara miracula oſtenſione condigna, q̃ quarto Regũ narrantur, & ſedecim fuiſſe cõputant̃. Miracula aũt Heliæ, octo. Porrò qdam ſancti in nouo teſtamento frequẽter vno die fecerũt multo plura miracula, ſicut & ipſemet Dñs Ieſus Chriſtus. [& in morte mirabilia operatus eſt:] i. inſtãte mortis ſuæ hora, tunc eñ regi Iſrael ipſum viſitanti ꝓphetauit, ꝙ ter vinceret Syros, & ꝙ eos penitùs debellaturus fuiſſet, ſi terrã iaculo percuſſiſſet quinquiès aut ſexiès vel ſeptiès, prout 4. Reg. 13. legitur. [In oñibus iſtis nõ pœnituit populus,] i. cùm tam magni ꝓphetæ, videlicet Helias & Heliſæus, populum decẽ tribuũ per verba, exempla, atq; miracula hortarent̃ & increparent, non tñ pœnituit populus ille induratus de idololatria ſua alijsq; peccatis pro maiori parte, aliqui tñ fuerunt per ſanctos illos cõuerſi, & multa millia erãt in populo, q̃ idola non colebant, ſicut ad Heliam Dñs dixit: Derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ mil- 3. Reg. 19.
lia virorũ, quorũ genua nõ ſunt curuata ante Baal. [& nõ receſſerunt à peccatis ſuis, vſq; dũ Rom. 11.
abiecti ſunt de terra ſua:] i. tranſlati & capti per reges Aſſyriorũ, vt legitur quarto Regũ. [& diſperſi ſunt in omnem terram,] i. per regna diuerſa. [& relicta eſt gens perpauca,] i. populus regni Iuda modicus, comparatione duodecim tribuum. [& princeps in domo Dauid.] i. 4. Reg. 17. & 25.
rex Ezechias in folio Dauid. Siquidem quarto anno regni Ezechiæ, Salmanaſar rex Aſſyriorum tranſtulit decem tribus, vt 4. Regum 17. ſcriptum eſt. [Quidam ipſorũ,] ſcilicet re- 4. Reg. 18.
gum & populi Iuda, [fecerunt quod placeret Deo,] videlicet Ezechias atq; Ioſias, qui mul- 4. Reg. 22.
tos iuſtos habuerunt miniſtros ac ſubditos. [alij autem multa commiſerunt peccata. Eze-
chias muniuit ciuitatem ſuam:] id eſt, Hieruſalem regni ſui metropolim, quam armis & victualibus roborauit, reparauitq; murum eius diſſipatum. [& turres extruxit atque forinſe-

cùs alterum murum,] quemadmodùm 2.Paralip.32. habetur. [& induxit in medium ipſius aquam,] quia fontem Siloe fecit intra ciuitatem riuos ſuos diffundere, qui antè extrà diffudit ſe, quod fecit ad reſiſtendum regi Aſſyriorum, nè aquam in gyro Hieruſalem inueniret, & vt habitatores Hieruſalem eſſent in obſidione, puiſi de aqua. [& ſodit ferro rupem,] vt fluxus fontis haberet canalem. [& ædificauit ad aquam puteum,] id eſt, lacum fieri fecit ad recipiendum. [In diebus ipſius aſcendit Sennacherib] rex Aſſyriorum, [& miſit Rapſacem] cum grandi exercitu, [& ſuſtulit] Rapſaces] id eſt, leuauit [manum ſuam cõtra illos,] id eſt, contra miniſtros Ezechiæ, quos miſit ad Rapſacem, [& extulit manum ſuam in Sion,] id eſt, verſùs templum atq; palatium ſita in monte Sion, comminando eorum deſtructionẽ, [& ſuperbus factus eſt potentia ſua:] id eſt, ex præſumptione potentiæ regis ſui ſuperbiſſimè loquebatur ac blaſphemanter. [Tunc mota ſunt corda & manus ipſorum,] id eſt, ſerui & ſubditi Ezechiæ formidabant tam vehementer, quòd timor cordis redundauit in corpus, & cauſauit in eo tremorem. [& doluerunt præ triſtitia & pauore, quaſi parturientes mulieres,] quia humana potentia reſiſtere non valebant, & crudelitatem nouerant tanti tyranni.

4.Reg.19. [Et inuocauerunt Dominum miſericordem, & expandentes manus ſuas extulerunt ad cælum, & ſanctus Dominus Deus exaudiuit citò vocem eorum:] præſertim propter blaſphemias ſibi illatas debitè puniendas. [Non eſt commemoratus peccatorum illorum,] id eſt, piè ignouit præteritis culpis ipſorum, [neq; dedit illos inimicis ſuis] Aſſyrijs, [ſed purgauit illos in manu Iſaiæ ſancti prophetæ:] id eſt, per exhortationem & orationem Iſaiæ dedit ipſis cõtritionem, veniam & emendam. [deiecit caſtra Aſſyriorum,] id eſt, eorum exercitum interfecit per modum qui ſubditur: [& contriuit illos angelus Domini.] iuxta illud 4.Regũ 19. Factum eſt in nocte illa, & percuſſit angelus Domini in caſtris Aſſyriorum centũ octogintaquinq; millia. Atq; vt dicunt expoſitores, incendit impios illos, & corpora ipſorum quaſi in fauillam redegit. [Nam fecit Ezechias quod placuit deo:] nam patre ſuo iniquo defuncto, ſtatim aperuit templum & ſacerdotes, totumq; regni ſui populum reformauit, prout 4.Regum 18. & 2.Paralip.29. recitatur. [& fortiter iuit in via Dauid patris ſui,] id eſt, cõuerſationem ſancti Dauid ſtrenuè ſequebatur, [quam mandauit ei Iſaias propheta magnus & fidelis in conſpectu Domini:] cui prophetæ obediuit humiliter Ezechias, tanquàm amico Dei & eius præconi. [In diebus ipſius] Iſaiæ ſeu Ezechiæ [retrò redijt ſol] decem gradibus ſeu lineis in horologio Achaz, prout ſuper Iſaiam & Regum quartum expoſitum eſt. Idcircò non immoror hîc, & factum fuit magnum illud miraculum, petente Ezechia, oranteq; Iſaia, ad certificandum Ezechiam de ſua ſanatione. [& addidit regi vitam.] id eſt, Ezechiæ prædixit, quòd vita ſua eſſet annos quindecim prolonganda, vt 4.Regũ 20. ſcriptum eſt. [Spiritu magno] id eſt, corde ſublimiter illuminato ſeu ſpiritu prophetico luminoſo, [vidit] imaginaria viſione [vltima,] id eſt, multa ſecreta ſub Euangelica lege & circa finem mundi implenda. [& cõſolatus eſt lugentes in Sion,] id eſt, eos qui in Ieruſalẽ deplanxerũt aduerſitates & ruinas Iſraelitici populi, & eos qui nunc in Eccleſia piè lugent. [vſq; in ſempiternum.] quia vſq; ad finem mundi ex libro viſionum ſuarum accipiuntur multæ & magnæ conſolationes contrà inordinatum mœrorem & omnem luctum, per quas conſolationes ad æternæ felicitatis iucunditates pertingitur. Scripſit quippe euidenter & copioſè de Chriſti myſterijs, de diuini rigore iudicij, de futuris ſupplicijs, & de omni beatitudine electorum. & [oſtendit] id eſt, prænunciauit [futura & abſcondita antequàm euenirent.] nam & de tribulationibus & captiuitatibus Iudæorum, liberationibuſq; eorũ, multa conſcripſit.

¶Expoſitio cap. 49. Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta. Art. 50.

4.Reg.21. REcitantur hîc præconia Ioſiæ, & aliorum patrum ſanctorum. [Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta,] id eſt, ſimilis confractioni odoriferæ, [opus pigmẽtarij,] id eſt, aſſimilanda vnguento facto ab eo, qui facit pigmenta. Quemadmodùm enim talis confectio dulcis eſt, & ex diuerſis aromaticis rebus conficitur: ſic Ioſiæ memoria eſt ſuauis ex cõſideratione & connexione virtutum & perfectionum ac meritorum ipſius. [In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria:] id eſt, dulce erit loquũ de viro tam religioſo, feruẽte, perfecto, & in mente erit eius memoria tam ſuauis, vt redundet in corpore. Conſideratio nanq; tantarum virtutum, parit in corde delectationem. [Et ſicut muſica in conuiuio vini, in quo harmonia muſicorum inſtrumentorum multùm delectat epulantes, qui & ex vini potatione & cibo exhilarantur, ſic diſpoſiti ſunt addelectandum valdè ex muſica. [Ipſe eſt directus diuinitùs,] i. à Spiritu ſancto miſſus, motus, & inſpiratus, [in pœnitentia gentis,] i. ad inducendũ efficaciter populum ſuum ad pœnitendũ ac reſipiſcendum de ſuis peccatis. [& tulit abominationes impietatis.] i. idololatrias abſtulit à

popu-

populo ſuo, [& gubernauit ad Dominum cor ipſius,] i. mentẽ ſuam plenariè direxit ad neũ. 4.Re.29.
Vel cor ipſius, i. mens ſua, gubernauit, i. populum ſibi cõmiſſum direxit ad Dñm. [& in diebus peccatorũ] i. idololatriarum [corroborauit pietatem] i. cultum Dei recuperauit ac ſtabiliuit, conuertendo ad Deum ipſos idololatras, iuxta illud 2.Paral.34. Octauo anno regni ſui, cùm adhuc puer eſſet, cœpit ꝙrere Dñm, & duodecimo anno poſtquàm cœperat, mundauit Iudam & Hieruſalem ab excelſis & lucis, ſimulacriſq; & ſculptilibus. Inſuper quarto
Regũ legitur: Similis ei non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dñm in omni corde ſuo, 4.Reg.23.
& in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem legẽ Moſis, neq; poſt eum ſurrexit ſimilis ei. [Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam, oẽs reges peccatum cõmiſerunt.] Circa hoc oritur quæſtio grauis, qualiter verum ſit: ſic etenim ſonat, quaſi tres præfati reges nõ
cõmiſerint peccatum, cùm tũ Dauid præter cętera ſua peccata, etiam adulteriũ, proditionẽ, 2.Reg.11.
homicidiumq; cõmiſerit. Deniq; grauiùs peccâſſe videtur, quàm Ioſaphat & alij qdam, de
qbus tale nil legitur, & de Aza rege ait ſcriptura, ꝙ cor eius fuit perfectũ cum Dño Deo. Ad
iſta qdam reſpondent, ꝙ omnes reges Iuda & Iſrael cõmiſerunt aliquo modo idololatriam,
præter Dauid, Ezechiam, atq; Ioſiam. Cõtra quod obijci poteſt illud ſecundi Paral.14. Fecit
Aza quod bonum & placitũ erat in cõſpectu Dñi Dei ſui, & ſubuertit altaria peregrini cultûs & excelſa, & cõfregit ſtatuas, lucoſq; ſuccidit, ac præcepit Iudæ, vt quæreret Dñm Deum
patrum ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata, & abſtulit è cũctis vrbibus Iuda aras
& phana, & regnauit in pace. Deniq; eodem Paralip. libro, per diuerſa capitula deſcribũtur
virtutes, deuotio, & laudes magnificæ Ioſaphat regis, de quo inter cætera legitur: Cumq;
ſumpſiſſet cor eius audaciã propter vias Dñi, etiam excelſa atq; lucos de Iuda abſtulit. Porrò de Ioathan rege ait ſuper Iſaiam Hieronymus, quòd iuſtiſſimus fuit. Similiter de Ozia patre eius multa commendabilia refert ſcriptura, de hoc ſolo cum redarguens, quòd ſibi ſacerdotale vſurpauit officium: licq; regibus iſtis, videlicet Azę, Ioſaphat, Ioathan, & Oziæ, nõ
conueniunt quæ ſequuntur: [Nam reliquerunt legem altiſſimi reges Iuda, & contemſerũt timorem Dei. Dederunt enim regnum ſuum alijs, & gloriam ſuam alienigenæ genti.] id eſt,
peccando meruerunt, quòd regnum eorum traditum eſt Aſſyrijs & Chaldæis. Adhuc iuxta
prætacta aliqui dicunt, quòd præfati reges aliquo modo per idololatriam peccauerunt, non
deſtruendo excelſa in toto, ſed in parte duntaxàt. Nam & de Aza & Ioſaphat legitur tam in
libro Regum, quàm Paralip. quòd non abſtulerunt excelſa, vel quòd excelſa derelicta ſunt, 4.Reg.17.
quia non deſtruxerunt ea totaliter, ſed ea potiſſimùm, in quibus idolis ſacrificabatur. Excel- 4.Re.27.
ſa aũt vocantur loca ſublimia, in qbus etiã gentiles cõſueuerunt ſacrificare. Et ſic videbatur
quaſi ſpeciem idololatriæ quandam habere, in excelſis offerre, præſertim templo ædificato.
Veruntamẽ quia hic liber non eſt in canone, & in ſcriptura canonica præallegata ipſe Aza,
Ioſaphat, Ioathan, Ozias, iuſti fuiſſe ſcribuntur, tenendum eſt abſolutè, quòd iuſti fuerunt
& benè quieuerunt in Domino, & de his in quibus fuerunt culpabiles, pœnituerunt, ſicut
& Dauid. Concedendum tamen videtur, ꝙ Dauid, Ezechias & Ioſias, fuerunt cæteris perfectiores. [Incenderunt electam ciuitatem ſanctitatis:] i. reges Iuda iniuſti idololatræ, promeruerunt ſanctam vrbem Ieruſalem diuino cultui deputatam, à Chaldæis comburi. [& deſertas fecerũt vias ipſius:] quia & hoc meruerũt, ꝙ per itinera vrbis illius nõ fuit inceſſus ciuitate deſtructa, iuxta illud in Threnis: Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui veniant ad Thren.1.
ſolennitatem. Hæc ergò fecerunt [in manu Ieremiæ,] id eſt, ſecundùm quod ipſe prædixit. Hiere.20.
[nam malè tractauerunt illum,] id eſt, grauiter & multipliciter perſequuti ſunt, proijciendo 32.&38.
eum in lacum, in carcerem, in neruum, in vincula, ac ſubſannando, ſecundùm quod ipſe te- Iere.15.
ſtatur, dicens: Omnes maledicunt mihi. Et rurſùs: Omẽs, inquit, ſubſannant me. [qui à ven- & 20.
tre matris eſt conſecratus propheta:] id eſt, ſanctificatus fuit in vtero, vt eſſet propheta, ſecundùm quod ait in ſui exordio libri: Factum eſt verbũ Domini ad me, dicẽs: Priuſquàm te
formarem in vtero, noui te: & anteq̃ exires de ventre, ſanctificaui te, & prophetã in gentibus
dedi te. [euertere & eruere & perdere, & iterùm ædificare & renouare:] i. ad hoc factus eſt
propheta, vt prænunciaret euerſionem deiectionemq; ciuitatis & templi, ac populi deua-
ſtationem, & quòd poſteà templum & vrbs eſſent reædificãdæ, & talia de alijs quoq; regnis
& gentibus prophetauit, ſecundùm quod Dñs ait ad eum: Eccè cõſtitui te ſuper gentes & Iere.1.
regna, vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. [Ezechiel, qui vi- Ezech.1.
dit conſpectum gloriæ] i. præclaram & admirabilem habuit viſionem quatuor animaliũ,
per quæ quatuor Euangeliſtæ ſignantur. [& throni] dei, in eo omnibus præſidentis, [quam]
viſionem [oſtendit illi] i. videre & intelligere fecit eum Deus, [in curru Cherubin:] id eſt,
ſimilitudine currûs & Cherubici ſpiritûs. Quæ viſio in ipſius Ezechielis libro habetur, &

ibi

ibi diligenter expoſita, eſtq; difficilis valdè, ſicut & vltima viſio. Vndè, vt refert Hieronymus, exordium Geneſis & Canticum Canticorum, & duæ illæ viſiones, apud Hebræos non leguntur alicui, niſi ad minùs ſit triginta annorum. [Nam commemoratus eſt inimicorum,] id eſt, impiorum & aduerſariorũ Iſraeliticæ plebis pœnas prędixit, [in imbre,] id eſt, in abũdantia & rore ſuæ doctrinæ ac prophetiæ, quæ per imbrem ſignificatur, cùm Dominus ait
Iſaiæ 5. Deut.32. per prophetam de vinea ſua, vtpotè ſynagoga: Mandabo nubibus, nè pluant ſuper eam imbrem. Propter quod Moſes dixit: Concreſcat vt pluuia doctrina mea. [benefacere illis qui oſtenderunt vias rectas:] id eſt, ad prænunciandum & imprecandum proſpera iuſtis, & vera docentibus, ac benefacientibus populo Dei. Sequitur laus duodecim prophetarum minorum. [Et duodecim prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo.] Exponendum eſt hoc, ſicut id quod ſuprà cap. 46. de iudicibus ſcriptũ eſt: Oſſa eorum pullulant de loco ſuo. [nã corobrauerũt Iacob,] i. populum Iſrael natum ex Iacob, ſpiritaliter confortauerũt ſuis doctrinis, exemplis, viſionibus, ſignis. [& redemerunt ſe] i. à periculis vitiorum & cõdemnationis
Rom.1. Iacob. 2. Ezech.33. æternæ præſeruauerũt ſe [in fide virtutis ſuæ.] i. per fidem virtuoſis actibus decoratam, quæ ſcilicet per dilectionẽ operatur. Iuſtus nanq; ex huiuſmodi fide viuit. Fides autem quæ non habet opera, mortua eſt in ſeipſa. Itaq; per hoc redemerunt ſe, quòd commiſſum ſibi officiũ circa populum Iſrael efficaciter impleuerunt. Sic per Ezechielem Dominus ait: Si annunciante te ad impium, vtà vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus, ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberâſti. [Quomodò amplificemus Zorobabel,] id eſt, qualiter ſatis dignè & amplè poterimus eum laudare? tãquàm dicat, Multùm laudabilis eſt. [nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu Iſrael,] id eſt, ipſe ornamentum eſt Iſraelitici populi, ſicut annulus digitum ornat. Fuit etenim dux Iudæorum de Babylonica redeuntium captiuitate, & templum Domini inſtaurauit, vt habetur in Eſdra & Aggæo. Et cõſonat laus hæc verbis Dei, dicentis Agg. 2. In die illo aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. Quod tamen (ſicut ibidẽm probatum eſt) de Chriſto eſt exponendum ad literam. Quocontrà Dominus de Iechonia per Ieremiam dixit: Vi-
Iere. 22. uo ego, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda, annulus in dextera manu mea, indè euellam eum. [& Ieſum filium Ioſedech?] id eſt, qualiter eum laudabimus? [qui in diebus ſuis ædificauerunt domum,] fuerunt enim principales in ædificatione templi ſecundi poſt reuerſionem de Babylone, fuitq; Ieſus hic filius Ioſedech, ſacerdos magnus ſeu pontifex tẽpore illo, de quo in Zacharia legitur: Oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum, ſtantem coram angelo. Atque in Aggæo: Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum. [& exaltauerunt templum ſanctum Domino,] id eſt, templum quod fundauerunt, ad conſummationem perduxerunt ad gloriam Dei. [& paratum in gloriam ſempiternam,] id eſt, ordinatum & factum ad perpetuum dei honorem & famam perennem, immò ad hoc, vt per cultum inibi Deo exhibitum, peruenireturad gloriam ſalutis æternæ. Deniquè paratum fuit & factum, vt Chriſtum ſuſciperet, qui in eo fuit oblatus, & poſteà ſæpè fuit in eo prædicans atque miracula faciens. Propter quod prædictum fuit per Aggæum: Magna erit gloria
Aggæi 2. 1.Eſ.1.2.3. domũs iſtius nouiſſimæ, plùs quàm primæ. Itaque ædificationem templi, tempore Cyri inceptam, & tempore Artaxerxis regis annis plurimis impeditam, prædicti viri ſunt proſequuti anno ſecundo Darij regis Perſarum, & ſexto imperij eius anno ipſam conſummauerunt, prout libro primo Eſdræ deſcribitur. Vndè & per Zachariam loquutus eſt Dominus:
Zach.4. Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, & manus eius perficient eam. [Et Nehemias in memoria multi temporis:] id eſt, diuturna memoria dignus eſt, & diù in commemoratione habendus, [qui erexit nobis muros euerſos,] in circuitu Ieruſalem, cuius muri fuerunt à Chaldæis deſtructi. [& ſtare fecit] i. erexit & cõſtruxit [portas] in muris Ieruſalem, [& ſeras] in portis, [qui erexit domos noſtras.] Multa nanq; habitacula in Ieruſalẽ per ſe & alios
Nehe.2. Eccĩ 44. Gene. 5. fecit, vt in Nehemia legitur. Conſequenter redit ad laudẽ Enoch, de quo ſuprà pleniùs ſcripſit. [Nemo natus eſt in terra qualis Enoch,] nõ qp fuerit maior & ſanctior ſingulis alijs, ſed quia in aliquibus ſpecialem excellentiam eſt ſortitus. Vndè ſubiungitur: [Nam & ipſe receptus eſt à terra,] i. in paradiſum tranſlatus ab hac terra mortaliũ, & priùs q̃ Helias. [& Ioſeph
Gene.41. qui natus eſt homo princeps fratrũ] i. nõs fratrum ſuorũ, deo diſponente, effectus, ac prędordinatus à Deo & natus, vt talis tantusq; fieret, [firmamentum gentis,] i. columna ſuę progenici & conſeruator multorũ in vita, præbendo eis neceſſaria tempore famis. [rector fratrũ] in Aegypto, [ſtabilimentum populi,] quia non ſolùm ſuam cognationem, ſed Aegyptios quoq; & alias gentes ſuis conſilijs auxilijsq; firmauit. vndè & Pharao vocauit eũ ſaluatorem mundi,

mundi, vt legitur Gene. 49. Et Sapientiæ 6. aſſeritur: Rex ſapiens, populi ſtabilimentum eſt. Sapient.9.
[& oſſa ipſius viſitata ſunt:] i. reuerenter accepta à filijs Iſrael exeuntibus de Aegypto, & ad terram promiſſionis delata, iuxta illud in Exod.13. Oſſa quoquè Ioſeph tulit Moſes ſecum. Hoc quippe commiſit fieri in extremis, ità loquẽs: Deus viſitabit vos, abſportate vobiſcum Géne.50. oſſa mea de loco iſto. Vndè ad Hebræos ait Apoſtolus: De oſſibus ſuis mandauit. [& poſt Hebr.11. mortem prophetauerunt] eo modo, quo dictum eſt ſuprà de Heliſæo: Mortuum propheta- Eccĩ 48. uit corpus eius. Per hoc eñ quòd oſſa Ioſeph ſublata ſunt modo præfato, materialiter oſtenderunt atq; innotuit, Ioſeph veraciter prophetâſſe de filiorum Iſrael exitu ab Aegypto, & oſſium ſuorum abſportatione. Propterea ad Hebræos dicitur: Fide Ioſeph moriens, de pro- Hebr.11. feſtione filiorũ Iſrael memoratus eſt. Verùm de prophetatione oſſium Ioſeph, ſuper Exo- Exod.13. dum pleniùs dictum eſt. [Seth & Sem apud homines gloriam adepti ſunt:] i. famoſi effecti ſunt apud homines vniuerſos propter ſuas virtutes. Præfuerunt quoquè multis hominibus dum vixerunt. [& ſuper omnem animam in origine Adam:] id eſt, cunctis filijs Adæ, quantùm ad aliqua præeminebant, & forſan latiùs præſidebant, Seth ante diluuium, & Sem, filius Noę poſt illud. Deniq; circa hoc allegat quidam Gloſſam, vt ait, dicentem, quòd iſti duo habuerunt dominium ſuper omnes homines ſui temporis, ſaltem pro aliqua parte vitæ ſuæ, Seth ante diluuium, & Sem poſt illud. Sed aduertendum, quòd gloſſa non dicit hoc, ſed ſic ait: Seth filius Adæ, & Sem primogenitus Noę, tam fide quàm moribus hominibus ſui temporis prælati ſunt. Quod intelligi poteſt, eos præ cæteris floruiſſe fide ac moribus. Nec apparentiam habet, quòd Seth vnquàm præfuerit poſteris Cain, qui ſeparauerunt ſe loco & conuerſatione à poſteris Seth. Poſt diluuium quoq; nati ex Iaphet, adhæſerunt patri ſuo Iaphet vt capiti, ſimiliter nati ex Cain.

¶Declaratio cap. 50. Simon Oniæ filius, ſacerdos magnus. Art. 51.

HIc ſpecialiter & eminenter ac multipliciter commendatur quidã nomine Simon, de quo alibi in tota biblia nil habetur. Idcircò ad horum expoſitionem & confirmationem non poſſunt more ſolito allegari teſtimonia ſcripturarũ. [Simon Onię filius, ſacerdos magnus] i. pontifex Iudæorum diù poſt reditũ à Babylone, fuitq; filius non illius Oniæ, qui ſecundo Machab. lib. deſcribitur & laudatur, ſed alterius, qui il- 2.Mach.1.
lum Oniam præceſſit. Circa hæc dicit gloſſa: Simon iſte filius fuit Oniæ, qui de Simone, cognomento Iuſto, eſt natus. Onias, vt refert Ioſephus, fuit puſillanimis & auarus, & Ptolemæo regi tributa non ſoluens, eundem prouocauit ad iram. Moriensq; Onias, filio ſuo Simoni huic ſacerdotium ſummum reliquit. Quo mortuo, filius eius nomine onias, ei ſucceſſit. Fuit autem hic Simon, cùm Ptolemæus Euergetes in Aegypto regnaret, atq; in Syria & Aſia Seleucus. Patet verò, Ieſum huius libri ſcriptorem & Simonem iſtum, eiſdẽ fuiſſe temporibus, cùm vitam & mores huius Simonis tam expreſſè deſcribat hic Ieſus. Hæc Gloſſa. [qui in vita ſua ſuffulſit domũ,] i. templũ firmauit, reſarciendo antiquata & vitiata in illo. [& in diebus ſuis corroborauit templũ,] emendando illud in multis. [Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt,] i. fundamentaliter ſeu firmiter reparata, non autem ſimpliciter fundata ſeu inchoata, quia hoc diù iam anteà factum eſt per Zorobabel à Chaldæa reuerſum, vt patuit cap. præcedenti. [duplex ędificatio] id eſt, reformatio in lignis atq; lapidibus, [& excelſi parietes templi] ab ipſo ſunt reformati. Et quia hic pontifex extitit virtuoſus, reformauit & ſynagogam, i. populum ſibi commiſſum. [In diebus ſuis emanauerunt putei aquarum:] i. abundantiam aquæ procurauit ciuitati & populo ſuo, vel puteos fodiendo, aut foſſos meliorando. [& quaſi mare adimpleti ſunt] aquis [ſupra modum] conſuetum, quod & meritis eius creditur factum. Spiritaliter quoq; tunc eruperunt putei aquarum, i. viri ſapientes, fluentis ſapientiæ ac doctrinæ repleti, quorum vnus extitit author iſte, & pontifex ille populũ ſibi cõmiſſum efficaciter inſtruens & gubernans, ſicut ſubiungit: [qui curauit gentem ſuã,] i. gregem ſibi creditũ ſolicitè rexit, & à vitijs expurgauit. [& liberauit eam à perditione,] i. à pœnis q̃ propter peccata infliguntur, ſuos ſubditos pſeruauit. [q̃ pualuit amplificare ciuitatẽ,] i. vrbem Ieruſalem augere habitatoribus & neceſſariorum prouiſionibus ac ſtructuris, quia in ſpiritalibus ac temporalibus quæſiuit bonũ commune. [qui adeptus eſt gloriã in conuerſatione gentis,] i. ex reformatione & vita laudabili plebis ſuæ conſequutus eſt famã, laudem, honorem, & præmium glorioſum. [& ingreſſum domũs & atrij] i. veſtibulũ templi ac atria miniſtrorum eius, ac populi, [amplificauit,] i. auxit ſeu reparauit. [quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei.] i. multùm præclarè reſplenduit, conuerſatione, inſtructione, fama, exemplaritate & authoritate in medio populi ſui etiã inter iniquos, atq; in tẽplo materiali. [Quaſi arcus re-

fulgens

fulgens inter nebulas gloriæ:] i. in nube clara, in qua triformis color iridis præsentatur. [& quasi flos rosarum in diebus vernis:] i. sicut roseus flos, pulcher & benè odorans, præsertim in Vere, supple, sic ille fuit ornatus virtutibus & bonæ famæ odore perfusus. [& quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ:] i. quemadmodùm lilia sita ad aquas fluentes sunt candida, sic ille virtute splenduit castitatis. [& quasi thus redolens in diebus æstatis.] sic ipse suauitate deuotionis & orationis inflammatione fragrabat. [Quasi ignis effulgens] per verba aderitia ac sapientialia, quibus alios instàr ignis illuminauit ac inflammauit. [& quasi thus ardens in igne:] qa quo igne aduersitatis ampliùs exercebatur, eo charitatis ac patientiæ actibus plùs redolens fuit. [Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso,] est speciosum, sic cor eius fuit vas sapientiæ, & cæteris donis virtutibusq; coruscans. [Quasi oliua pullulans] per opera misericordiæ, quæ per oliuam signantur, [& cypressus in altitudinem se tollens.] i. similis cypresso per actus cótemplationis sublimes. [In accipiendo * ipsam stolam gloriæ, & vestiri eum in consummationem virtutis. In assensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum.] i. pontifex iste exhibuit Deo gloriam & honorem, & condecentem officij sui vestitum spiritalem ac corporalem per hoc, quòd ad explendum officia sua, induit se iuxta legem stolam gloriæ & vestem pontificalem hyacinthinam pótifici propriam, ac cæteris vestimentis sacerdotalibus ac pótificalibus, totius perfectionis significatiuis, vestiuit se ad accedendum altare, in quo sacrificauit aut adoleuit incensum. [In accipiendo aũt partes] i. decimam decimarum, [de manu sacerdotum] secũdùm legis præceptum, vt dictum est suprà. [& ipse stans iuxta aram] i. iuxta exigentiam officij præstò fuit altari, ideò non indignè accepit decimam decimarum præfatam. [Circa illum corona fratrum] i. in circuitu eius fuit collectio sacerdotum & Leuitarum ei subseruientiũ in copia & cum decore. [& quasi plantatio cedri in monte Libano:] i. sicut in monte sic dicto cedri preciosę abundant, [sic circa illum steterunt quasi rami palmæ:] i. eum circundabant, quemadmodùm rami stipitem. [& omnes filij Aaron in gloria sua:] i. cuncti inferiores sacerdotes, sacerdotalibus ornamentis decori. [Oblatio aũt Domini in manibus ipsorum] i. sacrificium Deo offerendum in altari holocausti, fuit in manibus sacerdotum, & per eos offerebatur. [coram omni synagoga Israel] i. in præsentia totius communitatis ibi præsentis, pro qua & specialia sacrificia quædam fiebant. [& consummatione fungens in ara:] i. oblatio illa in holocaustorum altari facta, consummationem accepit in altari thymiamatis, per hoc quòd ibi thymiama incẽdebatur, oblatione illa extrinsecùs facta. [amplificare oblationem excelsi regis] ad offerendum magnificè oblationem completam regi altissimo, s. Deo, [porrexit manum suam in libatione,] id est, manum suam extendit, faciendo oblationem de liquidis, sicut de vino & oleo. [& libauit de sanguine vuæ:] i. de vino expresso de vuis, sicut exprimit sanguis de corpore animalis, [effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.] i. liquida super altare oblata, fecit sacerdos decurrere ad basim altaris, sicut in Leuitico iussum est, & indè consurgebat odor diuinus, i. placita fuit talis oblatio Deo ex offerentium fide & deuotione, non ex se. [Tunc exclamauerunt filij Aaron,] Deum laudando in hora sacrificij, [in tubis ductilibus sonuerunt,] ità quòd quidam ore Deum laudabant, alij ad Dei honorẽ buccinis perstrepebant. [& auditam fecerunt vocem magnam in memoriam corã Deo.] i. quatenùs Deus misereretur eorũ. [Tunc omnis populus] ibi præsens, s. vulgus, [simùl properauerunt, & ceciderunt in faciem super terrã.] i. ex deuotionis feruore celeriter se prostrauerunt ad exorandum regratiandumq; Domino. Ideò subditur: [adorare] i. ad orandum [Dominũ Deum suum, & dare] i. Deo humiliter offerre [preces omi potenti Deo excelso. Et amplificauerunt] i. ampliùs & latiùs laudauerunt Deum, [psallentes in vocibus suis,] i. alacriter vocibus non parcentes, [& in magna domo] s. templo [factus est sonus suauitatis plenus.] i. concors & deuota psalmodia. [Et rogauit populus Dominum excelsum in prece,] i. orationes suas continuauit, [vsq; dum perfectus est honor Dei,] s. cultus latriæ, vtpotè sacrificatio ipsa, [& munus suum] i. sacrificium [perfecerunt.] Porrò ingeminatio ista, s. rogauerunt dominum in prece, atq; consimiles, sunt de consuetudine & proprietate idiomatis Hebræorum, iuxta illud Isaiæ: Dissipatione dissipabitur terra, confractione confringetur terra, cõmotione cõmouebitur terra. [Tunc descendens] pontifex ab altari thymiamatis, [extulit] i. ad benedicendum leuauit [manus suas in omnem congregationem filiorum Israel] ibi præsentẽ, [dare gloriam Deo à labijs suis,] i. ad glorificandum Deũ proprio ore. [& in nomine ipsius gloriari,] i. ad regratiandũ ei cum gaudio. [& iterauit orationem suã.] Oportet eñ, teste scriptura, semper orare, & non deficere. [volens ostendere virtutem Dei:] i. quàm potẽs & promptus sit Deus subuenire, & exaudire orantes assiduè. [& plùs orauit Deum omnium,] quia ex feruenti

Leuit. 4.

Esaiæ 24.

Lucæ 18.

feruenti affectu incitabatur ad deprecandum prolixiùs Dominum Deum, [qui magna fecit in omi terra.] Omia nanq; gubernat, dispensat, & iudicat, [q auxit dies nostros à ventre matris nostræ.] i. vitã nostram prolongauit & conseruauit, ab initio quo esse incepimus vsq; in psens, qm nec ad momentũ esse aut permanere valemus, sine indefinenti cõseruatione ipsius. [Et fecit nobiscũ secũdùm suã misericordiã,] nõ secũdùm demerita nostra, [det nobis iucunditatẽ cordis,] i. lætitiam spũalem in ipso, vt ei seruiamus corde promptissim o. & fieri pacẽ] internã & externã, s. pectoris & tẽporis, [in diebus nostris in Israel] i. in hac terra promissionis, qua cõmoramur, [per dies sempiternos:] i. vsq; ad finẽ. [credere Israel nobiscũ esse misericordiã Dei,] i. quatenùs filij Israel adhuc hincindè dispersi, percipiant Deum misericorditer esse nobiscum, sicq; festinent ad hanc terrã reuerti. [vt liberet eos] à captiu itate & omi malo [in diebus suis.] Postquàm ostendit affectionem suã ad proprium populũ, nunc pandit suam auersionẽ à quibusdam extraneis. [Duas gentes odit anima mea:] i. cordialiter odio eas, non inquantùm sunt homines, vel quo ad personam siue naturam eorum, immò sic omnis homo viator spũaliter est amandus. Vndè nec gentes illas odiuit ex odio charitati cõtrario, sed potiùs zelo iustitiæ, inquãtùm erant plurimùm vitiosę, specialiterq; Israelitis molestæ. [Tertia autem non est gens, quam oderim.] tam intensè, vt alias duas. [Qui sedent in monte Seir,] i. Idumæi in monte sic dicto habitantes, sunt prima gens mihi odiosa, propter scelera sua in Deum, & in filios Israel, iuxta illud Abdiæ: Propter iniquitatem tuam in fratrẽ tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. [& Philistijm] qui sunt secunda gẽs odiosa. Philistæi nanq; diù atq; acerrimè vastauerunt Iudęos, vt patet in libris Iudicum, Regum & alibi. [Et stultus populus q habitat in Sichimis,] i. fatui Sichimitę, qui dicunt fuisse ex Samaritanis, à rege Assyriorum in terram decem tribuum adductis & collocatis, qui, qa receperunt libros Mosis, fuerunt prædictis gentibus minùs odibiles. Multi tamen restiterunt reparationi templi ac vrbis Ierusalem, sicut in lib. Esdræ frequẽter narratur. Doctrinam sapientiæ] i. sapientialem, quo ad cognitionem diuinorum, [& disciplinæ] i. moralis scientię, [scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Hierosolymita,] id est, ciuis Hierusalẽ author huius voluminis, prout in primi expositione capituli huius libri innotuit. [Qui renouauit sapiẽtiam de corde suo,] id est, per diligentiam & studium sui intellectũs edidit hoc nouum sapientiæ volumen, & sapiẽtialia veterum dicta repetijt, extendit, auxit, elucidauit, adiuuante eum Deo altissimo. [Beatus qui in istis versatur bonis:] i. in saluberrimis istis doctrinis se occupat & exercet, non ad sciendum duntaxàt, sed ad conuersandum secundùm ea. [Qui posuit illa in corde suo] ad recolendum & obseruandum, [sapiens erit semper:] ostendens ex bona conuersatione sapientiam suam in mansuetudine sapientiæ. [Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit:] quæ sibi ad salutem sunt necessaria, & quæ Deus ab ipso requirit, presupposito semper supernaturali auxilio gratiæ & directionis spiritus sancti, sine cuius inspiratione & ope nil meritorium agere possumus, nec cogitare, neq; appetere. [quia lux Dei,] i. doctrina perlucida hîc descripta, vel illuminatio seu gratiosa directio spiritũs sancti, [vestigium eius est:] i. monstratrix viæ, per quam homo hæc faciens, habet ad Deum procedere. Qui eñ agit hæc ipsa, facit vtiq; quod in se est: idcircò adiutorium gratiæ Dei ei non deest.

Esdræ 4.

Iacob. 3.

¶ Declaratio cap. 51. videlicet orationis Iesu filij Sirach: Confitebor tibi Dñe rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Art. 52.

VLtimo isto capitulo terminat author hunc librum suũ in oratione & laude Dei, adijciens exhortationes doctrinasque aliquas. Et potest hæc eius oratio ac laus, in persona cuiuscunque fidelis personæ, præcipuè martyris, accipi & exponi. [Confitebor tibi Domine rex] vniuersorum, de quo in libro Esther scriptũ est: Domine rex omnipotens, in ditiõe tua cuncta sunt posita. Itaq; confitebor tibi triplici cõfessione: Primò, confessione laudis diuinæ, quæ confessio est actus latriæ, de qua ait Saluator: Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ. Secundò, confessione propriæ culpæ, quæ confessio est actus pœnitentiæ, de qua Iacobus dixit apostolus: Confitemini alterutrũ peccata vestra, de qua Iosuæ 7. Fili mi, da gloriam Deo, & confitere quid feceris. Tertiò, confessione credendorum, quæ actus est fidei. Vndè Saluator: Qui me confessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. [& collaudabo te Deum saluatorem meum:] qui solus tanquàm principalis causa, peccata dimittis, à damnatiõe præseruas, gratiam gloriamque largiris, qui per Esaiam testatus es: Deus iustus & saluans non est præter me. [Confitebor nomini tuo] nominato, i. tibijpsi per nomen nominans designato, [quoniam adiutor & protector factus es mihi,] qui dona gratię tribuisti, & per ea ad benè agendum me confortâsti ac adiuuisti, atque in omni impugnatione & tentatione, qua restiti aut præua-

Esther 13.

Matt. 11.

Iacobi. 5.

Lucæ 12.

Esa. 45.

lui,te adiuuante reſtiti ſiue prævalui:ſic quoquè mihi protector es factus à multis & magnis periculis,& à multis malis culpę &pœnę,& per teipſum,per angelicam cuſtodiam,per prælatos tuos vicarios,& per virginem benedictam præcipuè, & per matrem eccleſiam. [& liberâſti corpus meum à perditione,]id eſt,à vitijs carnis & tormentis,quę propter illa infliguntur,atq; à multis læſionibus & aduerſis. [à laqueo linguæ iniquæ,]id eſt,à verbis vitioſis ac deceptorijs vel alienæ, vel propriæ linguæ, ità quòd ea non incidi, nec eis conſenſi, vel ſi incidi & conſenſi,indè te præſtante pœnitui.[& à labijs operantium mendacium:]id eſt,à verbis iniquis hominum mendoſorum,& opera falſa,ficta,iniqua agentium,quæ contrariantur veritati vitę atq; iuſtitię.[& in conſpectu adſtantium]i.hominum præſentiũ mihi,vel angelorum adſtantium tibi,immò & nobis,qui eorum cuſtodiæ ſumus commiſſi.[factus es mihi adiutor, & liberâſti me]ab aduerſitatibus, tribulationibus, & tentationibus, [ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui,] cui proprium eſt miſereri: vel quia illas non incidi, neq; ſuſtinui, vel quia in eis per impatientiam & alia vitia victus non ſum.

Pſalm.33. Multæ ſunt equidem tribulationes iuſtorum,ſed de his omnibus liberat Dominus ſuos electos finaliter. [à rugientibus præparatis ad eſcam:]id eſt,ab inuiſibilibus aut viſibilibus hoſtibus, cupientibus me ſpiritualiter aut corporaliter deuorare.Vndè de inuiſibili atrociſſimo

1.Petr.5. hoſte beatiſſimus ait Petrus:Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquàm leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. [de manibus quærentium animam meam]vt pertrahant eam ad vitia,vel quærentium vitam meam extinguere, ità quòd vel extinguere nequiuerunt,aut eorum perſecutionem æquanimiter toleraui,&pro fide,pro deo, pro iuſtitia mori paratus fui. [& de portis tribulationum, quæ circundederunt me,]id eſt, ab ipſis tribulatiõibus,quæ ſunt portæ & viæ ad mortem,& ad vitam futuram,immò ad vitam beatam, ſi æquanimiter Dei intuitu & amore ſuſtineantur. Aut certè portæ tribulationum,ſunt occaſiones & cauſæ,ſeu initia vel acceſſus ad eas.[à preſſura flammæ,quę circundedit me,] id eſt, feruore perſequutionis, vel ab igne libidinis, vel à corporali incendio, à quo martyres vtriuſque ſexũs ſæpè illæſi manſerunt. [& in medio ignis] huiuſcemodi [nõ

Danie.3. ſum æſtuatus,]id eſt, *calore grauatus, ſed rore conſolationis* diuinæ perfuſus fui, ſicut tres pueri in fornace, & ſacratiſſimus Thomas apoſtolus diù valdè extitit in fornace, & tamen exiuit illæſus, & talia multis ſanctis martyribus acciderunt frequenter. [de altitudine ventris inferi,]id eſt,à ruina in profunditatem inferni,quò cadere totiès merui, quotiès mortaliter peccaui.[& à lingua coinquinata] hæreticorum, perfidorum, tyrannorum,atque fallacium hominum.[& à verbo mendacij,]nè illo decipiar, & nè proferam illud, præſertim nè dicam mendacium pernicioſum, quod eſt mortale peccatum, de quo vir ſanctus loquitur

Pſalm.7. Deo:Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vndè & in libro Sapientiæ dicit: Os quod

Sap.1. mentitur, occidit animã.[à rege iniquo & lingua iniuſta:]i.à potentibus & magnatibus ſeculi huius,qui nunc per blanda,nũc per aſpera conati ſunt iuſtos à fide Chriſti auertere,& à

Pſalm.33. virtutũ ſyncerit ate deflectere.[Laudabit vſq; ad mortem anima mea dñm,]ſicut ait Pſalmi-

Pſal.145. miſta: Benedicam Dominũ in oñi tempore.Et,Pſallam Deo meo q̃ diu fuero.hoc eſt, omni tempore opportuno, ſicq; laudabo eum ꝓpter propriam eius bonitatẽ,& item propter beneficia eius generalia & ſpecialia, & propter ſua æterna promiſſa. [& vita mea appropinquans erat in inferno deorſùm:]id eſt, peccãdo propinquauit inferno, & niſi me retraxiſſes, periſſem.immò qui peccat mortaliter,mox meretur à Deo relinqui,à dæmonibus iugulari, æternaliterq; damnari:ſed naturaliter bonus,infiniteq; pius ac miſericors Deus, parcit, differt, diſſimulat, & ſuperpijſſimè agit nobiſcum. [Circundederunt me vndiq;] viſibiles ſeu inuiſibiles hoſtes,[& non erat qui adiuuaret.]i.nullus hominũ me adiuuit,ſicut & Chriſtus fatetur Iſa.63.Circunſpexi,& non erat auxiliator.Hinc ſubditur:[Reſpiciens eram ad auxilium hominum,& non erat.Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine:] i.conſideraui miſericordiã tuã immenſam,quę nullum ſperantẽ in ſe relinquit.[& cooperationis]i.gratioſę ſubuentionis[tuæ quæ à ſeculo ſunt]ſuper electos, [qm̃ eruis ſuſtinentes te Dñe:]i. eos qui

Pſal.129. longanimiter & fideliter ꝓſtolantur ac inuocant tuã ſubuentionẽ. Ideò ait Pſal. Quia apud

Eſaiæ30. te ꝓpiciatio eſt,& propter legem tuã ſuſtinui te Dñe. Et Iſaias:Deus iudicij Dñs,Beati oñes q̃ expectant eũ.[& liberas eos de manu gentiũ]perſequentiũ eos,qa in hac vita das eis patiẽtiã,&poſt hanc vitã beatitudinẽ ęternalẽ,iuxta illud Iacobi apoſtoli:Beatus vir q̃ ſuffert

Iacob.1. tentationẽ,qm̃ cùm probatus fuerit,accipiet coronã vitæ. Hinc idem ſanctus Apoſtolus denuò nos hortat: Exemplũ accipite longanimitatis laboris & patiẽtię,ꝓphetas, qui locuti ſunt in

Iacob.5. nomine Dñi.Eccè beatificamus eos qui ſuſtinuerũt.Sufferentiam Iob audiſtis,& finem Dñi vidiſtis. [Exaltâſti ſuper terram habitationẽ meam,]i. conuerſationẽ honeſtã mihi donâſti

& pe⁊

& per beneficia naturæ ac gratiæ,atq; per bona fortunæ ſublimâſti me in ſeculo iſto,& à vita degeneri,fœda,carnali,me eruiſti.[& pro morte defluente deprecatus ſum.]i.Dñm exoraui,vt mortẽ paratã & finem ſecurum mihi conferre dignetur.Et vocatur mors defluens,i. citò tranſiens,&tamẽ vehemẽter timẽda,ꝓpter pericula ei annexa,&ꝓpter diſtrictum iudiciũ,& futura ſupplicia eã ſequentia.Inſuper appellatur mors defluens, quia continuo fluxu ad eam decurrimus,iuxta quod Sapientię 5.legitur:Nos nati, continuò deſiuimus eſſe.In Iob Iob.14. quoq;: Homo quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodẽ ſtatu permanet. [Inuocaui Dñm patrem Dñi mei]i. Deum patrem Chriſti vnici filij ſui, & Dñi mei,de quibus in Pſalmo:Dixit Dñs Dño meo, ſede à dextris meis. In qbus verbis deitas patris & filij,& eorũ perſonalis diſtinctio,euidenter inſinuatur,ꝓut ſuprà in expoſitione Pſal.109. 24. cap. dictũ eſt pleniùs. [vt non derelinquat me in die tribulationis meæ:]qa tunc magìs indigeo ope & conſeruatione diuina, ꝓſertìm in hora mortis. Propter quod orauit vir ſanctus:Cùm deficiet virtus mea,nè derelinquas me.[& in tẽpore ſuperborũ]i.dum à ſuperbis Pſal.70. dęmõibus aut hominibus fuero infeſtatus, nõ deſerat me[ſine adiutorio.]Cõſequẽter mutans perſonam & ad Deũ dirigens verbũ,[Laudabo]inquit[nomen tuũ aſſiduè.]Hoc enim angelicũ eſt,& actus ciuiũ ſupernorũ,Deũ aſſiduè collaudare, dum quod agit in cælo continuè,agitur hîc aſſiduè.[& collaudabo illud in confeſſione,] beneficia Dei recognoſcẽdo, & mea vitia accuſando.[& exaudita eſt oratio mea,]i.vtiq; exaudietur, ſicq; per modum ꝓphęticæ locutionis loquit de futuro per modum ꝓteriti, ex confidentia & certitudine ſpei. [& liberâſti me de perditione,]quã ſæpè promerui,dando mihi cõtritionem de peccatis ꝓteritis.[& eripuiſti me de tẽpore iniquo,]i.à malis quæ fiunt in tempore,quod in ſe non eſt iniquũ,nec malũ,ſed ab eis quæ fiunt in ipſo,denominationẽ ſortit. [Propterea cõfitebor] mea peccata,[& laudẽ dicam tibi, & benedicam nomini Dñi,cùm adhuc iunior ſum:]quia obſequia deo in iuuentute exhibita,ſunt ei magìs accepta.In iuuentute quoq; eſt natura viuacior. [Priuſquàm oberrem,]i. antequàm in prauam conſuetudinem cadam,à qua vix recederem tempore ſenectutis,iuxta quod Pro.22.habetur: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiã cùm ſenuerit, non recedet ab ea. Et magnum eſt, Deo *in innocentia* deſeruire mente non obſcurata per vitia.[Quęſiui ſapientiam palàm in oratione mea,]iuxta illud Iacobi apoſto- Iacob.1. li:Si qs veſtrûm indiget ſapientia, poſtuletà deo,q dat oñibus affluenter.[ante tempus poſtulabam ꝓ illa.]i.in pueritia mea,quandò homines adhuc nõ ſolent ſapientiæ operam dare.[& vſq; in nouiſſimis ingram illã:]i.quàm diù vixero, conabor in ea proficere,& Deum pro illuminatione orabo.[& florebit tanquàm præcoqua vua:]i.citò fructificabit, & relucebit in me ſapientia iſta, procedendo in actum celeriter, ſicut vua matura ante alias vuas. [Lætatum eſt cor meum in ea:]i. in actu & vſu ſapientiæ, hoc eſt, in contemplatione diuinorũ ſum gloriatus,iuxta illud *Sapientis*: Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. Sapi.8. Non eñ habet amaritudinem conuerſatio eius, nec tædium conuictus illius, ſed gaudium & lætitiam.[Ambulauit pes meus iter rectum:]i.affectus cordis mei,ſecundùm diuina præcepta eſt regulatus, & operatio mea ſecundùm diuinæ legis doctrinam ac iuſſionem proceſſit,iuxta illud in Pſal 25.Pes meus ſtetit in directo.Nempe vt Oſeę 14.legitur: Rectæ ſunt viæ Domini,& iuſti ambulabũt in eis.Sic itaq; pes meus inceſſit, quia ſciebam quòd in maleuolam animam non introiret ſapientia.[A iuuentute mea inueſtigabam eam:]iuxta illud Sapi. 1. Sapientiæ 8. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam eam mihi aſſumere.Ideò in Prouerbijs dictum eſt: Fili,à iuuentute tua quære ſapientiam. [Inclinaui modicè aurẽ meam:]i. aures cordis & etiam corporis parumpèr applicui ad ſapientiam addiſcẽdam ſeu obtinendã.[& excepi]i.præ cæteris amplexatus ſum atq; obtinui [illã.Multam inueni in meipſo ſapientiam:]i. in mente mea conſideraui magnam ſapientiã eſſe,non tamen ex me,ſed ex dono Dei & illuminatione ſpiritûs ſancti. [& multùm profeci in ea] per ſtudium & vitam laudabilem,& per inuocationem illuminationis diuinæ,atq; per aliorum inſtructionem.Hæc autem dicit, non ſeipſum iactando inaniter, ſed ad laudem Dei humiliter.Ideò addit:[Danti mihi ſapientiam,]ſ.Deo me illuſtranti, [dabo gloriam.]id eſt,gratias agam, & eius pietati totum aſſcribam. ¶Deniquè ait, modicè, non quòd ſapientia ſit ſegni,paruo,aut tepido quærenda affectu,aut quod taliter queat acquiri,ſed ad inuiendum, quòd reſpectu dignitatis ſapientiæ,pro paruo ſit reputandum,quicquid pro ea obtinenda poterimus facere. Iuxta quem modum ait Apoſtolus: Id quod in præſenti eſt momentane- 2.Cor.4. um & leue tribulationis noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.Verùm quàm diligenter,feruenter,& indeſinenter quærenda ſit ſapientia,in Prouerbijs docetur, vbì legitur: Si quæſieris ſapientiam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros Pro.2.

effoderis illam, tunc ſcientiam Dei inuenies. [Conſiliatus ſum enim] i. intra me diffiniui, [vt facerem illam] i. iuxta exigentiam & doctrinam ſapientiæ conuerſarer, quia hæc ſapientia ſalutaris à charitate & conuerſatione iuſta nó poteſt eſſe ſeiuncta. Propter quod ſcriptũ eſt Iac. 3. Quæ deſurſùm eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deindè pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis. Hinc quidam ſapiẽtium ait: Sapientia vincit malitiam. Vel: Sapientiam non vincit malitia. Vndè & ſuprà dictũ eſt: Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Etenim donum ſapientię, quanuis ſit principaliter ſpeculatiuum, eſt tamen ex conſequenti aliqualiter etiam practicum. [Zelatus ſum bonum,] i. bonum honeſtum, dona gratiæ, ac virtutum dilexi ſynceriter propter Deum, non per reflexionem ad proprium commodum. [Et non confundar,] quia hoc bonum, eſt non confuſione, ſed honore condignum. [Colluctata eſt anima mea in illa:] i. vacando ſtudijs ac profectui ſapiẽtiæ anima mea, quantùm ad partem ſuam ſuperiorem, pugnauit contra ſenſualitatem & vitia: quia vt ait Apoſtolus, Caro concupiſcit aduerſùs ſpiritum, & ſpiritus aduerſùs carnem. Ideò animæ volenti ſapientiæ operam dare, magnum atq; aſſiduum reſtat bellum contra ea, quæ ſapientiæ aduerſantur. Ideò Eccleſiaſtes aſſerit: Qui addit ſcientiam, addit & dolorem: & in multa ſapientia, multa eſt indignatio. [& in faciendo eam, confirmatus ſum:] i. viuendo ſecundùm ſapientię dictam ẽ, conſtantior factus ſum, & in ipſa ſapientia fortior atq; perfectior. Quemadmodùm eñ charitas, ità & ſapientia ſuo exercitio meretur augeri, quatenùs aucta mereatur & perfici. Sapientia quoq; ſtabilit mentem, quemadmodùm infipientia, paſſiones & vitia, faciunt eã prorſùs inſtabilem. [Manus meas extendi in altum,] i. manus meas corporeas, & præſertim deſideria mea & opera operatiuas q́; vires direxi ad Deum, in quem fertur intentio mea, & cũ erectione cordis ac corporis Dominum inuocaui, iuxta illud Threnorum: Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dñm in cęlos. [& in ſapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.] i. per ſapientiam mihi deſupèr datam, intra me ſplendui, & alios illuſtraui exemplo, cõſilio & doctrina. [Animam meam direxi ad illam,] i. ad eius infuſionem, incrementum & perfectionem, diſpoſui mentẽ meam per conuerſionem ad Deum, & per orationem ac iuſtam conuerſationẽ, iuxta illud Pſal. 33. Accedite ad eũ, & illuminamini. Iob quoq; ait: Si direxerit homo ad Deum cor ſuum, ſpiritum illius ad ſe trahet. [& in agnitione *eius* inueni eam:] i. ex actu ſapientiæ cognoui ipſam eſſe in me. Habitus nanque per actum ſuum cognoſcitur. Vel, in agnitione, i. meipſum veraciter cognoſcendo & humiliando, ad ſapientiam ſanctam perductus ſum. Vbi enim humilitas, ibi & ſapientia, vt legitur Prouerb. 11. Vel, in agnitione creaturarum inueni notitiam creatoris, ſecundùm illud Sapiẽtiæ 13. A magnitudine ſpeciei creaturæ, poterit creator horum cognoſcibiliter videri. [Poſſedi cum ipſa cor] id eſt, per ſapientiam & actum eius fui poſſeſſor cordis mei, illud debitè reguLucæ 21. lando, ſicut in ſimili ait Saluator: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Quocontrà iniquis Dominus per Ieremiam ait: Audi populę ſtulte, qui non habes cor. Et per Iſaiam: Redite, inquit, prævaricatores ad cor. [ab initio:] quo ſapientiam iſtam accepi: [propter hoc non derelinquar] à Deo, vt ſpero, & quantùm eſt ex parte ipſius, niſi ego in primis reliquero eũ, quoniam ſapientia illa altiſſima Prouerb. 8. teſtatur: Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerit ad me, citò erit ſecurus. [Venter meus conturbatus eſt querendo illã:] id eſt, cum tanto deſiderio cordis ſapiẽtiam exquiſiui, quòd & venter meus indè alterationem ſuſtinuit, per redundantiam ſuperioris appetitûs in inferiorem & in corpus. Conturbatus eſt etiam venter meus, quia pro ſapientia ieiunaui, abſtinui, & corpus afflixi. Poteſt quoquè per ventrem mens ipſa intelligi, vt dictum eſt ſæpè. Mens autem ſapientiam quærens, turbatur ex ſuarum conſideratione culparum & ignorantiarum, atque ex ſtudio difficultatis, quoniam virtus & ſapientia ſunt circa difficilia. [Propterea bonam poſſidebo poſſeſſionem:] id eſt, ſpiritualiter dies ero ſapientiam poſſidendo, & in eius me actibus occuProu. 3. pando, de qua in Prouerbijs legitur: Preciоſior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderant, huic nõ valent comparari. [Dedit eñ mihi Dñs linguam] i. facultatem aptè docẽdi, ac bonam facundiam, [mercedem meam:] id eſt, merito mei ſtudij ac laboris, ſeu id per quod poſſum præmium acquirere glorioſum, rectè docendo, orando, pſallendo. [& in ipſa laudabo eum.] id eſt, per linguam meam Dominum, non meipſum, commendabo & præEſaiæ 50. dicabo, ſicut & in Iſaia ſcriptum eſt: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum qui laſſus eſt, verbo. [Appropiate ad me indocti,] quia gratiam mihi conceſſam, paratus ſum vobis communicare, vt efficiamini docti. [& congregate vos in domum diſciplinæ.] id eſt, in ipſa Eccleſia, ſeu in quocunque loco ſalubris doctrinæ, in

ſacra

ſacra religione, quæ eſt cæleſtis magiſterij ſchola, in fide & charitate, per quas diſcipuli Dei ſunt vnum, pariterq́; nectuntur in Domino. [Quid adhuc retardatis?] id eſt, cur differtis, cùm damnum & periculum ſint in mora? & qui hodiè paratus non eſt, cras imparatior erit. [Et quid dicitis in his?] id eſt, quam excuſationem in hac veſtra dilatione poteritis allegare? [Animæ veſtræ ſitiunt vehementer:] id eſt, intenſè quærunt temporalia, cùm potiùs deberent exquirere ſpiritualia & diuina. Vel, ſitiunt vehementer, quia naturaliter ſcire deſiderant quæ ignorant, dicente philoſopho in exordio primi philoſophiæ primæ: Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. [Aperui os meum] tanquàm paratus vos informare, [& loquutus ſum] verba doctrinalia in hoc libro conſcripta, quæ meritò debetis diligenter addiſcere, recordari, implere. [Comparate vobis ſine argento ſapientiam,] id eſt, per diligentem auſcultationẽ, obedientiam & deuotam orationẽ, ſtudium, lectionẽ, inquiſitionẽ, acquirite ſapientiam ſalutarẽ abſq; corporalium precio rerum, iuxta illud Iſaiæ: Oẽs ſitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite abſq; argento & abſq; vlla commutatione. Sic & Apoc. 3. Dominus loquitur: Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. [Et collum veſtrum ſubijcite iugo eius,] id eſt, cordis ceruicem & liberam voluntatem, ſeu elationis veſtræ rigorem, ſubdite præceptis & documentis ſapientiæ huius. [& ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam:] cùm ſcriptum ſit: Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, Sapient. 3. infelix eſt. [In proximo eſt enim inuenire eam:] quia quicunq; ad eam diſponit ſe, faciendo quod in ſe eſt, ſuſcipit eam à Dомino. Vndè Sap. 6. dictum eſt: Sapientia facilè videtur ab his qui diligunt illã, & inuenitur ab his qui quærunt illam, præoccupat eos qui ſe cõcupiſcunt. [Videte oculis veſtris] interioribus, [quia modicum laboraui pro ſapientia obtinenda, cõparatione dignitatis ipſius ſapientiæ, ſeu reſpectu fructûs ex meo labore conſequuti. [& inueni mihi multam requiem] in ipſa ſapientia, quæ in omni labore, aduerſitate & tribulatione eſt conſolatoria mihi, prout Boëthius docet in libro de cõſolatione philoſop. [Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti:] id eſt, pro eius acquiſitione, amore & poſſeſſione, vilipendite & libenter exponite quodcunq; argentum. [Et copioſum aurum poſſidete in ea:] id eſt, eam habendo, reputate vos ditiores, quàm ſi totius mundi haberetis argentum. Spiritale quoq; aurũ, id eſt, vita contemplatiua & amor diuinus, conſiſtunt in ea. Hinc amator quidam ſapientiæ huius ait: Præpoſui illam regnis & ſedibus, & tanquàm lutum exiſti- Sapiẽt. 7. maui argentũ in conſpectu illius. [Lætetur anima veſtra in miſericordia eius:] id eſt, in pietate ſapientiæ, quę, teſte Apoſtolo Iacobo, eſt plena miſericordia, quoniam dictat, omnibus Iacob. 3. eſſe benè agendum, & lucem ſuæ directionis ſuper omnes diffundit. Ideo ſcriptum eſt: Per Sapiẽt. 9. ſapientiam ſanati ſunt omnes, qui tibi Domine placuerunt. [& non confundemini in laude ipſius.] id eſt, eam laudando, & authori eius gratias referendo, ipſa quoq; faciet vos laudari, non confundi, ſed ſaluari à iudice ſummo, qui eſt eſſentialiter ſapiens & ſapientia ipſa: qui autem ingratus eſt, confundetur. [Operamini opus veſtrum] id eſt, ea ad quæ tenemini, quę Deus requiret à vobis, [ante tempus] mortis atq; iudicij, ac futuri ſupplicij, adimplete. Vndè ſcriptum eſt: Si annis multis vixerit homo, & in his oмnibus lætatus fuerit, meminiſſe de- Eccés 11. bet tenebroſi temporis & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. [Et dabit vobis mercedem veſtram] per modũ cauſæ meritoriæ, id eſt, dari procurabit vobis ſalutem æternam, iuxta illud Sapientię 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Nempe, vt Eccleſiaſtes refert, cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, Eccés 12. ſiue bonum ſit, ſiue malum. Et Paulus fatetur: Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. [in tem Galat. 4. pore ſuo.] id eſt, tempore opportuno à Deo diſpoſito & præuiſo: hoc eſt, poſt ſeparationem animæ à corpore, quàm citò anima fuerit plenè purgata. Tunc eñ ſortitur homo præmium operis ſui, quantùm ad animam. Porrò, quo ad corpus & animam, ſortietur plenam remunerationem in generali iudicio, diſponente altiſſimo, qui omnia optimè regit, & vniuerſa ſecundùm cenſuram & ordinem ſapientiæ ſuæ diſponit in fine decoris, qui inordinata per vitia, ordinat per iuſta tormenta, nullumq́; bonum deſerit irremuneratum, nec vllum peccatum præterit impunitum, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus in ſecula, Amen.

FINIS.

ELENCHVS CAPITVM IN QVINQVE LIBROS SAPIENTIALES:

Ob id hic adiectus, nè quis eius antè visi cupidus, deesse huic editioni quicquam, quod priori adfuerit, iustè possit conqueri.

IN PROVERBIA SALOMONIS.

COmmendatio sapientiæ, Illecebris peccatorum non acquiescendũ, Sapientia cunctos ad se inuitat. cap.1. fol.2.
Amplectendam esse sapientiã, & declinãdum à muliere adultera. cap.2. fol.11.
Diuina præcepta seruanda. cap.3. fol.14.
Sapientiã, eiusq; fructus & viã, q̃rendã. cap.4. fol.22.
Scortationẽ vitandam, proprijs laboribus viuẽdum, vxorem diligendam esse. cap.5. fol.26.
Excitatur piger, arguitur schismaticus, commendant Dei præcepta, phibet fornicatio. cap.6. fol.28. & 29.
Honorandus & timendus Deus, eiusq; mandata seruanda, adulteræ illecebræ fugiendæ. cap.7. fol.33.
Diuinæ sapientiæ commendatio. cap.8. fol.35.
Omnibus ad diuinam sapientiam confugiendum: Descriptio mulieris adulteræ. cap.9. fol.40.
Sapiens patrem iucundat, messemq; reponit. Odium, rixã: loquacitas verò peccatũ parit. cap.10. fol.43.
Aequitas, simplicitas, iustitia Deo grata, odiosa simulatio, iusti & impij flagella. cap.11. fol.48.
Laus erit discenti bono, bonæq; nuptæ. Nec vnquàm iusto tristitia. Fraude tamen vtens non est iustus. cap.12. fol.53.
Custodia oris, custodia est animæ: Iurgia, sunt superborum: Afflictiones, sperantium: Sapientia eorum, qui conuersantur sapientibus. cap.13. fol.57.
Sapiens mulier struit ædes. Stulti os, superbiæ virga. Viam suam scit sapiens. Regis honor, populus. cap.14. fol.61.
Placat sermo bonus, contemplatur Deus omes. Cor, mens, os iusti, pascitur hic oculis. cap.15. fol.66.
Quandò paras animum, linguam Deus ipse gubernat: Reges diuinant, est via visa bona. cap.16. fol.72.
Buccella sicca melior quàm victima iurgij. Amici veri perpetuus amor. cap.17. fol.78.
Inquirit causam relicturus amicum. Iustus sui accusator. Lingua, vita & mors. Mulier bona, bonum. cap.18. fol.83.
Pauper præstat fatuo locupleti. Testis falsus punietur, mendaxq; peribit. cap.16. fol.87.
Magna laude nitet, luxuriam, vinum, cõtentiones vitans: dissipat intuitu rex mala, pondo duplex. cap.20. fol.90.
Dominus corda appendit, illi misericordia & iudiciũ placet. Aduersùs illũ nec vires, neq; prudentia valebit. cap.21. fol.95.
Fama bona vincit diuitias. Sapientes audiendi. Patrũ termini non transgrediendi. cap.22. fol.99.
In mensis principum quæ obseruanda. Meretrix, puteus: vinum, venenum. cap.23. fol.102.
Consortia malorum fuge. Consilia multa admitte. Iudicium seuerum exerce, & prosperabitur ager. cap.24. fol.104. & 105.
Secreta celanda, promissa complẽda, simulatio vitanda, nec scrutanda maiestas. cap.25. fol.108.
Vt æstati nix non conuenit, ità nec gloria stulto. Stultis iuxta eorum stultitiam referendum. Alteri fodiens foueam, incidet in eam. cap.26. fol.112.
Crastini nõ sit gloria. Nec teipsum laudes. Agnoscas pecoris vultum. cap.27. fol.115.
Iustus fiditam leonis habet, & beatus Domini timorẽ, impius verò princeps, vrsi famẽ. cap.28. fol.119.
Contemnens correptionem, interibit. Vulgus lætabitur iustorum multiplicatione, principatu verò impiorum gemet. cap.29. fol.122.
Petenda duo. Insaturabilia, difficilia, grauia, minima describuntur. cap.30. fol.125.
A vino tẽperandũ, Laus mulieris bonę. cap.31. fol.133.

IN ECCLESIASTEN.

OMnia esse vanitatem quæ in hoc orbe sunt. cap.1. fol.145.
Delicias, ædificia, atq; diuitias esse vanas. cap.2. fol.152.
Oia suo proueuire tẽpore atq; transire. cap.3. fol.156.
Calumniæ innocentium, labores hominum, Solitarij molestia. cap.4. fol.160.
Non temerè apud Deum pronunciãdum. De egenorum oppressione nõ mirandũ. cap.5. fol.163. & 164.
Auari diuitis calamitas. cap.6. fol.168.
Viribus tuis maiora nè quæsieris. cap.7. fol.169.
Sapientis cognitio: Os regis, iusiurandum, præceptũ obseruandũ: In lætitia viuendum. cap.8. fol.179.
Nescit homo dignús ne sit an indignus. Viuẽdum esse in hilaritate. Sapientiæ cõmendatio. cap.9. fol.183.
Sapientis & stulti differentia, Sub rege puero infelicitas, sub rege nobili prosperitas. cap.10. fol.188.
Doctrinam seminandam, benefaciendum à iuuentute. cap.11. fol.193.
Cogitandus Deus à teneris annis. cap.12. fol.197.

CAntica Canticorum, tota sunt mystica, Christi erga sponsam, ac rursùm sponsæ erga Christum incomprehensibilis amoris plenissima. fol.201. & deincèps.

IN LIBRVM SAPIENTIAE.

IVdex iustitiam arripe, benè senti. Spiritus sanctus disciplinæ fictum effugiet. cap.1. fol.310.
Impiorum cogitationes, Iudeorũ aduersùs Christum consilium. cap.2. fol.316.
Iusti in Dei manibus, velut aurum probantur & fulgent, optima sors datur his. cap.3. fol.321.
Casta generatio fidelium, mortuus iustus saluat. Senecta placens Deo. cap.4. fol.325.
Constantia iustorum, Trepidatio impiorũ, Arma iustitiæ. cap.5. fol.328.
Monentur iudices, vt cogitent à Domino se iudicandos & puniẽdos, & vt amplectantur sapientiã. quid sit sapientia. cap.6. fol.333.
Hortans alios ad disciplinam, exemplum de se capere iubet. cap.7. fol.337.
Hic finem tangit sapientia, quam mihi sponsam quæsiui: per quam, quicquid amo, dabit. cap.8. fol.342.
Sapientiam tuam è cælo Domine mihi tribue: sine illa cm̃ nescit homo voluntatem tuã. cap.9. fol.347.
Sapientia saluat, deducit, bonaq; tribuit omnia iustis. cap.10. fol.350.
Lex datur, vt per quæ peccas, torquearis eisdem. In mensura, numero, pondere Deus omnia disponit, parcit, amat. cap.11. fol.356.
Mitis & bonus Dñi spiritus, cui nullus dicit, cur faciat. Potest enim solus omnia. cap.12. fol.360.
In idololatras. cap.13. fol.364.
De idololatriæ origine & effectu. cap.14. fol.366.
Item in idololatras. cap.15. fol.370.
Percussos sanat, non herba, sed verbo, dator vitæ angeliciq; cibi. cap.16. fol.373.
Iudicia Dei magna, quibus mirabilibus pœnis affligit impios. cap.17. fol.377.

Sanctis

LIBROS SAPIENTIALES.

Sanctis maxima lux erat, & cursum peragente nocte, tuus Dñe sermo sedibus suis exiliit. cap.18. fol.380.
Impios noua mors cruciabit, Pios verò exaltabit Dominus. cap.19. fol.385.

IN ECCLESIASTICVM.

A Domino est sapientia, illius initium timor Domini. cap.1. fol.388.
Seruus Dei sit patiens laborum, timeat Dñm. Vę malefaciẽtibus. Timoris effectus. cap.2. fol.396.
Patrem audi & venerare, fisq; humilis, sapiens corde, sobriè tamẽ, impartire eleemosynã. cap.3. fol.400.
Opera misericordiæ fac, malumq; confitere, & protege iustitiam. cap.4. fol.405.
Iniquis nè fidas diuitijs, sed vindictam Dei time. Cõuerti studeas, esse susurro caue. cap.5. fol.410.
Si non superbis, conserues & paras amicos. Sapientiæ ab ineunte ætate operam dato. cap.6. fol.412.
Fuge malum, iustificationem tuijpsius, mendacia. rusticationem nè oderis, liberos colloca, Deum honora, & memorare nouissima. cap.7. fol.417.
Non litiges cum potẽte, diuite, & loquace. A fenibus disce, nec omnibus tua consilia crede. cap.8. fol.423.
Mulieri noli credere. Et nè deserito veterem amicum. Conuiuas habeto iustos viros. cap.9 fol.425.
De sapiente iudice, auaritia, superbia, modestia, & gloria. cap.10. fol.417.
Sapientia est quæ exaltat, quæ rectè considerat, rectè iudicat. Omnia à Domino, qui humilem exaltat, superbumq; deprimit. cap.11. fol.432.
Iustis benefac, caue inimicos. cap.12. fol.437.
Societas cum similibus, non diuitibus & superbis, incunda. cap.13. fol.439.
Beatus qui non labitur, sed constans manet in operibus iustitiæ. Auarus nihil rectè facit. Omnis caro fœnum. cap.14. fol.442.
Bonus perficit bona, bonisq; ciibatur à Dño. Peccatoris ex ore sordet laus Dei. cap.15. fol.446.
Non est iucundandum in filijs impijs, de igne vltionis Dñi, sicut in vno, ità & in multis. cap.16. fol.450.
Deus creator omnium, dedit legẽ homini in agnitionem peccati, vt eo cognito, pœnitẽtiam ageremus viuentes ante mortem. cap.17. fol.453.
Virtus & potentia Dei cõsummata & inenarrabilis, misericordia eius immensa, contra illum non querendum, sed in omnibus est nobis prouidendũ: gutta enim dies hominis. cap.18. fol.457.
Vinum & Venus egenos & stultos faciunt. Secreta teneto. Correptione vtitor in proximum. Prudentia mundi, stultitia apud Deum. cap.19. fol.462.
Confessio aperta, bona. Sapientia est, tacere ad tempus & loqui. furtum præstat assiduo mẽdacio. Xenium iudicem excæcat. cap.20. fol.465.
Non iritandum malum, audax & temerarius hæreticus, inops stultus & vas fractum est, verba eius farcina. cap.21. fol.469.
Piger stercore lapidatur. Liberi honos & confusio parentum, &c. cap.22. fol.473.
Precatio ad Deum: Non iurandum temerè: Triagenera hominum, &c. cap.23. fol.477.
Sapientię excellentia & laus. cap.24. fol.481. & 492.
Tria elegit, & totidem odit Deus, legem laudat. Et nihil peius muliere dicit. cap.25. fol.494.
Fœmina delectat bona, quatuor indè timẽda. Sed tres res contristant, difficilesq; duæ. cap.26. fol.498.
Gens delinquit inops. iustos tribulatio tentat. stultus mutatur. Celanda arcana. cap.27. fol.501.
Hic qui non parcit, frustrà petit ipse medelam. Vitia linguæ & eiusdem pericula. cap.28. fol.505.
Mutuum dandum, & reddendũ. Eleemosyna data exorat pro nobis, &c. cap.29. fol.508.
Iunge flagella, docens natum, si diligis ipsum, &c. cap.30. fol.511.
Luxum vigiliæ frenant. Iustus fugit aurum, vinumq; sobriè sumit. cap.31. fol.515.
Potestas non se extollat, sed omnium curam gerat, omnibus faciles præbendo aures. Iuuenis tacens quærat. cap.32. fol.519.
Timor Domini conseruat à malis. Stultus vt rota est, &c. cap.33. fol.523.
Mendacia, somnia, & auguria fugienda sapienti: Expertus multa scit, &c. cap.34. fol.528.
Oratio, & sacrificium præstantius oblatio hilaris, viduæq; & pupilli & humiliantis se preces altè scandunt ad Dominum. cap.35. fol.532.
Quæ te non quærit, timeat gens: Sed miserere nostri, nosq; in viam dirige iustitiæ, qui Ecclesia sponsa delectaris, cuius es columna. cap.36. fol.535.
Rumpit amicitiam tibi fictus semper amicus, Consilium prodit, estq; sophista grauis. cap.37. fol.541.
Honora medicos, nouissimaq; recordare. Quisq; arte sua gaudet & sapit. cap.38. fol.544.
Sapientiam ex antiquis & prophetis inquirit sapiens omni laude dignus. bona bonis, mala verò creata malis. cap.39. fol.549.
Vita nostra stimulus, furor, timor, ira, fames, mors. Omnia prætereunt, firma fides remanet. cap. 40. fol.553. 554.
Anxia mors præuis, bona pauperibus senibusq;. De illa non tam curanda quàm de nomine bono. Corã quibus, de quibus erubescendum. cap.41. fol.557.
Audita non publices, nec personæ rationem habeas. Natam benè serua. Sapientiæ diuinæ commendatio. cap.42. fol.560.
Pergit commemorare mirabilia, virtutes Dei memorabiles. cap.43. fol.563. & 564.
Laus sanctorum, præsertim Enoch, Noæ, Abraham, Isaac & Iacob. cap.44. fol.568.
De laudib⁹ Mosis, Aaronis & Phinees. cap.45. fo.572.
Laus Iosuæ, Caleb, & Samuelis. cap.46. fol.576.
Laudes Nathan, Dauid, Salomonis. Vituperium Roboam & Hieroboam. cap.47. fol.579.
Heliæ, Helisæi, Ezechiæ & Esaiæ laudes. cap.48. folio 582.
Inter omnes reges tres iusti reperti solummodò. Hieremiæ, Ezechielis, duodecim prophetarum, Zorobabel, Nehemiæ, Enoch, Ioseph, Semei & Seth laudes. cap.49. fol.584.
Iura sacerdotis. Simon magnus benè fundat templũ, qui quasi sol, luna, stellâve micat. Gẽtes quas oderit vel amet. Autor libri quis fuerit. cap.50. fol.587.
Oratio Iesu filij Sirach. cap.51. fol.589.

FINIS.

Pridiè Calendas Ianuarias, hoc est, septimo die annî post CHRISTVM natum 1555.